
A
46
50

FACULTAD
DE FILOSOFÍA Y LETRAS
Est. A
Tabla A
Núm. 8

12422672S
BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA
A
46
50

QVINTVS ET VLTIMVS TOMVS OPERVM D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI uariorum argumentorum, in quo Exegematica quædam, item Didactica ac Parænetica, Apologeticaq; complectuntur, quorum catalogum seu seriem folium sequens indicat.

Del P. Lect.r Fran.co Sebastian Sanchez



BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS DE GRANADA

UNIVERSIDAD DE GRANADA FACULTAD DE FILOSOFIA

BASILEAE, M D LVIII

AD LECTOREM.

IN HOC etiam quinto ac ultimo tomo, imitati fumus, ſtudioſe lector, poſteriorem noſtram, ante hanc, editionẽ: idq; freti ea diligentia quæ tunc adhibita fuit ope Græci exẽplaris in LXXX. ad populum Antiochenũ homilijs, libris De Sacerdotio, De Compunctione, De Prouidentia ſiue Fato, Sermone habito Calendis, &c. Sane eam quoq; ſecutos eſſe ſe, fatentur ingenue Pariſienſes. Cæterum quantopere in hac, quam nunc damus, editione, cum noſipſos tum illos uicerimus, id certe miramur etiam ipſi: quippe qui præſidio prioris cuiuſdam noſtræ editionis, plures quàm quis credat reſtituerimus locos, multis annis à nemine antehac animaduerſos. Horum ex permultis perpaucos (ne non conſtet diligentiæ noſtræ ratio) uiſum eſt indicare lectori: notata pagina, ac initio ſententiæ, quam inueniet reſtitutam.

Colum.	*Initium ſententiæ.*		
869	Confitemini enim	118	Qui cum iuſtitiam
879	Quemadmodum igitur	131	Ego uero multæ
330	Si uero nondum	Ibid.	Si enim
431	Omnium autem	292	Multæ ſiquidem
448	Non enim	839	Sed quoniamquidem
1066	Illum enim rabie	841	Domini excellentia
1094	Super templum	936	Quemadmodum enim
54	Et uide ubi	1054	Babylas intra

QVINTI

QVINTI TOMI CATALOGVS

AD POPVLVM ANTIOCHENVM, HOMILIAE LXXX. QVArum argumenta sequuntur.

1 Vino modico utendum columna 9
2 De Theodosij magni Imperatoris pij imaginũ subuersione, & in dictum apostoli, Diuitibus huius seculi præcipe, &c. colum. 25
3 De legatione Flauiani episcopi, p ciuitate: & de detractione 37
4 De patientia & tolerantia, & de abstinentia à iuramentis 49
5 Quòd mors non timenda, sed peccatũ, & de iuramentis omni studio fugiendis 57
6 Quòd utilis est principum timor, & de iuramentorum custodia 69
7 Quòd tristitia ad peccati destructionẽ utilis: de creatione, & de fugiendo iuramento 79
8 Ad uirtutem exhortatio, de fugiendis iuramentis 84
9 De superstitione, & de auscultatione uerbi post cibum, & de non iurando 89
10 Naturalis mundi enarratio, cõtra gentiles, & de Euitando iuramento 96
11 Gratiarumactio ad deum 104
12 De creatione hominis 111
13 De mutatiõe tristiũ, & de hominis creatiõe 120
14 De populo liberato ab omni angustia, & de iuramentorum abstinentia 127
15 De calamitate ciuitatis Antiochiæ 136
16 De seditione eiusdem ciuitatis 144
17 Ad magistratꝰ à Theodosio Imperatore missos, pro inquirendis statuarum euersoribus 153
18 De ieiunio, & in dictũ Apost. Gaudete in domino semper 161
19 Ad homines agros colentes 169
20 De regis cum ciuitate reconciliatione 177
21 Catechesis ad illuminãdos, de mulieribus sericis & auro ornantibus, & uaticinia & incantationes sectantibus 187
22 De pœnitentia, cõtinentia, & uirginitate 196
23 Qd̃ Christianũ oporteat uitã rectã habere 214
24 De optima conuersatione 220
25 De uita recta 225
26 Quòd ex minimis incipienda uirtus 230
27 De iuramentorum abstinentia 235
28 De fugiendis iuramentis 240
29 Contra irascentes 244
30 De ira 248
31 De ira, longanimitate & mansuetudine 254
32 De eleemosyna & misericordia 257
33 Quòd ars est eleemosyna, & omniũ artium quæ stuosissima 259
34 Quòd oportet multum circa dei desiderium studium habere, & de eleemosyna 265
35. 37 De eleemosyna & misericordia 271 & 281
36 Quòd magnũ est bonũ in nos peccãtibus dimittere peccata: & de eleemosyna 275
38 De humilitate & quiete 285
39 De humilitate, & quòd præsentia, quasi nõ sint, contemnere oportet 290
40 De pœnitentia, & quod non oporteat de seipso lapsum desperare 295
41 De pœnitentia, & quòd magnũ bonum est propria peccata agnoscere 301
42 Quomodo propriæ animæ curam oporteat habere, de oratione, & pœnitentia 305
43 De uana gloria & ambitione 312
44 De liuore & inuidia 315
45 De inuidia & liuore 319
46 Quod semper oporteat peccatum habere in memoria: & de iudicio 324
47 Quòd supplicio peius est dei regno priuari, & de iudicio 329
48 De tremẽda iudicij die, & de dilectione dei 334
49 De iudicio & auaritia, quæ nõ ex magnitudine, sed ex uoluntate iudicatur, & de his qui gehẽnalem pœnam non credunt 339
50 De his qui gehennales pœnas credere nolunt, et de iudicio 344
51 De cõcordia & charitate, & de benefaciendo calumniantibus 350
52 In mansuetudine Christus imitandus, de malorũ obliuione, & quòd in uirtute positum lædere nihil potest 354
53 De charitate secundum deum, & inuido 358
54 Contra eos qui ebrietati & delicijs uacant 365
55 Contra luxuriantes & deditos delicijs, & de præsentis seculi consummatione 371
56 De monachorum uita 376
57 De eadem, & de iudicio 300
58 De uita monachorũ, & scripturarũ lectione 386
59 De beneficio quod indigentibus exhibetur, & de uita monachorum 390
60 De sumentibus indigne diuina sacramenta 395
61 De sacrorum mysteriorum participatione, & qꝰ communicare nolens nec orationi dignus est interesse 400
62 Vtiles esse tentationes, & de tribulationũ sufferentia 406
63 Ob amorem Christi omnem oportere tribulationem sufferre 412
64 Maximum in tribulationib. lucrum gratiarum actio 416
65 Deo gratias agere debemus, et quòd nihil graue præceperit 420
66 Regnum cœleste absq; tribulationibus & laboribus acquiri non posse 424
67 Hic affligi, peccatorũ exhibet remissionẽ 429
68 Infestantem magnanimiter ferre propter deum, maius esse, quàm benefacere 434
69 Peccatores lugendi uiuentes & mortui 438
70 Pro defunctis non lugendum, sed orandum potius 443
71 Nihil prodesse ieiunium, si reliqua desint merita, & de oratione 446
72 De ieiunio: & quòd dei beneficia cogitare maximum sit sacrificium 451
73 De sanctæ quadragesimæ ieiunio, & quòd torpentibus nobis nulla erit excusatio 454
74 Vtilem esse paupertatem Tomo 1
75 In id Euangelij secundum Matthæum, Cum uidisset

disſet Ieſus turbas Tomo 2 col. 133
76 In Euangelicũ illud, Domine quoties peccabit in me frater meus. Tomo 2 col. 513
77 Quòd ad finẽ uſq; ſtantem conſidere non oportet, neq; lapſum deſperare 459
78 Melius eſſe iniuriam pati, quàm inferre 463
79 De oratione 467
80 De pœnitentia 474

DIDACTICA ET PARAENETICA.

De Sacerdotio Libri VI 485
De compunctione cordis Lib. II 565
De prouidentia dei ad Stagirium monachum Lib. III 597
De prouidentia dei, & de fato, Orationes VI 667
De orando deum, Lib. II 691
De laude dei, ſermo 702
De amore dei, & tolerantia in aduerſis, Ser. 708
De gratijs deo reddendis, non ſolum uerbis, ſed etiam operibus, Sermo 711
De oratione dominica, Homilia 715
In ſymbolum Apoſt. expoſitio, Homil. II 718
Ad neophytos, Homilia 723
Ad baptiſandos, Homilia 728
De militia ſpirituali, Homilia 736
De militia Chriſtiana, Homilia 739
De eruditione diſciplinæ, Homilia 743
De turture & Eccleſia, Homilia 746
Quòd nemo lędit̃, niſi à ſemetipſo, declamatio 750
De uirtutibus & uitijs, oratio 769
De charitate, quę cuncta dirigit & perficit, Ser. 781
De manſuetudine, Sermo 783
Diligamus omnes, etiam perſequentes, Sermo 787
Vt benedicamus maledicentibus, Chriſti & ſanctorum exemplo, Sermo 790
Ne ſcandalum cuiquam fratrum ponamus, Ser. 791
De malis à nobis euertendis, Sermo 795
De nequitia depulſa, & uirtute inducta, Sermo 798
De excludenda uitiorum memoria 803
Carnis concupiſcentias ne ſectemur, Sermo 805
Virtutibus progenitorum ne cõfidamus, neq; uitijs eorum trepidemus, Sermo 810
Contra deſperationem & ſuperbiam, Sermo 812
De tarditate bene operandi, ne deſperemus, Ser. 814
De hominũ ingratitudine, & de beneficentia in proximos, beneficiorum Chriſti exemplo, Ser. 817
De inanis gloriæ cupiditate, Sermo 819
Contra gulam corporiſq; uoluptates, Sermo 824
De leuium peccatorum periculis, Sermo 828
De uanitate & breuitate præſentis uitæ, Ser. 830
De pœnitentia, Homiliæ X 833
De pœnitentia, Sermo 896
De pœnitentia & confeſſione, Sermo 900
De ieiunio, Sermones duo 905
De eleemoſyna & hoſpitalitate, Sermo 913
De miſericordia, Sermo 916
De Miſericordia, & duabus mulieribus uiduis, Homilia 922
Ne ſcrutemur pauperes curioſe, Sermo 924
Oratio calendis habita cõtra eos qui nouilunia obſeruant, & in dictum apoſtoli: Omnia in gloriã dei facite 927
Quum presbyter eſſet deſignatus Ioannes Chryſoſtomus, de ſe, ac de epiſcopo, deq; populi multitudine, Sermo 936
De expulſione ſancti Ioannis Chryſoſtomi, Homilia 942
Poſt reditum prioris exilij, Homilia 945
De regreſſu ſancti Ioannis de Aſia Conſtantinopolim, Homilia 947
Quum Sartoninus & Aurelianus acti eſſent in exilium, & Gainas egreſſus eſſet à ciuitate, et de auaritia, Homilia 951
De recipiendo Seueriano 955
Seueriani epiſcopi de pace, Sermo 957

EPISTOLAE SEPTEM.

Innocentio epiſcopo Romano 959
Ad eundem Innocentium 963
Cyriaco epiſcopo exuli 964
Ad epiſcopos & presbyteros ob pietatẽ carcere inclusos 967
Ad Theodorum lapſum paræneſis prior, uel, de reparatione lapſi 969
Ad Theodorum monachum 999
Ad Olympiam fœminam illuſtrem 1008

APOLOGETICA.

Contra Gẽtiles, Babylæ epiſcopi & martyris uitam continens, Lib. I 1023
Aduerſus Iudæos, Orationes V 1076
De incomprehenſibili dei natura, cõtra Anomœos, Homiliæ V 1139
De anathemate, Sermo 1184
Aduerſus Gentiles demonſtratio, quòd Chriſtus ſit deus 1189
Contra Anomœos, Sermo 1212
Aduerſus Hæreticos, Sermo 1218
Contra Iudæos, Gentiles & Hæreticos, Sermo 1222
De comparatione regis & monachi, Lib. I 1229
Aduerſus Vituper. uitæ monaſticæ, Lib. III 1235
In Eutropium Eunuchum, Homilia 1313
Quòd regulares fœminæ uiris cohabitent, Ser. 1316
Contra concubinarios & eos qui fouent ſorores adoptiuas 1335
Miſſa D. Ioannis Chryſoſtomi 1353

CATALOGI FINIS.

In Quinto tomo numerus columnarum 677 pro 743 & 678 pro 744

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI HOMILIAE LXXX. AD POPVLVM ANTIOCHENUM potíſſimum habitæ, Bernardo Brixiano interprete, quarum bona pars ad Græca eſt collata & emendata per Sigiſmundum Gelenium.

HOMILIA PRIMA ANTIOCHIAE HABITA, CVM ADHVC PRESbyter eſſet, in illud Apoſtoli: Vino modico utere propter ſtomachum, & frequentes infirmitates tuas.

1.Tim.5.d

VDISTIS apoſtolicam uocem: tubam cœleſtem: lyram ſpiritualem: Etenim tanquam tuba terribile canens & bellicum, hoſtes quidē conſternat, lapſos autē ſuorum ſenſus excitat, & multa implens fiducia mentem adhibētes, diabolo inexpugnabiles reddit. Et tanquam lyra rurſum multa cum iucūditate delectans, abſurdarum morbos cogitationum ſopit, et multam cum uoluptate nobis affert utilitatem. Audiſtis igitur hodie de multis & neceſſarijs rebus Timotheo diſſerentē: Etenim de electionibus ad ipſum ſcripſit, dicens: Manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Et intolerabile talis præuaricationis periculum appoſuit, demonſtrans quòd malorū ab alijs perpetratorum ſupplicium alij cum illiſ ipſis ſuſtinebūt: quia propter poteſtatem electionis, pœnæ traduntur. Mox rurſus inquit: Vino modico utere propter ſtomachum, & frequētes tuas infirmitates. Et de ſeruorum ſubiectione, & de auarorum inſania, & de diuitum arrogantia, & de multis alijs nobis hodie diſſeruit. Poſtquā igitur omnia percurrere non poſſumus, quid uultis è commemoratis proponētes charitati ueſtræ dicamus: Velut enim in prato multos & uarios uideo lectionis flores, & amplum roſarium: multas uero uiolas, nec pauciora lilia, ſed & uarium ubiq; & copioſum ſpiritus fructum diſſeminatū, & multam odoris ſuauitatem. Immo uero nō tantummodo pratum, uerum & paradiſus eſt diuinarum lectio ſcripturarum: non enim fragrantiam ſolum nudam habēt eius flores, ſed & fructū, qui animā nutrire poſſit. Quid igitur de dictis in medium uultis agamus hodie: Vultis quod omniū utiliſſimum eſſe uidetur, & à quibuſq; intelligi facillimum, hoc in præſenti tractemus: Mihi nempe placet, ſed & uobis, hoc bene noui, pariter placebit. Quid uero tandem eſt alijs facilius: Quid autem aliud, quàm quod & cuilibet facile & dictu compendioſum eſſe uidetur: Quale quidem iſtud, Modico uino utere, inquit, propter ſtomachum, & crebras ægritudines tuas. Eia igitur omnem orationem in hāc impendamus dictionem. Hoc aūt facimus nō ambitionis gratia, neq; in dicendo facultatis oſtentationem exhibere ſtudentes (non enim quæ dicuntur noſtra ſunt, ſed quæ ſpiritus gratia indulſerit) ſed ut auditores & ſegniores excitemus, & quātus ſit ſcripturarum theſaurus, & quòd neq; liberum, neq; tutum eas prætercurrere, perſuadeamus. Si enim tenuis hæc, & compendioſa dictio, & quæ nihil neceſſariū multis habere uidetur, multarū cauſas diuitiarum, & diſciplinæ profundiſſimæ occaſiones nobis præbere uiſa fuerit: multo magis illa quæ & ex ſe domeſticam oſtentant copiā, infinitis theſauris animaduertentes implebūt. Igitur nec illas quidem, quæ tenues eſſe putātur, ſcripturarum ſententias prætermitttamus. Nam & ipſæ de ſpiritus gratia ſunt. Spiritus aūt gratia nunquā parua eſt & uilis, ſed magna & mirabilis, & dantis munificentia digna. Ne igitur ocioſe audiamus, quoniā & metallorū terrā excoquētes, poſtquā in caminū ipſam iniecerint: nō tantū auri maſſas tollūt, ſed & paruas bracteolas multa cū ſedulitate colligūt. Quoniam igitur & nos aurū Apoſtolicis hauſtum metallis excoquimus, nō in fornacē iacientes, ſed in animæ noſtræ cogitationes immittētes: nō flammam accēdentes, ſed ignem ſpiritus excitantes, & paruas micas cū diligētia colligamus. Si etē breue uerbum, ſed multa uirtus. Quoniā & gemmæ non in corporis mole, ſed naturæ pulchritudine pretium habent: ſic & ſcripturarum lectio. Externa uero doctrina multas iactans nugas, & multa detinens auditores loquacitate, uacuis remittit manib. nullum neq; magnum, neq; paruū lucratos emolumentum. Spiritus uero gratia nō huiuſmodi, ſed in contrariū tota, per modica uerba oīmbus aduertētibus diſciplinā affert. Et multis ſæpe uerbū unum ſufficit hinc excerpſiſſe, ut totius uitæ initiū habeant. Poſtquam igitur tanta adeſt copia, noſipſos excitemus, & uigili mente quæ dicunt, ſuſcipiamus: ad magnā enim profunditatem ſermonem dimittere paro. Multis enim etiam ſuperflua, & ſuperabundās eſſe hæc admonitio quodāmodo uidetur, & talia dicunt uerba: Non per ſeipſum poterat Timotheus conijcere, qua re uti oporteret, uerum à præceptore diſcere expectat: quid uero præceptor: non tantū imperauit, ſed & literis inſeruit, tanquā æreæ colūnæ, datæ ad ipſum epiſtolæ agglutinans: nec erubuit huiuſmodi palàm ſcripturæ mādare ad diſcipulū de publicis negocijs ſcribens: Vt igitur diſcas, q̄ non tantū non eſt inanis admonitio, ſed neceſſaria & utiliſſima fuit: & nō Pauli eſt hoc, ſed ſpiri-

tus gratiæ: nõ tantum dictum, sed & literis insertum esse, et omnibus posteris per hanc epistolam traditum esse: ad ipsam mox probationem ueniemus. Ad hæc autem & aliud nõ minus q̃ hoc, dubitant quidã intra se quærẽtes, Qua de causa permisit deus uirum tantam habentem potestatem, ut eius ossa & reliquiæ dæmones expellerent, in tantam ægritudinem incidere? Non enim leuiter ęgrotabat, sed cõtinue, sed alternis & iugibus infirmitatibus, nec minimum quidem ipsum respirare indulgentibus. Vnde hoc manifestum? ex ipsis Pauli uerbis. Non enim dixit, propter ægritudinẽ, sed, propter multas ægritudines. Neq; simpliciter, propter infirmitates: sed ipsarũ continuationem significans, dicebat: frequentes tuas infirmitates. Audiant qui modico traditi languori ægre ferunt & indignantur. Non solum aũt hoc est quod quæritur, quòd cum esset sanctus ægrotabat, & sic cõtinue ægrotabat, sed etiam q̃ publica negotia ipsi erant credita. Si enim unus esset illorum, qui in montiũ uertices secesserũt, & in solitudine cellulas cõpegerunt, & ociosam huiusmodi uitam elegerũt, nõ esset tam dubiũ quod quęritur. In medium uero prouectum, & tot ecclesiarum curas habentẽ creditas, & urbes totas, & gẽtes, & totum terrarum orbem tanta cum sedulitate & studio administrantẽ, infirmitatis necessitati traditũ esse, hoc est, quod maxime non animaduertentem omnino in stuporẽ agere potest. Etsi enim, inquit, non propter se, saltem propter alios ipsum ualere oportebat. Imperator erat optimo: bellum ab eo gerebatur, non contra infideles tantum, sed & contra dæmones, & contra ipsum diabolum. Multa cum uehemẽtia hostes omnes imminebant, dissipantes exercitum, & in captiuitatem trahentes. Hic uero infinitos ad ueritatẽ ducere poterat, & ægrotabat. Etsi enim, inquit, nullum præterea damnũ ex hac imbecillitate rebus inferretur, ea ipsa fideles pigriores & torpidiores reddere poterat. Nam si milites ducem suũ lecto detentũ cernẽtes, segniores fiunt, & ad pugnam tardiores: multo magis par erat, & fidelem præceptorem post tot signa operum intuẽtes continue ęgrotantem et corporis morbo laborantẽ, humanum quiddam esse perpessos. Nec uero hæc tantum, sed & aliud quiddam dubitantes quærunt, qua de causa rursum neq; se ipse, neq; ipsius præceptor, ita confectum curauit: sed mortuos quidẽ suscitabant, & dæmones expellebant, & mortem facile uincebant, corpus uero ægrotum non instaurabant. Et qui in alienis corporibus etiam mortuis tantam exhibuere uirtutem, stomachũ lapsum non releuabãt: & quod maius est, non ueretur, nec erubescit Paulus post tot, & alia signa, quę uel nudo præstitit uerbo, Timotheo scribere, ut ab aquæ potu cõfugiat ad uini medelam. Non q̃ uinum bibere turpe sit: Absit (hæc sunt em̃ hæreticorum præcepta) sed quòd dedecus esse non putaret, nõ posse absq; illius auxilio unũ laborãs membrũ erigere. Verum enimuero tantũ abfuit ut de hoc erubesceret, quòd & omnibus posteris

A hoc fecit manifestum. Videtis in quantam sermonem egimus profunditatẽ: quomodo quod paruum esse uidetur, innumeris quæstionibus scaturit? Eia igitur et solutionem afferamus, idcirco enim ad imũ descendimus, ut mentẽ nostram excitantes, in tuto sensus collocemus. Concedatis autem mihi, quæso, priusquã his quæstionibus solutionẽ afferã, aliquid de Timothęi uirtute, & Pauli cura dicere. Quid em̃ illo fuit amantius, qui tanto absens interuallo, & tot circũuentus negocijs pro stomachi sanitate discipuli tantam prouidẽtiam gerebat, & cũ sedulitate de morbi correctione scribebat? Timothei uero uirtuti quid æquale? Sic delicias aspernabat̃, & lautam mensam deridebat, ut in morbum ex uictus asperitate, & nimio caderet ieiunio. Quòd enim natura talis nõ
B esset: sed ieiunio & aquæ potu stomachi uim prostrasset, ipsum Paulum diligẽter hoc manifestantem audite. Non em̃ simpliciter dixit, Vino modico utere: sed cũ prius dixisset, Noli adhuc aquã 1.Tim.
bibere, tũc bibendi uini consiliũ attulit. Noli adhuc: uerbum est significãtis, quod eousq; aquam bibebat, & propterea imbecillis factus est. Quis non admiretur ipsius disciplinã & diligentiam? ipsos attigerat cœlos, uirtutis cursum cõsummauerat. Et hæc ipsi præceptor atteſtatur, sic dicens:
Misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in domino. Quando aũt Paulus ipsum uocat filium, & filium dilectum & fidelem, hæc uerba omnem ipsius uirtutẽ demõstrare sufC ficiũt. Sanctorum em̃ iudicia nec ad gratiam, nec ad inimicitiam fiunt, sed ab omni sunt dubitatione libera. Non fuisset tam beatus Timotheus, si Pauli filius à natura fuisset, quàm nũc est admirabilis: quoniã secundum carnẽ nihil ad ipsum attinens, per cognationẽ quæ est secundũ religionem, in ipsius se adoptionẽ induxit, cum sedulitate disciplinę illius characteres in omnib. seruans. Sicut enim uitulus tauro cõiugatus, sic iugũ cum illo trahebat ubiq; terrarũ, & nihilo propter ætatem deficiebat: sed studiũ ut cum præceptoris laboribus cõtenderet, præstabat. Et horũ testis rursus ipse Paulus, sic dicens: Nemo ipsum contemnat: opus enim domini operatur sicut & ego. Vidisti q̃ incõmutatum studium ipsi atteſtat̃? Mox
D ne hæc ad gratiã dicere uideatur, ipsos auditores filij uirtutis testes facit, sic inquiẽs: Probationem aũt ipsius nostis, quod tanquã patri filius, sic me- Phil.2.
cum seruiuit in Euangelio: experientiã uos cepistis uirtutis ipsius, & probatę animę. Veruntamẽ cum ad tantã officiorũ altitudinem ascendisset, neq; sic cõfidebat: sed in certamine erat et in timore: ideoq; cũ instantia ieiunabat, neq; illud passus est quod multi, qui decem tantũ uel uiginti mensis ieiunio se tradentes, repente omnia dissoluũt. Sed ille nihil tale passus est, neq; tale quippiã intra seipsum dixit, Quid mihi deinceps opus est ieiunio? Victor euasi, cupiditates superaui, corpus meũ mortificaui, dæmones terrui, diabolũ depuli, mortuos resuscitaui, leprosos mũdaui, cõtrarijs potestatib. terribilis sum. Quid mihi amplius ie-

iunium

iuniũ,& ulterior cautela? Nihil tale dixit, aut cogitauit:ſed quãtò magis innumeris affluebat meritis,tantò magis timebat & tremebat. Et hanc à præceptore diſciplinã diſcebat:etenim ille in tertium raptus cœlũ,& in paradiſum delatus, & auditis ineffabilibus uerbis, & myſteriorũ factus talium particeps,cum orbẽ totum percurriſſet, tanquã alis quibuſdã fultus,ad Corinthios ſcribens, dicebat: Vereor ne fortè cum aliis prædicauero, ipſe reprobus ſim.Si uero Paulus poſt talia,& tot officia timet,qui dicere potuit:Mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo: multo magis nos timere oportet,& tãto magis,quãto maiora fuerimus beneficia conſecuti. Tunc enim diabolus ſæuior efficitur,tunc magis efferatur,cũ uiderit nos cum diligentia uitam noſtrã diſponentes, cum uiderit uirtutis onera cõpoſita,& magnos aceruos,tunc grauius inferre naufragiũ ſtudet. Vilis enim & abiectus etiã ſi ſupplantatus fuerit,& ceciderit,non tantũ cõmuni uitæ cladis infert:in alta uero quadam tanq; uirtutis ſpecula,cũ multa claritate conſtitutus, & qui omnibus manifeſtus & cognitus ſit,& ab omnib.admirationi habeat, quando tentatus ceciderit, magnã ruinam & iacturam facit: non tãtũ,quoniam ex alto cecidit, ſed quoniã & aliis multis ſcandali materia eſt in ipſum reſpicientibus.Et ſicut in corpore, alio quidẽ membro corrupto,nõ magnum eſt damnum: oculis uero læſis,uel capite contrito,totũ corpus inutile redditur:ſic & in ſanctis,& magna emeritis dicendũ eſt.Quãdo illi extincti fuerint, cũ maculam quã piam admiſerint,totũ & reliquum corpus intolerabile detrimẽtũ patitur. Hæc igitur omnia nota habens Timotheus,undiq; ſe muniebat. Sciebat quòd difficilis res eſt iuuẽta,quòd iactabilis, fallibilis,labilis eſt, & uehementioris indiget freni: pyra enim quædam eſt exteriora apprehendens omnia, facileq; ac celeriter ſuccendens. Idcirco ipſam undiq; obſtruebat, ut cõpeſceret, & huius flammam omni modo extinguere ſtudebat:& equũ effrenem,& uix habenis parentẽ,multa cum uehementia angebat,donec ipſius laſciuias circũcideret,donec obedientem redderet, & traderet magna cum poteſtate, rationis ipſum ducẽtis imperio.Infirmetur, inquit, corpus, & nõ infirmetur animus:refrenetur caro, & animæ ad cœlum curſus non impediatur. Ad hæc autẽ & illud maxime quiſq; in ipſo mirari poſſet, quòd tantũ debilitatus,& tanta cum ægritudine luctãs, dei negocia nõ negligebat, ſed amplius quàm ualẽtes, & corpore uigentes circumquaq; uolitabat, iam Epheſum,iam Corinthum,in omniq; mari, in omni ſolo cum præceptore apparens,omnibus in certaminibus & continuis periculis cũ ipſo communicabat. Nec animi ſapientiam redarguit corporis imbecillitas, tantum ualet in deum zelus, tam leues efficit alas.Sicut enim corpora habentibus pinguia & ualida, nullum erit ualetudinis emolumentũ,ſi animus deiectus fuerit & ſegnis, & degener:ſic & confectis nullum erit ex imbecillitate nocumẽtum,ſi animus generoſus & expergefactus fuerit. Videtur autem quibuſdã hæc admonitio & conſiliũ,liberioris uini potus poteſtatem indulgere.Sed nõ ita eſt. Cæterũ ſi quis dictionẽ hanc diligẽter exquirat,de ſobrietate magis eſt admonitio. Cogita enim quomodo non à principio,neq; ab exordijs hoc conſilium Paulus dederit,ſed poſtq; uidit omnẽ uirtutem delectã, tunc conſuluit:neq; hoc ſimpliciter,ſed cũ præfinitione quadã: non enim ſimpliciter dixit, Vino utere:ſed,uino modico, nõ quòd hac admonitione & cõſilio Timotheus egeret,ſed quòd nos indigemus.Idcirco ad illum ſcribens, nobis bibẽdi uini mẽſuram & terminos ſtatuit, tantũ bibere iubens,quantũ ualetudinem adiuuet,quantum corpori ſanitatẽ prębeat,& non alterũ morbum: nõ pauciores enim,q; continuatus aquæ potus, ſed multo plures, & difficiliores animi & corporis morbos immodica uini parit potatio,paſſionum bellum,abſurdarũ cogitationum hyemem menti introducens,& corporis uim molliorẽ & ſolubiliorem efficiens.Non enim ita terræ natura uexata aquarũ ſuperabundantia continue diſſoluitur, ut corporis uis molleſcit,& diffluit, & exilis redditur uini potu cõtinuò ingurgitata.Fugiamus igitur utrinq; intẽperantiam,tum corporis ualetudinem curando,tum ipſius laſciuias recidendo. Vinum enim à deo datum eſt,nõ ut inebriemur, ſed ut ſobrij ſimus:ut delectemur, non ut doleamus. Vinũ enim lætificat,inquit Dauid, cor hominis: tu uero ipſum triſtitiæ materiã facis. Etenim animo grauato ſunt ſupra modũ ebrij,tenebris multis mẽti offuſis.Medicina optima eſt, quando cõ mẽſurationẽ habet optimam. Hic locus & cõtra hæreticos utilis eſt,dei creaturã accuſantes: ſi eñ deuetitis eſſet,nõ permiſiſſet Paulus, nõ uino utendũ dixiſſet.Non ſolum autẽ contra hęreticos, ſed & cõtra fratrũ noſtrorũ ſimpliciores,qui poſt quàm aliquos præ ebrietate ſe deturpantes uiderint,illos uituperare omittẽtes, fructũ à deo datũ calumniantur,dicẽtes:Non ſit uinũ. Ipſis itaq; dicamus:Nõ ſit ebrietas. Vinum enim dei, ebrietas aũt diaboli opus eſt:nõ uinũ ebrietatem facit, ne dei creaturam accuſes,ſed conſerui inſaniam argue. Tu uero peccantẽ punire & corrigere omittens,benefactorem afficis cõtumelia? Cum igitur quoſdam hæc dicentes audierimus, obmutescere faciamus.Nõ enim uſus, ſed immodeſtia ebrietatem facit:ebrietatẽ,inquam,malorum omnium radicem. Vinũ datum eſt,ut corporis imbecillitatem corroboret, non ut animi ſanitatẽ exterminet.Noli igitur immoderate dei munere utens, ſtultis & impudentioribus hominibus occaſiones præbere.Quid enim ebrietate miſerabilius? Mortuus eſt animatus,ebrius,dæmõ eſt uoluntarius:morbus ueniã non habens,ruina excuſatione carẽs,cõmune generis noſtri opprobriũ. Non enim in cõuentibus tantum inutilis ebrius, aut in priuatis & publicis negocijs, ſed etiã ſolo eſt aſpectu omniũ grauiſſimus, fœtores exhalãs teterrimos,eructatiões,& oſcitationes, & uoces ebriorũ inſuaues atq; moleſtæ,eos qui ſpectãt,& ſimul

Pſal.103.d

simul sunt, extremæ abominationis implent. Et quod malorũ caput est, cœlũ ebrijs inuisum hic morbꝰ efficit, nec ętterna bona assequi permittit, sed post uitæ huius opprobrium, & illic tali morbo laborantes, pœna manet æterna. Hanc igitur improbam consuetudinem recidamus, & Paulũ audiamus dicẽtem: Vino modico utere. Etenim ipsum modicum propter infirmitatm permisit, ꝙ nisi imbecillitas uexasset, neꝙ modicũ admittere discipulũ coegisset. Necessariũ enim est nobis traditos cibos & potus tẽporibus & necessitatibus semper metiri: & nullatenus necessitatẽ excedere, neꝙ imprudenter & temere quid facere oportet. Sed postquã Pauli curam, & Timothei uirtutem didicimus, eia deinceps ad ipsam quæstionũ solutionem ducatur oratio. Quæ igitur sint, quæ quærũtur, iterum dicere necessariũ est, ut solutio manifestior efficiatur. Qua de causa sanctũ talẽ, tractantẽ negocia in morbũ deus incidere permisit, & neꝙ ipse, neꝙ prȩceptor ęgritudinẽ curare potuerũt, sed bibẽdi uini auxilio opus habuerũt? Et quæsita quidẽ hȩc erant. Oportet aũt ipsam inferre solutionẽ, ut non tantum qui in morbum & ægritudinem talem, sed & quicũꝙ in pauperiem inciderũt & pestem, & uincula, & tormenta, tentationes & calũnias, omnia præsentis uitæ incõmoda, sancti & magni & admirabiles, ex reb. hodie dicendis idoneam & manifestissimam in illis quoꝙ defensionẽ contra accusare uolentes, inuenire possint. Multos etenim audiui talia quærentes: Quid tandem ille modestus & mansuetus homo ab alio quodã impio & improbo p singulos dies trahit, & innumeras patitur molestias, & deus permittit? Quare alter accusatus iniuste mortuus est? Ille submersus est, inquit, alius præcipitatus? Et multos possumus referre sanctos, & tẽporibus nostris & maiorum nostrorũ, qui multas sustinuerunt tribulationes, differentes & uarias. Vt igitur horum omnium rationẽ uideamus, & neꝙ ipsi tumultuemur, neꝙ alios scandalizatos negligamus, nunc diligenter dicendis intẽdamus. Varię enim & omnimodæ sanctorũ afflictionis causas numero octo charitati uestræ dicere possum. Idcirco omnes uosipsos cum diligẽtia colligite, sciẽtes quòd nulla deinceps nobis uenia & excusatio dabitur, si de cõtingẽtibus scandalizemur, quippe qui, cũ sint multæ occasiones, tanꝙ nulla sit, ita tumultuabimur & perturbabimur. Itaꝙ prima quidẽ est, quòd cum facile in arrogantiã propter meritorũ magnitudinem & miraculorũ tollantur, ipsos sinit affligi. Secunda, ne cæteri maiorem habeãt de ipsis opinionẽ, quàm humana patitur natura, & ipsos deos, non autẽ homines esse arbitrẽtur. Tertia, ut & dei uirtus appareat per ægrotantes & cõpeditos, exuperãs, & prędicationem augẽs. Quarta, ut ipsorum illorum patiẽtia manifesta fiat, nõ propter mercedem deo seruiẽtium, sed & tantam exhibentiũ gratitudinem, ut & post tot mala syncera in ipsis beneuolentia ostendatur. Quinta, ut de resurrectiõe cogitemus: cum enim uirum iustũ, & multa plenum uirtute, innumera passum mala, & sic hinc digressum uideris, oportet ex hoc omnino aliquid de illo iudicio cogitare. Si enim homo pro se laborãtes sine præmijs & retributione abire non permittit: multo magis eos, qui tãtũ laborauerunt, nunquã incoronatos remanere deus decerneret. Si autem ipsos laborum suorum retributione priuare nõ elegit, omnino necesse est quoddam aliud tẽpus esse post præsentium finem, per quod præsentis uitę laborum retributiones reciperent. Sexta, ut omnes in grauia incidentes sufficientem consolationem & mitigationẽ habeant in eos respicientes, & malorũ quæ ipsis accidêre recordantes. Septima, ne quando exhortamur uos ad illorum uirtutem, & cuiꝙ dicimus, Imitare Paulum, imitare Petrũ, propter gestorũ excessum alterius ipsos naturę participes fuisse cogitantes, ad imitationẽ torpeatis. Octaua, ut quando beatos uel miseros censere oportet, discamus quos quidem beatos, quos aũt miseros & ærũnosos putare debeamus. Igitur hæ quidem sunt causæ: sed oportet eas omnes ex scripturis cõfirmare, & diligenter demonstrare, quòd omnia dicta non humanarũ rationũ adinuentio, sed diuinarum scripturarũ est sententia. Sic enim & oratio erit nobis fide dignior, & melius animis nostris insidebit. Quòd tribulatio quidem cõferat hoc sanctis, ut moderentur & humilientur, nec inflẽtur ex gestis & signis, & propter hoc ipsam euenire deus permittat, Prophetã Dauid & Paulũ eadem dicentes, audiamus. Nempe ille quidem dicit: Bonũ mihi domine, quia humiliasti me: hic autẽ præfatus, Raptus sum in paradisum, subintulit dicens: Et ne reuelationũ magnitudo extollat me, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ. Quid hoc apertius? ne extollar, inquit, propter hoc permisit deus angelos satanæ colaphizare me. Angelos autẽ satanæ, non dæmones aliquos dicit, sed homines diabolo ministrantes, infideles, tyrannos, gentiles, qui continue ipsum tribulabant, & semper insequebãtur. Quod autẽ dicit, huiusmodi est: Poterat, inquit, deus cõtinere persecutiones & tribulationes assiduas: sed quoniam in tertiũ raptus fui cœlum, & in paradisum delatus, ne harum magnitudine reuelationũ extollar, & altum sapiam, permisit persecutiones has, & angelos satanæ per persecutiones & tribulationes me colaphizare, ne extollar. Quoniam igitur sancti, & admirabiles Paulus & Petrus, & omnes quicũꝙ tales, qualescunꝙ sunt, tamen homines sunt: & multæ cautionis, ne facile extollantur, indigent, & maxime omnium sancti: (nihil enim sic in arrogãtiam extollere cõsuevit, ut officiorum conscięntia, & anima cum libertate uiuẽs:) Ne quid igitur tale illi patiantur, tẽtationes & tribulationes esse cõcessit, quæ possent ipsos corripere & persuadere, ut in omnibus moderate agerent. Quòd autem ad demonstrãdam dei uirtutem hoc magnopere conferat, & hoc ab eodem Apostolo disce, qui prius hoc dixerat. Ne enim dicas, quod infideles putãt, deum talia permittentem debilem esse, nec suos periculis eripere

Psal. 118. f
2. Cor. 12. 6

re

re posse, ꝙ ipsos afflígi continue cõcedat. Hocꝙ considera, quõ per hæc demonstrauit Paulus, ꝙ non tantum quæ fierent, ipsius imbecíllitatẽ non arguerent, sed amplius potentiã omnibus ostẽtarent. Cũ em dixisset: Datus est mihi stímulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizet: & cõtinuas propterea tentationes demonstrasset, intulit: Propter quod ter dominũ rogaui, ut à me discederet, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus mea in infirmitate perficitur. Tunc mea, inquit, potentia demonstratur, quãdo uos in imbecillitate estis, & per uos qui uidemini esse debiles prędicationis uerbum augeť, & ubiꝙ dispergiť. Quando igiť in carcerẽ, innumeris susceptis uerberibus deductus fuit, carceris custodẽ uinxit. In ligno erant pedes, in catenis manus, & carcer sub mediam noctẽ quatiebať, ipsis deum laudantib. Cernis quõ ipsius uirtus in infirmitate perficiebatur? Si fuisset solutus Paulus, & illud habitaculũ cõcussiisset, nõ fuisset tam mirandũ, quod fiebat: idcirco inquit, Remane uinctus, & cõmoueanť parietes undiꝙ, & soluantur compediti, ut magis uirtus mea euidens sit, dum per te constrictum & colligatũ oẽs uincti soluunť. Hoc ipsum igitur & carceris custodem nunc perculit, quòd cum tanta teneretur necessitate, per orationem solam potuit fundamẽta quidẽ quassare, fores uero carceris aperire, & oẽs uinctos soluere. Non hic aũt solum, sed etiã in Petro, & in ipso Paulo & in alijs quoꝙ apostolis uidere quispiam posset hoc iugiter euenire, & in persecutionibus dei gratiã efflorentẽ & apparentẽ in tribulationibus, & sic uirtutem suã prædicantẽ. Idcirco dicebat: Sufficit tibi gratia mea: uirtus em mea in infirmitate perficiť. Quòd aũt & humana natura maiora multi sępius de ipsis suspicaturi erant nisi talia patientes uidissent, audi quõ timuit Paulus. Nã & si uoluero, inquit, gloriari, nõ ero insipiẽs: parco aũt, ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Quid aũt est quod dicit? poterã, inquit, multo maiora dicere miracula, sed nolo, ne forte signorũ magnitudo maiorẽ de me hominibus suspicionẽ inducat. Propterea & Petrus postꝙ claudum erexit, & oẽs ipsum admirabanť, seipsum corripiens & persuadẽs, ꝙ nihil à seipso, & de ꝓprio exhibuerat, dicit: Quid nos intuemini tanquam propria uirtute uel potestate fecerimus hunc ambulare? Et rursus in Lystris nõ solũ erant obstupefacti, sed & tauros coronatos duxerũt, & Paulo & Barnabæ immolare aggrediebanť. Vide diaboli malitiã. Per quos dns ex mũdo impietatem expurgare studebat, per hos ipsam ille inducere curabat, rursum persuadẽs deos homines esse putare: quod & prioribus fecit tẽporibus. Et hoc maxime est, quod idololatriæ principiũ, & radicem introduxit. Multi enim qui & bella bene gesserant, erexerant trophæa, & urbes ædificauerant, & alijs huiusmodi demeruerãt sui temporis homines, dij à multis existimati sunt, & tẽplis & aris honorati. Et omnis gentiliũ deorũ numerus ex his omnibus cõflatus est. Ne hoc & in sanctis fieret, permisit ipsos deus continue pelli, flagellari, in uarios incidere morbos: ut nimia corporis imbecillitas, & tentationũ turba præsentib. persuaderet, ꝙ homines erant talia ædentes miracula, nihilꝙ de suo afferebant, sed nuda gratia per illos omnia operabatur. Si em parua & uilia operatos, deos putauerunt: multo magis si nihil passi fuissent humanũ, hos suspicati fuissent, qui talia fecerunt, qualia nemo unquã neꝙ uidit, neꝙ audiuit. Si em cũ ipsi flagellarenť, præcipitarenť, ligarentur, pellerentur, periclitarenť quotidie, tamen in hanc impiã opinionẽ quidã ceciderunt: multo magis si nihil humanũ passi fuissent, huiusmodi fuissent existimati. Igiť hæc quidẽ tertia afflictionis causa. Quarta uero, ne sancti ꝓpter prẽsentis felicitatis spem deũ colere putenť. Etenim multi in lasciuia uiuentiũ à multis sæpius accusati, & ad uirtutis uocati labores, & sanctos in hilari molestiarũ tolerantia laudari audientes, ex his ipsos accusare aggrediunť, & non homines tantũ, sed & ipse diabolus hoc ipsum suspicatus est. Quoniã enim multis erat circũdatus diuitijs Iob, & multa potiebať opulẽtia, exprobratus à deo per ipsum malignus ille dæmon, cum nihil haberet quod diceret, neꝙ quo de suis excusareť criminib. neque quod iusti uirtutibus impingeret, ad hanc statim cõfugit cõfusionẽ, dicẽs: Nunquid gratis Iob colit te? circunuallasti interiora & exteriora eius. propter mercedẽ, inquit, ille uirtutẽ sequiť tanta fruens opulentia. Quid igitur fecit dns? uolẽs demonstrare, quòd nõ ipsum sancti colunt propter mercedẽ, omnẽ ipsius substantiã abstulit, & paupertati tradidit, & in grauẽ morbum incidere permisit. Mox illum redarguens, tanꝙ temere talia suspicatũ, inquit: Adhuc innocentiã retinet: tu uero cõmouisti me, ut frustra ipsius substantiã perderem. Sanctis enim hoc in remunerationẽ & retributionẽ sufficit, deũ uenerari: quoniã & amanti hoc in retributionẽ sufficit, se amantẽ amare: & nihil amplius requirit, nec quippiam hoc maius esse putat. Si uero in homine hoc, multo magis in deo: quod quidẽ & deus demonstrare uolens, plura ꝙ diabolus petijt, cõcessit. Ille em inquit: Mitte manum tuã, & tange ipsum: deus aũt non ita. Sed tibi ipsum, inquit, trado. quẽadmodũ enim in exterioribus certaminibus corpore uigentes, & bonæ habitudinis athletæ, non sic apparent, cũ uestimentum undiꝙ oleo madidum fuerint induti, sed quando illo abiecto nudi in stadia feruntur, tunc maxime spectatores membrorũ proportione penitus obstupefaciunt, cum nihil ipsam amplius obumbrare possit: Sic & Iob, quando omnibus quidem illis diuitijs circunfusus erat, quis esset, nõ multis manifestus erat: postꝙ uero ipsas, uelut uestimentum exutus athleta abiecit, & ad pietatis certamina nudus intrauit: sic spoliatus spectatores omnes perculit, ut & ipse angelorum dominus super animi eius tolerantia uehemẽter acclamaret, & uictori illi applauderet. Quod em superius iam dixi, nõ hominibus apparebat illis omnibus diuitijs circumamictus, sicut quando proie-

proiecto ipso pallio nudus exilijt in medio orbe, tanquam theatro, & omnes bonam ipsius animi habitudinem admirati sunt. Nō solum aūt ex rerum ablatione demonstrabatur, sed etiam ex patientiæ lucta circa ægritudinem. Sicut nāq; prædixi, non ipsum percussit deus, ne rursum diabolus diceret: Pepercisti, & non tantam, quātam oportebat intulisti tētationem: sed ipsi tradidit diabolo, & gregum perditionem, & carnis potestatem. Confido de certatore, inquit, idcirco nō prohibeo ipsi quæcunq; uelis inferre certamina. Sed quemadmodum spectati palęstritæ, & arte & corporis robore fidentes, non recti aduersarijs (ut plurimum) congrediuntur, neque de pari, sed ipsos illis medios apprehendendos præbent, ut illustriorem uictoriam faciant: sic & deus medium tradidit sanctum diabolo apprehendendum, ut cum ipsius tantam conflictus prærogatiuam superarit, soloq; prostrauerit, clarior corona reddatur. Aurum est probatum: quomodo uis proba, in ipso maculam non inuenies. Non aliorum uero nobis tantum fortitudinem demonstrat: sed & aliam magnam affert cōsolationem. Quid enim inquit Christus? Beati eritis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces uestra magna est in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Et rursum Paulus Macedonas consolari uolens: Vos enim, inquit, imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa: quoniā eadem passi estis à cō tribulibus uestris, quemadmodū & illi à Iudæis. Et Hebræos rursum ita consolat̄, recensens istos omnes in fornacibus, in lacubus, in solitudinibus, in montibus, in speluncis, in fame, in angustia degentes: molestiarum enim communicatio quandam lapsis affert cōsolationē. Quòd autem & de resurrectiōe quoq; hoc ipsum cogitationes inducit, audi eundem Paulum dicentem: Si secūdum hominem cum feris pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui nō resurgūt? Et iterū: Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Innumera patimur mala in præsenti uita, inquit: si igitur non sperat̄ altera uita, qd nobis esse possit misera bilius? Vnde manifestū est, quòd non solæ miseriæ nobis in præsenti suppetijssent. Et hoc clarū ex tentationibus efficitur: nunquam enim deus pateretur tot & talia passos mala, & præsentē uitam omnē in tentationibus & infinitis degentes periculis, multo maioribus nō remunerari muneribus. Si uero non pateretur, certum quòd meliorem quampiā parauit alterā uitā, in qua pietatis pugiles coronare & laudare toto debet orbe spectante. Itaq; cum uideris iustum angustiari, affligi imbecillitate, pauperie, & innumeris alijs ærūnis præsentē uitam transire, dic intra te ipsum: q̄ nisi resurrectio esset & iudicium, nunquam deus tanta propter se mala passum, nullo potitū bono hinc migrare permisisset. Vnde patet, quod alteram ipsis uitam præsenti iucundiorem, & multo meliorē parat: nisi enim hoc esset, improbos quidem multos per hanc uitam gaudere, iustorum uero multos in plurimis erumnis nunquam dimitti esset: sed quoniam præparatum est seculum aliud, in quo secundum meritum, huic quidem improbitatis, huic uero uirtutis præmia reddere debet: propterea tolerat hunc quidem affligi, illum uero delicijs indies diffluere. Verum & aliam ex scripturis causam astruere conabor. Qualis uero hæc est? ne dicatis nos in eandem uirtutem non esse uocatos: quoniam illi alterius naturæ participes essent, qua non erant homines. Idcirco quidam de magno loquens Helia, sic inquit: Helias homo erat in passionibus similis nobis. Vides q̄ à passionum cōmunione demonstrat ipsum hominem esse secūdum nos? Et iterum: Etenim ego homo sum in patiendo uobis similis. Et hoc naturæ communionem spondet. Vt autem discas, quòd & hic quos oporteat putare beatos nos doceat, inde clarum est, quòd quando audieris Paulum dicentem: Vsque ad præsentem horam & esurimus & sitimus, & nudi degimus, & colaphizamur, & inquietamur, & laboramus: &, Quem diligit dominus, castigat: flagellat autem oēm filium quem suscipit: certū est q̄ non remissione fruentes, sed propter deum angustiatos & contritos laudemus, & beatos censeamus in uirtute uiuentes, pietatisq; curā gerentes. Sic & Propheta dicit: Dextera eorū dextera iniquitatis, filiæ eorum compositæ, circumornatę ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Et oues eorum fœtuosæ abundantes in gressibus suis, boues eorum crassę. Nō est ruina macerię, neq; trāsit9, neq; clamor in plateis eorū. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Tu uero quid dicis? Beatus, inquit, populus, cuius dominus deus eius. Non pecunijs affluentem, sed pietate gloriantem: hunc ego beatum puto, inquit, etsi innumera patitur mala. Si uero oportet & nonam dicere causam, illud dicere possemus, quòd spectabiliores tribulatio facit tribulatos. Tribulatio enim patientiam operatur, patientia uero ꝓbationē: probatio aūt spem, spes uero nō confundit. Vides quòd ex tribulatione probatio futurorum spem nobis affert, & in tentationibus manere, de futuris bene sperare facit? Itaq; non temere dicebam, quòd hę tribulatiōes resurrectionis spem nobis designāt, & uexatos meliores efficiunt. Quēadmodū enim, inquit, in fornace aurū examinat̄, sic & homo acceptus in humiliationis camino. Possum9 & decimā dicere causam. Qualem uero hāc? quā & iam sæpius dixi superius, q̄ si aliquas habeamus maculas, & hic eas deponimus. Et hoc patriarcha declarās ad diuitem dicebat: quoniā Lazarus recepit sua mala: unde cōsolationē accipit. Et ad hāc aliā rursum inueniem9. Qualē uero hāc? ut coronæ & præmia nobis augeant̄: quantū em̄ tribulationes intendunt̄, tantū & retributiōes ampliabunt̄, imò uero & multo plus. Nō em̄ cōdignę sunt passiones præsentis tem-

Matt.5
1.Thess.2
Heb.11
1.Cor.15
Iaco.5
Sap.7
1.Cor.4
Heb.12
Psal.143
Rom.5
Eccles.2
Luc.16
Rom.8

temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Tot igitur causas habentes de sanctorũ afflictione dicẽdas, ne in tentationib. indignemur, neq; anguſtiemur, neq; tumultuemur: ſed & ipſi noſtros inſtruamus animos, & alios hæc doceamus. Et ſi uideris hominẽ in uirtute uiuentẽ, philoſophiam ſectantẽ, placentem deo, poſtea innumera patiẽtem mala, ne ſcandalizeris dilecte. Et ſi uideris aliquẽ ſpiritualibus uacãtem operibus, & aliquid utile expediturũ, poſtea ſupplãtatũ: ne tumultueris. Etẽm noui multos ſæpius talia querentes: Ille, inquiunt, ad templũ peregrinatus eſt, pauperibus pecunias perferens, & in naufragiũ incidit, & amiſit omnia. Alter rurſum idẽ faciens, in latrones incidit, & uix animã ſuã ſaluauit, nudus inde diſcedẽs. Quid igit̃ dicemus? q̃ horum nullo triſtari oportet. Etſi eẽm naufragiũ fecit, ſed & habet iuſtitiæ fructũ appenſum: ſua enim omnia impleuit, collegit pecunias, depoſuit, cũ recepiſſet, abibat, peregrinationẽ attigerat: naufragiũ uero de reliquo, non de ipſius fuit ſententia. Sed quare hoc deus cõceſſit? ut hũc ſpectatũ exhiberet. Sed pauperes, inq̃t, priuati ſunt pecunijs. Nõ tantam tu pauperum prouidentiã habes, quantã qui fecit eos deus: etſi enim his priuati ſunt, tamen aliũde poteſt maiorẽ copiæ occaſionẽ ipſis præbere. Ne igitur geſtorum rationes repetẽtes ipſum reprehendamus, ſed in omnibus glorificemus: non enim imprudenter & temere talia ſæpe fieri permittit. Sed cũ ex his pecunijs conſolationem habituros non deſpiciat, ſed ipſis aliam pro his alimenti occaſionẽ præbeat, etiã naufragium paſſum probatiorẽ efficit, maioremq; ipſi parat mercedem: multo enim maius eſt, q̃ eleemoſynã dare, quòd talibus obrutus negotijs deo gratias agat. Non enim tantum quæ per eleemoſynam damus, ſed & ea, q̃bus ab alijs ſpoliari fortiter ferimus, multum nobis fructum afferũt. Et ut diſcas hoc illo maius eſſe, ex his quæ Iob cõtigerũt hoc
13 faciam manifeſtum. Ille quando pecunias poſſedit, aperuit domũ pauperibus, & omnia quæ habebat elargiebatur: non erat tam illuſtris, quãdo pauperibus domum aperuit, quàm cum ipſam ceciderſe audiens non iniquè tulit. Non erat tam illuſtris, quando ex ouium tonſura nudos circundedit, quàm fuit clarus & ſpectatus, cum audiẽs, quòd ignis cecidiſſet, & greges omnes conſumpſiſſet, gratias egit. Tunc humanus fuerat, nunc fuit philoſophus: tunc pauperum miſerebatur, nunc deo gratias agebat. Nec intra ſe dixit: Quid tandem hoc eſt? Armenta conſumpta ſunt, quib. innumeri pauperes alebantur. Et ſi ego indignus eram hac rerum frui copia, ſaltem propter communicantes parcẽdum erat. Sed nihil horũ neq; dixit, neq; cogitauit. Norat enim deum omnia utiliter diſpenſantem. Et ut ſcias, quòd grauius poſtea uulnus intulit diabolo, cum ſpoliatus gratias egit, quàm cum poſſidens miſerabatur, aduerte. Quando poſſidebat, ſuſpicionem quandam habuit diabolus, etſi falſam, habuit tamen unde diceret: Num gratis deum colit Iob? Poſtquàm uero omnia abſtulit, & ipſum omnibus ſpoliauit, hic autem eandem in deum charitatẽ præſtitit, tunc demum obſtructum eſt os impudens, & nihil amplius quod diceret, habebat: nam ſplendidior q̃ prius erat iuſtus ille uir. Omnibus eẽm priuatum, generoſe & cum gratiarumactione ferre multo maius eſt, quàm in diuitijs degentem facere eleemoſynã, ſicut & in hoc contigit iuſto. Tunc multa in conſeruos fuit benignitas, nunc magnus in dominum amor demonſtrabatur. Hunc uero nõ temere ſermonem extendo: ſed quoniam ſæpius eleemoſynas facientes quidam, uiduas alentes, omni ſubſtantia diſpoliati ſunt: alij facto quopiam incendio omnia amiſerunt: alij naufragijs inciderunt: alij calumnijs, & talibus quibuſuis tentationibus, poſt multas eleemoſynas in extremã redacti ſunt paupertatem, & infirmitatem, & ægritudinem: & à nemine ullum adepti ſunt auxilium. Ne igitur dicamus, quod ſæpe dicunt, quòd nemo quicquam ſciat, ſufficiunt omnia dicta talem expellere trepidationem: cum ille nanq; toties faciens eleemoſynas omnia perdiderit, ſi pro hac gratias egerit iactura, multo maiorẽ à deo beneuolentiam hauriet: nec duplum ſicut Iob, ſed centuplum, & uitam æternam recipiet. Si uero hic malum patitur, hoc ipſum maiorem illic theſaurum ipſi præbebit, quòd generoſe omnia ferat: ad maiores enim ipſum inde uocat exercitationes & luctas, & de copia in penuriam incidere deus permiſit. Ignis ingruens ſępius ſubſtantiam tuam abſumpſit, & totam domũ populatus eſt: reminiſcere eorum quæ Iob acciderunt: age gratias domino, qui prohibere poteſt, & non prohibuit: & tantam recipies mercedem, quantam ſi omnia illa in pauperum manus repoſuiſſes. Sed in pauperie degis, & fame, & infinitis periculis? Recordare Lazarum, cum inopia & orbitate & innumeris alijs pugnantem moleſtijs, & hęc poſt uirtutem tantam. Recordare Apoſtolorum, qui & in fame & in ſiti, & in nuditate degebant: prophetarum, iuſtorum: & omnes ipſos inuenies nõ de diuitibus, non de gaudentibus, ſed de egentibus tribulatis, & anguſtiatis eſſe. Hæc apud teipſum colligens, domino gratias age, q̃ te huius fecit portionis, non exoſus, ſed & ualde diligens: quoniam & illos tot grauia pati non permiſiſſet, niſi uehemẽter amaſſet, quoniam clariores ipſos per hæc mala reddebat. Nullum gratiarũactioni par bonum, quemadmodũ blaſphemia peius nihil. Ne admiremur, quòd ſpiritualibus inſtantes multa patiamur aduerſa. Quemadmodum enim latrones, nõ ubi fœnum & paleæ & calamus, ſed ubi aurum & argentum ibi fodiunt, & continue uigilãt: Sic & diabolus his maxime inſtat, qui ſpiritualia attingunt negotia. Ibi multæ inſidiæ, ubi uirtus: illic inuidia, ubi miſericordia. Sed eſt nobis telum maximum quod oẽs tales machinas repellere ualet, qui per hæc omnia deo gratias agit. Abel, dic mihi, nonne de primitijs deo ſacrificans, fraterna cecidit manu? Sed tamen deus conceſſit, non eum peroſus qui ſe honorauit, ſed

Luc. 16

Gen. 4

sed ualde diligens, & pręter speciosissimi illius sacrificij coronam, & alteram ipsi per martyrium
Exod.2 præbens. Moses quidam iniuriam affecto opitulari uoluit, & mori periclitatus est, & patria excidit, ut sanctorum patientiam discas. Si enim post quàm nobis cauissemus, sic spiritualia attigissemus negotia, nihil magnum facere uisi essemus, tale securitatis pignus habętes: nūc uero hinc maxime admirabiles sunt talia facientes, quòd & pericula, & damna, & mortes, & infinita præuidentes mala, tamen huiusmodi officijs nō absistunt, neq; timorū expectatiōibus segniores facti sunt.
Dan.3 Sicut igitur tres pueri dicebant: Est deus in cœlo potēs eripere nos: & finaliter: Notum sit tibi rex quòd dijs tuis non seruimus, & auream imaginē, quam erexisti, non adoramus: & tu igitur quando quid boni secundū deum operari debes, multa prospice pericula, multa damna, multas mor-
Eccl.2 tes, & ne abhorreas, neq; tumultueris accidentibus his. Fili, inquit, accedens ad seruitutem dei, præpara animam tuam ad tentationem. Nemo nempe pugnare decernens, absq; uulneribus coronam reportare expectat. Et tu igitur cum diabolo totis uiribus pugnare aggrediens, ne uitam securam, & delicijs plenam sequaris. Non enim hic tibi retributiones, & promissiones, sed in futuro seculo omnia præclara deus promisit. Cum igitur uel ipse bonum feceris, & contraria recepe ris, uel alium hoc uideris patientem, gaude & lætare. Maioris enim tibi retributionis materia est. Ne concidas, neq; soluas promptitudinem, neq; segnior fias: sed magis insta cū maiori alacritate. Quoniam & apostoli quando prædicabant, etsi flagellabantur, lapidabantur, carceres continue habitabant, nō solum post periculorum liberatio nem, sed & in ipsis periculis cū maiore promptitudine ueritatis præconium enuntiabant. Et est cernere Paulum in ipso carcere, in ipsis catenis instruentem, initiantem: & in foro rursum idem facientem, & in naufragio, & in tempestate, & in periculis innumeris. Et tu hos sanctos æmulare, & à bonis operibus, quotiescūq; incidas, etsi millies interpellātem te diabolum uideris, nusquam absistas. Tu quidē pecunias perferens, forte naufragium fecisti. Paulus aūt omnibus pecunijs pre
Act.27 tiosius uerbū ferēs, Romā abibat, & in naufragiū incidit, & infinita subijt incōmoda. Et hoc ipse
1.Thess.2 manifestauit dicens: Sæpius uoluimus uenire ad uos, sed impediuit nos satanas: & deus permisit, ex superabundanti suam demonstrās uirtutē: & ostendens, quòd infinita faciente diabolo, & prohibente, nihil ex hoc prædicatio minuebatur aut interrumpebatur. Idcirco in oīmibus Paulus deo gratias agebat, sciens quòd probabiliorē per hęc se deus reddebat: & promptitudinis suæ uehemētiam in omnibus exhibebat, impedimento nullo interrupto. Quoties igit frustrati fuerimus, toties spiritualia aggrediamur: neq; dicamus, Quare deus impedimēta permisit? ppter hoc em permisit, ut promptitudinē tuam multo magis demōstres, & multum amorē. Amantis em maxime est, nun

A quam ab his quæ amato cōplacēt absistere. Mollis enim & ignauus ex primo statim impetu concidet. Vehemens autem & excitatus, & si millies interpelletur, tanto magis diuinis rebus instabit, quantum in se est omnia implens, & in omnibus gratias agens. Hoc & nos faciamus. Magnus thesaurus gratiarūactio, magnæ diuitiæ, inconsumptum bonum, armatura fortis: sicut blasphemia ingruentem iacturam intendit ijs, qui peierare solent, plura insuper perire facit. Perdidisti pecunias? Si gratias quidem egeris, animā lucratus es: & maiores nactus es diuitias, quia dei beneuolētiam hausisti amplius: si uero blasphemaueris, insuper & salutem tuam amisisti: & quam habuisti animam, & hanc occidisti. Sed postquàm de blas
B phemia nobis uerba nunc facta sunt, unam uos omnes petere uolo retributionem pro concione hac atque sermone: ut in ciuitate blasphemantes mihi castigetis: & si quempiā in biuio & foro deum blasphemantē audieris, accede, increpa: & si uerbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manū tuā sanctifica. Et si ulli accusauerint, & si in carcerē traxerint, sequere: & si pœnas iudex pro tribunali repoposcerit, dic cū libertate, q̄ angelorum regem blasphemauit. Si em̄ regē terræ blasphemātes puniri oportet, multo magis illum cōtumelia afficiētes. Cōmune crimē est, publica iniuria, cuiq; licet accusare uolenti. Discāt & Iudæi & gentiles, q̄ ciuitatis cōseruatores sunt Christia
C ni, & curatores, & prędides, & magistri: & idē discant dissoluti, & peruersi, q̄ & dei seruos ipsos timere oportet: ut etsi quid tale loqui aliquādo eligant, sese undiq; circūspiciāt, & umbras timeant, anxij ne fortè Christianus audiēs insiliat, & uehementius puniat. Nō audisti quid Ioānes fecerit? Tyrannū uidit hominē nuptiarū leges subuertentem, & cū fiducia in medio foro dicit: Nō licet tibi Matth.14 habere uxorē Philippi fratris tui. Ego aūt non ad tyrannū te duxi, neq; ad iudicē, neq; pro nuptijs temerarijs, neq; ,p seruis cōtumelia affectis, sed ,p furore in deū, æqualē castigare deposco. Ergo si tibi dixisse, Reges uel iudices prędaricātes puni uel corrige, nō me insanire dixisses? Et tn̄ Ioānes hoc fecit: adeò nō est id supra nos. Nūc uero saltem cōseruū, uel æqualē corrige, & si mori opus
D sit, castigare fratrē ne torpeas. Martyriū tibi hoc est: qm̄ & Ioannes martyr fuit. Nō sacrificare iussus fuit, neq; idolum adorare, sed pro sacris legib. temeratis caput deposuit. Et tu igitur pro ueritate usq; ad mortem cōtende, & deus pugnabit pro te. Nec mihi illud dicas frigidum uerbū, Quę uero mihi cura est? cum ipso cōmune habeo nihil. Cum diabolo solo cōmune nihil habeamus: cum omnibus aūt hominibus multa habeamus cōmunia. Eiusdē enim nobiscū naturæ participes sunt, eandem habitant terrā, eisdemq; alunt nutrimentis, eundem habent dominū, easdē ceperūt leges, ad eadem nobiscum bona inuitantur. Ne igitur dicamus, quòd nihil commune cum ipsis habeam? Satanica est ista uox, diabolica inhumanitas.

Ne

Ne igitur hæc dicamus, ſed congruã fratribus cu ram exhibeamus. Ego autem hoc cum omni pol liceor diligẽtia,& uobis omnibus ſpõdeo: quòd ſi uos omnes hic præſentes,ciuitatẽ habitantium ſalutem curare uolueritis, breui tota nobis corrigetur. Atqui non minima ciuitatis pars eſt hic, multitudine minima,ſed pietate ſumma. Diſpenſemus ſalutem fratrum noſtrorũ. Sufficit unus homo fidei zelo ſuccẽſus, totum corrigere populũ. Cum uero nõ unus tantum neq; duo, uel tres,ſed tanta ſit multitudo, quæ negligẽtiũ curam poſſit attingere,non aliunde, ſed per torporẽ ueſtrum, non per impotentiã plures pereunt & labuntur. Valde enim abſurdum, ſi pugnã quidem in foro uideamus,nõ accedere,& pugnantes conciliare: quid uero dico pugnam? Cum aſinũ cecidiſſe uiderimus,omnes manũ porrigere,& pariter erigere ſtudemus: fratrũ uero pereuntiũ curam habemus nullam. Aſinus eſt blaſphemus, animi pondus nõ ferẽs, cecidit:accede, excita & per uerba, & per facta,& per lenitatem & uehementiã,uaria ſit medicina. Et ſi ſic noſtra diſponamus,& proximorum ſalutem ſuſcipiamus,cito & illiſipſis correctionem admittẽtibus deſiderabiles erimus,& amabiles: & quod omnibus maius eſt, repoſitis fruemur bonis,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem, & cum quo deo & patri cum ſancto ſpiritu gloria,poteſtas, honor nũc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI ANTIOchiæ in eccleſia dicta ueteri, habita in Theodoſij magni Imperatoris pij imaginum ſubuerſione,et
1.Tim.6.d in dictum apoſtoli: Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere:& contra auaritiam. Homilia II.

VID dicã, aut quid loquar? Lachrymarum præſens tempus, non uerborum:luctuum, non ſermonum:deprecationis,non concionis. Tanta patratorum magnitudo, tam immedicabile uulnus, tam uaſta plaga, & omni medicamine
Iob 2.c maior,& ſuperni indigẽs auxilij. Sic enim & Iob omnibus amiſſis in fimo ſedebat, & audientes amici acceſſerunt, & ipſum procul conſpicati diſciderunt ueſtimenta, & ſibi cinerem inſperſerũt, & uehementer ingemuere. Idem nunc facere circumſtantes omnes ciuitates oportebat, ad urbem noſtram uenire,& quæ ingruunt cum omni miſericordia deflere. Ille in ſtercore tũc ſedebat, hæc in magno laqueo nunc conſidet. Sicut enim tunc diabolus in greges & armẽta, & omnẽ iuſti ſubſtantiã inſiluit: ſic nunc in omnem ciuitatẽ debacchatus eſt. Sic deus & tunc, & nunc permiſit: tunc quidem,ut iuſtum clariorem redderet tentationũ magnitudine:nunc uero ut nos modeſtiores tribulatiõis huius efficiat incurſu. Date mihi, ut preſentia lugeam. Tacuimus dies ſeptem,ſicut & amici Iob. Date mihi hodie os aperire, & hanc cõmunem lugere calamitatem. Quis nobis inuidit chariſſimi? quis nobis zelatus eſt? Vnde tanta facta eſt mutatio? Nihil fuerat noſtra ciuitate uenerabilius,nihil factum eſt miſerabilius. Populus tam compoſitus & mãſuetus,uelut equus manibus aſſueſactus,& domeſticis ſemper accerſentium manibus adueniens,repẽte tantũ nũc nobis reſiliit,ut tot mala geſſerit;quę neq; dicere fas. Lamentor & lugeo nunc, nõ propter expectatæ cõminationis magnitudinẽ,ſed propter nimiam paratorũ inſaniam. Licet enim non iritaret Imperator,neq; puniret & caſtigaret:qũo,dic mihi,commiſſorũ ignominiã ferremus? Luctu interciditur mihi doctrinæ ſermo,uix ualeo reſerare os, & labia aperire,linguã mouere,& emittere uerba. Sic tanquam frenũ doloris tumor impedit linguam meã,& uerba corrũpit. Nihil ciuitate noſtra prius erat beatius,nihil nũc factum eſt miſerius. Quem admodũ apes bombiſantes alueare, ſic forũ per ſingulos dies habitãtes circũuolabant, & omnes de hac nos multitudine beatos uocabãt. Sed ecce nunc hoc alueare ſolitariũ redditum eſt: quemadmodum enim apes illas fumus,ſic has apes timor fugauit. Et quod de Hieruſalem Propheta lugẽs dixit,hoc & nos ad præſens tempus dicemus: Facta eſt nobis ciuitas, ut terebinthus abiectis fo- Eſa.6.d
lijs,& tãquam ortus aquã non habens. Quemadmodum enim ortus deficiente irrigatione, foliis priuatas & fructib. nudas arbores exhibet: ſic & ciuitas nobis facta eſt. Superno enim ipſam deſtituente auxilio,ſolitaria remãſit, omnibus ferè habitatoribus nudata. Nihil patria dulcius, ſed nũc nihil amarius factũ eſt. Omnes terram quæ ſe tulit, tanquam laqueum fugiũt, deſerunt tanquam barathrum,tanquam ab igne reſiliũt. Et quemadmodum domo igne correpta,non tantũ domum habitantes,ſed & omnes proximi cũ multa ſe recipiunt feſtinatione, nudũ corpus ſaluare ſtudentes:ſic & nunc regia ira tanquã pyra quædã ſuperne ut ueniat expectata, priuſquã per uiã trãſiens ad ipſos perueniat ignis, quilibet prius exire, & nudum corpus ſeruare feſtinat. Et ænigma nũc facta eſt miſeria noſtra,ſine hoſtibus fuga, ſine pugna trãſmigratio & captiuitas. Non uidimus barbaricum ignem,neq; hoſtiũ uultus ſpectauimus, & ea quæ capti patimur. Nunc igitur omnes diſcunt calamitates noſtras. Noſtros enim exules ſuſcipientes, ab illis ciuitatis flagellum diſcunt. Sednõ ſuper hoc cõfundor,nec erubeſco:omnes intelligant ciuitatis pericula, ut matri condolentes cõmunem ab omni terra ad deum uocem extollant,& unanimiter cõmunem omniũ matrem & altricem,& à cœlorũ rege depoſcant. Prius cõcuſſa eſt urbs, nũc ipſæ habitatorum animæ quatiuntur. Tunc domorũ fundamenta quatiebãtur: nunc ipſa cuiuſq; cordis ima circũuoluuntur, & quotidie ante oculos noſtros omnes mortẽ aſpicimus,& in cõtinuo uiuimus timore,& Cain pœnam ſuſtinemus:olim carcerem habitãtibus miſerabilius diſpoſiti, & obſeſſione inuſitata quadã, & noua obſeſſi,& quàm cogitatũ ſit grauiore. Et enim illi quidem ab hoſtibus hæc patientes,intra muros tantum concluduntur: nobis uero forum quoq; inacceſſibile,domo quiſq; ſua incluſus eſt.

Et quemadmodum obſeſſis tutum nō eſt muros transgredi, hoſtibus exterius circūſidentibus: ſic nec multis urbem habitātium tutum domo exire, nec in medio apparere, propter eos qui undiq; inſontes uenātur, & ex medio rapiunt foro, & in iudicium, ut accidit inuenire, temere trahūt. Propterea liberi cū ſeruis ſuis cōpediti intus ſedent, quis cōprehenſus fuit? quis punitus hodie? quomodo & qua ratione ſolicite quærētes, & curioſe ſciſcitātes, à quib. talia ſecure diſcere poſſunt: & omni morte miſerabiliorē degunt uitā, alienasq; lamentari miſerias quotidie coacti, & pro ſalute ſua trementes, & mortuis nihil melius habentes, quòd dudū timore mortui ſint. Si quis uero qui extra timorē & anguſtiam hanc ſit, in forū procedere uoluerit, tam triſti aſpectu ſtatim in domum ſuam retrudit, uix unū forte uel duos cernens inclinatos & cū multa incedentes triſtitia, ubi ante paucos dies fluminum curſus multitudo ſuperabat, ſed nunc nobis omnes illi expulſi ſunt. Et ſicut ex arbuſto cōſito multis paſſim exciſis arboribus, ingratus redditur aſpectus, tāquam capitis multa habentis caluitia: ſic & urbis ſolum, hominibus ablatis, & paucis paſſim apparentib. ingratum nunc factum eſt, & multam cernentibus triſtitiæ caliginē offundit. Nō tātum uero terra, ſed & ipſa aeris natura, & ipſe ſolariū radiorum circulus nūc mihi quodammodo mœrere, & obtuſior lucere uidetur: nō elementis naturā mutantibus, ſed noſtris oculis, qui triſtitiæ nube turbati ſunt, non ualentibus pure, nec; cum eadem uirtute radiorum lumen ſuſcipere. Hoc eſt quod olim Propheta lugebat dicēs: Occidet ipſis ſol in meridie, & obtenebrabitur dies. Hoc autē dicebat non q; planeta abſcōderet, nec; quòd dies euaneſceret: ſed quòd mœrētes nec; in meridie propter doloris caliginem lucem cernere poſſint: quod & nūc factum eſt, & quocūq; quis reſpexerit, ſiue in terram, ſiue in parietes, ſiue in urbis colūnas, ſiue in proximos, noctem & obſcuritatē profundam cernere uidetur, ſic omnia multæ plena ſunt triſtitię. Silētiū ubiq; horrore plenū & ſolitudo, & deſiderabilis ille multitudinis tumultus extinctus eſt. Et tanq; omnibus terrā ſubeūtibus, ita nunc ciuitatem taciturnitas cōtinet, & ſaxis omnes ſimiles ſunt: & tanq; quodam linguę uinculo calamitate cohibiti profundiſſimū retinent ſilentiū, quantū, ſi hoſtes ingruiſſent, & omnes ſimul igne & ferro abſumpſiſſent, factum fuiſſet. Nunc dicendi tempus eſt: Vocate lamētatrices, & ueniāt: & ad eas, quę ſapientes ſunt mittite: & properent, feſtinent & aſſumant ſuper nos lamētum. Deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis. Colles ſum[illegible] mœſtitiam, & mōtes luctum. Creaturam o[illegible]nem in malorū noſtrorum miſeration em uocemus. Ciuitas tam magna, & Oriētalium caput è medio tolli terrarū orbe periclitat. Nunc quæ multos habebat filios repēte ſine filijs facta eſt, & qui auxilietur, nemo. Læſus enim eſt, qui nō habet parē ullum ſuper terrā: ſummitas & caput omniū ſuper terrā hominū. Propterea igitur ad ſupernū regem cōfugiamus, illum in auxilium inuocemus. Niſi ſupernā aſſequamur gratiam, nulla commiſſorū reparatio relinquitur. Voluiſſem hic concionē ſoluere. Nolūt enim gemētiū animi longos extēdere ſermones: ſed ſicut nubes quædam cōdenſata, & ſub ſolarem radiū currens, omnē retrorſum ſplendorē auertit: ſic & triſtitiæ nebula, cum ante animū noſtrum ſteterit, nō ſinit facilem eſſe rationis curſum, ſed ſuffocat, & cū multa neceſſitate intus reprimit. Et hoc nō dicētibus tantū, ſed & audientibus accidit: Sicut enim ab animo dicentis nō concedit ipſam cū facilitate exilire: ſic nec in audientiū mentē permittit illabi cū propria uirtute. Idcirco & Iudęi quondam luto, & lateritio operi ſeruientes, Moſen magna de ipſorum ſalute dicentē audire non tolerabant, triſtitia uerbis inacceſſam mentē reddente, & auditū obſtruēte. Igitur uolebam quidem & ipſe uerba hic ſoluere, ſed cogitans quòd non ſolum nebulæ natura radij in anteriora proceſſum impedit, ſed & cōtrariū ipſa ſępe patitur: (cum enim Sol calidior cōtinue illapſus nubem cōtriuerit, mediū ipſius ſæpe diſſipauit, & totus ſimul elucens, ſplēdidus cernentiū obtutibus incidit:) hoc & ipſe hodie me facturū ſpero. ſermone in animis ueſtris cōtinue uerſante, & amplius immorante, finitum iri ſpero triſtitiæ nebulam, & mētem ueſtram ſolita rurſum doctrina micaturā. Sed prębete mihi animā ueſtram, præbete mihi aliquantulum aures, triſtitiam excutite. Ad priorē conſuetudinē redeamus. Sicut cōſueuimus ſemper cum lætitia huc aduenire: ſic & nunc faciamus, omnia in deum reijcientes. Hoc & ad ipſam calamitatis ſolutionē nobis confert. Si enim dominus nos uiderit ſermones ſuos cū ſedulitate audientes: & diſciplinā nobis tēporis difficultate nō reſpui, celeriter nos ſuſcipiet, & tranquillitatem faciet, & ex præſenti procella bonorū mutationem. Chriſtianum enim & in hoc ab infidelibus differre oportet, ut omnia generoſe ferat: & uelut alatus ſe humanorū malorū impetu ſuperiorē exhibeat. Supra petrā ſtatutus eſt fidelis: propterea & undarū ictibus inexpugnabilis eſt. Si enim tentationum undæ eleuatæ fuerint, ad illius pedes nō peruenient, hic omni tali incurſu ſublimior firmatus eſt. Ne igitur cōcidamus dilecti: non ſic ſalutem noſtram curamus, ſicut qui fecit nos deus. Non tantæ nobis curæ eſt, nihil graue pati, quantæ illi qui nobis animā donauit, & tot poſt hæc bona cōtulit. His noſipſos ſpei rationibus uelut alatos exhibeamus, & dicenda cū promptitudine ſolita audiamus. Lōgam nuper apud charitatem ueſtram extendi concionē, & omnes obſequentes cernebam, & nec ex media reuerſos uia: gratias uobis de illa prōptitudine habeo, & laborū mercedem accepi. Sed & aliam à uobis tunc mercedē exegi. Forte noſtis & meminiſtis. Quæ uero erat merces? ciuitatis blaſphematores punire, & caſtigare deum cōtumelia afficientes, & impios cohibere. Nō ex me ipſo talia me dixiſſe arbitror, ſed deum talia pręuidentē in mentē noſtram uerba miſiſſe.

Amos 8.c

Exod. 8.c

1. Th

Mat

Si

Si enim talia ausos puniſſemus,nõ talia nũc acci- A
diſſent,quę acciderũt.Quanto melius erat,ſi peri
clitari oportebat, ipſos caſtigantes & corrigẽtes
aliquid pertuliſſe,quod & martyrij coronam no-
bis attuliſſet, cẽ nunc formidare & tremere,& ex
illorum petulantia mortem expectare? Ecce par
uum crimen cõmiſſum eſt, & culpa cõmunis effi
citur.Ecce propter illos nũc omnes paueſcimus,
& ab illis patratorũ pœnas ipſi ſuſtinemus. Si aũt
præuenientes ipſos ex urbe expuliſſemus, & cor
rexiſſemus,& ægrotũ curaſſemus membrũ, non
præſentem timeremus pauorem. Noui quòd ci-
uitatis mores à maioribus ingeniti ſunt. Sed pe-
regrini quidam & promiſcui homines ſceleſti &
pernicioſi,& de ſua deſperantes ſalute, auſi ſunt B
quæ patrata ſunt.Propterea clamare & conteſta-
ri non deſtiti. Blaſphemantium furorem punia-
mus,ipſorum mentem caſtigemus,ipſorum ſalu-
ti prouideamus: & ſi hoc facientes mori oporte-
at,magnum nobis hoc afferet lucrum, ne cõmu-
nem dominum contumelijs affici negligamus.
Magnum ciuitati malum pariet talia deſpicere.
Hæc prædicebam,hęc nunc acciderunt,torporis
illius pœnas pẽdimus. Deum cõtumelia affectũ
deſpexiſtis? Ecce permiſit regẽ cõtumelia affici,
& de extremis periculũ omnibus impẽdere,ut in
hoc timore illius negligẽtiæ pœnas demus.Num
igitur fruſtra,num temere hæc prædicebã,& con
tinue ueſtrã charitatẽ interpellabã? Sed tamen ni
hil amplius factũ eſt.Sed fiat nũc,& à præſenti ca
lamitate caſtigati, inordinatũ illorũ furorẽ cohi- C
beamus:obſtruamus ipſorũ ora,tanquam fontes
mortiferos cõcludamus, & in contrarium mute-
mus,& penitus euaneſcent mala, quæ ciuitatem
cõprehenderũt.Non eſt theatrum eccleſia, ut ad
delectationem audiamus.Adiutos hinc recedere
oportet, lucratos quicquam amplius & magnũ,
ſic recedere expedit:quoniã temere & fruſtra pro
ficiſcimur,ſi ad tẽpus refrigerati, ſic receſſerimus
uacui,& dictorũ utilitate inanes facti. Quæ mihi
horum plauſuũ utilitas, quæ laudũ & tumultuũ?
Laus mea eſt, per opera uos omnia quæ dicũtur,
exhibere. Tunc ego felix habẽdus & beatus,non
quando ſuſcipiatis, ſed quando omni cum alacri
1.Theſſ.5.b tate faciatis quæcũq; à nobis audieritis. Quiſq; ,p
ximum corrigat:ædificate enim alter alterum, in D
quit.Niſi enim hoc faciamus, à quocũq; cõmiſſa
præuaricatio, cõmune quoddam & intolerabile
damnũ ciuitati afferet.Ecce nihil feciſſe cõſcij nõ
minus his qui peccauerunt,territi ſumus & cõtre
miſcimus,ne omes Imperatoris ira corripiat.Nec
enim in excuſationẽ nobis dicere ſufficit:Nõ ade
ram,non conſcius eram,cõmiſſis non communi
caui.Ob hoc igitur,inquit, punieris, & ultimam
pendes pœnam,quia nõ affuiſti,nec prohibuiſti,
neq; cohibuiſti tumultuãtes,neq; pro regis hono
re periclitatus es.Non patratis participaſti? Lau-
do hoc & accepto. Sed neq; facta ,phibuiſti,hoc
accuſatione dignum.Hęc & de deo uerba audia-
mus,quando cũ ſilentio cõtumelias & iniurias in
Matt.25.c ipſum cõmiſſas patimur. Quoniã & is qui talen-

tum defodit,nõ pro reatibus ſuis tunc accuſabat,
integrũ eẽ depoſitũ reddidit: ſed quoniã ipſum
nõ multiplicauit, quoniã nõ caſtigauit cæteros,
quoniam argentũ ad numularios nõ detulit, nõ
increpuit,nõ correxit proximos peccatores inor
dinatos,idcirco abſq; miſericordia in illas intole-
rabiles pœnas mittebat.Sed ſi non antea,q; nunc
ſaltem quidem hãc facietis correctionẽ, & deum
cõtumelia affici non negligetis, ſatis credo. Poſ-
ſunt enim quæ acciderũt,licet nemo ſit qui admo
neat,uel inſenſatos deinceps propriã aſſerere ſa-
lutẽ perſuadere. Nobis uero iam hora eſt ſolitã
uobis mẽſam apponere,dictionẽ hodie nobis le-
ctam promentes, & in medium omnibus propo
nentes.Quid igitur eſt hodie lectum? Diuitibus 1.Tim.6.d
huius ſeculi præcipe, nõ ſublime ſapere. Qui di-
xit,Diuitibus huius ſeculi, demonſtrauit & alios
futuri ſeculi diuites eſſe: qualis ille Lazarus erat, Luc.16.c
in præſenti quidẽ uita pauperrimus, in futura ue-
ro diues:nõ auro & argento, & ulla tali corrupti-
bili & marceſcibili materia affluẽs: ſed arcanis il-
lis bonis,quæ neq; oculus uidit, neq; in cor homi 1.Cor.2.c
nis aſcenderunt.Hæ nãq; ueræ diuitiæ,& opulen
tia:quando & immarceſcibilia ſint bona, & nul-
lam capiant mutationẽ.Sed non talis erat ille cõ-
tẽptor diues, ſed omniũ pauperrimus factus eſt.
Poſt hæc igitur ſtillam obtinere quærens,nec ipſi
us factus eſt cõpos, in tam extremam deuenerat
paupertatem.Idcirco præſentis ſeculi diuites ap-
pellauit,ut diſcas, quòd cũ præſenti uita & copia
pariter diſſoluitur:non procedit ulterius, non ſi-
mul migrat cũ poſſeſſorib.migrantibus,ſed ipſos
ſæpius & ante finẽ deſerit:quod & ipſum demon
ſtrat dicẽs:Neq; in incertũ diuitiarum:nihil enim
tam infidum,q; diuitiæ:quod cũ ſæpe dixerim,di
cere nõ quieſcam,quòd fugitiuus eſt & ingratus
ſeruus fidem nõ habens: uel ſi innumera ipſi uin-
cula injcias,ſic quoq; cũ ipſis uinculis aufugit.Sę
pius igitur peſſulis & foribus ipſum poſſidentes
concluſerunt,ſeruorum adhibita cuſtodia:ille ue
ro ſeruis ipſis perſuadẽs, cum ipſis fugit cuſtodi-
bus,tanquã catenam eos trahens,& nihil profuit
cuſtodia.Quid hoc infidelius? quid uero his, qui
circa hunc ſtudium collocant,miſerabilius? quã-
do rem tam labilem omni ſtudio colligere aggre
diantur,nec Prophetã audiant dicentem: Væ his Pſal.48.b
qui cõfidunt in uirtute ſua,& in multitudine diui
tiarum ſuarum gloriantur.Dic quare uæ? Theſau
rizat,inquit,& ignorat cui cõgregabit ea.Et quo
niam labor quidem certus,fructus uero incertus.
Sæpius inimicis laboras,& erũnis conficeris. Sæ
pius poſt mortẽ tuam ad eos qui te affecerunt in-
iuria & innumeris circũueneru[illegible] inſidijs,hæredi
tas ueniens,tibi quidem peccata,[illegible]ſeſſionẽ ue-
ro alijs præbuit. Iam illud inquirere dignum eſt,
quare nõ dixit,diuitibus præſentis ſeculi pręcipe
non diteſcere,præcipe depauperari,præcipe quę
habent exhaurire:ſed dixit,præcipe non ſublime
ſapere? Nouit quòd diuitiarũ radix & materia eſt
ſuperbia:& ſi quis modice uiuere ſcierit,nõ mul-
tã earũ curã aget.Qua enim,dic mihi, cauſa mul-

tos circũducit ſeruos, paraſitos, adulatores, & reliquam omnem pompam: nõ utilitatis cauſa, ſed arrogantiæ ſolius, ut ex his uenerabilior alijs hominibus eſſe uideatur. Præterea nouit, nõ prohibitas eſſe diuitias, ſi quis in neceſſitatẽ ipſis uſus fuerit. Sicut enim dixi, non mala res uinũ, ſed mala ebrietas: ita nõ mala res diuitiæ, ſed mala auaritia, mala cupiditas. Aliud auarus, & aliud diues. auarus non eſt diues, auarus multorũ indiget: indigens aũt multorum, nunquã diues eſſe poſſet. Auarus cuſtos eſt, non dominus: pecuniarũ ſeruus, nõ poſſeſſor. Facilius enim alicui ex propriis carnibus, q̃ ex defoſſo auro cõmunicaret. Velut eñ iuſſus nihil de repoſitis tangere, ſic cum omni diligentia ea ſeruat & detinet, à ſuis tanquã alienis abſtinens. Et certè ſunt aliena: quæ enim alijs ero gare nunquã pateretur, neq; in neceſſarijs impendere, etiamſi infinitas ſuſtineret pœnas, quõ hæc eſſe propria putare poſſet? Quomodo uero eorũ habet poſſeſſionẽ, quorũ nec uſum, nec fructũ cũ libertate habet? Adhæc uero non omnibus omnia Paulus imperare cõſueuit, ſed & audientium imbecillitati condeſcendit, ſicut & Chriſtus fecit. Etenim illi diuiti ad ſe accedẽti, & de uita loquẽti non dixit: Vade, uẽde omnia quæ habes: ſed hoc prætermittens, de alijs ipſum mandatis inſtruit. Deinde poſtquam ille ipſum inuitauit, inquiens: Quid adhuc mihi deeſt? neq; tũ ſimpliciter dixit, uende omnia quę habes: ſed Si uis perfectus eſſe, uende quæ habes: hoc in tuo pono arbitrio, te electionis dominum cõſtituo, non in neceſſitatẽ traho. Propterea & Paulus nihil de paupertate diuitibus loquitur, ſed de humilitate: tum propter audientiũ imbecillitatem, tum quia optime ſciebat, quòd modeſte agere, & à ſuperbia alienũ eſſe, breui faciet ipſos & à ſtudio diuitiarum liberari. Prętera nõ altum ſapere admonẽs, & modum, quo non altũ ſapere poſſint, demonſtrauit. Quis uerò hic eſt? Si diuitiarũ naturam animaduerterent q̃ incertæ ſint & infidę: quapropter intulit, neq; ſperare in diuitiarũ incerto. Diues eſt, nõ qui multa poſſidet, ſed qui multa expẽdit. Diues erat Abraham, ſed nõ auarus: non enim huius domũ conſiderabat, nec illius ſubſtantiã curioſe ſcrutabatur: ſed egrediens cõtemplabaſ, num alicubi hoſpes, nũ alicubi pauper, ut paupertatẽ reſarciret, ut peregrinũ exciperet: nõ auro tectũ liniuit, ſed apud quercũ illam tabernaculũ figens foliorũ umbra cõtentus erat. Et tam ſplendidũ ipſi erat diuerſoriũ, ut nec angelos apud ipſum manere puderet: non enim quærebãt domus ſplendorẽ, ſed animi uirtutẽ. Hunc & nos imitemur, chariſſimi, & quę habemus, in pauperes impendamus. Rudi modo paratum erat illud tabernaculum, ſed regijs aulis ſplẽdidius fuit. Nullus unq̃ rex angelos ſuſcepit: hic uero ſub quercu ſedens illa, cellamq; figens, hoc honore dignus habitus eſt, non propter domus utilitatẽ honoratus, ſed propter animi ornatum & diuitias in ipſo repoſitas hoc munere potitus. Et nos igiť ne domos ornemus, ſed potius q̃ domũ, animã noſtram: quomodo enim nõ turpe, marmoribus parietes fruſtra & temere cõtegere, Chriſtũ uero nudũ circũeuntem negligere? Quæ tibi domus utilitas homo? Nunquid enim ipſam tecum ducens abibis? Animam uero omnino du cẽs migrabis. Ecce nũc tale nos oppreſſit periculũ. Aſſiſtant nobis domus, ſoluant periculũ nobis imminens: ſed non poterũt: Vos ipſi mihi teſtes eſtis, deſertas eas derelinquẽtes, & ad ſolitudinẽ exilientes, tanquã laqueos & retia timentes. Opitulentur nũc diuitiæ, ſed nõ habent tempus. Si uero, ubi hominis ira, pecuniarũ ualor redarguitur, multo magis in diuino & ineuitabili iudicio hoc fiet. Si homo eſt qui exacerbaſ, & ægrè fert, & nihil nobis nunc aurum prodeſt: multo magis irascente deo pecuniarum nõ indigente, auri potentia penitus euaneſcet. Domos ædificemus, ut habitemus, nõ ut ſuperbiamus. Neceſſitatẽ tranſcẽdens ſuperfluum eſt & inutile. Calceare calceum pede maiorem, ſed nõ tolerabis, te enim ad greſſum impedit: ſic & domus neceſſitate maior, in cœlos tranſitũ impedit. Vis magnas & ſplẽdidas domos ædificare? Non prohibeo, ſed non ſuper terrã: ędifica tabernacula in cœlis, ut & alios ſuſcipere poſſis, tabernacula nunq̃ deficientia. Quid inſanis circa fugientia, & hic manẽtia? nihil diuitijs fallacius: hodie tecũ, & cras contra te inuidorum oculos armãt. Vndiq; hoſtis eſt contuberna lis, inimicus domeſticus: & uos poſſidẽtes teſtes qui omni modo ipſas infoditis & abſcõditis: quoniam & nunc nobis periculũ intolerabilius diuitiæ faciunt. Nam cernis pauperes quidem ſuccinctos & expeditos ad omnia paratos: diuites autẽ multã habẽtes difficultatem, & circumeuntes, & quærentes ubi aurũ infodiant, quærentes ubi tandem deponãt. Quid quæris homo cõſeruos? Eſt Chriſtus ſuſcipere paratus, & depoſita tibi ſeruare, nec tantũ ſeruare, ſed etiã multiplicare, & cum multo fœnore reddere. Ex illius manu nemo eripit. Non ſeruat autem tantum depoſita, ſed etiam ſecurum depoſitorem facit. In hominibus enim depoſita ſuſcipientes, gratiam ſe nobis præſtare putant, ſi cuſtodiant quæ ſuſceperunt: in Chriſto autem contrarium. Non enim gratiam præſtitiſſe, ſed accepiſſe ſe dicit, cum depoſita ſuſceperit tua: & pro ipſa cuſtodia, quã circa pecunias tuas exhibet, non te mercedẽ repetit, ſed ipſe tibi dat mercedem. Qua igitur ſumus excuſatiõe digni? qua uero uenia? quando & cuſtodire ualentẽ, & pro cuſtodia gratias habentẽ, & arcana & magna præmia pro hac cuſtodia reddentem prætermittẽtes, hominibus circa huiuſmodi cuſtodiã debilibus, & gratiã nobis conferre ſe putãtibus, & ſola ipſa quæ danť, poſtea reddẽtibus, noſtra tradimus? Hoſpes es hic & peregrinus, patriã habes in cœlis. Illuc omnia trãſmitte, ut & anteq̃ fruaris, hic retributionẽ capias. Qui enim bona ſpe aliť, & de futuris confidit, hic iam regnum guſtauit. Nihil enim tantum animã reparare conſueuit, & meliorem facere, quàm bona futurorũ ſpes, ſi eò tranſmittẽs diuitias, animæ tuæ curam cum otio cõgruo egeris. Omne enim ſtudiũ in domus ſuæ orna-

Luc. 18. d

Gen. 18

ornatũ impẽdentes, in exterioribus diuites inte- A
riora negligunt, & desertã & squalentẽ & araneis
plenã animam suam despiciũt. Si uero exteriora
negligentes circa mentẽ suam prõptitudinem o-
mnem impẽderint, undiq; ipsam ornantes, taber
naculũ Christo erit talium hominũ anima: Chri-
stum autem habente inhabitatorẽ, quid unquã fe
licius esse posset? Vis ditari? Amicũ habeas deũ,
& omniũ ditissimus eris. Vis ditari? ne altum sa-
pias. Hoc nõ ad futura tantũ, sed etiã ad prę sentia
utile. Nihil enim tam inuidiosum, q; homo diues:
quũ uero superbia accesserit, duplex paratur præci
pitiũ, difficilius ab omnibus bellũ. Si uero mode-
ste uiuere scieris, succidis humilitate inuidię tyrã
nidem, & cũ securitate habes quæcũq; habes. Ta B
lis enim est uirtutis natura, nõ ad futura nos tan-
tum adiuuat, sed & hic iam retributiones præbet.
Ne igit̃ in diuitijs altũ sapiamus, sed nec in ulla a-
lia re. Si enim in spiritualibus altũ sapiens labitur
& perit, multo magis in carnalib. Cogitemus na-
turam nostrã, peccata recenseamus, discamus qui
simus, & hoc nobis in totius humilitatis materiã
sufficit. Ne dicas mihi, Tot & tot annorũ prouẽ-
tus repositos habeo, auri talenta innumera, lucra
per singulos adaucta dies. Quantacũq; dixeris, o
mnia temere dices & incassum. Sæpius una hora
& breui temporis momento, uelut uento super-
ne irruente iactabilis puluis, sic hæc omnia ex do
mo exufflantur. Et horum uita plena, plenæ uero
scripturæ disciplinarum & exemplorum. Hodie
diues, cras pauper. Idcirco sæpius risi testamen- C
ta legẽs, dicentia, Ille quidẽ habeat agrorum uel
domus dominiũ, usum uero alius. Omnes enim
usum habemus, dominiũ autẽ nemo: etsi enim no
bis per omnẽ permaneãt uitam nullã facientes di
uitiæ mutationẽ, uelimus nolimus in fine alijs ce-
demus, ipsarũ usu solo decerpto, dominio aũt nu
di & orbati ad illam uitã migrãtes. Vnde manife
stum est, q; illi soli dominiũ habent, qui & ipsarũ
usum cõtempserunt, & fructũ deriserunt. Qui em̃
præsentibus abiectis, ipsas pauperibus erogat, in
necessaria suis usus est, & ipsorũ dominiũ habens
obijt: neq; per ipsam mortẽ illa excidẽs possessio
ne, sed omnia illo recipiẽs tempore, & illis multo
plura, quando in die iudicij illorũ præsidio maxi
me egebit, & quãdo omnes factorũ ratiões repe- D
temur. Itaq; si quis uult diuitiarũ & possessionem
& usum & dominiũ habere, ab omnibus præsen-
tibus liberet̃: quoniam hoc non faciens, in morte
ab ipsis omnino separabit̃: multoties uero & ante
finem cũ periculis & infinitis malis ipsas amittit.
Nec hoc solum malũ est, q; mutatio fit repente u-
niuersa, sed q; impręmeditatus ad paupertatis to
lerãtiã diues deducit̃. Sed nõ talis pauper: nõ em̃
auro confidit, & argento inanimatis materijs, sed
deo omnia copiose prębenti. Itaq; diues magis in
incerto q; pauper cõstitutus est, cũ frequentes &
cõtinuas mutatiões recipiat. Quid uero est qd̃ di
cit̃, prębere nobis omnia abũdanter ad fruẽdum?
Omnia cum largitate dat deus, quę sunt pecunijs
multo magis necessaria, ut aerẽ, aquã, ignem, so-

lem, omnia talia. Nõ licet dicere, q; magis splẽdo
re diues, minus uero pauper fruatur. Non licet di
cere, q; copiosiorem aerem, q; pauper respiret di-
ues: sed omnia paria & cõmunia proposita sunt.
Quare igitur maiora quidẽ & magis necessaria,
& uitam nostram cõtinentia cõmunia deus fecit:
minora uero & uiliora non sunt cõmunia? pecu-
nias dico. Qua de causa? Vt uita nostra conserue
tur, & uirtutis studia habeamus. Si enim nõ essent
necessaria hæc cõmunia, fortẽ diuites solita usi a-
uaritia pauperes suffocassent. Si em̃ in diuitijs fa-
ciunt, hoc multo magis in illis fecissent. Rursum
si & pecuniæ cõmunes essent, & similiter omni-
bus propositæ, eleemosynę occasio sublata esset,
& charitatis opportunitas. Vt igitur secure uiua-
mus, communes factæ sunt nobis uitæ causæ: rur
sum, ut habeamus coronarũ & probabiliũ actio-
num occasionem, non cõmunes factæ sunt pecu
nię, ut auaritiã exosi, & iustitiam sectantes, nostra
indigẽtib. erogãtes, aliquod peccatorũ nostrorũ
remedium per uiam hanc capiamus. Diuitẽ te fe
cit deus, ut egenis auxilieris, ut peccata tua soluas
per liberalitatẽ alijs exhibitã. Dedit tibi pecuni-
as, non ut in mortẽ claudas, sed ut in salutẽ tuam
effundas. Propterea & ipsarũ possessionem incer
tam & nõ stabilem fecit, ut & per hoc insaniæ cir
ca ipsas intensionẽ dissolueret. Si enim nunc pos
sidentes, qui de ipsis cõsidere non ualent, quinim
mo multas ex hac re nascentes insidias cernũt, sic
circa illarum desideriũ succendunt̃: si & hoc pro-
positum esset, ut stabiles & minime caducę forẽt,
cui pepercissent? Vnde abstinuissẽt? qua uiduæ?
quibus pupillis? quibus pauperibus? Ne igit̃ ma
gnum putemus bonũ esse diuitias. Magnũ enim
bonum nõ possidere pecunias, sed dei timorẽ &
reuerentiã possidere. Ecce nũc si quis esset iustus,
& apud deum fiduciæ habẽs multum, etsi omniũ
hominum pauperrimus esset, præsentia mala sol-
uere posset: satis enim esset tantum in cœlum ma
nus extendere, & deum inuocare, & hæc nebula
præteriret. Si uero aurum tantum repositum est,
luto omni ad impendentiũ malorum solutionem
inutilius est: nec in hoc tantum periculo, sed etsi
morbus cõprehẽderit, siue mors, siue aliud quid
huiusmodi, redarguit̃ pecuniarum uis impotens,
& nullam ualens de proprio cõsolationem in ad
uersis afferre. Vnum est quo paupertatem diuitię
superare uidẽt̃, quotidianis diffluere delicijs, &
multa in cõuiuijs repleri uoluptate. Hoc tamẽ &
in pauperũ mẽsa cõtingere uidẽt̃, & hos maiori
q; omnes diuites uoluptate frui. Et ne miremini
dictum: ex ipsa enim rerum demonstratione hoc
uobis faciam manifestũ. Nostis quippe omnes,
& hoc cõfitemini, q; uoluptatẽ in cõuiuijs nõ fer
culorum natura, sed cõuiuantium dispositio face
re cõsueuit: puta, cum fame quis mẽsam attingẽs,
omni obsonio & cõdimento, & innumeris ciborum illecebris iucũdiorẽ escam gustabit, etsi om-
nium uilissima sit. Necessitatẽ uero & esuriẽ prę-
ueniẽs, quod diuites faciunt, si etiã placẽtas inue
nerit appositas, nõ sentiet uoluptatẽ, ipsius appe

titu non excitato. Et ut díscas, q̃ hoc ita habet, te-
stes quidem & uos omnes. Audiamus aũt & scri-
Prou.27.a pturam hoc ipsum dicentẽ: Anima saturata calca
bit fauum, & anima esuriẽs etiam amarũ pro dul-
ci sumet. Et certè quid fauo dulcius & melle? Sed
non iucundũ, inquit, non esurienti. Quid uero a-
maris iniucũdius? sed dulcia sunt in pauperie cõ-
stitutis. Quòd autẽ pauperes cũ necessitate & esu
rie ad cibũ ueniãt, diuites uero eam nõ expectẽt,
hoc cuiq; manifestũ est: unde legitimã & syncerã
uoluptatẽ non capiunt. Nec in cibis tantũ, sed &
in potu idẽ accidere uidere licet. Et sicut illic esu-
ries supra escarũ naturã uoluptatẽ inducit: sic &
hic sitis iucũdissimũ potum facere consueuit, et-
Psal.80.c si pura sit aqua quæ bibat. Et hoc ipsum Prophe-
ta demonstrans, dicebat: Et ex petra melle satura B
uit eos. Atqui hoc nusquã in scriptura lectum est,
quod mel de petra Moses eduxerit, sed ubiq; flu-
uios & aquas, & frigida fluenta. Quid igitur tan-
dem est quod dicitur? neq; eĩ scriptura mentit.
Postquã enim sitientes & indigẽtia defatigati fri
gidioribus aquis inciderũt, ex potu uoluptatẽ as-
serere uolens, mel aquã appellauit: non tanquam
mutata in mel natura, sed bibẽtium dispositione
fluẽta illa melle iucũdiora faciẽte. Didicisti, quo-
modo & potũ suauem sitiẽtium affectio reddere
cõsueuit? Multi igit pauperes sæpe laborãtes, &
defatigati, & siti ardentes cũ dicta uoluptate talia
libauere fluenta: diuites uero uinũ suaue, & floris
odorem, & omnem uirtutẽ habens, quæ in uino
optari possit, haurientes, non eandem sensere de C
lectationem. Hoc & in somno fieri uideas. non e-
nim molle stratum, neq; deargẽtatus lectus, neq;
quies per domũ facta, neq; aliud huiusmodi quic
quam somnũ dulcem & procliuem facere solet: si
cut laborare, & lassari, & uehementer somni indi
gentes & dormitantes reclinari: & hoc quidẽ te
statur & rerũ experientia. Testat aũt & ante rerũ
experientiã scripturarum sentẽtia. Delicijs enim
Eccl.5.c innutritus Salomon idem demõstrare uolens, di
cebat: Iucundus somnus seruo, siue parũ, siue mul
tũ comedat. Cur igit addit, Siue multũ siue parũ
comedat? Ambo hęc uigiliã inducere solẽt, indi-
gentia, & crapula: illa quidẽ spiritum arefaciens,
& palpebras corneas reddens, nec claudi permit D
tens: hæc uero anhelitũ angens, & elidens, & mul
tos inferens dolores. Sed tanta est laborum medi
cina, q̃ si etiã ambo adsint, seruus dormire potest.
Postquã enim serui tota die ubiq; circũcursitant,
dominis suis ministrãtes, uapulantes, laborãtes,
& ne minimũ quidem respirãtes, sufficientẽ lassi
tudinũ & laborum illorũ retributionem capiunt,
in dormiendo uoluptatẽ. Et hoc dei benignitate
factũ est, ut non auro & argẽto, sed labore, & erũ
na & necessitate, & omni disciplina uoluptates
emi ualeant. Sed non sic diuites, sed stratis molli-
bus iacẽtes, multoties totã noctem ducũt insom-
nem, & multa machinantes tali non fruunt uolu
ptate. Pauper ex diurnis laboribus surgẽs, defati-
gata habẽs mẽbra, priusquã recubuerit, integrũ
& suauẽ, & legitimũ somnum suscepit, nõ exiguã A
& hanc istorum laborũ capiens mercedẽ. Cum i-
gitur cũ maiori uoluptate pauper & dormiat, &
bibat, & comedat: qua gratia erunt amplius diui-
tiæ dignæ, quã uidebunt supra paupertatem præ
rogatiuã habere, & hac priuatæ? Propterea & ab
initio deus homini laborẽ allígauit, non puniens
neq; ipsum castigãs, sed corrigẽs & docens. Quã Gen.3.d
do illaborioſam uitã degebat Adam, paradiso ex 2.Cor.12.d
cidit. Quãdo laborioſam & erũnosã Paulus age-
bat uitam, in labore & erũna noctẽ & diem ope-
rans, tunc in paradisum raptus est, & tertiũ in cœ
lum ascẽdit. Ne igitur laborẽ respuamus, nec ope
rationẽ uituperemus. Etenim ante cœlorũ regnũ
hic maximũ capimus præmiũ, ex ipsa re uolupta
tem capientes: non autẽ uoluptatem tantũ, sed &
quod multo uoluptate maius est, puriſſimã sani-
tatẽ. Diuitibus enim in iucũditate & multæ ægri-
tudines irruunt: pauperes autẽ à medicorum ma-
nibus immunes sunt. Si uero nõ unquã & in im-
becillitatẽ incidant, breui seipsos instaurãt, molli
tie omni liberi, & corpora robusta habentes. Ma
gna possessio paupertas sapiẽter ipsam ferẽtibus,
thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmiſſi-
mus, inculpabilis possessio, diuersoriũ ab insidijs
tutũ. At opprimit, inquit, pauper: sed maioresinsi
dias diues patit. Contemnitur pauper & cõtume
lijs afficitur, sed diuiti inuidetur. Non tam expu-
gnabilis est pauper quàm diues, infinitas undiq;
& diabolo & insidiatoribus occasiones præbẽs,
omniũ seruus propter multam rerũ abũdantiam,
c in multorũ necessitate cõstitutus, & multis adula
ri cogitur, & cum multa illiberalitate seruire. Pau
per aũt si philosophari sciat, neq; ab ipso diabolo
expugnari potest. Iob igitur & ante hoc cũ fortis
esset, postquã omnia amisit, tũc factus est fortior,
& egregiam cõtra diabolum uictoriã reportauit.
Præterea uero ne c iniuriam pati pauper potest, si
philosophari scierit. Quod eĩ dixi de uoluptate,
q̃ uoluptas non in ciborũ apparatu, sed in come-
dẽtium affectu sita est: hoc & de cõtumelia dico,
quòd cõtumelia nõ à contumeliantiũ sententia,
sed à patientiũ affectu cõstituit uel destruit. Ver
bi gratia: Multa quispiam in te fanda atq; nefan-
da conuicia dixit: si cõtumelias deriseris, si uerba
D nõ acceperis, & uulnere superior sis, cõtumeliam
non es passus. Et quemadmodũ si corpus adamã
tinũ haberemus, etsi innumeris undiq; telis per-
cuteremur, non tamen uulnera reciperemus: nõ
eĩ à manu tela torquẽte, sed à corporibus patiẽ-
tibus uulnera fiunt: Sic & hic nõ à petulantiũ insa
nia, sed à patientiũ contumelias imbecillitate, in-
iuriæ & cõtumeliæ constituunt. Si enim philoso
phari sciamus, nec cõtumelia affici possumus, nec
quicquã graue pati. Aliquis iniuriã intulit, nõ sen
sisti nec doluisti? nõ es iniuriam passus, sed & ma
gis percussisti, q̃ percussus es. Cum enim qui con
tumeliam intulit, plagam suam ad patientiũ ani-
mam non perueniẽtem uiderit, ipse maiorem in
modum rodit: & tacentibus cõtumeliam patiẽti
bus, sponte cõtumeliarũ plaga cõtra mittentem
cõuersa infert. In omnib. igitur philosophemur,

Ioan.

&

& nihil nos inopia lædere poterit: quin & maxime adiuuabit & clariores reddet, & omnib. diuitibus copiosiores. Quid enim dic mihi, Helia pauperius? sed propterea omnes diuites uincebat, quoniã pauper hic erat: ipsam uero paupertatẽ ex mẽtis opulentia elegit. Quoniã enim omnẽ pecuniarum copiã animi sui magnitudine esse putauit inferiorẽ, nec philosophia sua dignã: ideo tantã pauperiem amplexatus est. Quòd si magna præsentia putasset, nõ solam meloten possedisset: sed ita uitæ tranitatẽ condẽnauit, & tanq̃ lutum proiectũ aurum omne despexit, ut præter amictũ illum nihil amplius possideret. Idcirco rex paupertis indigebat, & uerbis nihil plus q̃ meloten habẽtis inhiabat, qui tantũ habebat auri: adeò splendidior trabea erat melote, & regalibus aulis iusti spelunca. Propterea & in cœlum ascendẽs, nihil aliud q̃ meloten discipulo reliquit. Cũ hac, inquit, cũ diabolo pugnaui, & tu cõtra illum armatus hanc capies. Validum em̃ telum inopia, & inexpugnabile habitaculũ, & turris inconcussa. Tanquã maximam hæreditatẽ Helisæus meloten suscepit: etenim uerè maxima fuit hæreditas, omni auro pretiosior. Et erat posthac duplex Helias ille, & erat sursum Helias, & deorsum Helias. Noui q̃ iustum illum beatum putatis, & uelletis quisq̃ esse ut ille. Quid igitur, si uobis demonstrauero quid aliud, quod illo multo maius omnes sacris mysteriis imbuti recepimus? Helias nempe meloten discipulo reliquit: Filius autem dei ascendens, suam nobis carnẽ dimisit: sed Helias quidem exutus, Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ascẽdit. Ne igitur animo concidamus, neq; lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim sanguinem suum pro omnibus effundere non recusauit, & carnem suam, & rursus ipsum sanguinem nobis cõmunicauit, nihil pro salute nostra recusabit. Hac igit̃ spe fidentes ipsum continue rogemus, & precibus & supplicationibus uacemus, & reliquæ uirtutis cum omni diligentia curã habeamus: ut & instans fugiamus periculum, & futura assequamur bona: quibus nos omnes dignos censeri contingat, gratia &c.

IN PROFECTIONEM EPISCOPI FLAuiani, pro ciuitate ad Imperatorem legationẽ obeuntis. Et quod detrahere q̃ humanũ corpus comedere peius est. Et de iugulatis propter seditionem: & ad criminantes, quoniam multi non seditiosi capti sunt. Homilia III.

QVANDO ad sedem hanc derelictam & magistro uacuam respicio, gaudeo simul & lachrymo: lachrymo quidẽ, quòd præsentem non uideo patrem: gaudeo autem quòd pro salute nostra profectus est, & tantum abijt populum à furore regis erepturus. Hoc & uobis ornamentum est, quòd talem sortiti estis patrẽ: & illi corona, quòd circa filios tam benignus est, & à Christo dictum per opera confirmauit. Audiens enim, quòd pastor bonus animam suam ponit pro ouibus: abijt pro nobis omnibus animam suam positurus, etsi multa erant ipsum abire prohibentia, & manere cogentia: & primo ætas ad ultimã prouecta senectutem, postea corporis imbecillitas, & anni tempus, et sanctę celebritatis necessitas, ad hæc unica soror in extremo cõstituta spiritu: sed tamẽ & cõsanguinitatẽ despexit, & senectutem, & imbecillitatem, & temporis difficultatẽ, & itineris asperitatem: & omnibus uos uestramq̃ salutem præponens, hæc omnia uincula disrũpit, & tanquã iuuenis fertur senex, nunc alatus prõptitudine factus. Si em̃ Christus, inquit, seipsum pro nobis dedit, qua essemus nos excusatione et uenia digni, tanti custodiam populi creditam habẽtes, & nõ eligentes omnia & facere & pati pro creditorũ nobis securitate? Si enim patriarcha, inquit, Iacob pecudibus præpositus, & oues irrationales pascẽs, & homini ratiões redditurus, & noctes ducebat insomnes, & ęstum, & gelu, & omnẽ aeris intemperiem ferebat, ut nulla illarum pecudum periret: multo magis nos nõ irrationalibus, sed spiritualibus ouibus præpositos, & nõ homini, sed deo præsidentiæ huius rationes reddituros, ad nihil torpere & tergiuersari oportet eorũ, quæ gregẽ iuuare possint. Sed quãto melior grex iste grege illo, & brutis quidem homines, hominibus uero deus: tanto maius & nos uehemẽtiusq̃ studium & prõptitudinem exhibere oportet. Nouit ille planè, quòd non pro una sibi nunc ciuitate negocium, sed pro Oriente toto. Ciuitatũ enim sub Oriente positarũ caput & mater est ciuitas nostra: propterea omne periculum subijt, & nihil illum hic retinere potuit. Ideoq̃ bonas fore spei opportunitates spero: non enim tantam sedulitatẽ & curam deus despiciet, neq; seruũ suum infectis rebus redire permittet. Noui quòd & tantum uisus ille, & religiosum Imperatorẽ conspicatus, ex aspectu solo statim iram corripere poterit. Sanctorũ enim nõ tantum uerba, sed & ipsi aspectus spirituali gratia pleni sunt. Hic uero & multa sapientia plenus est, & cũ diuinarũ legum sit peritus, ad ipsum dicet, quod et Moses ad deum: Si dimittis quidem ipsis peccatum, dimitte: si nõ autem, & me occide cum ipsis. Talia enim sanctorũ uiscera, cum filijs mortem, q̃ sine ipsis uitam dulciorem esse putant, Adijciet à tempore patrociniũ, & sacrum Pascha proponet, et cõmemorabit tempus, per quod orbi terrarum toti Christus peccatum remisit, dominum imitari exhortabitur, & parabolæ illius decem miliũ talentorum, & centum denariorũ ipsum cõmonebit. Noui patris nostri fiduciam, non recusabit ipsum per hãc similitudinẽ terrere & dicere: Vide ne fortè & tu illo die audias: Serue nequam, omẽ debitũ illud dimisi tibi, quoniã rogasti me, oportebat & te dimittere cõseruis tuis. Tibijpsi magis q̃ illis prodes, in paucorũ dimissione peccatorũ maiorum obliuionẽ recipiens. Addet prædictis & orationẽ illam, quã qui sacris initiauere mysterijs, orantẽ dicere docuerunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ad hæc docebit, q̃ nõ cõmune ciuitatis fuit peccatũ, sed hominũ quorundã externorũ, & aduenarum

Tit.3.d

Gen.29

Exod.32.g

Matt.18.d

Ioan.10.b

uenarũ nihil cum ratione facientiũ audacia & om
nis præuaricatio. Nec iustũ esse posse pro pauco-
rum temeritate tantam diripi ciuitatem, & qui ni
hil iniuste fecerunt, pœnas luere: alioquin etsi om
nes peccassent, dignas dedissent pœnas, tot dieb.
timore cõsumpti, & per singulos mori dies expe-
ctantes, pulsi exulantes, reis miserabilius uiuen-
tes, sanguinẽ in manibus gestantes, & de uita sua
non cõfidentes. Hæc tibi pœna sufficiat, ne ulte-
rius ira procedas, mitem tibi supernũ iudicem per
humanitatẽ in conseruos redde. Cogita urbis ma
gnitudinẽ, q nõ de una, uel de duabus, uel tribus,
uel decem animabus nũc nobis est consideratio,
sed de milib. infinitis, de totius orbis capite. Hæc
ciuitas, in qua primum appellati Christiani: hono
ra Christum, reuerere eam quæ prima nomẽ hoc
omnibus desiderabile & dulce prædicauit. Apo-
stolorum illa fuit tabernaculum, habitaculũ iusto
rum. Nũc hoc primum & solum in principes faci
nus patratũ est, & ciuitatis mores omne pr̃teritũ
tempus testatur. Si enim continue seditiones mo
ueret, improbitatẽ cõ demnare oporteret: si uero
semel hoc omni tempore accidit, certũ est, q non
ciuitatis morũ est peccatũ: sed eorũ qui impuden
ter & temere in ciuitatem irruperunt ista insania
fuit. Hæc sacerdos & plura his cũ maiori dicet fi-
ducia, hæc Imperator audiet: & ille humanus, &
hic fidelis. Vnde utrinq; bonas habemus spes. Ma
gis aũt & supra magistri fidem, & regis humanita
tem, dei misericordiæ fidimus: etenim & rogato
regi, & roganti sacerdoti ipse solus assistet, regis
cor emolliens, sacerdotis linguam excitãs: huius
uerba secundãs, illius mentem præparans, dictis
multa cũ uenia suscipiendis & petitionibus cõce
dendis. Etenim ciuitatũ omnium nostra Christo
optatissima, tum propter progenitorũ, tum pro-
pter uestram uirtutẽ. Et sicut Petrus inter apos-to-
los primus Christũ prædicauit: sic inter ciuitates,
sicut iam dixi, hæc prima tanquã coronam quan-
dam admirabilem Christianorũ tulit appellatio-
Gen. 18.d nem. Si uero ubi decẽ tantum iusti essent, omnes
inhabitantes deus saluare promisit: ubi nõ decem
& uiginti, neq; bis totidem solũ, sed multo plures
sunt, deum cum omni diligẽtia colentes, quomo-
do nõ oportet bona sperare, & de cõmuni nostra
omniũ salute cõfidere? Audiui multos dicentes,
Minæ regis iræ leonis similes, & cõcidentes & la
mentantes. Quid igitur aduersus illos dicemus?
Esa. 11.g quod qui dixit: Lupi & agni simul pascent, & par
dus cum hœdo quiescet, & leo tanquã bos paleas
comedet: & hunc leonem reddere ouem poterit
mansuetam. Supplicemus igitur ipsi, & ad ipsum
legationes mittamus, & regis animũ penitus cor
ripiet, & ab omni nos instanti angustia liberabit.
Pater illic legationẽ obit, nos hinc ad cœlorum re-
gem mittamus legationẽ, ipsum precibus adiuue
mus. Multum ecclesiæ cõmunio potest, si anima
dolente; si corde cõtrito preces emittamus. Non
opus est mare transire, non opus est longã subire
peregrinationẽ: omnes & ad ecclesiam occurren
tes, & domi manentes multo deum studio inuoce
mus, & omnino supplicationibus annuet. Vnde
hoc manifestũ? q uehemẽter cupit nos ad ipsum
semper confugere, & in omnibus ipsum depreca
ri, & nihil absq; ipso uel facere uel dicere. Homi-
nes enim, quando ipsis continue negociũ facessi-
mus pro rebus nostris, languescũt & tergiuersan
tur, & ægreferunt. Deus aũt prorsus in contrariũ:
non quando ipsi continue occurrimus pro rebus
nostris, sed quando nõ hoc facimus, tũc maxime
indignat. Audi igitur quid Iudæis obiicit, dicens,
Fecistis uoluntatẽ meam, & nõ per me: & pacta,
& non per spiritum meum. Talis enim amantium
cõsuetudo: omnia adamatorũ negocia per se fieri
uolunt, & nihil sine se illos neq; facere, neq; dice-
re. Propterea & deus non hic tantum, sed & alibi
idem rursus exprobrans dicebat: Regnauerũt, &
non per me: imperauerunt, & nõ significauerunt
mihi. Ne igitur torpeamus cõtinue ad ipsum con
fugere, & quodcũq; graue fuerit, omino remediũ Osee 8.a
accipiet conueniens. Terruit homo, curre ad su-
pernum dominũ, & nil graue patieris: sic antiqui
calamitates auertebant, non tantũ uiri, sed & mu-
lieres. Fuit quædam mulier Hebræa, Hester erat
ipsi nomẽ: hęc Hester uniuersum Iudæorũ popu-
lum internetione delendũ sic eripuit. Postq; Per-
sarũ rex omnes passim Iudæos interimi iussit, &
nullus erat qui contra iram illius obsistere posset:
pristinũ uestitũ exuta mulier, et sacco amicta, et ci
nerẽ substrata, diuinæ clemẽtię supplicabat, ut se
cum ad regẽ ingrederet, & talia orãs uerba ad ip-
sum dabat: Grata domine faq; uerba mea, et da ser
monẽ ornatũ in os meũ. Hęc & pro magistro nos
nunc deũ oremus. Si enim mulier pro Iudæis sup-
plicans Barbaricũ corripere furorẽ potuit: multo
magis doctor noster pro tali ciuitate, & cũ tanta
ecclesia supplicans, benignissimũ & mitissimum
hunc regẽ flectere poterit: si enim peccata in deũ
soluendi potestatẽ accepit, multo magis in homi-
nem patrata destruere & delere poterit. Princeps
est hic quoq;, & quidẽ illo honoratior. Etenim i-
psum regis caput sacras leges ferẽtes huius mani-
bus subiecerũt: & quãdo aliquid boni cœlitus re-
quirit, rex ad sacerdotẽ, non sacerdos ad regẽ con
fugere solitus est. Habet & hic iustitiæ thoracẽ, ha
bet & loricã ueritatis, habet & calceamẽta multo
honestiora ab euãgelio pacis: habet et gladiũ, nõ
ex ferro, sed spiritus: habet & coronã capiti impo
sitã. Splẽdidior hæc armatura, preciosiora hæc ar
ma, maior fiducia, maior uis. Itaq; & pro principa
tus magnitudine, & ppria magnanimitate, & an-
te reliqua omnia, pro firma in deũ spe, cum multa
fidutia, cũ multa prudentia regẽ alloquet. Ne igit
de salute nostra desperemus, sed supplicemus, pre
cemur, petamus, oremus, ad supernũ regẽ multis
cũ lachrymis legationẽ mittamus. Habemus et ie
iunium hoc cooperans, in hac pulchra legatione
nobis adhærens. Quemadmodum itaq; præterita
hyeme, & æstate apparente, nauta quidem naui-
gium deducit, miles uero arma deterget, equũq;
ad bellum parat, & agricola acuit falcem, & uia-
tor fiduciæ plenus longum iter aggreditur, & ad
certamina

certamina pugil expoliat, secꝫ denudat: sic & nos ieiunio tanquã æstate quadam spirituali apparente, & arma tancꝫ milites abstergamus, et falcem acuamus tanquã agricolæ, & tancꝫ nautæ cõtra undas, cõtra absurdarum cupiditatum cogitationes opponamus, & tanquã uiatores arduũ ad cœlum iter inuadamus, & tãquam pugiles ad certamina spoliemur: fidelis em̃, & agricola, & gubernator, & miles, & athleta, & uiator est. Idcirco Paulus
Eph.6.b quoꝫ dicit: Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principes & potestates: induite igitur armaturã dei. Vidisti athletam, uidisti militem? Si athleta es, nudum in certamente descẽdere oportet: si miles, armatũ ad pugnam cõsistere necesse est. Quomodo igitur utraꝫ hæc simul esse possint, & nudum esse, & non nudum: & indutum, & non indutum? Exue uitæ negocia, & athleta factus es: indue arma spiritualia, & factus es miles. Teipsum uitę curis denuda, luctę enim tempus est: arma spiritus indue, bellum enim nobis contra dæmones conflatum est graue. Propterea & nudum esse oportet, ut nullam diabolo nobiscum luctanti ansam præbeamus: & undiqꝫ armari, ut nusquam letalem plagam accipiamus. Excole animã tuam, & spinas excide: semina uerbum pietatis, pulchras disciplinæ plantas insere, & cum multa diligentia repastina: nam agricola factus es, & tibi dicet Paulus: Laborãtem agricolam oportet primũ fructus percipere. Hãc & ipse
1.Cor.3.b artem tractabat: idcirco Corinthijs scribens dicebat: Ego plantaui, Apollo rigauit, deus aũt incrementum dedit. Acue falcem tuã, quam per crapulam hebetasti, acue per ieiuniũ, aggredere iter in cœlum ferẽs, asperam & angustam uiam attinge et ambula. Quomodo autem poteris & attingere & ambulare? Castigãs corpus tuũ, & in seruitutẽ redigens: ubi enim uia angusta, magnum impedimẽtum est carnis ex crapula obesitas. Absurdarũ undas concupiscentiarũ reprime, repelle improbarum hyemem cogitationũ, salua nauigiũ, multam ostẽde peritiam, & factus es gubernator. Horum autem omniũ nobis materia ieiuniũ, & magister est: ieiuniũ autem dico, nõ hoc uulgare, sed accuratũ ieiunium: non tantũ ciborum abstinentiam, sed & peccatorũ: nõ enim ieiunij natura pec
2.Tim.2.d cata eximere sufficit, nisi congrua cũ lege fiat. Etenim athleta, inquit, non coronatur, nisi legitime certauerit. Ne igitur inter ieiunij laborẽ à ieiunij corona excidamus, discamus qualiter & quomodo huiusmodi negotium tractare debeamus: quo
Luc.18.b niam & pharisæus ille ieiunauit, sed post ieiuniũ illud descendit inanis, & ieiunij fructibus cassus. Publicanus non ieiunauit, & pharisæum ieiunantem præcessit, non ieiunans, ut discas quòd ieiunij utilitas nulla, nisi & reliqua omnia cõsequantur. Ieiunauerunt Niniuitæ, & dei misericordiam elicuerunt: ieiunauerunt & ludæi, & nihil profecerunt, sed culpati abierũt. Quoniã igitur tantum ieiunij periculum est nescientibus quomodo ieiunare oportet: ieiunij leges discamus, ne in incertũ curramus, nec aerem uerberemus, neqꝫ pugnãtes A cum umbra dimicemus. Medicina est ieiunium: sed medicina licet millies utilis sit, per utentis imperitiã inutilis sæpe fit: etem̃ nosse oportet & tempus quo ipsam adhibere opus sit, & ipsius medicamenti quantitatẽ, & corporis temperiem suscipientis, & regionis naturã, & anni tempus, & congruum uictum, & multa alia: quorũ si quodlibet prætermissum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autem ubi corpori mederi oportet, tanta nobis opus est diligentia: multo magis cum animã curemus, & cogitationibus medeamur, omnia scrutari, & cum omni sedulitate considerare necesse est. Videamus igit̃ quomodo Niniuitæ ieiunauerũt, & quomodo ab illa liberati sunt ira. Homines, & iumenta, & pecudes, et oues ne pascantur, inquit. B Quid dicis? Et bruta ieiunant & equi: & muli sacco uestiũtur? Etiã, inquit. sicut enim diuite aliquo mortuo, nõ seruos solos & ancillas, sed & equos necessarij sacco amicientes, & agasonibus tradentes ad sepulchrũ sequi iubent calamitatis magnitudinẽ ostentantes, & omnes ad misericordiã allicientes: sic & in ciuitate illa mori periclitante, & brutã naturã sacco circũtexerunt & ieiunij iugo subiecerũt. Nõ licet brutis sermone dei irã discere, discãt fame quòd à deo inflígit̃ plaga: etenim si diruere t̃, inquit, ciuitas, nõ tantũ nostri inhabitatiũ, sed & horũ una esset cõmunis sepultura. Pœnæ igitur partẽ habere debẽtia, & ieiunij partẽ capiant. Et aliud uero quiddã tunc fecerũt, quod & prophetæ faciũt: etenim illi cũ flagellum aliquod
C intolerabile de cœlis ferri uiderint, atqꝫ puniẽdos sine fiducia esse cõfusione plenos, neqꝫ uenia neqꝫ excusatione ulla dignos, nec habeãt quid faciant, nec unde cõdemnatis præbeant patrocinium, ad bruta cõfugiunt, & illorum mortẽ deplorãtes, ex his supplicationẽ faciunt, & miserabilẽ & luctuosam ipsorũ perditionem proponẽtes. Cũ igitur fames olim Iudęos cõprehendisset, & multa regionem siccitas premeret, & oĩa consumerent: hic quidã ꝓphetarũ dicebat: Resilierũt iuuẽcæ apud præsepia sua, fleuerũt armẽta boum, quoniã non erant pascua: omnia iumenta terræ respexerũt ad te, quoniam exiccatæ sunt emissiones aquarum. Ille uero ex siccitate mala lugens, rursum sic ferè Hier.14.d dicit: Cerui in agro pepererunt & dereliquerunt, D quoniam non erat herba: onagri in pratis substiterunt, attraxerunt uentum sicut draco, defecerunt ipsorum oculi, quoniã non erat fœnũ. Propterea & hodie Ioel dicentẽ audistis: Egrediatur spõsus è cubiculo suo, & spõsa è thalamo suo, infantes sugentes ubera. Qua de causa, dic mihi immaturam ætatem ad supplicationẽ uocat? Nónne certum est, quòd propter eandẽ causam? quoniam enim omnes uiri ætate perfecti exacerbauerunt deũ, & ad iracundiam concitauerũt, Ætas, inquit, peccatorum expers irato supplicet. Sed quid dicebant, uideamus, quid tandem sit, quòd ineuitabilem illam iram soluerit. num ieiunium solum & saccus? nequaquam, sed totius uitæ mutatio. Vnde hoc manifestum? ab ipsis propheticis uerbis. De dei enim ira locutus & illorũ ieiunio, idẽ conciliationem

nem, & conciliationis causam dicens, sic inquit,
Ione 3.d Et uidit deus opera ipsorum. Qualia opera? quod ieiunauerunt? quòd saccũ induerunt? nihil horũ, sed hæc omnia tacens, intulit: quoniam cõuersus est quisq; à uijs suis malis, pœnituit mali quod dixerat facere ipsis dominus. Cernis quòd non ieiunium periculo eripuit, sed uitæ mutatio deũ barbaris placatũ & beneuolum reddidit? Hæc dixi, non ut ieiuniũ contemnamus, sed ut ieiunium honoremus: honor enim ieiunij non ciborum abstinentia, sed peccatorũ fuga. Itaq; ciborum abstinẽtia tantũ ieiunium definiens, hic est qui maxime ipsum uituperat. Ieiunas? demõstra mihi per ipsa opera. Qualia, inquis, opera? Si pauperẽ uideris, miserere: si inimicũ uideris, cõciliare: si amicũ laudabiliter agentẽ uideris, ne inuideas: si mulierem uideris speciosam, prætereas. Non enim os tantũ ieiunet, sed & oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia corporis nostri membra. Ieiunent manus à rapina & auaritiæ mundæ: ieiunent pedes ad illicita spectacula cursum reprimentes, ieiunent oculi discentes nunquã formosis obtutib. insilire, nec alienas curiose pulchritudines spectare. Cibus enim oculorũ spectatio: sed si illegitima sit & prohibita, ieiunio nocet, & omnem animæ salutẽ subuertit: si uero legitima & cõcessa, ornat ieiunium. Etenim absurdissimũ esset, cibis & concessa abstinere esca per ieiunium, oculorum uero prohibita attingere. Non comedis carnem? Neq; lasciuiã per oculos haurias. Ieiunet & auris: auriũ autem ieiuniũ detractiones et calumnias nõ susci-
Exod.23.a pere: Auditũ enim uanũ non susc̃ipies, inquit. Ieiunet quoq; os à uerbis turpibus & cõuicio. Quæ enim utilitas cũ auibus quidẽ & piscibus abstinemus, fratres uero mordeamus & comedamus? Detrahẽs fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit: propterea & Paulus terruit dicens: Si autẽ uos inuicem mordetis & comeditis,
Gal.3.d uidete ne inuicẽ consumamini. Non infixisti dentes carni, sed animæ maledictũ, improbam suspicionẽ infixisti, uulnerasti, innumeris affecisti malis, & teipsum & illum, & alios plures: etenim audientem peiorẽ fecisti proximo calumnians: siue enim peccator sit, segnior fit, peccati cõmunicatorem nactus: siue iustus sit, in arrogantiam tollitur & inflat̃ ex aliorũ peccato, magna de ipso sentire persuasus. Insuper cõmunem ecclesiæ statum læsisti: nõ enim omnes audientes peccatorẽ solum accusant, sed opprobria Christianorũ genti infligũtur: nec audiũt infideles dicẽtes, quòd ille leno est et dissolutus, sed pro eo qui peccauit, Christianos omnes calũnijs insectantur. Ad hæc dei gloriam blasphemari fecisti: sicut enim nobis laudabiliter uiuentibus dei nomen glorificat̃, sic peccantibus blasphematur, & cõtumelia afficitur. Quartũ malum, audientẽ confudisti, & sic impudentiorẽ reddidisti, inimicum & hostem reddẽs. Quintum, teipsum pœnæ & castigationis reũ fecisti, negocia ad te nihil attinentia texẽs. Ne quis enim hoc mihi dicat, Tũc detraho, quãdo falsa dico. Nã si uera loquẽs maledixeris, & hoc est crimen: etem̃ pharisæus ille publicano ueridicus maledixit, sed tamẽ hoc ipsi nihil profuit. Dic enim mihi, Publicanus
Luc.18.c non erat publicanus & peccator? Cuiq; certũ est quòd publicanus erat, sed tamẽ quoniã ipsum uituperauit pharisæus, abijt omnib. amissis. Vis fratrem corrigere? lachryma, ora deum, ex corde ap-
2.Cor.12.g prehensum admone, cõsule, exhortare: sic & Paulus faciebat, Ne iterũ cũ uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiã super immũdicia, & fornicatione, & impudicitia quã gesserunt. Declara charitatẽ erga peccatorẽ: persuade ipsi, q̃ cõsulens & curans, non traducere uolens, peccati ipsum cõmonefacis: cõprehende pedes, oscula re, ne erubescas, si modo uere mederi uis. Hæc & medici faciunt sæpius difficiles ægrotos habentes, deosculantes, rogãtes persuadẽt salutarem sumere medicinã: Ita tu quoq; fac, sacerdoti uulnus manifesta: hoc est curantis, hoc prouidentis, hoc cõsulentis. Non solos aũt maledicẽtes, sed & alijs detrahi audiẽtes admoneo aures obstruere, et pro
Psal.100.a phetã imitari dicentẽ: Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Dic proximo: habes aliquẽ quem laudes & cõmendes? Aures aperio, ut unguẽta suscipiã: si uero male uelis dicere, uerbis ingressum obturo: nõ enim stercus & cœnum accipere sustineo. Quod mihi lucrũ, si didicero q̃ ille improbus? Maximum igitur nocumentũ ex hoc, & extrema iactura. Loquere ad ipsum: curemus nostra, quõ peccatorũ rationes demus, & curiositatẽ hanc et operosam indagationẽ circa uitã nostrã exhibeamus. Quam em̃ habebimus excusationẽ, quam ueniã, cum nostra ne in mentẽ quidem ueniãt, aliena uero curiose scrutemur? Sicut in domũ declinare, & interiora cõsiderare, præter eunti turpe est, & multa ignominia plenum: sic & circa alienã uitã satagere, illiberalitatis extremæ est. Hoc uero ridiculũ magis est, q̃ talem habẽtes uitam, & propria negligẽtes, cum aliquid arcanũ dixerint, rogãt audientẽ & adiurant, ne cuiq; amplius alteri dicat: hinc declarãtes, q̃ rem reprehensione dignam cõmiserunt. Si enim illum, ut nemini dicat, rogas: multo magis te priorẽ huic dicere non oportebat. In tuto sermonẽ habebas: postq; ipsum prodidisti, tunc salutẽ ipsius curas: si nõ uis efferri, neq; alteri ipse dicas: postquam uero alteri
D prodidisti sermonis custodiã, superflua facis & inutilia admonens & obtestans pro dictorũ custodia. Sed iucundum detrahere. immo iucundũ nõ detrahere. Detrahens em̃ continenter anxius est, suspicatur & timet, pœnitẽtiam agit, & linguã suam mandit, timens & tremiscens, ne forte alijs enuntiatũ uerbum, magnũ sibi periculũ afferat, & superfluã & inutilẽ inimicitã his qui dixere operetur. Apud seipsum uero cõtinens, in securitate
Eccl.19.b plurima cũ multa uiuet uoluptate. Audisti sermonem, inquit, moriat̃ in te: cõfide, non te disrũpet. Quid est, moriat̃ in te? extingue ipsum, defodito, nec exire, neq; penitus moueri permittas: sed maxime studenec alios quidẽ dicẽtes male tolerare: q̃ si quãdo et susceperis, infodito, interime dictũ, obliuio-

obliuioni trade, ut his qui non audierint similis fi
as, & cum multa pace & securitate præsentẽ trãsi-
gas uitã. Si delatores didicerint, q̃ ipsos magis q̃
accusatos auersemur: & ipsi tandẽ ab hac mala cõ
suetudine desistent, & peccatum corrigent, & lau
dabũt post hęc, & nosipsos suos saluatores factos
& benefactores prædicabunt. Sicut enim benedi
cere & laudare amicitię principiũ est, sic & male-
dicere & calũniari inimicitiæ, & odij, & iniuriarũ
principium est, atq̃ discordiarũ materia. Non ali-
unde nostra negligunt, q̃ quòd aliena satagimus
curioseq̃ scrutamur: nõ enim uacat homini accu-
santi, & alienos exquirenti mores, propriã quan-
doq̃ uitam curare: studio enim omni in alienorũ
curiositatem impenso, necesse est omnia eius teme
re & negligenter iacere. Etenim optandum om̃e
ocium in propriorum curam peccatorũ, & iudici
um impendentẽ proficere posse. Cum uero sem-
per aliena cures, quando tua meditaberis mala?
Fugiamus igitur dilecti, fugiamus detractiones,
docti quod est totum satanicũ barathrum insidia
rum eius hæc insessio. Vt em̃ nostra negligamus,
& grauiores nobis reatus constituamus, in hanc
nos consuetudinẽ diabolus duxit: immo uero nõ
solum inest hoc malum, quòd tunc rationẽ dabi-
mus eorum quæ diximus, sed etiam quòd pecca-
ta nostra sic grauiora faciemus, omni nos excusa-
tione priuantes: acerbe enim aliena exquirens, in
suis excessibus nullam unquam ueniam nancisce
tur. Non enim tantum à peccatorũ natura, sed &
ex iudicio de alijs nostro sententiã deus proferet:
Matth.7.a idcirco admonuit dicens: Nolite iudicare, ne iudi
Lucæ 6.f cemini: nõ enim quale fuit peccatum, tale illic in
futurũ apparebit: sed quandam magnã & ineuita
bilẽ additionẽ à iudicio in conseruum facto acci-
piet. Sicut enim humanus & mitis & clemens ma
iorum peccatorũ grauitatem succidit: ita acerbus
& crudelis & implacabilis magnũ proprijs pon-
dus peccatis apponit. Eliminemus igitur omnem
ex ore nostro detractionẽ, scientes quòd etsi cine
rem comedamus, nulla nobis asperæ uitæ huius
utilitas proderit, nisi detractione abstineamus: nõ
Matt.15.b enim quæ intrant, coinquinãt hominem, sed quæ
Mar.7.c exeunt ex ore. Si quis te prætereunte stercus com
moueat, hoc facientem non cõuicio & contume-
lia afficias? hoc fac et erga detractores. Non enim
sic cõmotum stercus illum fœtorem susci pientẽ
cartilaginẽ percellit, sicut aliena peccata excussa,
& uita impura, audientium animos prodita con-
tristare & perturbare solent. Abstineamus igitur
detractione, turpiloquio, blasphemia, & neq̃ pro
ximo, neq̃ deo maledicamus: multi enim obtrec-
tatorũ in hoc furoris lapsi sunt, ut à conseruis in
deum linguã suam reuocauerint. Quantũ uerò sit
hoc malum, ex rebus nunc nos urgentibus disce.
Ecce enim homo iniuriam passus est, & omnes ti
memus & tremimus, quiq̃ intulerũt iniuriam, &
de nulla huiusmodi sibi conscij: deus autẽ per sin-
gulos dies iniuria afficitur à diuitibus, à pauperi-
bus, à quietis, à tribulatis, à calũniantibus & calũ-
niam ferẽtibus, & nulla usquam ratio. Propterea

A conseruũ uiolari permisit, ut ex periculo per con-
tumeliam exorto præsentem discas domini beni-
gnitatem. Atqui hoc nunc primum factum est, &
solum: sed tamen nec propter hoc nos ullam asse-
cuturos esse ueniã, uel excusationẽ expectamus:
Deum uero quotidie iritamus, et nullam facimus
conuersionem, & adhuc cũ omni longanimitate
sustinet. Vidisti quanta dei sit clemẽtia? Et in hac
quidem præuaricatione qui peccauerunt, capti
sunt, & in carcerẽ detrusi, pœnasq̃ dederunt: sed
tamen adhuc timemus: necdum enim facta læsus
audiuit, neq̃ sententiam enuntiauit, & omnes tre
mimus. Deus uero quotidie contumelias in se fa-
ctas audit, & nemo cõuertitur: & hic cum sit tam
clemens & mitis, illi insuper peccatũ dicere suffi-
cit, & crimen soluitur. In hominibus uero contra-
B rium penitus, cũ peccatores confessi fuerint, tunc
magis puniũtur: quod quidem & nunc factũ est.
Nam hi quidem ferro, illi uero igni, quidam autẽ
bestijs traditi, perierunt, nõ uiri tantũ, sed & pue-
ri: nec ætatis immaturitas, nec populi tumultus,
nec quòd dæmonũ furore pleni hæc fecerint: nec
quòd exactio intolerabilis esset uisa, non pauper
tas, nõ quòd publicè cum omnibus peccauerint,
non quod promiserint nunquã se amplius esse ta-
lia ausuros, non aliud quicquã omnino ipsos eri-
puit: sed absq̃ omni uenia ad barathrum abduce-
bantur, militibus armatis utrinq̃ ipsos agẽtibus,
& obseruantibus, ne quis reos eriperet: & seque-
bantur matres, procul quidem filios cõspicientes
abstractos, calamitatẽ autem conqueri nõ auden
tes. Passionẽ enim uincebat formido, & naturam
superabat metus. Et sicut naufragos à terra cõtu-
C entes homines, dolent quidem, accedere autẽ &
submersos eripere non ualent: ita quidem & hic
tanquã undis quibusdam, militũ timore prohibi-
tæ matres, non tantũ accedere, & ipsos à damna-
tione eruere nõ audebant, sed & timebant deplo
rare. An hinc dei misericordiã coniicitis? q̃ ineffa
bilis, quàm infinita? quomodo omnem transcen-
dit rationem? Hic quidẽ læsus & eiusdem nature,
& semel ex omni tempore hoc passus est, & non
coram, neq̃ præsens & cernens & audiens, & ta-
men nemo reorũ ueniam assecutus est: De deo ue
ro nihil horum dicẽdum est: (etenim tantũ est dei
& hominis medium, quantũ ratio adstruere pos-
D sit:) quotidie cõtumelia afficitur presens & uidẽs
& audiens, & neq̃ fulmen immisit, neq̃ mare ius-
sit terrã inundare, & omnes submergere, neq̃ ter-
ram hiare & temeratores absorbere mãdauit: sed
tolerat, & longanimiter agit, & ignoscere promit
tit contumelię autoribus, si tantum pœnitentiam
agant, & nõ amplius hæc facere polliceant. Vere
nunc exclamandi tempus: Quis loquet potẽtias *Psal.105.a*
domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quot
dei imagines non tantũ deiecerũt, sed & cõculca
uerunt? cũ enim reũ angas, cũ dispolies, cũ trahas,
cũ deijcias, dei imaginẽ cõculcas. Audi certè Pau *1.Cor.11.b*
lũ dicentẽ, q̃ homo nõ debet operire caput, ima-
go em̃ et gloria dei est. Et rursus ipsum deũ dicẽtẽ:
Faciamus hominẽ secundũ imaginẽ & similitudi *Gen.1.c*
nem

nem noſtrã: Si uero dicas, quòd nõ eſt eiuſdem ſubſtantiæ homo cum deo, quid tum? neq; enim æs ſtatuæ eiuſdem eſt cum rege ſubſtantiæ: ſed tamen hanc auſi lædere, pœnas dederunt: Sic & in hominibus, etſi non eiuſdem cum deo ſubſtantiæ ſunt homines, ſicut neq; reuera ſunt, ueruntamen imago uocati ſunt, & propter appellationẽ ipſos honorẽ recípere oportebat. Tu uero propter paululum auri, conculcas, angis, trahis, & nullam adhuc pœnam dediſti. Cõtingat igitur hodie quandam bonam & dexterã fieri mutationẽ: illud certè uobis prædico, & cõteſtor, quòd etſi hæc præterierit nubes, nos aũt in eodem manſerimus torpore, rurſum multò his quæ impræſentiarũ expectantur, peiora patiemur: quoniã & nunc nõ tantum Imperatoris iram, quantum ſegnitiẽ ueſtram timeo. Non enim duobus aut tribus diebus ſupplicaſſe nobis ad defenſionẽ ſufficit: ſed potius uitæ mutationem fieri oportet, & à malitia deſiſtentes in uirtute permanere continue. Sicut enim ægrotantes, niſi ſemper ordinate uixerint, nulla ipſis diſciplinæ per tres aut quatuor dies ſeruatæ utilitas: ſic & peccantes, niſi ſemper ſobrij ſint, nihil proderit ipſis duorum uel trium dierum correctio. Vt enim dicitur, Lotus poſtea in luto rurſum inquinatus, nihil profecit: ſic per tres dies agens pœnitentiã, & rurſum ad priora reuertens, nihil lucratus eſt. Ne igitur quod ſemper facimus, hoc & nunc faciamus. Etenim terræmotib. ſæpius cõprehendẽtibus, & fame & ſiccitate, tribus uel quatuor diebus moderati & manſuetiores facti, rurſus ad priora rediuimus, propterea q; hæc acciderunt. Sed ſi non prius, nunc ſaltem in eadem permaneamus pietate, & eandem manſuetudinẽ ſeruemus: ne rurſum alterius indigeamus flagelli. Nunquid non poterat deus facta prohibere? ſed permiſit, ut ſe contemnẽtes per cõſerui metũ modeſtiores efficeret. Nec mihi quis dicat, quòd multi ſontium effugerunt, multi uero inſontium pœnam ſubierunt: etenim hoc dicẽtes multos ſæpius audio, non in præſenti tantũ ſeditione, ſed & in aliis multis huiuſmodi negotijs. Quid igitur talia obijcientibus dicendũ? quòd etſi in præſenti ſeditione inſons erat reus, ſed aliud peccatum aliquã do grauiús cõmiſit, deinde nõ mutatus in præſenti pœnas dedit. Etenim hoc facere deus cõſueuit, & cum peccauerimus, non ſtatim peccatis irruit, ſed remittit, dans nobis pœnitentiæ tempus præfinitum, ut corrigamur & mutemur: ſi uero quòd non pœnas dederimus, peccatum deletũ eſſe exiſtimãtes contẽpſerimus, ubi nõ putamus, ibi poſt hæc capiemur omnino. Hoc autẽ fit, ut cum peccauerimus, & nõ fuerimus puniti, nõ cõfidamus, niſi fuerimus mutati: ſcientes quòd ubi non putamus, omnino cademus. Itaq; ſi peccaueris, et punitus non fueris, ne contemnas dilecte: ſed propter hoc ipſum magis time, ſciens quòd facile deo eſt, quando uelit, iterũ retribuere. Propterea enim te non puniuit, ut capias pœnitentiæ tẽpus. Ne igitur dicamus, quod crimine carẽs ille ceciderit, alter uero facinoris autor effugit. Innocens etenim punitus, ut prædixi, aliorũ peccatorũ pœnas luit: & qui nunc effugit, niſi mutatus fuerit, in alio capietur laqueo. Si ſic diſpoſiti ſimus, nunquã propriorum obliuiſcemur peccatorum: ſed ſemper timentes, trementes, nequando ſubeamus iudiciũ, cito ipſorum recordabimur: nihil enim ſic peccata in memoriam reuocare conſueuit, ut pœna & caſtigatio. Et hoc manifeſtũ ex fratribus Ioſeph. Cum enim illi iuſtum uendidiſſent, & tredecim anni præterijſſent, puniri metuentes, & de uita timentes, peccati recordati ſunt, & inter ſe dicebãt: Merito hæc patimur: in peccatis enim ſumus propter fratrẽ noſtrũ Ioſeph. Vides quomodo timor ille ipſos peccati ſui cõmonefecit? & quando peccabant quidẽ, non ſentiebant: quando uero puniri metuebant, tunc recordati ſunt. Hæc igitur omnia ſcientes, uitã mutare uelimus & corrigere, & ante inſtãtis anguſtiæ liberationẽ de religione & uirtute cogitemus. Et interim tria uobis mandata cõmendare uolo, ut hæc mihi in ieiunio præſtetis: ut nemini detrahatis, inimicũ habeatis neminẽ, & omnẽ prorſus ex ore malam iuramentorũ conſuetudinem expellatis. Et ſicut cum aurũ imperatum audierimus, abiẽs quiſq; domum, & uxorem uocans, & filios & ſeruos, conſiderat cum illis & conſultat unde tributũ illud eroget: ſic & in mandatis faciamus his ſpiritualibus, domum quiſq; regreſſus uxorem & filios uocet, & dicat, quod tributum ſpirituale hodie impoſitũ eſt, tributum, inquam, per quod erit quædam horum malorum ſolutio & liberatio: tributũ conferentes non pauperes ſed ditiores faciens, ut neminem inimicum habeamus, detrahamus nemini, nec omnino iuremus. Conſideremus, curam agamus, cõſultemus, quomodo hæc impleamus mandata, omẽ impendamus ſtudium, nos alter alterum cõmoneamus, alter alterum corrigamus, ut non debitores abeamus illuc: deinde mutuari ab alijs coacti, illud quod uirgines fatuæ patiamur, & immortali ſalute excidamus. Si ſic noſtræ inſtituimus uitæ rationem, hic uobis ſpondeo et polliceor, quòd & præſentis calamitatis aliqua ſolutio dabitur, & iſtorũ malorũ liberatio: & quod omnibus maius eſt, futurorum fructus bonorũ. Oportebat quidem omnem uobis mandare uirtutem, ſed hunc eſſe correctionis optimũ modum puto, per partes legem capientes implere, & tum ad alias ire. Sicut enim agro propoſito, agricola paulatim fodiens, ſic ad finem uenit: ſic & nos legẽ hanc nobis ponamus, ut per quadrageſimam præſentem hæc tria mandata diligẽter exerceamus: proculdubio cum bonæ conſuetudinis cuſtodiam prudenter exhibuerimus, cum maiore facilitate & ad reliquas ueniemus, & ad ipſum diſciplinæ uerticem peruenientes, tum præſentem uitam bona cum ſpe tranſigemus, tum & in futura cum multa Chriſto fiducia aſſiſtemur: & arcanis fruemur bonis: quæ nos aſſequi detur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo gloria patri una cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum. Amen.

Gen. 42. d

Matt. 25. 4

Pſal. 12

Hier

EIVSDEM

EIVSDEM EXHORTATIO AD POPVlum de patientia & tolerantia, ab exemplis Iob et trium puerorum: & de abstinentia à iuramentis. Homilia IIII.

BENEDICTVS deus, qui dolentes animas uestras consolatus est, & uacillantes mentes confirmauit. Quòd enim congruam ceperitis consolationem, per studium hoc & audiendi promptitudinem demonstrastis: non enim datur, animam dolentem, & tristitiæ nube pressam posse quæ dicũtur, cum promptitudine audire. Vos autem uideo cum multa beneuolentia, et acri studio nobis attendentes omnibus tristibus excussis, & audiẽdi desiderio instantem angustiam repulisse. Propterea deo uobiscum gratias ago, quòd disciplinam nostrã miseria non redarguit, nec rigorẽ nostrum timor remisit, nec alacritatẽ uestram extinxit tribulatio, nec labefecit zelum uestrum periculi magnitudo, nec superauit in deum desiderium hominũ timor, nec studium uestrum temporis iniquitas deiecit: nec tantũ non deiecit, sed & alis sufsulsit: non tantũ non remisit, sed & intendit: non tantum non extinxit, sed & amplius accendit. Euacuatum quidem forũ est, sed ecclesia repleta: illud luctus materia, hæc gaudij & lætitiæ spiritualis occasio. Cum igitur in forum te contuleris dilecte, & solitudinẽ conspicatus ingemueris: confuge ad matrem, & statim te propriorũ filiorũ multitudine cõsolabitur: & perfectum ostendet tibi fratrum diuinũ chorum, & omnem tristitiam repellet. In urbe quidẽ uiros cernere desideramus, tanquã deserta habitantes: in ecclesiam uero confugientes multitudine cõprimimur. Et quemadmodũ mari æstuãte, & multis procellis insaniẽte ad portum confugere timor omnes cogit: sic & nunc fori procellę, & ciuitatis hyems omnes in ecclesiam undiq; compellũt, & charitatis uinculo membra inter se constringunt. Gratias agamus igitur & ꝓpter hæc deo, quòd tantum ex tribulatione carpsimus emolumentum, quòd tantam ex tentatione utilitatem cepimus. Nisi tentatio, nec corona: nisi certamina, nec præmia: nisi studia, nec honores: nisi tribulatio, nec remissio: nisi hyems, nec æstas. Et hoc non in hominibus tantum, sed in seminib. quoq; ipsis intueri licet: & in his enim multã quidem pluuiam, multã uero nubium collisionẽ, multam deniq; glaciem fieri oportet, si uernans spica exurgere debet: ubi uero sementis tempus, tẽpus & pluuiæ. Postquã igitur & nunc ingruit hyems animarũ, non aeris: seramus & nos in hac hyeme, ut in æstate metamus: seminemus lachrymas, ut metamus exultationẽ. Non meus hic sermo, prophetica denũciatio est: Qui seminãt in lachrymis inquit, in exultatione metent. Nõ sic semina delatus imber germinare & crescere facit, ut pietatis semen excitat & uernare facit ex lachrymis ruens imber: hic animã deterget, irrigat mentem, doctrinę germẽ breui ꝓgredi facit: propterea & profundum sulcũ proscindere necessariũ. Etenim & prophetа hoc admonuit ita dicens: Renouate uobis noualia, & nolite seminare in spinis. Quemadmodum igit̃ aratrũ immittẽs infernè terram proruit, tutã seminib. custodiã parans, ne iacta in superficie remaneãt, sed in ipsos terræ sinus condant̃, & in tuto radices figant: sic & nos facere necessariũ, & tanq; aratro tribulatione utẽtes, cordis profundum scindere: hoc enim & alius propheta admonet dicens: Scindite corda uestra, & nõ uestimenta uestra. Corda igitur scindamus, ut si qua dolosa herba, & improba cogitatio nobis ineſt, radicitus eam uellamus, & puras pietatis seminibus terras exhibeamus. Nisi enim nũc renouemus, nisi nũc seramus, nisi nunc fundamus lachrymas, cũ adest tribulatio & ieiuniũ, quando unq; in cõpunctionem ueniemus? Nũ quãdo remissio & delicię fuerint? Sed hoc fieri nõ potest. Remissio em̃ & deliciæ in segnitiẽ inducere cõsueuerũt: sicut tribulatio ad industriã reuocare, & mentẽ exterius circa multa uagantẽ & occupatã ad sese cõuertere. Ne igit̃ de hac tristitia doleamus, sed deo gratias agamus: multũ em̃ ex tribulatione lucrũ. Nam & cũ agricola semina cũ multo labore collecta semina uerit, ignarus quidẽ omnia quę fiunt cernens admirabit̃, forteq; apud seipsum dicet: Quid hic homo tandẽ facit? collecta dissipat, nec dissipat tantum, sed & terræ cũ multa cura cõmiscet, ne facile colligi possint: nec cõmiscet tantũ terræ, sed & optat uehementẽ fieri pluuiã, ut ꝓiecta omia marcescant, & lutũ fiãt, & turbabit̃ cernẽs fulmina & coruscatiões deferri: Agricola uero nõ ita, sed lętat̃ & gaudet tẽpestatẽ cernens: nõ em̃ præsentia respicit, sed futura spectat: nõ respicit ad fulmina, sed manipulos cõputat: nõ marcescentia semina, sed uernãtes spicas: non grauẽ imbrem, sed iucundissimã areę uentilationẽ: Itidẽ et nos, nõ præsentẽ spectemus tribulationẽ, aut dolorẽ: sed orientẽ ex ipsa utilitatẽ, ex ipsa nascentẽ fructũ. Expectemus areã, manipulos: si etenim uigilemus, multũ ex hoc tempore fructũ congregare, & mentis nostræ penus implere poterimus: si uigilemus, nõ tãtum nihil graue ex hac patiemur tribulatione, sed & innumera bona capiemus: si uero torpeamus, remissio nos perdit. Non aduertentẽ enim utraq; lædunt: cum sedulitate uero uiuenti utraq; ꝓsunt. Et sicut aurum, etsi aquis immoret̃, propriã præfert speciem: siue in conflatoriũ ceciderit, splendidius rursum apparet: lutum aũt & fœnum, siue aquis immiscerí accidat, hoc quidem marcescit, illud uero dissoluit̃: siue in ignẽ ceciderit, hoc quidem frigit̃, illud autẽ comburitur: Sic certè & iustus & peccator: ille quidẽ siue remissiõe fruatur, manet splendidus, sicut aurum aquæ immersum: siue in tentationẽ ceciderit, splẽdidior fit, sicut aurum igne examinatũ: peccator uero siue remissionem nanciscat̃, dissoluit̃ & marcescit, sicut fœnũ & lutum aquæ immorans: siue tentationem sustineat, comburitur & perdit̃, sicut lutum & fœnum ab igne. Non igit̃ conficiamur prẽsentibus malis: si enim peccata habeas, de struunt̃ & comburunt̃ facile per tribulationẽ: si uero uirtutem habeas, illustraris & splendescis per ipsam: si cõtinue uigi-

Gen. 42.d

Psal. 125.d

Hier. 4.d

les & ſobrius ſis, eris omni damno ſuperior. Non enim tentationũ natura, ſed tentatorum ſegnities ruinas efficere ſolet. Itaq; ſi uis gaudere, & remiſſione & uoluptate potiri, neq; uoluptatẽ, neq; remiſſionem quæras: ſed animam patientia plenam quære, et tolerantiã exhibere ualentẽ: q; ſi hoc nõ habeas, non tantũ tentatio te redarguet, ſed & remiſſio perdet, & magis deijciet. Quòd enim non grauiũ incurſus caſuum, ſed mẽtis noſtræ torpor ſalutẽ noſtrã ſubuertit, audi quid dicat Chriſtus:

Matth. 7. d Quicũq; audit uerba mea hæc, & facit ea, aſſimilabit uiro prudẽti, qui ædificauit domũ ſuam ſuper petram: & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerũt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petrã. Et rurſum: Omnis qui audit uerba mea hęc, & non facit ea, ſimilis erit uiro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenã: & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerũt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & erit ruina eius magna. Vides quòd non tentationũ inflictus, ſed ædificantium ſtultitia ruinã fecit? Etenim illic pluuia, & hic pluuia: & illic flumina, & hic flumina: & illic uentorum incurſus, & hic idem: & ille ædificauit, & hic ædificauit: & eadem ædificatio, & eædem tentationes, ſed nõ idem finis: quoniam non idem fundamentũ: non enim tentationum natura, ſed ædificantis imprudentia ruinam fecit, alioqui oportuiſſet & domum ſupra petram ædificatam cadere: nunc uero nihil tale paſſa eſt. Sed ne de domo hęc dicta eſſe putetis: de anima enim ſermo eſt, diuinorum uerborum auditum per opera demonſtran-

Iob. 1. d te, uel repellente. Sic animam ſuam Iob ædificauit: deſcendit pluuia, ignis enim de cœlo cecidit, & omnes greges abſumpſit: uenerũt flumina, frequentes, continui, & indefinentes calamitatum nũcij: hic quidem gregum, hic uero filiorum interitum dicens: flauerunt uenti, amara uxoris uerba: Dic, inquit, uerbum contra dominũ, & morere. Et non cecidit domus, non eſt ſupplantata anima, non blaſphemauit iuſtus: ſed & gratias egit, ſic dicẽs: Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino uiſum eſt, ſic & factum eſt. Vides q; non tentationũ natura, ſed torpentiũ ignauia ruinam facere ſolet? Itaq; fortẽ uirũ tribulatio fortiorem

Rom. 5. a reddit. Quis hoc ait? In tribulatione nutritus beatus Paulus ita dicens: Tribulatio patientiã operatur, patiẽtia uero probationẽ, probatio uero ſpẽ. Et ſicut firmas arbores uentorum impetus irruẽs, & undiq; iactans, non euellit, ſed & ſolidiores & firmiores his incurſibus reddit: ſic & animam ſanctam, & pie uiuentẽ tentationũ incurſus & tribulationum, nõ ſupplantant, atq; etiam ad maiorem patientiã prẽparant: ſicut & beatũ Iob ſplendidiorem & uenerabiliorem reddiderunt. Nunc igitur nobis quidẽ homo iraſcitur, & homo ijſdem pœnis obnoxius, ſimiliſq; animę, & timuimus. Tunc autem illi dæmon malignus & ferus erat iratus, nec ſimpliciter iraſcebatur, ſed omnes mouebat artes, omnẽq; adhibebat uerſutiã, & nec ita quidem iuſti fortitudinem ſuperauit. Et hic quidem A cum homo ſit, nunc iraſcitur, nunc conciliatur, & tamen timore mortui ſumus. Tunc diabolus erat impugnãs, qui nunquã hominum naturæ cõcilia tur, ſed bellũ ſine fœdere, & pugnã ſine inducijs generi noſtro indixit, & tamen ipſius ſagittas iuſtus deriſit. Quã igitur nos excuſationẽ, uel qualem ueniam habere poſſumus humanã tentationem nõ ferentes, tantopere in gratia cũ diſciplina uerſati, cũ ille ante gratiã, & in ueteri teſtamento illud tam intolerabile bellũ generoſe tulerit? Hęc igitur dilecti ſemper inter nos diſſeramus, & per hos ſermones noſipſos exhortemur. Etenim uos teſtes, cõſcientiaq; ueſtra, quantũ ex hac tentatione utilitatis habuimus. Diſſolutus eſt modeſtus factus eſt, ferox humanior, ſegnis ſtudioſus. Qui B nunquã eccleſiam uiderant, ſed totos in theatris exigebãt dies, nunc in eccleſia tota die morantur. Proptereáne igitur doles, quòd te probũ timore deus reddidit? quòd te per tribulationẽ ad tuæ ſalutis ſenſum perduxit? Sed torquetur cõſcientia tua? Sed quotidie percellitur mens tua mortẽ expectãs, & minas maximas? Sed hinc quoq; nobis magnus ad uirtutem acceſſus erit, creſcẽte nobis per anguſtiã religione. Poteſt eñ deus omnia gra uia hac ipſa die ſoluere: ſed donec nos purgatos uideat, donec uideat factã conuerſionẽ, & pœnitentiam firmã & incõcuſſam, non diſſoluit tribulationẽ. Etenim aurifex donec aurũ bene purgatũ uiderit, de cõflatorio non extrahit: ſic et deus non abducit hanc nubẽ, donec nos penitus emẽdauerit. Qui enim tentationem permiſit, ipſe nouit & C tentationis ſoluendę tempus. Et ſicut cítharœdus neq; neruũ intendit, ut non abrũpat: neq; remittit ultra modum, ne harmoniæ concentũ lędat: ſic et deus agit, neq; in remiſſione cõtinua, nec in lõga tribulatione noſtram cõſtituit animã, ſecundum ſuam prudentiã utrũq; faciens: Non ſinit eñ nos continua potiri remiſſione, ne ſegniores fiamus: non aũt rurſum ſinit in cõtinua eſſe tribulatione, ne concidamus, néue deſperemus. Ipſi igiť aduerſitatis finiẽdæ tempus relinquamus, nos uero tantum in ſanctitate uiuamus. Opus enim noſtrũ ad uirtutem mutari, dei uero opus malis urgentibus finem imponere: Etenim ipſe magis, q; tu qui tentaris, hoc incendiũ extinguere uult, ſed ſalutẽ tuã D expectat. Sicut igiť ex remiſſione tribulatio facta eſt: ſic & ex tribulatiõe remiſſionẽ expectare cõuenit. Neq; eñ ſemper hyems, neq; ſemper æſtas, neq; ſemper procella, neq; ſemper trãquillitas, nõ ſemper nox, neq; ſemper dies: ſic neq; ſemper tribulatio, ſed erit & remiſſio, ſi tantũ in tribulatione deo gratias ſemper agamus. Etenim tres in fornacẽ pueri cõiecti ſunt, & nec ita religionis oblíti ſunt, nec ipſos terruit flãma: ſed in cubiculo ſedentibus, & nihil graue patientibus, ſtudioſius igne circumdati, ſacras illas preces emittebãt: propterea murus ipſis factus eſt ignis, & ueſtis flamma, & fons fornax, & ligatos capiẽs, ſolutos reddidit. Mortalia ſuſcepit corpora, & tanq; immortalibus abſtinuit: nõ agnouit naturã, ſed pietati reuerentiã exhibuit. Vinxit pedes tyrãnus, & ignis

uim

uim pedes uinxerũt. O rem admirabilẽ. Vinctos soluit flamma, & ipsa de reliquo à uinctis uincta est: mutauit enim rerum naturã adolescẽtulorum religio: Imò uerò non naturam mutauit, sed quod erat mirabilius, permanẽtis naturæ uim repressit. non enim ignẽ extinxit, sed ardentem inefficacẽ reddidit: & quod est mirabile & stupendum, non in sanctis tantũ corporibus hoc factũ est, sed & in uestimentis ipsorũ & calceamẽtis. Et sicut in apostolis, uestimenta Pauli ægritudines & dæmones
Act.19.b pellebant, & Petri umbra mortẽ fugauit: sic quidem & hic puerorum calceamẽta ignis uirtutem extinxerũt. Nescio quomodo dicam, miraculum omnem uerborũ narrationem trãscendit. etenim uis erat extincta, & nõ erat extincta: cũ enim circa sanctorum illorũ corpora uersabat, erat extincta: cum uero uincula disrũpere oportuit, nõ erat extincta: cõpedes igitur disrupit, & talos non tetigit. Vidisti quãta propinquitas? neq; mutatus, & ui sua priuatus est ignis, neq; intra uincula procedere ausus fuit. Vinxit tyrannus, & flamma resoluit, ut & Barbari crudelitatẽ discas, & elemẽti obedientiã. Qua uero causa in ignem missurus eos ligauit? Vt miraculũ fieret maius, ut mirabilius signum, ne putares esse oculorũ errorem ea quæ uidebantur: nisi enim ignis ille ignis fuisset, uincula non absumpsissset, nõ exterius sedentes milites (quod multo maius fuit) rapuisset. Nunc aũt exterioribus quidem uim, interioribus uero obedientiam exhibuit. Tu uero mihi cõsidera ubiq;, quomodo diabolus per quę dei seruos impugnat, per hæc propriã uim destruit, nõ uolens quidem, sed dei sapientia & prouidẽtia illius armis & artibus in ipsius caput utente: quod quidem & hic factũ est. Diabolus enim illic tunc tyranno se insinuãs, neq; ferro sanctorũ capita abscindi permisit, neq; bestijs tradi, neq; ullo alio tali modo puniri: sed in ignem inijci suasit, ut neq; reliquiæ illorũ sanctorum remanerent, ipsis corporibus cõsumptis, & ipsorũ cinere cum sarmentorũ cinere commixto. Deus autẽ hoc ipso ad impietatis destructionẽ usus est, & eo modo quem ego mox dicã. Deus apud Persas ignis esse putat, ipsumq; multo cultu uenerant Barbari etiã nunc regionẽ illam habitantes. Volens igit deus radicitus impietatis materiam auferre, cõcessit huiusmodi pœnæ modũ, ut præ oculis omniũ ipsum colentiũ, seruis suis uictoriam conferret: per ipsa opera ipsis persuadere uolens, quòd Gentiliũ dij non deum tantũ, sed & dei seruos timẽt. Et cõsidera uictoriæ coronã per cõtraria textam, & factos trophæi testes ipsos inimicos.
Dan.3.d Misit enim, inquit, Nabuchodonosor rex ad congregandũ omnes magistratus, & duces, & prẽsides, principes, & tyrãnos, & in potestatibus cõstitutos, & omnes regionũ præfectos, ut uenirẽt ad nouę dedicationẽ statuæ. Et cõgregati sunt omnes. Inimicus spectatores cogit, & ipse spectaculum cõuocat: & theatrũ non uulgariũ hominũ, non priuatorũ, sed omniũ honoratorum, & omnium magistratuũ, ut & testimonium apud multos fide dignũ fiat. Venerãt ad aliud uocati spectaculum, et alia cõspicati, omnes abierunt. Venerũt statuã adoraturi, & statuã quidem desierunt: abierunt uero dei potentiã admirati, per signa in pueris exhibita. Et uide ubi stadiũ hoc statuerat: nõ in urbe, nec in ullo agro, sed plani et nudi campi hoc orbis theatrũ suscipiunt: in campo ẽm de ære extra ciuitatẽ effigiem erexit, & præco pertransiens clamabat: Vobis dicit gentes, tribus, linguæ, quã cũq; hora audieritis uocem tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæq;, & psalterij, & symphoniæ omnis generis musicorum, cadentes adorate statuam auream (uerè enim cadere erat simulachrũ adorare) & quicunq; non cadẽs adorauerit, in eadem hora proijcietur in caminũ ignis ardentem. Vidisti q; difficilia certamina parata sunt, & quot insidiarũ necessitates, & q; profunda uorago, & præcipitiũ utrinq;? sed ne timueris. Quanto magis machinamenta inimicus auxerit, tanto magis puerorũ fortitudinem demõstrat. Propterea enim tot musicorum cõsonantia, propterea caminus ardens, ut & uoluptas, et timor assistentium animas obsideret. Asper adstantiũ quispiam est, & rigidus? Molliat ipsum, inquit, delectans omnisonæ musicæ melodia. Sed his insidijs superior est? Terreat & percellat flãmæ aspectus. Et erat timor & uoluptas, hæc quidẽ per aures, ille uero per oculos animas subrepens. Sed adolescentulorũ illorum generositatem, horum nihil redarguit: sed sicut in ignẽ proiecti flammã superarunt: sic omnẽ concupiscentiam & anxietatẽ deriserunt. Hæc enim omnia propter ipsos diabolus præparauerat: nõ enim de subditis dubitabat, sed potius multũ cõfidebat, quòd nullus regis legi se obiecturus erat. Postquã uero ceciderunt omnes, & uicti sunt, tunc in medium pueri soli agunt, ut sic quoq; uictoria fiat clarior, cum in tanta multitudine ipsi uincãt, & prædicentur: neq; ẽm tam mirabile fuisset, si nullo supplantato primi uiriliter egissent. Hoc autẽ maximum et mirabile est, q; cadentiũ multitudo ipsos nõ terruit, non soluit, non intra se tale quid dixerunt, quod multi dicere cõsueuerunt: Si primi nos imaginem adoraremus, id peccatũ fuisset: si uero cum tot millibus hoc facimus, quis ueniam nõ dabit? quis excusatiõe dignos nõ censebit? Sed nihil illi tale aut dixerunt, aut cogitauerunt, tot tyrannos prostratos intuiti. Tu uero mihi & calumniantiũ ipsos malignitatẽ considera, et q; improbe et acerbe ipsos accusauerũt. Sũt, inquit, uiri Iudæi, quos cõstituisti super opera regionis Babylonis. Non enim simpliciter gentẽ commemorauerũt, sed & honorẽ in memoriam reuocauerũt, ut regis iram accenderent. Seruos ciuitate carentes captiuos principes nostros fecisti: hi uero te pro tãto honore cõtumelia afficiũt, & in eum qui se honorauit, insolenter agunt. Ideo dicũt, Iudæi quos cõstituisti super opera regionis Babylonis, non paruerũt decreto tuo, & dijs tuis nõ seruiunt. Maxima laus accusatio, & crimina laudes fiũt, & testimonium indubitatũ inimicis ipsum perhibentibus. Quid igit rex? Iussit ipsos in mediũ agi, ut ipsos undiq; terreret. Sed nihil illos cõsternauit, non regis furor,

ror,non quòd soli in tantæ turbæ medio derelicti
essent, non ignis spectatus, nõ canentes tubæ,nõ
omnes ipsos ardentibus oculis intuentes:sed hæc
omnia deridentes, tanquam in frigidũ aquarum
fontem mittendi, in fornacem ingressi sunt, bea-
tam illam emittẽtes uocem: Dijs tuis non seruie-
mus, & statuam auream,quam erexisti,non ado-
ramus. Hanc nõ temere recitaui historiam,sed ut
discatis, quòd licet furor instet regius, etsi militũ
insidiæ, etsi inimicorũ inuidia, etsi captiuitas,etsi
orbitas, etsi ignis, etsi fornax, etsi innumera alia,
iustum nihil redarguere,aut terrere poterit.Si em̃
ubi impius erat rex, nõ formidauerunt tyranni fu
rorem adolescentuli, multo magis nos confidere
oportet, humanum & mitem habentes regem,&
de hac tribulatione deo gratias habere,ex prædi-
ctis doctos,q; tribulationes nos clariores efficiũt
& apud deum & apud homines, si ipsas generose
ferre sciamus. Etenim nisi serui fuissent hi,ipsorũ
libertatẽ nõ cognouissemus: nisi captiui fuissent,
non animi nobilitatẽ didicissemus: nisi inferiori
patria excidissent,nõ cognouissemus supernæ ci-
uitatis esse ipsorum uirtutẽ: nisi terrenus rex ipsis
fuisset iratus, nõ audissemus beneuolentiã,quam
cœlestis rex erga ipsos gerebat. Et tu igit̃ si illum
beneuolũ habeas, licet in fornacẽ cadas,ne despe
res:sicut si succẽseat,licet in paradiso sis,ne confi-
das. Etem̃ in paradiso erat Adam,& postq; deum
iritauit,nihil profuit paradisus. In fornace erant i-
sti,& postq; se bene egerunt, nihil obfuit fornax.
In paradiso erat Adã, & quia segnis erat, supplan
tatus fuit. Fimo insidebat Iob,et qa uigilabat,su-
perauit.Atqui quanto paradisus est fimo melior:
sed nihil loci uirtus inhabitãti profuit, postq; sei-
psum ille prodidit:sicut nec loci uilitas uirtute un
diq; munitũ lęsit. Et nos igit̃ animã nostrã munia
mus: siue enim pecuniarũ mulcta immineat, siue
mors,pietatẽ uero auferat nemo,sumus omnibus
beatiores.Hoc & Christus mãdauit dicens:Esto-
Matt.10.b te igit̃ prudentes sicut serpẽtes.Sicut enim ille re-
liquũ obijcit corpus, ut caput saluet: sic & tu:siue
pecunias siue corpus, siue præsentẽ uitam,siue o-
mnia amittere oporteat, ut pietatẽ cõserues, noli
tristari. Si em̃ illam habẽs migraueris,omnia tibi
cũ maiori deus charitate retribuet,& corpus cum
maiori rursum gloria restituet,& pro pecunijs bo
na omnẽ rationis potentiã transcendẽtia.Nam in
fimo nudus sedebat Iob, innumeris mortibus gra
uiorẽ sustinens uitã: sed quia pietatẽ non abiecit,
omnia cũ maiori copia rediere priora,corporis sa
nitas & species, omnis filiorum cœtus, possessio-
nes omnes,& quod omniũ maximum,splendida
patientiæ corona. Sicut em̃ in arboribus accidit,
& si quis fructum cũ folijs auferat, & ramos om-
nes amputet radice manẽte, tota cũ maiori etiam
ornatu arbor resurgit: sic quidẽ & in nobis,si pie-
tatis radix permaneat,& si diuitię auferant̃,& cor
pus corrũpatur,om̃ia rursus nobis cũ maiori glo-
ria redeũt. Omnẽ igitur animæ solicitudinẽ,& su
perfluã curam abijcientes,ad nosipsos redeamus,
corpus & animã ornemus uirtutis ornamẽto: iu-

A stitię arma, sed nõ peccati,corporis nostri mẽbra
exhibẽtes. Et ante omnia linguã esse spiritus gra-
tiæ ministram doceamus, omne uirus & maligni
tatem ex ore proijciẽtes,& turpiũ uerborũ medi-
tationẽ.Etem̃ in nostra potestate est,quodq; mẽ-
brorũ nostrorum siue malitiæ,siue iustitiæ instru-
mentũ facere. Audi igit̃,qũo linguam,hi quidem
peccati,hi uero iustitiæ arma fecerũt.Lingua ipso Psal.56.a
rum gladius acutus.Alter uero quidã de sua dicit
lingua: Lingua mea calamus scribæ uelociter scri
bẽtis.Illa mortẽ operata est,hęc diuinã legẽ scribe
bat:propterea illa quidẽ gladius,calamus aũt hęc
erat:nõ secundũ propriam naturã,sed secundũ u-
tentiũ electionẽ.Linguæ enim natura & huius &
B illius una erat, operatio aũt nõ una. Et de ore rur-
sus idẽ cernere licet:etenim hi quidẽ habebant os
sanie et improbitate plenũ,propterea accusans di
cebat:Os ipsorũ maledictione et amaritudine ple
num est.Ipsius uero nõ tale,sed Os meũ,inquit,lo
quet̃ sapientiã, & meditatio cordis mei prudenti
am. Alij uero rursus manus habebant iniquitatis Psal.25.c
plenas,& hos accusans dicebat:In manibus ipso-
rũ iniquitates,& dextera eorũ repleta est muneri
bus. Ipse uero manus nihil aliud facere,q; in cœlũ
erigi assuetas habebat, idcirco & de his dicebat:
Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ uespertinũ. In
corde quoq; licet idem uidere.Horũ nanq; cor ua
num est, huius aũt uerum: propterea de illis dicit:
Cor eorũ uanũ est:de suo autẽ,Eructauit cor meũ
uerbum bonum. Et de auditu rursum idem uide-
C re licet. Hi nãq; bestiarum auditũ habebant immi
tem & implacabilem,& ipsos uituperans,sic dice
bat: Tanq; aspidis surdæ, & obturãtis aures suas. Psal.48.a
Ipsius autẽ auditus diuinorũ erat uerborum rece-
ptaculum,& hoc ipsum manifestauit,dicẽs:Incli-
nabo in parabolam aurem meã, aperiã in psalte-
rio propositionẽ meam.Hæc igit̃ scientes nos un
diq; uirtute muniamus, & sic dei irã repellemus:
& corporis mẽbra, iustitiæ arma faciamus:& ocu
los,& manus,& pedes, & cor, & linguã,& omne
corpus uirtuti tantũ utile esse doceamus:& illorũ
trium recordemur, de quibus ad uestrã charitatẽ
uerba feci, rogãs ut inimicũ haberetis neminem,
neq; cuiquã eorum qui uos tristitia affecerint, ma
ledicatis,& improbam iuramẽtorum consuetudi
nem ex ore uestro eijciatis.Et de duobus quidem
D mãdatis in alio tẽpore differemus:Præsentẽ uero
per hebdomadã totam de iuramentis uobis dice-
mus,à faciliori mãdato initium faciẽtes:nec enim
labor ullus est iuramentorũ consuetudinem uin-
cere,si uelimus uel parũ impẽdere studij,nos inui
cem cõmonefacientes, admonẽtes, obseruantes,
rationem & pœnas ab oblitis repetẽtes.Quę em̃,
quæso,ciborum abstinẽtię utilitas, nisi improbas
animi cõsuetudines expellamus?Ecce hodie totã
ieiunij diem exegimus,& mensam in uespere ap-
ponemus nõ hesternæ similẽ,sed immutatã,& ho
nestiorẽ. Nũquid igit̃ quis nostrũ habet dicere,q;
uitam suã hodie sicut & mẽsam mutauit, quòd &
improbã consuetudinem sicut et escam cõuertit?
Quę igit̃ nobis ieiunij utilitas? Propterea exhor-

tor

tor,& exhortari non desino, ut singulum quodq; mandatũ assumentes, duos uel tres dies in ipsius adimpletionem impendatis.Et sicut quidam sunt inter se ciborũ abstinentia æmulantes, & mirabilem contentionẽ faciẽtes: & hi quidem integros duos dies transigũt ieiuni, hi uero nõ uini tantũ, & olei,sed & omnis ferculi usum à sua mensa reijcientes,pane & aqua utentes duntaxat,quadragesimam omnẽ expediunt: Sic & nos quidem inter nos cõtendamus, ut iuramentorũ frequentiã tollamus: hoc enim omni ieiunio utilius, hoc omni uitæ asperitate compendiosius:& studium, quod circa ciborum abstinentiam habemus, hoc circa iuramentorum abstinentiam exhibeamus:quoniam extremæ dementiæ crimen subimus,prohibita quidem contemnentes, circa indifferentia uero omne mouentes studium:comedere enim non est inhibitum,iurare uero prohibitum est.Nos uero cõcessis abstinentes,prohibita audemus?Propterea charitatem uestram exhortor aliquam facere mutationem,et hinc principium nobis ostendere.Si enim cum tanto præsens ieiunium studio transegerimus,hac quidem hebdomade:ut minime iuremus efficientes, sequenti uero iram extinguentes, ulteriori autem detractionem radicitus destruentes, & post ipsam alia rursus plura corrigentes: sic per uiam progredientes, paulatim ad ipsum uirtutis culmẽ ueniemus,& præsens fugiemus periculum,& deum placatum reddemus. Et multitudo rursus ad nos & ad urbem regredietur: & fuga lapsos tunc docebimus,non locorum mutationi, nec refugio & recessui, sed animi pietati, & morum uirtuti salutis nostræ spem committere. Et sic & hæc & illa bona assequemur, quibus nos omnes dignos fieri detur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,&c.

EIVSDEM ITIDEM EXHORTATIO ad populum de generose ferendis imminentibus minis,habens satis multa exempla,ex his quę euenere & Iob & Niniuitis, quòd non oportet timere mortem, sed peccatũ:& quid male mori: & de iuramentis omni studio fugiendis. Et in terræmotum. Homilia V.

TVRIVM puerorum,& Babylonicæ fornacis enarratio aliquatenus, ut uidetur, uestram heri charitatem consolata fuit:insuper aũt & de Iob exemplũ, & simus omni tribunali Regio uenerabilior.Ex throni nanq; Regij aspectu nullum erit spectantibus lucrum,sed temporalis duntaxat delectatio,nullam habẽs utilitatem: ex simo Iob autem uiso omnem quis capiet utilitatẽ, & disciplinam multam, & exhortationem ad patientiæ rationem. Itaq; multi nunc longam,& transmarinã peregrinationem à terræ finibus in Arabiam abeunt, ut simum illum cernant, & conspicati terram deosculentur, quæ illius uictoris certamina, & cruorem omni auro preciosiorem susceperit.Neque enim tantum radiaret prætexta, quantum illud corpus tunc resplendebat,non alieno,sed proprio totum sanguine. Vlcera uero illa gemmis omnibus erant cariora. Margaritarum enim natura nihil uitæ nostræ prodest,nec ullũ usum habentibus necessarium explet:ulcera uero illa sunt omnis tristitiæ consolatio. Et ut discas q; hoc uerum est,si quis filium legitimum & unigenitũ amittat, ostende infinitas ipsi gemmas, & nõ cõsolaberis dolorẽ, neq; angorem lenies:cõmonefaciens aũt ipsum uulnerum Iob,facile mederi poteris,sic dicens: Quid luges homo?tu quidem filiũ unum amisisti:beatus aũt ille,cũ omnis filiorũ cœtus ablatus fuisset,in ipsa quoq; carne plagã accepit,& nudus in simo sedebat, undiq; sanie diffluens, dum paulatim ipsius caro consumeretur,iustus,uerax,in deũ pius, omni mala re abstinens,deũ uirtutis testem habens. Si em̃ hæc uerba dixeris,omnem lugentis tristitiã extinxeris,& omnẽ dolorem sustuleris: & sic iusti uulnera margaritis utiliora fiunt. Imaginamini igit̃ & uos athletã illum,et existimate uos cernere simũ illum, & ipsum in medio stercoris sedentem:statuã auream gemmatã, qualem dicere non noui: neq; enim tam preciosam ualeo materiã inuenire,ut illi cruentato corpori cõparari possit. Sic omni materia preciosissima carnis illius natura erat multo uenerabilior, et ulcera solaribus radijs splẽdidiora:hi em̃ corporis oculos illuminãt: illa uero mẽtis nostræ lumina illustrant, illa diabolũ penitus excæcauerũt.Propterea nãq; post illam plagã resiliuit, nec deinceps apparuit. Tu uero dilecte & hinc disce tribulationis lucrũ quantũ est:etenim quando dives erat,& otio fruebat̃ iustus,unde accusaret ipsum habuit,mendaciter quidẽ. Verum enimuero habuit unde diceret, Iob 1.b Num te gratis colit Iob?Postq; uero ipsum spoliauit,& fecit pauperẽ,nec hiscere quidẽ amplius ausus est: et cũ dives quidem esset, cũ ipso pugnare parabat, & supplãtare minabat̃:postq; uero pauperẽ fecit, & oñia abstulit, & in extremũ dolorẽ induxit,tũc repulsus est:& quãdo sanum quidẽ ipsius erat corpus,manus apponebat:ut uero ipsius carnem uulneribus impleuit,tunc aufugit uictus. Vidisti quanto paupertas diuitijs, & ĩbecillitas & ægritudo sanitate, & tentatio quiete melior uigilantib.& utilior sit, & clariores & fortiores pugnãtes faciat?Quis uidit,quis audiuit tam mirabiles pugnas?Prophanorũ certaminũ pugiles cum aduersariorum capita contriuerint, tunc uictores sunt,& coronant̃: hic uero cum iusti corpus cõtriuisset,omniformi ulcere ipsum perforãs,& imbecillius fecisset, tũc uictus est,& retrocessit:& post quã ipsius latera undiq; confodit,ipse quidẽ nihil profecit: (repositũ enim thesaurum nõ abstulit.) Nobis aũt ipsum clariorem reddidit, & per illam cõfessionem, ut omnes hominẽ interiorem aspicerent,fecit,& omnes ipsius diuitias discerent. Et cum uincere sperauit, tunc cũ multa cõfusione recessit, & nullã amplius uocem emisit. Quid actũ est diabole?Quare refugis?Nónne facta sunt quę cunq; uolebas?Non interemisti ipsius greges,armenta, equorũ mandras, & asinorũ?Non filiorũ cœtũ perdidisti,& carnẽ omnẽ uulneraſti?Quare recessisti?Quoniã facta quidẽ sunt oñia,quę uo-

lui,inquit:quod uero fieri maxime uolebã,& propter quod oĩa feci, hoc factũ non est:neq; enim blasphemauit: propter hoc eĩ oĩa illa faciebã, inquit,ut hoc procederet. Hoc non facto,nihil lucrifeci ex pecuniarũ iactura, & filiorũ interitu, & corporis plaga:sed contrariũ q̃ uolebam, euenit, splendidiorẽ reddidi inimicũ, & clariorem effeci. Cognouisti quantũ tribulationis lucrum charissime? Pulchrum quidẽ & integrum corpus fuerat, multo uero uenerabilius factũ est, ab illis uulneribus infectum:quoniam & lanæ pulchrę quidẽ,& antequã inficiãtur: postquã uero purpureæ factæ fuerint, ineffabilem capiunt pulchritudinẽ, multũq; decorẽ.Nisi uero ipsum expoliasset,bonã uictoris habitudinẽ non cognouissemus:nisi ipsius corpus plagis perforasset, radij intrinsecus nõ renituissent: nisi ipsum in fimo constituisset, ipsius nõ cognouissemus diuitias. Neq; enim tam splendidus in solio Rex sedens,quàm insignis erat ille & illustris in fimo:etenim post regium quidem solium mors, post fimum autem illum cœlorum regnum. Hæc igitur omnia ratiocinãtes, ex opprimente tristitia nos releuemus. Has etenim uobis historias appono, non ut dicta laudetis, sed ut uirtutem imitemini & patientiã generosorum illorum et beatorum uirorum:ut per ipsa discatis opera, quòd humanorum nullum est graue malorũ, nisi peccatum,non paupertas,non ægritudo,non cõtumelia, non calumnia,nõ ignominia,nõ quæ omniũ mors malorum extremũ esse uidet. Hęc enim calamitatũ nomina,philosophantib.sunt tantum nomina rebus carentia. Vera aũt calamitas, deũ offendere,& eorũ quæ ipsi nõ placẽt,aliquid facere. Quid eĩ graue mors habet, dic mihi? Nũ q̃ te celerius ad trãquillum portũ, & pacatã illam transmittit uitã? Etsi enim homo nõ occidit,ipsa naturæ lex irrẽpẽs nõ corpus ab anima resoluet? Licet enim hoc nũc minime fiat, erit paulo post, quod nũc timemus:& hęc dico,nõ graue quid expectans aut triste, absit, sed erubescẽs mortem timentiũ causa. Tot expectans bona quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt: ad fruendum differs,& negligis,& torpes? Nec tantũ torpes, sed & times,& horres? Et qũo non tibi turpe propter mortẽ dolere? Paulus uero propter prẽsentẽ gemebat uitã,& Romanis scribẽs dicebat: q̃ creatura cõgemiscit,& nosipsi spiritus primitias habentes gemimus:& hæc dicebat,non cõdemnans præsentia,sed futura desiderans. Gustaui, inquit, gratiam,& nõ fero dilationem: spiritus primitias habeo,& ad integrũ festino: ascendi in tertium cœlum,uidi gloriam illam ineffabilem,uidi aulas splendentes,didici quibus hic immorãs bonis caream,propterea gemo.Dic etenim mihi, si quis te in regias duxisset aulas, & de parietibus aurũ undiq; fulgens, & omnem alium ornatum tibi demonstrasset: postea te inde in pauperis cellam induxisset,& post breue tempus in regias reducturum illas,& perennem ibi mansionem se tibi daturum esse promisisset, nunquid non deberes affici desiderio, & uel ipsos paucos dies ægre ferre? Hoc quoq; de cœlis & de terra cogites,& ingemisce cum Paulo,non propter mortem, sed propter præsentẽ uitam. At, da mihi(inquis)ut Paulo similis fiam,& nunq; mortem timebo.Et quid te Paulo similẽ fieri prohibet? Nõ pauper erat ille? Nõ tentoriorũ sutor? Non idiota? Si enim dives fuisset ac nobilis, habuissent forte pauperes ad ipsius imitationẽ uocati paupertatem suam ostendendi causam: nunc autẽ horum nihil dicere potes:etenim operarius homo erat, & quotidianis pascebaẽ laboribus.Et tu quidem ab initio pietatem à parentibus suscepisti, à prima ætate sacris es literis innutritus: ille uero & blasphemus fuit,& persecutor,& contumelios⁹,& ecclesiam uastauit: sed tamen ita penitus mutatus est,ut omnes prõptitudine & feruore superauerit. Clamat dicens,Imitatores mei estote,sicut & ego Christi. Ille dominum imitatus est,tu conseruum non imitaris? tu qui à principio in pietate coaluisti,eũ qui postea per mutationẽ ad fidem accessit? Non nosti, quòd qui in peccatis sunt, etsi uiuunt, mortui sunt: qui uero in iustitia sunt, etsi mortui sunt,uiuunt? Nec meus hic sermo, sententia est Christi Marthæ dicẽtis: Omnis qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit,uiuet. Non enim fabulæ sunt dogmata nostra. Si Christianus es, Christo crede: si Christo credis, per opera mihi fidem demonstra. Quomodo uero per opera fidem demõstrabis? si mortem cõtemnas. Et in hoc enim ab infidelibus differimus: etenim illi quidẽ merito timent mortem,resurrectionis enim spem nõ habent:tu uero ad meliorẽ uadens uitam,& de illius spe philosopharí habẽs, qua dignus es uenia,de resurrectiõe quidẽ confidens,ita uero,sicut nõ credentes resurrectionẽ,mortẽ timẽs? Sed mortẽ,inquit,non timeo,neq; mori,sed male mori,& obtruncari.Igiẽ Ioãnes male mortuus est? fuit eĩ obtrũcatus.Igiẽ Stephanus male mortuus est? fuit etenim lapidatus: & martyres cũcti misere secundũ uos obiere, quoniã igne aut ferro uitã finierunt:& hi quidẽ in mare, hi uero in præcipitiũ,hi aũt in dentes bestiarũ incidẽtes,sic mortui sunt.Nõ hoc est male mori homo,uiolẽta morte finiri,sed in peccatis mori. audi nãq; Prophetã de hoc ipso philosophantẽ et dicentẽ:Mors peccatorũ pessima.Nõ dixit,mors uiolẽta:sed qd? mors peccatorũ,pessima.Iuste sanè.postq; eĩ hinc migrauerint,pœna intolerabilis,tormẽta sempiterna,uermis uirulẽtus,ignis inextinguibilis,tenebræ exteriores,uincula insolubilia,dentiũ stridor,tribulatio & angustia,& æterna damnatio.Cũ igiẽ talia peccatores mala expectent, quę possit esse utilitas,siue domi,siue in lecto uitã finiãt, sicut cõtra iustis nullũ damnũ esse possit, q̃ ense uel igne præsentẽ uitam finiant, cũ ad immortalia migrare bona debeant. Verè mors peccatorũ,pessima. Talis erat diuitis illius mors, qui Lazarum despexerat,qui domi,& in lecto,& necessarijs assistẽtib. uita per propriã soluta mortem defunctus torrebaẽ,ne paruã quidem cõsolationẽ ex præsentis uitæ prosperitate nanciscí ualens.At non ita Lazarus, uerũ in ipso pauimento cani-

1.Cor.2.c
Rom.8.d
1.Cor.12.d
Ioan.11.d
Mar.6.d
Act.7.g
Pſal.33.d

canibus adstãtibus,& uleera lingẽtibus uiolentã A mortẽ passus(quid enim fame difficilius esse pos sit?)digressus illic ęternis potitus est bonis,in Abrahæ sinibus gaudẽs.Quid igit ipsum læsit uiolẽter mori? At nõ uiolẽter,inquis,sed iniuste mori timemus:& q̃ ausi nihil eorũ,quę existimamur, cũ sontib. pariter puniamur. Quid ais, dic mihi? Iniuste mori times.An iuste uelles? & quis tã miser & erũnosus,ut cũ iniuste mori immineat, magis iuste mori eligat? Si em̃ mortẽ metuere oportet,iuste nobis ingruentem timere cõuenit: quoniam iniuste quidẽ mortuus per hoc ipsum cum sanctis omnibus cõmunicat.Apud deũ enim pro
Gen.4.b batorũ & illustriũ plures iniustã sustinuere mortem,& ante omnes Abel.non enim in fratrẽ pec- B cans,nec Cain læso,sed quoniã deũ honorabat,ideo iugulatus est.Deus aũt permisit,nunquid ipsum amans,an exosus? Certũ est quòd amans, & clariorẽ ipsi coronã facere uolens ex iniustissima cęde. Vides quòd neq; uiolentã,neq; iniustã mortem metuere oportet,sed in peccatis mori? Abel iniuste mortuus est, Cain uixit gemẽs & tremẽs. Quis igit,dic mihi,beatior fuit: qui cũ iustitia requieuerat,an qui in peccatis uiuebat? qui mortuus est iniuste,an qui iuste puniebat? Vultis charitati uestræ dicam unde timemus mortẽ? Non uulnerat nos regni amor,non nos futurorũ amor accendit:alioquin præsentia despiceremus omnia, sicut beatus Paulus. Ad hæc nõ timemus gehennam,propterea mortẽ timemus:supplicij intolerabilem grauitatem nõ nouimus, propterea pro C peccato mortẽ timemus.quòd si ille animãnostrã timor occupasset,iste subrepere non potuisset.Et hoc nõ aliũde procul,sed ex domesticis, & ex his quæ nobis acciderũt in his diebus,manifestũ facere conabor.Postq̃ enim ab Imperatore datæ sunt literæ,tributũ hoc, qd' intolerabile esse uidebat, conferre iubentes,omnes tumultuabant, omnes cõtendebant,ægre ferebãt,indignabant, inter se occurrentes dicebãt: Haud uitalis nobis uita,subuersa ciuitas est, huius pensi magnitudinẽ sustinere poterit nemo,& omnes angebant, tanq̃ de extremis ipsis periclitantes.Mox uero postq̃ perpetrata acciderunt,& quidam nefarij & sceleratissimi legibus cõculcatis, statuas deiecerunt, & mortis periculũ omnibus imposuerunt,& iam de ipsa uita timemus exacerbato Rege,non nos amplius pecuniarum iactura mordet, sed alia pro illis omnes audio dicentes:Capiat & substantiã rex,& agris & supellectilibus libẽter carebimus,dũtaxat corpus saluũ fore quis spõdeat.Sicut itaq; priusq; nobis mortis timor immineret, nos pecuniarum mulcta carpebat:postquã uero nefanda perpetrata sunt, hac causa mortis timor succedẽs, mulctæ dolorem expulit: sic & si gehẽnæ timor cõprehẽdisset animas nostras, nõ mortis timor habuisset: sed quemadmodũ in corporibus,quãdo nos duo dolores oppresserint,inferiorẽ potentior abscondere cõsueuit:sic & nunc factũ esset, si futuri supplicij timor in anima remansisset,omnem timorẽ humanũ obscurasset. Itaq; si qs gehennæ semper
D

meminisse laboret,omnem mortem deridebit:& nõ præsenti tantũ angustia liberabit,sed & ab illa flamma eripiet. Gehennam enim cõtinue timẽs nunquã in gehennę ignẽ decidet,cõtinue hoc castigatus metu. Date nobis nũc, ut opportune uobis dicã: Fratres ne pueri efficiamini sensibus,sed malitia infantes sitis.etenim puerilẽ timemus pauorem,mortẽ timentes. Pueri enim parui laruas quidem timent,ignẽ uero non timent:sed si ad lucernam lumen habentẽ portari cõtingat, inconsiderate manũ immittunt lucernę & flammæ:& cõtemnendã quidem personã horrescunt, at uere timendũ ignem nõ timent:Sic quidem & nos timemus mortẽ,quæ est larua cõtemptu digna: peccatum uero nõ timemus,quod est uere timendũ, & ignis more cõscientiam comedit.Et hæc nõ ex rerũ natura,sed ex ignorãtia nobis accidere consuerũt:q̃ si cogitemus quid tandem sit mors,nunquã ipsam timebimus.Quid igit tandẽ mors est? quod est uestimentũ exuere. Tanq̃ uestimentum enim corpus animæ circũdatum est, & hoc breui per mortẽ deponentes, clarius iterũ resumemus. Quid tandẽ est mors? peregrinatio ad tempus,somnus cõsueto longior. Itaq; si mortẽ times, time & somnũ:si propter moriẽtes angeris,& propter comedẽtes,& propter bibentes angere: sicut em̃ hoc naturale,sic & illud.Ne te naturalia cõtristẽt, cõtristẽt te potius quę fũt ex mala uolũtate: neq; morientẽ luge,sed in peccatis uiuentẽ. Vis cõmorem & aliam causam,propter quã mortem timemus? Nõ uiuimus cũ diligentia, nõ habemus cõscientiam puram:q̃ si hoc esset,nihil nos mors terruisset,non fames,non pecuniarũ iactura,non aliquid aliud omniũ quæ sunt.In uirtute enim uiuentem horũ nihil lædere poterit, nec interna priuare uoluptate:bonæ enim connutritũ spei,nihil in tristitiã deijcere poterit.Quid enim quispiã facere possit,quo generosum uirũ cogat cõtristari? Auferet pecunias? Sed habet in cœlis diuitias.Patria eijciet:sed in cœlestẽ ciuitatem mittet. Vincula inijciet? sed habet conscientiã solutam : & exteriorẽ nõ sentiet catenã.Sed interficiet corpus? at iterũ resurget.Et sicut cũ umbra pugnãs,& aerem uerberãs,percutere poterit neminẽ:sic & cũ iusto pugnãs,cũ umbra tantũ pugnat,& uires suas dissoluit,nullã illi plagã ualens infligere. Itaq; da mihi de cœlorũ regno cõfidere,& si uis,hodie me iugula,cędis gratias tibi habeo, q̃ me celeriter ad illa bona trãsmittis.Hoc est maxime, hoc est quod & nos lugemus,inquis, quòd peccatorũ multitudine prohibiti,regnũ illud uõ assequemur. Igitur mortem lugere omittens,luge peccata,ut ipsa deleas.propter hoc enim tristitia facta est, non ut in morte,nec in ulla alia re tali doleamus,sed ut ipsa ad delenda utamur peccata:& quòd hoc uerũ sit, exemplo facio manifestum.Remedia medicinalia propter illos tãtũ morbos facta sunt,quos tollere possunt,non propter illos,quos nihil adiuuare possunt.Puta(adhuc em̃ manifestiorẽ uolo rationem facere)medicamentũ oculos lippiẽtes tãtum iuuare ualens,nullũ uero alium morbũ,pro-

1.Cor.14.b

pter oculorum ægritudinem tantũ factum esse di A cere quis posset: nõ propter stomachum, neq; ꝓpter manus, neq; propter ullum aliud membrũ. Transferamus igitur rationẽ ad tristitiã, & inueniemus quòd accidẽtiũ nobis nil adiuuat, peccatum uero solũ corrigit. certũ igitur quòd propter huius sublationẽ tantũ concessa est. Percurramus ingruentiũ nobis malorũ quodq;, & tristitiam superadducamus, & uideamus quid ex hac fiat utilitatis. Mulctatus est quispiã pecunijs, tristatus est, mulctam nõ emendauit: filiũ amisit, doluit: mortuum nõ resuscitauit, nec defuncto profuit: flagellatus est qs, alapis cæsus, cõtumelijs affectus, doluit, nõ reuocauit cõtumeliam. Valetudinẽ quis incidit, & ægritudinẽ grauissimã: doluit, ægritudinem nõ sustulit, sed & difficiliorẽ reddidit. Vides B horũ nulli prodesse tristitiã? Peccauit quis, tristatus est, peccatum deleuit, dissoluit debitũ. Vnde hoc manifestũ? ex domini sententia. De quodam
3.Reg.21.g enim preuaricato loquẽs, dicebat: Propter peccatũ paulisper ipsum cõtristaui, & uidi quòd tristatus est, & incessit mœstus, & ipsius uias correxi.
2.Cor.7.c propterea & Paulus dicit: Quæ em̃ secundũ deũ tristitia est, pœnitentiã in salutẽ stabilem operat̃. Igitur postq; manifeste oratio demõstrauit, quòd neq; pecuniarũ mulctam, neq; contumeliã, neq; calũniã, neq; flagella, neq; ualetudinẽ, neq; mortem, neq; aliud quid taliũ inducta tristitia instaurare posset, sed solum delere peccatũ, & huius est destructiua, certum quòd propter hãc solam causam facta est. Ne amplius igitur pecuniarũ iactu- C ram doleamus, sed cũ peccamus, tãtũ doleamus: multa enim hic ex tristitia utilitas. Mulctatus es? ne doleas, neq; enim ꝓderit. Peccasti? dole, utile nanq; est, & dei prudentiã & sapientiã considera.
Gen.2.c Duo hæc nobis peperit peccatũ, tristitiã & mortem. Quacũq; die comedes, inquit, morte morieris: & ad mulierẽ: In doloribus paries filios. Et per hæc utraq; peccatum sustulit, & à filijs matrẽ delerí curauit. Quòd enim cum tristitia mors peccatũ destruit, manifestum quidẽ & ex martyribus, ma
1.Cor.11.g nifestum ex his, quæ dixit Paulus ad peccatores, sic inquiens: Ideo multi in uobis infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi, quia uos, inquit, morimini, ut morte peccata soluãtur. Intulit igitur dicẽs: D Si enim nosipsos iudicaremus, nõ utiq; iudicaremur: dum iudicamur autẽ à domino, corripimur, ut cum mũdo non cõdemnemur. Et sicut uermis ex ligno nasciť, & illud rodit, & comedit, suam ab ipso originẽ habens: sic & tristitia & mors de peccato natæ sunt, & peccatum absumunt. Igitur ne timeamus mortẽ, sed peccatum timeamus dunta xat, & ꝓpter illud doleamus. Et hæc dico nõ graue quicquã expectans (absit) sed timentes uos sic semper affici uolens, & Christi legem per opera implere. Si quis non tollit crucẽ suam, & sequitur
Matt.10.d me, non est me dignus, inquit. Hoc autẽ dicebat, non ut lignũ super humeros feramus, sed ut mortem semper ante oculos habeamus. Sicut igitť &
1.Cor.15.d Paulus quotidie morere, & mortem deride, præsentẽq; cõtemne uitam. Es enim miles, & semper in conflictu cõstitutus es: miles uero mortem timens, nunquam generose se geret. Sic igitur neq; Christianus homo pericula timens, magnũ quid & admirabile exhibebit, immo facile expugnabilis erit: intrepidus autẽ & magnanimus, inexpugnatus manet & inuictus. Sicut igitur pueri tres ignem nõ timentes, ignem effugerunt: sic & nos, Dan.3.e si mortem non timeamus, mortem effugiemus. Ipsos non terruit ignis: non enim incendium, sed peccatum timuerunt: crimen enim impietatẽ sequi. Hos & nos imitemur, & omnes illis similes: & ne pericula timeamus, & effugiemus pericula. Nõ sum propheta, neq; filius prophetæ, futurum tamen manifeste scio, & magna & clara uoce proclamo, quòd si mutemur, & aliquã animæ nostræ curam agamus, & ab improbitate absistamus, nihil molestum ingruet & triste. Et hoc manifeste noui ex dei clementia, & ex his quæ in uiros, & ciuitates, & gẽtes, & populos integros fecit. Etem̃ Niniuitarum ciuitati minatus est, & dixit: Adhuc
Ione 3.e quadraginta dies & Niniue subuertet̃. Quid igiť, dic mihi? Niniue subuersa est, & destructa fuit ciuitas? Contrariũ totum, & exaltata, & clarior facta est, & tantũ tempus præteritũ ipsius gloriam non destruxit, sed omnes eam cantamus adhuc quoq;, & admiramur: quoniã portus quidã optimus ex illo tempore peccãtibus omnibus extitit, in desperationẽ cadere nõ permittens, sed omẽs ad pœnitentiã uocans, & per ea quæ fecit, & per ea quæ per dei prouidentiam est assecuta, persuadens nũquam de propria salute desperare, sed uitam gerentes bonã, & optimam spem proponentes, de fine tanquã penitus bono futuro cõfidere. Quis enim nõ resurgat illorum exemplũ audiens etiam si omnium ignauissimus? Elegit itaq; deus prophetiã potius suam irritã cadere, q̃ ciuitatem corruere: immo uero neq; prophetia cecidit. Si enim hominibus in eadem malitia permanẽtibus non in opus sententia processisset, posset quis forte dicta criminari: q̃ uero mutatis ipsis, & à malitia desistẽtibus, etiã deus ab ira destitit, quis amplius prophetiã carpere poterit, & dictorum mẽdacium cõdemnare? Etenim legem, quam ab initio deus cunctis hominibus posuit per prophetã loquens, hanc & tunc cõseruauit. Quam autẽ le- Hier.18.b gem? Exitium loquar, inquit, ad gẽtem & regnũ, ut eradicem, & suffodiam, & perdã: & erit, si pœnitentiã egerint malitiæ, & ego irę, quam locutus fuerã facere illis, obliuiscar. Hãc igiť legem custodiens pœnitẽtes saluauit, & à uitio discedẽtes ab ira liberauit. Nouerat Barbarorũ uirtutẽ, & ideo prophetã induxit: sic & tunc agitabat̃ ciuitas audita uoce prophetica, sed in nullo lęsa est, quin & à timore adiuta. Timor enim ille salutem peperit, comminatio periculo liberauit, subuersionis sententia subuersionẽ cohibuit. O nouã rem & admirabilẽ: denũciatio mortem minans, uitã peperit. Sententia postq; lata fuit, tunc inualida facta est, cõtrà q̃ apud seculares iudices. Apud hos em̃ in medium prolata, rata fit sentẽtia: apud deum contrà, proferri sententiam eam inualidam facit. Nisi

enim

eñ prolata fuiſſet, nõ utiq; peccatores audiſſent, A si uero nõ audiſſent, neq; egiſſent pœnitentiam: ſine pœnitentia uero pœnam nõ repuliſſent, nec fuiſſent illa ſalute potiti. Quõ enim nõ mirabile, q̃ quãdo iudex ſentẽtiam tulerit, per pœnitentiã rei ſententiã ſoluerunt? Nõ enim urbẽ fugerunt, ſicut nos nũc: ſed manentes ſententiã repreſſere. Laqueus erat, & munimen ipſam reddiderũt: uorago erat & præcipitiũ, & tutelæ turrim fecerunt. Audierũt quòd ædificia corruent, ſed peccata fugerunt: non diſceſſerunt quiſq; de domo ſua, ſicut nunc nos, ſed diſceſſit quiſq; à uia ſua mala. Non enim, inquit, muri iram pepererunt, nos uulneris autores, nos medicamentũ præparemus: propter ea non locorum permutationibus, ſed morũ con B uerſioni ſalutem crediderũt. Hæc Barbari. Et nos non cõfundimur, neq; nos abſcondimus, illis mores cõuertentibus: nos loca permutãtes, & ebriorum hominũ opera facientes. Dominus nobis ira ſcit̃, & nos iram ſoluere omittẽtes, quæ in domo ſunt circũferimus, & circuimus quærẽtes ubi ſub ſtantiam deponamus, cũ eſſet opus quærere, ubi animã deponeremus: imò uero nec oportet quærere, ſed uirtute & uitæ rectitudine ipſi ſecuritatẽ prębere. Neq; enim ſi ſeruo iraſcentibus nobis & indignãtibus, ille aduerſus iram ſe excuſare omittens, in cellulam ſuam deſcendens, ueſtimenta & omnes colligens ſarcinulas & colligans de fuga meditaretur, hunc ipſius contemptũ facile ferremus. Deſiſtamus igit̃ ab hoc importuno ſtudio, Pſal. 138.b & dicamus quiſq; ad deũ: Quò ibo à ſpiritu tuo, C & à facie tua quò fugiam? Barbarorũ philoſophi am imitemur: illi in incertis pœnitentiã egerunt: non enim hoc habebat ſentẽtia: q̃ ſi conuertamini, & pœnitentiã agatis, ciuitatẽ firmabo: ſed ſimpliciter: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur. Quid igitur illi? Quis nouit an pœnitebit deũ mali, quod locutus eſt facere nobis? Quis nouit? Neſciunt rei finem, nec pœnitentiã negligunt: neſciũt dei benignitatis conſuetudinẽ, & in incertis mutantur: nec enim habebant alios Niniuitas, ad quos reſpicerẽt pœnitẽtia acta ſaluatos: nec Prophetas legerãt, nec Patriarchas audierãt, nec uſi ſunt cõſilio: non admonitionẽ nacti ſunt, neq; ſibi perſuaſerant, q̃ omnino deum pœnitentia propitiaturi eſſent: neq; enim hoc habebat cõ D minatio, ſed dubitabãt, neq; de hoc credebant, & tamen cũ omni diligentia pœnitentiam egerunt. Quæ igitur ratio nobis erit, cum illi quidẽ nec unde de fide confiderent habentes, tantã exhibuiſſe mutationẽ appareant: tu uero de diuina benignitate cõfidere habens, & qui multa ſæpius pignora cepiſti eius circa te curæ, & prophetas, & apoſtolos audiſti, & per ipſas res inſtructus, nec ad eandem cum ipſis menſurã uirtutis peruenire cõtendas? Magna igitur & horum quidẽ hominũ uirtus, maior autem multo dei clementia: & hanc ex ipſa minarũ magnitudine cõſpicere licet. Ob hoc enim ſentẽtiæ non addidit: Si uero pœnitentiam egeritis, parcam: ut indiſtinctam inferẽs ſententiam, & timorem augens, celerius ad pœnitentiam compelleret. Et Propheta quidem erubeſcit futurum ſciens & coniectans, quòd infecta manebũt dicta: deus autẽ non erubeſcit, ſed unũ duntaxat, hominum ſcilicet ſalutẽ quærit, & ſeruũ ſuum emendat. Poſtquã enim nauigiũ ille ingreſſus eſt, ſtatim excitauit mare, ut diſcas quòd ubi peccatũ ibi procella: ubi inobediẽtia, ibi fluctuatio: & quatiebatur quidem Niniuitarũ ciuitas propter peccata, quatiebatur autẽ & nauigium propter Prophetæ inobedientiã. Illi igitur Ionam in mare deiecerunt, & ſtetit nauigiũ: nos quoq; peccata ſubmergamus, & ciuitas oñino ſtabit. Itaq; fugę nulla nobis utilitas, ſicut nec illum fuga quicquã adiuuit, quinimmo & læſit. Fugiebat terram, & deum non effugiebat. Fugiebat terram, & in mare tempeſtatem induxit: nec tãtum nullum ex fuga bonum nactus eſt, ſed etiã eos qui ſe ſuſceperunt, in extremum periculum adduxit. Et quãdo nauigans quidem in nauigio ſedebat, & nautæ, & gubernatores aderãt, & omnia nauis arma, de extremis periclitabatur: poſtquã autem in mare proiectus, & peccatũ per ſupplicĩũ deponens, in incõpoſitum deductus eſt nauigium, ceti ſcilicet uentrem, multa potiebatur libertate: ut diſcas, q̃ ſicut in peccatis uiuẽti, neq; nauigium prodeſt: ſic peccato exutum neq; mare perdit, neq; beſtiæ conſumunt. Ipſum igitur undæ ſuſceperunt, nec ſuffocauerunt: cetus ſuſcepit, & nõ interemit. Verum & animal, & elemẽtum incolume depoſitũ deo reddiderũt: & per omnia diſcebat Prophetа eſſe mãſuetus & humanus, & neq; ſtultis nautis, neq; feris undis, neq; beſtijs crudelior eſſe. Etenim nautæ non in principio ſtatim, ſed poſt multã neceſſitatem ipſum prodiderũt: mare uero & beſtia cum multa beneuolẽtia cuſtodierunt, deo hæc ipſa diſpenſante. Rediit igitur, prædicauit, minatus eſt, perſuaſit, ſaluauit, terruit, correxit à principio ſtatim, & ſola prædicatione: neq; enim multorũ diẽrum indiguit, neq; cõtinui cõſilij, ſed nuda illa locutus uerba, omnes in pœnitẽtiam deduxit. Propterea ipſum non ſtatim de nauigio deus ad urbẽ deduxit, ſed nautæ mari tradiderũt, mare ceto, cetus deo, deus Niniuitis, & per longum circuitum profugũ reduxit: ut omnes doceat, q̃ dei manus effugere impoſſibile. Quoniã quocũq; quis profiſciſcat̃, peccatũ pertrahẽs, infinita ſuſtinebit detrimẽta: etſi hominũ nemo adſit, ipſa undecũq; creatura cũ multa reſiſtet uehemẽtia. Ne igit̃ fugę ſalutem noſtrã credamus, ſed morũ mutationi. Non eñ quia in ciuitate manes, propterea deus iritat̃, ut fugias: ſed quoniã peccaſti, propterea indignatur. Igit̃ peccatũ depone, & unde uulneri cauſa, in de mali fomitẽ contrahe: cõtraria enim cõtrarijs curare & medicorũ pueri iubent. Ex crapula nata eſt febris, inedia morbũ corrigũt: ex triſtitia quis infirmatus eſt, lætitiã huic aptã medicinã eſſe dicunt. Sic & in animę ægritudinib. facere oportet: iram torpor excitauit, induſtria hanc repellamus, multãq; prę nobis feramus mutationẽ. Ieiunijũ habemus auxiliatorẽ, & cõmilitonẽ maximũ, & prę ter ieiunijũ inſtãtem anguſtiã, & periculi timorẽ.

Inſte-

Inſtemus igitur nunc animæ in tempore: etenim ipſi omnia quę cũq; uelimus, facile perſuadere poterimus. Pauidus enim & tremens, & delicijs omnibus abſolutus, & in timore uiuens, facile philoſophari poteſt, & cũ multa prõptitudine uirtutis ſemina ſuſcipere. Primũ igitur perſuadeamus, ut iuramentorũ fuga in melius mutationẽ faciat: etſi enim heri & nudiuſtertius de hac uobis locutus ſum materia, neq; tamẽ hodie deſiſtam, neq; cras, neq; perẽdie eadem perſuadere. Et quid dico craſtinam aut tertiã diem? Donec uos correctos uideam, non abſiſtam: ſi enim legem prę uaricantes non erubeſcũt, multo magis nos iubentes, ne prę uaricemini, admonitione cõtinua confundi non eſt dignũ. De ijſdem enim continue cõmonefacere, nõ dicentis, ſed audientiũ eſt crimen, cõtinue indigentiũ diſciplinæ ſuper ſimplicibus & facilibus præceptis. Quid enim facilius q̃ non iurare? cõſuetudinis tantum opus eſt: nõ eſt corporis labor, non eſt pecuniarum impẽdium. Vis diſcere quomodo uitiũ ſuperari poſſit? quomodo ab improba conſuetudine liberari liceat? Ego te quendam docebo modũ: quẽ ſi tenueris, ſuperabis omnino. Cum uideris teipſum, uel alium quenq;, uel ſeruorum, uel filiorum, uel uxorem hoc malo captos, & cõtinue cõmonefactos, neq; correctos, iube non pranſos cubare, & hanc tibiq; & illis damnationem impone, damnationẽ non damnũ, ſed lucrum ferentẽ. Talia enim ſunt ſpiritualia: & lucrum ferũt, & celerrimã correctionẽ. lingua enim continue tribulata, uel nemine cõmonente ſufficientem capit admonitionẽ à ſiti compreſſa, à fame anguſtiata, & ſi omniũ eſſemus ſtolidiſſimi, tota die huius tormenti magnitudine cõmoniti, alterius cõſilij & admonitionis nõ indigebimus. Laudaſtis dicta, uerum & factis laudem demonſtrate. Quod enim alioqui huius cõcionis emolumentũ? Si quotidie puerulus ad ſcholam pergat, poſtea nil plus diſcat: num ad excuſationem ſuffi ciet nobis, ipſum illò quotidie pergere? Non hoc ipſum maximum ducemus crimẽ, quòd per ſingulos dies illuc pergẽs, hoc fruſtra faciat? Hoc & in nobipſis cogitemus, & intra noſipſos dicamus: Tãtum temporis ad eccleſiam occurrẽtes, & cõcione fruẽtes perquã mirabili, & multũ lucrum habẽte, ſi tales rurſum diſcedamus, quales aduenimus, nullum defectuũ noſtrorum corrigẽtes, quæ nobis erit huius profectiõis utilitas? Etẽ multa nõ propter ſe fiũt, ſed propter euenientia ex ipſis. Quale illud eſt: Seminãs nõ propter hoc ſeminat, ut tãtum ſeminet, ſed ut & metat: q̃ niſi hoc fieret, & damnum ſemẽtis pateret, ſeminibus temere & incaſſum marcefactis. Mercator nõ propter hoc nauigat, ut tãtum nauiget, ſed ut peregrinãdo auctiorẽ faciat rem: quòd niſi hoc adſit, & damnum accidet extremũ ex damnoſa mercatorũ peregrinatiõe. Hoc idem & in nobiſipſis ratiocinemur: etẽ & nos in eccleſiam cõuenimus: nõ propter hoc ipſum ſolum, ut hic immoremur, ſed ut aliquod magnũ lucrati & ſpirituale lucrũ diſcedamus. Si igitur inanes & nihil adepti abeamus, cõdemnationem nobis hoc ſtudiũ accerſet. Quod ne fiat, utq; tãtum damnũ euitemus, abeũtes hinc inter ſeſe amici, cum filijs patres, cũ ſeruis domini meditamini, & laborate quõ impe ratum expediatis: ut poſtquã iterũ reuerſi fueritis, & de eiſdem nos ſuadentes audieritis, nõ cõfundamini, mordẽte uos cõſcientia: ſed gaudeatis, & lætemini admonitionis maiorẽ uobis partem expletam cõſpiciẽtes. Hæc nõ tantũ hic philoſophemur: nõ enim hæc momẽtanea admonitio totum eradicare poteſt, uerũ & domi uir ab uxore hæc audiat, & uxor à cõiuge: & æmulatio quædam fiat omnibus ad huius legis impletionẽ præuenire ſtudẽtibus, & præueniẽs & implẽs deficiẽti exprobret, ut ipſum magis excitet. Deficiens, nondumq; implẽs præuenientẽ ſpectet, & ad ipſum celeriter peruenire cõtendat. Si hæc meditemur, ſi hæc curemus, breui nobis & alia proſpere negocia dirigent. Tu quæ dei ſunt, meditare, & ipſe tuis prouidebit. Nec mihi dicas: Quid aũt, ſi quis iurandi neceſſitatẽ imponat? quid autẽ, ſi nõ credat? Maxime uero, ubi lex uiolanda, neceſſitatis meminiſſe nõ oportet. Vna eſt enim ineuitabilis neceſſitas, deum nõ offendere. Verũtamẽ interim illud præſta, ſuperflua recide iuramenta, temere & ſine neceſſitate domi cũ amicis, cũ ſeruis prolata: ſi hæc ſuſtuleris, in illis mei nihil amplius indigebis: ipſum enim os iurãdi frequẽtiam timere & fugere meditatũ, neq; ſi quis millies coegerit, in illam amplius cadere cõſuetudinẽ admittet: ſed ſicut nũc multo labore, & infinita intertur batione, terrẽtes, minãtes, admonẽtes, conſulentes uix potuimus in aliam ipſum conſuetudinem trãſmutare: ſic & tũc quidẽ, licet infinitam quis inferat neceſſitatẽ, hanc trãſgredi legem nõ poterit perſuadere. Sed ſicut uenenũ quodpiã nũquam guſtare quis eligeret, neq; inſtãte neceſſitate: ſic neq; iuramẽta admittere. Hoc autẽ uobis exemplum ſolamẽ erit, & hortamẽtum ad reliquas uirtutis partes attingẽdas. Qui em̃ nihil omnino prę ſtitit, torpeſcit, & facile recidit: ſibi uero conſcius, quòd uel unũ expleuit mãdatũ, ex hoc bene ſperare doctus maiori cum ſtudio ad reliqua rurſum procedet: poſtea aliud capiẽs ad aliud celeriter ueniet, nec prius abſiſtet, q̃ ad ipſum culmẽ peruenìat. Si em̃ in pecunijs quãto quis plures cõparauerit, tãto plures cupit: multo magis in officijs ſpiritualib. hoc cõtingere uideas. Propterea feſtino, & urgeo, ut res capiat principiũ, & animis ueſtris uirtutis fundamẽtum iaciat: & precamur, & ſupplicamus, ut nõ tantũ hora præſenti horũ ſitis uerborũ memores, uerũ & domi, & in foro, & ubi cũq; cõmoremini. Vtinã mihi dari poſſet, ut uobiſcũ cõuerſarer, nõ hoc lõgo mihi multiloquio fuiſſet opus: nunc uero poſtquã hoc nõ licet, uos per me uerborũ memores eſtote meorũ, & ad mẽ ſam ſedentes ingredi me putate, & adſtare, & omnia quæ nũc uobis hic dico, inſonare. Et ubicũq; uobis de me habebit̃ ſermo, pro omnibus huius memẽtote mãdati, & hãc mihi amoris in uos mei retributionẽ reddite: Si hoc uos impleſſe uidero,

totum

totum recepi, dignam laborũ cepi mercedem. Vt igit & nos reddatis prõptiores, & uos bonæ spei efficiamini, & maiorẽ ad reliqua exequẽda mandata facilitatẽ paretis, multo hanc legẽ studio in animis uestris reponite, & tunc admonitionis uti litatem scietis. Quoniam & aureum uestimentũ pulchrum quidem est etiam cum uidetur, multo pulchrius autẽ nobis uidebitur nostro circumpositum corpori: sic & dei mandata pulchra quidem sunt, etiam cum laudantur, multò autẽ pulchriora, cum & explentur, apparẽt. Etenim nunc quidem breui temporis momento laudatis prædicata: si uero res impleatis, per omnem diem, & per omne tempus & nos & uosipsos laudabitis. Nec hoc est magnum, quòd inter nos laudabimur, sed quòd & deus nos suscipiet: nec tantum suscipiet, sed & magnis illis remunerabit & ineffabilibus donis: quæ nos omnes assequi detur gratia domini nostri Iesu Christi, &c.

QVOD VTILIS EST PRINCIPVM TIMOR, & narratio eorum, quę per uiam acciderunt his qui nuncium afferebant: & quòd indigna patiens, & gratias agens permittenti deo, par est talia propter deum patienti. Et exempla rursum à tribus pueris, & de iuramentorum custodia. Homilia VI.

VLTOS quidẽ impendimus dies charitatem uestram consolantes, non propterea tamen ab hac desistemus materia: sed donec tristitiæ uulnus remaneat, & consolationis medicamẽtum imponemus. Si enim corporis uulnera curare non desinunt medicorum pueri, donec desiuisse dolorem uiderint: multo magis hoc in anima fieri conuenit. Etenim animæ uulnus tristitia: & ipsam cõtinue lenibus fouere uerbis oportet. Nec enim sic carnis tumorem calidarum solet aquarũ natura remittere, ut animę æstum cõsolantium copia sermonum sedare cõsueuit. Non hic opus spongia, sicut medicis, sed pro spongia linguam tractabimus. Nõ hic opus igne, quo aquas calefaciamus, sed pro igne spiritus gratia utemur. Eia igitur & hodie hoc ipsum agamus. Nisi enim nos consolationem uobis attulerimus, unde solamen aliũde capietis? Iudices terrent, igitur sacerdotes consolentẽ: principes minantẽ, ideo ecclesia cõfirmet. Et enim hoc in puerulis fit pusillis, præceptores terrent, & uerberãt, & lachrymãtes ad matres remittunt: matres uero sinibus suscipientes continent, & circũplectũtur, & lachrymas detergẽtes, osculantur, & dolentem ipsorum animã releuant, uerbis persuadentes, q ipsis utilis est præceptorũ metus. Quoniã igit & uos terruerũt principes & anxios reddiderunt, ecclesia cõmunis omniũ mater nostra sinus aperiens, & supinis suscipiens manibus quotidie cõsolatur, dicens, q utilis est & principũ metus, & quòd utilis etiã hinc correctio. Illorum enim metus nõ sinit nos torpore dissolui: huius aũt consolatio sub tristitia succũbere non permittit. Et per utraq; deus salutem nostrã disponit: Et principes enim ipse armauit, ut lasciuiẽtes terreant: & sacerdotes ipse elegit, ut dolentes consolentur. Et hæc utraq; scripturarũ exempla, & ipsa rerum experiẽtia docet. Si enim cũ nõ desinit magistratus, & milites in armis prẽsto sint, furor pauorum hominũ promiscuorũ, & aduenarũ in breui temporis momento tantũ nobis incendiũ inflammauit, & tantã excitauit procellã, & de naufragio cũctos metuere cõpulit: si principum metus omino sublatus fuisset, ad quid furoris isti nõ uenissent? Nonne à fundamentis hanc nobis urbem euertissent, & omnia cõfundentes ipsas demum animas nostras abstulissent? Si eñ iudicialia sustuleris tribunalia, omnem uitæ nostrę ordinem sustulisti. Et sicut si gubernatorẽ à naui separaueris, scapham submersisti: & si ducem ab exercitu abducas, uinctos hostib. tradidisti milites: ita si principes de ciuitatibus abstuleris, feris irrationalibus magis irrationabilem degemus uitã, inter nos mordentes, & nos deuorãtes, pauperiorẽ potentior, mansuetiorem audacior. Sed horũ nihil nunc est per dei gratiã: in religione eñ uiuentes nihil opus horũ habent correctione. Iusto eñ lex non est posita, inquit. Multi uero ad uitiũ spectantes, nisi ab his timorem sibi superpositũ haberent, infinitis utiq; malis ciuitates implessent, quę Paulus quoq; cognoscẽs dicebat: Nõ eñ est potestas, nisi à deo: & quę sunt potestates, à deo ordinatæ sunt: Quod enim in domibus faciunt lignorum cõtignationes, hoc principes in ciuitatibus. Et sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes p seſe corruunt: & si ex mundo principes tollas & horũ metum, & domus, & ciuitates, & gentes cũ multa inter se licentia corruent, nemine existente qui cõtineat & repellat, & pœnæ timore eos quiescere persuadeat. Ne igitur doleamus dilecti, ppter principũ metum, uerum & deo gratias agamus q torporem nostrũ corripuit, & nos gnauiores effecit. Quod enim, dic mihi, damnũ factum est ex cura & solicitudine ista? quòd honestiores facti sumus, & mansuetiores: quòd diligentiores, & attentiores: quòd ebriũ & meretricia canentẽ cantica uidemus neminem: quòd supplicationes cõtinue, & lachrymæ, & preces: quod risus importunus & turpia uerba, & omnis lasciuia expulsa est, & mulierẽ modestã, & liberã ciuitas nostra tota nunc imitatur? Propter hæc doles? quin gaudere propter hæc & deo gratias agere magis oportet, quòd tantã mollicie paucis diebus formido resolueriť. Nõ nego, inquit, sed si ad metũ usq; tantum periclitaremur, satis essemus utilitatis lucrati: nũc uero timemus ne ulterius malum procedat, & de ultimis periclitemur omnes. Sed ne timeatis, Paulus uos consolatur dicens: Quòd fidelis est deus; qui non sinit uos tentari plus quàm potestis, sed faciet & cum tentatione prouentũ, ut possitis sufferre: ipse enim dixit: Non te dimittã, neq; te derelinquã. Si enim rebus ipsis castigare uellet, & malorum experientia, non tot diebus uos timori tradidisset: cum enim punire noluerit, terret. Quoniam si puniturus esset, timor esset superfluus, superfluæ minæ. Nũc uero innumeris mortib. grauiorem

1. Tim. 1. b

Rom. 13. d

1. Cor. 10. c

Iosuæ 1. b

uiorem uitã ſuſtinuimus, tot diebus trepidantes, & trementes, & ipſas umbras habẽtes ſuſpectas, & ipſius Caín pœnam luentes, & medio ſomno prę continua anxietate exiliẽtes, ita quòd ſi etiã deum iritaſſemus, nũc tantam paſſi pœnam, reddidiſſemus propitium. Quanquã enim nõ dignũ peccato ſupplicium dedimus, dei tamen clementiæ ſufficit. Nõ tãtum aũt ex hoc, ſed etiã ex alijs multis confidere oportet. Non enim modica nobis bonæ ſpei pignora iã deus dedit: & quod eſt omnium primũ, malum afferentes nũcium, hinc uelut alati digrediẽtes, & dudum ad caſtra ſe perueniturос eſſe putantes, circa medium adhuc iter morantur. Tot obſtacula & impedimẽta ipſis acciderunt, & equos dimittentes, nunc uehicula agunt. Vnde neceſſitas eſt ſumma tardiorem ipſis eò profectionẽ fieri. Poſtquam enim põtificem noſtrum, & cõmunem patrem deus hinc ſuſcitauit & perſuaſit abire, & obire legationem hanc, mox illos circa medium itineris cõſecutus eſt, ne præuenientes ignem ſuccenderent, & in reliquũ correctionẽ redderẽt inutilem doctori, regijs auribus inflammatis. Quòd enim nõ ſine deo factũ ſit hoc impedimentũ, inde manifeſtum: homines totũ tempus in talibus peregrinationibus impendentes, & hoc officium habentes equos cõtinue agendi, nũc ab ipſa equitatione cõtriti defecerũt: & quę nunc accidere, Ionæ rebus contraria facta ſunt. Illum enim urgebat deus abire nolentẽ, hos uolẽtes uetuit. O nouum & admirabile negocium: ille ſubmerſionem prędicare nolebat, & inuitum eum excitauit: hi cum celeritate euerſionem annunciare feſtinant, & inuitos ipſos rurſum prohibuit. Qua tãdem de cauſa? quoniã hic quidem tarditas, illic uero celeritas lucrum ferebat. Propterea & illum per cetum feſtinare fecit, & equis hos impediuit. Vides dei ſapientiam? Per quæ facta quiſq; quod expectabat, expedire ſperauit, per hæc quiſque impeditus eſt. Per nauigium ille euadere putauit, & nauigium illi uinculum factũ eſt: iſti per equos ocyus ſe regem uiſuros expectauerunt, & equi fuerunt impedimento: immo uero non equi, ſicut nec illi nauigium, ſed dei prouidentia ubiq; omnia propria diſpenſans ſapientia. Et cõſidera prouiſionis modum, quomodo & terruit, & cõſolatus eſt. Ipſo eñ die, quo omnia illa patrata ſunt facinora, ipſos quidem exire, tanquã omnia quæ acciderant regi nunciaturos permittens, exeundi celeritate omnes perterruit: Poſtq; uero abierunt, & duos trésue dies cõtriuerunt, & iam inanẽ eſſe põtificis noſtri profectionẽ putabamus, utpote qui poſterior eſſet futurus: nũc metum diſſoluit, & nos conſolatus eſt, efficiens ut illos (ſicut dixi) media aſſecutus ſit uia, & illinc ad nos proficiſcẽtes, illorum per uiam erũnas omnibus nobis annũciarent, ut parũ reſpiremus: quod & factũ eſt, & magnam anxietatis partẽ depoſuimus. His enim auditis, horũ autorẽ adorauimus deũ, qui omni patre diligẽtius omnes res noſtras nũc diſpoſuit, inuiſibili quadã ui improbos iſtos cohibẽs nuncios, & tantũ non dicens: Quid feſtinatis? quidue properatis ciuitatẽ talem ſubuertere uolentes? Num enim bona regi nũcia affertis? Manete iſtic, donec ſeruũ meum, tanquã medicũ optimũ præuenire, & ueſtrũ conſequi curſum faciam. Si uero naſcẽte præuaricationis ulcere, tanta prouidentia exhibita eſt: multo magis poſt cõuerſionem, poſt pœnitentiã, poſt tantũ timorem, poſt lachrymas & preces maiorẽ aſſequemur ueniam. Ionas enim cõgrue pellebaẽ, ut ad pœnitentiam induceret: uos uero iam exhibuiſtis pœnitẽtiam, & magnam conuerſionẽ, ideoq; conſolatione deinceps eſt opus, nõ nuncio minas habente. Propterea cõmunem & hinc patrẽ ſuſcitauit, & quidem cum multa eſſent, quę prohiberent. Si uero non pepercíſſet ſaluti noſtræ, nõ illi perſuaſiſſet, ſed & uolẽtem exire uetuiſſet. Habeo & quid tertiũ dicere, quod uobis perſuadere poſſit, ut cõfidatis, præſentem ſolennitatẽ, quam & infideles fere omnes reuerenẽ, & hic ipſe religioſus rex ſic ſuſpexit & honorauit, ut omnes ante ſe reges cũ pietate imperãtes ſuperauerit. Talibus nanq; diebus cũ epiſtolam ad ſolennitatis honorẽ miſiſſet, omnes ferè carcerẽ habitantes dimiſit. Et hanc epiſtolam admiſſus Põtifex noſter coram Imperatore leget, & propriarũ legũ cõmonefaciet, & dicet ad ipſum: Tu teipſum exhortare, & tui recordare, domeſticũ habes humanitatis exẽplum: iuſtam noluiſti eadem cõmittere, & iniuſtã patrare ſuſtinebis? Cõuictos, & condẽnatos feſtiuitatis reuerentia dimiſiſti, & inſontes nihilq; auſos cõdẽnabis, pręſertim ſolẽnitate præſente? Nequaq; ô rex. tu hanc epiſtolã ciuitatib. omnibus mittẽs, aiebas: Vtinam & defunctos reſuſcitare poſſem. Huic ſupplicamus hũanitati, his nũc uerbis ſupplicamus: Nõ tam claros facit reges, hoſtes uincere, q; animũ & irã ſuperare: illic eñ armorũ, & militũ opus geritẽ, hic uero tuũ ſolius ſimpliciter trophæũ, & habes neminẽ qui tecum ſapiẽtiæ gloriã partiaẽ. Superaſti tumultũ barbaricum, ſupera & animũ regium: diſcãt omnes infideles, q Chriſti timor omnem potentiã refrenare poteſt. Glorifica dominũ tuum, cõſeruis peccata dimittẽs, ut ipſe quoq; te magis glorificet, ut benignũ tibi & tranquillũ oculũ iudicij die clementiæ tuæ recordatus exhibeat. Hæc & his plura dicet, & nos ab ira penitus eripiet. Nõ tantũ aũt ad regi perſuadẽdum maximũ ex hoc ieiunio nobis eſt auxilium, ſed etiã ad caſus generoſe ferẽdos: etenim cõſolationem nõ quãlibet ex hoc tẽpore capimus. Per ſingulos enim dies cõgregari, & diuinarũ auditu ſcripturarũ frui, & inuicẽ nos cõſpicere & lamentari, & orantes ſic domũ abire, doloris plurimum nobis diminuit. Ne igitẽ corruamus, neq; noſipſos prę anxietate prodamus, ſed maneamus expectãtes bona, & dicendis mentẽ adhibeamus. Etenim uolo & hodie de mortis contẽptu iterum diſſerere. Dixi pridie uobis, q mortẽ timemus, non quidẽ quia terribilis eſt, ſed quoniã neq; cœleſtis regni amor nos ſuccẽdit, neq; gehẽnę timor nos occupauit: & ad hęc, quoniã conſcientiam nõ habemus bonam. Vultis & quartã huius importunæ anxie-

Ionæ 1.a

anxietatis cauſam cõmemorem, non minus ſupe A
rioribus uerã: non uiuimus in aſperitate Chriſtia
nis cõgrua, ſed facilem hanc, & ſolutã, & mollem
amamus uitam: idcirco ueriſimiliter & præſenti-
bus oblectamur rebus. Quòd ſi utiq; in ieiunijs
& pernoctationibus, & uictus tenuitate hanc ui-
tã trãſigeremus, cupiditates noſtras præcidẽtes,
abſurdas uoluptates arcẽtes, ſudores uirtutis ſu-
1.Cor.9.d ſtinentes, ſecundũ Paulum corpus caſtigantes, &
in ſeruitutẽ redigentes, carnis prouidentiã ad de
ſideria nõ facientes, anguſtam & cõfragoſam te-
nentes uiã, cito futura cõcupiſceremus, præſenti
bus liberari laboribus feſtinãtes. Et q̃ nõ falſus ſit
ſermo noſter, ad montiũ uertices aſcẽde, conſide
ra illic morãtes monachos in ſacco, in uinculis, in
ieiunijs, in tenebris concluſos, & omnes uidebis B
mortẽ exoptantes, & illam requiẽ aduocãtes uo
tis. Sicut eñ cẽſtib. pugnans ſtadio exire feſtinat,
ut uulneribus liberet, & luctator ſpectatores ex-
urgere cõcupiſcit, ut laboribus abſoluat: ſic & in
rigida & aſpera uita cũ uirtute uiuens, finem deſi
derat, ut præſentibus eripiatur laboribus, & pro
poſitis ualeat coronis cõfidere, ad tranquillum
nauigans portũ, & illò trãſmigrãs, ubi nõ eſt am
plius timẽdum naufragiũ. Propterea quoq; deus
laborioſam naturaliter uitam noſtrã, & grauẽ cõ
ſtituit, ut præſenti tribulatione cõpulſi, futurorũ
deſideriũ capiamus. Si enim cũ ſint tot triſtia, &
pericula, & timores, & curæ nos undiq; circũeun
tes, tam libẽter præſenti immoramur uitę: ſi nihil
horũ eſſet, & abſq; triſtitia, & erũnis omnibus to-
ta foret uita noſtra, quãdo unquã futura deſidera C
Exod.1.c remus? Sic & Iudæis deus fecit. Volẽs enim & il-
los in reditus cupiditatẽ inducere, & ut Ægyptũ
odiſſent, perſuadere, permiſit eos lateritio opere
& luto laborare, ut laborũ & erũnæ illius magni-
Num.11.b tudine cruciati, ad deũ clamarẽt. Si enim egreſſi,
quãuis hęc accidiſſent, Ægypti iterũ meminerũt,
& priſtinæ ſeruitutis, & ad grauem tyrannidẽ re-
dire feſtinabant: niſi tales fuiſſent experti Barba-
ros, quãdo unquã alienam dimittere terrã uoluiſ
ſent? Ne igit̃ & nos terræ affixi, & præſentibus in
hiantes torpeamus, & futurorũ obliuiſcamur, ui-
tam nobis fecit deus laborioſam. Nõ igit̃ ultra q̃
eſt opus, pręſentẽ uitam amplectamur. Quę nãq;
nobis utilitas? quod uero emolumentũ, nimium D
præſentis uitæ cupiditati adhærere? Vis diſcere
quare bonũ ſit præſens uita? quia futuræ nobis ui
tæ materia efficit̃ & occaſio, & certamina, & ſta-
dium habendarũ illic coronarũ eſt: q̃ niſi hoc no
bis præberet, innumeris mortibus eſſet miſerabi-
lior. Niſi eñ uiuẽtes deo ſumus placituri, melius
obire. Quid enim eſt amplius? quid reliquũ? Nõ
eundẽ Solem, & eãdẽ Lunã quotidie cernimus?
nõ eandem hyemẽ, & nõ eandem æſtatem? non
eadẽ negocia? Quid quod fuit? id qd̃ erit. Quid
eſt quod eſt factũ? futurũ. Ne igit̃ ſimpliciter bea
tos putemus uiuentes, neq; moriẽtes lugeamus:
ſed in peccatis cõſtitutos, ſiue uiuentes, ſiue mor
tuos deploremus: in iuſtitia uero ubicũq; ſint, bea
tos exiſtimemus. Tu quidem unam mortẽ formi

das & luges: at Paulus per ſingulos dies moriens,
non tantũ propterea nõ lachrymabat, ſed & læta
bat̃ & exultabat. Vtinã & ego propter deũ peri-
clitarer, inquis, & nihil curarẽ. Sed neq; nunc cõ-
ſterneris: nõ enim tantum propter deũ patiẽs lau
dem meret̃, ſed & iniuſte quicquã patiẽs & gene
roſe ferens, & deo permittenti gratias agens, alio
hæc propter deũ patiente nõ eſt inferior. Quoni
am & beatus Iob multas & intolerabiles illas pla
gas propter diabolũ fruſtra & temere & ſine cau-
ſa inſidiantẽ excepit: ſed tamen quoniã generoſe
tulit, & deo hęc permittẽti gratias egit, integram
reportauit coronã. Ne igitur propter mortẽ triſte
ris: naturæ enim eſt: triſtare propter peccatũ, uo-
lũtatis enim eſt culpa. Si uero propter defunctos
triſtaris, & propter naſcẽtes dole: ſicut enim hoc
eſt naturæ, ſic & illud. Si quis igit̃ mortem mineť,
dic ipſi: Inſtitutus ſum à Chriſto non illos timere, Matt.10.c
qui corpus interimũt, animam uero occidere ne-
queũt: ſi rei familiaris publicationẽ mineť, reſpõ-
de: Nudus exiui de utero matris meę, nudus & re
uertar illuc. Nihil in hunc mundũ intulimus, ma- Iob 1.d
nifeſtũ eſt q̃ nec exportare quicquã poterimus.
Etſi tu nõ abſtuleris, mors ſuperueniens auferet:
& ſi tu non iugulaueris, naturæ lex finem afferet.
Nihil igitur eorũ timeamus, quæ nobis natura af
ferũtur, ſed illa quæ ex mala nobis proueniũt uo-
lũtate: illa enim nobis pœnã pariũt: hoc̃q; cogite
mus continue in his quæ nobis inexpectata acci
dunt, q̃ non correximus illa, dolentes. Et præter
hoc illud quoq;, quòd ſi quid graue in pręſẽti pa-
timur uita iniuſte, multa peccata diſſoluimus. Id-
circo magnũ bonum eſt hic luere peccata, & non
illic: etenim dives hic graue nihil recepit, & pro-
pterea illic torquebat̃. Et quòd hoc eſſet in cauſa,
ne ulla illic frueret̃ conſolatione, audi quid dicat
Abrahã: Fili recepiſti bona tua: itaq; nũc dolorẽ Lucæ 16.f
patere. Quòd aũt Lazaro bona data ſint, quia hic
cũ uirtute infinitas paſſus moleſtias fuerit, Patri-
archam & hoc dicentẽ audi. Cum enim dixiſſet di
uiti: Recepiſti bona tua: intulit, & Lazarus mala,
& propterea cõſolationẽ capit. Sicut enim in uir
tute uiuentes & tribulati duplex habent emolu-
mentũ: ſic & in uitio uiuẽs & gaudens, duplicem
habebit pœnã. Rurſum dico, non fugientes accu
ſans: (animã enim tribulatã nõ adijcies perturba
re:) nec increpare uolẽs (ægrotãs enim cõſolatio
nis indiget:) ſed corrigere ſtudẽs, ne fuga ſalutẽ
noſtrã petamus, ſed fugiamus peccata, & à uia ma
la recedamus. Si hæc fugerimus, etiã ſi inter innu
meros fuerimus milites, nemo nos lædere pote-
rit: ſi hæc nõ fugerimus, etſi ad ipſum montiũ uer
ticem aſcẽderimus, hoſtes & illic reperiemus in-
numerabiles. Recorderis igit̃ iterũ illorũ trium
puerorũ, qui erant intra fornacẽ, & nihil graue pa
tiebantur: & eorũ qui ipſos iniecerãt, & extra for Dan.3.c
nacem manebãt, quomodo qui circũſtabant, om
nes conſumpti ſunt. Quid hoc mirabilius? Quos
cõtinebat ignis, exoluit: quos nõ continebat, ra-
puit. Vt diſcas quòd nõ locus, ſed morũ qualitas
ſalutem & pœnã affert: interiores effugerũt, exte

riores abſumpti ſunt. Eadẽ corpora & his quæ illis, ſed nõ ĩdem ſenſus, propterea nec eædẽ paſſiones. Fœnũ enim etſi circũiacet extrà, celeriter accẽdit: ſicut è cõtra aurũ licet intus maneat, magis ſplendeſcit. Vbi nũc ſunt dicentes: Capiat omnia rex, & corpus noſtrũ det liberum? quid tandẽ ſit, eſſe corpore liberũ, diſcant. Nõ enim criminũ impunitas corpus facit liberũ, ſed in iuſtitia cõtinue uiuere. Horũ igitur puerorum corpora libera erant, etiã fornaci tradita: peccati enim ſeruitutẽ iampridẽ depoſuerunt. Etenim hæc ſola res eſt libertas, nõ ſupplicium effugere, nec graue nihil pati. Tu uero fornacẽ audiẽs, recordare fluuiorũ ignis die illo tremendo futurorũ. Sicut enim hic hos quidẽ rapuit ignis, hos aũt reueritus eſt: ſic & in illis erit fluuĩs. Et ſi quis habeat quidem ligna, fœnũ & ſtipulã, igne accendit: ſi uero quis habet aurum & argentũ, fit ſplendidior. Hãc igit materiã cõgregemus, & præſentia generoſe feramus, ſciẽtes quòd ab illa pœna præſens nos tribulatio liberabit, ſi philoſophari ſciamus: & hic meliores efficiet: non aũt nos tantũ, ſed & tribulantes nos ſæpius, ſi uigilemus: tanta uis eſt diſciplinæ, quod & in tyrãno tunc factũ eſt. Poſtq; enim uidit nihil
Dan. 3. g graue paſſos, audi quomodo mutatus eſt: Serui dei altiſſimi exite, inquit, & uenite. Nõ paulo ante dicebas: Et quis eſt deus qui uos ex manibus meis eripere poſſit? Quid factũ eſt? Vnde mutatio? Exterius poſitos abſumptos uidiſti, & interius ſtãtes uocas? Vnde tibi euenit talia meditari? Vidiſti quãta regi mutatio facta eſt? Quando nõ dũ ipſos tenuerat, blaſphemabat: poſtq; uero in ignẽ ipſos cõiecit, philoſophabat. Propterea & deus permiſit omnia fieri, quæcũq; tyrannus uoluit: ut demõſtraret quòd à ſe cuſtoditos offendere poſſet nemo: qd & in Iob fecit, hoc eñ & hic operatus eſt. Etenim illic permiſit diabolũ omnẽ ſuã potentiã oſtẽtare: & poſtquã omnes hauſit ſagittas, & nullus inſidiarũ modus reliquus factus eſt, tũc è ſtadio pugilem eduxit, ut clara & indubitata fieret uictoria. Et hic hoc ipſum fecit. Voluit ipſorũ urbẽ euertere, & nõ phibuit: uoluit captiuos ducere, & nõ impediuit: uoluit ligare, cõceſſit: in fornacẽ inĩcere, permiſit: flammã ultra modum ſuccẽdere, & hoc permiſit. Et quãdo nihil reliquũ fuerat, ſed omnẽ uim tyrannus exhauſerat, tunc ſuam deus uirtutẽ demonſtrauit, & puerorũ patientiã. Propterea enim uſq; in finẽ tribulationes permittit, ut inſidiantibus & circũuentorum philoſophiã, & ſuã demõſtret prouidentiã. Quæ utraq; & ille tũc diſcens, clamabat: Serui dei altiſſimi exite, & uenite huc. Tu uero mihi conſidera puerorũ magnanimitatẽ: neq; eñ ante uocẽ exilierũt, ne quis putaret ipſos ignẽ timuiſſe: neq; uocati intus manſerũt, ne ambitioſi eſſe & cõtentioſi uiderẽtur. Poſtq; didiciſti, inquiũt, cuius ſumus ſerui, poſtq; dominũ noſtrum agnouiſti, tunc eximus præſentibus omnibus futuri diuinæ potẽtiæ præcones. immo uero non ipſi tantũ, ſed & hoſtis propria uoce, & lingua, & per literas omnib. tum pugilum conſtantiã, tũc agonothetæ uirtutẽ præ

A dicabat. Et ſicut pręcones athletas uincẽtes in medio theatro pronunciãtes ipſorũ quoq; ciuitates dicunt, ille de tali ciuitate: ita & hic ipſorũ dominum prædicauit, Sidrac, Miſac, & Abdenago ſerui dei altiſſimi exite, & uenite huc. Quid actũ eſt, quòd ipſos dei altiſſimi ſeruos uocas? Nõnne tui erant ſerui? Sed regnũ, inquit, meum diſſoluerũt, ſuperbiam meã cõculcauerũt. Verum per opera ſuũ demonſtrauere dominũ: ſi hominum fuiſſent ſerui, non ipſos ignis expauiſſet, nõ ceſſiſſet flamma: hominũ enim ſeruos creatura reuereri & honorare nõ nouit. Propterea rurſus inquit: Benedictus deus Sidrac, Miſac, & Abdenago. Tu aũt mihi cõtemplare quomodo primũ remuneratorem
B prædicat. Benedictus deus, qui miſit angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos. Hoc potentiæ dei. Dixit & athletarũ uirtutem, quoniã crediderũt in eum, & uerbum regis immutauerũt, & tradiderunt corpora ſua, ne ſeruirent dĩjs alienis. Sed quid uirtuti par eſſe poſſet? Antea quãdo dixerunt: Dĩjs tuis non ſeruimus, fornace ſæuius accenſus eſt: poſtq; uero per ipſa opera hoc oſtenderunt, non tãtum nõ indignatus eſt, ſed laudauit, & admiratus eſt, q ſibi nõ obediſſent. Tantũ uirtus bonũ, quod & ipſos hoſtes habet admiratores & laudatores. Illi pugnauerũt, & ſuperauerũt, & uictus gratias agebat, q non ipſos terruit flãmæ aſpectus, ſed ſpes in dominũ cõſolata eſt: & mũdi dominũ ex tribus pueris uocat, non ipſius imperiũ ſine ullo concludens, ſed quoniã mundo opponẽdi pueri tres eſſent: ꝓpterea tot tyrãnos, reges, & principes præ
C termittens, qui ſibi paruerãt, tres captiuos & ſeruos, qui tyrannidem ſuam cõtempſerant, admiratus eſt. Non enim cõtendẽtes, ſed philoſophãtes hęc agebãt: neq; per arrogãtiã, ſed per religionẽ: nõ ſuperbia inflati, ſed zelo igniti. magnum etẽ bonũ in deum ſperare: quod quidẽ & barbarus animaduertit, & demõſtrans quòd inde imminẽs effugere periculũ, ꝓclamauit: quoniam crediderunt in eũ. Hæc aũt nunc dico, & omnes excerpo hiſtorias, in quibus tentationes & tribulationes, & regũ iræ, & inſidiæ ſunt, ut nihil timeamus, niſi tantũmodo deũ offendere. Etenim & tũc fornax accẽſa erat: illi uero hanc quidẽ contẽpſerũt, peccatum aũt timuerunt: nouerãt enim quòd incenſi
D quidem nihil graue paſſuri erãt, impie uero agentes extrema ſubituri. Magnũ enim ſupplicĩũ peccare, etiã ſi nõ puniamur: peccata enim nos à deo ſeparant, ſicut & ipſe dicit: Nõnne peccata ueſtra Sapi. 1. a
ſeparãt inter uos & me? Pœnæ uero nos ad deum perducũt: inquit enim: Da nobis pacẽ, omnia eñ retribuiſti nobis. Si quis uulnus habeat, quid timere dignũ eſt, ſaniem an medici ſectionẽ? ferrũ an ulceris populationẽ? Peccatũ ſanies eſt, pœna ferrũ medicinale. Sicut igit ſaniem habẽs, etſi nõ ſecatur, male habet: & cum nõ ſecatur, tunc eſt in maioribus malis: ita peccans, etiam ſi nõ puniat, omnium eſt miſerrimus: & tunc maxime miſer, cum nõ punitur, & graue nihil patit. Et ſicut ſplene & intercute laborantes, cum larga fruunt mẽſa, & frigida potione, & delicatis ferculis & ſapo

ribus

ribus,tunc præcipue omniũ ſunt miſerrimi, deliciſs morbũ augentes:ſi uero ſiti & fame ſecũdum medicorũ leges cruciant, aliquã ſalutis ſpem habent:Sic & in iniquitate uiuentes, ſi puniant qui dem,bonã ſpem habẽt:ſi uero cũ iniquitate licentia & deliciſs fruant,& hydrope laborãtib. ſimul & crapulantibus ſunt multo miſeriores, & tanto magis, quanto corpore melior eſt anima. Si aliquos igit in iſdẽ eſſe peccatis uideris, & hos qui dẽ fame cõtinua, & innumeris malis laborantes: hos uero potantes,gaudentes, & crapulãtes, eos qui grauia patiant minus miſeros puta.Etẽ delectationis flãma erumnis intercidit, & apud futurum iudiciũ & terribile tribunal illud nõ parũ patrociniũ capiẽtes migrãt, qui multa diſſoluerũt peccata ex his quę hic grauia paſſi ſunt.Sed cõſolationis ſatis.Iam nobis deinceps tẽpus eſt ad fugiendorũ monitionẽ iuramentorũ tranſeundi,& tollendi excuſationẽ,quæ iurãtibus eſſe uidet, frigidã & inutilem.Etenim poſtq ipſos accuſaueri mus,alios nobis idem facientes obiciũt,& dicũt: Ille & ille iurant.Dicamus igit ipſis,Sed ille nõ iurat.Deus autẽ eorũ,qui recte egerunt, cõparatiõnẽ inter iudicandũ profert:peccatores enim peccantes nõ adiuuant delictorũ cõmunicatione: recte uero uiuẽtes,peccatores cõdemnant.Etenim qui Chriſtũ non cibauerũt,neq potauerunt, multi erãt:ſed nihil ſibi inuicẽ profuerunt. Sicut neq uirgines quinq altera ab altera ullam inuenerũt ueniam,ſed præ his qui benefecerunt,& hæ & illi cõdemnati & puniti ſunt.Ab hac igit frigida excuſatione liberati,ne reſpiciamus cadentes,ſed recte ſe habentes,& ſtudeamus præſentis ieiunij capere munimentũ.Et ſicut multoties ueſtimẽtum adepti,uel ſeruũ,uel uas precioſum,temporis reminiſcimur,& inter nos dicimus:Seruũ illum tali ſolẽnitate emi,ueſtimentũ hoc tali cõparaui tempore:ita quoq ſi legem hanc impleuerimus,dicemus:Iuramẽtũ hac correxi quadrageſima,hactenus enim iurabã,& ſola admonitione audita,peccato abſtinui.Sed res corrigi difficilis cõſuetudo? Noui & ego,& propterea feſtino uos in aliam cõſuetudinẽ bonam,& lucrũ habentẽ inducere.Cũ enim dixeris,Difficile à cõſuetudine deſiſto: propterea deſiſtere labora,certò ſciẽs, q ſi tibi aliam nõ iurandi cõſuetudinem induxeris,nullius laboris amplius indigebis.Quid difficilius,nõ iurare, an per totũ diem inediã pati, & aquæ potu & tenui uictu ſiccari? Certũ eſt quòd hoc illo grauius. Sed tamẽ conſuetudo res eſt tam facilis & expedita,q aduenientе ieiunio, etſi millies quis exhortet, & infinita crucient,& cogãt uinum delibare, uel aliud quid ieiunij lege non cõceſſum guſtare, omnia quis mallet pati q prohibitũ tãgere nutrimentũ.Et hoc cũ non illibẽter erga menſam affecti ſimus, tamẽ propter conſuetudinẽ ex cõſcientia,omnia generoſe ferimus laborãdo. Hoc nimirum & in iuramẽtis erit.Et ſicut nũc,ſi quis etiam maximã neceſſitatẽ imponat,permanes conſuetudinẽ ſeruans:ſic & tunc,ſi quis etiam millies exhortet,à conſuetudine nõ abſiſtes. Domũ igitur

Matt.25.4

A

B

C

D

profectus,omnibus hęc domeſticis loquere.Et ſicut ſæpe multi ex prato recedẽtes,roſam, uel uiolam,uel quempiã talium florũ capiunt, & digitis circũferẽtes recedũt: alij uero ex uiridario domũ abeuntes,arborũ ramos fructus habentes reportant:alij rurſum à lautis cœnis, mẽſæ reliquias ne ceſſariis ſuis referũt:Sic utiq & tu hinc recedens, admonitionẽ reporta filiis,uxori,neceſſariis omnibus.Hæc em admonitio,& prato, & uiridario, & mẽſa utilior eſt:hæ nunq roſæ marceſcũt,hi nũ quã defluũt fructus,hæc nũquã fercula corrũpuntur.Et ex illis quidem tẽporalis delectatio,ex his uero cõtinua utilitas, nõ tantũ poſtq adimpleta fuerint, ſed etiam dum adimplẽtur. Cogita enim quale eſt reliquis oĩbus omiſſis, publicis & priuatis,de diuinis ſemper legib.diſſerere,& ad mẽſam,& in foro,& in aliis cõuenticulis. Si his uacemus,nihil dicemus periculoſum,nihil noxiũ,nec inuiti peccabimus: ſed & imminente triſtitia ſermocinationi de his uacãtes,animã liberare poterimus cura, quã meditabamur inter nos ſemper dicentes:Nunquid geſta rex audiuit? An iritatus eſt? quid uero ſentẽtiæ pronũtiauit? Nunquid ipſum q ſpiã exorauit? Nũquid uero tolerabit ipſe tam magnã & populoſam fũditus ciuitatẽ perdere? Hæc quidẽ, & omnia talia in deũ proiciẽtes, ipſius tantũ mandata meditemur. ſic enim & illa omnia diſſoluemus. Si uel decẽ de nobis tantum rectè egerint,breui decẽ uiginti fiẽt:uiginti,quin quaginta:quinquaginta,centũ:centũ,mille: mille,ciuitas. Et ſicut decẽ accenſis lucernis omnem domum lumine facile quis implere poterit: ſic & in officiis ſpiritualibus,ſi decẽ ſoli rectè egerint, flammã per totam ciuitatẽ incendimus habẽtem lumen & ſecuritatẽ nobis afferentem.Non enim ſic flammæ natura in materiã delapſa, uicina ſemper ligna incẽdit:ſicut uirtutis zelus in paucas lapſus animas,ulterius procedendo omnem impleре ciuitatem poterit: Date itaq mihi ut de uobis glorier,& in præſenti uita,& in futuro die,quo talenta habẽtes credita exigent:ſufficiẽs mihi laborũ merces,ueſtra correctio. Et ſi uos cũ pietate uiuentes uidero,totũ recepi.Facite igit quod & heri admonui,& hodie dicam, nec dicẽs quieſcam: cõtra iurantes mulctam definientes, mulctam lucrum non damnũ habentẽ,præparamini iam tanquã nobis profectus probationem daturi.Conabor etenim apud quenquã ueſtrum longũ protrahere ſermonem dimiſſa hac cõcione,ut in uerborum lõgitudine emendatos inueniã:& ſi quem iurantem uidero,omnibus ipſum emẽdatis faciam manifeſtũ,ut increpãtes,arguentes, corrigentes, breui ipſum mala liberemus cõſuetudine.Melius eſt etem hic exprobratũ corrigi, q die illa palam præſente toto mundo cõfundi atq puniri, peccatis noſtris ſub omnium aſpectu reuelatis. Sed ne fiat ut quiſquã ex hac honeſta cõciõe talia patiẽs illic appareat,ſed ſanctorũ patrum precibus peccata corrigentes omnia, cũ multa hinc indulgentia migremus, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem,& cum quo patri &c.

QVOD TRISTITIA AD PECCATI DE
ſtructionem utilis. Et ſuper illud: In principio fecit deus cœlum & terram. Et quòd maxima conſolationis materia creationis apparatus. Et ſuper illud, Adam ubi es? & de fugiendo iuramento.

Homilia VII.

VLTA quidē, & de multis heri apud ueſtram diſſerui charitatē. De multis
M uero ſi omnia uobis retinere haud eſt facile, illud omnium maxime uos meminiſſe rogo, q̄ triſtitiam nobis deus non ob aliud indidit, niſi propter ſolum peccatū, & hoc per ipſam rerum experiētiam manifeſtauit. In pecuniarum enim mulcta, & morte, & ægritudine, & alijs nobis ingruentibus moleſtijs dolētes & mœrentes, non tantū nullam cōſolationem capimus, uerum & moleſtias augemus. In peccatis uero ſi doleamus & cōtriſtemur, peccati magnitudinē minuimus, & quod erat magnum, reddimus paruū: ſæpe uero & funditus ipſum totum delemus. Hoc mihi cōtinue recordamini, ut peccato tantū doleatis: nulla autē præterea re. Et præter hoc & illud quoq̄, q̄ mortē & triſtitiam in uitam noſtrā peccatū inferēs, ab his ambobus uiciſſim deſtruit: quod quidē ipſum manifeſtius & antea demōſtrauimus. Nihil igit ſic timeamus, ut peccatū & præuaricationē. Ne timeamus pœnā, & pœnā effugiemus: ſicut & tres illi pueri non timuerunt fornacē, & fornacē effugerunt. Tales eſſe decet dei ſeruos. Si enim in ueteri teſtamēto educati, quādo nōdū mors erat mortificata, nec ę-
C reæ portę cōfractę, nec obices ferrei contriti, tam generoſam contra mortē audaciam prę ſe tulere: quā nos habebimus excuſationē, aut quā ueniā tantā nacti gratiā, & neq̄ pares illis uirtutis mēſuras nunc aſſecuti, cū mors nomen ſolum ſit re priuatū? Nihil enim aliud mors eſt, q̄ ſomnus, & migratio, & trāslatio, & requies, & tranquillus portus, & perturbationis liberatio, & à uitæ curis abſolutio. Sed hic cōſolationis ſermonē ſoluamus: etenim quintā diem agimus ueſtram cōſolantes charitatē, & iam moleſti uidemur. Attentis enim dicta ſufficiūt, puſillanimis aūt etiam ſi dictis plura addamus, nihil profuerit. Tēpus uero nobis iā ad ſcripturarū expoſitiōem cōuertere doctrinā: quemadmodū enim ſi nihil de hac erumna locuti
D eſſemus, crudelitatē & inhumanitatem noſtram quis cōdēnaſſet, ſic ſi ſemper de ipſa diſſeramus, puſillanimitatem noſtrā iuſte condēnaret. Corda igit noſtra deo applicātes, qui in mente noſtra loqui poteſt, & omnē ex pectore triſtitiā expellere, cōſuetam doctrinā nunc attingamus, & maxime quādo omnis ſcripturæ expoſitio exhortatio eſt & cōſolatio. Itaq̄ etſi à cōſolando abſiſtere uidemur, rurſum per ſcripturarū expoſitionem in eandem materiā incidimus. Quòd enim mentē adhibentib. tota ſcriptura cōſolatio ſit, iam nūc uobis hoc faciam manifeſtū. non enim ſcripturarū hiſtoriam circumiens, quoſdā cōſolatorios ſermones quęrere conabor: ſed ut apertiorem promiſſiōis demōſtrationem præbeam, hodie lectū tractabimus librū: & ſi libet, ipſius principiū, & proœmium, quod maxime uidet neq̄ cōſolatiōis ueſtigium demōſtrare, ſed à cōſolatorijs penitus uerbis alienū eſſe, in mediū proponens, quod dico manifeſtum faciā. Quod tandē eſt hoc proœmium? In principio fecit deus cœlū & terrā: terra autē erat inanis & uacua, & tenebræ erant ſuper faciē abyſſi. Nūquid uident aliquibus è uobis triſtitiæ cōſolationē habere memorata? Nō hiſtoriæ narratio eſt, & de creatione doctrina? Vultis igitur demōſtrem conſolationē in hac dictione abſcōditam? Exurgite igit, & cū diligentia aduertite quæ dicē da ſunt. Cū enim audieris, q̄ cœlum, terrā, mare, aerē, aquas, ſtellas multas, duo luminaria magna, plātas, quadrupedes, natatilia & uolatilia animalia oīa q̄ generaliter quæ uident, ppter te, tuāq̄ ſalutem & honorē deus creauit, nō magnā capis cōſolationem? & maximā dilectionis dei demōſtrationem hāc ſuſcipis, cum cogitaueris, q̄ tantū & talem mūdum tam pulchrū & magnum & admirabilem propter te puſillū in mediū protulit? Cū igit audieris q̄ in principio fecit deus & cœlū & terrā, ne ſimpliciter dictū prætercurras, ſed terræ magnitudinē mente percurre, & reputa q̄ lautam nobis & opimā produxit mēſam, & multam paſſim nobis delectationē præbuit: & quod quidem eſt maximum, q̄ in nullorū laborum retributionē dedit, nec in meritorū præmium tantū & talem mūdum: ſed pariter nos finxit, & hoc regnogenus noſtrū honorauit. inquit enim: Faciamus
C hominem ad imaginē & ſimilitudinem noſtram. Quid eſt, ad imaginē noſtrā? Principatus imaginem dixit, ut quemadmodum nullus in cœlo eſt deo ſuperior, ſic ſuper terrā nullus ſit homine ſuperior. Vno enim hoc & primo honorauit, q̄ ad imaginem ſuā eum fecit. Secundo q̄ nō laborum præmiū nobis imperium præbuit, ſed ſolam exhibuit benignitatis ſuæ gratiā. Tertio aūt q̄ naturale nobis illud elargitus eſt. Principatuum enim hi quidē naturales, hi uero electi: & naturales quidē ſicut leonis in quadrupedes, & in aues aquilę: electi uero, ſicut regis in nos alicuius. Hic enim non natura cōſeruis imperat, propterea & ſępe principatū amittit. Talia ēm exiſtunt, quę nō natura adſunt, ut facile admittant inſidias, & trāslationem.
D Sed nō ita leo, ſed natura quadrupedib. dominat ſicut itidē & alitibus aquila. Semper igit cum genere cōiuncta eſt regni ſpecies, nec ullum quis uidet leonem unq̄ hūc amittentē principatū. Talē & nobis principatū deus à principio largitus eſt, & nos oīmbus præpoſuit: nec hoc ſolo naturā noſtrā decorauit, ſed & ipſa loci præſidētia, egregiū nobis habitaculū deſignās paradiſum, & rationē dans, & animā largiens immortalē. Sed nō hęc dicam: ego enim tantā dei dilectionis ſuperabūdantiam eſſe dico, ut nō tātum ex his, quibus nos honorauit, ſed & quibus caſtigauit, ſimiliter poſſimus demōſtrare ipſius bonitatē & benignitatē. Et hoc omniū maxime uos cum diligētia cōſiderare cohortor, quòd deus nō tātum honorans & benefaciens, ſed & caſtigans, & puniēs ſimiliter

eſt

est bonus: &, siue contra gentiles, siue contra hæ- A reticos nobis certamina moueantur & pugnę de dei benignitate, non tãtum ex quibus nos honorauit, sed & ex quibus nos puniuit, ipsius bonitatem demonstrabimus. Si enim honorans tantum bonus esset, puniens uero nõ esset, ex dimidio bonus esset. Sed non ita est, absit. In hominibus quidem hoc euenire uerisimile est, quoniã cum furore & ex affectu pœnas inferunt: deus aũt cum nullis sit affectib. obnoxius, siue benefaciat, siue puniat, similiter est bonus: nec regno minus gehẽnę cõminatio ipsius bonitatẽ demõstrat. Nisi enim gehennã minatus fuisset, nisi pœnã præparasset, nõ multi regnum assequi potuissent. Nõ enim ita bonorum promissio ad uirtutẽ multos euocat, ut malorũ intẽtatio timore cõpellit, & ad animæ cu B ram excitat. Itaq; etsi cœlorum est regno gehẽna cõtraria, ad unum tamẽ ambo finẽ respiciunt, hominum salutẽ: illud quidem ad se allíciens, hęc autem ad illud cõpellens, & timore corrigens se negligentius habentes. Hunc autẽ nõ incassum sermonem protraho: sed quoniã sæpe fame, siccitatibus uenientibus, & bellis, & ira regia irruente, & alijs huiusmodi inexpectatis rebus, multi simpliciores decipientes dicunt, q̃ non digna sunt hæc dei prouidẽtia. Ne igit̃ decipiamur, sed diligẽter sciamus, quòd siue famem, siue bellum, siue aliud quodcunq; molestum inducat, ex benignitate & multa dilectiõe hoc efficit. Huic sermõi coactus sum immorari: quoniã patres omniũ maxime filios amantes & mẽsa, phibent, & flagella infligũt, & afficiũt ignominia, & alijs infinitis talibus lasci C uientes pueros corrigunt. Sed tamen patres sunt, non tantũ dum honorãt, sed & dum hæc faciunt, & tunc maxime patres, cũ hæc faciunt. Si autẽ homines qui furore & ira sæpe ab utili declinãt, non crudelitate & inhumanitate, sed cura & charitate quos amant, punire putant̃: multo magis de deo sic sentire oportet, omnẽ excedẽte paternã charitatẽ, ppriæ bonitatis cumulo. Et ne credas q̃ hæc per cõiecturã sint dicta, age ad ipsam scripturam sermone reuertamur. Postquã enim homo ab improbo dęmõe deceptus & allectus est, uideamus quomodo ipsum tale operatũ crimen deus tractauit. Nũquid ipsum omnino perdidit? Et quidẽ iustitiæ ratio hoc exigebat, nihil quidẽ boni operatum, tãtam uero beneuolentiã assecutum, mox à primordijs lasciuientẽ de medio tolli, & funditus deleri: sed nõ hoc fecit deus, nec abominatus est, nec eum auersatus, qui se tam ingratum in benefactorẽ exhibuit, sed ad ipsũ uenit, sicut ad ægrotum medicus. Et noli oscitãter dictũ prætercurrere charissime, sed cogita quale est, nec angelum, nec archangelũ, nec ullũ aliũ illius conseruorũ misisse: sed ipsummet dominũ ad collapsum descendisse, & iacentẽ releuasse, & solum ad solũ tanquã ad amicũ infortunatũ, & in magna constitutũ aduersitate accessisse. Quòd eñ ex multa fecit hoc charitate, & ipsa uerba quæ ad ipsum dixit, ipsius ineffabilem charitatẽ demonstrant. Et quid opus est, ut omnia uerba dicã? Prima profecto dictio

statim ipsius amorem demõstrauit. Non enim dixit, sicut par erat iniuriam passum dicere: O scelerate & scelestissime, tali mea beneuolẽtia potitus, tanto decoratus regno, & omnibus terrestribus nullo tuo merito prælatus, & meæ curæ pignora per opera & uerã prouidentię probationẽ assecutus, improbũ dæmonem & pestiferũ tuę salutis inimicum, domino & tutore, cui crederes, digniorem duxisti? Quid ille tibi tale demõstrauit, quale ego? Nonne cœlũ propter te creauit? terrã, mare, solem, lunam, & stellas omnes? Non enim ulli angeli huius creaturæ indigebãt, sed propter te & requiẽ tuam, talem & tantũ feci mũdum. Et tu nuda uerba, & promissionẽ falsam, & pollicitationem fraude plenã, collata rebus beneficentia & prouidẽtia, fide digniorẽ esse ratus, teipsum illi tradidisti, measq; leges cõculcasti. Hæc & his plura læsum par erat dicere: sed nõ ita deus, sed omnino per contrarium. A prima enim uoce ipsum statim erexit, & iacentẽ, & timentem, & trementem cõfidere fecit, prior eũ uocãs ipse: quinimmo nõ tantũ prior uocans, sed etiã ex suo ipsum nomine appellans, & dicẽs: Adam ubi es? amorẽ suum, & Gen.3.b multã circa ipsum curam ostendit. Iam enim omnes nostis, quòd hoc est legitimæ amicitię indiciũ. Sic & mortuos reuocãtes facere cõsueuerũt, cõtinue ipsorũ nomina uersantes: sicut uicissim odio habẽtes, & inimice erga quospiã affecti, nec nomina eorum qui se læsere, ferunt cõmemorari Ideo Saul nullam quidem iniuriã passus, multas. uero & magnas iniurias in Dauid machinatus, C postquã ipsum auersabat̃ & oderat, nec illius appellationem cõmemorare sustinebat, sed cõsidẽtibus omnibus postquã nõ uenisse uidit, quid inquit? Non dixit, ubi est Dauid? sed, ubi est filius 1.Reg.20.c Isai? à patre ipsum uocans. Et iterũ Iudæi de Chri- Ioan.5.d sto idem faciunt: quoniã enim ipsum auersabantur & oderant, nõ dixerunt, Vbi est Iesus? sed, ubi est ille? Sed deus & in hoc demonstrare uolẽs, q̃ nec peccatũ amorẽ extinxit, nec inobediẽtia suam in ipsum beneuolentiã sustulit, sed adhuc prouidet & curã gerit lapsi, inquit: Adam ubi es? nõ ignorãs ubi degeret: sed quoniã his qui peccauerunt os cõsutum est, peccato linguam auertente, & conscientia ipsam cohibente, & stupidi remanent, silentio tanquã quodã uinculo coerciti. Volens itaq; deus ipsum ad fiduciã & libertatem loquendi prouocare, & in eorũ quæ admiserat purgationẽ inducere, ut aliqua frueret̃ uenia, ipsum prior ipse uocauit, anxietatis multũ appellatione recidens, & expellens timorem, osq; per hãc aperiens appellationẽ. Ideoq; dicebat: Adam ubi es? Alibi te reliqui, & alibi nũc inuenio: reliqui in fiducia & gloria, nunc aũt inuenio in cõfusione & silẽtio. Et cõsidera curã. Nõ Heuam uocauit, nõ uocauit serpentẽ: sed qui omniũ leuissime peccauerat, hũc ad iudicium primum accersit: ut ab eo incipiens, qui aliqua potest uenia potiri, etiam in eam quæ multum peccauerat, mitiorem ferat sententiã. Et iudices quidẽ conseruos suos, & eiusdem secum naturæ participes, per seipsos exami-

nari non ſuſtinent,ſed miniſtrorũ quempiam ſibi A mediũ proponentes,interrogationes illũ ſuas ad reum faciũt perferre,& per ipſum quęcũq; uelint, dicunt,& audiunt dum reos examinant. Deus autem mediatore nullo ad hominem opus habuit, ſed ipſe per ſeipſum iudicat, & cõſolat. Nec hoc tantum eſt admirabile, ſed etiam quòd commiſſa corrigit. Iudices enim cũ latrones ceperint, & ſacrilegos, non quomodo ipſos reddant meliores cõſiderant, ſed quomodo ab ipſis peccatorũ pœnas exigant. Deus autẽ cõtrà, cum aliquem ceperit peccatorẽ, nõ cõſiderat quomodo ſumat ſupplicium, ſed quomodo ipſum corrigat, & meliorem faciat, & in futurũ inexpugnabilem. Itaq; & iudex pariter, & medicus, & magiſter eſt deus. etenim tanquã iudex examinat, & tanquã medicus B corrigit, & tãquam magiſter docet, præuaricatos in omnem diſciplinã inducens. Si uero unum & breue uerbũ tãtam dei curam demõſtrauit: quid ſi omnem uobis ſentẽtiam legeremus, & integra explicaremus monumenta? Cernis quomodo tota ſcriptura conſolatio eſt, & exhortatio? Et hoc quidem cõgruo tempore dicemus. Ante hęc aũt neceſſariũ eſt dicere, quando liber hic ędítus fuit. Neq; enim in principio, neq; ſtatim poſt Adam creatum hæc ſcripta ſunt, ſed poſt multas generationes. Et cur tandem Iudæis dũtaxat, & non omnibus hominibus? & cur tandẽ Hebraica lingua: & qua de cauſa in deſerto Sina? neq; eũ temere locum Apoſtolus non prætermittit, ſed & in hoc magnam nobis cõtemplationem demonſtrat, ſic C dicens: Hæc enim duo teſtamẽta ſunt, unũ in mõte Sina in ſeruitutem generans. Quin & alia plura quærere neceſſariũ eſſet: ſed uideo tempus nobis non permittens ſermonẽ tanto pelago cõmittere: propterea his in cõgruum tempus dilatis, iterum de iurãdi abſtinentia uobis diſſeremus, & rogabimus charitatem ueſtram, ut multo circa hãc rem ſtudio utatur. Quomodo enim nõ abſurdũ, ſeruum quidem non audere dominũ nominatim & ſine honoris præfatione appellare: angelorum uero dominũ temere & contemptim ubiq; iactare? Et ſi euangeliũ quidẽ capere oporteat, manibus lotis, & cum multa reuerẽtia & religione tremens & timens ſumis: euangelij uero dominũ te D mere lingua paſſim uerſas? Vis diſcere quomõ ipſum appellant ſuperiores poteſtates, cũ quanto honore, quanta cõſternatione, quanta admiratione? Videbam dominũ ſedentem, inquit, throno alto & eleuato, & Seraphin ſtabant circa ipſum, & clamabãt alter ad alterũ, & dicebant, Sanctus, ſanctus, ſãctus dominus deus ſabaoth: plena omnis terra gloria eius. Vidiſti cum quanto timore, quanto horrore nominant eũ glorificãtes, & laudantes? Tu uero in precibus quidem & ſupplicationibus, cũ multo inuocas ipſum torpore, quando horreſcere oportebat, & uigilare, & ſobriũ eſſe: in iurãdo uero, cum nec omnino adducere admirabile nomen oportebat, uaria quędam & alia ſuper alia connectis iuramenta. & qualis uenia, quæ uero nobis erit excuſatio, etſi millies conſuetudinem obijciamus? Dicitur quòd quidam externorum oratorum præ quadam ſtulta conſuetudine dexterum eundo humerum cõtinue mouebat, ſed tamen conſuetudinem uicit, & gladios acutos utrinq; humeris impoſuit, ut uulneris timore membrũ inepte ſe mouens corrigeret. Hoc & tu linguæ facias, & ipſi pro gladio diuinæ pœnæ timorẽ impone, & omnino ſuperabis. Impoſſibile enim impoſſibile inquam eſt, meditantes & ſtudentes, & opus hoc faciẽtes unquã ſuperari. Dicta nũc laudatis, ſed cũ correcti fueritis, magis laudabitis, nõ tantum nos, ſed & uoſipſos, & cum maiore uoluptate audietis quæ dicentur, & cum pura cõſcientia deum inuocabitis, qui tantũ tibi parcit, ut dicat, neq; per caput tuũ iurabis: tu uero ſic ipſum cõtemnis, ut & per ipſius gratiã iures. Et quid faciam, inquit aliquis, apud neceſſitatem inducẽtes? Qualem neceſſitatẽ ô homo? Diſcant omnes quòd omnia malles pati, quàm dei legem tranſgredi, & ab inferenda neceſſitate deſiſtent. Quòd enim non iuramentũ fide dignũ hominem faciat, ſed uitæ teſtimoniũ, & conuerſationis integritas, & mens bona, ſæpe multi iurantes diſrupti ſunt, & nõ perſuaſerũt: alij uero annuentes tantum, multum iuratis fide digniores apparuerunt. Hæc igitur omnia ſcientes, & pœnam iurantibus & peierantibus ſtatutam ante oculos ponentes, improba conſuetudine abſiſtamus, ut hinc & ad reliqua gradientes uirtutis opera, conſequamur bona futura: quæ nos omnes aſſequi detur, gratia &c. Matt.5.f

Gal.7.d

EIVSDEM AD VIRTVTEM EXHORTATIO: & in illud Geneſis: Deambulabat deus in meridie in paradiſo: & de fugiendis iuramentis. Homilia VIII.

VDISTIS antea quomodo omnis ſcriptura conſolationem affert & refrigerium, præter hiſtoriæ narrationem. Etenim illud: In principio fecit deus cœlum & terram, hiſtoriæ expoſitio erat: ſed demonſtrauit oratio & multa plenã cõſolatiõe dictionẽ: quale quòd duplicẽ deus mẽſam fecit, terrã & mare ſimul ponẽs: & lumina gemina, ſolẽ & lunã ſuperne accendẽs: & duplicis curſus tẽpus, diẽ & noctẽ operatus: & illũ quidem in operationẽ, hãc autẽ in requiẽ. nõ eñ minus miniſteriũ, quàm dies nobis nox affert. Sed ſicut in arboribus dixi, q̃ fructuoſis infructuoſę ęmulã prębẽt utilitatẽ, faciẽtes ne cogamur ad ędificia domeſticas arbores attingere: & mãſuefactis animalib. nõ minorẽ nobis utilitatẽ ſylueſtria & immitia afferũt, timore nos in urbes cõpellẽtia, reddentiaq; cautiores, & nos inter nos cõſtringẽtia: & horũ quidem exercẽtia uirtutem, horum uero morbos ſoluentia (multa enim ex his medicamẽta medicorũ pueri cõficiunt) & antiqui nos peccati cõmonentia. Cũ enim audiero quòd timor noſter & conuerſio erit ſuper omnes beſtias terræ, poſtea honorem hũc truncatum uidero, peccati réminiſcar, quod & timorem noſtri diſſoluit, & principatũ abſtulit, & efficiar melior & cõtinentior, Gen.1.a Prou.

tior, damnum ex peccato nobis illatũ contempla
tus. Sicut igitur (quod & antea dixi) ad uitã nobis
omnia conferũt: hæcq; dicta, & alia his plura, quæ
qui fecit deus, ipse nouit: ita quidem & nox nõ mi
norem q̃ dies usum affert, cum laborũ sit requies,
& morborũ medicina. Sępe em̃ medici multa ope
rati, & infinita medicamina moliti, ab ægritudine
laborantem liberare non potuerunt: somnus autẽ
sponte adueniens, omnẽ soluit ægritudinẽ, & in-
finitis illos laboribus liberauit: nec morbis uero
tantum corporis, sed & animæ nox est medicina,
dolentes animas sedans. Sæpe quispiã postq̃ filiũ
amisit, innumeris illi consolationes afferentibus,
fletibus & gemitu desistere non ualuit: nocte ue-
ro superueniente, somni cessit imperio superatus,
& palpebræ obdormierunt, & exiguam quampiã
diurnorũ cepere malorũ consolationem. Age ue-
ro iam ad materiam eamus unde processit oratio.
Nam bene noui q̃ huic omnes inhiatis, & quisq;
discere cupit, qua de causa nõ ab initio æditus est
hic liber, sed neq; nũc expositionis huius esse tem-
pus uideo. Quid ita tandẽ? Ad finẽ nobis hæc de-
uenit hebdomas, & materiã attingere metuo, de-
inde statim expositionẽ abrumpere. Multorũ em̃
dierum iugis indiget orationis, & cõtinuatæ me-
morię: ideo rursum ipsam differimus. Sed ne ęgre
Gen.3.b mus: sic enim & nobis reddentibus expedit. Nũc
aũt interim dicimus heri relictũ. Quid aũt heri re-
lictum fuit? Deambulabat, inquit, deus in paradi-
so in meridie. Quid ais? deambulabat deus? Non
deambulabat: quomodo enim ubiq; prẽsens, et o-
mnia implens? Sed in Adam talem sensum posuit
ut seipsum corriperet, ne dissolutus esset, ut fugien
do & latendo aliquam purgationis partem præ-
tenderet, & ante ipsa uerba. Sicut enim in iudiciũ
adducendi, & commissorũ pœnas subituri, squali
di, sordentes, tristes, cõtempti iudicantibus appa-
rent, ut ex habitu ipsos in humanitatẽ & ueniam
& misericordiam trahãt: sic & in Adam factũ est.
Oportebat enim demissum in iudicium hoc trahi,
propterea præuenit ipsum deus, & corripuit. Sed
quòd aliquis deambularet, sensit: unde uero cogi-
tauit quòd deus deambulabat? Talis est peccan-
tium consuetudo, omnia suspecta habẽt, umbras
tremũt, omnem strepitũ timent, & quenq; putant
contra se uenire. Multos igit̃ sæpe conspicati pec
catores, ad aliud ministeriũ currentes, ad se ueni-
re cogitauerunt: & alijs alia inter se differentibus,
peccati sibij̃psis cõscij̃ putãt illos de se sermocina
ri. Talis enim res peccatum est, nullo prodit arguẽ
te, nullo cõdemnat accusante, pauidum facit & ti-
midum peccatorem, sicut iustitia contrarium. Au
di igitur quomodo & huius pauorẽ, & illius liber
Prov.28.a tatẽ scriptura designauit: Fugit impius persequen
te nemine, inquit. Quomodo persequente nemi-
ne fugit? Intus habet agentem cõscientiæ accusa-
torem, & hũc ubiq; circũfert: & sicut seipsum non
potest fugere, sic nec intrinsecus ipsum agitãtem:
sed quocũq; abeat, flagellatur, & uulnus habet im
medicabile. At nõ talis iustus: sed qualis, audi: lu-

A stus tanquã leo, inquit, confidit. Talis erat Helias.
Vidit igitur regem ad se uenientẽ: & dicente illo, 3.Reg.18.c
Tũ ne es ille qui cõturbas Israel? Nõ ego turbaui
Israel, inquit, sed tu, & domus patris tui. Vere iu-
stus ut leo confidit. Sicut em̃ leo in régẽ tanquam
uilem catulum quendã insurrexit. Etenim purpu-
ram habebat ille: sed hic meloten habebat indu-
mentũ purpura illa uenerabilius. Purpura em̃ illa 4.Reg.2.c
famẽ peperit difficilẽ: melote autẽ hæc grauia dis-
soluit, hęc Iordanẽ diuisit, hæc Helisæum duplicẽ
Heliã fecit. O quãta sanctorũ uirtus. Nõ sola ipso-
rum uerba & corpora, sed & ipsa indumenta crea
turæ omni undiq; sunt uenerabilia. Huius melote
Iordanẽ diuisit, calceamẽta triũ puerorum ignem Dan.3.f
conculcauerũt: Helisæi lignũ aquas mutauit, et ut
ferrũ in superficie portarẽt, effecit. Mosi uirga ma Exod.14.c
B re rubrũ diuisit, petrã scidit. Pauli uestimenta lan- Act.19.b
guores expulerũt. Vmbra Petri mortem fugauit:
Sanctorũ martyrum fauilla malignos expellit dæ
monas. Propterea cum fiducia omnia faciũt, sicut
& Helias: nõ enim spectabat diadema, & exterio
rem regis apparentiã: sed animam pãnosam, squa
lentẽ, sordidã, & om̃i reo miserius affectã respici-
ens, & ipsum intus captũ esse uitiorũ seruũ, ipsius
principatũ cõtempsit: etem̃ tanq̃ in scena, sed non
in ueritate regẽ sibi cernere uidebat. Quæ em̃ ex-
terioris ornatus utilitas, cũ intus sit tanta pauperi-
es? Quæ uero paupertatis noxa, cum intus tãtæ re
C positæ sint diuitiæ? Talis erat leo & beatus Pau- Act.16.c
lus: carcerem enim ingressus, solo clamore omnia
fundamẽta concussit, uincula rosit, nõ dentibus,
sed uerbis. Propterea nõ leones ipsos tantũ, sed &
aliud quid leonibus maius oportet appellare. Leo
enim in retia sæpe lapsus capitur: sancti uero cum
liganť, hinc fortiores fiunt. Sicut & hic beatus in
carcere tunc fecit, soluens cõpeditos, parietes cõ-
cutiẽs, carceris terrefaciens custodem, & pietatis
uerbo capiens. Leo clamat, & om̃es bestias fugat:
sanctus clamat, & dæmones undiq; expellit. Leo
nis arma, iubarũ horror, unguiũ mucro, & dentes
acuti: arma iusti, sapientia, temperantia, patientia,
præsentiũ cõtemptus omniũ. Hæc arma quisquis
habet, nõ homines tantum improbos, sed & ipsas
aduersarias potestates deridebit. Meditare igitur
homo secundũ deum uiuere, & nemo te unquam
superabit: sed etiam si omniũ uilissimus esse uidea
D ris, omniũ eris potẽtissimus: sicut si animi uirtutẽ
neglexeris, etiam si omniũ sis potentissimus, om-
nibus insidiantib. eris facile expugnabilis. Et hoc
quidẽ dicta demonstrauerunt exempla. Si uis aũt,
& per opera te docere conabor uim iustorũ inex-
pugnabilẽ, & facilem peccatorũ captiuitatẽ. Au-
di igitur quomodo hæc ambo Propheta insinua-
uit: Non sic impij̃, nõ sic, sed tanquã puluis quem
proij̃cit uentus à facie terræ. Sicut enim ille uento
rum incursibus facile proij̃cientibus propositus
est: sic et peccator ab omni tentatione subuertitur.
Cum enim ipse sibij̃psi repugnet, & hãc pugnam
passim circũferat, quæ ipsi spes salutis, domi pro-
dito, & continuũ hostem conscientiã secũ trahen-
ti? Sed nõ talis iustus. Sed qualis? audi ipsum Pro-

phetam dicentem: Qui cõfidunt in domino, sicut mõs Sion. Quid tandem est, sicut mons Sion? Nõ cõmouebitur in æternum, inquit. Quæcũq; enim adhibeas machinamenta, quæcũq; iaculaueris tela, montẽ demoliri uolens, illũ quidem nunquam superabis. Quî enim poteris? Machinamenta uero solues omnia, etiam tuam destruens fortitudinem. Talis est & iustus, quæcũq; uulnera exceperit, ipse quidem graue patit nihil, sed insidiãtium uim dissoluit, nec uero mortaliũ modo, sed ipsorũ quoq; dæmonũ. Audisti nãq; sæpius, quot diabolus machinamẽta Iob adhibuerit, nec solũ tamen illũ montẽ nõ cõquassauit, sed & dissolutus recessit, sagittis ipsis cõfractis, & machinamẽtis inutilibus ex illo inflictu redditis. Hæc itaq; sciẽtes, uitã curemus nostram: & neq; circa pecunias studeamus, quæ pereũt: neq; circa gloriã, quę extinguit: nõ circa corpus, quod senescit: nõ circa pulchritudinẽ, quę marcescit: nõ circa delicias, quę defluũt: sed circa animã omnem curã impendamus, & hãc omni curemus modo. Corpora quippe languẽtia nõ omnibus curare facile est: animam uero laborantẽ est cuiq; medicari facillimũ. Et corporis quidem curatio, & medicaminũ & argenti indiget: animæ uero, facile parabilis, & impendio carẽs. Et carnis quidem natura multo cum labore ab infestantibus liberatur uulneribus: etenim ferrũ sæpe, & amara medicamina adhibere necessariũ est: In anima uero nihil est tale, sed tantũ uelle & libere sufficit, & omnia correcta sunt. Et hoc fuit opus dei prouidentię: quoniã ex corporis imbecillitate nõ multũ fieri nocumentũ potest. Nã si etiã nõ ægrotemus, mors superueniens ipsum corrũpet & omnino dissoluet. Totum uero nobis in animi sanitate situm est. Multo uero utilioris & magis necessariæ partis curationẽ fecit facilem & impẽdio & dolore carentẽ: Quã igitur excusationem habebimus? quam aũt ueniã, cum corporis quidẽ, ubi argentũ erogat, & medici accersuntur, et multus dolor sustinet, tantã geramus curã, præcipue cũ non magnũ nobis dãnũ ex illius ueniat ęgritudine: animã uero cõtẽnamus, & hoc cũ nec argentũ erogare, nec alios perturbare, neq; dolores sustinere debeamus, sed absq; his omnibus eligendo tantũ, & uolendo omnẽ ipsius correctionem facere possimus, & optime sciamus, q; nisi hoc fecerimus, extremam subibimus pœnã, & ineuitabilia tormenta atq; supplicia? Dic nãq; mihi, si quis artem medicinæ breui tẽporis momento absq; argẽto & labore docere te pollicereť, nõ ipsum putares benefactorẽ? Nonne subires omnia facere & pati, quæcũq; hæc pollicens iussisset? Ecce nũc sine laboribus licet, nõ corporis, sed animæ uulnerũ inuenire remedia, & eam absq; dolore ullo ad sanitatem reducere. Ne igit negligamus. Quis enim, dic mihi, dolor, iram cõtristanti remittere? Dolor quidẽ est iniurias meminisse, & nõ cõciliari. Quis labor orare, & à deo prõpte præbente, innumera bona petere? Quis labor detrahere nemini? Quæ difficultas ab inuidia & liuore liberari? Quę molestia proximum diligere? Quæ erumna nõ turpia uerba loqui, nõ conuitium, non iniuriã inferre? Quæ fatigatio nõ iurare? Rursum enim ad eandem deueniam admonitionem. Imò labor maximus iurare. Sępius enim ira & furore detenti, infestantiũ quempiam non alloqui iurauimus: postea ira extincta, & furore sedato, conciliari uolentes, & iuramẽtorum necessitate coerciti, doluimus, tanq; laqueo quodam detenti, & uinculis insolubilibus nexi. Quod & diabolus nouit, et quia planè nouit q; ira ignis est, & facile extinguit, & extincta ira recõciliatio fit, & amicitia, cupiens ignẽ hũc inextinguibilem manere, iuramento nos sæpius irretiuit: ut etsi ira desiuerit, iuramẽti necessitas manẽs, ardorem in nobis cõseruet, & duorũ fiat alterũ, uel recõciliati peieremus, uel nõ conciliati, odij culpæ nosmet reos cõstituamus. Hæc igit scientes, iuramenta fugiamus, & cõtinue meditet os nostrũ dicere, Crede, & hoc erit nobis totius materia pietatis. Lingua enim uerbũ hoc dicere docta, cõfundi tur & erubescit turpia & absurda uerba proferre: & si rursum à cõsuetudine retrahat, multos habẽs accusatores, corripiet. Cum enim quis non iurantem, turpia uiderit uerba sonantem, insultabit facile, & deridebit, & carpẽs dicet: Tu qui in omnibus dicis, Crede, iuramentũ proferre non audẽs, quomodo turpibus linguã tuam sermonibus contaminas? Itaq; & inuiti à præsentib. cõpulsi, ad pietatẽ redibimus. Quid igit si iurandi necessitas sit, inquit aliquis? Vbi est legis præuaricatio, non est necessitas. Et possibile est penitus, inquit, nõ iurare? Quid ais? Deus iussit, & audes interrogare, si legẽ custodire possibile? Imò difficile nõ custodire, & hoc per præsentia uobis persuadere uolo, q; non difficile sit nõ iurare, sed iurare. Ecce enim iussi sunt urbem habitãtes, quod multorum uires excedere uideť, aurũ erogare, & plus collatũ est, & exigentes audire licet, dicentes: Quid tardas homo? quid uero nos de die in diẽ differs? Non enim effugere potes: lex regis est, quæ morã nõ patit. Quid dicis, dic mihi? Rex iussit pecunias pendi, & nisi pendas, placabilis fieri nõ potest. Deus iuramẽta fugere iussit, & dicis, Non possumus fugere iuramenta. Sextus hic dies est q; de hoc uos præcepto admoneo: in futurũ uobiscũ pacisci uolo, tanq; desistens, ut caueatis. Nõ amplius uobis erit excusatio, neq; uenia, maxime cũ etiãsi à nobis dictũ fuisset nihil, à uobisipsis hoc corrigi debuerit: nec enim uariũ est, & multæ præparationis indigens. Cũ uero tantũ sitis nacti admonitionis & cõsilij: quã habebitis excusationẽ accusati, pro tribunali constituti tremẽdo, & huius præuaricationis pœnas exacti? Nullã afferre licebit excusationẽ, sed necesse est, uel emẽdatos abire, uel nõ emendatos puniri, & extremũ subire supplitiũ. Hæc igit omnes cogitantes, cũ multa hinc cura digressi, tot diebus dicta omni custodia mente uestra conseruare inter uos exhortamini: quò uel nobis tacentib. alter alterum docentes, ædificantes, exhortantes, multũ demonstretis profectum, et omnes reliquas leges implentes, æternis fruamini coronis: quas contingat nos omnes assequi, gratia &c.

Matth. 5. c
Iacob. 5. c

Ioan. 1

LAV-

LAVDATIO EORVM, QVI NON IV- randi consuetudinem fecerant. Et quòd nemo superstitione teneri debet, post refectionẽ diuinos in ecclesia sermones nõ audire: & quare post multum tempus diuinæ sunt traditæ scripturæ: & in illud, Cœli enarrant gloriam dei: & mundi naturalis descriptio: & de non iurando. Homilia IX.

A

E

B

C

D

Matth. 5. c
Iacob. 5. c

Ioan. 13. d

TPrius ad uos, & nũc ad uos, utinam uero & semper uobiscum, & si nõ corporis præsentia, saltem charitatis ui: nec enim mihi est alia uita, nisi uos, & salutis uestræ cura. Sicut eñ colonus nihil aliud curat præter semina & segetes, & nauta undas & portus: sic & dicens audientes, & illorum profectum, sicut & ego nunc dico. Ideo & omnes uos in mẽte mea circũfero, nec uero hic tantum, sed & domi. Etsi enim multus est populus, & breuis cordis mei mensura, sed lata est charitas, & nõ in nobis angustat: sequentia uero nõ addam: neq; eñ nos à uobis angustamur. Vnde hoc manifestũ? Noui multos referẽtes, mandatũ fecimus leges nobismet ponẽtes, & iurãtibus pœnas desinentes, & legẽ transgrediẽtibus pœnã inferẽtes, pœnã nobis cõgruã, quod est maximæ charitatis indiciũ. Non eñ cõfundor talia satagẽs: quoniam in hoc curiositatis nihil est, sed prouisionis hęc est solicitudo. Si èñ medico non est opprobrium de ægroto sciscitari: neq; nobis crimen de uestra semper inquirere salute. Sic enim moniti quid uobis quidẽ expeditũ sit, quid uero relictũ, cõgrua cum disciplina reliqua afferemus remedia. Hęc igit cu riose scrutati cognouimus, et deo gratias egimus, q̃ non in petris seminauimus, nec in spinas misimus semina, neq; multi tẽporis, multaq; dilatione indiguimus, ut segetes meteremus. Propterea uos in corde meo continue gero, propterea nõ sentio docendi laborẽ, auditorũ lucro releuatus. Hæc enim merces nos reparare potest, & releuare, et alacres prõptosq; facere ad omnẽ pro uobis laborẽ sustinendũ. Quoniã igitur multã uos gratitudinẽ demõstrastis, age iam & nos debitum erogemus, quod prius promiseramus: licet nõ uideã præsentes esse illos, qui cum promissionẽ feci, huc uenerant. Quæ tandẽ itaq; causa ipsos à nostra repulit mẽsa? Qui corporalẽ tetigit mẽsam, ut uidet, indignũ esse putauit, post corporis nutrimentũ ad diuinorũ auditionem eloquiorũ uenire. Sed non recte in hoc sentit: neq; eñ, si hoc esset absurdũ, multos & lõgos impẽdisset sermones Christus post illam mysticã cœnã. Non utiq; si hoc incongruũ esset, refecta sæpius in deserto multitudine, etiã sermones ipsis post mensam cõmunicasset. Si eñ fas est aliquid etiã præter opinionẽ dicere, tũc profecto utilissimũ diuinis est eloquijs aures accõmodare. Cum eñ tibi persuaseris, q̃ post cibũ, & potum, & ad synaxim conuenire necesse est, omnino uel inuitus multam geres sobrietatis curã, & neq; in ebrietatẽ, neq; in crapulam unquã deduceris: cura enim & expectatio in ecclesia cõueniendi, cũ honesta mensura cibũ & potum sumere docet, ne ingressus & fratribus cõmixtus postea uinum redolens, & inordinate eructans, ab omnib. præsentibus deridearis. Hæc nõ uobis nunc præsentibus, sed relictis de uobis dico, ut hæc per uos discant: nõ enim comedere audiendi obstaculum præbet, sed torpere. Tu uero crimen non ieiunare esse putans, aliud incurris crimen multo maius & difficilius, q̃ sacræ huius mensæ nõ particeps efficeris, & q̃ corpus tuũ alens, animã fame cõsumis. Et quam excusationẽ habebis? In ieiunio quippe corporis imbecillitatẽ prętẽdere fortasse poteris: in audiendo aũt quid tandẽ dicere posses? Nõ eñ corporis ualetudo diuinorũ prohibet eloquiorũ participem fieri. Si enim dixissem: Nemo prãsus cõmisceat, post cibũ audiat nemo, aliquã habuisses ueniam: nunc uero cũ uos trahamus, & allicia mus, & ad nosmet uocemus, quã resilientes excusationẽ habebitis? Etenim nõ idoneus auditor ille esset, nõ qui comedisset aut bibisset, sed qui uerbis nõ intenderet, oscitãs & dissolutus, & corpus quidẽ hic habens, mentẽ uero aliò uagãtem. Hic etiãsi ieiunet, ad audiendũ inutilis est. Excitatus quidem & uigilãs, & mentem suam intendẽs, siue comederit, siue biberit, nobis erit omniũ aptissimus auditor. In exteriorib. eñ iudicijs & cõsilijs cõgrue lex ista prævaluit: nec eñ norunt philosophari, propterea quòd nõ comedunt, ut nutriant: sæpe eñ supra satietatem bibunt, propterea seipsos rerũ administrationi ineptos reddẽtes, uespere & meridie iudicijs abstinent. Hic aũt nõ ita, sed q̃ comedit, ieiuno per animi modestiã erit æqualis: non eñ ut uentrẽ disrumpat, aut rationem obtenebret comedit & bibit, sed ut corpus debilitatum reparet. Sed hæc pro admonitione satis. Iam uero tempus est ad subiectũ transeundi, licet refugiat, & torpeat circa doctrinam hãc cogitatio nostra propter eos qui non uenerũt. Et sicut pia mater mensam apponẽs, non omnibus filijs præsentibus dolet et gemit: hoc et ego nũc patior, et fratrũ nostrorum absentiã cogitãs, à solutione retrahor promissorũ: sed uos potestis hũc eijcere torporẽ. Si eñ polliceamini nobis omnia ad illos referre cũ diligentia, nos uobis omnia prompte erogabimus: sic enim illis erit absentiæ consolatio, uestræ charitatis doctrina: uosq; nos attentius audietis, scientes q̃ et ad alios uobis hęc referre necessariũ. Vt igit manifestior nobis oratio fiat, à superioribus ipsam repetentes dicamus. Nuper itaq; quærebamus, qua causa post tot annos æditæ sunt scripturæ. Nõ eñ Noe tẽpore, & Abrahã, sed Mosi liber hic traditus est. Et multos audio dicentes, q̃ si utilis erat, ab initio datũ esse oportebat: si uero inutilis erat, neque post hæc oportebat dari. Sed uana hęc ratiocinatio: nõ eñ oñino, si qd postea utile erit futurũ, ab initio tradi debet: Neq; si quid à principio datum est, hoc omnino debet & postea manere. Quoniã & lac utile, sed tamẽ nõ cõtinue datur, sed pueris tantũ nobis dat. Et solidũ nutrimẽtũ utile, sed nemo nobis ipsum in principio tradit, sed postquam puerilem fuerimus ætatem egressi. Rursum æstas utilis, sed nõ semper apparet: & hyems cõmoda, sed & hęc trãsit. Quid igit, inqt aliquis?

quis, scripturæ non sunt utiles? Vtilissimę sanè, & admodũ necessarię. Et, si utiles, inquit, qua de causa nõ sunt traditæ nobis ab initio? quia nõ per literas, sed per res deus naturã hominũ docere uolebat. Quid tandẽ est, per res? Per ipsam creaturã. In hanc em̃ sententiã incidens Apostolus, & in Gentiles intendens dicẽtes, Non ab initio dei cognitionẽ ex scripturis didicimus: uide quomodo respondet. Cum enim dixisset, Reuelatur ira dei de cœlo super omnẽ impietatẽ, & iniustitiã hominũ eorum, qui ueritatẽ dei in iniustitia detinẽt: & uidisset obiectionẽ sibi occurrentẽ, & multos cõtra dicturos, unde Gẽtiles dei ueritatẽ cognouissent, intulit dicens: Quia quod notũ est dei, manifestũ est illis. Et quomodo manifestũ est illis? quõ uero deũ uidere poterãt? Quis ostendit, dic? Deus em̃ illis manifestauit, inquit. Quo pacto? quẽ prophetam mittens, quem euangelistã? quem doctorẽ, si scripturæ nondũ erant? Inuisibilia enim ipsius, inquit, à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt̃, sempiternaq; uirtus eius, & diuinitas. Quod aũt dicit, tale est: Ante omniũ oculos creaturam in medio proposuit, ut ex operibus creatorẽ conijciant, quod quidẽ & alius dicebat: Ex magnitudine & pulchritudine creaturarũ proportionabiliter ipsarũ autor consideratur. Vidisti magnitudinẽ? considera potẽntiã cõditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinẽ? sapientiã ob stupesce, quod & Propheta demonstrãs dicebat: Cœli enarrãt gloriam dei. Quõ igitur narrant, dic mihi? Vocem nõ habent, os non possident, ipsis non est lingua, quomodo igit̃ narrant? Per ipsum aspectũ. Cum em̃ uideris pulchritudinẽ, magnitudinem, celsitudinẽ, situm, formam per tantũ tẽporis permanere, tanquam uocem audiẽs, & ad aspectum discẽs, adoras eum qui tam pulchrũ & admirabile corpus creauit. Tacet cœlũ, sed ipsius aspectus uocem tuba clariorẽ emittit, per oculos, non per aures nos docens: hic enim sensus à natura est illo certior & manifestior. Si enim per libros docuisset & literas, literarũ quidẽ peritus scripta didicisset, nesciens uero nihil inde adiutus abijsset, si quis alius nõ induxisset. Et dives quidẽ librum emisset, pauper aũt emere non potuisset. Rursum uocem quidẽ illam per literas significatã sciens, intus positam nosset: Scytha uero & Barbarus, & Indus, & Ægyptius, & omnes lingua carentes illa, nihil docti abijssent. Hoc aũt de cœlo dicere nõ licet. Sed & Scytha & Barbarus, & Indus, & Ægyptius, & omnis homo super terram incedens, hanc uocẽ audiet: non enim per aures, sed per oculos in mentẽ incidit nostram. Visibiliũ aũt participatio eadẽ, neq; differens sicut linguarum. In hũc pariter librũ & idiota & sapiens intueri poterunt, & pauper & dives, & quocũq; quis uenerit, in cœlum respiciẽs, sufficientẽ capiet doctrinã ex aspectu: qđ quidẽ & ipse Propheta innuẽs, & demonstrans, q̃ uocẽ creatura Barbaris emittit & Græcis & omnibus uniuersaliter hominibus sic intelligi facilem, dicebat: Nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ non audiant̃ uoces eorũ. Quod aũt dicit, tale est: Nõ est gens neq; lingua, quę hãc uocẽ intelligere nõ possit. Sed talis est ipsorum uox, ut ab omnibus hominib. audiri possit: nec cœli tantum, sed & diei & noctis. Et quomodo diei & noctis? Illud enim & per pulchritudinẽ & per magnitudinem, & per alia omnia spectatores percellit, & in ipsius creatoris admirationem immittit. Dies uero & nox quid nobis ostentare possent? huiusmodi quidẽ nihil. Alia uero his sunt ordine & cõuenientia cũ omni diligẽtia composita non inferiora. Cum enim cogitaueris, quomodo totũ per annũ distribuunt̃, & tanquã in libra & bilance totius spacij longitudinẽ diuiserunt: eũ qui ordinauit admiraberis: Velut em̃ sorores quædam paternam hæreditatẽ partitæ cũ charitate multa, nullo modo inter se calũniantes: sic & dies & nox cum omni diligentia annũ æqualitate tanta distribuunt, & proprios conseruant fines, nec unquam alterã altera pellit. Nunquã igitur hyeme dies fuit longa, sicut nec unquã æstate longa fuit nox, tot præteritis generationibus, sed in eodem interuallo & longitudine, neq; modicũ, nec dimidiam horam, nec oculi momentum altera q̃ altera plus habuit. Propterea & Psalmista ipsorũ æqualitatem admiratus, clamabat dicẽs: Nox nocti indicat scientiam. Si hęc meditari scias, sic admiraberis eum qui ab initio hos immobiles terminos statuit. Audiãt hæc auari, & aliena cõcupiscentes, & diei noctisq; æqualitatem imitentur. Audiant inflati & alta sapientes, & nolentes primas partes alijs concedere. Dies nocti cedit, nec alienos fines inuadit: Tu uero semper honore fruens, fratribus hũc tradere nõ toleras. Et considera mihi legislatoris sapientiã: in hyeme longã noctem esse iussit, quãdo molliora semina, & magis frigescere indigentia, nec calidiorem radium tolerant: postquã uero aucta fuerint, unà cũ ipsis crescit rursum dies, et tunc fit longior, quãdo iam uiget fructus. Hoc uero nõ seminibus tantum, sed etiam corporibus oportunum. Quoniam em̃ hyeme nauta, gubernator, & uiator, miles, & agricola multum domi sedent, gelu constricti, & ocij tempus est in hyeme, plus temporis in noctes impẽdi deus cõstituit, ne diei lõgitudo superflua sit, nihil hominibus facere ualentibus. Quis anni partium ordinem dicere possit, quomodo & hę tanquam uirgines quędam in gyro saltãtes, cum multa ratione sese subsequuntur, & paulatim sine strepitu ad contrarias mediæ transeuntes non desinunt? Propterea nec ab hyeme nos excipit æstas, nec ab ipsa statim hyẽs: sed medium uer interpositum est, ita ut sensim & paulatim succedentibus densata corpora nostra æstati sine tristitia adducat: quoniam enim subitaneæ in contrarium mutationes nocumentum & morbum pariunt extremũ, dispẽsauit deus ab hyeme quidẽ uer nos excipere, à uere porrò æstatem, ab æstate autumnũ, & sic hyemi trãsmittere. Itaq; innocuæ & procedentes paulatim mutationes, ex contrarijs horis per media nobis eueniunt. Quis igitur tam miser & erumnosus, qui cœlũ quidem cernens, cernens uero mare & terram, cernens horarum

Rom. 1. b

Psal. 18. a

Psal. 18. a

Iob. 2

Psal. 9

horarũ temperiem tam diligẽter moderatã, & inconcussum diei & noctis ordinẽ, hæc sponte fieri putet, nec adoret eũ, qui hæc omnia cum sapiẽtia cõgrua disposuit? Habeo quod dicã & his maius: Non enim magnitudo tantũ, & pulchritudo, sed & ipse creationis modus omniũ moderatorẽ demõstrat: Quoniã enim cõdenti & creãti omnia ab initio nõ aderamus: neq; si adfuissemus, quo fiebant scire poteramus, inuisibili uirtute cuncta componente, ipsum creationis modum optimum nobis magistrũ esse fecit, supernaturali cõsequentia cõponẽs omnia quę fiebãt. Fortè q̃d dixi, obscurius est: igit̃ necesse hoc rursum manifestius dicere. Omnes utiq; annuerent, quòd naturæ cõsequentia est, aquã super terrã, sed nõ terram ab aquis ferri. Terra quippe cũ sit densa & dura, & nõ cedẽs, & solida, facile potest aquarũ naturã sustinere: aqua uero cũ liquida sit & mollis, teneraq; & diffluẽs, & omnibus cedens occurrẽtibus, nullum corpus unquam sustinere ualeret, etiam si leuissimum sit. Nam sæpe lapillo incidẽti paruo cedit, & refugit, ipsumq; ad profundũ transmittit. Cũ uideris igit̃ nõ lapillum paruũ, sed terram omnẽ super aquas ferri, neq; submergi, admirare potentiã supra naturam hæc mirabiliter operantẽ. Et unde hoc manifestũ, q̃ terra super aquas fertur? Propheta hoc
Psal.23.a dicit: Ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eũ: & rursum, Qui fundauit terram super aquas. Quid dicis? lapillum exiguũ aqua in superficie ferre non potest, & terrã tantam gerit, & montes, & colles, & urbes, & plantas, & uiros, & bruta, & nõ submergit? Et quid dico, nõ submergit? Quomodo inferius circũstante sibi aqua tanto tempore non est dissoluta, et lutum omnia facta sunt? Si em̃ lignorum natura parum temporis aquis immoret̃, corrumpitur et dissoluitur. Quid dico, lignorum natura? Quid ferro ualidius esse possit? Sed et hoc sępe mollescit, cũ semper in aquis maneat, & merito: quippe & ipsum à terra substantiã habet. Propterea multi fugitiuorũ seruorũ postquã cõpedes & catenas pertrahẽtes fugerũt, ad riuos aquarũ ueniẽtes, & uinctos aquis pedes immittentes, & sic mollius ferrũ facientes, facile lapide percutientes, diffringũt. Igitur ferrũ quidem mollescit, & ligna marcescunt, & lapides corrũpuntur aquarũ natura: terræ uero magnitudo tanto tẽpore aquis impositа, non est submersa nec dissoluta, nec perdita. Et quis hęc nõ obstupescat, & superadmiret̃, & cũ fiducia dicat, non esse naturæ opera, sed prouidentiæ naturã excedẽtis?
Iob.26.b Propterea quidam dicit: Qui suspendit terram su
Psal.94.a per nihilo. Alius uero quidã: In manu ipsius fines
& 23.a terræ. Item, Super maria fundauit eũ. Et hæc quidem contraria esse uident̃, multam tamen habẽt consonantiam. Qui enim dixit, Super maria fundauit eum, idem dixit cũ eo qui ait: quòd super nihilo terrã suspendit. Super aquas enim consistere æquale est & super nihilo suspendi. Vbi igitur suspensa & statuta est? audi eundẽ dicentẽ: In manu ipsius fines terræ. Non quòd manus habeat deus, sed ut discas, quòd ipsius potẽtia omnibus prouidens, ipsa est quæ terræ corpus cõtinet & portat. Si dictis nõ credis, his quæ uides crede. Et in alio quippe elemẽto hanc mirabilem operationẽ inuenire licet. Ignis em̃ natura alta petit, & in sublime semper salit, & à natura ut exiliat, habet: & si infinita cogant & urgeãt, ad inferiora deferri non pateretur. Nonnũquam enim facem accensam capientes, & in caput inclinantes, ignis impetũ inferius ferri nõ cogimus: sed & sic in superiora recurrit, & in sublime inferne festinat. In Sole uero totum contrariũ deus fecit: ipsius enim radios ad terram conuertit, & lucem fecit inferius uergere: tantum nõ dicens ipsi per statũ, Inferius prospice, & hominibus luce: propter illos enim factus es. Et lucernæ quidem flãma hoc pati non potest: sydus uero tam magnũ & admirabile ad inferiora uergit, & ad terram respicit, contrà q̃ ignis, propter eius qui iussit potentiã. Vis & aliud tale cõmemorem? Dorsa cœli huius nobis conspicui aquæ undiq; cõprehendunt, et neq; defluũt, neq; excedũt: & quidẽ nõ est talis aquarũ natura, sed in cõcaua quidẽ facile currũt. Cũ aũt sit corpus conuexũ, undiq; defluunt, & neq; modica earũ pars in tali posset loco subsistere. Sed ecce hoc miraculũ in cœlis factũ est, & hoc ipsum rursus insinuãs Propheta, Psal.148.a
dicebat: Laudate dominũ aquæ, quæ super cœlos estis. Et neq; aqua solẽ extinxit, neq; sol tanto subtus uadens tẽpore, superpositã aquam exiccauit. Vis te in terram iterũ reducamus, & quod mireris ostendamus? Nõ cernis hoc mare undis & uiolentis flatibus plenũ? Sed hoc mare spaciosum, & magnũ, & furens, inualida continet̃ arena. Et cõsidera dei sapientiã. Nõ permisit ipsum quiescere, neq; manere sedatũ, ne id esse naturæ ipsius ordinem existimes, sed intra terminos manẽs clamat, & turbat̃, & uehemẽter resonat, & in altitudinem fluctus excitat ineffabilẽ: cum aũt ad littus & arenam peruenerit, dissolutum rursum ad seipsum reuertit̃: per hæc utraq; te docẽs, q̃ nõ naturæ opus est ipsum intra proprios fines manere, sed ipsum cohibentis uirtutis. Propterea em̃ inualidũ ipsius obicẽ fecit, et neq; ligna et lapides, neq; mõtes his littoribus circũposuit, ut nõ his elementũ in ordinem cogi putes. Hoc igit̃ & ipse quandoq; Iudęis improperãs dicebat: Me non timebitis, qui arenã Hier.5.c
mari terminũ cõstitui, & nõ transcendet̃? Nõ autem hoc solum ô homo est admirabile, quòd magnum & mirabilẽ fecit hunc mũdum, quòd supra naturæ consequentiã ipsum cõpegit, sed quòd etiam ex cõtrarijs ipsum constituit, calido & frigido, sicco & humido, igne & aqua, terra & aere. Et contraria hæc elementa, ex his quibus hoc totum consistit, inter se pugnantia, à sese non sunt consumpta: non ignis superuenit & accendit omnia, nõ aqua superueniẽs orbem circumdedit. Sed in corporibus quidẽ nostris hæc fiũt, & bile crescẽte nascit̃ febris, & totũ animal lędit: & pituita super abundante multi nascunt̃ morbi, & animal corrũpunt. In hoc aũt toto nihil horũ accidit, sed unũquodq; manet tanq̃ quodã freno & uinculo cõditoris uolũtate, ꝓprios custodiẽs terminos, et horũ

pugna

pugna mundo toti pacis sit causa. An non hæc & cæco sunt manifesta, & ualde imprudẽtibus intelligibilia, & prudentia quapiã facta sunt, & continentur? Quis enim tam stultus & insensatus, qui tantam molem cernens, tantam pulchritudinem, tantam compositionẽ, talium continuam elementorum pugnam, & contrarietatem, & perseueran tiam, non intra seipsum ratiocinet, & dicat: quod nisi prouidentia quædam esset corporũ magnitudinem cohibens, nec permittẽs totũ dissilire, nec permanere nec sufficere potuisset. Tantus quidẽ anni temporũ ordo, tanta uero noctis & diei conuenientia, tot aũt irrationalium genera animaliũ, & plantarũ, & seminũ, & herbarum, tenorem suum seruant, & nihil in præsentẽ diem neq; intercidit, neq; penitus consumptum est. Non hæc uero tantũ, sed & alia multo his plura & profundiora dici poterant, & de ipsa differi creatura: sed in crastinum illa differentes, dicta diligẽter retinere, & in alios efferre studeamus. Et scio quidẽ quòd sententiarũ profunditas auribus uestris inusitata est: sed si parum uigilemus, & his nosipsos assuefaciamus, etiã aliis erimus facile doctores. Interim uero illud charitati uestræ necessariũ est dicere: sicut glorificauit deus per tantam nos creaturã, ita nos quoq; per puram ipsum conuersationẽ glorificemus. Cœli enarrant gloriam dei, nõ dicentes tantum, sed & tacentes, & uitæ claritate omnes in admirationẽ adducentes. Luceat enim lux uestra coram hominibus, ut uideãt opera uestra, & glorificent patrem uestrũ qui est in cœlis. Cum enim uiderit infidelis te fidelem compositum, modestũ, ornatũ esse, mirabit, & dicet: Vere magnus Christianorum deus, quales constituit homines, quales è qualibus fecit? angelos ex hominibus ipsos reddidit. Si quis cõtumeliam fecerit, nõ cõuician tur: si quis percusserit, non ægrè ferunt: si quis iniuriam intulerit, pro his qui se læserint, orant: inimicũ non habẽt, iram seruare non norunt: mentiri nõ didicerũt, peierare non sustinẽt, quinimmo nec iurare: sed linguã excidi mallent, q̃ ullum ex ore iuramentũ emittere. Hæc illis præbeamus de nobis dicenda, & improbã iuramentorum cõsuetudinem expellamus: & uel tantillum deo tribuamus honoris, quantũ uestimentis nostris preciosioribus. Quomodo enim non absurdũ est, uestimentum quidem habentes reliquis melius, ipso cõtinue abuti non sustinere: dei uero nomẽ ubiq; temere, & ut occurrit, distrahere? Igitur precor, & supplico, ne sic salutem contemnamus nostrã: sed studium, quod ab initio circa mandatũ istud adhibebamus, deducamus ad finẽ. Propterea ego nẽpe continuam de iuramentis exhortationẽ facio, nõ quòd torporem uestrũ condemnẽ: sed quòd maiorem partem uobis correctam uideam: & studeo festinoq; totum perfectum esse, & finẽ admittere. Sic & spectatores faciunt, qui brauijs proximos magis excitant. Nec nos igitur lassemur: sumus enim prope totius correctionis finem, & circa principiũ erat difficultas. Quando uero cõsuetudinis plurimũ nunc est recisum, & modicum superest: iam nec ullo labore opus est, sed modica obseruatione, & breui diligentia egemus, ut ipsi correcti, aliis doctores fiamus, & cũ fiducia sacrũ Pascha uideamus, & cum multa uoluptate duplã & triplam consuetam capiamus læticiam. Non enim tantum nos ieiunij laboribus & sudoribus liberatos esse delectat, quantũ cum merito & splendida corona sacræ illi solennitati occurrere, corona inquam nunquam marcescente. Vt autem celerior fiat emendatio, hoc fac quod dico: Scribe super parietem domus tuæ, & super cordis tui parietem falcem illam uolantem, & hanc ad maledictionem uolare puta: & cõtinue ipsam recogita, siue alium iurantem uideas, cohibe, ueta, & curã tuorum gere seruorũ. Si hoc enim consideremus, quomodo non tantum ipsi emendemur, sed & alios in hoc inducamus, celeriter ipsi ad finem ueniemus. Alios enim corrigere aggredientes, erubescimus & confundimur, quæ aliis mandamus, hæc ipsi omittentes. Nec pluribus est opus sermonibus. Multa enim prius sunt commemorata, & hæc renouandæ memoriæ tantũ causa dicta sunt. Deus uero magis nostris parcens animis, in omni nos bono perfectos faciat, ut omnem iustitiæ fructum assecuti, cœlorum regno digni censeamur, gratia & benignitate, &c.

Matth. 5. b *Zach. 5. d*

LAVS EORVM QVI POST CIBVM ad audiendum uenerant. Et naturalis mundi enarratio: & contra Gentiles creaturam ut deum colentes: & de cuitando iuramento. Homilia X.

AVDEO & gratulor omnibus uobis, quòd admonitionem nostram, quam pro nõ ieiunantibus, & propterea absentibus nuper feci, re præstitistis. Arbitror enim multos iam pransos hodie adesse, & pulchram hanc nobis implere concionem: & hoc conijcio, eo quòd amplius nobis theatrum factum sit, & maior audientium conuẽtus: non frustra, ut uidetur, mùltos de ipsis sermones nuper impendimus, uestram exhortantes charitatem, ipsos ad matrem trahere, & persuadere quod licet, & post corporis nutrimentum spiritualis escæ participatione non fraudari. Quando uero quæso uos dilecti melius fecistis? an præterita synaxi, quando post mensam ad somnum conuertebamini? an nunc cum post mensam ad diuinas leges audiendas conuenistis? Quando in foro cõmorabamini, & confessuum nihil boni habentium participes eratis: an nunc quando cum fratribus uestris stetistis, & propheticos audistis sermones? Nõ est ignominia comedere, fratres, sed sumpto cibo domi remanere, & hac sacra solennitate priuari. Domi enim manens ociosior eris, & segnior: huc autem ueniens, omnem somnum & torporem excuties, nec torporem uero tantum, sed & tristitiam omnem deponens, facilior & lætior in omnibus eris casibus. Et quid opus est plura dicere? Sta tantum prope ieiunantem, & ipsius statim odoris suauitatem sensisti. Vnguentum enim ieiunans est spirituale, & per oculos, & per linguam, & per omnia bonam animæ dispositionem

nem demonstrans. Hæc non ut pransos accu- A turæ erat consequentia, ignem ad superiora curre
sem dixi, sed ut ieiunij lucrum demonstrem. Ieiu- re: nũc uero contrarium uidemus, inferius terram
nium uero non ciborum abstinentiam tantum di uersus conuersos solis radios, & aquas super cœ-
co, sed & peccatorum fugam magis q̃ illam: quo- los esse & non defluere: solem subtus currentem
niam & conuiuatus, & huc cum modestia profe- non extingui ab aquis, nec humiditatem illam ab
ctus congrua, nõ multo à ieiunante uincitur: sicut sumere. Ad hæc diximus, quòd ex quatuor elemẽ
uicissim ieiunans, nec cum studio & diligentia his tis hoc totũ consistit inter se contrarijs & pugnan
quæ dicuntur attendens, nihil ex hoc ieiunio ma- tibus, & alterum alterum non consumpsit, & qui-
gnum lucrabitur. Comedẽs em̃, & concionis san- dem cum sint consumptiua alterius alterũ. Vnde
ctæ congruo studio participẽ se faciẽs, nihil come manifestum, quòd uirtus quædam inuisibilis hæc
Zach.5.d dente & absente multo melior est. Non em̃ tantũ cohibet, & uinculum est dei uoluntas. Huic ho-
nos inedia adiuuare poterit, quantum prodest & die sermoni amplius immorari uolo, sed expergi-
bonum affert spirituali disciplinæ interesse. Vbi- scimini, & diligenter nobis intendite. Vt autẽ mi
nam alibi hæc audies, quæ hic meditaris? Si in fo- raculum fiat manifestius, à corpore nostro demon
rum iueris, rixæ ibi & pugnę: si in curiam, ciuilium strationem horum faciam. Etenim corpus nostrũ
rerum cura: si domum, priuatarum solicitudo un- B breue hoc & paruum, è quatuor compositum est
dique affligit: si in fori conuenticula & confessus, elementis, calido quidem sanguine, sicco uero bi-
omnia & illic terrena et corruptibilia: uel enim de le flaua, humido pituita, frigido uero atra bile. Et
uenalibus, uel de tributis, uel de lauta mensa, uel nemo nobis incongruum hunc putet esse sermo-
de agrorum uenditione, uel de alijs contractibus, nem: spiritualis nempe omnia dijudicat, ipse ue- 1.Cor.2.d
uel de testamentis, uel de hæreditatibus, uel de a- ro à nemine dijudicatur. Sic & Paulus agricultu-
lijs talibus à cunctis eò conuenientibus sermones ræ rationes tetigit, de resurrectione nobis disse-
habent. Et si in ipsas ueneris regias, & illic rursum rens: Stulte, inquit, tu quod seminas non uiuifica- 1.Cor.15.f
omnes differentes audies de pecunijs, de potẽtia, tur, nisi moriatur. Si uero beatus ille agriculturæ
de gloria, quę hic honoratur: spirituale uero nihil. rationes citabat, nec nos quispiam accuset medi-
Hic uero contrarium totum, de his quæ in cœ- cinales sententias attingentes: de dei enim creatio
lo sunt rebus, de anima, de uita nostra, & qua- ne nunc est nobis oratio, & necessaria nobis est
re facti sumus, & quare hic tantum temporis com hæc sententiarum materia. Quod igitur ante dixi,
moramur, & ad quæ hinc migramus, & quid post ex quatuor his elementis corpus nobis composi-
hęc nos suscipiet, & qua de re nobis corpus luteũ, tum est: & si pars à toto dissideat, ex hoc dissidio
& quæ mortis natura, quid tandem est præsens ui C mors efficitur: utputa, Bile superabundante pro-
ta, & quæ futura, & nihil prorsus terrenum, sed o- ducitur febris, & si ultra mensuram præualeat, fi-
mnes de spiritualibus sermones nobis habentur, nem affert celerrimum. Rursum frigido superа-
& magna salutis nostræ uiatica capientes, hinc ita bundante, paralysis, & tremores, & apoplexiæ, &
cum bona spe migrabimus. Quoniam igitur non innumeri alij morbi pariuntur, & omnino quæq̃
temere semina iecimus, sed sicut uos exhortatus ægritudinum forma ab horum elementorum su-
fueram, omnes qui ex uobis defecerant, uenati e- perabundãtia nascitur, quando unum ex ipsis pro
stis: age & nos uobis gratias rependamus, & pau- prios excedens terminos contra alia insurgit, &
lum uos prius dictorum commonefacientes, reli- omnem lædit symmetriam. Interroga igitur dicen
qua quoque reddamus. Quæ igitur prius sunt di- tem, quòd per se nata omnia, & per se subsistũt. Si
cta? Quærebamus qualiter, & quomodo ante scri breue hoc & modicum corpus, & medicaminі-
pturarum ęditioñem res nostras deus disposuit: et bus, & medicinali scientia utens, & anima interi-
dicebamus, quòd per creaturam docuit genus no us ipsum disponente, & multa disciplina, & innu-
strum, cœlum extendens, & in medium propo- merabilib. alijs auxilijs, nõ semper in bono statu
nens maximum librum & idiotis, & sapientibus, permanere ualet, sed perit, & corrumpitur, sæpius
& pauperibus, & diuitibus, & Scythis, & Barba- turbatione in ipso facta: quomodo tantus mũdus,
ris, & omnibus generaliter terram habitãtibus uti D tantas habens corporum moles, & ex ijsdem com
lem librum, multo maiorẽ eorum quos docemur posit̃us elementis, nisi multum prouidentię cepis-
multitudine. Multa etiam de nocte & die, & ho- set, tanto tempore imperturbatus manere potuis-
rum ordine, & conuenientia ab ipsis cum diligen set? Nec em̃ cum ratione fieri posset, ut prouiden-
tia custodita differuimus: multa et de horarum cœ tiam quidem habens interius & exterius nostrum
tu, anno, & quatuor eius temporum ęqualitate. Si corpus uix ad sui cõseruationem sufficiat: tantus
cut enim dies nocte, ne dimidia quidem hora plus uero mundus nulla uigens prouidẽtia per tot an-
habet per totum annũ, sic & hæ inter se ex æquo nos nil tale patiatur quale corpus nostrũ. Quomo
dies omẽs distribuerũt: &, quod prius dicebã, non do enim nullum horum elementorũ, quæso, pro-
magnitudo creaturæ & pulchritudo tantũmodo prios transcendit terminos, & reliqua omnia con
creatorem demonstrat, sed & ipse coagmentatio- sumpsit? Quis uero ipsa ab initio coniunxit? quis
nis modus, & quòd est super naturalem conse- uero usq̃ in tantum tempus cõtinet? Si enim sim-
quentiam modus creationis. Naturæ nempe con plex & uniforme fuisset mundi corpus, non tam
sequentia erat, aquam super terram ferri: nunc ue- difficile fuisset quod dicitur: quando autem tanta
ro contrarium uidemus, terram ab aquis ferri. Na elementorum pugna fuit ab initio, quis tam de-

mens, ut putet sine cogente hæc per se conuenis-
se, & coniuncta mansisse? Si enim nos non natu-
ra, sed uoluntate inimice inter nos habẽtes spõte
nõ cõuenimus, donec manemus inimici, & ingra
te alter ad alterũ nos habemus: sed alterius q̃ nos
cõiungat indigemus, & postq̃ cõgregauerit, con
stringat, & in pace manere persuadeat, neque rur-
sum resilire: quomodo elementa neq; rationis ne-
que sensus ullius partem habentia, & sibi per na-
turam inimica & aduersantia, conuenissent & cõ-
gressa fuissent, & alterum cum altero potuissent
permanere, nisi potentia quædam esset ineffabi-
lis, quæ congregaret, & congregata semper hoc
uinculo cohiberet? Non cernis quomodo corpus
hoc anima auolante defluit & tabescit, & perdi-
tur, & in suum quodq; elemẽtorum reuertitur ter-
minum? Hoc ipsum profecto & in ipso fieret mũ-
do, si ipsum reliquisset propria destitutum proui-
dentia, gubernans ipsum continue uirtus. Si enim
nauigium sine gubernatore non persisteret, sed fa
cile submergeretur: quomodo subsisteret mun-
dus tantum temporis gubernante nemine? Et ne
quid plus dicam: nauigium, mundum esse puta:
temonem, suppositam terram: uelum, cœlum: ue-
ctores, homines: mare, subiectam abyssum: quo-
modo igitur tanto naufragium tempore nõ esset
factum? Dimitte enim nauigium per diem unum
absque gubernatore & nautis, & statim submer-
sum uidebis. Sed mundus tale nihil passus est,
quinque milia & plus iam habens annorum. Et
quid dico nauigium? Casulam aliquis paruam in
uineis compegit, & fructu ablato desertam reli-
quit, & neque duos sæpe dies permanet, sed solui
tur, & breui cadit. Igitur tugurium quidem absq;
prouidente nõ staret: creatura uero tanta, tam pul
chra, tam mirabilis, & leges noctis & diei, alterna
rumq; horarum choreæ, & naturæ cursus uarius
& omnimodus in terra, & mari, & aere, & cœlo,
& plantis, & animalibus uolantibus, natatilibus,
gradientibus, serpentibus, & in hominum genere
omnibus illis ualidiore, tantum temporis absque
aliqua prouidentia stabilis permansisset? Præte-
rea mente mihi prata percurre, hortos, florũ gene
ra, herbas omnes, usus, & ipsarum suaueolentiã, fi
guras, situm, nomina tantum, arbores fructuosas
& infructuosas, metallorum naturam, animalium
terrestrium, marinorum, natatilium, per aerẽ me-
antium, montes, saltus, lucos, inferius pratum, su
perius pratum (est enim in terra pratum, & in cœ-
lo pratũ) syderum uarij flores, inferius rosæ, supe-
rius iris. Vis & in auibus tibi pratum demonstrẽ?
Cõsidera pauonis corpus uarium, & omnem ex-
cedens infecturam, purpurantesq; auiculas. Co-
gita mihi cœli pulchritudinem, quantum tempo-
ris agit nec offuscatum est, sed uelut hodie fabri-
catum, ita est nitens & splendidum: terræ uterus
tantum tempus pariens, quomodo non hebeta-
uit uirtutem suam. Cogita mihi fontes, quomodo
scaturiunt, & non defecerunt, ex quo facti sunt iu
giter manantes diebus & noctibus. Cogita ma-
re, quot flumina suscipiens mensuram non excef-
sit. Sed quousq; incomprehensibilia sectamur? In
dictorum unoquoq; dicere dignũ est: Quàm ma- Psal. 103
gnifica sunt opera tua domine: omnia in sapientia
fecisti. Sed quid ad hæc solẽt infideles dicere, quo
ties ipsis commemoramus magnitudinem mun-
di, ornatum, abundantiam, copiam in omnibus?
Hoc ipsum, inquiunt, maxima criminis est causa,
quòd tam pulchrum & magnum fecit deus mun-
dum: nisi enim magnum & pulchrum fecisset, nõ
ipsum consecrassemus: nunc uero magnitudine
perculsi, & ipsius pulchritudinẽ admirati, ipsum
deum esse putauimus. Sed uanus est hic sermo:
quòd enim neque magnitudo, nec ornatus impie
tatis sit causa, sed illorum ignorantia, nos nil tale
passi declaramus. Qua enim causa nos ipsi diui-
nos honores non decreuimus? Nónne ijsdem o-
culis ipsum aspicimus? Nónne in ijsdem mundo
utimur, quibus illi? Nónne eandem animam ha-
bemus? nónne idem corpus possidemus? nónne
eandem calcamus tellurem? Quomodo pulchri-
tudo & magnitudo nos eadem cum illis sentire
non persuasit? Nec hinc uero tantum hoc erit ma
nifestum, sed aliunde: quod enim nõ propter pul-
chritudinem ipsum consecrarunt, sed ob propri-
am stultitiam, dicant simiam qua causa adoraue-
runt, crocodilum, canem, animalium uilissima?
Verè euanuerunt in cogitationibus suis, & obte- Rom. 1. c
nebratum est insipiens cor eorum: dicentes enim
se esse sapientes, stulti facti sunt. Veruntamen nõ
ex his tantum respondebimus, sed & aliud quid
amplius dicemus. Hæc enim deus desuper præui-
dens, & hanc ipsorum occasionem secundum sa-
pientiam suam sustulit: propterea non tantum mi
rabilem & magnũ fecit mundũ, sed & corruptibi-
lem & marcescibilem, & ipsius imbecillitatis mul
tas inseruit demonstrationes: & quod in apostolis
fecit, hoc & in toto mundo. Quid autem in apo- Act. 2. g
stolis fecit? quoniam signa multa faciebant, & mi
racula magna & mirabilia: ipsos tamen continue
flagellari permisit, pelli, carcerem habitare, corpo
ris morbos subire, in continuis esse tribulationi-
bus. Ne signorum magnitudo deos ipsos apud ho
mines putari faceret, propterea tantã largitus glo
riam, corpus esse mortale permisit: multis uero ua
letudinarium, nec ipsorum ualetudinẽ mutauit,
ut naturam insinuaret. Nec meus hic sermo, sed i-
psius Pauli sic dicentis: Si enim gloriari uoluero, 2. Cor. 12. g
non ero insipiens: parco autem, ne quis in me pu-
tet supra quod uidet, uel audit aliquid ex me: &
rursum: Habemus autem thesaurum hunc in uasis
fictilibus. Quid autem est, in uasis fictilibus? in
corpore hoc, inquit, mortali & corruptibili. Sicut
enim testa ex luto & igne fit: sic profecto & cor-
pus sanctorum illorum, cum sit luteum, & spiritua
lis ignis efficaciam susceperit, testa factum est. Et
qua de causa hoc factum est, & thesaurũ talem, &
gratiarũ copiã mortali & corruptibili intulit cor-
pori? Vt superabundantia uirtutis sit à deo, & nõ
à nobis. Cum enim uideris apostolos mortuos
quidem suscitantes, ipsos uero ægrotãtes, nec in-
firmitate se liberare ualẽtes, manifeste scies, quòd
mor-

mortui resurrectio non ex uirtute suscitantis, sed spiritus operatione facta est. Quòd enim continue egrotabant, audi quid de Timotheo dicat Apostolus: Vino modico utere propter stomachũ, & frequentes infirmitates tuas: & rursum de alio: Trophimum autem reliqui in Mileto infirmum. Et Philippensibus scribens dicebat, quòd Epaphras ægrotauit prope mortem. Si enim & cum hæc essent, ipsos deos esse putabant, & sacrificare parabant dicentes: Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos: si hæc non accidissent, ad quid impietatis miraculis conspectis tunc non processissent? Sicut igitur hic propter signorum magnitudinem & naturam eorum in infirmitate esse permisit, & continuas permisit tentationes, ne putarentur esse dij: sic & in creatura mundi quiddã his simile fecit: etenim pulchrum ipsum & magnum fecit, & rursum corruptibilem constituit. Et hæc utraque scripturæ docent. Hic quidem cœlorum pulchritudinem narrãs, sic inquit: Cœli enarrant gloriam dei: & rursum: Qui constituit cœlum uelut testudinem, & extendit ipsum quasi tabernaculum in terra: & rursum: Qui continet circuitum cœli. Alter uero demonstrans, quòd etsi pulchrũ & magnum, tamen est corruptibile, sic inquit: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent, & sicut operторium mutabis eos, & mutabuntur. Et iterum de sole inquit idem Dauid: Tanquam sponsus procedens de thalamo suo: exultauit ut gigas ad currendam uiam suam. Vidisti, quomodo syderis pulchritudinẽ simul & magnitudinẽ tibi ante oculos posuit? sicut enim ex thalamo quodam sponsus apparens, sic & sol sub aurorã radios mittit, & tanq; quodam croceo uelo cœlum ornans, & roseas faciens nubes, & sine offensa currens totum diem, nullo cursum obstaculo interrumpit. Vidisti igitur ipsius pulchritudinem? uidisti magnitudinem? Vide & imbecillitatis eius demonstrationẽ. Etenim & hoc demonstrãs sapiens quidã dicebat, Quid lucidius sole? & hic deficit. Nec ex hoc tantũ ipsius imbecillitatẽ uidere datur, sed etiam in nubium cõcursibus. Nube igitur sæpius subtus currente, radios immittens, & nubẽ discindere conatus, nõ preualuit cũ esset nubes crassior, nec ipsi cedere uellet. Sed semina inquit, nutrit. atqui non ipse nutrit solus, sed & terræ indiget ac roris, & pluuiarum atque uentorum, & bonæ temporum distributionis. Et nisi hæc omnia concurrerint, superfluus fit solis usus. Hoc uero dei non est, ad ea facienda quæ uult, aliorum indigere. Dei enim maxime propriũ non indigere. Ipse enim nõ sic è terra semina protulit, sed tantum iussit, & omnia germinauerunt. Et rursum ut discas, quòd non elementorum natura, sed ipsius mandatum omnia facit: ipsaq; elementa, quæ non erant produxit, & Iudæis uero nullius ope manna dimisit: Panẽ, inquit, cœli dedit eis. Et quid dico quòd sol ad fructuum uegetationem, maturationemq; aliorum indigeat elementorum, cum & multis ad

Pſal.103 Aſt.14.b Eccl.43.a Pſal.18.a Pſal.101.d Rom.1.c Aſt.2.g 2.Cor.12.g Pſal.11.c

sui substãtiam egeat, nec ipse sibi sufficere possit? Quippe ut uadat, cœli indiget, tanquam pauimẽti cuiusdam suppositi: & ut luceat, aeris puritatis & tenuitatis. Quòd si hic præter modum densetur, & lucem suam ostendere non potest: & neomnibus sit intolerabilis, neque cuncta comburat, frigiditate rursus eget ac rore. Cum ipsum igitur reliqua uincant elementa, & ipsius impotentiam emendent: uincant quidem sicut nubes, & muri, & alia quædam corpora ipsius lucem abscondentia: corrigant autem ipsius intemperantiam, sicut rores, & fontes, & aeris frigiditates: quomodo hic deus esse potest? Deum enim non indigere necessarium est, & nulla re opus habere, & omnium omnibus bonorum esse autorẽ, & à nemine prohiberi, sicut scilicet de deo ait Paulus & Propheta Esaias, hic quidem ex ipsius persona dicens: Cœlum & terram ego impleo, ait dominus: & rursum: Deus appropinquans ego sum, & non deus à longè: & rursus Dauid: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Paulus autem ipsius copiam nullius indigentem demonstrans, & ostendens quòd hæc ambo maxime dei sunt, nullius indigere, & omnibus ipsum omnia subministrare, sic inquit: Deus qui fecit cœlum & terram & mare, nullius indigens, ipse uitam omnibus præbens, & spiritum per omnia. Licebat quidem & alia percurrere elemẽta, cœlum, aerem, terram, mare, & ipsorum imbecillitatẽ demonstrare, & quomodo proximi quodque indiget, & sine hoc perit & corrumpitur. Etenim terra, si deficiant fontes, et humiditas tum à mari tum à fluuijs infusa, tota breui disperdetur: & reliqua uero elementa alterius alterum indigent, & aer solis, sicut sol aeris. Sed ne prolixiorem faciamus sermonem, ex dictis multas uolentibus occasiones dedisse satis fuerit. Si enim omni creatura sol admirabilior tam imbecillis & inops esse iam apparet, multò magis aliæ mundi partes: quod eò dixi ut laboriosis illa præberem colligenda. Ipse de scripturis iterum uobis disseram, demonstrans, quòd non solus sol, sed & omnis mundus corruptibilis est. Cum enim alterius alterum consumptiua sint elementa, & solis quidem potentiam superueniens maior frigiditas castiget, hanc autem uicissim calor inualescens consumat, & cõtrarias qualitates & dispositiones alterum in altero faciant & patiantur elementa: certum quòd hæc magnæ corruptionis argumentum præbent, & corpus esse quæcunq; uidentur. Sed quoniam tenuitate nostra altior hic est sermo, age ad dulcem nos scripturarum fontem agentes, aures nostras mulceamus. Nõ enim de cœlo & terra singillatim uobis dicemus, sed de omni pariter creatura. Et hoc ipsum uobis demonstrantem Apostolũ ostendemus, sic manifeste dicentem, quòd omnis creatura corruptioni nũc seruit, & quare seruit, & quando mutabitur, & in qualem transibit finem. Postquam enim dixit: Non sunt condignæ passiones præsentis temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in uobis: intulit, quòd expectatio creatu-

Pſal.15.a Aſt.17.f Rom.8.d

turæ reuelationem filiorum dei opperitur. Vanitati enim creatura subiecta est, nō sponte, sed propter eum, qui subiecit eam in spe. Quod autem dicit, huiusmodi est: Corruptibilis creatura facta est: hoc enim est, uanitati subiecta est. Corruptibilis autem facta est, deo sic iubente. Iussit autem sic deus propter genus nostrum: quoniam enim hominem nutrire debebat corruptibilem, & ipsa talis esse debebat: non enim corruptibilia corpora decebat incorruptibili uesci creatura. Sed, inquit, non tamen talis remanet, sed & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis: deinde demonstrans quando hoc erit, & per quos, intulit: In libertatem gloriæ filiorum dei. Cum enim resurrexerimus, inquit, & incorrupta sumpserimus corpora, tunc & cœli corpus & terræ, & mundi totius incorruptum erit, & immarcescibile. Cum igitur solem uideris exorientem, creatorem admirare: quando ipsum se celantem & euanescentem uideris, naturæ imbecillitatem disce, nec ipsum ut deum adores. Non enim ex hoc solo elementorū naturæ imbecillitatis demonstrationem deus inseruit, sed & hominibus seruis suis, ut eis imperarent, mandauit: ut si nec ex aspectu ipsorum seruitutem cognoscas, ab imperantibus discas, quòd omnia conserua tua sunt. Ideo Iosue dicit: Stet sol contra Gabaon, & luna contra uallem Elam. Et iterum Propheta Esaias ipsum in contrarium retrogredi fecit sub Ezechia Rege. Et Moses quoque aeri, & mari, & terræ, & petris imperauit: Helisæus aquarum naturam mutauit: tres pueri ignē uicerunt. Vides quomodo utrinque nobis deus prouidit, per elementorum quidem pulchritudinem nos in diuinitatis suæ cognitionem inducēs, per infirmitatem uero non permittens in illorum cadere adorationem? Super his ergo omnibus ipsum nostri gubernatorem glorificemus, nec per uerba tantum, sed etiam per opera, & conuersationem optimam exhibeamus, & circa alia, & circa iuramenta, continentiam dico. Non enim omne peccatum eandem exigit pœnam, sed corrigi facilia maiorem afferunt: quod scilicet & Salomon innuens dicebat: Non mirum, si quis deprehensus fuerit furans: furatur enim, ut animam suam impleat esurientem: adulter uero propter inopiam mentis, perditionem animæ suæ acquirit. Quod autem dicit, tale est: Grauis quidem res etiam fur, sed non tam grauis, quàm adulter. Ille enim etsi frigidam causam habet, tamen ex pauperie necessitatem prætendere potest: hic uero nulla ipsum cogente necessitate præ dementia sola in peccati uoraginem corruit. Hoc & de iurantibus dicere licet: nec enim isti ullum habent quem præmittāt prætextum, sed contemptum solum. Et noui quidem, quòd grauis esse uideor iam & onerosus, admonitionis iugitate perturbans: ueruntamen non desino, ut uel meam reueriti impudentiam improba iuramentorum cōsuetudine absistatis. Si enim iudex ille immitis & sæuus, uiduæ uexationē ueritus, mores mutauit: multò magis hoc uos facietis, & maximè cum supplicans uobis non pro me ipso, sed pro salute uestra hoc faciam: imò uero & pro meipso non hoc facere negauerim: uestra ēm bona puto mea esse merita. Vellem autem sicut ego nunc laboro & fatigor pro salute uestra, sic & uos animæ uestræ curam gerere, certè donec adimpleta sit hæc correctio. Et quid opus est multa dicere? Si enim nec gehenna esset, nec pœna contumacibus, neq; merces obedientibus, ego autem hoc aduertēs, in gratiæ parte petijssem, nónne annuere debuissetis? nónne petitionem concedere, tam leuem petēti gratiam? Cum uero deus ipsam petens, propter nos dantes, non propter seipsum percipientem hoc faciat: quis tam ingratus? quis tam miser, & erumnosus, ut gratiam petenti deo non impendat, & maxime cum ipse impendens gratiam recipere debeat? Hæc igitur cogitantes, & ad uos hinc recedentes, omnia repetite dicta, & uos ipsos obseruantes omnibus modis corrigite, ut propriorum & alienorum retributionem meritorū recipiamus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria simul & sancto uiuificoq; spiritui nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Esaiæ 38.d
4.Reg.4.b
Dan.3
Prou.6.a
Luc.18.a

EIVSDEM DIVI IOANNIS CHRYSOstomi Archiepiscopi Constantinopolitani, gratiarum actio ad deum, de absolutione malorū ex seditione expectatorum: & eorum quæ tunc acciderunt commemoratio. Insuper uero & contra eos qui corpus nostrum accusant: & de hominis creatione, & de uitando iuramento. Homilia XI.

C VM præteritam tempestatem, & præsentem cogito tranquillitatem, nō desino dicere: Benedictus deus qui facit omnia, & ipsa transmutat: qui fecit lucem de tenebris, qui deducit ad portas inferi & reducit, qui castigat & non mortificat. Et hoc uos continue dicere uolo, nec desistere. Si enim ipse uobis operibus bene fecit, qua nos uenia digni esse possemus, ne uerbis quidem ipsum remunerantes? Propterea exhortor uos nunquam cessare ipsi gratias agere. Si enim pro primis grati fuerimus, certum quòd & alijs maioribus potiemur. Dicamus igitur continuè: Benedictus deus, qui & nobis dedit solitam cum fiducia nobis mensam apponere, & uobis præbuit secure nostros audire sermones: Benedictus deus, quoniam nō amplius exteriora fugientes pericula, sed audire optātes huc concurrimus: non amplius cum anxietate & tremore & solicitudinibus inter nos conuenimus: sed cum fiducia omnem excutientes timorē, quo per superiores dies fluctuātibus in medio mari, & naufragium per singulas horas expectantibus, nihilo melius nos habebamus, infinitis tota die rumoribus pulsati, perturbati, & undiq; circūacti, & singulis satagentes diebus, & curiose scisciantes: quis uenit è castris? quid uero ueniens nuntiauit? nunquid uerum an falsum quod dicitur? & noctes sine somno transigentes, et ciuitatem respicientes cum lachrymis tanq; mox perituram. Propterea & nos superiores hos dies tacuimus, quia

omniq;

omnis ciuitas noſtra erat exhauſta, & oñes in ſolitudines tranſmigrauerant, & reſidui triſtitiæ nube caligauerũt. Anima enim ſemel triſtitia repleta, nihil audire eſt idonea. Propterea & amici Iob
Iob 2.d profecti, & domus illius depopulationẽ cernentes, & iuſtum in ſtercore ſedentẽ, & ulceribus plenum, ueſtimẽta ſua diſciderunt, ingemueruntq́, et ſilentio ſe tradiderunt, ſignificantes quòd nihil à principio tam dolẽtibus opportunum, q̃ requies & ſilentium: erat enim conſolatione maior triExod. 5.d ſtitia. Propterea & Iudæi luto & operi laterítio alligati, Moſen ad ſe ueniſſe cernentes, his quæ dicebantur attendere nõ poterant præ puſillanimitate & tribulatione, quã patiebant. Et quid mirũ, ſi homines quidã puſillanimes hoc paſſi ſunt, cũ & Chriſti diſcipulos in hũc morbum cecidiſſe inueniamus? Poſt illam nãq; myſticã cœnam, quan
Ioan. 13.d do ipſos aſſumptos Chriſtus ſeorſum alloquebatur, ab initio quidem ipſum interrogabãt diſcipuli, quo uadis? ut uero dixit illis mala ipſos paulò poſt exceptura, bella, pſecutiones, inimicitias ab omnibus, flagella, carceres, iudicia, abductiones, uelut onere põderoſiſſimo, dictorum formidine, & futurorum triſtitia, preſſum tunc ipſorum cor, poſtea ſtupidum remanſit: ideo confuſos cernẽs ipſos Chriſtus, hoc ipſum exprobrãs dicebat: Vado ad patrem meum, & nemo è uobis me interrogat, quò uadis? Sed quoniã hæc locutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum. Propterea nos quoq́ tacuimus præterito tẽpore, præſentem opportunitatẽ expectãtes. Si em̃ aliquẽ rogaturus, etſi rationabilia proponere debet, tẽporis tamen occaſionẽ expectat ut ſedatũ et bene affectũ eum inueniat, qui petitionẽ daturus eſt, ut tẽporis auxilium nactus gratiã acquirat: multò magis dicẽtem tẽpus quærere cõmodũ oportet, ut apud bene affectũ auditorem, & omni cura liberatũ & triſtitia, uerba faciat: quod profecto & nos nũc fecimus, & poſtq́ triſtitiã excuſſiſtis, prius dictorum memoriã renouare uolumus, ut ſermo uobis fiat manifeſtior. Quod em̃ & in mundi creatione diximus, q̃ non pulchrũ tantum & mirabilẽ & magnũ deus fecit ipſum, ſed etiã infirmũ & corruptibilẽ, & horũ rurſus multas inſeruit demonſtrationes, utraq́ ad utilitatẽ noſtrã diſpẽſans: & per pulchritudinẽ quidem in cõditoris miraculũ nos inducẽs, per infirmitatem uero à colenda nos abduD cens creatura: hoc & in corpore noſtro uidere datur eueniſſe: etem̃ de hoc quoq́ quærũt & ueritatis inimicorũ multi, & nobiſcum poſitorũ, qua de cauſa hoc corruptibile & mortale factũ ſit. Gentilium uero & hæreticorũ multi, ne factũ quidem à deo dicũt: indignũ enim dei creatione eſſe putãt, ſordes & ſudores & lachrymas & labores & erumnas, & alia corporis omnia percurrẽtes. Ego autem, poſtq́ de his cœptus eſt ſermo, primũ quidẽ illud dicere poſſem: Ne mihi proponas hominẽ hunc preuaricatũ, honore priuatũ, damnatũ. Sed ſi uis diſcere, quale nobis ab initio Deus finxerit corpus, in paradiſum eamus, & ab initio factum hominẽ uideamus. Nõ enim ſic erat corpus illud A corruptibile & mortale, ſed tanq́ aurea ſtatua de fornace progreſſa recenter, & ſplendide fulgens: ſic omni tali corruptione illud corpus abſolutum erat: et neq́ labor uexabat, neque ſudor nocebat, nec curæ inſidiabantur, non obſidebant triſtitiæ, neq́ aliud quicq́ quod læderet, patiebat. Poſtq́ uero nõ moderatè felicitatẽ tulit, ſed benefactorem homo cõtumelia affecit, & fallacem putauit dæmonẽ eſſe gubernatorẽ, deoq́ qui ſe in honore conſtituerat, fide digniorem, & deus fieri ſperauit, & maiorẽ propria dignitate concepit opinionẽ: tũc profecto tũc & per ipſa deus opera ipſum erudiens, corruptibilem & mortalem reddidit, & his multis obuinxit neceſſitatibus, non peroſus, neq́ auerſatus, ſed conſulẽs, & improbã peſtilenB temq́ illam ab initio naſcẽtem ſuperbiam prohibens, nec ulterius procedere permittens, ſed per ipſam rerum experientiã monẽs eum, quod mortalis & corruptibilis eſſet, & ita perſuadens, ut nũquam talia cogitaret, aut ſomniaret. Etenim diabolus dixerat, Eritis uelut dij. Hanc igitur uolens ſentẽtiam radicitus euellere, morboſum ipſius & erumnoſum corpus effecit, per ipſam docens naturam, ne unq́ talem cõciperet cogitationem. Et quòd hoc ſit uerum, maximè quidem & ex geſtis circa ipſum eſt manifeſtum: poſt illam enim expeC ctationem huic damnatus eſt pœnæ. Et conſidera mihi dei prudentiã: non ipſum mori primũ permiſit, ſed hoc eius filium pati, ut ante oculos tabeſcens corpus intuitus & marceſcens, magnam ex hoc aſpectu philoſophiæ diſciplinam caperet. Et diſce quid actum eſt, & ita bene correctus hinc diſcede. Maxime igit̃, quod dixi, & ex iam geſtis hoc manifeſtũ eſt. Nec minus uero et ex alijs poſt hæc dicendis apertũ erit. Si enim tali corporis neceſſitate nos uinciente, et omnibus morientibus, corruptionẽq́ patientibus, & marceſcentibus ante omnium oculos, & putreſcentibus in puluerẽ, & philoſophis unam eandemq́ hominũ generis completiuã definitionem faciẽtibus: interrogati namq́ quid tandem ſit homo: Animal rationale, mortale, dicunt. Si igitur omnibus hæc confitentibus, auſi ſunt quidã ſe immortales facere apud multorũ opiniones, & oculis mortem teſtificantibus, ut dij prædicari contenderunt, & ut dij culti ſunt: niſi prodijſſet mors naturæ mortalitatẽ omD nes docens et corruptibilitatẽ, ad quid impietatis nõ prorupiſſent hominũ plurimi? Audi itaq́ qd dicat propheta de quodam Barbaro rege tali furore capto: Super aſtra dei exaltabo ſolium meũ, Eſaiæ 14.d & ero ſimilis altiſſimo. Ipſum uero deridẽs, & demonſtrans finẽ, inquit: Subter te ſternetur tinea, & operimentũ tuum erunt uermes. Quod autem dicit, tale eſt: Homo talem expectans finem talia cogitare auſus es? Et de alio iterum, Regem dico Tyriorum talia parantem, & deum ſe haberi uolentem: Tu uero, inquit, non es deus, ſed homo, Ezech. 28.b & te pungentes hoc dicent. Itaq́ à primordijs ſuperbiæ & idololatriæ materiam auferens, deũs tale nobis corpus parauit. Et quid miraris, ſi in corpore hoc factum eſt, cum & in anima uidere

liceat tale quid gestũ? Mortalem nempe deus nõ fecit, sed immortalem esse permisit: obliuioni autem & ignorantiæ & tristitiæ, & curis obnoxiam ipsam reddidit: & hoc fecit, ne ad propriam genero sitatem respiciens, maiorem propria dignitate opinionem concipiat. Si enim cum hæc ita sint, quidam dicere sunt ausi, quòd substantiæ dei est, si ab his esset absoluta passionibus, ad quid furoris isti nõ processissent? Veruntamẽ quod in creatione mundi dicebam, hoc & in corpore dico, q̃ similiter propter hæc utraque deum admiror, & quòd corruptibile ipsum fecit, & quòd in corruptione propriam uirtutem & sapientiam demonstrauit. Quòd enim melioris ipsum materiæ facere poterat, ostendit ex cœlesti corpore, & solari. Qui enim illa fecit talia, & hoc tale facere, si uoluisset, potuisset. Sed infirmitatis causa est prædicta occasio. Non tamen hoc mirabilem uim creatoris deterit, sed etiam amplius intendit: materiæ enim uilitas magis demonstrat artis copiam & facultatem: quoniam in luto & fauilla tãtam posuit harmoniã, & tales sensus tam uarios & omnimodos, & tantũ philosophari ualentes. Itaq̃ quanto magis substantiæ tenuitatem accusas, tãto magis dei artis magnitudinem admirare. Quoniã & statuarium admiror, non tam ex auro pulchram facientem statuam, q̃ ex luto dilabente mirabilem & inexcogitabilem figmenti pulchritudinem artis facultate exhibere ualentem. Illic enim fingenti materia quoq̃ cõfert: hic uero nuda est artis ostentatio. Tu uero si discere uis, quãta sit eius qui nos creauit sapientia, cogita q̃d ex luto fiat. Quid autem aliud quàm lateres & tegulæ? Veruntamẽ optimus artifex deus ex materia unde fit tegula, lateritium opus duntaxat, oculũ tam pulchrum efficere potuit, ut omnes cernentes consternent, & tantam huic uim inserere, ut aeris tantam altitudinem spectet, & exiguę pupillæ adiutorio tot corpora cõprehendat, & montes, & saltus, & colles, & maria, & cœlum. Ne mihi dicas igitur lachrymas & lippitudines: hoc eñ propter peccatum tuum factum est: sed cogita ipsius pulchritudinem & uidendi uirtutem, & quomodo tantam aeris longitudinem percurrens, nõ laborat, neq̃ fatigatur. Sed pedes quidem paululum progressi fatiscunt & lassantur: oculus uero tantam altitudinem permeans, tantamq̃ latitudinem, nullam sentit imbecillitatem: quoniam enim omniũ mẽbrorum hoc est maxime necessarium, ipsum labore premi non permisit, ita ut expeditum ipsius ministerium, & liberum nobis esset. Quis uero omnem mẽbri huius uirtutẽ sermone disserere posset? Et quid de pupilla, uidendiq̃ facultate dico? Si enim, quod omnium uilissimũ esse uidetur mẽbrorum, oculi palpebras exquisieris tantummodo, & in his multam dei creatoris sapientiam uidebis. Sicut enim in spicis aristæ tanquam quędã prætenta spicula aues repellunt, non sinentes fructui insidere, & stipulam infirmiorem diffringere: sic profecto & in oculis, uelut quædam aristæ & spicula prætentæ sunt palpebrarum setæ, pulA uerem & festucam & omnia uexãtia extrinsecus repellẽtes ab oculis, nec palpebras infestari sinẽtes. Videas autẽ & alteram sapientiam in palpebris hac non inferiorẽ. Quis enim ipsum situ non obstupescat, quoniã neq̃ ultra mensurã promissæ sunt, ita ut oculos obtenebrent, neq̃ quàm opus est interius residẽt: sed uelut domus tectum, sic superne eminent, sudorem capite defluentem suscipientes, nec oculos lædere permittẽtes. Propterea quidem & setæ ipsis innatæ sunt, densitate defluentia coercentes, & multa lucem diligentia protegentes, & afferentes multam oculis pulchritudinem. Nec hoc tantum quis admirari posset, sed & aliud non minus q̃ hoc. Qua enim de causa, dic mihi capitis quidem capilli crescunt & detondẽtur, ciliorum uero minimè? Neq̃ enim hoc nobis temerè, & casu factum est, sed ne se demittentes oculos obtenebrarent: quod ad profundũ deducti senium patiuntur. Quis autem posset sapientiam omnem per cerebrum demonstratam cõmemorare? Primo quidem ipsum molle fecit, quoniam sensibus fontes omnibus ministrat: posteà ne propter propriam lædatur naturã, ipsum ossibus undiq̃ muniuit: rursum ne ossium asperitate attritum uexetur, membranam mediam obtendit, nec unam solam, sed & alteram, unam quidem caluariæ inferius subextendens, alteram uero superne cerebri carni circumuoluens, & est illa hac durior. Hoc autem fecit tum propter commemoratam causam, tum ut illatas capiti plagas non primum excipiat cerebrum, sed præoccurrẽtes huiusmodi membranæ ictibus nocumentum oñe dissoluãt, & illæsum ipsum conseruẽt. Quin & quod non continueẽ & unũ sit os ipsum obtegens, sed multas ex multis partibus habeat suturas, multę rursum securitatis ipsi fit materia. Et uaporũ enim ipsum continentiũ facilis per suturas illas exterius fieri potest respiratio, ita ut non suffoceẽ, & ex plaga quæ alicunde inferaẽ, nõ ubiq̃ fit nocumentũ. Si enim solũ & cõtinuum os esset, in unam partem delata plaga totum lęsisset: nũc autem cum in multa diuisum sit, hoc fieri nõ posset. Etsi enim unã partem uulnerari accidit, os secus illam partẽ situm lædit solum, reliqua uero cũcta remanent illęsa, plagę iugitate ex ossium diuisione sublata, nec in proximam extendi ualente. Propterea ex multis ipsius tegumẽ ossibus deus composuit: & sicut domum aliquis ædificans, tectum & tegulas superimponit: sic supra caput dei ossa locauit, & capillos fecit germinare, ut proquibusdam galeris capiti essent. Hoc ipsum profecto & in corde fecit. Quoniã eñ cor mẽbrorũ nostrorũ principalissimũ est, & totius uitę nostrę firmitas est ipsi tradita, & ipso quomodocũq̃ percusso nascit mors, solidis & duris ossibus hoc undiq̃ circũmuniuit, & pectoris prominẽtijs & tergi ipsum posterius muniens: & quod in cerebri mẽbranis fecit, & in hoc idem factum est. Adhoc eñ ne continue saliens, & in ira huiusmodiq̃ motibus palpitans, ossium asperitati circunstantium infligens conteratur & doleat, multas mẽbranas subex-

subextendit,& pulmonem suppositum,uelut mole quoddam stratum ipsius saltibus apponens,ut impune erumpẽs ex hoc nihil noxium patiatur. Et quid dico de cerebro & corde, cũ utiq; si quis uel de ipsis unguibus inuestiget,multam & in his dei sapientiam inuenire ualeat apparentem, tum ex ipsorum forma,tum ex substantia & situ? Licebat dicere, quare & magnitudine impares nobis digiti sint,& multa alia his plura: sed sufficienter ex dictis attendere uolentibus creatoris nostri sapientia dei refulget.Propterea partem hanc laboriosis relinquens exquirendam cum diligentia, ad aliam conuertar oppositionẽ. Multi nanque præter dicta,& illud contradicunt: Quid tãdem, si brutorum rex est homo, & robore & agilitate & celeritate multa ipsum superant animalia? Etenim homine uelocior equus, & tolerantior bos, & leuior aquila,& fortior leo.Quid igitur ad hęc dicere possumus? quòd & hinc maxime dei sapientiam cognoscimus,& honorem,quo nos decorauit.Velocior quippe equus est homine, sed ad peregrinationis uelocitatem equo cõmodior homo.Equus nempe,quanuis omniũ uelocissimus & fortissimus sit,uix ducenta stadia currit:homo autem multos ex successione equos cõscendens & duo stadiorum milia expedire poterit.Itaq; qđ illi uelocitas,huic ratio & ars cũ maiori tribuit superabundantia:& uelociores quidem pedes homo non habet q̃ ille,habet uero pedes illius non minus quàm suos sibi ministrantes. Brutorum enim nullum animal aliud ad usum suum subiugare poterit:homo aũt omnia aggredit̃,& per uariam artem à deo sibi traditam, ad usum sibi maxime conuenientem animalium quodq; subigit.Si uero tam fortes hominum pedes q̃ equorum fuissent,ad alia fuissent inutiles, ad locorũ difficultates,& montiũ uertices, & arborũ ascensiones. Vngula em̃ ad talia gressus impedire solet. Itaq; etsi molliores ipsorũ pedes,tamẽ pluribus opportuni sunt utilitatibus,& nihil ex infirmitate lędũtur,equi uirtute sibi seruiẽte, & per gressus uarietatẽ prędellũt. Rursũ est aquilæ leuior ala, sed est mihi ratio & ars,per quã possum oẽia uolãtia detrahere animalia,& capere.Si uero uis & alã meam uidere,habeo q̃ illa multo leuiorẽ,non usque ad stadia decẽ,uel uiginti, nec usq; ad cœlũ: sed super ipsum cœlũ euolantẽ & super cœlũ cœli superiorẽ,ubi est Christus in dextera dei sedens. Bruta rursum corpora gerũt arma: puta bos cornua, dentes aper,ungues leo. Mihi uero nõ in corporis natura deus arma reposuit, sed extra corpus, demonstrãs q̃ animal mite sit homo,& q̃ non mihi semper horũ tẽpus armorũ:etenim frequenter quidẽ ipsa depono,nõnunq̃ aũt manibus sumo: ut igit̃ liber, & absolutus sim, ne semper gestare cogar arma,naturæ separata meæ fecit ipsa deus. Non em̃ tantũ,quia naturã habemus rationalem bruta superamus,sed & corpore ipsis prẹstamus, & hoc enim animæ generositati cõueniens deus præparauit, & mandatis idoneũ: etenim corpus tale non simpliciter fecit,sed quale decet esse rationali naturæ ministrans.Quod nisi tale esset, uehementer impeditæ fuissent animæ operationes. Et hoc ex ægritudinib.manifestũ. Si enim modicum quid à propria cõstitutione auertat̃ ipse carnis status,multæ ex animæ operationib. impediuntur, puta si calidius uel frigidius cerebrum fiat. Itaq; & ex corpore multã dei ,puidentiã cernere licet, non tantũ,quoniã ab initio ipsum melius q̃ nunc est,deus fecit, sed quoniã & ad gloriã multo maiorem rursum resuscitabit. Si uero & aliunde discere uis,quantã deus sapientiã circa corpus demõstrauerit,dicam hoc, quod omnium maxime Paulus admirari cõtinue uidet̃. Quid autem hoc est? Membra alterum alteri præstare fecit,nõ in ijsdẽ,sed hæc quidẽ in pulchritudine,hæc uero fortitudine prævalere statuit: puta, pulcher oculus,sed fortiores pedes:pretiosũ caput, sed dicere nõ potest pedibus,uobis opus nõ habeo: hoc & in brutis cernere licet: hoc & in tota uita uidere dat̃.Rex igitur subditis opus habet, subditi rege, sicut caput pedibus.Et rursũ in brutis, hæc quidẽ sunt fortiora,hæc aũt spetiosiora: hæc quidẽ nos delectant,hæc uero nutriunt,hæc autẽ amiciunt: puta delectat quidem pauo, nutriunt aũt aues & sues:oues aũt uestiunt & capræ, collaborãt uero bos & asinus.Sunt aũt & alia, quæ horũ quidem nihil præbent,exercent aũt uirtutẽ nostrã,ut feræ uenatorum augẽt fortitudinem,& timore genus nostrum erudiunt,& cautius reddunt,nec modicum ad medicinam tributum nobis de propriis conferunt membris.Itaque cum tibi quis dixerit, quomodo sit brutorum dominus, qui timet leonem? Respondẽ,quòd ab initio non ita se res habebant,quoniã apud deum probabiles erant homines,quando in paradiso morabantur: sed post quàm dominum offenderunt, seruus factus sum obnoxius,non tamen omnino, sed habeo aliquã artem,per quam feras supero. Sic & in domibus magnis usu uenit,ut filij,quãuis generosi sint,tantisper dum sunt parum absoluti, seruorũ multos formident:cum autem & peccauerint, multo magis anxietas intendat̃. Hæc & de serpentibus & scorpijs, & uiperis licet dicere, q̃ propter peccatum nobis sunt terribiles.Nec uero tãtum in corpore nostro, membrisq̃ differentibus, & in brutis: uerũ & in arboribus uarietatẽ hanc spectare licet,& omnium utilissimã sæpe uideas maiorem superare,nec omnia in singulis esse, ut omnia nobis sint necessaria, & uariam domini nouerimus sapientiam. Noli igitur deum propter corporis corruptionem accusare, sed propter hoc magis ipsum adora,& sapientiam & prouidentiã ipsius admirare. Sapientiam quidem, quoniam in tam corruptibili corpore tantam scit harmoniam exhibere:Prouidentiam uero,quoniam ipsum corruptibile ad animæ fecit utilitatem, ut ipsius tumorem cõprimat, & superbiam castiget. Quare igitur non ab initio ipsum tale fecit deus, inquit aliquis? Excusans se tibi per ipsa opera, & tantum non dicens per euentum:Ego quidem te ad maiorem uocabam honorem: tu uero teipsum

1.Cor.12.d

munere indignum reddidisti, paradiso excidens: ueruntamen neq; sic te despiciam, sed tuum peccatum corrigens in cœlum reducam. Etenim propterea te tabescere & corrumpi tantum temporis dimisi, ut in temporis prolixitate stabilis tibi fiat humilitatis disciplina, & nũq; priorẽ resumas mẽtem. Pro his omnibus igitur gratias agamus beni gno deo, & pro tali dilectione gratissimus, gratitudine nos uicissim iuuante: & mandati, de quo uobis sæpius disserui, studium habeamus intentum. Neq; enim desistã, donec emẽdemini. Quoniam hoc non quæritur nobis, paucisne an multis utar admonitionibus, sed ut eò usq; moneam, donec uobis persuasero. Iudæis quidem deus per Prophetã dicebat: Si ad iudicia & contentiones
Esa. 58.a ieiunatis, ut quid ieiunatis? per nos uero uobis dicit: Si ad iuramenta & periuria ieiunatis, ut quid mihi ieiunatis? Quõ emẽ sacrũ uidebimus Pascha? Quõ sanctum suscipiemus sacrificiũ? Quõ mirabilib. cõmunicabimus mysteriis lingua illa, qua dei legẽ cõculcauerimus? lingua illa, qua animã cõtaminauerimus? Si nemo nanq; purpuram regalem manibus accipere inquinatis auderet, quõ dominicum corpus lingua polluta suscipiemus?
1. Cor. 6.c Iuramentum enim maligni, sacrificium uero domini. Quæ igitur cõmunicatio luci ad tenebras, uel quæ cõueniẽtia Christo ad Belial? Quòd igit hac liberari impietate studuistis, manifeste scio: sed quoniam se quisque per seipsum non facile emendare potest, faciamus sodalitia & collatiões: & quod in conuiuijs pauperes faciunt, quoniam nõ potest quisq; solus conuiuiũ exhibere perfectum, cõueniẽtes omnes ex symbolo cõuiuium cõferunt: hoc & nos faciamus, postq; per nosipsos torpidi sumus, collationes faciẽtes, inter nos consilium spondeamus cõferre, & monitionẽ, & exhortationẽ, & increpationem, & minas, ut ex singulorũ studio omnes recte agamus. Quoniã enim proximorũ res acutius uidemus q; nostras, nos alios custodiamus, & nostri illis custodiã mãdemus, & hoc pulchrũ faciamus certamen, ut ita turpem hanc consuetudinẽ superantes, cum fiducia ad sanctam ueniamus solennitatem, & sancti participes simus sacrificij cum beata spe, & conscientia bona, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria unà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

AD DEVM GRATIARVM ACTIO PRO accepta uenia commissorum contra Regem: naturalis de mundo sermocinatio: & quòd hominem creans deus, legem ipsi naturalem indidit: & de iuramento omni diligentia uitando. Homilia XII.

THeri dixi Benedictus deus, & hodie hoc ipsum rursus dicam. Etsi enim gra
E uia præterierũt, tamen grauiũ memoria ne prætereat, non ut doleamus, sed ut gratias agamus. Si enim malorum memoria manserit, malorum experientia nunq; urgebit. Quid enim experiẽtia opus est, cum memoria nos corrigat? Sicut igit submergi nos de-

A us non permisit præsentib. procellis, sic neq; nosipsos illis sublatis resolui sinamus. Consolatus est nos tunc mœrentes, gratias ipsi nunc lætantes agamus: consolatus est suspirantes neq; deseruit, igit neq; nosipsos, pspere agẽtes, pdamus in torporẽ declinãtes: nam scriptum est: Recordare tẽ- Eccl. 23.c
pus famis in die satietatis. Recordemur itaq; temporum tẽtationis & nos in die remissionis, quin & in peccatis hoc ipsum faciamus. Et si peccaueris, & tibi peccata deus remiserit, ueniam quidem suscipe, & gratias age: peccati uero ne obliuiscere, non ut teipsum cogitatione cõsumas, sed ut animam doceas nõ lasciuire, neq; rursum in eadẽ relabi. Sic & Paulus fecit. Cũ enim dixisset: fidelem
B me existimauit, ponens in ministerio, intulit: qui 1. Tim. 1.c
prius blaphemus fui & persecutor, & cõtumelio sus. Traducatur, inquit, uita serui, ut appareat humanitas domini. Etsi enim peccatorũ ueniam accepi, non tamen eijcio peccatorũ memoriã. Nec hoc solum domini benignitatem demonstrabat, sed & illum clariorẽ faciebat: Cum em̃ didiceris, quis prius fuerit, tunc ipsum magis admiraberis: & cum uideris, ex quo quis factus fuerit, tunc ipsum magis acceptabis: et si multum peccaueris, mutatus inde bonorũ spem habebis: nã præter dicta, & in desperatione positos exemplũ nos allicit, & exurgere facit. Quod quidem & in ciuitate nostra erit. Omnia enim quæ cõtigerunt, & uirtutem uestram demonstrãt, qui per pœnitentiã tantum iræ depellere potueritis, & dei clemẽtiã prædicant, qui ob modicam cõuersionẽ tantam nubem imminentẽ abstulit: in desperatione quoq; positos oẽs excitant, discentes ex rebus nostris,
C ad sublimia & ad dei auxiliũ respicientẽ, quãuis infiniti undiq; fluctus obstrepant, submergi non posse. Quis enim uidit, quis audiuit unquam nostris casibus similia? Quotidie ciuitatem nostram cum suis habitatoribus funditus tollendam esse suspicabamur: sed cum diabolus nauigium submergere sperabat, tunc puram reddidit deus tranquillitatem. Ne igitur obliuiscamur magnitudinis malorum, ut beneficiorum à deo collatorum magnitudinem recordemur. (etenim morborum naturam nescies, medici artem nũquam sciet.) & pueris nostris hæc dicamus, & in mille mitta-
D mus generationes, ut omnes discant, quomodo diabolus & ciuitatis solũ delere studuerit, & quomodo ipsam deus lapsam & iacẽtem rursus erigere, néue ullum fieret nocumentum, prohibere potuerit, ad hoc & timorem sustulerit, & repulerit cum multa celeritate periculum. Etenim hebdomada præterita substãtias diripi omnes expectabamus, & milites nobis immitti, & infinita alia mala suspicabamur: sed ecce illa omnia præterierunt, tanquam nubes, & uelut umbra præteriens, & sola calamitatum expectatione puniti sumus: imò uero nec puniti sumus, sed correcti & meliores facti: quia deus Imperatoris cor emolliuit. Dicamus igit semper & quotidie: Benedictus deus: & cũ maiori studio synaxi uacemus, & curramus ad ecclesiam, unde utilitatem tantam accepimus.

Scitis

Scitis enim ab initio quò confugistis, quò cõcurristis, unde facta nobis est salus. Teneamus igitur sacram anchoram, & sicut in tẽpore periculorũ nos non prodidit, sic neq; nos ipsam in tempore remissionis relinquamus: sed cum cura maneamus, & quotidie faciamus cõuentus precesq;, & diuina audiamus eloquia: & quod impendebamus otium satagentes & curiose scisciantes, circuncurrentes è castris profectos, pro instantibus malis curam gerentes, hoc omnes diuinas leges audiendo impendamus: non autem in importunas & inutiles exercitatiões, ne rursus in illius negotij necessitatem nosipsos redigamus. Tribus igitur præteritis diebus unum diuinæ cognitionis modum quærebamus, ipsumq; in finem deduximus, interpretantes, quomodo cœli enarrant gloriã dei: & quale tandẽ sit Pauli dictum q̃ inuisibilia ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Et demonstrauimus, quomodo à creatura mundi, & quomodo per cœlum & terrã & mare creator glorificatur. Hodie uero paulisper in hãc rursum philosophati materiam, ad alium transibimus sermonem: nõ enim tantum fecit mundum, sed etiam ut factus operaretur, effecit: neq; totum immobilem dimittens, neq; totũ iubens moueri. Sed cœlum quidẽ immotum permansit, sicut Propheta inquit: Qui statuit cœlum tanquam testudinem, & extendit ipsum tanquam tentorium super terram. Sol uero cum reliquis syderibus quotidie circunuoluit. Et rursum terra fixa est, aquæ uero semper mouẽtur: nec aquæ tantum, sed & nubes, & imbres cõtinui & successiui tẽpore proprio reddit. Et una quidem imbriũ natura, diuersa uero quæ ex ipsis fiunt. Etenim in uite uinum fit pluuia, oleum in olea, & alijs plantis in illarum humores mutat. Et unus quidem terræ uenter, sed differentes profert fructus: & unus quidem solaris splendoris calor, sed differẽter omnia maturat: hæc quidem tardius, hæc uero citius ad cõsummationẽ deducẽs. Quis hæc non obstupescat & admiretur? imò uero non hoc solum est admirabile, quòd uarium ipsum & differentem fabricauit, sed etiam quòd ipsum omnibus communem proposuit, & diuitibus & pauperib. & peccatoribus, & iustis. Quod utiq; & Christus dicebat, quòd solem suum oriri facit super bonos & super malos, & pluit super iustos & iniustos: & infinitis ipsum animalibus implens, & naturales brutis inserens mores, hos quidẽ imitari, hos uero fugere nos iussit. Verbi gratia: Industria est formica, laboriosam facit operationem. Si igitur attendas, maximam ab animali capies admonitionem, ut non emolliaris, néue fugias labores & sudores: propterea & scriptura torpentem ad illam mittit dicens: Vade ad formicam ô piger, & considera uias eius, & disce sapientiam. Non uis, inquit, ex scripturis discere, q̃ bonum est operari, & quòd non operans neque manducare debet? Non uis à doctoribus hoc audire? disce hoc à brutis. Sic & in domibus sæpe facimus. Maiores, & qui uidentur esse præstãtio-

Eccl. 28.c

1. Tim. 1.c

Psal. 18.a
Rom. 1.c

Psal. 103.a

Matt. 5.g

A res, cum peccauerint, puerulis solertibus attendere exhortamur, dicentes: Respice minorem te, & est industrius & solers. Et tu igitur ab hoc animali maximam cape sedulitatis exhortationẽ, & dominum tuum admirare, nõ quòd solem fecit tantum & cœlum, sed quoniã utiq; formicam fecit. Etsi enim breue animal, habet tamen sapientiæ dei magnitudinis multã demonstrationem. Considera igitur q̃ sit prudens, & admirare, quomodo potuit deus in tam breui corpore tãtum iugis inserere operationis cupiditatẽ. Ab hac quidem laboriositatem, ab ape uero munditiã, & solertiã disce & charitatem. Etenim illa nõ magis sibijpsi q̃ nobis laborat, & quotidie fatigatur: quod maxime Christiano proprium est, non sua quærere, B sed quæ sunt aliorum. Sicut igitur illa circunuolat omnia prata ut promptã alteri præparet mensam: sic & tu fac homo, siue pecunias congreges, in alios expende: siue doctrinæ uerba habeas, ne defodias, sed apponas indigẽtibus in mediũ: siue aliud peculiare habeas, indigentibus laborũ tuorum utilis fias. Non cernis, q̃ propterea animaliũ gloriossima est apis, non quia laborat, sed quoniã alijs laborat? Quoniã & aranea laborat, & fatigatur, & tenues per parietes extendit texturas, omnẽ mulieris sapientiã excedentes, sed est ignobile animal, quoniã opus eius nobis nullatenus est utile. Tales sunt sibi laborantes, & se defatigãtes. Imitare columbæ simplicitatem, sectare asini & bouis in dominũ dilectionem, imitare auiũ securitatem: multum enim lucrari licet à brutis admorum correctionẽ. Ex his Christus quoq; nos animalibus instruit: nã ait: Estote prudentes sicut serpẽtes: & simplices sicut columbæ. Et rursum: Respicite uolatilia cœli, quæ non serunt neq; metunt, & pater uester cœlestis pascit ea. Et prophe ta uero pudefaciens ingratos ludæos, sic quodãmodo inquit: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel aũt me nõ agnouit. Et rursum: Turtur & hirũdo agri auiculæ cognouerunt tempora ingressus sui: populus uero meus non cognouit iudicia domini dei sui. Ab illis, & ab his animalibus disce uirtutẽ exercere: à contrarijs uero uitium fugere disce. Sicut eñ laborioſa res apis, sic pernicioſa aſpis: malitiã igit eius auerseris, ne audias: Venenũ aspidum sub labijs eorũ. Impudẽs rursum canis, odio quoq; habeas hãc improbitatẽ. Dolosa & fraudulẽta uulpes, ne uitiũ imiteris. Sed sicut apis pratis superuolãs, nõ omnia legit, sed utilib. sumptis reliqua omittit: ita tu quoq; facias, brutorũ genus percurrẽs si qd ineſt utile, ab illis sume, & quos habẽt à natura excessus, hos tu p liberũ corrige arbitriũ: & per hoc enim à deo honoratus es, q̃ naturales brutorũ neqtias per liberũ arbitriũ tibi emẽdare concessit, ut præmia cõsequaris. Illis eñ nõ ex electione & ratione bona opera, sed à sola natura. Verbi gratia: Apis mellificat, non ratione ad hoc faciendum inducta, sed à natura instituta: quoniam si esset opus nõ naturale, neq; toti generi attributum, oportebat omnino ex ipsis aliquas artis

Matt. 10.b

Esa. 1.a

Hier. 8.b

Psal. 13.b

inex-

inexpertas esse: nunc uero ex quo factus est mun A dus, usq; in presentem diem nemo uidit apes cessantes & non mellificantes. Talia enim naturalia totius generis communia sunt: quæ uero ex libero arbitrio, non sunt communia: labore enim indigent ut bene succedant. Omnia igitur optima capiēs circumamiciaris: (etenim es irrationaliū rex: reges autem, si quid est in subditis optimum siue aurum, siue argentum, siue lapides pretiosi, siue sumptuosa uestimenta, hæc cum superabundantia ipsi possidēt:) & ex creatura dominum tuum admirare. Si quid uero te excedit uisibilium, & rationem inuenire non potes, propterea creatorem glorifica, quoniam mentem tuam ipsius sapientia factorum excedit. Ne dicas, quare hoc? B ad quid hoc? unumquodq; enim utile est, etsi nos rationem ignoramus. Sicut quippe si in medici officinam ingrediaris, & multa proposita uideas instrumenta, uarietatem instrumentorum admiraris, licet ipsorum nescias usus: sic & in creatura facias, etsi uideris multa animaliū & herbarum, & aliarum rerum quarum utilitates nescias, admirare ipsarum uarietatē, & obstupesce etiam propter hoc ipsarum creatorem, optimumq; opificē deum: quoniam nec omnia tibi nota fecit, nec omnia incognita. Nō fecit quippe omnia incognita, ne dicas esse mundum sine prouidentia: non permisit uero tibi cognita esse oīa, ne cognitionis magnitudo te in superbiam extollat. Sic quippe & primum hominem improbus dæmon ille præcipitauit per maioris scientię spem, etiam quā C habebat auferens. Propterea & sapiens quidam
Eccl.7.a admonet, dicens: Fortiora te ne quæras, & profundiora te ne scruteris: quæ mandata sunt tibi, hæc cogita. Ipsius enim operum plura in secretis sunt, & rursum maiora hominum prudentia demonstrata sunt tibi. Hoc autē dixit, cōsolans mœrentem & dolentem, quoniā nō omnia norit: etenim & ea inquit, quæ nosse datū est, multa prudētiam tuam transgrediuntur: neq; enim ex te inuenisti, sed à deo doctus. Sufficiāt igit datæ diuitiæ, & ne amplius inquiras, sed pro his quæ accepisti, gratias age: noli indignari pro his quæ non accepisti, & pro his quæ nosti, glorifica: ne scandalizeris ꝓpter ea quæ nō nosti. Ambo em̄ deus utiliter fecit: & hæc qdē reuelauit, hæc uero cōclusit, tuæ D cōsulens saluti. Vnus quippe, qd' dixi, dei cognoscēdi modus per creationē, multos ualēs dies impendere. Vt em̄ solius hominis cū diligentia expressionem percurramus, cum diligētia dico nobis possibili, nō illa uera diligentia: nam etsi multas factorum rationes diximus, sunt tamen & alię plures arcanæ, quas qui fecit, nouit deus: non em̄ omnes ipsi scimus. Vt igitur omnem hominis formationem cum diligentia percurramus, & in uno quoque membro sapientiam inueniamus, & neruorum, uenarum, arteriarum distributionem, situm, aliorumq; omnium formationē considere mus, nec annus integer nobis ad hanc expositionē sufficiet. Propterea istū hic sermonem soluentes, & laboriosis studiosisq; ex dictis præbētes & alias creationis partes percurrendi modū, ad aliā sermonē materiā uertemus, ipsam quoq; dei prouidentiæ demonstratiuam. Quæ igitur est secunda materia? Ab initio deus hominem formans, legem ipsi naturalem indidit. Et quid tandē est lex naturalis? Conscientiam nobis expressit, & per se discibilem constituit bonorū & contrariorum scientiā. Non enim opus habemus discere, quòd malum est fornicatio, & bonum continentia, sed ab initio hoc scimus. Et ut discas, q̄ ab initio hoc scimus, legislator leges postea ferēs, & dicēs: Nō occides: non intulit, malum enim cædes: sed simpliciter, Nō occides, inquit: prohibuit enim peccatum duntaxat, nō docuit. Quare igit̄ qui dixit, non occides, nō addidit quòd malū cædes? quoniam præueniens conscientia nos hoc docuit, & tanquam scientibus & intelligentibus ita loquit̄. Cum igitur de alio loquitur mandato, non nobis noto per conscientiā facto, nō tantum prohibet, sed & causam apponit. De sabbato itaq; legem ferens, & dicens: Septima die non facies opus: subiunxit causam quoq; cessationis. qualem uero? q̄ in die septima requieuit deus ab omnibus operibus suis, quæ cœperat facere. Et rursum: Quoniā seruus fuisti in terra Ægypti. Quare igitur, dic mihi, in sabbato quidem causam adiecit, in cæde uero nihil tale fecit? Quoniam hoc quidem mandatum non de principalibus erat, nec per conscientiam nobis exquisitis, sed particulare quoddam, & temporaneū: propterea post hæc solutū est. Ne cessaria uero, & uitam nostrā continētia illa sunt: Non occides, non furaberis, nō mœchaberis. Et ideo nullatenus hic causam ponit, nec rationem adducit: sed sola opus esse putat, phibitione. Nec inde tantū, sed & aliunde uobis demonstrare conabor, quomodo per se docilis erat homo ad uirtutis cognitionem. Primum Adam patrauit peccatum, & post peccatū statim se occultauit. Neq; enim erant literæ, non lex, non Moses: unde igit̄ nouit peccatū, ut se absconderet? nec tantū se celat, sed & accusatus in alium conat̄ transferre causam, dicēs: Mulier quam dedisti mihi socią, dedit mihi de ligno, & comedi. Et illa rursus in aliū crimen transfert, serpentē scilicet. Cum enim Adam dixisset: Vocem tuam domine audiui in paradiso, & timui, eò quòd nudus essem, & abscōdi me: Deus nō statim factū redarguit, neq; dixit: quare enim de ligno comedisti? Sed quomodo? Quis enim indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? neque tacuit, nec aperte ipsum redarguit. Non enim tacuit, ut ipsum ad peccati confessionem euocaret: nec uero manifeste redarguit, ne totum dei esset, & ille priuatus remaneret uenia, quæ nobis ex confessione nascitur. Propterea non dixit manifestè causam, unde nuditas facta esset, sed sub interrogationis forma sermonem profert, illum permittens ad confessionem uenire. Rursum in Cain & Abel idē uidere licet. Primum quidem primitias deo ferebāt laborum suorum. Non enim à peccato tantum, sed etiam à

Exod.20.c Deut.5.b

Exod.20.b

Deut.24.b

Gen.3.b

uirtute

uirtute demonstremus, ꝙ amborũ est capax discẽ dorũ homo. Quòd igitur homo peccatũ esse malum iam sciret, demõstrauit Adam: ꝙ autẽ uirtutẽ esse bonũ etiam sciret, rursum Abel manifestauit. Non enim ab ullo discens, neꝙ legẽ de primitijs hæc differentẽ audiens, sed à conscientia doctus, sacrificium illud obtulit. Propterea nõ descendo ad posteros sermone, sed circa priores homines uersor, quãdo nondũ literę, neꝙ lex neꝙ prophetæ & iudices, sed solus Adam cum filijs erat: ut discas quòd in natura bonorum & contrariorum scientia prius erat reposita. Vnde enim didicit Abel, quòd bonum esset offerre, quòd bonum deum uenerari, & in omnibus gratias agere? Quid igitur Cain, non obtulit? Obtulit quidem & ipse, sed non similiter. Et hinc uero rursum conscientiæ cognitio apparet. quoniam enim honorato inuidens de cæde deliberabat, dolosam celabat sentẽtiam: & quid inquit? Age egrediamur foras. Alia figura: charitatis emm simulatio: sentẽtia alia, fratricidij enim deliberatio. Et nisi malum consiliũ putabat, quare ipsum obumbrabat, & post cõmissam necẽ rursum à deo interrogatus: Vbi est Abel frater tuus? inquit, nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Quare emm negat? Nõ patet quòd condemnabat seipsum uehementer? Sicut enim ipsius pater se absconderat, ita & hic negat: & post interrogationem iterum inquit: Maior est inquitas mea, quàm ut ueniam merear. Sed gentilis hęc non fert. Eia igitur, & ad illum loquamur, & quod in creatione fecimus, non scripturis tantum, sed etiam rationibus certamina contra illos mouentes, hoc & circa conscientiam nũc faciamus. Etenim & Paulus hoc mouit argumentum aduersus illos pugnans. Quid tandem est quod dicunt? Non est nobis per se aperta lex in conscientia posita, nec eam naturæ deus inseruit. Vnde igitur, unde, inquam, de nuptijs, de cædibus, de testamentis, de depositis, de proximis nõ opprimendis, de infinitis alijs leges apud eos scripserunt legislatores? hi quippe præsentes fortè à maioríb. natu didicerũt, & illi à prioribus, & rursum à superioribus isti. Qui uero ab initio & primi apud eos leges tulerunt, à quo didicerunt? nõ patet, quòd à conscientia? neꝙ enim dicere possent, quòd cum Mose fuerint, quòd ꝓphetas audierint: quomodo enim qui gentiles erãt? Sed patet, quòd à lege, quam hominẽ fingens deus, ab initio ipsi posuit: ab hac & leges posuerunt, & artes inuenerunt, & alia omnia: etenim & artes sic cõstitutæ sunt, postꝙ ad ipsas sponte deuentum est ab initio. Sic & iudicia, sic & pœnæ definitæ sunt: quod nempe & Paulus dicit. Quoniam emm & gentilium multi cõtradicturi erant, & dicturi: quõ deus homines qui fuerunt ante Mosen iudicabat, non misit legislatorẽ, non legem tulit, non prophetã parauit, nõ apostolũ, non euangelistã, quõ ab ipsis pœnas exigit? Volens Paulus demõstrare, quòd per se discí facilẽ habebant legem, & agenda manifeste sciebant, audi quid inquit: Cũ enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem nõ habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quomodo sine literis? Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum per Iesum Christum. Et iterum: Quicunque sine lege peccauerũt, sine lege peribunt: & quicunꝙ in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quid est, sine lege peribunt? non lege accusante, sed conscientia & cogitationibus. Si uero legem non habuissent conscientiæ, nec ipsos perire peccantes oportebat. Quomodo enim si sine lege peccauerunt? Sed cum sine lege dicit, non hoc dicit, quòd non habebant legem, sed quòd non habebant legem scriptam: naturæ uero legem habebant. Et rursum: Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Hæc autem dicebat, de superioribus loquens temporibus, quæ ante Christi aduentum fuerunt. Et Græcum hic uocat non idolatram, sed deum quidem solum adorantem: Iudaicarum uero obseruationũ necessitati nõ dedítum, sabbatismis dico, & circuncisioni, & uarijs purificationibus: sed sapientiam, & pietatem omnem exhibentem. Et rursum de eodem differens, inquit: Et ira, & indignatio, & tribulatio, & angustia super omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Rursum hic Græcum uocat, obseruatione Iudaica liberatum. Si itaque neque legem audiuit, neque cum Iudæis conuersatus est, quomodo erit ipsi ira, & indignatio, & tribulatio malum operanti? Quoniam intus conscientiam habebat increpantem, & docentem & erudientem in omnibus. Vnde hoc manifestum? Ex his in quibus alios castigauit peccãtes, leges tulit, iudicia cõstituit. Hoc igitur manifestans Paulus, de uiuentibus in uitio dicebat: Qui, cum iustitiam dei cognouissent (quoniam qui talia agunt, digni sunt morte) nõ solum ea faciunt, sed etiã cõsentiunt facientibus. Et unde scierunt, quòd uoluntas dei est, in improbitate uiuentes puniri? Vnde? ex his in quibus alios iudicabant peccãtes. Si enim malũ esse nõ putes cædem, cum homicidam ceperis, sententia tua non punies: nisi malũ esse putes adulterare, cum inciderit adulter, liberas ipsum à pœna. Si uero & in aliorũ peccatis leges scribis, & pœnas definis, & seuerus es iudex: quã habere possis excusationẽ, in quibus ipse peccas, dicẽs te agenda ignorare? Mœchati estis & tu & ille. Quare illum quidem punis, te uero uenia dignum censes? Si emm malũ nescias esse adulterium, neutrum puniri oportebat. Si uero alterum quidem punias, te uero pœnam effugere existimes: quomodo rationem habere posset, eorundem criminum reos non easdem pendere pœnas? Hoc igitur ipsum accusans Paulus dicebat: Existimas autẽ hoc ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? Non est ita, non est. Ex iudicio

Exod. 20.c
Deut. 5.b
Exod. 20.b
Deut. 24.b
Gen. 3.b
Rom. 2.c
Rom. 1.d

cio enim,quod in alium protulisti, ex hoc te nūc deus iudicabit.Non enim profecto tu quidem iustus,deus autem iniustus.Si enim nō despicis alium iniustum,quomodo deus despiciet? Si tu corrigis aliorum peccata,quomodo te deus non corriget? Si uero nō tibi statim pœnam infert, ne ob hoc confidas,sed time magis. Sic & Paulus iussit dicens:An diuitias bonitatis eius, & patiētiæ,& longanimitatis contemnis,ignorans,quoniā benignitas dei ad pœnitētiā te adducit? Propterea enim tolerat,nō ut peior fias,sed ut pœnitentiam agas: si uero nō uis, maioris materia ultionis tibi fit dei longanimitas sine pœnitentia permanēti. Et hoc quippe manifestans, dicebat: Secundum autē duritiā tuam, & impœnitēs cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei qui reddit unicuiq; secundum opera eius. Quoniam igitur cuiq; secundum opera reddit, & legem propterea nobis naturalem indidit, & scriptam postmodum propterea dedit,ut pœnas exigat peccatorum,& recte agētes coronet. Multo itaq; studio,tanq; ad tremendū conuenturi iudicium, actiones nostras dispensemus, scientes q; nullam assequemur ueniā,si post naturalē & scriptam legem,& doctrinā tantam,& admonitionē continuam,salutē nostrā negligamus. Volo itaq; rursum de iuramentis uobis loqui, erubesco aūt. Mihi quidem graue non est die noctuq; eadem uobis dicere:timeo autem, ne postquam uos his multis diebus admonuero, multum torporē uestrum damnabilem ostēdam, qui in negotio tam facili continua egeatis admonitione. Nec tātum erubesco,sed & timeo uobis.Continua nanq; doctrina aduertentibus salutaris quidē & utilis, torpētibus uero damnosa & periculosa. Etem̄ quanto quis sæpius audierit, tanto maiorem ultionem attrahet, non faciens quæ dicunt̄. Hoc igitur & Hier.7.c ludæis improperans,dicebat deus:Misi prophetas meos exurgens diluculo,& emittens, & neq; sic exaudistis. Nos nempe ex multa solicitudine hoc facimus, sed timeo ne die illa tremēda obsit uobis omnibus hæc admonitio & consiliū.Cū enim & correctio sit facilis, & cōtinue cōmonefaciens haud cesset,quid poterimus in excusationē dicere? uel quæ nos ratio ab ultione eripiet? Dic nempe mihi,si argentū abs te mutuū dari contingat,nō continue debitori occurrēs ipsum mutui cōmonefacis? Hoc & nunc fac, & quisq; putet argentum sibi proximū debere,huius scilicet māda ti expletionē,& occurrens solutionis ipsum commoneat,sciens quòd non paruum nobis repositū est periculum,fratrum curam nō agentibus. Propterea & ego eadem dicens non desisto. Timeo Matt.18.c enim,ne illa audiam die:Improbe serue &nequā, oportebat te erogare argentum meum numulariis.Ecce enim erogaui,non semel neq; bis,sed sæpius:uestrum uero reliquum est fœnus reddere. Vsura uero est,audituę monitionis per opera exhibitio:etenim dominica sunt, quæ erogantur. Ne igitur negligēter susci piamus,sed cum diligentia depositū contineamus,ut cum multa operatione ipsum illo die reddamus.Nisi em̄ & alios in idem meritum induxeris,audies uocē illam, quam audiuit qui talentum defodit. Sed uobis ne eueniat hanc audire,sed aliam uocem,quam operāti reddidit Christus,dicens:Euge serue bone & fidelis, quoniam super pauca fuisti fidelis,supra multa te constituam.Hanc autem audiemus uocem, si idē cum illo studium exhibuerimus: idem uero studium præstabimus,si hoc quod dico,fecerimus.Cū adhuc feruens est auditus in uobis, egressi exhortamini inter uos: & sicut disiūgimini quisq; cum salutatione,sic cum admonitione quisq; domum recedat,& dicat proximo:Considera & recordare,quomodo mandatū custodias, & omnino uincemus.Cum enim & amici te dimiserint cum tali consilio,& domum profectum rursum eadem uxor admoneat,& solos perseuerantes oratio nostra contineat,celeriter hanc cōsuetudinē improbam expellemus. Noui quidem quòd admirami ni quare tantum de hoc mandato studium faciā: uerum adimplete mandatum, & tunc dicam. Interim quippe illud dico, q; lex quidem diuina est hoc mandatum, & ipsum transgredi non est tutum.Si aūt enauatū uidero, & aliā uobis causam cōmemorabo hac non minorē,ut discatis, quòd iuste tātum pro hac lege studium exhibui. Hora uero iam per supplicationē sermonē absoluere. Cōmuniter igitur omnes dicamus: Deus nolens tam mortem peccatoris, q; ut conuertatur & uiuat:& hanc & alias leges oīes nos expedientes, dignare sic assistere tribunali Christi tui,ut fiduciam multā assecuti,in regnū perueniamus ad gloriā tuā:quoniā te decet gloria,honor & potestas, unà cū unigenito filio tuo,& sancto spiritu,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

GRATIARVM ACTIO AD DEVM, DE Mutatione tristium,& commemoratio ad ultionem protractorum propter seditionem, & punitorum.Similiter uero rursus expositio de hominis creatione:& quòd legem accepit naturalem: & de explenda iurandi continentia. Homilia XIII.

B eodem principio, & ijsdem proœmijs, quibus heri & nudiustertius cœ
A pi,& hodie incipiam.Dicam &nunc: Benedictus deus, quale præteritum uidimus quatriduum, & quale nunc uidemus præsens: quanta in illo obscuritas tunc erat? quanta nunc in præsenti tranquillitas? Tremendum in ciuitate tribunal illud, & omnium corda conquassauit, & nocte fecit diem nihilo essemeliorē,non radijs obtenebratis,sed tristitia & timore oculos offuscantibus uestros. Vt igitur & nos maiorem capiamus uoluptatē, pauca eorum quæ tunc acciderunt, cōmemorare uolo. Et uobis em̄,& posteris omnib.utilem horū esse uideo narrationē:quoniam & de naufragio saluatis iucūdum est fluctuū meminisse,& tēpestatis,& uētorum,postq; in portū nauigauerint:& ualetudine detentis,desiderabile post ægritudinē,febres, per quas paulominus ad mortem uenerunt, alijs narrare

narrare. Cum enim grauia præterierint, uoluptatem habet eorũ cõmemoratio, anima non amplius formidante, sed maiorẽ capiẽte delectationẽ. Continua enim præteritorũ memoria malorum præsentem tranquillitatẽ diligentius cognosci facit. Postq; enim ciuitatis maior pars præ timore & cõminatione illa ad deserta & fauces mõtium & occulta locorum transmigrauit, metu ipsos undiq; cogẽte: inanes quidem mulieribus erant domus, uacuum uero uiris forum. Vix autẽ duo uel tres euntes in medio sese uidebant, & ipsi tanquã animati mortui circumeũtes. Abibamus in forũ iudiciale, gestorum finem uisuri: & collectas ciuitatis reliquias uidentes, illud omniũ maxime admirati fuimus, quòd multitudine circa fores morante, tanquam præsente nemine, silentium erat profundissimũ, omnibus inter sese respiciẽtibus & nemine assistẽtẽ interrogare aut quicq; audire ab illo audente: Proximũ enim quenq; suspectũ habebat: quoniã multi iam præter omnem spẽ ex medio rapti foro intus coercebanť. Et omnes cõmuniter in cœlum aspiciebamus, & manus extendebamus cum silentio superne subsidium expectantes, & deo supplicantes, ut iudicandis adesset, & iudicantium corda mulceret, & mitem faceret sentẽtiam. Et sicut qui naufragantes à terra uident, accedere quidem, & manum porrigere, & erumnam releuare non possunt, cum undis arceantur: extrinsecus autem ab ipsis littoribus manus extendentes & lachrymantes, deum orant ut assistat fluctuantibus: Ita & hic tacite omnes mente deum inuocabant, petentes, ut ad tribunal uelut in fluctus adductis manum porrigeret, nec sineret nauigium submergi, nec in extremum naufragium, iudicantium solueret iudiciũ. Et hæc quidem erant pro foribus. Postquam uero interiorem aulam introiuimus, rursus alia his terribiliora uidimus, milites armatos ensibus & clauis, & multam interius iudicantibus quietem præstantes. Quoniam enim necessarij illorum omnes, & uxores, & matres, & filiæ ante fori ianuam cõstiterãt, ut si eueniret quempiã ad mortem duci, nemo erumnæ spectaculo accẽsus, tumultũ & turbationẽ ullam faceret, oẽs procul arcebant milites, ipsorũ mentem pauore præoccupantes. Quod aũt omniũ maxime miserabile, mater & soror cuiusdam, qui intus iudicabatur, ad ipsa iudicantium uestibula iacebant, se humi sternẽtes, & cõmune omnibus factæ circunstantibus spectaculum, oculos uelatæ, & tantum duntaxat erubescentes, quantũ calamitatis necessitas permittebat: neque aderat ipsis ancillula, non uicina, non amica, non ulla necessariarũ alia, sed solæ cũ uestibus abiectis in medio tot militũ assumptæ, per humum se trahentes circa ipsas fores, interius sedentibus grauiora patiebanť, carnificum uocem audientes, uerberũ sonitũ, cæsorũ luctũ, tremendas iudicantiũ minas, & per flagellatorũ singultũ grauioribus q̃ illi doloribus hæ conficiebantur. Quoniã eẽ in illorũ testimoniis criminũ proditio periclitabaťsicubi quempiã flagellari, ut reos dicerent, sentiebant, & ululare: in cœlum respicientes deum orabant, ut illi fortitudinẽ & tolerantiam daret, ne necessariorũ suorũ salus proderetť aliorũ infirmitatibus acrem uerberũ dolorẽ ferre non ualentiũ: & tale quid rursum, quale fluctuantibus solet, accidebat. Sicut enim illi, si quando undæ impetum uideant eminus insurgentem, & paulatim crescentẽ, & nauẽ submergere minantem, etiam priusquam ipsi propior fiat, præ timore mortui sunt: Sic & illæ si quando uoces & ululatus audiebant emitti, ueritæ ne tormenta fugientes, qui testimonium dicere cogebantur, contra necessariorũ aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes uidebant. Et erat cernere intus tormenta, extra tormenta: illos nempè carnifices, has uero naturæ torquebat imperiũ, & uiscerum compassio, & intus luctus, & extra luctus: intus eorum, extra necessariorũ. Imò uero non ipsi tantum, sed & ipsi iudicantes corde lugebãt, & omnibus grauiora patiebanť, tam acerbæ calamitati ministrare coacti. Ego aũt assidẽs & hæc cernẽs, quòd mulieres & uirgines thalamis assuetæ, nũc cõmune cunctis spectaculũ factæ sunt, & molli assuetæ strato, terrã pro strato nũc habent, & tantum nactę obsequiũ ancillularũ, eunuchorũ & reliquæ totius uanitatis, nũc omnibus illis priuatæ ad omnium pedes prosternunť, singulos orantes aliquid iudicandis in auxiliũ conferre, & cõmunem aliquem misericordię quęstũ omnibus fieri, illud dixi Solomonis: Vanitas uanitatũ & omnia uanitas. Videbã enim & hoc ipsum, & aliud uerbum ad ipsa perueniens opera, quod dicit quòd omnis gloria hominis, tanquam flos fœni: siccatum est fœnum, & cecidit flos. Etenim diuitię tũc & generositas, & claritas, & amicorum præsentia, & omnia uitæ adiumenta redarguebantur, peccato & iniquitate commissa omnem hanc opem subuertente: & sicut auicularum mater pullis sublatis ueniens, & nidum inanem cõperiens, suos quidem pullos captos eripere nõ potest, uenatoris autem manus circumuolans, per hoc ipsi dolorem suũ demonstrat: sic & illę mulieres tunc faciebant, raptis sibi domo filijs, & interius tanq; in rete quoddam uel laqueum arreptis, accedere quidem, & eripere captos non poterant: sed circa fores ipsas se uolutãdo, & lugendo, & gemendo & spiculatoribus propinquare tentãdo dolorem demonstrabant. Hæc equidem tunc aspiciens, in illius tremendi iudicij cogitationẽ ueni, & intra me dicebam: Si ab hominibus iudicantibus non mater, non soror, non pater, non alius quispiam, licet à perpetratis immunis, iudicatos eripere potest, quis in tremẽdo Christi iudicio nobis adstabit iudicandis? quis in uocem erũpere aũdebit? quis abductos ad intolerabiles pœnas eripere ualebit? Atqui ciuitatis primarij, qui tunc iudicabanť, erant: & ipsum nobilitatis caput. Attamen læti fuissent, si quis eis dedisset, ut amittentes omnia, & si oporteret, ipsam libertatẽ, præsenti uita potirenť. Die uero iam exacto profundissimo q̃ facto uespere, cũ iudicij finis expectareť, in maiorierant

Eccl. 1. a

Esa. 40. b

ri erant omnes anxietate, & à deo petebant dila-
tionem aliquã & prorogationẽ fieri, & iudican-
tium animo immittere, ut ad Imperatoris senten
tiam referrent exquisitorũ cognitionẽ, fore enim
fortassis aliquod bonũ ex hac dilatione. Et cõmu
nes à populo supplicationes ad benignas dei au-
res emittebant, ut saluaret rẽliquias ciuitatis, nec
ipsam à fundamẽtis penitus euersam negligeret.
Nec uidere licebat quenquã non hæc cum lacry-
mis clamantem. Veruntamen nihil propterea iu
dices interius causas audiẽtes tũc inflexit: sed u-
num solum respiciebant, ut diligens cõmissorum
quæstio fieret: & postremo catenis ipsos iniectis
in carcerẽ p mediũ forũ agebãt, homines equos
domi alentes, brauia proponere solitos, aliaq; in-
numera ualentes clariora numerare officia: &
substantias populabantur, & in omnium foribus
proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horum
uxores paterna domo eiectę, singulę illud uxoris
Iob per opera implebãt: domum enim ex domo
& locum ex loco circumibant, diuersorij indigẽ-
tes: nec enim hoc ipsum erat ipsis facile reperire,
unoquoq; timente, & tremescente quẽpiam reo-
rum necessariũ suscipere, & curæ habere. Verun-
tamen tot illata passi, omnibus his cõtenti erant,
quoniam uita non exciderant præsenti. Et neque
pecuniarũ mulcta, neq; ignominia, neq; tanta tra
ductio, neque quodcunq; aliud huiusmodi ipsos
mordebat. Calamitatis enim magnitudo, & ma-
iora his patiendi expectatio, eorũ animos philo-
sophari tantũ effecit. Et tunc discebant, q̃ facilis
sit nobis uirtus habilis & expedibilis, & q̃ per no
strum duntaxat neglectum laboriosa res esse ui-
detur. Hi eñ qui paulo ante modicarũ mulctam
pecuniarũ non æque tulerunt, mox maiore pres-
si formidine, cum omnia sua amisissent, ac si the-
saurum inuenissent, sic se habebant, quoniam ani
mam non perdiderant. Itaq; si futuræ sensus ge-
hennæ nos teneret, & intollerabiles illas cogita-
remus pœnas, etiam si rem, & animam, & corpus
dei legibus tradidissemus, non doleremus, scien-
tes quòd maiora lucrabimur, futurorum malorũ
absolutionem. Forte cor uestrum non parum di-
ctorum deploratio molliuit: sed ne feratis ægre:
etenim quoniam subtiliores sum aggressurus sen
tentias, & mollioris indigeo mentis, hoc feci de
industria, ut narrationis timore mens uestra om-
ni torpore excusso, ab omnibus exurgens uitæ
curis, multa cum facilitate in animæ profundum
dicendorum uirtutem demittat: satis quippe &
prius uobis sermo demonstrauit, quòd naturalis
nobis est insita lex bonorum & cõtrariorum. Vt
autem manifestior nobis fiat demonstratio, in ea
dem & hodie sermonum materia iterum desuda
bimus. Quòd ab initio deus hominem fingens,
utraq; dignoscentem fecit ipsum, demõstrant o-
mnes homines: subiectos quippe nobis ueremur
peccantes omnes. Et sæpe dominus ad meritoriã
uadẽs mulierem, postea seruorũ quempiam dile-
ctorum intuitus erubuit, & ab hac improba uia
recessit. Rursum ab alijs taxari nequitiæ nomini-
bus, contumeliam id esse dicimus: & si ægre fera-
mus, in iudicium eos qui id fecerũt, trahimus. Ita
scimus, quid nempe uitiũ, quid uero uirtus. Hoc
quippe ipsum & Christus declarans, & demon-
strans quòd nihil nouum, aut nostram transcen-
dens naturam sancit: sed quod olim præueniens
cõscientię indiderat nostræ, post multas illas bea
titudines ita dicebat: Quæ uultis ut faciant uobis
homines, hæc & uos facite ipsis. Non opus est
multis sermonibus, inqt, neq; plixis legibus, nec
uaria doctrina, uoluntas tua sit lex. Vis beneficia
capere? confer beneficium alteri. Vis misericor-
diam consequi? miserere proximi. Vis laudari?
lauda alium. Vis amari? ama. Vis partibus primis
potiri? cede illis prius alteri. Tu sis iudex, tu sis ui-
tæ tuæ legislator. Et rursum qđ odisti, alij ne faci-
as. Per hoc quidẽ à malo fugam inducit, per illud
aũt uirtutis operationẽ. Odisti contumeliã pati?
ne alium afficias contumelia. Odisti inuidiam pa
ti? neq; tu alteri inuideas. Odio habes falli? neque
tu fallas alium. Et in omnibus uero generaliter si
hæc duo uerba retineamus, alterius disciplinę nõ
indigebimus. Virtutis enim cognitionẽ indidit a
nimæ nostræ, actionem uero & bonam operatio
nem uoluntati nostræ concessit. Fortassis obscu-
rum est quod dicitur: igitur idipsum manifestius
reddere conabor. Vt sciamus, quòd bonum est
modestia, non opus habemus uerbis, neq; doctri
na: nam in natura cognitionem hanc habemus,
nec opus est cum laboribus aut fatigationib. cir-
cumire & quærere, si bonum est modestia & uti-
le: sed communi sententia omnes hoc confiten-
tur, & nemo dubitat de uirtute. Sic & adulterium
malum esse putamus, & neq; hic laboribus & di-
sciplina nobis est opus, ut peccati huius malitia
noscatur, sed omnes in huiusmodi sententijs su-
mus per nosipsos docti. Et uirtutem licet ipsam
non obeamus, cõmendamus: sicut uicissim uiti-
um, licet operemur, odimus. Et hoc fuit maximũ
dei beneficium, ut cõscientiam quidem nostram
& uoluntatem, interim & ante actionem, uirtuti
applicaret, impugnari autem sineret improbita-
te. Sicut igitur dixi, horum quidem amborũ co-
gnitio omnium hominum conscientię insita est,
nec ullius indigemus præceptoris ad hæc discen-
da. Recta uero operatio iam laboribus, uolũtati,
& studio data est. Quare uero tandẽ? Quoniã si
totũ naturæ tribuissel, sine coronis & prẽmijs fu-
issemus. Et sicut bruta uirtutũ quas habent, mer-
cedẽ aut laudẽ capere nõ debent, sic & nos, si ho-
rum aliquid à natura habuissemus. Naturæ enim
munera, nõ habentiũ, sed datoris sunt laus & cõ-
mendatio. Igitur non totũ naturæ permisit: pro-
pterea rursum uoluntatẽ totum pondus suscipe-
re non concessit & cognitionis, & emẽdationis,
ne à uirtutis laboribus abhorreret: sed dictat qui-
dem ipsi conscientia quæ sunt agenda, ad operati-
onẽ uero ipsa de suo labore affert. Et q̃ bonum
quidẽ est, moderate uiuere, sine labore nouimus:
naturalis enim est cognitio. Modestiam uero nõ
possumus exercere, nisi laborantes & cupiditatẽ
refre-

Matt. 7. b

Tobiæ 4. c

refrenantes, & multum ſubeuntes laborem. Nō enim hoc quoq; nobis adeſt à natura, ſicut cognitio, ſed opus habet ſedulitate, & ſtudio. Nec ſolū ita nobis pondus releuauit, ſed & alio modo rurſum & ipſorum meritorū quædam naturalia nobis ineſſe ſinens: etenim unà cū his, qui cōtumeliam patiunt, indignari, naturale oēs habemus: (ſtatim quippe infeſtantibus efficimur inimici, licet ipſi nihil ſimus paſſi:) & gratulari defeſiōe & auxilio potientibus, & in alienis calamitatib. afflīgi, & charitate multa delectari. Etſi enim rerū circunſtantiæ puſillanimitatem quandam inducere uidentur, habemus tamē communem inter nos amorem. Et hoc quidā ſapiens innuens dicebat: Omne animal amat ſuū ſimile, & homo proximum ſuum. Multos autem & alios præter conſcientiam præceptores nobis deus præpoſuit: etenim patres filijs, & dominos ſeruis, & uiros uxoribus, & doctores diſcipulis, & legislatores & iudices ſubditis, & amicos amicis. Sæpe uero & ab inimicis non minus lucramur, q̄ ab amicis: cum enim nobis peccata exprobrauerint, etiā inuitos in ipſorum correctionem excitant. Tot autē doctores nobis propoſuit, ut facilis nobis utilitatis inuentio & reparatio fieret, multitudine ad id cō pellentium non permittente nos à cōferentibus nobis excidere. Etenim ſi parētes cōtemnamus, magiſtratus timentes, erimus omnino mitiores. Et ſi illos in peccatis deſpiciamus, nunc̄q; conſcientiæ increpationē effugere poſſumus. Et ſi hanc aſpernemur & repellamus, multorū ſuſpicionem timentes, meliores erimus: ſi ad hanc non erubeſcimus, inſitus legum timor uel inuitos nos caſtigat: & eos qui quidem iuuenes ſunt, magiſtri & patres, adultos uero legislatores & principes in curam ſuā ſumentes cōponunt: Seruiq̄ ſegnius ſe habentes præter dicta, & à dominis neceſſitatem modeſtiæ ſeruandæ habent, & mulieres à uiris, & multi undiq̄ generi noſtro muri ſunt, ne facile in uitium dilabamur, & cadamus. Ad hæc autem omnia & ægritudines, & negotiorū preſſuræ nos docent: etenim & paupertas cohibet, & mulcta caſtigat, & periculum corripit & multa alia huiuſmodi. Nō terret te magiſter? non pater? non princeps? nō legislator? nō iudex? nō te confundit amicus? non te mordet inimicus? nō caſtigat dñs? nō docet maritus? nō corrigit cōſciētia? ſed ægritudo ſępe ſuperueniēs corporalis omnia correxit, & mulcta audacē fecit hūaniorē: & qd profecto maius eſt, nō tantū nobis, ſed & alijs accidentia mala magnopere nos adiuuare cōſueuerūt: & quidā, ipſi quidē graue nil paſſi, alios uero puniri cōſpicati, nō minus illis caſtigati ſūt. Hoc & in benefactis quis uideat euenire. Sicut enim dum puniunt̄ mali, alij meliores efficiunt̄: ſic bonis bene ſe gerentib. multi ad ſimilē zelum inducuntur. Quod & in iuramentorū fuga contigit: multi enim alios intuiti malam depoſuiſſe iurandi conſuetudinem, ſtudiū imitati ſunt, peccatūq̄ uicerunt: propterea & nos promptius eandē tangimus admonitionē. Nemo em̄ mihi dicat, quòd multi correcti ſunt: hoc non eſt quod quæritur, ſed ut omnes. Quouſq̄ hoc non uidero, reſpirare non poſſum. Paſtor ille centum oues habebat, & una amiſſa, non ſenſit de nonagintanouem ſalute delectationem, donec perditam inuenit, & gregi reſtituit. Nam cernis & in corpore hoc fieri: ſi enim uel unguem ſolum offendentes ſubuertimus, totum corpus membro condolet. Ne hoc igitur dicas, quòd pauci quidam relicti ſunt, qui non ſunt correcti: ſed illud conſidera, quòd iſti pauci non correcti multos corrumpunt alios. Etenim & apud Corinthios unus erat fornicatus, & tamen tantum gemebat Paulus, tanquam tota perdita ciuitate: & meritò. ſciebat enim quòd illo non correcto, uitium ſerpens & alios omnes inuaderet. Vidi nuper in iudicio uinctos, & per medium forum abductos illos illuſtres uiros: & quibuſdam contumelię exceſſum admirantibus, Nihil admirari oportet, alij dicebāt. Vbi enim capitis deuotio, dignitas nihil prodeſt. Nónne igitur multo magis, ubi ſit impietas, nihil dignitas adiuuat? Hæc igitur cogitantes, noſipſos excitemus: niſi enim ſtudium adhibueritis uos, à nobis omnia aguntur ſuperflua. Quid ita tandem? quoniam non ſicut reliquæ artes, ita eſt docendi uis. Argentarius enim qualecunq; uas excuderit & repoſuerit, tale poſtridie reuerſus iterum inueniet: & ærarius & marmorarius, & artificum quiſq; quale proprium opus dimiſerit, tale rurſum recipiet. Circa uos uero non ita, ſed contrarium omnino: non enim inanimata uaſa, ſed animas cudimus rationales. Propterea non tales uos inuenimus, quales relinquimus, ſed poſtquam ſuſceptos labore multo reformauerimus & correxerimus, & effecerimus feruentiores, egreſſos negotiorum circunſtantia uos undique circuncurrens rurſum peruertit, & maiorem nobis præbet difficultatem. Idcirco ſupplico & oro, manum porrigatis, & quantum ego hic ad correctionem ueſtram ſtudium facio, tantum uos hinc digreſſi, circa ſalutem ueſtram curæ demonſtretis. Vtinam poſſet fieri, ut ego pro uobis bene mererer, & meritorum brauia uos caperetis, nec tantum uos uexaſſem. Sed quid facīā? Hoc impoſſibile eſt, cuique enim ſecūdum opera ſua retribuet. Sicut igitur mater filium febricitantē cernens, dolenti & ardenti aſſiſtens, lugens ægrotanti dicit filio: Vtinam filī febrem ego ſuſcipere poſſem, & in me flāmam attrahere: Sic profecto & ego dico nūc: Vtinam poſſibile eſſet me pro uobis laborantē omnibus recte agere. Sed non licet hoc, nō licet, ſed quenq; neceſſe eſt à ſe cōmiſſorū rationem reddere: neq; uidere eſt aliū pro alio puniri. Propterea doleo & lugeo, q̄ uobis die illo accuſatis aſſiſtere non potero, maxime cum neq; mihi fiducia apud deum ſit tanta: ſi uero & fiduciam haberem, non ſum Moſe ſanctior, neq; Samuele iuſtior, quos ad uirtutis tantū peruenientes, non permiſit poſſe quid ludæos adiuuare, quòd nimio torpori ſeipſos illi dediſſent. Quoniam igitur ex proprijs operibus punimur & ſaluamur: ſtudeamus, quæſo, cum

Matt.7.b

Tobiæ 4.c

Eccl.13.4

Matt.18.b

1.Cor.5.4

Eccl.29.c

Hier.15.4

so,cum alijs omnibus & hoc explere mandatum, ut cum bona spe hinc abeuntes promissa bona assequamur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem,& cum quo patri gloria,una cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

POPVLO OMNI AB ANGVSTIA LIberato,& constituto in fiducia,quidam rursum ciuitatem rumoribus tremendis turbauerunt:& de iuramentorum abstinentia admonitio. Ideoq; & de Ionatha & Saule, & Hiepthe historia producta est:& demonstratum,quòd ex uno iuramento fiunt multa periuria. Homilia XIIII.

NON parum ciuitatem nobis heri diabolus perturbauit,sed & deus nos iterum non parum cõsolatus est, ita ut & quisq; nostrum opportune dicere possit illud propheticum: Secũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nec tantum cõsolando,sed & perturbari permittẽdo prouidẽtiam nobis suã deus exhibuit. Quod eñ nunq; dicere destiti,hoc & hodie dicã,quòd non tantũ malorũ absolutio, sed & horũ permissio fit ex dei beneuolẽtia. Cum enim nos ad torporẽ declinãtes uiderit,& ab ipsius familiaritate resilientes,& spiritualium nullam rationem faciẽtes,paulũ nos derelinquit, ut ita castigati,ad ipsum studiosius redeamus. Et quid admiraris,si circa nos torpẽtes hoc facit,quippe cum & Paulus & in se & in discipulis suis hãc tentationum causam esse dixerit? Etenim ad Corinthios secundam mittẽs epistolam,sic dicebat:Nolo uos ignorare fratres de tribulatione facta nobis in Asia, q̃ supra modum grauati sumus supra uirtutem,ita ut tæderet nos etiam uiuere, sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus. Tam magna nobis, inquit, in cubuere pericula, ut uiuere abominaremur, nec amplius speraremus ullam fore bonam mutationem,nisi mortem omnino expectare. Hoc enim illud est: Ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus: sed tamen post tantam desperationem depulit deus procellam, & nubem abegit, nosq; ex ipsis mortis faucibus eripuit. Mox demonstrans quòd cõcedere, ut in tantum incideremus periculum,multæ erat prouidentiæ opus,ex tentationibus etiam lucrum cõmemorat. Hoc autẽ erat, cõtinue ad ipsum respicere: & nil magnum sapere,& nõ extolli. Propterea cũ dixisset, q̃ ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, & causam intulit. Quæ uero hæc est causa? Vt non simus fidentes in nobis,inquit, sed in deo, qui suscitat mortuos. Dormitantes enim nos,& degrauatos expergefacere solet,& excitare,& religiosiores facere tentationum natura. Cum igitur uideris dilecte tẽtationem nũc quidem extinctam, rursum autem accensam, ne concidas, neu refugias: sed bonam spem teneamus, illud intra nos ratiocinantes, quòd non perosus, nec auersatus deus nos inimicorum manibus tradit, sed studiosiores,& sibi magis familiares facere uolens. Ne igitur retrocedamus, nec mutationẽ in melius desperemus, sed celerrimã speremus fore tranquillitatẽ,& omnium quibus agitamur tumultum finem in deum proijcientes,rursum consueta attingamus, solitamq; in medium doctrinã producamus: rursus enim uobis de eadẽ materia dicere uolo,ut de mente uestra improba iurãdi cõsuetudo radicitus euellat. Idcirco necesse rursum ad eandem confugere supplicationem. Etenim antea uos rogaui,ut Ioannis caput abscissum adhuc calido cruore destillans sumẽtes, sic domum quisq; suam redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum uocem emittentẽ & dicentẽ:Odio habe te iugulatorem meum iuramentũ. Quod increpatio non fecit,hoc fecit iuramentum:quod ira non potuit tyrannica, hoc periurij necessitas effecit. Et quando nempe omnibus publice audiẽtibus arguebatur,increpationẽ generose tulit tyrãnus: cum uero se in iuramentorum necessitatẽ adegit, tunc illud beatum caput abscidit. Hoc ipsum igitur & nunc peto,& petere non desistam, ut quocunq; abierimus, hoc gestantes caput abeamus, & omnibus clamãs ostendamus, & iuramẽta uituperans. Quanuis nanq; ualde simus ignaui & negligentes,capitis illius oculos intuiti,terribiliter nos respicientis,& minantis iurantibus,freno omni uehemẽtius per timorẽ huiusmodi repressi cohibere & auertere facile poterimus linguam à iurandi præcipitio. Nec enim hoc solũ habet malũ iuramentum,quòd & temeratum, & seruatum iuratos pœnæ facit obnoxios, quod in nullo peccatorum alio accidere quispiam uidet: sed & aliud non minus isto malum. Quod autem hoc est? quòd neque uolentibus,neq; studentibus sæpius possibile est bene iurare. Primo quippe continue iurans,& uolens & inuitus,& nesciens & sciens, & serio & ioco loquens, & ab ira sæpe elatus, & à multis alijs, omnino peierabit. Et ad hæc contradicet nemo, usq; adeo est concessum & manifestum,quòd multum iurantem & periurum esse necessariũ est. Secundo quòd etsi non raptus, aut inuitus aut ignorans hoc patiatur: ab ipsa rei natura,& uoluntarius & sciens omnino peierare cogetur. Sæpius igitur nobis prandentibus,& seruorum aliquo peccãte, se illum flagellaturam uxor iurauit,mox uir contrarium iurauit, & restitit contendens,nec permittens. Hic quicquid fecerint,necesse est omnino periuriũ constitui: nec enim uolentibus ipsis & studentibus iam est possibile custodire iuramentum. Sed quicquid fiat, ipsorum alter periurij reus fiet, uel potius ambo, hoc scilicet modo,quem dicam:hoc enim est admirabile. Iuratus flagellare seruum uel ancillulam,postea prohibitus, & ipse peierauit, quoniã non fecit quod̃ iurauit:& prohibentẽ ac iuramenti ueritatẽ impedientem periurij crimine alligauit. Non enim peierantes tantum, sed alijs quoq; necessitatem hanc afferentes, eorundem rei sunt criminum. Nec domi tantum, sed & in publico hoc quispiam fieri uideret, & in pugnis maxime, quando inter se pugnantes contraria iurant: hic quidem

z.Cor.1.b

Psal.93.d

1.Reg.1

quidem uerberare, ille uero non uerberari: hic quidem pallium auferre, ille uero non permittere: hic quidem argētum recipere, ille uero nō reddere: & multa uero alia contendentes iurant huiusmodi. Hoc uero & in officinis, & ludis quispiam euenire uidet. Sæpius quippe artifex discipulum comedere & bibere nō prius se permissurum esse iurauit, quàm totum opus iniūctum expediret. Hoc autem & pædagogus sæpe in puerum, & in ancillam domina fecit. Et necesse est superueniēte uespere, & opere nō impleto, uel fame nō expediētes absumi, uel iuratos omnino peierare. Malignus em̄ dæmō ille bonis semper nostris insidiās assistit: quia iuramētorū necessitatē audiēs, in torporem obnoxios impellit, uel aliam molitur difficultatē, ut nō impleto opere, & plagæ & cōtumeliæ, & periuria, & infinita alia mala fiāt. Sicut enim pueri funiculum lōgum & corruptum ex contrario inter se trahentes cum multo impetu supini omnes cadunt, funiculo per medium disrupto, & hi quidē capite, hi uero alia corporis parte feriunt: sic & inter se cōtraria iurātes, iuramēto pro rerum necessitate disrupto, in periurij barathrum utriq; cadūt, hi quidem peierando: hi uero periurij causam alijs præbendo. Et ut hoc non tantum ex his quę quotidie in domibus & platęis fiunt, sed etiā ex ipsis scripturis fiat manifestum, antiquam uobis quandam narrabo historiam dictis cōuenientē. Hostes aliquando Iudæorum aggresso Ionatha (hic autē erat Saulis filius) hos quidem trucidante, illos uero in fugam
1.Reg.15.b d cōuertente: uolēs Saul huius pater amplius contra reliquos exercitum excitare, & facere ne prius absisteret, quàm omnes opprimeret, contrarium quàm uoluit, fecit, iuratus neminem usq; ad uesperam panē comedere usq; ad hostium ultionem suorū. Quid nempe hac re stultius fieri posset? Fatigatos enim, & labore multo pressos milites cum refocillare debuisset, & recentiores hostibus immittere, hostib. grauius ipsos habuit, p iuramēti necessitatē fami grauissimæ ipsos tradēs: Periculosum quippe de seipso quempiam iurare, (sępius enim à rerum circunstantia cogimur:) aliorum aūt sententiam iuramentorum suorum necessitate comprehendere, multo periculosius, & maxime cum non de uno, aut duobus uel tribus, sed de multitudine quis infinita iuret: Sicut tunc Saul incōsiderate, neq;, quòd ueresimile erat, ex tanto numero unū saltem iuramentū transgredi, cogitauit, neq; quòd milites, & milites pugnātes, & multum à disciplina alieni uentrē uincere nesciunt, & maxime cū labor sit plurimus. Sed hæc omnia ille despiciens, tanquam de solo tantū seruo iurans, quem facile cohibere posset: sic de omni ratiocinatus est exercitu. Et ideo tantum diabolo aditum aperuit, ut non tantum duo, & tria, & quatuor, sed & multo plura hoc ex iuramento periuria texeret. Sicut enim cum nihil omnino iuramus, om̄es ipsi aditus obstruimus: ita si unum duntaxat iuramentum emiserimus, ipsi magnam infinita componendi periuria potestatem præ-

A bemus. Et sicut catenas complicantes, si caput qui teneat habeant, facile & diligenter totam expediunt nodorum seriem: si uero faciens hoc adsit nemo, nec exordium aggredi possunt: Eodem certe modo diabolus quoq; peccatorum nostrorum catenas nectens, nisi à lingua nostra principium caperet, nec aggredi quidem posset: si uero nos principium duntaxat fecerimus, uelut manu, lingua, iuramentum nobis retinentibus, cum multa iam licentia malignam artem suam exercet, ex uno iuramento innumera componens & texens periuria: quod profecto & nunc in Saule hic effecit. Aspice nempe qualis hoc iuramēto laqueus exoritur. Syluam præteribat exercitus fauum habentem, & fauum ante faciem populi, &
B ingressus est populus ad fauum, & transibat loquens. Vidisti quanta uorago? Mensa extemporanea, ut & accedendi facilitas, & nutrimenti suauitas, & latendi spes in iuramentorum præuaricationem ipsos alliceret. Nam fames, & labor, & tempus (omnis enim, inquit, terra prandebat) tunc ad præuaricationem impellebāt. Fauorum uero aspectus quoq; intentionem soluens, extrinsecus ipsos inuitabat. Mensæ enim tum iucunditas, tum facilis apparatus, & deprehendendi furti difficultas omnem sapientiā fallere poterant. Si nempe carnes fuissent, quas elixare uel torrere oportebat, nō tantū ipsorū animos allexissent, cū in ipsis coquendis, & ad escā pręparādis cessare, & tardare, & deprehēdi expectare oporteret: nūc uero nil erat tale, sed mel solum, ubi occupationis nullius talis opus erat. Sufficiebat autem summum digitum intingentē nutrimenti partem capere & latere. Veruntamen illi cupiditatem continuerunt, nec intra se dixerunt: Quid autem nobis curæ est? Nunquid enim quisquam nostrum hoc iurauit? ille inconsideratorū pœnas dabit iuramentorum. Quare nanq; iurabat? Sed nihil huiusmodi cogitarunt, sed cū multa transibant reuerentia: & cum tot essent ipsos allicientia, disciplinam seruabant, & trāsibat populus loquēs. Quid est, transibat loquens? dolorem uerbis consolantes inter sese loquebātur. Quid igitur, postquam omnis populus disciplinam seruauit? Num nihil amplius actum est, & seruatum iuramētum? Nec
D ita quidem seruatum est, sed temeratum. Qualiter autem, & quomodo, statim audietis: ut & omnem diaboli artem addiscatis. Ionathas enim, qui non audierat patrem suum iurantem, extendit summitatem sceptri, quod habebat in manu sua, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam in os suum, & respexerunt oculi eius. Vide quem ad periurium impulit, non unum militum, sed ipsum iurati filium: nec enim periurium patrare tantum uolebat, uerum & filij cędem componebat. Et hoc à longe moliebatur, & naturam ipsam contra seipsam diuidere festinabat: & quod olim in Hiepthe fecerat, hoc & postea facere sperabat. Etenim ille deo pollicitus se primum sibi occursurum post belli uictoriam iugulaturū, in filiæ necem cecidit. Filiolam enim pri-

mam sibi occurrentem immolauit, & deus non prohibuit. Et noui quidem, quòd infidelitū multi crudelitatem & inhumanitatem nobis improperant propter hoc sacrificium. Ego uero multæ prouidentiæ & clementiæ demonstratione permissionem in hoc sacrificio factam esse dicerē: & quòd generis nostri curam gerēs, cædem nō prohibuit. sed pòst hęc. Si enim post uotū & promissionem illam sacrificiū prohibuisset, multi etiam post Hiepthe deum sperantes suscepturum, multa uouissent huiusmodi uota, & pergentes in filiorum cædem incidissent: nunc uero illud opere permittens impleri, posteros omnes prohibuit. Et quòd hoc sit uerum, postquam Hiepthe filiola fuit iugulata, ut sempiternæ memoriæ calamitas esset, neu malum obliuioni traderetur, apud Iudæos lex est lata, ut uirgines illo tempore cōuenientes, quadraginta diebus cōmissam cædem deplorarēt, ut luctu cædis memoriam renouantes, posteros omnes prudentiores faciāt, & discant quòd de mente dei nō erat ut hoc fieret: neq; enim lugere & plorare uirgines permisisset. Et quòd non coniectura sit quod dicitur, finis demonstrauit. Post illud enim sacrificium, nemo tale deo uotum uouit, propterea hoc non prohibuit. Quod autem ipse mandauit in Isaac, uetuit: per ambo demonstrās, q̄ non gaudet huiusmodi sacrificijs. Sed malignus dæmon & nunc talem tragœdiam patrare cōtendebat, ideoq; Ionathan ad præuaricationem impulit. Si quis enim militum præuaricatus legem fuisset, nullum magnum fieri malum ipsi uidebatur: nunc aūt malis insaturatus humanis, nec unquam nostris expletus miserijs, nihil glorioſum se facere putabat, si cædē moliretur simplicem: Sed nisi filij morte regis dextrā pollueret, fecisse nihil se magnū arbitrabatur. Et quid dico filij cædem? Excogitauit enim sceleratus ille & hac rursum prophaniorē moliri cędem. Si em̄ sciēs peccasset, & iugulatus fuisset, filij cædes tantum id erat: nunc autem ex ignorātia præuaricatus (nec enim audiuit iuramēta) deinde interfectus duplicē patri dolorem effecisset: filium enim, & filium qui nihil peccauerat, immolaturus erat. Sed iam ad historiæ reliqua eundum est. Postquā enim comedit, respexerunt oculi ipsius, inquit. Multum & hinc regis accusat stultitiam, demonstrās quòd milites cunctos ferè fames obcæcauerat, & multā ipsorum oculis infuderat caliginem. Postea conspicatus quidā militum, ait: Iuratus adiurauit pater tuus populum, qui comederit panem hodie: & dissolutus est populus. Et dixit Ionathas: Dissoluit pater meus terrā. Quid est, dissoluit? perdidit, corrupit oēs. Temerato igitur iureiurando omnes tacebant, & reum nemo in medium agere audebat. Nō modicum autem & hoc aliud crimē factum est. Non enim solum peierantes, sed & conscij, & obtegentes criminibus communicant. Veruntamen reliqua uideamus. Et inquit Saul: Descendamus post alienigenas, & diripiamus eos. & dixit sacerdos: Accedamus huc ad deum. Antiquitus enim deus dux erat bellorum, & absque illius sententia nunq̄ attingere pugnā ausi fuissent, & bellum ipsis pietatis materia fiebat. Nec em̄ ex corporis infirmitate, sed à peccato uincebantur, si quando & uicti fuissent: nec potentia & fortitudine, sed superna beneuolentia uincebant, quandocunq; uincebant. Et uictoria & clades exercitatio ipsis & uirtutis instructio erat: nec ipsis tantum, sed etiā ipsos oppugnātibus. Etenim hoc ipsis manifestū erat, quòd non armorū natura, sed bellantium uita & meritis cum Iudęis bellum decernebatur. Hoc itaq; scientes Madianei, & cognoscentes q̄ gens illa inexpugnabilis est, & gladijs quidē & armis expugnari nō potest, peccato uero tātum ipsam capere facile, uirgines speciosas ornantes, & ante castra statuētes, ad lasciuiam milites prouocabāt, per fornicationē dei auxilium auferre studentes: quod quidem & euenit. Postq̄ enim in peccatū ceciderunt, omnibus facti sunt expugnabiles: & quos arma, & equi, & milites & tot machinamenta capere non potuerunt, hos peccati natura uinctos hostibus tradidit: & clypei quidem & hastę, & sagittæ omnes frustrabantur: uultus autem forma, & animi lasciuia hos expugnauit, alioqui generosos. Propterea admonet quidam dicens: Ne discas pulchritudinem alienam, & ne occurras mulieri fornicanti: mel enim distillat à labijs mulieris fornicantis, quod ad tempus impinguat guttur tuum, postmodū amarius felle ipsum inuenies, & acutū plus gladio ancipiti. Meretrix em̄ amare nescit, sed insidiatur tantum: uenenum habet ipsius osculum, & toxicū os pernicioſum. Si uero non statim apparet, propterea magis ipsam fugere oportet: quoniā obtegit perniciē, & mortē habet celatam, nec à primordijs manifestā apparere permittit. Itaq; si quis uoluptatē sectatur, & uitā lætitiæ plenam, fornicantium cōsortia mulierum fugiat: bellis enim innumeris & tumultib. amatorum animos implent, continuas ipsis pugnas contentionesq; concitantes per uerba, per opera omnia. Et sicut hostiū inimicissimi, sic profecto & hæ omnia faciunt & negotiantur, ad hoc ut sectantes & ignominiæ & paupertatis extremis malis incidant. Et quemadmodum uenatores retibus extensis, syluestria animalia immittere aggrediuntur, ut ipsa iugulent: ita & hæ postquam lasciuiæ pennas undiq; extēderint per oculos, & habitus, & uerba, postea suos inijciūt amatores & colligant, nō prius absistentes, quàm & ipsorum cruorem ebiberint, insultantes postmodum, & ipsorum stultitiam carpentes, & multum de ipsis risum fundentes: neq; enim iam misericordiam inuenire dignus est huiusmodi, sed deri deri & morderi, cum muliere, & muliere meretrice stolidior appareat. Propterea rursus nos admonet Sapiens ille cum dicit: Bibe aquas de uasis tuis, & tuorum puteorum fonte: & rursum: Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum conuersetur tecum: de uxore per nuptiarū legē cohabitante hoc dicēs. Quid derelinquis adiutricem, & ad insidiatricem curris? Quid uitæ cōmunicatricem

Gen.22.b

1.Reg.14.4

Prou.5.a

auer-

auersaris, & uitam tuam subuertentem sectaris? hæc membrũ tuum, & corpus est: illa gladius acutus. Propterea dilecti, fugite fornicationẽ & propter præsentia mala, & propter pœnam futuram. Forte materia excidisse uidemur. Sed hoc nõ est excidere. Nõ em̃ historias uobis simpliciter legere uolumus, sed nequitiarũ uos infestantiũ quãq; corrigere: propterea & continuas uobis incutimus confusiones, undique uobis sermonem construentes, postquam & uniuersas ægritudines intãto populo esse uerisimile est. Nec unum solum curare membrum nobis propositum est, sed multa & uaria: idcirco uarium etiã esse doctrinæ medicamentum oportet. Redeamus igitur unde digressi sumus, ut hęc diceremus. Et dixit sacerdos, Accedamus ad deum. Et deum Saul interrogauit: An descendã post alienigenas, & trades ipsos in manus meas? Et non respondit ei in die illa dominus. Respice benignitatem & mãsuetudinem clementissimi dei. Non enim fulmẽ immisit, neq; terram cõcussit: sed quod in amicos amici faciũt, quando contumelijs affecti fuerint, hoc & in seruum dominus fecit. Tacuit, tantum per silentium loquens, & omnem ipsi demonstrans indignationem. Cognouit hoc Saul, & dixit: Adducite omnes tribus populi, & cognoscite, & uidete in quo factum est hodie peccatum hoc, quoniã uiuit dominus, qui saluum fecit Israel, quòd si responderit contra Ionathan filium meum, morte morietur. Vidisti temeritatem? Intuitus temeratũ prius iuramentum, neq; sic castigatur, sed & secundum adijcit rursum. Et cõsidera diaboli malignitatem. Quoniam enim cognoscebat, quòd sæpius puer conspectus, & in mediũ productus, ex ipso aspectu statim patrem mitigare, & regis iram mollire poterat, secundorum rursus iuramentorũ necessitate ipsius sententiam præoccupauit, duplici quodam uinculo cohibẽs ipsum, nec permittens propriæ fieri sententiæ dominum, sed undiq; in illam eædem iniquam impellens. Et nondum comperto quis peccasset, iudicium fecit, & reum nesciẽs, lata damnauit sentẽtia. Et pater factus est filij carnifex, & ante examinationem damnationis protulit sententiã. Quid hoc irrationabilius fieri possit? Hæc igitur illo dicẽte magis timuit populus, & omnes erant in tremore & timore multo: diabolus autem lætabatur: omnes anxios constituens. Non enim erat qui responderet, inquit, ex toto populo: & dixit Saul, Vos eritis in seruiturem, & ego & filius meus Ionathas in seruitutẽ. Quod autem dicit, tale est: Nil aliud, inquit, studetis, q̃ hostibus uos tradere, & pro liberis seruos facere, deum contra uos instigantes, reum non tradendo. Respice autem & aliam ex iuramento conflatam contrarietatem. Cum enim opus esset, si autorem inuenire uolebat, nihil tale minari, nec iuramento ultionem obligare: ut audaciores facti reum promptius in medium agerent: ille rursum ex ira & furore multo, & priori stultitia contrarium quàm uult iterum facit. Quid opus est multa dicere? Sorti negocium concessit, & sorte deprehendit Saul, & Ionathas. Et dixit Saul: Iacite sortem inter me & Ionathan: & iacíunt sortem, & capitur Ionathas: & dixit Saul ad Ionathan: Annuntia mihi, quid feciſti? Et annũtiauit ipsi Ionathas, dicens: Gustans gustaui summitate sceptri quod habebam in manu mea parum mellis, & en ego morior. Quem non flexissent, quem non in misericordiam egissent hæc uerba? Considera quantum procellæ deinde Saul sustinuit, cum ipsius ui scera diuiderẽtur, & utrinq; profundissimum apparereț præcipitium: sed tamen nec ita correctus est. Sed quid ait? Hæc faciat mihi deus, & hęc adijciat, quoniã morte morieris hodie. Ecce tertiũ rursus iuramẽtum, nec simpliciter tertium, sed etiam cum multa tẽporis angustia. Non enim simpliciter dixit, quòd morieris: sed, hodie. Festinabat enim diabolus ipsum in hanc impiã agere cædem, & impellere. Propterea nec sentẽtiæ studiũ adhibere permittit, ne qua ex mora mali fiat correctio. Et dixit populus ad Saul: Hæc faciat nobis deus, & hæc adijciat, si morte morietur, qui fecit salutẽ magnã Israel: uiuit dominus, si cadet capillus de capite eius in terrã, quia misericordiam dei fecit in die hac. Ecce & populus secundũ iurauit, & regi contrariũ iurauit. Nunc mihi reminiscimini funiculum à puerulis tractũ, & disruptũ, & trahentes supinos proijcientẽ. Iurauit Saul, nõ semel, neq; bis, sed & sæpius: cõtraria iurauit populus, & iam contendebat. Necesse iam omnino iuramentum scindi: nam hos oms̃ uere iurasse est impossibile. Nec mihi rei euentũ dicas, sed cogita, quot mala nascebantur: & quomodo qualem pòst per Abessalom calamitatem & tyrannidem hinc diabolus struebat. Si enim uoluisset rex resistere, & ad iuramentũ procedere, totus restitisset populus, & tyrannis crudelissima facta fuisset: & rursum, si uoluisset filius proprię consulens saluti seipsum exercitui dedere, parricida statim extitisset. Vides & tyrannidẽ, & filij cædẽ, & bellũ ciuile, & pugnam, & iugulationes, & cruores, & infinita cadauera ex uno parata iuramento? Si nanq; bellum fieri accidisset, & Saul forsitã & Ionathas iugulatus fuisset, & multi militum fuissent trucidati: & neq; sic tamen iuramenti ueritas processisset. Itaq; ne consideres hoc, quòd non est factũ: sed illud consídera, quòd rei natura hæc fieri cogebat. Populus autem uicit. Eia igitur numeremus commissa periuria. Temeratum est primum Saulis iuramentum à filio: secundũ rursus, & tertium ipsius Saulis de filij cæde. Et uisus est populus uere iurasse. Sed si quis diligenter rem examiniet, & hi rursus omnes periurij criminibus obnoxij facti sunt. Ipsius enim Ionathæ patrem peierare coegerunt, patri filium non dedentes. Vides quot homines tum uolentes, tum inuitos, periurio obnoxios unum fecit iuramentum? quot mala molitum est, quot cędes patrauit? Equidem sermonem incipiens promisi demonstrare in cõtrarijs iurationibus omnino periurium nasci: historia uero progressa, multò plus quàm conabar demonstrauit. Non enim duo & tria, sed multo plu-

Prou. 5.a

1. Reg. 14.g

ra iuramẽta manifeſtauit temerata. Licebat & aliam narrare hiſtoriam, & ex illa demonſtrare graiorem hac & maiorem calamitatẽ unum feciſſe iuramentum. Etenim ciuitatum & mulierum, & puerulorum captiuitate, & incendio, & barbarorum inuaſione, & ſanctorum pollutione, & innumeris alijs grauioribus malis Iudæos affecit unũ omnes iuſiurandum. Sed in longum ſermonem protendi uideo, propterea hiſtoriæ huius narrationem hic ſoluens, cum Ioannis capite & Ionathæ cædem, & perniciem generalem totius populi, licet non commiſſam, de iuramentorum tamen neceſſitate prouenientem inter uos commemorare exhortor, & domi, & in foro, & apud cõiuges, & apud amicos, & apud uicinos, & apud omnes homines generaliter huius rei curã gere- B re: nec putare idoneã eſſe nobis defenſionẽ, ſi cõſuetudinẽ prætendamus. Quòd enim ſimulatio hæc ſit & prætextus, nec cõſuetudinis ſed torporis ſit culpa, ab his quæ iam euenere, uobis perſuadere conabor. Ciuitatis balnea Rex obſtruxit, & lauari iuſſit neminem, & legem tranſgredi eſt ausus nemo, aut factum incuſare, aut conſuetudinẽ prætendere: uerum & qui ſæpe ſunt in ægritudine, & uiri & mulieres, & pueri & ſenes, & multæ partus doloribus recẽter abſolutę mulieres, & omnes neceſſario tale remedium petentes uelint nolint mandatum hoc ſufferũt, & neq; morbum corporis, neq; conſuetudinis tyrannidem, neque alijs peccantibus ſe puniri, nec aliud talium quicquam prætendunt: ſed huiuſmodi grate excipiũt C ultionem, quia maiora expectabant mala, & quotidie precantur hactenus regium furorem ſiſtere. Vides, quòd ubi eſt timor, facile ſoluitur conſuetudo, etiamſi ualde diuturna ſit & neceſſaria? Atqui nõ lauari graue. Etſi enim ſæpius philoſopha mur, corporis natura arguitur, nihil ab animi philoſophia in propriam ualetudinẽ adiuuari. Non iurare uero ualde facile, & nullũ affert nocumentum, non corporibus, non animis, ſed etiam multum emolumẽti, magnam utilitatem, multã opulentiam. Quomodo igitur non abſurdum rege iubente, uel difficillima ſuſtinere: deo uero ſtatuente id quod neq; graue ſit, neq; difficile, uerum per quam facile & commodum, contemnere & deridere, & conſuetudinem prætendere? Non exhor D tor, ne in tantum ſalutem noſtram cõtemnamus, ſed timeamus deum, ſicut hominẽ timemus. Noui quòd horruiſtis talibus auditis. Sed horrore dignum eſt, ne tantum quidem deo quantum hominibus honorem attribuere: ſed Imperatoria decreta diligenter obſeruantes, diuina & de cœlis delapſa conculcare, & ſuperuacaneum eſſe putare circa hoc ſtudium. Quænam excuſatio nobis erit reliqua? quæ uero uenia, quãdo poſt tantam admonitionem in ijſdem permanemus? Etenim naſcẽte miſeria hac, quæ ciuitatem detinet, hanc incepi admonitionem. Et illa quidem iam debet finiri: nos uero, nondum unum expleuimus mandatum: quomodo igitur malorum nos detinentium petemus abſolutionem, cum nec unũ obire man- A datum potuerimus? quomodo uero bonã expectabimus mutationem? Quomodo autem orabimus? Qua lingua deum inuocabimus? Si enim legem expediuerimus, multam capiemus uoluptatẽ, rege ciuitati conciliato: ſi uero in peccato manſerimus, confuſio et opprobrium undiq; nobis erit: quoniam cum deus periculum ſoluerit, nos in eodem manſimus torpore. Vtinã mihi liceret frequenter iurantiũ animas exuere, & ipſorum oculis ſubijcere uulnera & cicatrices, quas quotidie capiunt à iuramentis. Nec admonitionis, aut conſilij indigeremus: quoniam uulnerum aſpectus, omni ſermone potentius, huic improbæ conſuetudini etiam plurimum adhærentes à malitia abducere poſſet. Veruntamẽ, quoniam ipſorum oculis animæ dedecus ſubijcere, & ipſam tabefactam & corruptam oſtendere non licet: (Sicut e- Eccl.23.b nim, inquit, ſeruus qui continue flagellatur, de cicatrice non mundabitur: ſic iurans, & deum ſemper nominans, à peccato non innocens fiet: Impoſſibile enim, impoſſibile os iurare aſſuefactũ, non continue peierare.) Propterea ſupplico omnibus, ut pernicioſam hanc & improbam conſuetudinem deponentes ex anima, aliam coronã reportetis. Et ſicut ubiq; de ciuitate noſtra cantant, quòd prima omnium in orbe terrarum Chriſtia- Act.11.d norum nomen induit: ſic facite ut omnes dicant, quòd ſola omnium in mundo Antiochia proprijs iuramenta finibus expulit. Immò uerò ſi hoc fiat, non tantum ipſa coronabitur, uerumetiam alias in eundem zelum rediget. Et ſicut Chriſtianorũ nomen, uelut ex quodam fonte hinc incipiens omnem mundum inundauit: ſic profecto & meritum hoc radicem & occaſionem hinc capiẽs, omnes terram habitantes diſcipulos ueſtros efficiet, ut duplex uobis & triplex fiat merces, & de proprijs meritis, & de aliorum diſciplina. Hoc diademate quodlibet uobis erit ſplendidius. Hoc Metropolim uobis ciuitatem faciet, non in terra tantum, uerum & in cœlis: hoc & nobis die illa aſſiſtet, & iuſtitiæ coronã nobis afferet: quam ut omnes aſſequamur, detur gratia et benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria, ſimul ſancto ſpiritui in ſecula ſeculorum, Amen.

ITIDEM IN CALAMITATEM CIVItatis Antiochiæ, & q̃ utilis ubiq; timor. Et quòd luctus riſu utilior. Et in illud dictum, Agnoſce q̃ in medio laqueorum pertranſis. Et quòd peius iurare quàm occidere. Homilia XV.

PORTEBAT & hodie, & ſuperiore ſabbato, de ieiunio facere ſermonem: O et intempeſtiuum eſſe dictum hoc cogitet nemo, quòd in diebus ieiunij cõfilio nihil opus ſit & admonitione, ipſa dierum præſentia etiam negligentiſſimos ad ieiunij certamen excitante: quoniam hominum multi ieiunium aggreſſuri, tanquam cuidam longæ obſeſſioni tradendus ſit uenter, crapulam & ebrietatem præuenientes reponunt: rurſumq; egreſſi, tanquam ex longa quadam ciuitate & gra-

& graui ieiunij carcere absoluti, cũ multa improbitate ad mensas currunt, studentes sibi ortam ex ieiunio utilitatem, crapulæ excessu rursum perdere. Necessarium igitur erat & tũc, & nunc de continentia mouere sermones. Veruntamen neque prius quicquam huiusmodi diximus, neq; nunc dicemus: instantis enim calamitatis timor pro omni admonitione & consilio cunctorum animas moderari sufficit. Quis enim tam miser & erũhosus, ut in tanta tempestate inebrietẽ? Quis tam insensatus, ut ciuitate sic fluctuãte, & naufragio tali imminente non sobrius sit, & uigilet, & hac anxietate diligentius, q̃ omni cõsilio & admonitione corrigatur? Non enim tantum efficere poterit sermo, quantum timor operatur. Et hoc ipsum ex his quæ nunc acciderunt, demonstrare facile est. Quot nanq; sermones impendimus, torpidorum multos admonẽtes, & consulentes, ut theatra, & illinc prouenientes lasciuias dimitterent? & non abstinebant, sed semper usq; ad hanc diem ad illicita saltantium spectacula concurrebant, & diabolicam concionem aduersus dei ecclesiæ plenitudinẽ constituebãt, & huius loci psalmodijs clamores inde cum multa delati uehementia obstrepebant. Sed ecce nunc tacentibus nobis, & nihil de hoc dicentibus, sponte orchestram obstruxerunt, & circus inaccessibilis factus est. Et antehac nostrorum multi ad illos currebant: nunc autem illinc omnes ad ecclesiam confugerunt, et nostrũ laudant deum. Vides quantũ ex timore lucri factũ est? Nisi bonus esset timor, filijs patres pædagogos non præponerent, non legislatores ciuitatibus ullos magistratus. Quid gehenna grauius? Sed huius metu nil utilius. Gehennę nanq; timor regni nobis affert coronam. Vbi timor est, liuor non est: ubi timor est, pecuniarum amor non uexat: ubi timor est, extinctus furor est, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, nõ alius quis talia mala patrantiũ apparere propius audebit: sic & metu animas nostras detinente, illiberalium nulla perturbationum facile nobis subrepit, sed omnes fugiunt, & pelluntur, timoris imperio undiq; exactæ. Nec hoc solũ est, quod ex timore lucramur, uerum & aliud hoc multo maius. Non enim improbas tantum nostras expellit passiones, sed & omnẽ cum multa facilitate uirtutem inducit. Vbi timor est, ibi & eleemosynę studium, & orationis intentio, & lachrymæ feruentes & continuæ, & gemitus multam habentes compunctionem. Nihil enim tantum peccata quidem consumit, uirtutem uero crescere facit & germinare, quantum continui timoris natura. Propterea qui non uiuit in timore, rectè illum agere non est facile: sicut uicissim cum timore uiuentem, est impossibile peccare. Ne igitur doleamus dilecti, neq; animum despõdeamus præsenti tribulatione, sed incogitabilem dei sapientiam admiremur. Vnde nanq; ciuitatem nostrã diabolus euertere sperauit, inde restituit ipsam, & correxit. Diabolus nẽpe quibusdam impijs hominibus inspirauit, ut regis statuas cõtumelijs afficerent, quò & ipsum urbis solũ destrueretur. Deus aũt hoc ipso facto ad maiorẽ nostram correctionẽ usus est, expectatæ cõminationis timore omnẽ extrudens torporẽ. Et factũ est contrariũ q̃ dæmõ uolebat, ex his quæ ipse struebat. Ciuitas em̃ quotidie nobis expurgat, & angiporti, & biuia, & plateæ meretricijs & fractis absolutæ sunt cantibus: & quocunq; respexerit aliquis, supplicationes, & benedictiones, & lachrymæ pro risu soluto, & uerba philosophiã habẽtia pro uerbis turpibus. Et ecclesia facta nobis est ciuitas tota, officinis clausis, & omnibus in his uniuersalibus supplicationibus diem totũ agẽtibus, & deũ una & cõmuni uoce cum multa inuocantibus alacritate. Quis hæc sermo unq; expedire potuisset? quę admonitio? quod consiliũ? quanta tẽporis longitudo? Propterea deo gratias agamus, non molestè feramus, nec indignemur: quòd em̃ bonũ sit timor, & memorata demõstrauerũt. Audi uero & Salomonẽ omnibus innutritũ delicijs, & multa potitum libertate. Quid igit̃ inquit ille? Melius est ire in domũ luctus, q̃ in domũ conuiuij. Quid est, quæso, quod ait? Vbi luctus, & lachrymæ, & gemitus, & dolor, & tristitia tanta, melius accedere, q̃ ubi choreæ, & cymbala, & risus, & delicię, & crapula, & ebrietas? Verum, inquis. Qua de causa, quæso, & quapropter? quoniam illinc quidem dementia, hinc uero modestia nascitur. Et si quis ad opulẽtioris abeat conuiuiũ, non amplius cum eadem lætitia domum reuertetur: sed tristis quidem ad uxorem redibit, tristis autẽ & de sua mẽsa participabit, & molestus seruisq;, & filijs, & omnibus erit domesticis, ex aliorum copia suam diligẽtius paupertatẽ considerans. Nec hoc solum est graue, sed id etiam quòd sæpe uocanti se ad conuiuium inuidet, et nihil penitus boni sumens, domum reuertitur. Circa lugentes uerò nihil tale dici potest, sed multa quidẽ disciplina, multa uerò modestia. Simul enim quispiã domus mortuum habentis uestibulum ascenderit, mortuum intuitus mutum iacentem, & uxorẽ crines uellentem, radentem genas, & brachia secantem, corripitur, tristatur, & confidentiũ quisq; ad proximũ nil aliud loquitur, q̃ quòd nil sumus, & malitia nostra ineffabilis. Quid his uerbis sapientius esse possit, cum & naturæ uilitatem agnoscamus, & nostram accusemus improbitatem, & nihil esse præsentia cogitemus: alijs quidem uerbis, sententia tamen eadem Salomonis illa loquẽtes mirabilia, & multæ plena philosophiæ, quoniam uanitas uanitatũ & omnia uanitas. Lugentiũ domum ingressus, statim lachrymis defunctũ prosequitur, etiamsi sit inimicus. Vidisti quãto melior hæc, quàm illa domus? Ille em̃, etiamsi amicus sit, inuidet: hic autẽ, etiamsi inimicus sit, lachrymas dat: id quod omnium maxime deus exquirit, ut non insultemus his, qui nos cõtristauere. Nõ hæc aũt sola datur hinc bona capere, uerum & alia his non minora. Etenim peccatorum quisq; suorum reminiscitur, & tremẽdi tribunalis, & pœnarum, & iudi-

Eccl. 23.b

Act. 11.d

Eccl. 7.a

& iudicij, licet sit infinita ab alijs passus mala, & domi tristitias habeat, omniũ ipsorum capiẽs medicinã, ita reuertitur. Cogitans enim quòd & ipse paulo post hoc patietur, & quòd transitoria cuncta præsentia sunt, siue suauia sint, siue tristia, tristitiam & inuidiam omnem deponens, & leuem reddens animam, & releuatus sic domum reuertetur: & hinc mansuetior erit in omnes iam, & humanior, benignior & sapientior, futurorũ timore ipsius animam subingresso, & omnes spinas absumente. Et hæc omnia cognoscens ille, dicebat, quòd melius est ire ad domũ luctus, quàm ad domum conuiuij. Illinc torpor, hinc anxietas nascitur: illinc contemptus, hinc timor ad omnem nos uirtutem deducens. Nisi bonum esset timor, non multos impendisset Christus sermones & lõgos, de illa pœna & supplicio loquens. Timor nil aliud est, quàm murus, & munimẽtum, & turris inexpugnabilis: etenim multa nobis munitione opus est: quia multæ sunt undiq; insidiæ, sicut ipse
Eccl.9.d Salomon rursum sic admonens dicebat: Agnosce quòd in medio laqueorũ transis, & super propugnaculis urbium ambulas. Papè, quot bonorum plenum est hoc uerbum, nec minus quàm superius. Ipsum igitur in mente quisq; nostra scribamus, & semper in memoria circũferamus, & non peccabimus facilè. Inscribamus, prius ipsum cum omni diligentia discentes. Non enim dixit: Aspice quòd in medio laqueorũ pertransis, sed, agnosce. Et quare dixit, agnosce? Obumbratus est, inquit, laqueus: quando quidem nõ apertè mors apparet, neq; manifesta clades, sed undiq; obtecta adiacet. Propterea dixit, agnosce: multa tibi opus est consideratione, & diligenti scrutatione: sicut enim pueri terra laqueos, sic diabolus uitæ uoluptatibus peccata circumtexit. Sed agnosce perscrutans diligenter. Et si lucrum occurrerit, ne lucrum aspicias solum, sed scrutare diligẽter, ne fortè mors & peccatum intra lucrum sit absconditũ: & si uideris, refuge. Rursus cũ delectatio & uoluptas occurrerit, ne uoluptatem solum respicias, sed ne forte iniquitas aliqua in uoluptatis profundo obumbrata sit, diligenter considera: & si inueneris, resilito. Siue consulat quispiam, siue aduletur, siue obsequatur, siue honores polliceatur, siue quodcunque aliud, omnia cum diligentia examinemus: & undiq; consideremus, ne fortè damnum aliquod, ne fortè periculum aliquod ex consilio, uel honore, uel obsequio nobis eueniat, & ne celeriter & inconsiderate accurramus. Si enim unus tantum & duo laquei forent, facilis esset custodia: nunc autem ipsorum multitudinem ostendere uolens Salomõ, quomodo dicit, audias: Agnosce, quòd in medio laqueorũ pertransis. Non dixit, luxtà laqueos pertransis, sed, In medio laqueorum. Vtrinq; nobis uoragines, utrinq; doli. Processit quispiam in forum, uidit inimicum, exarsit ex aspectu solo. Vidit amicum laudem consequentem, inuidit: uidit pauperem, contempsit, & despexit: diuitem, & inuidit. Quempiam uidit infestãtem, & indignatus est: uidit speciosam mulierem, captus est: uidisti quot laquei? Ideo dicit, Agnosce, quòd in medio laqueorum transis. Et in domo laquei, & in concionibus laquei. Sæpius inconsiderate quis inter amicos considens, locutus est aliquod uerborum, quæ proferri non debent, & tale pertulit periculum, ut totam domum subuerteret. Vndiq; igitur res cum diligentia perscrutemur. Et uxor sæpe non aduertentibus laqueus est facta, sæpe filij: sæpe amici, uicini sæpius. Et qua de re tot laquei? ne deorsum uolemus, sed superiora quæramus. Etenim uolatilia donec altum aerem secant, non facile capiuntur: ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec ullis facile capieris insidijs. Venator est diabolus. Fias igitur ipsius lustris sublimior. In altum ascendẽs, non amplius ullam rerum admirabitur humanarum. Sed sicut postquã in montiũ uerticem ascenderimus, parua nobis & urbs & mœnia esse uidẽtur, & formicarum more nobis uiri super terram ire uidentur: sic postquam supra celsam philosophiæ cogitationem ascenderis, nihil te terrenorum percellere poterit, sed parua uidebuntur omnia, & diuitiæ, & gloria, & potẽtia, & honor, & si quid aliud huiusmodi, cum cœlestia respicias: sicut scilicet & Paulo parua omnia uidebantur, & mortuis inutiliora, quæ in præsenti uita sunt splẽdida. Propterea & clamabat, dicens: Mihi mundus crucifixus est. Propterea & nos admonet dicens: Quæ sursum sunt, sapite. Quæ sursum sunt, qualia dicis, dic mihi? Vbi sol, ubi luna? Non, inquit. Sed ubi? Vbi angeli, ubi archãgeli? Vbi Cherubin, & Seraphin? Nõ, inqt. Sed ubi? Vbi Christus est in dextera dei sedens. Pareamus igitur, & illud continue ratiocinemur, quòd sicut auiculæ laqueo captę utilitas nulla, sed frustra et incassum alas concutit: ita tibi nulla ratiocinationum utilitas, si ab improba penitus cupiditate captus sis, sed quantumcunq; resilieris, captus es. Propterea alæ sunt auiculis, ut effugiant laqueos: propterea ratiocinationes hominibus, ut peccata fugiant. Quam igitur ueniam habebimus, quam uero defensionem, cum brutis simus dementiores? Auicula nanq; semel capta laqueo, mox elapsa, & ceruus in rete decidens & effugiens, ijsdẽ iterum difficile capiuntur (nam cuiq; fit experientia cautelæ magistra.) Nos sæpius ijsdem capti in eadẽ cadimus: neq; brutorum prouidentiam & solicitudinẽ nos ratione decorati imitamur. Sæpius quippe mulierẽ conspicati, innumera passi sumus grauia, domũ concepta reuersi cupiditate, & multis dolore diebus confecti: ueruntamen nõ corrigimur, sed uix priore curato uulnere, rursus in eadẽ labimur, & ab ijsdẽ expugnamur, & propter breuem uisus uoluptatem diuturnum quendã & cõtinuum dolorem sustinemus. Sed si continue nobis hoc repetere dictum didicerimus, omnibus malis abstinebimus. Laqueus maximus mulieris forma, immò uero non mulieris forma, sed lasciuus aspectus. Non enim res calumniemur, sed nos, & nostrum torporẽ. Neq; dicamus, Ne sint mulieres: sed, ne sint adulteria. Neq; dicamus, ne sit pul-

Gal.6.d

Coloss.3.d

Iob.
Ibid

Ephe.

ſit pulchritudo: ſed, ne ſit fornicatio. Neque dicamus, ne ſit uenter: ſed, non ſit crapula: non enim uenter crapulam facit, ſed negligẽtia noſtra. Non dicamus quia comeditur & bibitur, omnia mala: non enim propter hoc, ſed propter torporẽ & improbitatẽ noſtram. Non comedit quippe, nec bibit diabolus, & cecidit: comedit & bibit Paulus, & in cœlum aſcendit. Quot dicentes audio, Non ſit paupertas? Obmutefaciamus igitur talia ægrè ferentes. Blaſphemia enim eſt talia dicere. Dicamus igitur ipſis, Non ſit puſillanimitas: paupertas enim innumera uitæ bona intulit noſtræ, & ſine paupertate inutiles diuitiæ. Ne calumniemur itaq; nec has, nec illam: paupertas eñ & diuitiæ ſunt arma ad uirtutem utraq; ferentia, ſi uelimus. Sicut igitur generoſus miles, quodcunq; ferrum capiat, propriam uirtutem oſtẽdit: ſic imbellis & ignauus ab oñibus impeditur. Et ut diſcas quòd hoc uerũ eſt, illius mihi Iob recordare, qui ſimul & diues & pauper factus eſt, & utraque arma tractauit, et in utriſq; uicit. Et quando diues quidem erat, dicebat: Ianua mea omni uenienti fuit aperta: quando uerò pauper factus eſt, dicebat: Dominus dedit, dominus abſtulit. Dum fuit diues, multam hoſpitalitatem, cum factus eſt pauper, multã patientiam exhibuit. Et tu igitur ſi diues es, multam demõſtra eleemoſynam: ſi pauper factus es, patientiæ multum & tolerantiæ. Nec eñ diuitiæ malum, nec paupertas ſimpliciter, ſed iuxta uoluntatem utentium hęc utraque fiunt. Nos igitur ipſos inſtituamus, non talia de rebus habere iudicia, neq; dei opera, ſed improbam hominum uoluntatem accuſare. Neq; puſillanimẽ diuitię poſſunt adiuuare, nec magnanimo pauperies unquã nocet. Agnoſcamus igiť laqueos, & ab ipſis procul eamus. Agnoſcamus præcipitia, nec appropinquemus. Hoc maximæ ſecuritatis uobis erit occaſio, non tantum peccata fugere, uerũ & quæ uidentur media quidem eſſe, ad peccata uero nos ſupplantãt: quale eſt: Ridere & iocoſa dicere uerba, non manifeſtum quidem peccatum eſſe uidetur, ſed in manifeſtum crimen inducit: nempe ſæpius ex riſu turpia naſcũtur uerba, à turpibus uerbis actiões turpiores. Sæpius ex uerbis & riſu cõuicia & contumeliæ: de conuicio & contumelia plagæ, & uulnera, de uulneribus & plagis iugulationes, & homicidia. Si tibi igitur bene conſulturus es, non turpia tantum uerba, neq; turpia tantum facta, neq; plagas & uulnera, & homicidia, uerum & ipſum intempeſtiuũ riſum, & uerba fugies ſcurrilia, quoniam ſubſequẽtium radix talia eſſe ſolent. Propterea Paulus inquit: Stultiloquiũ & ſcurrilitas ne prodeat ex ore ueſtro. Etſi nanq; per ſe paruum ipſum eſſe uidetur, magnorum tamen malorum nobis efficitur cauſa. Rurſum delicijs uacare non uidetur quidem eſſe crimen manifeſtum, & expreſſum: attamen multa nobis parit mala: ebrietatẽ, furorem, auaritiam, rapinas. Sumptuoſus enim & lautus, & miniſteria uẽtri impendens intolerabilia, furari ſæpe cogiť, & aliena rapere, & opprimere, & uiolare. Si delicias itaq; fugias, & auaritiæ, & rapinæ, & ebrietatis, & innumerabiliũ malorũ ſuſtuliſti materiã, iniquitatis radicẽ à longe reſecans. Propterea Paulus dicebat: Quòd quæ in delicijs eſt uidua, uiuẽs mortua eſt. In theatra rurſum aſcendere, & equorum certamina ſpectare, & aleas tractare, non uidetur multis peccatum eſſe manifeſtum, ſed infinita uitæ mala ſolet inferre. Etenim in theatris immoratio fornicationem, petulantiã, & omnem incontinentiam peperit, & circenſium ſpectatio pugnas, cõuicia, flagella, contumelias, iuges inimicitias adduxit: & circa aleas ſtudium, blaſphemias, iacturas, iras, conuicia, infinitaq; alia his grauiora ſæpe produxit. Ne tantum itaq; peccata fugiamus, uerum & apparentia quidem eſſe media, paulatim uero in hæc peccata nos pertrahentia. Nanq; iuxta præcipitium uadens, quamuis non decidat, tremit, & ſæpenumero ab ipſo ſubuerſus tremore decidit: ita & non procul peccata fugiens, ſed ſecus ipſa uadens, cũ timore uiuit, & in ipſa labitur ſæpius. Etenim alienas curioſe ſpectãs formas, quamuis non mœchetur, tamen concupiuit, & iuxta Chriſti ſententiam factus eſt adulter: ſæpius autem ab ipſa concupiſcentia & in peccatum reipſa defertur. Nos igiť ipſos procul à peccatis retrahamus. Vis modeſtus eſſe? ne tantum fugias adulterium, ſed etiam petulantẽ aſpectum. Vis à uerbis turpibus abeſſe? ne uerba tãtum turpia fugias, uerum & riſum ſolutum, & omnem cõcupiſcentiã. Vis cædibus eſſe procul? fuge conuicia quoq;. Vis ebrietate ſeparari? fuge delicias & lautas menſas, & radicitus uinum extirpa. Magnus laqueus eſt linguæ petulantia, & multæ refrenationis indigens. Propterea & quidam inquit: Laqueus fortis uiro propria labia, & capitur uerbis oris proprijs. Supra cætera igitur cũcta membra hanc moderemur, hanc refrenemus, & conuicia contumelias q; ac turpiloquia, & accuſationes ex ore pellamus, & malam iuramentorũ conſuetudinẽ. Rurſum eñ nos ad eandẽ admonitionẽ ſermo deduxit. Et quidem heri cum ueſtra charitate cõſtitui, quòd non amplius de hoc mandato dicam: quoniam omnibus ſuperioribus diebus ſufficienter diſſertum eſt. Sed quid faciam? donec uos correctos uideã, non poſſum abſiſtere propoſito. Quoniam & Paulus Galatis dicens, Deinceps labores mihi nemo præbeat: rurſum ipſis apparet congreſſus & locutus. Huiuſmodi ſunt paterna uiſcera, etſi receſſuros ſe patres eſſe dicũt, nõ abſiſtũt donec correctos uiderint filios ſuos. Audiſtis pphetã de iuramentis hodie nobis loquentẽ? Reſpexi oculis meis, & uidi, inquit, & ecce falx uolans lõgitudine cubitorũ uiginti, & latitudine cubitorũ decẽ. Et dixit ad me, Quid tu uides? & dixi, Video falcẽ uolantẽ longitudine cubitorũ uiginti, & latitudine cubitorũ decẽ. Et ingrediet domũ, inqt, iurãtis nomine meo, & diſſoluet in medio, & ſuffodiet lapides & ligna. Quid tãdem eſt dictum? & qua de cauſa in ſpecie falcis iurantes ſequẽs pœna uidetur? Vt ultionẽ ineuitabilẽ eſſe, et ſuppliciũ euitari nõ poſſe uideas. Enſem eñ uolan-

Iob. 31.b
Ibid. 1.d
Gal. 6.d
Coloſſ. 3.d
Ephe. 5.a
1. Tim. 5.a
Matt. 5.d
Prou. 6.a
Gal. 6.d
Zach. 5.a

uolãtem forſitan aliquis effugere poterit: falcem autem in collũ delapſam,& pro funiculo factam, nemo fugere poteſt. Cum autẽ & alæ adſint,quæ ſalutis ulterius ſpes? qua uero cauſa lapides & ligna iurãtis diſſoluit? Vt ruina aliis correctio fiat. Poſtquam enim iurantem mortuum terræ condi neceſſe eſt,domus diſſoluta,& ruina facta prætereuntibus omnibus, & cernentibus admonitio erit per aſpectum, ut non eadem audeant, ne eadem patiantur,& accuſatrix erit mortui criminis continua. Non ita pungit enſis,ſicut iuramẽti natura.Non ſic occidit gladius,ſicut iuramenti plaga.Iuratus etſi uiuere uidetur,iam mortuus eſt,& uulnus excepit: & ſicut reſtem capiens, & priuſquam ciuitatem egrediatur,& ad præcipitium ueniat,& tortorẽ uideat imminentem,mortuus eſt, ſimul ac prætorij ianuas egreſſus eſt: ſic & iuratus. Hæc reputemus, & ne fratres iurare faciamus. Quid facis homo? Super mẽſam adiuras ſacram, & ubi Chriſtus poſitus eſt immolatus, illic fratrem tuum immolas? Et latrones quidẽ in uiis mactãt:tu uero coram matre filium immolas ſceleratius quàm Cain patrans homicidium? Ille nempe fratrem ſuum in deſerto,& præſenti morte mactauit:tu uero fratrem tuum immolas in medio eccleſiæ, idq; morte futura immortali. Num enim propterea facta eſt eccleſia, ut adiuremus? Propterea facta eſt, ut oremus. Num enim ideo menſa poſita eſt ut adiuremus? ideo poſita eſt,ut peccata ſoluamus, non ut augeamus. Tu uero ſi nihil aliud, ſaltẽ librum ipſum reuerere, quem in iuramentũ porrigis: & euangeliũ,quod intra manus capiẽs iurare iubes, explica, & audiens quid tibi Chriſtus de iuramẽtis diſſerat, horreſce & deMatth.5.c ſiſte. Quid igitur de iuramentis inquit? Ego autẽ dico uobis,omnino nõ iurare. Tu uero legem iurare prohibentem contemnendo,iuramẽtum facis? O contumeliam, ô inſaniam. Idem enim facis,tanquam ſi quis legislatorem prohibẽtem interficere, ipſum cædis ſibi ſocium eſſe iubeat.Nõ ita gemo & deploro, quoſpiam in uiis iugulatos audiens, ſicut gemo & lachrymis proſequor, & horreſco, cum uideo quempiam prope menſam hanc uenientem,& manus imponentem,& euangeliis iurantem attactis. De pecuniis,quæſo,dubitas, & animam occidis? Quid tantum lucraris, quantum animam tuam, & proximum lædis? Si enim credis quòd uerax ſit homo, ne iuramenti neceſſitatem adducas: ſi uero noſti quòd mentitur, ne peierare cogas.Sed ut mihi ſatisfieret, inſtandum erat,inquit.Imò tũc ſufficientem capias ſatisfactionem, cum iurare eum non feceris.Nũc nempe domum regreſſus, à conſcientia cõtinuè roderis, hæc reputans:Nunquid non fruſtra adiuraui? nunquid non peierauit? nunquid non ego fui cauſa peccati? Si uero nõ adiuraueris,domum regreſſus multam capies conſolationẽ, agẽs deo gratias,& dicens:Benedictus deus,quoniam me ipſum continui, neq; adiurauí fruſtra, nec temerè:pereat aurũ,pereant pecuniæ,ut hoc nobis maximè conſolationẽ affert legem non præteriſſe, nec alterum coegiſſe,ut hoc faceret. Cogita propter quæ non adiuraſti, & hoc tibi ſufficiet in refrigerium & conſolationem.Sæpius nanque pugna conflata contumeliam patientes generoſe ferimus,& contumelianti dicimus:Quid tibi faciã? in me conuiciatus eſt ille uel ille dominus tuus, ille meas cohibet manus. Et hoc nobis in conſolationem ſufficit. Ita quoq; cum quempiam adiuraturus es,teipſum contine, prohibe, & dic iuraturo: Quid tibi faciã? Deus iuſſit non adiurare,ille me continet nunc. Sufficit hoc & ad honorem legislatoris,& ad ſecuritatem tuã & adiurati timorem.Quum enim ille uiderit,quòd ſic alios adiurare ueremur, multo magis ipſe facile iurare formidabit. Si hoc uerbũ dixeris, cum multa domũ lætitiæ plenitudine redis.Audi ergo deum in mãdatis, ut & ipſe exaudiat te in orationibus. Hoc uerbũ in cœlo ſcribetur,in iudicij die tibi aſſiſtet, & multa diſſoluet peccata.Nec hoc tantũ in iuramento,uerum & in oĩbus negotijs cogitemus: & cum debemus aliquid facere boni propter deum,quod mox aliquid inferat damni, non ſolum ex negocio damnũ expectemus,ſed etiam lucrũ, quod capiemus propter deum faciendo. Puta, affecit te quiſpiam contumelia: feres generoſe. Ne contumeliam cogitaueris tantum,ſed etiam ferre iubentis dignitatem, & manſuete feres.Eleemoſynam dediſti? ne impenſam cogites tantum,uerum & prouentum ex impenſa. Multatus es pecunijs? gratias age, nec tantum iacturæ dolorem ſpectes, uerum & lucrum ex gratiarum actione. Si ſic nos componamus, nullum accidẽtium nos grauium triſtificabit:ſed ex his quæ uidentur eſſe triſtia, lucrabimur, & damnum diuitijs, & triſtitia uoluptate & delectatione,& cõtumelia honore iucundior erit & deſiderabilior,& omnia contraria in lucrum nobis prouenient, & hic multa fruemur tranquillitate, & illic regnum cœlorum aſſequemur: quo omnes dignos fieri detur, gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem,et cum quo gloria patri,ſimul & ſancto ſpiritui imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

VVLGATA AD PRINCIPEM POPVlatione,& omnibus de fuga conſultantibus,cum intraſſet princeps eccleſiam, & cõſolatus fuiſſet, habita eſt præſens homilia.Et de uitando iuramẽto.Et in illud Apoſtoli dictum:Paulus uinctus Ieſu Chriſti. Homilia XVI.

PRINCIPIS quidem prouidentiam laudaui, quoniam tumultuantem cõſpicatus ciuitatem, & omnes de fuga deliberantes, ingreſſus uosq; conſolatus eſt, & in bonam ſpem adduxit: pro uobis autẽ erubui confuſusq; ſum, quòd exterioris poſt multos prolixosq; ſermones illos cõſolationis indiguiſtis. Optaui terram mihi dehiſcere,& immergi,quando ipſum uobis loquentẽ audiebã,& intempeſtiuã hãc & irrationabilem timiditatẽ cõſolantem. Non emi uos ab illo doceri oportet

oportebat,ſed infidelibus uos præceptores omnibus fieri,nec ab infidelibus iudicari Paulus permiſit.Tu uero poſt tantam patrum admonitionẽ exterioribus indiguiſti præceptoribus:et fugitiui,et uerberones quidam ciuitatem tantam excitauerunt,& in fugam coniecerunt. Quibus oculis amplius infideles reſpiciemus: tam pauidi cũ ſimus et timidi? Qua lingua ipſos alloquemur,& pro ingruentib. malis confidere perſuadebimus, omni lepore timidiores per hanc facti anxietatem? Et quid faceremus? inquiunt, homines enim ſumus. At ꝓpter hoc ipſum tumultuari nõ oportet, quia homines ſumus,& nõ bruta. Illa fragoribꝫ & ſtridoribus omnia terrentur (non enim habẽt rationem quę timorẽ repellere poſſit.) Tu uero ratiõe & conſilio decoratus,quomodo in illorum ſegnitiem cadis? Ingreſſus eſt quidam,militũ incurſionem nũtiauit? Ne tumultueris,ſed ipſum mittẽs, genua flecte, dominum tuum roga,geme amariter,& aduerſitatẽ repellet. Tu quidem audita militum incurſione nõ uera, & præſenti uita abrumpi periclitatus es:Beatus uero Iob ille cõtinuis uenientibus nuntijs,& grauia nuntiantib.auditis,et adijcientibus intolerabilem filiorum perditionẽ, non eiulauit,non gemuit,ſed ad orationẽ conuerſus eſt,& domino gratias agebat. Hũc & tu imitare, cum ueniẽs quiſpiam nuntiauerit ꝙ milites urbem circundederint,& bona direpturi ſint,ad dominum tuum confuge,& dic:Dominus dedit,dominus abſtulit.ſicut dño placuit,ita factum eſt:ſit nomen domini benedictũ in ſecula.Illum nõ terruit malorũ experientia,te uero ſolus terret auditus? Quàm nullius ſumus æſtimationis,cum contra mortem quoq; audenter ire iuſſi,à falſo rumore ſimus ſic expauefacti? Tumultuans & timorẽ, qui nõ eſt,conſtituit,& perturbationẽ non apparentem:qui uero eſt in animæ cõſtitutione ac trãquillitate,& eum qui eſt,diſſoluit.Non uides naucleros,ut inſaniente mari,nubib.tranſcurrẽtibus, fulminib. eliſis, omnibus in nauigio tumultuantibus,ad gubernacula ſedent ipſi ſine trepidatione & metu,& arti ſuæ uacãtes, ut imminentẽ procellam repellant? hos & tu imitare,& ſacram capiẽs anchorã,in deum ſpem,inconcuſſus permane,& irreuolubilis. Quicũq; audit meos ſermones hos, *Matt.7.d* inquit,et nõ facit ipſos,aſſimilabit homini ſtulto qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenã:& deſcendit pluuia,& uenerunt flumina,& flauerunt uenti,& irruerũt in domũ illam,& cecidit,& erat ruina ipſius magna. Videsq; ſtultitię eſt cadere,et circũuerti? Imò uero nos neq; ſtulto illi ſimiles facti ſumus,uerũ et illo miſerius cecidimus:illius nẽpe domus poſt flumina, poſt delatũ imbrẽ,poſt illapſos uentos cecidit: nos uero nõ pluuijs ingruentibus,non fluminib. inflictis,nõ uentis irruentib. ante malorũ experientiã ex auditu ſolo ſubuerſi ſumus, & omnia q̃ philoſophabamur, effudimus. Qualem mihi mẽtem putatis eſſe nunc? quomodo contrahi? quomodo demergi? quomõ erubeſcere? Niſi multã à patribus neceſſitatẽ ſuſtinuiſſem, neq; ſurrexiſſem,neq; locutus fuiſsẽ dolore obtenebratus ex puſillanimitate ueſtra: ſed neq; nũc in meipſum redire poſſum: ſic animum mihi indignatio & triſtitia obſidet.Quis emꝫ non ægre ferret? quis non ſuccenſeret,quando poſt tantam doctrinam gentilibus opus habuiſtis doctoribus ad exhortandum & perſuadendum, ut præſentẽ generoſe timorẽ ſufferretis? Orate igitur dari nobis uerbum in apertione oris noſtri, ut hanc triſtitiam excutere poſſimus,& paulum mentem excitare.Etemꝫ confuſio de puſillanimitate ueſtra multum animũ noſtrum deiecit.Multa prius ad charitatem ueſtrã locutus ſum,& de laqueis nobis undiq; poſitis, & de timore & triſtitia,& de luctu & uoluptate, & de falce in iurantium domos uolan *Zach.5.a* te. Ex his igitur oĩbus multis quidem, illa mihi maxime reminiſcimini quæ de uolãte falce dicta ſunt,& iurantis domum diſſoluente,& lapides et ligna ſubruente, & oĩa cõſumente.Et poſt hoc illud quoq; cauete,quod extremæ dementiæ eſt, Euangeliũ capientes iurare,& legem iurare prohibentem iuramentum facere.Et quòd melius ſit pecunijs mulctari, quàm proximis iuramentũ offerre: quoniam hoc eſt non modicus in deum honor. Cum enim deo dixeris,Propter te nõ adiurauí illũ qui fuerat furatus, & male fecerat:pro hoc honore magnã tibi reddet gratiam, & in præſenti tempore,& in futuro.Hæc & alijs dicite,& ipſi obſeruate.Scio quòd hic reuerentiores ſumus,& omnem improbam deponimus conſuetudinem. Sed quod quæritur, hoc eſt,nõ ut hic tantum philoſophemur, ſed ut pietatem hinc capiẽtes extrà ſeruemus,ubi maxime ipſius indigemus.Etenim aquantes non tantũ apud fontem habent uaſa repleta,domum autem abeuntes euacuant:ſed illic ipſa maxime cum cautela reponunt, ne ſubuertãtur,& labor fiat inanis. Hos etiam nos imitemur, et domũ profecti,dicta cum ſtudio ſeruemus.Itaque ſi hic maneatis ſatiati, domum uero redeatis inanes,uaſa mentis ueſtræ admonitione uacua referẽtes,nulla uobis ex hac repletione erit utilitas. Ne mihi in palæſtra demonſtres athletã,ſed in certamine.Ne mihi religionem inſtructionis tempore,ſed actionis adhibeas.Laudas nũc quæ dicuntur: cum te iurare oportuerit,omnium ipſorũ tũc recordare. Si hãc legem expedieritis cito,ad alia quoq; maiora diſciplinam proferam.Ecce ſecundum hunc annum habeo ueſtræ diſſerens charitati,& neq; centum ſcripturarũ uerſus uobis enarrare potui.Cauſa uero,quoniã à nobis diſcere opus habeatis,quę domi et per uos explere poteſtis,& orationis maior pars nobis in morales impendit ſermones.Hęcuero ſic fieri nõ oportebat,ſed morum quidẽ modeſtia domi & à uobis uos inſtituí: ſcripturarum uero ſenſus & ſpeculationes nobis permittere.Si autẽ & à nobis audire fuerat opus, uno plus die nõ decebat. Nec enim uarium quiddam,& inuentu difficile,quod dicitur,eſt,nec ullius indigens præparationis. Cum enim deus denunciauerit,argutationibus nõ eſt opus.Deus dixit, Ne iuraueris.Noli cauſas amplius à me requí *Exod.23.b* rere.Lex eſt regia: qui tulit ipſam,& ipſius ratio- *Matth.5.c*

riem nouit: niſi fuiſſet utile, nõ prohibuiſſet. Reges ferũt leges, nec omes ſemper utiliter: homines enim ſunt, nec ſicut deus utile poſsũt inuenire. Veruntamẽ paremus, ſiue uxores ducamus, ſiue ſeruos emere debeamus, ſiue domos, ſiue agros, ſiue quodlibet aliud facere, non ex propria facimus hæc ſentẽtia, ſed quomodocũq; iuſſerint illi: nec ut res noſtræ pro ſentẽtia noſtra diſponantur, penitus domini ſumus, ſed illorum ubiq; ſententijs ſeruimus. Et ſi quid præterquam quod illis uidetur facimus, inualidũ & inutile redditur. Itaq; hominum quidem legibus tantũ attribuimus honorem: dei uero leges ita quæſo conculcabimus? Et quali hæc digna defenſione? quali uenia? Dixit Moſes. Ne contrariã ipſius legi legem per operaferas, ut cũ ſecuritate cũcta facias & dicas. Sed de his quidẽ ſatis. Age uero lectis hodie, una uobis appoſita ſententia, ſermonẽ terminemus. Paulus uinctus Ieſu Chriſti, inquit, & Timotheus frater. Magnifica Pauli appellatio, nõ principatus et bonoris nomen, ſed uincula & catenæ. Vere magnũ atq; ſplendidũ ipſum multa alia faciũt, in cœlum rapi tertiũ, in paradiſum deferri, uerba audire ineffabilia: ſed horum nil poſuit, ſed pro oẽibus catenam: hæc enim magis quàm illa illuſtrẽ reddebat, & ſplendidũ. Cur tandem? quoniam illa quidem domini benignitatis erãt gratuita dona, hæc uero ſerui tolerantiæ atq; patientiæ indicia. Conſuetudo autẽ amantibus eſt, illis magis affici quæ pro amatis patiãtur, quàm his quæ ab ipſis beneficia capiunt. Non ita rex diademate gloriatur, ut ille uinculis delectabat: & meritò. Diadema nempe ſolum coronato capiti ornatũ affert, catena uero & ornatum multo maiorem, & tutelam. Corona ſæpe regia caput ſe circundatũ prodidit, & innumeros allexit inſidiatores, & in tyrannidis concupiſcẽtiam inuitauit. Et in bellis hic ornatus eſt adeò periculoſus, ut ipſum deponant & abſcondant. In prelijs nonnunq; reges habitum commutantes, ita manus cum hoſtibus conſerũt, tantum ex corona fit proditionis. Catena uero nihil huiuſmodi gerentibus affert, ſed omne contrarium: cum pugna ſit, & acies cõtra dæmones, & aduerſarias poteſtates, prætendẽs ipſam qui ea circundatus eſt, illorum repellit inſidias. Et principũ q̃dem externorũ multi, non tantũ dum imperant, uerũ cum & à principatu ſoluti fuerint, ipſius nomen circunferunt, dum dicitur: Ille talis Conſularis, ille talis Prætorius. Hic uero pro his omnibus Paulus uinctus, inquit. Et multũ congrue. Illi nanque principatus nõ penitus ſunt animi uirtutis demonſtrationes: pecunijs emi ſunt uenales, & amicorum uendicant aſſentationibus: hic autem ex uinculis principatus eſt animi diſciplinę indiciũ, & ardentis in Chriſtũ deſiderij ſignum maximũ. Et illi quidem breui refugiunt, hic uero principatus nullum habet ſucceſſorem. Aſpice nãq; quantum ab illo nunc uſq; temporis eſt, & ſplendidius huius uincti nomẽ redditum eſt. Et Cõſules quidem omnes, quicũq; ſuperioribus fuere temporibus, ſilẽtio traditi ſunt, & à multis multi nec ipſo quidem nomine cogniti: huius autem uincti beati Pauli multũ quidem hic, multum autem in Barbarorum regione, multũ apud Scythas & Indos, ſiue ad ipſos terrarũ orbis terminos uenias, hanc audies appellationẽ. Et quocunq; quiſpiã peruenerit, Paulũ ubiq; in omniũ ore circũferri noſcet. Et quid mirũ, ſi in terra mariq;, quippe cũ et in cœlis multum Pauli nomen apud angelos, apud archangelos, & ſuperiores poteſtates, & harum regem deum. Et qualia, inquit, erãt illa uincula, quoniam tantum uinctis gloriæ tulerũt? Nónne è ferro fabricata erant? E ferro quidem fabricata, ſed multã habebant ſpiritus gratiam efflorentẽ: quoniam propter Chriſtum ipſis circundatus fuerat. O miraculum, ſerui uincti ſunt, dominus crucifixus, & prædicatio quotidie creſcit: & per quæ putabatur opera prohiberi, per hæc accenſa eſt. Et crux & uincula quæ eſſe uidebãtur abominatio, nunc ſalutis ſigna ſunt facta. Et quolibet auro ferrum illud nobis pretioſius erat, non propter naturam propriam, ſed propter cauſam hanc & argumentum. Sed uideo quæſtionem hinc nobis quãdam orientem. Et ſi diligentiã adhibeatis, & quæſtionem dicam, & ſolutionem apponã: Quid igitur tandem eſt quod quæritur? Ingreſſus aliquando hic Paulus ad Feſtũ, & loquens ad ipſum, excuſansq; ſe de criminibus quibus urgebatur à Iudæis, & dicens, quomodo Ieſum uidit, quomodo beatam uocem illam audiuit, quomodo per excęcationem ad ueram peruenit lucẽ, quomodo cecidit & ſurrexit, quomõ ingreſſus eſt Damaſcum captiuus abſq; uinculis cõpeditus: & de prophetis, & de lege loquens, & oſtendens q; & illi prædixerunt hæc omnia, iudicantem cepit, & ferè ad ſeipſum tranſire perſuaſit. Tales enim ſanctorum animæ, cum in pericula ceciderint, nõ quomodo periculis liberent, conſiderãt, ſed quò perſequentes lucrentur, omnia faciũt. Sicut & tunc factum eſt, ſe defẽſurus intrauit, & capto iudice diſceſſit. Et hęc ipſe iudex teſtatus eſt, dicẽs: In modico me perſuades Chriſtianũ fieri. Hoc & hodie fieri decebat, & principẽ hunc ueſtram admirari magnanimitatẽ, ſapientiam, perfectam q; quietem, & ex ordine ueſtro diſciplinam capere, & ſic abire, cõcionem admirari, laudare cõſeſſum, & ex ipſis rebus diſcere, quantũ inter gentiles & Chriſtianos diſcriminis ſit. Sed ut ad id redeam quod dicebã. Poſtquam ipſum cepit Paulus, & ille dixit: In modico me perſuades Chriſtianũ fieri, Paulus ita reſpondit: Optarim utiq; ego à deo & in modico, et in multo nõ ſolum te, ſed etiam omnes audientes me, fieri Chriſtianos abſque uinculis his. Quid dicis ô Paule? Epheſijs nempe ſcribẽs, dicis: Rogo igitur uos ego uinctus in domino, digne ambulare uocatione qua uocati eſtis. Et ad Timotheum loquens, In quo male patior uſq; ad uincula, tanquam malefactor. Et ad Philemonẽ rurſum: Paulus uinctus Ieſu Chriſti. Et cum Iudæis iudicans, dicis: propter ſpem Iſrael hac catena circundatus ſum. Et Philippenſib. ſcribens dicebas: Ita ut plures fratrum freti uinculis meis abundantius audererent

2.Cor.12.a

Act.26.g

Phil.1.b

rent intrepide uerbum capere. Vbiq; catenam cir A
cũfers, ubiq; uincula proponis, & huiuſmodi glo
riaris negotiò: in iudiciũ autem ueniens diſcipli-
nam prodidiſti, cũ maxime libere te gerere dece-
Act. 28.c bat, & iudici dicis: Optarem utiq; te fieri Chriſtia
num abſq; uinculis his. Nempe ſi bona, ita ut alijs
quoq; fidutiã ad ſermonẽ pro religione prębeãt:
(etenim hoc ipſum prius dixiſti, Multi fratrũ fre-
ti uinculis meis uerbũ loquebãtur intrepide) qua
re coram iudice nõ hac re gloriaris, ſed contrariũ
facis? Nunquid non uidetur eſſe quęſtio quod di
citur? ſed celerrimã ſolutionem affero. Non enim
ex anxietate, uel timiditate Paulus hoc faciebat,
ſed ex ſapiẽtia multa, & ſpirituali prouidẽtia. Nã
ad gentilẽ loquebat & infidelẽ, nec noſtra ſcien-
tem. Nolebat igit ipſum per grauia inducere: ſed B
1. Cor. 9.d quod dicebat, Factus ſum carentibus lege, tanq;
ſine lege: hoc & hic faciebat. Si uincula audierit,
inquit, & tribulationes, ſtatim refugiet, cũ uincu-
lorum uirtutẽ non norit. Fiat prius fidelis, & prę-
dicationem guſtet, & tunc ipſe quoq; ad hæc uin
cula curret. Audiui dominum meum dicẽtem, q
Matt. 9.c nemo imponit indumentũ pãni illoti ſuper ueſti-
Mar. 2.d mẽtum uetus: quoniam tollit plenitudinẽ ipſius,
Luc. 5.g & peior fit ſciſſura. Neq; mittũt uinum nouum in
utres ueteres, quoniam diſrumpuntur utres. Ani
ma huius eſt ueſtimẽtum uetus, & uter antiquus,
non eſt renouatus fide, non ſpiritus gratia recens
redditus eſt, debilis adhuc eſt & terrenus, munda
na ſapit, & ad mundanã uanitatẽ ſtupet, gloriam
amat præſentẽ. Si à primordijs ſtatim audierit, q C
factus Chriſtianus captiuus mox fiet, & catena
circũdabit, cõfuſus & reueritus à prędicatione re
ſiliet. Propterea dicit: Abſq; uinculis his, non ipſe
uincula recuſans (abſit) ſed illius cõdeſcendẽs in-
firmitati, quoniã ipſe ſic illa diligit, & amplectit,
ut ambitioſa mulier monilia ſua. Vnde hoc mani
Coloſſ. 1.d feſtum? Gaudeo in paſſionib. meis, inquit, & ſup
pleo defectus tribulationũ Chriſti in carne mea.
Phil. 1.d Et iterum: Quoniam nobis donatũ eſt à Chriſto
non tantũ in ipſum credere, uerum & pro ipſo pa
Rom. 5.a ti. Et iterum: Non tantũ autem, ſed & gloriamur
in tribulationibus. Si gaudet igit, & id uocat do-
num gratuitum, certũ q propter hanc cauſam ad
iudicem loquens hæc dicebat. Quoniam & aliàs
rurſum in neceſſitatem delapſus gloriãdi hoc ip- D
ſum demõſtrat, dicens: Libenter igitur gloriabor
in infirmitatibus meis, in neceſſitatibus, in contu
melijs, in perſecutionibus, in anguſtijs, ut inhabi-
tet in me uirtus Chriſti. Et iterũ: Si gloriari opor-
tet, in infirmitate mea gloriabor. Et alibi ſeipſum
alijs comparans, & per comparationem nobis ex
cellentiam demonſtrans, ſic quodãmodo inquit:
Miniſtri Chriſti ſunt, ut minus ſapiẽs loquor, plus
ego. Et exceſſum demonſtrare uolẽs, non q mor
tuos reſuſcitauerit, dæmonẽs ue expulerit, neq; q
mundauerit leproſos, aliúdue quid huiuſmodi fe
cerit, dixit. Sed quid? quòd innumeras paſſus eſt
moleſtias: cum enim dixiſſet, plus ego, intulit ten
Phil. 1.b tationum multitudinẽ, ſic dicens: In plagis ſupra
modum, in mortibus frequẽter, in carcerib. abun

dantius: à Iudæis quinquies quadragenas una mi
nus accepi, ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus,
ter naufragium feci, nocte ac die in profundo ma
ris fui: & reliqua omnia. Sic ubiq; gloriatur in tri-
bulationibus Paulus, & ea re nimium delectatur,
& ualde meritò. Nam hoc eſt quod maxime Chri
ſti uirtutem demonſtrat, quoniã per talia uicerũt
apoſtoli, per uincula, tribulationes, flagella, & ex
trema mala. Nam hæc duo Chriſtus denuntiauit,
tribulationẽ & remiſſionem, labores et coronas,
ſudores & retributiones, ſuauia & triſtia. Sed tri-
ſtia quidem uitæ dedit præſenti, ſuauia uero in fu
turum diſtulit, pariter demõſtrans q non decipit
homines, & ipſum grauium pondus ordine dimi
nui uolens. Decipiens emẽ ſuauia prius proponit,
& mox infert triſtia. Quale eſt: Plagiarij puerulos
ſæpe paruos prædantes, & furantes, nõ plagas &
uerbera, neq; aliud huiuſmodi pollicẽtur, ſed pla-
centas & bellaria, & alia talia quibus puerilis gau
dere conſueuit ætas, prętendunt, ut his illi allecti,
& libertatem ſuam prodentes, in extremum peri
culum delabãtur. Auium uero piſciumq; uenato
res, ita quæ uenantur alliciunt, conſuetam capien
dis & iucundã prius eſcam præbentes, & ſic con-
tegentes laqueũ. Itaq; decipientiũ maxime opus
hoc eſt, prius ſuauia proponere, quò mox inferãt
triſtia: prouidentium aũt & diligentium omnino
contrarium. Patres itaq; plagiarijs contrarium fa
ciunt, cum ad ludum pueros literariũ mittunt, pæ
dagogos proponũt, flagella minantur, timorem
incutiunt: & cum priorem ſic ætatem trãſegerint,
tunc ipſis in habitu uirili conſtitutis, honores, po
tentiasq;, & delicias, & omnes diuitias ſuas tra-
dũt: Sic deus quoq; fecit: non plagiariorũ, ſed pa-
trũ more curam noſtri gerens, prius iniecit triſti-
bus, tanq; pædagogis & præceptoribus præſenti
tradens tribulationi, quò per hæc correcti, & mo
derati, poſtq; tolerãtiam omnem, omnemq; diſci
plinam didicerimus, mox ad perfectionem dedu
cti, cœlorũ regnum hęreditate conſequamur: ſed
prius idoneos reddit ad dandarũ diſpenſationem
diuitiarum, & poſtmodũ ipſas præbebit diuitias.
Niſi enim hoc feciſſet, diuitiarũ erogatio non do
num, ſed ultio fuiſſet & pœna. Sicut enim puer in
ſipiens paternam ſuſcipiens hæreditatem, ab hac
ipſa præcipitatur, prudentiam non habens pecu-
niarum diſpenſationi parem: ſi uero prudẽs ſit &
benignus, & temperãs, atq; modeſtus, in neceſſa
ria diſpenſans paterna, ſplendidior ita fit & illu-
ſtrior: ſic & in nobis eſt neceſſe euenire. Cum ſpi-
ritualem prudentiam acceperimus, quum omnes
in ætatis mẽſuram peruenerimus, tunc nobis tra-
dit omnia quæ pollicitus eſt: nunc uero tanq; pue
ros paruos docet cum exhortatione & cõſolatio
ne. Nec hoc ſolum eſt emolumentũ ex præmiſſis
tribulationibus, uerum & aliud illo non inferius.
Qui emẽ prius eſt in delicijs, mox poſt delicias ul-
tionem expectans, neq; præſentibus fruitur deli-
cijs propter futurarum moleſtiarum expectatio-
nem: qui uero prius eſt in triſtib. deinde poſt hæc
ſuauibus potiturus, etiam præſentes difficultates

propter futurorũ ſpem bonorum cõtemnit. Non igitur tutelæ tantum cauſa noſtræ, uerum & uoluptatis & cõſolationis, priora ſtatuit eſſe moleſta, ut futurorũ ſpe releuati nullum præſentium capiamus ſenſum. Et hoc ipſum Paulus ſignificãs dicebat, 1.Cor.4.d q̃ momẽtanea leuitas tribulationis noſtrę ſupra modũ æternũ pondus gloriæ nobis operat̃ non conſiderantib. nobis quę uident̃, ſed quę nõ uident̃. Leuẽ appellauit tribulationẽ, non ꝓpter propriam grauium naturã, ſed propter futurorũ expectationẽ bonorum. Sicut em̃ mercator non ſentit nauigationis laborem, lucrorum ſpe releuatus: et pugil generoſe fert capitis uulnera, coronã reſpiciens: ita profecto nos quoq; in cœlũ & cœleſtia intendentes bona, quęcunq; inferantur grauia, generoſe cuncta feremus, bona futurorũ ſpe roborati. Hanc itaq; capiẽtes ſententiã abeamus: quamuis nanq; ſimplex & breuis ſit, multã tamẽ habet ſapientiæ diſciplinã. Qui in dolore & tribulatione eſt, idoneam habet conſolationem: qui in delicijs & luxuria, magnam moderationis exhortationem. Cum enim ad menſam diſcumbẽs, ſentẽtiæ huius memineris, ſtatim ab ebrietate crapulaq; reſilies, diſcens ex hac ſentẽtia, q̃ anxios nos eſſe cõuenit, & intra teipſum dices: Paulus in uinculis & carceribus, ego uero in ebrietate & lauta mẽſa. Et quam aſſequar ueniam? Hoc & mulieribus neceſſariũ uerbum. Ambitioſæ enim & ſumptuoſæ, & auro undiq; ſe circumligantes, catenæ huius cõmonefactæ, odio habebũt (ſat ſcio) & abominabunt̃ ornatum illũ, & ad hæc uincula curr ent. Illa nanq; ornamenta multorum cauſa malorum fuerunt, & innumera bella intra domũ contraxerũt, & liuores pepererunt, & inuidias, & odium: hęc uero peccata mundi ſoluerũt, & terruerunt dæmonas, & diabolum fugauerũt. Cum his in carcere degẽs cuſtodi perſuaſit, cum his Agrippam attraxit, cũ his multos Paulus diſcipulos ac- 2.Tim.2.b quiſiuit, propterea dicebat: In quo male patior uſque ad uincula tanq; malefactor, ſed dei uerbum non eſt uinctum. Sicut enim radiũ uincere poſſibile non eſt, nec domi concludere: ſic neq; prædicationis uerbum. Et quod multo amplius eſt, doctor uinctus erat, et uerbũ uolabat: ille carcerẽ habitabat, & doctrina alata paſſim currebat. Hæc igitur ſciẽtes, ne ſuccũbamus in grauibus, tũc po- Rom.5.a tentiores efficimur, tũc fortiores. Patientiã enim tribulatio operatur. Ne doleamus in calamitatib. quæ inferuntur, ſed in omnibus deo gratias agamus. Secundã ieiunij ſeptimanam expediuimus, ſed non hoc conſideremus: non enim hoc eſt expediuiſſe ieiunium, ſi tẽpus præterierimus, ſed ſi trãſegerimus cum profectu. Hoc ſupputemus, ſi ſtudioſiores facti ſumus, ſi defectum aliquem noſtrorũ correximus, ſi abluimus crimina. Conſuetudinem omnes habent per quadrageſimã interrogare, quot quiſq; ſeptimanas quadrageſimæ ieiunauit: & dicẽtes audire licet, hos quidem quòd duas, hos uerò quòd tres, illos autẽ quòd omnes ieiunauerunt ſeptimanas. Et quod lucrum, ſi profectibus carentes, ieiuniũ tranſegerimus? Si alius dicat, totam ieiunaui quadrageſimam: tu dic, Inimicum habebã, & conciliatus ſum: habebam detrahendi conſuetudinem, & deſtiti: iurandi tenebar uſu, et mos improbus mihi correctus eſt. Nulla mercatoribus utilitas, ſi magnã maris longitudinem percurrerint, ſed ſi cum rerũ copia, & multo mercimonio nauigauerint: nulla ieiunij nobis utilitas, ſi infructuoſe ipſum tẽpus & temere prætereamus. Si ciborum ieiuniũ ieiunemus, præteritis quadraginta diebus, præterit & ieiuniũ. Si uero peccatis abſtineamus, & trãſacto ieiunio illud remanet, & continuum erit: hinc nobis utilitas, et ante regnum cœlorũ nõ paruas nobis hic reddit retributiones. Sicut em̃ in nequitia uiuẽs, & ante gehennam punitur, cõſcientia ſtimulatus: ſic meritis abundans & ante regnum magna fruetur lætitia, ſe bona ſpe paſcens. Idcirco & Chriſtus inquit: Iterũ uidebo uos, & gaudebitis, & gaudium Ioan.16. ueſtrum nemo tollet à uobis. Breue uerbum, ſed multam habet cõſolationem. Quidnam tandem eſt, nemo gaudium ueſtrum tollet? Pecunias ſi habeas, multi tuum ex diuitijs gaudium auferre poſſunt, & fur perfodiẽs, & credita ſubripiẽs ſeruus, & Rex in fiſcum redigẽs, et inuidus homo calumnians. Si potentiam habeas, multi poſſunt tuũ ex hoc gaudium tollere. Cum enim principatus fuerit finitus, uoluptas quoq; finietur: quin & in ipſo principatu multæ res accidentes, difficultates habentes & curas, lætitiã tuã diminuũt. Si corporis robur habeas, morbus adortus huiuſmodi gaudium aufert. Si pulchritudinem habeas & ſpeciem, ſenectus ſuperueniens tabefecit, & gaudiũ abſtulit. Si menſa frueris lauta, ueſpere occupante ſoluta eſt conuiuij lætitia. Rerum enim quælibet mũdanarum infeſtari facile poteſt, nec ſtabilẽ nobis uoluptatem affert: pietas autem & animi uirtus contrà. Eleemoſynam ſi feceris, meritum auferre poteſt nemo: ſiue exercitus, ſiue Reges, ſiue infiniti calũniatores & inſidiatores inſtent undiq;, in cœlis repoſitã poſſeſſionẽ auferre non poſſunt, ſed gratia permanet cõtinua. Diſperſit, dedit pau- Pſal.111.b peribus, iuſtitia eius manet in ſeculũ. Nec immerito: in cœlorum enim cellarijs repoſita ſunt, ubi Luc.12.d fur non perfodit, latro non tollit, tinea non cõſumit. Si preces fuderis continuas & intẽtas, earum fructum auferre poterit nemo: hic etenim fructus in cœlo radicatus eſt, ab omni calumnia liber, & permanens inexpugnabilis. Si male paſſus, bene feceris: ſi cõuicijs affectus, benedixeris: hæc merita continue manent, & ortam ex his lætitiã auferet nemo, ſed quotieſcũq; ipſorum recordatus fueris, gaudes & lætaris, & multã capis uoluptatem. Sic profecto & fugere iuramentum ſi præualeamus: & ab hac conſuetudine pernicioſa linguã noſtrã abſtinere perſuadeamus, meriti quidem labor breui abſoluetur, lætitia uero meriti iugiter erit & indefinẽter. Cæterum uos & aliorum præceptores eſſe oportet et duces: & amicos proximi, ſeruos autem cõſerui, & iuuenes coæuos ſuſcipere inſtituere et inducere debẽt. Nónne ſi qs tibi aureum unum pro ſingulis hominibus corre

ctis

ctis promisisset,omẽ studium adhibuisses,& assiduus adstitisses persuadens & exhortans? Nunc uero non aureum unum,neq; decem,neq; uiginti,uel centũ millia,neq; totã deus terram tibi pollicetur in horum laborum retributionẽ,sed quod orbe toto maius est,hoc tibi præbet cœlorum regnum:nec hoc solum,uerum & aliud præter hoc. Quale uero hoc? Educẽs honestum ex indigno,
Hier.15.d sicut os meũ erit,inquit. Quid huic posset esse par ad honoris & utilitatis rationem? Quæ uero nobis excusatio & uenia post tantam promissionẽ, proximorum salutem negligentibus esse ualeat? Tu uero si cæcum quidem in uoraginem decidentem uideris,manum porrigis, & indignũ esse putas,pereuntem despicere:uidens autem quotidie omnes præcipitari fratres in improbam iuramentorum consuetudinem,nec uerbum audes proferre? Sed dixisti semel, & non audiuit:dic igitur bis & ter, & toties, donec psuaseris. Nobis quotidie
Ioan.16. loquitur deus, & non audimus, nec alloqui desistit. Hanc tu quoq; curam imitare circa proximũ. Propterea coniuncti inter nos sumus,& urbes habitamus, & in ecclesijs congregamur,ut alter alterius peccata corrigamus. Et sicut multi eãdem officinam habitantes homines differenter quidẽ negotiantur, omnia uero in commune reponũt, sic profecto & nos agamus,quęcunq; bona quisque conferre potest proximo,ne pigeat eum,neque differat: sed fiat negotiatio quædam, & talis collatio spiritualis, ut in commune omnia deponentes,& multas adepti diuitias,& magnum cõsecuti thesaurum,communiter omnes regnum assequamur cœlorum,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui in secula seculorum,Amen.

AD MAGISTRATVS AB IMPERAtore Theodosio ad Ellebichum exercitus ducem missos, ad præuaricatorũ inquisitionem propter statuarum subuersionem. Homilia XVII.

IN tempore omnes hodie communiter concinuimus, Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus.
Psal.71.a Etenim miranda, & opinionẽ excedentia facta sunt negotia:urbem totam & populum tantum submergi debentem,& sub undas agi, & perdi funditus, semel uno temporis momento, ab omni naufragio liberauit. Gratias igitur agamus nõ tantum quoniam hyemem soluit,sed etiam quoniam ipsam fieri permisit: non tantum quoniam naufragio nos liberauit, sed etiam quòd in tantam nos angustiam cadere permisit,& extremum periculum nobis imminere. Sic & Paulus iussit in omnibus gratias a-
1.Thes.5.d gere. Cum uero dicat, In omnibus gratias agite: hoc dicit,Non tantum in grauium solutione, uerum & in grauium tempore. Nam diligẽtibus de
Rom.8.c um omnia cooperantur in bonum. Gratias ipsi agamus propter tentationum absolutionẽ, & horum nunq; obliuiscamur, orationibus uacemus, supplicationibus continuis, pietati multæ. Cum

A à principio grauius horum malorum pyra fuit accensa, dicebant q̃ non erat disciplinę tempus,sed orationum:hoc profecto et nunc postq̃ extincta est dico,q̃ nunc maxime tempus orationum magis quàm prius:nunc maxime lachrymarum tempus & compunctionis,& animæ anxiatæ,& multi studij & cautelæ. Tũc nempe ipsa tribulationũ natura uel inuitos nos corripiebat, & modestos faciebat,& ad maiorẽ agebat reuerentiã:nunc autem ablato freno, & nube præterita,timẽdum ne ad torporem declinemus,ne segniores reddamur rursum ex remissione,ne de nobis quoq; quisquã
Psal.77.b dicat: Cum occideret eos,tunc quærebãt eum, & reuertebantur,& diluculo ueniebãt ad eum. Pro
Deut.6.c B pterea & Moses Iudęos admonebat,dicens:Post quàm comederis & biberis,& fueris repletus,recordare domini dei tui. Nunc uestra gratitudo uidebitur,si in eadem manseritis pietate: tũc quippe multi timori, & malorum illationi studium uestrum attribuebant:nunc uero purum erit meritũ uestrũ, si in eodem studio permaneatis. Quoniã & puerulus si donec ab aliquo agatur pędagogo terribili, cum modestia uiuit & mansuetudine,nihil est mirandum,sed pædagogi timori pueri modestiam attribuunt omnes:cum uero deposita necessitate ille in eadem manserit honestate,tunc et quam habuit in priore ætate modestiam, ipsi omnes adscribunt: Hoc & nos utiq; faciamus, in eadẽ manentes reuerentia, ut & prioris studij laudẽ multã à deo capiamus. Innumera expectauimus
C mala,omnium substantias direptum iri,habitacula cum habitantibus comburenda,ciuitatem medio tollendam ex orbe, & ipsius reliquias omnes perituras,aratrũ ipsius terram suscepturã:Sed ecce hæc omnia intra expectationem tantum stetere runt, et in opus non processerũt. Nec hoc solum est mirandum,quod tantum periculi deus abstulit, sed etiã quoniã magnis nos affecit beneficijs, & ciuitatem nostram ornauit,nosq; per hanc tentationem & calamitatẽ probatiores effecit. Nam quando à rege missi ad cõmissorum inquisitionẽ tremendum illud cõstituere iudiciũ, omnesq; ad malefactorum pœnas uocabant, & uariæ mortis omnibus erat expectatio, tunc uertices mõtium habitantes monachi,propriam exhibuere sapientiam. Nanq; tot annis in cauernis suis cõclusi,ne-
D mine aduocãte, suadente nemine, postq̃ nubem tantam ciuitatem circunstantem uiderunt, tabernacula speluncasq; suas derelinquentes,undique confluxerunt, uelut angeli quidam de cœlo ꝓfecti. Et erat cernere tunc ciuitatem uni similem homini. Vbiq; tũc uidisses sanctos illos, manifestos uel ex aspectu solo, dolore pressos cõsolantes,& ad omnem calamitatis contemptum inducẽtes. Quis enim illos conspicatus, mortem nõ deriside-ret? nõ despexisset uitam? Nec hoc solum erat mirabile,sed quod principib.ipsis accedẽtes cum fiducia loquebantꝰ ꝓ reis: & omẽs sanguinẽ effundere parati erãt, & capita deponere,ut captos ab expectatis tribulationib. eriperẽt: Et dixerunt se nõ prius recessuros,q̃ iudices parcerent ciuitatis

populo,uel se cõmuniter cũ reis ad Regem Legatos mitterẽt.Religiosus est,inquit,qui nostrę gẽti dominat̃,fidelis cum pietate uiuens.Nos igitur ipsum omnino recõciliabimus, nõ permittemus uobis, neq; cõcedemus ensẽ polluere,nec ullius abscindere caput. Si uero hoc nõ fertis,& nos cũ ipsis omnino moriemur.Grauia quidẽ patrata & nos cõfitemur,sed regis humanitatẽ non excedit gestorum iniquitas.Dicitur quidam ipsorũ aliud uerbum sapientiæ plenũ dixisse,q; statuę quidem deiectæ rursum erectæ fuerunt,& propriam recepérunt formã,& factum correctionem habuit cerrimam.Si uos aũt dei imaginẽ occideritis,quomodo rursum poteritis cõmissum reuocare? quo mõ perditos resuscitare,& animas corporib.reddere? Multa & de iudicio ipsis disseruere. Quis non consternaret? quis non uirorum sapientiam admiraret? Quoniam quædã reorum mater nudato capite,& canis ostensis,iudicaturi equũ freno apprehendit, & per forũ prætercurrens,sic ad iudiciũ simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus,omẽs admirati pietatem & magnanimitatẽ. Quomodo nõ magis ad hos obstupescere oportet? Illa eñ etiam si mortua esset pro filio,nihil mirandum: magna eñ naturæ uis,& inexpugnabilis uiscerũ necessitas. Hi uero non genuerũt, nec educarunt:imõ uero quos nõ nouerunt,quorum nomẽ non audierunt, quibuscum nunq; conuersati sunt,quos ex sola nouerunt calamitate,in tantum amauerunt, ut etiã si infinitas habuissent animas, omnes pro illorũ salute tradere uellẽt. Neq; mihi dicas hoc q̃ non iugulati sunt,nec sanguinẽ effuderũt:sed q̃ tanta cõtra iudices usi sunt libertate,quanta solos de salute sua desperatos uti ueri simile fuit:& tali cũ sententia de montibus ad tribunal cucurrerũt.Nec enim nisi prius se neci præparassent cuilibet, tã libere potuissent ludices alloqui,& tantam tũc exhibere magnanimitatem: etenim ante prætorij ianuas totos dies agebãt sedẽtes, adducendos de carnificũ manibus eripere parati. Vbi nunc sunt pallia gestantes,& profundam ostentantes barbam,& bacula dextra ferentes,externorũ philosophi, cynica piacula, submẽ salibus canib.miseriores,uentrisq; causa cũcta facientes? Omnes tunc ciuitatem deseruerunt,resilierunt omnes,in cauernas conditi sunt:soli uero qui per opera uere philosophiã exhibẽt,ac si nullum ciuitatẽ malum comprehendisset, sic intrepide in foro apparuerunt.Et urbem quidẽ habitantes,ad montes et deserta auolauerunt:eremi uero incolæ in urbẽ ingressi sunt,per ipsa demonstrantes opera sua, quod superioribus diebus nõ desitis dicẽs,q; cum uirtute uiuentẽ neq; fornax quicq̃ lædere poterit: tanto est animæ sapientia omnib. sublimior & suauibus & tristib.cunctis:nec enim in illis mollescit, nec ab his cõtrahit̃ & humiliat̃, sed per omnia manet æqualis, propriam fortitudinem & uim exhibens. Quem enim non redarguisset præsentis tẽporis difficultas? Proceres nostræ reipub.in potentatibus existentes diuitias ineffabiles sortiti, qui multam apud regẽ licentiam habebant,domos deserentes orbas,omẽs de propria salute consultabant.Et amicitia omnis,& cognatio tunc redarguebat̃, & quos olim nouerãt, in tẽpore calamitatis hos ignorare, & ab illis ignorari optabant. Monachi uero homines pauperes,pallio plus nihil habẽtes uili,uiuentes in rusticitate,nulli esse apparẽtes,in montib.et saltib.uersantes, uelut quidam leones magno & alto sensu præditi, omnibus pauefactis & trepidantib.in medio consistentes,malum dissoluere nõ multis diebus,sed breui tẽporis momẽto. Et sicut generosi athletę nõ tantũ aduersarios cõplexi, sed etiã uisi tantũ in oppositione,et uociferati aduersarios cõuertũt:sic & hi die una & descenderũt,& disseruerũt,et soluerũt calamitatẽ,et ad ꝓpria reuersi sunt tabernacula. Tãti est philosophia à Christo introducta.Et quid dico de diuitibus, & in potestatib. cõstitutis, cum & iudicandi potestatem assecuti, summa administrantes imperia ab his ipsis rogati monachis,ut cum uenia sententiã ferrent, euentus se dominos esse negauerint? haud tutũ enim, sed periculosum esse,non tantum iniuriam inferre regi, sed etiam eos qui contumeliæ rei cõuicti sint impunitos dimittere.Sed hi omnibus fuere potentiores,& animi magnitudine et tolerantia assidentes suppleuerunt, ut quam à Rege nõ acceperant potestatem, hanc exhiberẽt: & manifestatis his qui rei essent,iudicantibus persuadere potuerunt,ne damnationis sententiam efferrent,sed ad Regis sententiam eos reiicerent:& promiserũt se illi persuasuros,& effecturos ut omnino ueniã daret his qui in se peccauerant:& peregrinationem aggressi sunt:Sed iudices ipsorum sapientiã reueriti, & sensus altitudine perculsi, hanc eos longã obire uiam nõ permisere: sed, si dũtaxat ipsorum uoces haberẽt in scriptis,cum literis discessuros, & Regẽ exoraturos ut omnem iram dimitteret, spoponderũt.Quod & fore expectamus:etenim cum sententia diceretur,ingressi multæ sapientię uerba dixere,& per literas Regi supplicauerũt,et iudicij fecere mentionẽ, et se sua deposituros esse capita dixerunt, ne hoc fieret:Et has capientes in literis uoces ludices abierũt: quod omni corona splẽdidius uestrã ciuitatẽ exornabit. Et quæ sunt hic nũc gesta,audiet quidẽ magna ciuitas, audiet aũt omnis orbis, quòd tales Antiochenorum urbem habitant monachi,ut apostolicam exhibeãt potestatem. Et literis nũc lectis, in castris omnes ipsorum magnanimitatẽ admirabũtur, omnes ciuitatem nostram beatam uocabunt,& malam repellemus famam, & scient omnes quòd gesta nõ ciuitatem inhabitantiũ fuere,sed hominum externorum & perditorũ, & idonea ciuitatis morum demonstratio, monachorum erit testimoniũ. Ne igitur tristemur dilecti, sed cũ bona expectemus spe.Si enim apud homines libertas tantum molestiæ prohibere potuit, ipsa apud deũ fiducia quid non operabitur? Hæc etiam gentilibus dicamus, cum de philosophis nobiscũ disputare audẽt. Ex his manifestum quòd et priora fuerunt falsa apud illos. Ex his manifestum, quòd & apud nos uera

fuere

fuere priora de Ioanne, Petro & Paulo, & omnibus alijs. Quoniam enim in illorum pietatem succeſſerũt, propterea & eorum fiduciã exhibuerũt: quoniã ijſdẽ legibus educati ſunt, propterea & ipſorũ uirtutẽ imitati ſunt. Itaq; non eſt opus nobis literis ad apoſtolicã uirtutẽ demonſtrandã, rebus ipſis clamantibus, & diſcipulis magiſtros repræſentantibus. Non nobis ſermonibus opus eſt ad gentilium nugas manifeſtãdas, & apud ipſos philoſophantium puſillanimitatẽ, rebus ipſis clamãtibus, tã præſentibus, q̃ præteritis, q̃ omnia apud ipſos fabulę, & ſcena, & hypocriſis. Nec monachi tantũ, uerũ & ſacerdotes eandem præſtiterũt animi magnitudinẽ, noſtramq; diſpẽſauere ſalutem. Et alius quidem in caſtra ſe contulit, omnia dilectioni ueſtræ poſtponẽs, & paratus, niſi Regi perſuaderet, mori. Alij uero hic remanẽtes, & eadem cũ monachis exhibentes, proprijs manibus ludices cõtinentes, non permittẽtes abire, priuſq; de iudicij fine promitterent: & cũ renuẽtes quidem uidebant, multa fiducia & ipſi uiciſſim utebãtur. Vt aũt annuentes uiderũt, pedes & genua cõplexi, & manus exoſculati, utrãq; uirtutẽ ſuperabundãter exhibuere, libertatẽ & mãſuetudinẽ. Quòd enim non ſuperbia eſſet fiducia, exoſculando genua, & pedes amplectendo, maxime demonſtrauerunt. Rurſum q̃ humilitas non eſſet aſſentatio, neq; ſeruilitas quædam, nec ex illiberali ſententia profecta, præmiſſa ipſorum fiducia teſtificata eſt. Neq; hæc ſola de tentatione bona lucrati ſumus, uerũ & multam modeſtiam, mãſuetudinem multam. Ciuitas nobis repentè monaſteriũ facta eſt. Non ſic illam aliquis ornaſſet, ſi aureas in foro ſtatuas erexiſſet, ſicut nunc clara & illuſtris eſt, quæ bonas uirtutis ſtatuas protulit, & proprias exhibuit diuitias. Sed à rege profecta cõtriſtant? Sed nec illa profecto grauia, uerũ & ipſa multum attulerunt emolumẽti. Quid enim moleſti, dic mihi, factum eſt, q̃ orcheſtrã obſtruxit, q̃ circũ inacceſſibilem fecit, q̃ nequitiæ fõtes excluſit, & ſubuertit? Vtinã nec daretur unq; hos aperiri. Hinc nequitię radices in ciuitate germinauerũt, hinc ſunt qui moribus ipſis crimen afferunt, ſuas uoces ſaltantibus uendentes, & tribus obolis ſuam illis ſalutẽ prodentes, confundentes omnia. Propterea triſtaris chariſſime? Imò propterea & gaudere & lętari oportet, & gratias regi agere: quoniã ipſius ultio correctio fuit, & pœna eruditio, & ira doctrina. An qa balnea nobis occluſa ſunt? Sed hoc non intolerabile: uel inuitos, lubricã & mollẽ & diſſolutam degentes uitã ad philoſophiã reducere põt. An q̃ ciuitatis abſtulit dignitatẽ, nec amplius ipſam Metropolim appellari permiſit? ſed quid facere oportebat? Laudare cõmiſſa, & gratias agere? Et quis ipſum non accuſaſſet, q̃ nõ uel ſpeciem indignantis præ ſe tuliſſet? Nõ cernis patres multa huiuſmodi in filios ſuos facere? Auerſantur, & menſa prohibent. Hoc quoq; rex fecit, tales imponens ultiones, nullum quidem habentes damnũ, multam uero correctionẽ afferentes. Cogita quæ expectauimus, & quæ facta ſunt, & tunc maxime ſciemus dei gratiam. Doles, q̃ ciuitatis dignitas ablata eſt? Diſce quid tandem ſit ciuitatis dignitas, & tũc manifeſte ſcies, q̃ ſi habitatores ipſam nõ prodiderint, auferre poterit alius nemo ciuitatis dignitatẽ. Non q̃ Metropolis ſit, neq; q̃ habeat ædificiorum magnitudinẽ & ornatum, neq; q̃ multas habeat colũnas, & porticus, & deambulatiões, neq; q̃ ante alias ciuitates prædicetur: ſed inhabitãtium uirtus & pietas, hæc eſt dignitas, & ornatus, & tutela ciuitatis: ita ut ſi hoc deſit, omnium ſit uiliſſima, licet infinitum ab Imperatore conſequatur honorem. Vis ciuitatis tuę dignitatem diſcere? Vis gentilia ipſius ornamenta noſſe? dicam ſedulò, non ut diſcas tãtum, uerũ ut & imiteris. Quæ tandem eſt ciuitatis noſtræ dignitas? Contigit primũ Antiochiæ diſcipulos appellari Chriſtianos. hoc autem ciuitatũ quæ ſunt in mundo cũctarum habet nulla, nec ipſa Romuli ciuitas: propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere poteſt: quoniã erga Chriſtũ amoris ignẽ habet propter fiduciam, p[illegible]opter uirtutem illam. Vis & aliam ciuitatis audire dignitatem & laudem? Fames olim difficillima futura erat, & Antiochiam habitantes ſtatuerunt, prout quiſq; abundabat, ad ſanctos Hieroſolymam habitantes aliquid mittere. Ecce & ſecundam dignitatem, in fame charitatẽ. Non contraxit ipſos tẽpus, nec ſegniores reddidit calamitatis expectatio: ſed quando alij aliena colligunt, tũc illi ſua emittebant, nec præſentibus tantum, uerum & lõge ſedentibus. Vidiſti fidem in deum, & charitatẽ in proximum? Vis & aliã ciuitatis huius diſcere dignitatem? Deſcenderunt quidam ex Iudæa Antiochiam, perturbantes prædicationem, & Iudaicas inducentes obſeruationes. Non tacite tulerũt illi innouationem, nec acquieuerunt, ſed cõuenientes, & eccleſiam facientes, Hieroſolymam Paulum miſerunt & Barnabam, & effecerunt, ut apoſtoli dogmata à Iudaica infirmitate pura ubiq; terrarũ mitterent. Hæc ciuitatis dignitas, hoc ipſam facit Metropolim, non in terra, ſed in cœlo. Itaq; omnes alij honores corruptibiles ſunt & caduci, & cum preſenti uita ſoluuntur: frequenter autem & ante præſentem uitam finem capiunt: ſicut & nunc utiq; ceperunt. Mihi ciuitas nõ habẽs pios ciues omni uilla uilior eſt, & quacũq; ſpelũca ignobilior. Et quid dico de ciuitate? Vt eñ diligenter diſcas, quòd uirtus ſola inhabitantes ornat, nihil tibi de ciuitate dico, ſed qd' eſt omni ciuitate uenerabilius, Hieroſolymitanum dei tẽplum in medium afferens, hoc demõſtrare conabor. Hoc enim templum, in quo ſacrificia, & orationes & cultus, ubi ſancta ſanctorum, & Cherubin, & teſtamẽtum, & phiala aurea, magna indicia diuinæ circa genus illud prouidentiæ: Vbi oracula ſuperne continua ferebantur, ubi prophetæ diuini fiebant: ubi nõ humanæ artis apparatus, ſed diuinæ ſapiẽtię expreſſio erat: ubi multo parietes undiq; fulgebant auro, & ſupra omnem modum, tum materiæ pretioſiſſima ſpecies, tum artis diligentia coniunctæ, ſingulare ſuper terram templum

Act. 11. d

Act. 15. d

huiuſmodi tũc fuiſſe demonſtrauerunt: imò uero non artis tantũ diligentia, uerũ & dei ſapientia ſimul illud ornauit ędificium. 3.Reg.6.a Nõ enim ex proprio nec à ſemetipſo, ſed à deo cũcta Salomon diſcẽs, & deſcriptionẽ cœlitus capiẽs, ſic ipſum deſigna uit, & erexit. Verumtamẽ templũ tam pulchrum, & mirabile, & ſanctũ, utentibus ipſo perditis tan tæ ignominiæ habitũ eſt, ſicq; contemptũ & pro- Matt.21.b phanũ redditũ, ut ante captiuitatẽ quidem ſpelũ- Luc.19.g ca uocaretur latronũ, & ſpelæũ hyęnæ, poſt hæc uero barbaricis, & immundis, & prophanis manibus traditũ ſit. Vis & de ciuitate hoc idem diſcere? Quid Sodomis & coniunctis ciuitatibus fuit præclarius? Etenim domus & ædificia ſplendida, & parietes pulcherrimi apud ipſos erãt, & regio B pinguis, & fertilis, & paradiſo dei aſſimilata: Cella uero Abraham uilis & parua, & nullũ habens munimen. Sed exorto quãdoq; bello barbarico, urbes quidem mœnibus munitas ſuffoderunt, & ceperunt barbari, & incolas captiuos faciẽtes abierunt: ſolitudinis aũt ciuẽ Abrahã ingruentẽ nõ pertulerunt. Nec immerito: multitudinis enim & murorũ munimine multo maiorẽ uim habebat, pietatem ſcilicet. Si Chriſtianus es, ciuitatem non habes ſuper terram. Ciuitatis noſtræ opifex & architectus eſt deus: licet omnẽ capiamus orbẽ, hoſpites & peregrini totius ſumus. In cœlũ aſcripti ſumus: illic conuerſemur, non more puerorũ paruorũ pueros magnos ſuſpicientiũ, parua admiremur. Nõ ciuitatis magnitudo, ſed animi uirtus ornamentũ eſt & munimentũ. Si uero ciuitatis quo C que dignitatẽ eſſe putaueris magnitudinẽ, cogita quot lenones, quot molles & perditi, & innumeris pleni malis dignitati huic cõmunicant, & tandem hunc cõtemne honorẽ. Sed nõ ille talis eſt: nõ enim ipſius partẽ capere licet illis, qui nõ omnem exhibeãt uirtutẽ. Ne igitur ſtulti fiamus, ſed tunc doleamus, cũ quis animę noſtrę dignitatem abſtulerit, cũ peccatũ fuerimus operati, cũ cõmunem omniũ dñm offenderimus: ſiquidẽ quæ nũc patrata ſunt, non tantũ nihil lędunt ciuitatẽ, ſed ſi ſobrij ſimus, & maxime adiuuabunt. Etenim nũc ciuitas noſtra mulieri formoſæ, & liberę, & modeſtæ ſimilis eſſe uidetur. Timor ipſam facit mãſuetiorem & honeſtiorẽ, & à ſceleratis illis, qui hæc nefanda ſunt auſi facinora, liberauit. Ne igit mu- D liebri ploremus luctu: etenim multos per forũ dicentes audiui: Væ tibi Antiochia, quid tibi factũ eſt? quomõ es honore priuata? Et cum audiſſem, puerilem talia dicentiũ mentem deriſi. Nõ enim hæc nunc oportet dicere: ſed cũ ſaltantes uideris, potantes, blaſphemantes, iurãtes, peierãtes, mentientes, tunc his utere uerbis: Vę tibi ciuitas, quid tibi factũ eſt? Si uero forũ uideris paucos habens uiros, manſuetos & modeſtos, & moderatos, ciuitatem illam uoca beatam. Nihil enim ipſam paucitas lædere poterit, cum non deſit uirtus: ſicut e- Rom.9.f contra, nihil unq; proderit multitudo, cũ adſit malitia. Si fuerit numerus filiorum Iſrael, inquit, uelut arena maris, reliquię ſaluabunt. Nihil me multitudo poterit exorare, inqt. Sic & Chriſtus fecit, A uocauit ciuitates miſeras, nõ propter paucitatẽ, neq; quoniam nõ eſſent Metropoles. Et Hieruſa- Matt.23.a lem rurſum propter hoc ipſum miſeram dixit, ſic inquiens: Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos q ad te miſſi ſunt. Quã mihi confert utilitatem multitudo, dic mihi, ſi uitioſe uiuat? quin è contrario & damnũ ex hoc naſcitur. Quid enim aliud nũc illata mala fecit? nónne torpor & cõtemptus, & inhabitantium improbitas? nunquid dignitas ciuitati profuit? nũquid ædificij magnitudo? nunquid quia Metropolis? Si uero apud regẽ terrę nihil ipſi prędaricatę hoc profuit, ſed illa cuncta ſublata ſunt: multo magis apud angelorũ dominum nihil ipſi proderit dignitas iſta: nihil enim nos illo die poterit adiuuare, q Metropolim habitemus, porticus latas habentem, & alias huiuſmodi dignitates. Et quid dico illum diem? Quid uel ad præſentẽ uitam prodeſſe poterit ciuitatem eſſe tibi Metropolim? Nũquid ex hoc domũ quiſq; male diſpoſitã correxit, uel ex hac ullum dignitate prouentum habuit, uel triſtitiam repulit, uel corporis ægritudinem, uel animi uitium depoſuit? Ne ludamus dilecti, nec admultorum opiniones reſpiciamus, ſed diſcamus quæ tandem ſit ciuitatis dignitas, quid quod ciuitatẽ reddat Metropolim. Nec hæc dico q deſperem ciuitatem hanc formam priorẽ reſumpturã, & in propria futuram præſidẽtia. (Humanus enim & pius rex.) Volo uos autem, etiam ſi reddita fuerit, non altum ob hoc ſapere, neq; gloriari, nec ex his ciuitatem ueſtram uenerabilem habere. Cumuis ciuitatis laudem dicere, ne mihi Daphnen ſub urbanam dicas, nec altitudinem cupreſſorum, & multitudinẽ, nec aquarũ fõtes, nec multos homines ciuitatem habitare, nec uſq; ad ꝓfundiſſimũ ueſperũ cũ multa libertate in foro uerſari, nec uenalium copiam habere, ſenſibilia hæc omnia cũ ſint, & uſq; ad præſentem permaneant uitam: ſed ſi dicere poſſis uirtutẽ, manſuetudinẽ, eleemoſynam, nocturnas orationes, modeſtiã, animi ſapientiam, ex iſtis ciuitatem cõmenda. Hæc ſi & ęremum habitantibus adſint, omni ciuitate ſplendidiorem ipſam faciunt: & contrà ciuitatẽ omnium uiliſſimã, ſi hæc illius non adſint ciuibus. Hoc nõ in ciuitate tantũ, uerũ & in hominibus faciamus. Si hominem uideris corpulentũ, in habitudinem multã progreſſum, ſublimem, & alios ſuperaſcendẽtem corporis proceritate, ne admireris, donec animum didiceris. Ne ab exteriori pulchritudine ſed à mentis ornatu homines beatos cenſeamus. Paruus erat Dauid, & breuis ſtatura: uerumtamẽ 1.Reg.17 breuis ille & paruus, & armis nudus omnibus, exercitũ tãtũ & carneã turrim illam ſolo proſtrauit ictu, nõ haſtã iaculatus, neq; ſagittã mittens, nec enſem ſtringẽs, ſed omnia modico lapide cõſum Eccl.11.d mans. Propterea & quidã admonet, dicẽs: Ne laudaueris hominẽ in ſpecie eius, nec abomineris uirũ in aſpectu eius. Parua inter uolatilia apis, & dulcedinis principatũ tenet ipſius fructus. Hoc & de ciuitate & hominib. dicamus, & inter nos philoſophemur, & deo gratias habeamus cõtinue, & de præſen-

præsentibus,& de præteritis,& cõmuniter ipsum rogemus cum omni intentione, ut & carcerẽ habitantes,& in exilium transportati,illi quidem dimittant̃,hi uero reuertãtur. Membra nostra sunt & illi,nobiscum fluctuati sunt,nobiscum procellam sustinuerũt.Rogemus igitur benignitatẽ diuinam,ut nobiscum trãquillitatẽ assequãtur.Nemo dicat:Quæ uero mihi cura est amplius? Liberatus sum ipse periculo,pereat ille,corrumpat̃ alter. Ne deum exacerbemus per hanc aspernationẽ: sed tanc̃ ipsi simus in aduersis sic doleamus, sic deum cum sedulitate precemur,illud Pauli dictum implentes: Cum uinctis tanc̃ simul uincti, cum male habentibus tanc̃ & ipsi simus in corpore,& flentes cum flentibus,humilibus consentiẽtes.Hoc & nobisipsis maxime proderit. Nihil enim sic deum delectare consueuit, sicut cũ multa promptitudine pro membris nostris dolemus. Oremus igitur ipsum cõmuniter & pro præsentibus,& pro futuris, ut & ab illa nos pœna liberet. Præsentia enim qualiacunq; sint,tolerabilia sunt, & finem habent: illa uero tormenta immortalia & ineuitabilia. Præter cõsolationem uero studeamus & ipsi non amplius talibus labi peccatis, scientes quòd amplius neq; ueniam assequi poterimus.Communiter igitur ante deum procidamus omnes,& dum hic sumus,& domũ profecti dicamus:Iustus es domine in omnibus quæ fecisti nobis:quoniã in uero iudicio fecisti. Si peccata nostra obstiterint nobis, fac propter nomen tuum, & ne concedas amplius talium nos molestiarum experientiam capere, nec inducas nos in tentationem,sed libera nos à malo: quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria in secula seculorum,Amen.

Matt.23.a

IN PRAEDICTAM SEDITIONIS MA-
Philip.3.a teriam :& de ieiunio.Et in Apostolicum dictum:
& 4.b Gaudete in domino semper. Homi. XVIII.

VLTOS uidi gaudentes,& inter se dicentes:Vicimus,superauimus, ieiunij
M dimidium profligatum est. Tales autem hortor non propterea gaudere, quia profligatũ sit ieiunij dimidium, sed illud considerare, si peccatorum sit profligatum dimidium,& tunc exultare: hoc enim uoluptate dignum, hoc est id quod quæritur, & propter quod facta sunt omnia, ut defectus nostros corrigamus,ne tales exeamus de ieiunio, quales ieiunium ingressi sumus,sed abluti,& omni mala consuetudine deposita,sic sacram agamus solennitatem.Si hoc desit,non tantum nulla nobis erit utilitas,uerũ & maximũ ex consummato ieiunio damnũ.Ne igitur lętemur,q; ieiunij prolixitatem expediuimus,nihil enim magnũ hoc est:sed lætemur,quãdo cum profectibus ipsum exegerimus, ut etiam ipso transacto, fructus ipsius effulgeat:etenim hyemis lucrũ tunc maxime demonstratur, cũ illa præterierit.Nanq; uernantes segetes, & foliis ac fructu affluẽtes arbores per ipsum aspectũ clamant utilitatẽ sibi ex hyeme factam.Hoc & in nobis pariter fiat;etenim pluuijs continuis & crebris in hyeme per ieiunij tempus potiti sumus, continuam haurientes doctrinam, & semina suscepimus spiritualia,& deliciarum spinas abscidimus. Perseueremus igitur quæ suscepimus cum diligentia seruantes, ut & ieiunio præterito ieiunij scaturiat fructus: & per bona quæ de ieiunio cepimus,etiam ipsius ieiunij recordemur. Si nos igitur sic comparemus,adueniens ieiunium cum uoluptate suscipiemus denuo. Multos etenim uideo se ita pusillanimiter habentes, ut in præsenti de futura soliciti sint quadragesima, multosq; dicentes audiui,quòd post ieiunij liberationem nõ sentiunt uoluptatem ex remissione propter futuri anni solicitudinem.Quid his quæso magis esse posset pusillanime? Quæ uero est huius causa? quòd adueniente ieiunio nõ quomodo bene disponatur anima studemus, sed in sola ciborum abstinentia ipsum definimus. Itaq; si multum in morum correctione ab ipso lucraremur,etiam quotidie ieiunium adesse oraremus,per ipsa opera eius meritorum sensum capientes,nec unquam ipsius desiderium eijceremus, nec ipsum expectantes tristes fieremus & anxij.Mente quippe bene dispositum, & animæ suæ curam habentem nulla res contristare poterit, sed pura continuaq; fruetur uoluptate.Quòd hoc sit uerũ,hodie Paulũ audistis nos admonentẽ & dicentẽ:Gaudete in dño semper,iterũ dico gaudete.Scimus multis uideri, nõ posse fieri quod dictũ est.Quomodo nãq; fieri potest,inqt,ut qui homo est, semper gaudeat? Gaudere nanq; nõ difficile,cõtinue uero gaudere,& impossibile mihi esse uidet̃. Forte qs dicet, Multę nos tristitię necessariò circumcursant. Vel enim filium quis amisit,uel uxorẽ,uel amicũ syncerũ omni cõsanguineo magis necessariũ,uel pecuniarũ passus est mulctã, uel in ægritudinẽ incidit,uel aliarũ rerũ sustinuit iacturam,uel prętер dignitatẽ cõtumeliã passus indoluit:uel fames, uel pestis,uel exactio ferri non potest, uel familiaria negotia: quinimo nunc̃ omnia recensere possemus,quæcunq; & priuatim,& publicè nos mœrore afficere cõsueuerunt. Quomodo igit̃, inquit, possibile semper gaudere? Possibile admodum ô homo:& si possibile non esset, non admonuisset Paulus,nec consuluisset,cum homo spirituali esset præditus sapientia.Et propterea cõtinue uobis dicebã,& dicere non desinam: quoniam quæ nullatenus ab alio quoq; discere datur,hęc nobis licet hic meditari. Voluptatẽ enim quęrũt,& gaudere cupiunt omnes,& propter hoc omnia faciũt & dicũt & negotiant̃. Etenim mercator propter hoc nauigat,ut pecunias cõgreget: cõgregat aũt pecunias,ut habens repositas gaudeat:& exercitus ductitans propterea tractat arma, & agricola propterea terram colit,& artẽ quisq; suam propterea tractat:& dominationis cupidi ideo cupiũt, ut gloria fruantur:gloria uero frui uolunt, ut gaudeant.Et negotium quodq; ad hunc finem nobis tendere uidetis. Et ad hoc quisq; respiciens per multa media ad ipsum ire festinat. Lætitiam quippe, quod dixi, amant omnes, assequi uero non omnes

1.Reg.17

Eccl.11.c

omnes possunt. Nesciũt enim uiam eò tendentẽ. Sed multi putant q̃ diuitijs affluere huius sit causa. Si hæc autẽ causa fuisset, nemo pecunias possidentium unq̃ fuisset dolore pressus: nunc uero diuitum multi uitam non uitalem esse putant, & innumeras mortes exoptant, cum aliquam aduersitatem senserint, & hi maxime sunt uehemẽter dolentes. Ne mihi quippe mensas ipsorũ respexeris, nec assentatores & parasitos, sed res ex ipsis orientes, infestationes & calumnias, pericula, anxietates, & quod his molestius est, q̃ impræmeditati ad has deuoluti mutationes, philosophari nesciunt, & casus generose ferre. Propterea nec huiusmodi uidẽtur ipsis grauia, qualia per naturã sunt, uerũ & leuia iam intolerabilia esse uidẽtur. Sicut uicissim in pauperibus contrarium fit, & illa tolerari posse uidẽtur, quæ intolerabilia sunt: quippe qui multa talia prius meditati fuerint. Non enim tam rerũ natura, q̃ patiẽtiũ dispositio magna uel parua uideri facit incumbentia nobis mala. Et ne horum exemplum amborũ longius accersam, de his quæ uobis acciderunt, dicerã. Ecce enim pauperes quidem omnes euaserũt, & populus periculo liberatus est, & pura potiẽ securitate: Qui autẽ rempub. tractabant, & equos domi alebãt, & brauia in certaminibus proponebant, & alia administrabant: ipsi carcerem nunc habitant, & de extremis timent, & ab omnibus patratorũ soli dãt pœnas, & in continuo metu uiuunt, & omnibus nũc miseriores sunt, nõ propter periculorũ magnitudinẽ, sed quia præteritũ tempus in delicijs egerãt. Multi nanq̃ cum eos hortaremur & suaderemus ut generose grauia ferrent, dicebãt: Nil unq̃ tale meditati sumus, nec talia philosophari nouimus, propterea magnæ indigemus consolationis. Alij rursum putãt, q̃ bona ualetudo sit uoluptatis causa. Non est autẽ: multi nanq̃ bene ualentes, & ipsi millies mori optauerunt, illatas sibi nõ ferẽtes iniurias. Alij rursum gloria potiri, & imperio insignitum esse, & magistratus administrare, & à multis adulationibus demulceri, continuæ lętitię causam esse dicũt: sed nec istud est. Et quid dico alios magistratus? Etsi eẽ ad ipsum mente regnũ ascẽdamus, in illo quoq̃ uiuentem multis circumuentum molestijs inueniemus: & tãto plures tristitię necessitates habẽtem, quanto maiori quoq̃ rerũ fastu circundatus est. Et quid opus est bella pugnasq́ cõmemorare, & barbarorũ insultus? Ipsos sæpe timent, qui secum domi cõuersantur. Etẽ Regũ multi hostiles elapsi manus, corporis sui custodum insidias nõ effugerunt. Tot uero regibus tristitię necessitates sunt, quot mari undę. Cũ igit nec regnũ uitam sine tristitia reddere possit, quid aliud hoc præstare poterit? Humanorũ quidem nihil, sed solum Pauli uerbũ, breue quidem id, sed altũ nobis hunc aperiet thesaurũ. Non enim multis opus est sermonibus, nec longo circuitu: sed si solum dictum cogitemus, uiam ad hoc ferentẽ inueniemus: nec eẽ simpliciter dixit, Gaudete semper, sed addidit continuę uoluptatis causam, cum dixerit: Gaudete in domino semper. In dño gaudẽs ex accidẽte nullo uoluptate hac excidere potest. Alia nempe cũcta, in quibus gaudemus mutabilia sunt, & transitu facilia, & facile uertuntur, nec hoc solum habent molestum, sed etiam q̃ manentia non tãtam nobis afferunt uoluptatem, ut ex alijs nascentẽ tristitiã repellant & obumbrent: Dei uero timor hæc habet utraq̃, stabilis est immotusq́, & tãtam emittit lætitiam, ut nullus nos aliorum sensus malorum capiat. Deũ enim, sicut oportet, timens, & in ipso cõfidẽs, uoluptatis radicem lucratus est, & omnẽ habet lætitiæ fontẽ. Et sicut in mare decidens immẽsum scintilla breuis facile deletur: sic quantacunq̃ deũ timenti illi dantur, uelut in uastũ lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur atq̃ perdunt. Et reuera hoc est maxime mirabile, q̃ cũ adsint quæ contristare solẽt, permanet ipse gaudẽs. Si nihil enim adesset tristificum, nõ esset ipsi magnum semper posse gaudere. Multis autem incumbentibus, quæ in tristitiã impellant, omnibus esse superiorem, & in medijs tristib. lætari, hoc est admirabile. Et sicut tres pueros non arsisse miraretur nemo, si procul à Babylonica stetissẽt fornace: (quod eẽ omnes cõsternauit, hoc est, quòd in igne tantum temporis uersati, his qui nõ uersati fuerant, egressi sunt minus læsi:) sic & in sãctis dicere licet, quòd si nulla ipsis institisset tentatio, ipsos cõtinue gaudere non admiraremur. Consternatione uero dignũ, & supra naturam humanam hoc est, quòd infinitis undiq̃ undis circumdati, tranquillitate pura fruentibus melius affecti sunt. Quòd igitur nullã exteriorẽ uitam gaudium continuum habẽtem inuenire licet, ex dictis patet. Quòd autem fidelis nõ potest non cõtinua frui uoluptate: rursum & hoc ipsum demonstrare conabor, non ut discatis tãtum, sed etiam ut hanc tristitia carentem uitam sectemini. Sit enim aliquis nihil in se damnandũ habẽs, sed bona fretus conscientia, & ad futura anhelans, & expectans illam beatam spem: quid hunc quæso in tristitiam poterit inducere? Nam omnibus rebus intolerabilior mors esse uidetur, sed huius expectatio non tantum ipsum non cõtristat, uerum & potius delectat: nouit enim q̃ mortis præsentia laborum est liberatio, & cursus ad coronas, & brauia pro pietate & uirtute pugnantibus reposita. Sed filiorũ acerba mors. Verum & hoc generose fert, & dicet Iob uerba: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino uisum est, ita & factum est: sit nomẽ domini benedictum in secula. Si uero filiorũ mors & iactura contristare non potest, multo minus pecuniarũ iactura, & accusationes & calumniæ tam magnũ & generosum animũ tãgere possent. neq̃ corporis dolor: quoniã & apostoli flagellabantur quidem, sed nõ dolebant. Magna quidem̃ sunt & hæc, sed multo maius est, q̃ nõ tãtum non dolebant, uerum & ipsa flagella maioris materiam faciebant uoluptatis, & reuertebantur à facie concilij gaudentes quòd digni fuerant habiti pro nomine Christi contumeliam pati. Cõtumelia & conuicio quis talem affecit, sed à Christo gaudere institutus est in contumelijs. Gaudete enim

Iob 1.d

Act. 5.8

a. Cor.

Matt.

Eccl. 2

1. Pet

Rom.

Matt.5.4 nim,inqt,& exultate de omni malo uerbo quod dixerint contra uos homines, mentiẽtes propter me:quoniã merces ueſtra multa eſt in cœlis. Sed in morbum incidit? Verum audiuit alium admonentem & dicentẽ: In morbo & paupertate in ipſo confidas. Quoniam ſicut in igne probatur aurũ,ſic homines acceptabiles in fornace humiliationis. Cum igitur neq; mors,neq; pecuniarum iactura,neq; corporis ęgritudo,neq; ignominia,neque conuicium,neq; quippiã aliud huiuſmodi ipſum contriſtare poſſit,uerum & magis delectet: quam unquam triſtitiæ materiam habebit? Quid igitur,inquit,ſancti non dolebant? nõ audis Paulum dicentem: Triſtitia mihi magna eſt,& indeſinens dolor cordi meo? Hoc ipſum nempe admirabile eſt,q triſtitia lucrum,& uoluptatẽ ex lucro ferebat. Sicut enim flagella non dolores,ſed lætitiam:ſic rurſum & triſtitia magnas illas præbebat coronas. Et hoc eſt admirabile,quòd mundi non triſtitia tantum, uerum & lætitia damnum habet extremum. In ſpiritualibus uero cõtrarium totũ, non lætitia tantum,uerum & triſtitia multum habet bonorũ theſaurũ. Verbi gratia: Gaudet quis in mundo ſæpe inimicum laborantẽ uidẽs,& per hanc lætitiam multam ſibi attrahit pœnam:dolet rurſum quis alius fratrem lapſum uidens, & per hanc triſtitiam multam ſibimet apud deum bene uolentiam cõparat. Cernis quomodo ſecundum deũ triſtitia,mũdi lætitia melior eſt & utilior? Sic & Paulus triſtabatur propter peccantes, propter non credentes deo, & ex hac triſtitia multam ſibi repoſitam habebat mercedẽ. Vt aũt manifeſtius quod dico faciã,& diſcatis q licet præter opinionem ſit dictum,tamen uerũ eſt, & luctus ſæpe nouit dolentes animas reparare,& conſcientiã grauatam releuare:multæ ſæpius mulieres deſideratiſſimis amiſſis filijs, ſi prohibeantur quidem lugere & conqueri,diſrumpuntur & pereunt:ſi uero mœrentium omnia fecerint,releuantur & conſolationem accipiunt. Et quid mirãdum, ſi in mulieribus hoc, quippe cum & prophetam hoc patientem uidere quis poſſit? Propterea continuè dicebat:Sinite me,amarè lugeam, ne prohibete cõſolantes ſuper contritione filiæ generis mei. Itaq; ſępe triſtitia affert cõſolationem. Si autem hoc in mundo,multo magis in rebus ſpiritualibus. Propterea dicit:Secundum uero deum triſtitia pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et hoc quidem obſcurum eſſe uidetur. Quod autẽ dicit, eſt huiuſmodi:Si de pecunijs triſtatus fueris, nihil ꝑfeciſti:ſi in ægritudine, nihil lucratus es,uerum & magis ipſam exacerbaſti. Et ego quidem multos audiui poſt talem experientiam ſe accuſantes, & ad ſeipſos dicentes:Quæ utilitas q doluiſ? nec pecunias recuperaui,& meipſum lęſi. Si uero peccato triſteris,hoc deleſti,& maximã lucratus es uoluptatem. Si de fratribus lapſis contriſteris, teipſum hortatus es & conſolatus,& illos rurſum reparaſti:q ſi nihil & ipſis profueris,maximã habes mercedem. Et ut diſcas,q de lapſis triſtari,etſi nihil proſumus, maximam nobis retributionem afA fert,audi Ezechielem dicẽtem, imõ uero deũ per ipſum loquẽtem. Poſtq; enim miſit quoſdam ad ſubuertendum urbem,& ferro & igni conſumendum ædificia omnia cum habitatoribus ipſis,imperat cuidam ſic dicens:Da ſignum in facie uirorum gementium & dolentium. Et cum alijs imperaſſet,& dixiſſet: De ſanctis meis tangite: intulit dicens:Supra quos autem eſt ſignum, ne ipſos tãgite. Qua,dic mihi cauſa? Quoniam etſi nihil prò ſunt,tamen gemunt quæ geruntur,& deplorant. Et alios uero rurſus accuſat,dicens: Ventri & delicijs uacantes,& multa potientes libertate, uidẽtes ludęos in captiuitatem deduci,non doluerũt, non cõmunem fecere triſtitiam:& ipſos accuſans ait:Nihil paſſi ſunt in contritione Ioſeph. Ioſeph B appellans populum omnem. Et rurſum:Nõ exijt quæ habitat Enam plangere domum ſuæ cõiunctam. Quamuis enim iuſte puniantur, uult deus nos cõdolere,non autem gaudere & inſultare. Si enim ait: Ego puniens nõ lætus hoc facio, nec in ipſorũ ultione delector: non enim uolũtate uolo mortẽ peccatoris: oportet & te dominũ imitari, & propterea lugere,quoniã peccator iuſtę ultionis materiam præbuit & occaſionem. Itaq; ſi quis etiam ſecundum deum triſtetur,magnam inde ſumit utilitatẽ. Cum igitur flagellati flagellantibus ſint beatiores,& apud nos tribulati exteris poſitis in remiſſione,& dolentes gaudentibus: quæ nobis amplius erit tribulationis occaſio? Propterea beatum haberi cõuenit neminem, niſi ſecundum deum uiuẽtem ſolum. Hos quoq; ſolos ſcriptura C beatos uocat:inqt enim: Beatus uir, qui nõ abijt in conſilio impiorum. Beatus, quem tu erudieris domine,& de lege tua docueris eum. Beati immaculati in uia. Beati qui cõfidunt in eo. Beatus cui dominus deus adiutor eius. Beatus quẽ non condemnauit anima eius. Beatus uir, qui timet dominum. Et rurſum ſic Chriſtus: Beati qui lugẽt, beati humiles,beati mites,beati pacifici, beati q perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiam. Vides quomodo nullibi diuitum quenq;,nõ generoſum,nõ gloria potitum beatificant diuinę leges,ſed uirtutem tantũ aſſecutũ? Quod quæritur enim,omniũ quæ facimus uel patimur,materiam dei timorem eſſe conuenit. Et ſi hanc prætermittas radicẽ,non D remiſſio tantũ,nec honores, neq; gloria atq; miniſteria,uerũ & infeſtationes & calumniæ,& contumeliæ,& ignominiæ,& tormenta,& omnia generaliter uoluptatis fructus tibi germinabunt. Et ſicut arborum radices, ipſæ quidem ſunt amaræ, iucundiſſimos autem nobis fructus ferũt:ſic profecto & ſecũdum deum triſtitia multã nobis afferet uoluptatem. Norũt quicũq; ſæpe cum dolore orauerunt,& lachrymas effuderũt, quantã ſint lucrati lætitiam: quomodo cõſcientiã expurgarũt, quomodo exurrexerunt cũ bona ſpe:quod enim ſemper dico,nõ rerũ natura, ſed mens noſtra nos cõtriſtare uel lætificare cõſueuit. Si igit hanc talẽ reddamus,qualẽ eſſe decet,omnis lętitiæ pignus habebimus. Et ſicut corpus,nõ tantũ aeris natura aut exteriores incurſus, quantũ ꝓpria diſpoſitio

Ezech.9.b

Amos.5.b

Mich.1.c

Ezech.18.g

Pſal.1.a

Matt.5.a

& læ-

Matt.5.4 Eccl.22.d 1.Pet.1.b Rom.9.a Iob 1.d 2.Cor.7.a Act.5.8

& lædit & adiuuat: sic & in anima & multo magis. Hic etenim naturæ est necessitas, illic uero totum in uoluntate situm est. Propterea Paulus innumera passus mala, naufragia, bella, persecutiones, insidias, latronum incursus, & quæcunq; nec oratione numerare licet, & quotidianas mortes moriēs, nō tantū non dolebat, nec indignabatur, uerū & gloriabatur, & gaudebat, dicebatq; : Nūc
Coloss. 1. d gaudeo in passionibus meis, & suppleo defectus
Rom. 11. 4 tribulationum Christi in carne mea. Et iterū : Nō tantum autem, uerum & gloriamur in tribulationibus. Gloriatio uero uoluptatis est intēsio. Si lætitiam itaq; cupis, non pecunias, non corporis sanitatem, non gloriam, non potentiā, nō delicias, non lautas mensas, non sericarum uestiū amictus B quæras: noli pretiosos agros domósue splēdidas & illustres, aut aliud huiusmodi quicquam sectari: sed philosophiam, quæ est secundum deum tracta, & apprehende uirtutem, & nil eorū quæ sunt, aut expectātur, te poterit contristare. Quid dico cōtristare? additio nēpe tibi fient uoluptatis, quę alios cōtristant: etenim flagella, & mortes, & mulctæ, & accusationes, & male pati, & omnia talia, quando propter deum nobis inferantur, & hanc habeant radicem, multam nobis in animam inducunt uoluptatem. Nos enim miseros facere poterit nemo, nisi nosipsos faciamus: sicut scilicet neq; beatos, nisi nos efficiamus, post dei gratiā. Vt discatis, q; hic solus est beatus, qui timet dominum: non ex præteritis, uerū ex contingentibus nobis, hoc uobis demōstrabo. Periclitata nobis est ciui- C tas tota deleri: & diuitum quidem & illustrium & insignium uirorū in medio apparere ausus est nemo, sed fugerunt omnes, & recesserunt: deū uero timentes, cōmorantes in monasterijs, hi multa cū fiducia accurrentes, omnia soluerunt: & tantū abfuit, ut accidentia mala, & expectatæ cōminationes ipsos terrerent, & in anxietatem inijcerēt, ut longe à calamitate sedentes, & nihil habentes cōmune, sponte seipsos in medium mitterent incendium, & omnes eriperent: & quod omnibus terribile & horrēdum esse uidetur, mortem ipsi cū omni promptitudine expectauerunt, & cum maiori ad eam uoluptate cucurrerunt, quàm ad principatus alij & honores. Norāt enim, quòd magnus hic magistratus & honor: & per ipsa demonstra- D runt opera, quòd solus est hic beatus, qui disciplinam apprehendit cœlestem, & mutationem nullā suscipit, nec ullam sustinet aduersitatem, sed cōtinua tranquillitate fruitur, & omnia deridet quæ uidentur esse tristia. Nūc enim qui sunt in primis magistratibus, tristitia multa tenentur, carcerē habitantes, catenis obsessi, quotidie mori expectantes. Hi uero purissima fruuntur uoluptate, etiam si quid graue pati accidat: & quæ alijs terribilia esse uidentur, hęc ipsis sunt desiderabilia: norunt enim ad quid currunt, & quis finis postquàm hinc discesserint, suscipiet. Et cū tanto uiuētes studio, & mortem deridentes, pro alijs tamen dolent, & ex hoc uicissim magnam capiunt utilitatem. Studeamus igitur animæ nostrę curam habere, & ex

pectatorū nihil nos poterit contristare, & pro carceratis deum oremus, ut eos ab imminēti liberet calamitate. Poterat nempe totū simul soluere malum, & ne tenues quidē dimittere reliquias. Sed ne rursus ad priorem reuertamur torporem, sensim & paulatim horum torrentem malorū remittere curauit, in eadē nos retinēs pietate. Et quòd hoc sit uerum, & quòd multi ad priorē redijssent torporem, si breui cuncta soluta fuissent, inde manifestum est. Si, quādo calamitatis reliquiæ remanent, & adhuc regis est incerta sentētia, & omnes ciuitatis negotia administrantes sunt in uinculis: multi ciuitatē nobiscum habitantium lauandi cupiditate ad fluuium currunt, innumeris illic se cō uicijs mordentes, luxuriantes, lasciuientes, saltantes, fœminas pertrahentes: Qua igit illi uenia digni? qua excusatiōe? imò uero qua nō sunt pœna & ultione digni? Ciuitatis caput in carcere, membra nostra in exilio, incerta de his sententia: & tu, (quæso) saltas, & ludis, & rides? Inquit aliqs: Nō enim illuuiem ferimus. O impudentē sentētiam. O mechanicam & perditam. Quot menses rogo fuerūt? Quot anni? Nondum uiginti dies balneis excluſus egisti, & tanquam totum in illuuie transegeris annum, sic mœres & indignaris? Sic quæso fuisti, cum militum incursum expectabas, cum per singulos mori dies sperabas, quando in deserta fugiebas, & ad montium currebas uertices? Si quis tibi tunc totum annum in illuuie manere, proposuisset, ut ab instanti liberareris anxietate, nónne prompte suscepisses atq; tulisses? Cū igitur illi, qui absq; omni dāno hæc soluit, deo gratias agere conueniat, lasciuis rursum & contumeliam facis, & quoniam metus transiuit, ad maiorem iterū torporem redijsti? sic te tetigerunt mala, ut appetas & balnea? Si enim balnea remittebantur, non erat satis morientium calamitas, etiam eis qui in his non essent molestijs, persuadere, ut omniū obliuiscerentur deliciarum? De anima periculū est, & tu balneorum recordaris & delicijs uis uacare? Contemnis quia nunc effugisti? Vide ne maioris pœnæ tibi necessitatem circumponas, & ablatas rursum minas cum maiori attrahas discrimine, & idem patiaris, quod de dæmonibus inquit Christus. Postquā enim egressus fuerit spiritus immūdus, inquit, & postea inuenit domum uacantem, & scopis mūdatam, septem alios spiritus nequiores se iterum assumens, reuertitur in animam, & fiunt posteriora eius peiora prioribus. Timeamus igitur & nos, ne prioribus absoluti, per sequētem torporem prioribus peiora subeamus. Noui uos ab hac alienos stultitia. Verum & incōposite ambulātes cohibete, punite, castigate, ut semper gaudeatis, sicut Palus imperauit: ut & propriorum hic meritorum, & aliorum curæ multam & hic & in futura uita capiamus mercedem, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

AD

AD HOMINES AGROS COLENTES, & de uitando iuramento, Homi. XIX

RATVLATI eſtis ſanctis martyribus his dieb. trāſactis, & ſpirituali lætitia repleti exultaſtis honeſtis exultationibus: uidiſtis aperta latera, & ilia conciſa, cruorem undiq; defluentem, infinitas tormentorum ſpecies. Humanam uidiſtis naturam ſupernaturalia præſtantem, & coronas ſanguine decoratas: pulchrā ſaltaſtis choreā, in omnē partem ciuitatis hoc honeſto duce uos circumagente: ſed nos inuitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etſi ſolennitati non interfuimus, de uoluptate participamus: etſi de concione fructum non cepimus, uobiſcum tamē lętitiam cōmunem habuimus. Talis eſt enim charitatis uis, non fruentes pariter cum fruentibus gaudere facit, cōmunia proximorum bona putare perſuadens. Propterea & domi ſedens, gaudebam uobiſcum, & morbo nondum ſolutus ſurrexi, & cucurri ad uos, ut deſiderabiles facies ueſtras intuerer, & præſentis feſtiuitatis particeps fierem. Feſtiuitatem enim maximā eſſe puto præſentem diem, propter fratrum pręſentiam noſtrorum, qui urbem nobis adornauerunt, & eccleſiam honeſtarunt. Populus lingua quidem nobis diuerſus, fide uero cōſonus: populus in labore uiuens, uitam habēs modeſtā, & uenerabilē. Apud hos enim uiros non iniquitatis ſpectacula, nō equorum certamina, neq; meritoriæ mulieres, nec reliquus urbis tumultus, ſed omne luxurię genus eliminatū eſt: multa uero ubique modeſtia floret. Cauſa uero, laborioſa ipſis eſt uita, & uirtutis ſchola atq; modeſtiæ habent: terrę culturā artē tractātes, quā ante reliquas omnes in uitā deus noſtram intulit. Etenim ante peccatū Adam quando multa fruebatur libertate, agriculturā quandam obire iuſſus eſt, nō laborioſam quidem, nec erumnas habentē, ſed multam ſibi prębētem philoſophiā: Poſuit enim ipſum, ait, ut operaretē & cuſtodiret paradiſum. Horum quenq; cerneres nūc quidem boues iugantem aratorios, & aratrum trahētem, & profundum ſcindentē ſulcum: nunc aūt ſacrū aſcendentem ſuggeſtū, & ſubditorū animas arantem. Nunc quidem agri ſpinas excidentem falce, nūc uero ſermone ex animis peccata extergentē: Non enim erubeſcunt cultura, ſicut urbem nobiſcum habitantes, ſed erubeſcunt ſegnicie, quoniā didicerūt omnem illam docuiſſe malitiam, & ab initio ſe diligētibus nequitiæ fuiſſe magiſtrā. Vnde maxime nobis optimam philoſophari uidentē philoſophiam, non ex habitu, ſed ſententia uirtutem ſuam exhibētes. Itaq; externorū philoſophi, ſcenicis & mimorum ludis uacantibus, nihilo melius ſe habēt, pallio & barba & ſtola nihil amplius exhibere ualentes. Hi uero contrà, baculo & barba & reliquo apparatu longū ualere iuſſis, animā ſuā ueræ philoſophię pręceptis exornauere, nec præceptis tantum, uerum & operib. ipſis. Et ſi horum quempiam interroges in agricultura uiuentium, & ligone & aratro confectorum de dogmatis, de quibus infinita quærentes externi philoſophi, & ſermones multos impendētes, nihil ſanum dicere potuerunt, ſedulo cuncta tibi cū multa reſpondebit ſapientia. Nec hoc tantum eſt admirabile: uerum & quoniam per opera dogmatum fidem firmant. Etenim quòd animam habemus immortalem, & omnium quæ hic gerūtur, rationes reddere debemus, & tremēdo aſſiſtere tribunali, & in mente ſibi perſuaſerūt, & uitam omnem ad hanc ſpem inſtituerunt, & omni humana opinione ſuperiores redditi, atq; à diuina eruditi ſcriptura, quòd uanitas uanitatum, & omnia uanitas, ad nil eorum quæ uidentur eſſe clara, anhelāt. Hi & de deo hæc philoſophari norunt, quæ deus mandauit. Age aſſumēs philoſophorum aliquem externorum nunc in medium adducas: immo uero nunc quidē neminem datur inuenire: Si uero horum aſſumas unum, euoluensq; priſcorum philoſophorū libros percurras: & quid hi quidem nūc reſpondēt, quid autem illi tūc philoſophati ſunt, in comparatione ponens diſcutias, uidebis quanta ſit horum quidē ſapientia, quāta uero illorum dementia. Cum enim ipſorum quidam nullam in rebus eſſe prouidētiam dicāt, nec à deo creatum eſſe mundum, neq; uirtutem ſibiipſi ſufficiētem eſſe, ſed opus eſſe pecuniis, & generoſitate, & exteriori claritate, & multa alia his magis ridicula: hi autem & de prouidentia, & de iudiciis ſequentibus, & de dei creatione, qui ex his quę non erāt, omnia produxit, & de aliis omnibus philoſophētur, nihil omnino de peregrina ſciētes diſciplina, quis non illico dei potentiam diſcat, quæ illiteratos & idiotas multum in ſapiētia gloriātibus, tāto ſapientiores demonſtrauit, quanto paruis puerulis prudentes uiros præſtantes cernere datur? Quod enim ipſis damnū ex ſermonis imperitia eſſe poſſit, quum mentes multa ſint ipſis plenę ſapientia? Quę uero peregrinis ex ſermonum diſciplina utilitas, quum mens ſenſibus ſit caſſa? Vt ſi quis enſem gereret, capulum quidem argēteum habentem, ferrum uero quolibet plumbo imbellius. Et his enim lingua quidem uerbis & nominibus eſt ornata, mens uero multa repleta eſt infirmitate, & ipſis ad omnia eſt inutilis: ſed nō ſic horum philoſophorum, ſed penitus contrariū. Multæ mens ipſis philoſophiæ ſpiritualis eſt plena, & dogmata uita ſectatur. Apud hos non ſunt mulieres luxuriantes, nec ueſtimentorum ornatus, nec colores & fuci, ſed omnis huiuſmodi morum corruptio pulſa eſt. Vnde facilius quoq; ſubditū ſibi populum in modeſtiam deducūt, & Pauli legem uelamina & eſcas habere, & nil amplius quærere iubētem, multa cum diligētia cuſtodiunt. Apud hos nō eſt unguentorum uſus mentem allectās, ſed terra herbas proferens omni unguentario ſapientius ipſis uariam florum parat ſuauitatē. Propterea & ipſis corpora cum animis pura ſanitate potiuntur: quoniam omnes delicias expulerunt, & nequiſſima ebrietatis fluenta fugauerūt: & tantum comedūt, quātum ad uiuendum ſufficit. Ne ipſos igitur ex habitu cōtemnamus, ſed ipſorum men-

Ecclſ. 1 & 12. c

mẽtem admiremur. Quę nãq; exterioris amictus utilitas, cum anima mendico sit omni miserius induta? Virum non à uestimentis, imò nec ab ipso corpore, sed ab anima laudare decet & admirari. Huius animam exue, & ipsius pulchritudinem uidebis, atq; diuitias per uerba, per dogmata, & per omnem morum cõstitutionem. Erubescant igit̃ gentiles, abscondãtur propter suos philosophos, & suam sapientiam omni stultitia miseriorem. Apud ipsos enim philosophi per tempus quo uiuebant, uix paucos & facile numerabiles dogmata sua docere potuerunt, & uel exiguo deprehẽdente periculo & hos perdiderunt. Christi uero discipuli piscatores & publicani & tentoriorum sutores paucis annis totum mundum ad ueritatẽ conuerterunt: & innumeris tamen nascentibus periculis non tantum non est extincta prædicatio, uerum & floret ac in maius augetur, & philosophari docuerũt homines rudes, & agricolas, & inter armẽta uersantes. Hi præter cætera etiã omniũ bonorum causam charitatem radicatam habẽtes, ad nos festinauerunt, tantam currẽtes uiam, ut uenirent & propria circũplecterentur mẽbra. Eia igitur & nos pro donis istis, charitate dico & affectu, uiatica dantes, sic ipsos remittamus, & rursum de iuramentis sermonẽ moueamus, ut radicitus ex omnium mente improba hæc cõsuetudo reuellatur. Prius autẽ uolo pauca de dictis à nobis superius hodie cõmemorare. Postquam enim à Persis absoluti Iudæi, & ab illa liberati tyrannide, in propriam rediere patriã: Viderũt falcem, inquit, Zach.5.a lõgitudine cubitorũ uiginti, & latitudine cubitorum decem, & pphetam se docentem audierunt: Hęc est maledictio egrediens supra faciem terrę, & ingrediens domũ peierãtis, & dissoluet in medium, & ligna & lapides destruet omnes. Et his tunc lectis, quærebamus quare nõ iuratũ solum, sed etiam ipsius domum dissoluit: & hãc causam esse dicebamus, quoniã grauissimorũ pœnas peccatorũ uult deus continuas permanere, ut omnes post hæc corrigãtur. Quoniam igitur periurũ necesse est mortuũ sepeliri, & terræ sinibus tradi, ne cum ipsius corpore & iniquitas cõsepeliatur, domum ruinam fecit, ut prætereuntes cuncti ipsam cernentes, & suffossionis causam discẽtes, peccati imitationem fugiãt. Hoc & in Sodomis factum Gen.19.e est. Postq; enim exarserũt in sui cõcupiscentiam mutuam, etiam terrę natura ab igne superne delato succẽsa fuit. Volebat enim huius peccati ultionem manere perpetuam. Et nota dei clemẽtiam. Non ipsos peccatores usq; in præsentem diem ardere fecit, sed illos semel incensos occultauit: terrę uero faciem succensam in medium omnib. proposuit post hęc cernere uolentibus, & nũc omni lingua clarius omnes posteras generationes terræ cõmonet aspectus, tantum non clamans & dicens: Ne patretis Sodomorum scelera, ne pœnas patiamini Sodomorũ. Nec enim sic in mentes sermo peruenire solet, ut aspectus terribilis, & per omne gerens tempus calamitatis uestigia. Et attestãtur ad illa loca profecti, qui sępius scripturam de his loquentem audientes, non multum timẽt: postquam uero uenerunt, & regionem ascenderunt, & ipsius omnem superficiem uiderunt deletam, & incendium sunt conspicati, & terram quidem nusquam apparẽtem, cinerem uero cuncta atq; fauillã, perculsi & multam ex aspectu illo capientes modestię disciplinam, sic abierunt: etẽ ipse ultionis modus peccati modum imitatur. Sicut enim illi congressum infœcundum adinuenerunt ad filiorum procreationem non conferentẽ: sic profecto & deus intulit pœnam, quę terrę uẽtrem penitus sterilem reddidit, & omnibus cassum fructibus. Idcirco & iurantium domos delere minatus est, ut alios illorũ pœnis modestiores faceret. Ego aũt hodie demonstro non unam & duas, & tres domos iuramẽtis destructas, sed ciuitatem totam & populum religiosum, & gentem multa semper prouidentia uti solitam, & tribum multis elapsam periculis. Etenim Hierusalẽ ciuitas dei, sanctorum arcam habens, & omnem illum cultũ, ubi prophetæ fuerũt, & spiritus gratia, & arca, & tabulæ testamenti, & phiala aurea, ubi angeli sæpe incedebant, hæc ciuitas innumeris nascentib. bellis, & multis ipsam incursantib. Barbaris, tanquam muro ex adamante circũdata, sic omnes illos semper derisit, & regiõe tota deleta, nihil graue passa est. Nec hoc solum est admirabile, uerũ & quòd grauem sæpe plagam hostibus inferens, sic eos emittebat, tantam à deo nacta erat prouidentiam, ut ipse deus diceret: Velut uuam in de- Oseę.9.b serto inueni Israel, & uelut signum in ficu temporaneum uidi patres ipsorum. Et iterum de ipsa ciuitate: Velut rami oliuæ in summo excelsi, & dicent: Ne noceas ipsis. Verũtamen dei ciuitas chara tot elapsa periculis, & in multis peccatis ueniã assecuta, & quæ sola ex omnibus alijs captiuitatẽ effugere potuit, & semel, & bis, & sępius solo iuramẽto prostrata est. Et quomodo id fuerit, dicam. Fuit quidam Sedechias apud ipsos rex, hic Sedechias iuramentum dedit Barbarorum regi Nabuchodonosor, quòd in ipsius auxilio permaneret: postea defecit, & ad Ægypti regem transfugit, iuramenta paruipendens, & tanta passus est, quanta statim audietis. Prius uero necessarium est prophetę parabolam dicere, per quam omnia significauit. Factum est uerbũ, inquit, domini ad me di- Ezech.17.i cens: Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam, & dices: Hæc dicit dominus deus: Aquila grandis, magnarum alarum, longa extensione, plena unguibus. Aquilam hic Babyloniorum regem uocauit: magnam autem ipsam, & magnarũ alarum dixit, & longam extẽsione, & plenam unguibus nominauit, propter exercitus multitudinem & magnitudinem potentiæ, & incursiõis uelocitatẽ. Sicut enim aquilis sunt alæ & ungues arma: sic milites regib. & equi. Hæc igitur aquila habet narrationem, inquit, ascendendi in Libanum. Quid est narrationẽ? cõsilium, sententiam. Libanum uero Iudæam uocauit, quia prope montẽ illum sita est. Postea iuramẽta uolens & fœdera dicere: Tulit, inquit, de semine terræ, & posuit illud

in terra

4.Reg.

in terra pro ſemine, ut firmaret radicem ſuper aquas multas. In ſuperficie poſuit illud: cumq; germinaſſet, creuit in uineam latiorẽ humili ſtatura reſpiciẽtib. ramis eius ad eam, & radices eius ſub illa erãt. Ciuitatem uero Hieruſalem uineam hic appellauit. Dicendo uero q; rami eius reſpiciebãt ad eam, & radices eius ſub illa erant, fœdera ſignificauit, & pacem cum ipſo compoſitam, & quòd ſeipſum in illum reiecit. Mox iniquitatem oſtẽde re uolens, ait: Et facta eſt aquila altera, de rege loquens Ægyptio, grandib. & magnis alis multisq; plumis: & ecce uinea iſta quaſi mittẽs radices ſuas ad eam, palmites ſuos extendit ad illam, ut irrigaret eam, propterea dixi: Hęc dicit dominus deus: Si dixerit, hoc eſt iuramentũ ſeruau erit, & fœdera, poterit manere & ſaluari, & non cadere. Mox demonſtrans q; hoc nõ erit, ſed omnino propter iuramentum peribit: de pœna ipſa diſſerit, & cauſam ponit. Radices eius euellet, & fructus eius diſtringet, & ſiccabit oẽs palmites germinis eius, & areſcet. Et demonſtrare uolens q; non humana ui deſtruetur, ſed quoniam deum ſibi fecit inimicum per illa iuramenta, ſubiunxit: Et non in brachio grandi, neq; in populo multo, ut euelleret eam radicitus. Et parabola quidẽ hęc. Rurſum uero declarat eam, ſic inquiens: Ecce ueniet rex Babylonis in Hieruſalem. Poſtea cum in medio quę dã alia dixiſſet, iuramenta dicit, & fœdera, ferietq; cum eo fœdus. Mox & rebellionẽ dicens: Qui recedens ab eo, miſit nũtios in Ægyptum, ut daret ſibi equos, & populũ multum. Et poſt hæc infert, demonſtrans q; propter iuramentum hæc omnis perditio facta eſt, quoniã in loco regis, qui conſtituit eum regem, cuius fecit irritum iuramẽtum & ſoluit pactũ quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur, & nõ in exercitu grandi, nec in populo multo: ſpreuerat enim iuramẽtũ præuaricãdo pactum meum, quoniam iuramentũ meum quod ſpreuit, & fœdus quod præuaricatus eſt, ponã in caput eius, & expandã ſuper eum rete meũ. Vides quomodo non ſemel, nec bis, uerum & ſæpius dixit, q; ille propter iuramentum hæc omnia paſſus eſt? Implacabilis enim eſt deus, cõtemptis iuramẽtis. Nec tantũ uero ex ultione ciuitati illata propter iuramentum, hoc intelligere datur: uerum & ex tardatione & dilatione, quantum deus ſtudium habet, ne iuramenta conculcẽtur. Factũ eſt autem in anno nono regni eius, in menſe decimo, in decima mẽſis, uenit Nabuchodonoſor rex Babylonis ipſe, & omnis exercitus eius ſuper Hieruſalem, & circũdederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius muniti ões. Et clauſa eſt ciuitas, atq; uallata uſq; ad undecimũ annum regis Sedechię. Nona die mẽſis & pręualuit fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ, & interrupta eſt ciuitas. Poterat nẽpe ſtatim à prima die ipſos tradere, & facere hoſtibus ſubditos: Sed propterea interim trium annorũ tempus cõteri permiſit, & ipſos obſidione premi grauiſſima, ut & militum extrinſecus timore & fame ciuitatem intrinſecus premente caſtigati, uel inuitũ regem Barbaris ſubdi coge

Ezech. 7. d

Oſee 9. b

Ezech. 17. d

4. Reg. 25. a

rent, & aliquod peccato remedium fieri. Et q; hoc ſit uerũ, non eſt mea cõiectura, audi quid per Prophetã ad ipſum dicat: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, uiuet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccendetur igni, & ſaluus eris tu & domus tua. Si aũt non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendent eã igni, & non effugies de manibus eorũ. Et dixit rex Sedechias ad Hieremiã: Solicitus ſum propter Iudæos qui tranſierunt ad Chaldęos, ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Reſpondit autẽ Hieremias, & dixit ei: Nõ te tradent: audi, quęſo, uocem domini quam ego loquar ad te, & bene tibi erit, & uiuet anima tua. Quòd ſi nolueris egredi, iſte eſt ſermo quem oſtendit mihi dñs. Ecce omnes mulieres quæ remanſerunt in domo regis Iuda, educẽtur ad principes regis Babylonis, & ipſi dicẽt: Seduxerunt, & prævaluerunt aduerſum te uiri pacifici tui, demerſerunt te in cœno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerunt à te: & omnes uxores tuæ & filij tui educentur ad Chaldæos, & nõ effugies manus eorum, ſed in manu regis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc comburent igni. Sed poſtq; non perſuaſit hæc dicens, ſed mãſit in peccato & iniquitate, poſt tres annos ciuitatem tradidit deus, & clementiam ſuam demonſtrans & illius ingratitudinẽ. Et ingreſſi cum magna facilitate, regis domũ incenderunt, & domos Hieruſalẽ, & omnem magnam domũ incendit archimagirus, & murũ Hieruſalẽ ſubuertit, & ubiq; ignis graſſabat barbaricus, iuramento ignem ducẽte, & flãmam paſſim circumagente, & populũ in ciuitate relictũ, & adiunctos regi trãſportauit archimagirus: & columnas æreas, quæ erant in domo domini, & gradus, & mare æneum, quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi: ollas quoq; æreas, & fuſcinulas & phialas, & mortariola, & omnia uaſa ærea in quib. miniſtrabãt, tulerunt: & retiacula & phialas aureas & argẽteas tulerunt: & colũnas duas & baſes, & mare quod fecit Salomõ in domo domini, tulit Nabuzardan archimagirus, & tulerunt quoq; Saraiã primum ſacerdotẽ, & Sophoniam ſacerdotẽ ſecundũ, & tres ianitores, & de ciuitate eunuchũ unum, qui erat præfectus ſuper bellatores uiros, & quinq; uiros de his qui ſteterant coram rege, & Sopher principem exercitus, & ſcribam, & ſexaginta uiros, & tulit eos, & adduxit ad regem Babylonis, percuſſitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha, in terra Emath, &c. Itaq; recordare mihi falcis uolantis, & iurantis domum reſoluentis, & parietes deſtruentis, & ligna & lapides. Recordare mihi quomodo iuramẽtũ hoc urbem ingreſſum, & domos, & tẽplũ, & mœnia, ædificiaq; ſplẽdida deſtruxit, & ruinã fecit ciuitatis, & neq; ſãcta ſanctorũ, neq; ſacra uaſa, nec aliud quiq; pœnam & ultionẽ illam auertit, quia trãſgreſſum fuerat iuramentũ. Et ciuitas quidem tam miſerabiliter ſoluebatur. Rex aũt his miſerabiliora & triſtiora patiebaꝰ: & ſicut ædificia falx iſta uolãs deſtruxit, ſic & hũc fugientẽ abſumpſit.

4. Reg. 25. b

Egressus est nocte de ciuitate per uiã horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros: & Chaldæi circũdederunt ciuitatẽ, & persecutus est exercitus Chaldæorum, & comprehenderunt regem, & duxerunt ipsum ad regem Babylonis. Et locutus est rex Babylonis cum Sedechia iudiciũ, & occidit filios ipsius in oculis eius, & oculos Sedechię eruit, & uinxit eũ cõpedibus, ut in Babylonẽ duceretur. Quid est, locutus est cũ ipso iudiciũ? ipsum rationes repetiuit, rationẽ posuit cũ ipso, & primum ipsius filios iugulauit, ut propriæ calamitatis spectator fieret. Et post tragœdiã illã miserabilem, tũc illum excęcauit. Qua causa rursum hoc agitur? ut magister Barbaris abeat, & illic habitantibus Iudæis, ut cernẽtes per excæcatum discant, quãtum mali sit iuramentũ: nec illi uero tantum, uerum & secus uiam omnes habitantes, uinctum & cęcatum intuẽtes, per calamitatis magnitudinem peccati pondus discant. Propterea prophetarum alter quidã sic inquit: Non uidebit Babylonem: alter uero, ꝙ in Babylonem abducetur. Et cõtraria quidẽ prophetia esse uidetur, sed non est. Sed hæc ambo uera: etenim Babylonẽ non uidit, & in Babylonẽ abductus est. Quõ igit̃ Babylonem nõ uidit? quoniã in Iudæa excæcationem passus est. Vbi nanꝙ iuramẽtum spretum est, ibi & uindicatum, & ultionẽ ipse sustinuit. Quomodo abductus est in Babylonem? captiuus factus. Quoniam enim duæ erãt pœnæ, excæcatio & captiuitas, distribuerunt ipsas Prophetę: & hic quidem: Non uidebit, inquit, Babylonẽ: ipsius excæcationem dicens. Ille uęro ait, In Babylonẽ abducetur: ipsius significans captiuitatẽ. Fratres igitur hæc scientes, & nunc dicta, & ante hæc cõmemorata colligentes, ab hac quoꝙ stulta cessemus cõsuetudine. Sic supplico & oro uos omnes. Si em̃ antiquitus, quum Iudæi ad perfectam disciplinã non exigebant̃, sed multus erat condescensus, tãta propter iuramentum expugnatio & captiuitas fuit: quid congruum est nunc passuros esse iurantes, post legẽ hoc facere prohibentẽ, & tantũ mãdatorum augmentũ? Nõ enim hoc est quod quæritur, ut ad synaxim ueniamus, & audiamus quæ dicuntur. Hic enim & iudiciũ maius est, & pœna ineuitabilis, quando continue audientes non impleamus quę dicunt̃. Quam enim habebimus defensionem? quam uero ueniam, cum à prima nostræ ætate usꝙ in extremam caniciem huc conuenientes, & tanta fruentes disciplina, similes illis remaneamus, & nullum studeamus defectum corrigere? Ne mihi iam aliquis consuetudinem prætendat: ꝓpter hoc enim indignor & irascor, quoniã consuetudinẽ uincere non possumus. Et nisi consuetudinem uincamus, quomodo cõcupiscentiã uincemus, cuius radix habet à natura principiũ? Concupiscere enim, naturale: male uero concupiscere, iam est uoluntatis. Iurare nempe nec cepit à uoluntate principium, sed ex negligẽtia sola. Et ut discas, ꝙ non ex rei difficultate, sed propter neglectũ nostrum in tãtum hoc peccatum processit, cogitemus ꝙ multo his difficiliora expediant homines, & hoc nullã inde retributionem expectantes. Cogitemus quę diabolus imperauit, & laboriosa, & grauia. Nec difficultas fuit eius mandatis impedimẽtũ. Quid enim, quæso, difficilius sit, quàm cum quispiã iuuenis uolẽtibus se emollire, & membra sua torquere, seipsum tradẽs, sedulo cõtendat rotæ more totum flectere corpus, & in pauimẽto uersari, & per oculos & per manuũ circunductionem, & aliam reuolutionem in fœmineum genus transire conetur, nec eorum quæ fiunt, difficultatem, nec ex his ignominiam ratiocinetur? In orchestra uero rursum se pertrahẽtes, & uelut alis, mẽbris utentes corporeis uidẽs quis non admiretur? Gladios autem alternatim in aerem iaculantes, & omnes rursum per manubrium capientes, quem non confundãt, nullum pro uirtute laborem suscipere uolẽtium? Vel quid de illis quispiam diceret uiris, qui trabem in fronte gestantes, uelut arborem in terra radicatam, sic immotam conseruant? Nec hoc solum est admirabile, uerũ & id quòd puerulos paruos in summo ligno inter se luctari faciũt: & neꝙ manus, nec alia corporis pars, sed frõs sola omni uinculo firmius illam trabem gerit inconcussam. Alter rursum supra funem angustissimũ cum tanta ambulat securitate, cum quanta supinos percurrẽtes campos. Verũtamẽ hæc quæ & cogitatu intolerabilia esse uidẽtur, facta sunt arte possibilia. Quid horum in iuramentis, quæso, prætendere possumus? quam difficultatem? quem sudorẽ? quam artem? quod periculum? Exiguo tãtum studio nobis est opus, & breui nobis totum expeditum fuerit. Nec mihi dicas, maiorem partem expediui: sed nisi totum emẽdasti, nõdum te quicꝙ feciſſe puta. Hoc enim exiguũ neglectum & omne reliquũ destruit. Sæpius nanꝙ domos ædificãtes homines, & tectum imponentes, unius tegulæ excussæ curam nõ gerentes, totam domum perdiderũt. Et in uestimentis hoc ipsum euenire quis cernere possit: etenim parua in illis facta sciſſura, nec resarcita, magnam fecit disruptionem. Hoc & in torrentibus multoties euenit: etenim & illi si uel minimum ceperint ingressum, totum introducunt fluentum. Itaꝙ & tu, licet te undiꝙ muniueris, si tamen aliqua pars immunita dimissa est, etiam hãc diabolo obstrue, ut sis ab omni parte firmatus. Vidisti falcẽ? Vidisti caput Ioãnis? Audisti historiam de Saule? Audisti captiuitatis Iudaicæ modũ? Cum his autem omnibus audisti Christi sententiã dicẽtem, quòd non peierare tantum, uerum & iurare quomodo cũꝙ diabolicum est, & tota maligni machinatio. Audisti quòd ubiꝙ iuramẽta sequũtur periuria? Hæc, inquam, omnia congregans, inscribe cordi tuo. Nõ cernis ut mulieres & parui pueri pro magna custodia collo euangelia suspendũt, & ubiꝙ circũferunt quocũꝙ abierint? Tu euangelij mandata & leges mente describas: nõ auro, nec argento hic est opus & pecunijs, nec librum emere: uolũtate sola uobis est opus, & affectu animę expergefactæ: & securius habebis euangelium, non extrinsecus, sed in animæ penibus ipsum reponens.

Exur-

Exurgẽs igit̃ è lecto,& domũ tuam egrediẽs,hãc legem repete,uidelicet:Ego aũt dico uobis, nõ omnino iurare,& erit idonea tibi disciplina uerbũ illud: nec eñ multo labore opus est, sed modica tãtum attentione.Et q̃ hoc sit uerum, inde manifestissimum.Filium tuum uocans terre, & minare te ipsi plagas inflicturum,nisi legem hãc expediat,& uidebis quòd citò à cõsuetudine desistet. Quomodo igitur non absurdum,si pueruli parui nostri timore pauẽtes,mãdatum exuperent: nos uero neq; sic deũ timeamus, ut nos filij metuũt? Quod autem superius dixi,hoc & nunc dico. Legem nobisipsis ponamus,non prius publica,non prius priuata tractare negotia, donec hãc legem impleamus,& omnino necessitate compulsi,facile superabimus, & ornabimus nosipsos, ornabimus autem & omnem ciuitatẽ.Cogita nanq; quale est, ubiq; terrarũ hæc audire, quòd Antiochiæ prævaluit mos Christianis congruus: & ibi nemi nem audires,licet maxima necessitas instet,iuramentum emittere.Prorsus hæc audient uicinæ ciuitates.Quinimò non tãtum uicinæ ciuitates, uerum & ad ipsos terræ fines uerbum perueniet:etenim ueri simile est uobis admixtos mercatores,& hinc aliò proficiscẽtes,alijs quoq; hæc omnia nũtiare. Cum igitur alias ciuitates laudantes multi, portus dicunt,& forũ & uẽnaliũ copiam, hinc ꝓficiscẽtibus dicendũ tradite,quod est Antiochię, id in alijs urbibus nusquam cernere licet:mallent enim urbem illam habitantes prius linguã abscindi,quàm ex ore iuramẽtũ emittere. Hoc quidem uobis erit ornamentum & munimen, nec id tantum,uerum & mercedẽ afferet magnam: etenim omnes uos alij beatos putabunt, & imitabuntur. Si quis enim unũ uel duos lucratus, à deo mercedis tantum capiet:omnem mundum erudientes, quãtas capietis retributiones? Oportet igitur studere & uigilare & sobrios esse, scientes quòd nõ propriorum tantum profectuũ,uerum & alienorum maximam meritorum retributionem capiemus, & multam apud deum beneuolentiam asse quemur. Quam nos omnes adeptos detur frui regno cœlorum in Christo Iesu domino nostro, per quem, & cum quo patri gloria, simul sancto spiritui,in secula seculorum,Amen.

IN EPISCOPI REDITVM ET IN REgis cum ciuitate reconciliationem, & ad præuaricatos in statuarum subuersionem. Homi. XX.

VERBO, à quo semper in periculorũ tempore apud charitatem uestram ex ordiri cõsueueram, ab eodem, inquã, & hodie apud uos sermonem incipiã, & dicam uobiscum:Benedictus deus, hanc nos uobiscum sacram solennitatẽ cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare dignatus, & qui caput corpori reddidit, & pastorem ouibus, præceptorem discipulis,militibus ducem, sacerdotibus pontificem. Benedictus deus,qui ex superabundanti facit quæ petimus,aut cogitamus. Nobis enim sufficere uidebatur instãtibus malis interim absolui, & pro hoc omnem faciebamus supplicationem. Clementissimus autem deus & datis petitiones nostras semper multo excessu superãs,etiam patrem nobis omni spe celerius reddidit. Quis enim expectasset, quòd tam paucis diebus & profecturus & regem allocuturus & soluturus aduersa, & rursum ad nos tam breui reuersurus esset, ut sacrum Pascha posset prævenire,& nobiscum celebrare? Sed en inexpectatum hoc factum est.Et patrem recepimus,& maiorem capimus uoluptatem, ipsum nunc præter spem suscipiendo.Pro his, inquam, omnibus clementissimo deo gratias agamus, & ipsius potentiam admiremur,& benignitatem & sapientiam & cura quam pro ciuitate gessit. Diabolus nempe omnem ipsam per facinora patrata obruere tentauit: Deus uero ciuitatem q̃ & sacerdotem & regem per hanc ornauit calamitatem,& omnes reddidit clariores.Ciuitas nempe probabilis inuenta est, quoniam periculo tali circũuenta, prætermissis omnibus uiris potentibus, omnibus diuitijs abundantibus, omnibus magnam apud regem potentiam habentibus, ad ecclesiam & dei sacerdotem confugit, & cũ multa fide cœlesti se spei commisit. Multis nãq; post cõmunis patris peregrinationẽ in carcere habitantes terrẽtibus, & dicentibus quòd non lenitur rex propter solẽnitatem,sed magis iritat̃,& de totius ciuitatis subuersione cogitat,& alia multa his plura diuulgantib.uincti nihilo tũc ex hac fama timidiores redditi sunt.Sed nobis dicentibus,quòd hæc falsa,& diaboli fraudis opera sunt sensus nostros turbare uolentis, Nihil egemus,aiebãt nobis, uerborum consolatione.Scimus enim ad quem ab initio cõfugimus,& quali spei adhæsimus:sacræ salutẽ nostrã anchoræ affiximus, nec homini credidimus hanc,sed omnipotenti deo. Propterea bonũ quoque finem futurum omnino confidimus: non est enim, non est hanc spem unquam cõfundi posse credendum.Hoc quot coronas,quot laudes ciuitati nostræ cõparabit? quãtam dei lucrabitur beneuolentiam,etiam in reliquis negotijs? Non est enim non est cuiuslibet animę in tentationum in cursu uigilare,& ad deum respicere, & oñia deridentem humana,ad illud auxilium anhelare. Igitur ciuitas quidem ita probabilis inuẽta est, sacerdos rursum nõ minus quàm ciuitas: animã enim suam pro omnibus exposuit,& multis impediẽtibus,hyeme,æstate, festiuitate, nec minus sorore ad extremos deducta spiritus, omnibus superior emicuit impedimentis: nec intra seipsum dixit: Quid hoc est? sola nobis derelicta soror,& mecũ Christi iugum trahens,& tempore tanto mecum cõmorata,nũc in extremis est:nos uero ipsam deserẽtes abibimus,nec expirantẽ uidebimus, & ultimas uoces emittentẽ? Et ipsa quidem quotidie orabat,ut sibi oculos clauderemus,& os cõiũgeremus,& reliqua ad sepulturã curaremus consueta:nunc uero tanq̃ deserta quædam, & tutore carens,nihil horũ assequetur à germano, à quo asse qui maxime peroptabat:sed animã emittens, nõ uidebit omnium sibi desideratissimũ.Et hoc quo

modo nō erit ſępius repetita morte grauius? Qui nimò ſi longe abfuiſſet, nōne oportebat currere, & omnia facere & pati, ut hāc ipſi gratiam præberemus? nunc uero propè cum ſim, deſeram' ne, & dimittens abibo? & quomodo ſequētes perferet dies? Sed horum non tantum nihil dixit, ſed neq; cogitauit. Sed conſanguinitati dei timorem præferens, bene ſe noſſe monſtrauit, q; ſicut gubernatorem tempeſtates, & ducem pericula, ſic & ſacerdotem tentatio apparere facit. Omnes, inquit, ad nos reſpiciunt & Iudæi & Græci. Ne igitur ipſorū de nobis expectationes fruſtremur, nec tātū parui pendamus naufragiū, ſed noſtra deo mandātes omnia, & ipſam animam tradamus. Et conſidera Pōtificis magnanimitatem & dei benignitatem: omnib. his quæ deſpexit, potitus eſt, ut & promptitudinis præmium caperet, & potiendo præter expectationē maiorem aſſequeretur uoluptatē. Elegit ſolēnitatem in aliena terra, & procul à ſuis propter ciuitatis ſalutē celebrare: Deus ante Paſcha ipſum nobis reddidit, ut cōmunem nobiſcū ſolennitatem ageret, ut & propoſiti mercedē haberet, & maiori lætitia frueretur. Non timuit anni tempus, & per totum peregrinationis tempus ſerenitas fuit. Non curauit ætatem, & tanq; iuuenis & uigens, tanta totam hāc uiam facilitate percurrit. Sororis mortem nō cogitauit, nec carnis affectione uictus eſt, & regreſſus uiuentem ipſam deprehēdit, & omnia quæ deſpexit, aſſecutus eſt. Et Pōtifex quidem ita probabilis, & apud deum & apud homines apparuit. Regem uero negotium hoc omni diademate ſplēdidius ornauit. Primū quidem manifeſtū factum eſt, q; quæ nulli alteri concederet, hæc ſacerdotib. condonauit. Deinde q; & cum multa celeritate gratiam dedit, & iraſci deſiit. Sed ut manifeſtius & regis magnanimitatē, & ſacerdotis ſapientiā, & ante hæc utraq; dei diſcatis benignitatē, date mihi ut pauca cōcionis illic habitæ uobis exponam. Dicam autem quæ à quodā eorum qui intus adſtiterunt, didici. Pater nempe nihil neq; paruum, neq; magnū nobis dixit, ſed Pauli ſemper magnanimitatē imitans, ꝓpria celat merita, & undiq; interrogantib. quid regi dixerit, & quomodo perſuaſerit, & quomodo ipſius omnē excluſerit iram, hęc uerba referebat: Nihil nos ad rem contulimus, ſed ipſe rex, leniente deo cor ipſius, & ante uerba noſtra omnē remiſit iram, ſoluitq; furorem: & de geſtis diſſerēs, tanquam alio cōtumelia affecto, ita cuncta quę acciderunt, cōmemorabat. Sed quæ celauit hic ex humilitate, hęc deus in medium protulit. Quæ uero ſunt hæc? paulo ſuperius ſermonem repetens uobis referam. Poſtq; enim ex urbe egreſſus eſt, omnes in tanta relinquēs triſtitia, multo grauiora patiebatur, q; qui in ipſis erāt moleſtijs. Primū nempe nactus in uia media, ad geſtorum examinationem à rege miſſos, & ab illis doctus, quorſum eſſent miſſi, & mala ciuitatē inuaſura, tumultus, turbationes, fugam, timorem, anxietatē, pericula cogitans, lachrymarū fontes emittebat, cum uiſcera ipſi diſſecarent: patribus enim mos eſt multo magis dolere, cum filijs ſuis male habentibus nec adeſſe poſſint: quod & pientiſſimus hic paſſus eſt, non mala tantum nos inuaſura deplorās, uerum & q; nobis hęc patientibus procul abeſſet. Verū & hoc pro noſtra ſalute factū eſt. Vt hęc enim ab illis didicit, calidiores lachrymarū fontes emittebat, & cum maiori ſupplicatione ad deum confugit, & noctes inſomnes ducebat ſupplicās, ut hęc patienti ſuccurreret ciuitati, & ut regis mentē reddederet mitiorem. Vt uero magnam ciuitatem illā aſcendit, & regias ingreſſus eſt aulas, procul à rege conſtitit mutus, lachrymans, deorſum inclinatus, latitans, tanquam ipſe eſſet qui omnia illa patraſſet. Hoc autem faciebat habitu, aſpectu, luctibus, prius mouere uolēs ipſū ad miſericordiā, & tū defenſionē pro nobis incipere. Sola nāq; peccātibus relinquit uenia, tacere, & nihil pro geſtis loqui. Volebat enim paſſionū hāc quidem eijcere, hāc uero introducere: eijcere quippe irā, triſtitiam aūt introducere, ut ita uiam præpararet defenſionis uerbis. Quod quidē & factū eſt. Et ſicut Moſes in montē aſcendens, populo lapſo mutus ipſe cōſtitit, donec ipſū deus euocauit, dicēs: Dimitte me, & delebo populū hunc: ita & hic fecit. Exod. 32. c
Ipſum itaq; rex conſpicatus lugentē, & deorſum inclinatū, acceſſit ipſe, & quod patiebatur, ꝓpter ſacerdotis lachrymas, hoc uerbis oſtendit. Non enim indignantis, nec iraſcentis uerba fecit, ſed dolentis: non ſuccenſentis, ſed mœrentis, & dolore magis detenti: & quòd hoc ſit uerum, ipſa audientes uerba ſcietis. Non enim dixit: quid tandem hoc eſt? pro hominibus ſceleſtis & ſceleratiſſimis, & quos nec oportuit uiuere, uenis legationē obiēs, tyrānis, innouatoribus, omni ſupplicio dignis? Sed hæc omnia dimittēs uerba, defenſionem compoſuit reuerentia plenam & grauitate, & à ſe collata cōmemorabat beneficia, quibus per omne regni tēpus ciuitatem noſtram proſecutus eſt, & ad ſingula hæc repetebat: Hæc me ꝓ illis pati oportuit? quarum à me iniuriarum pœnas exegerunt? quid paruum, quid' ue magnum accuſandum habentes, non me ſolum, uerum & defunctos contumelijs affecerunt? Non ualebat animus ſaturari in uiuis? ſed niſi ſepultos quoque cōtumelioſe tractarent, nil magnū ſe facere putarunt. Iniqui fuerimus nos, ut ipſi putant. Igit' mortuis parcere, qui nullam intulerunt iniuriā, oportebat: non enim & illis hæc attribuere ualebant. Nōne ſemper hanc omnibus præpoſui ciuitatē, & patria deſiderabiliorē eſſe putabam: & uotum mihi continuum erat urbem illam cernere, & hoc apud omnes faciebam iuramentum? Hic aliquātum ingemens Pontifex, & feruentiores emittēs lachrymas, non amplius tacuit (uidebat em̄ regis defenſionem culpā maiorem noſtram facientē,) ſed grauiter & amare de profundo gemens: Confitemur, inquit, ô rex, nec negare poſſumus amorem iſtū quem erga patriā noſtrā demōſtraſti, & ꝓpterea maxime lugemus, quoniā ſic amatæ dæmones inuiderūt, & erga benefactorē ingrati ſumus uiſi, & exacerbauimus ſummopere nos amā Gen. 3.

tem:

tem: siue obruas, siue incendas, siue occidas, siue quodcũq; aliud facias, nondũ dignã de nobis pœnã exegisti, nosipsos præueniẽtes innumeris mortibus difficilius affecimus. Quid em̃ amarius esse possit, q̃ cum benefactorẽ & sic diligentẽ iniustè exacerbantes appareamus? & omnis hoc mũdus discat, et extremam ingratitudinem nostram condemnet? Si Barbari ciuitatem nostram incursantes, mœnia diruissent, & incendissent domos, & abductis captiuis abijssent, minus erat malum. Quare tandem ita? Quoniã te uiuente, & tantam in nos beneuolentiã exhibente, spes erat illa cuncta grauia solutum iri, & nos iterum ad priorẽ formam redituros, & clariorẽ recepturos libertatẽ: nunc aũt ablata beneuolentia tua, & amoris uinculo uiolato, quod omni muro nobis erat tutius, ad quem iam confugiemus? Quò poterimus aliò respicere, tam dulcem dominum & facilem patrẽ exacerbantes? Itaq; uidentur quidem intolerabilia fecisse, sed passi magis sunt omniũ grauissima, ad nullum hominẽ audentes respicere, nec ipsum spectare solem liberis ualentes oculis, pudore und̃ palpebras contrahente, & occultari cogẽte: Libertate ipsis ablata, omnibus captiuis nunc mi serius affecti sunt, & extremam sustinent ignominiã: & malorũ magnitudinẽ cogitãtes, & in quantum cõtumeliæ resilierunt, nec respirare possunt, cum omnes terram habitãtes in sui uehementem calumniam attraxerint. Sed si uelis, ô rex, est uulneri medicina, & tantis malis remediũ. Sæpius & in priuatis hoc factũ est; magnæ & intolerabiles offensiones, magnę charitatis materia factę sunt: sic & in natura nostra euenit. Cum enim hominẽ deus fecit, & in paradisum induxit, & multo dignum fecit honore, tantam diabolus prosperitatẽ non ferẽs, inuidit: & illũ à data expulit dignitate. Sed deus non tantũ ipsum non reliquit, uerum & pro paradiso cœlum nobis aperuit, hoc ipso propriamq; demonstrãs benignitatẽ, & diabolũ magis puniens. Hoc & tu facias. Nunc omnia mouerunt dæmones, ut omniũ tibi gratissimã ciuitatẽ à beneuolentia tua separes. Hoc uero tu nunc sciens, pœnã quamuis quidẽ exiges, priori aũt amicitia ne nos extrudas. Sed si & præter opinionem aliquid nunc dicere fas est, etiam nunc inter dilectarũ primas ipsam scribe, si modo dęmonas hæc operatos uis ulcisci. Si nempe destruas et subruas & deleas, quæ prius illi uoluerunt, hæc efficies: si uero irã dimittas, & te rursus ipsam amare, sicut prius amabas, cõfitearis: letalem ipsis plagam intuleris, & ultimã ab ipsis ultionẽ exegeris, demõstrans q̃ non tantũ nihil amplius ipsis expeditum est per insidias, uerum & cũcta ipsis contraria, q̃ uolebant, acciderunt. Iustus autem fueris hæc faciendo, & ciuitatẽ miserando, cui propter amicitiam tuam dęmones inuiderunt. Nisi enim ipsam tam uehementer amasses, nec ipsam illi tanta insectati fuissent inuidia. Itaq; etsi mirãdum est quod dicitur, est tamen uerum, q̃ propter te & amicitiã tuã hæc passa est. Quot incendijs, quanta subuersione sunt hæc uerba acerbiora, quæ respondens dicebas? Nunc te contumelia affectũ dicis, & pertulisse quæ nullus unq̃ superiorum regum. Sed si uelis, ô humanissime & sapiẽtissime, & multa pietate plene, diademate isto clariorem & maiorẽ tibi coronam hæc afferet contumelia. Hoc nempe diadema est & uirtutis insigne, & dei liberalitatis indiciũ. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum solius erit & sapientiæ tuę meritum. Nec te tantũ omnes admirabuntur propter istos lapides pretiosos, quantũ propter uictoriam de indignatione superata reportatam laudabunt. Destruxerunt statuas tuas? sed illis clariores restituere tibi licet. Si iniuriæ autoribus enim crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnã, non ęreas istas in foro erigent, nec aureas, nec lapillis coagmentatas: sed omni materia pretiosiorẽ stolam indueris, humanitatem scilicet & misericordiam: talẽ in mente quisq; sua te ædificabũt, & tot habebis statuas, quot orbẽ habitant homines, & habitabũt. Non enim nos tantum, uerũ & post nos futuri, & post illos omnes hæc audiẽt, & tanq̃ ipsi bene fuerint habiti, sic te admirabuntur & amabunt. Et q̃ hæc non assentãs dico, sed sic erit omnino, antiquum tibi referam sermonem quendam: ut discas q̃ nõ tantum exercitus, & arma & pecuniæ, & subditorum multitudo, & alia huiusmodi splẽdidos facere reges cõsueuere, quantum animi disciplina & mansuetudo. Fertur beatus Constantinus effigie sua quandoq; lapidata, multis ipsum instigantib. ad supplicium de autoribus contumeliæ sumendum, & dicẽtibus quòd omnem ipsius faciem saxis conuulnerarint, manu faciem palpans, & leniter ridẽs dixisse, Ego uero nusq̃ uulnus in fronte factum uideo: sed sanum quidem caput, sana uero & facies tota. Illi uero reuersi & cõfusi ab hoc iniquo destitere consilio. Et hoc uerbũ hactenus canũt omnes: nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quot nõ sit hoc trophæis splendidius? Multas urbes ille condidit, & multos Barbaros superauit: sed meminimus illorum nihil. Hoc aũt uerbũ usq; in præsentem diem canitur, & posteri nostri, & posteri illorum omnes idipsum audient. Nec hoc solũ est admirandum, quòd audient, uerumetiam quòd laudibus & faustis uerbis prosequentur, dicentesq̃ laudabunt, & audientes grate suscipient. Nec ullus est qui hæc audiens, silere possit, quin pariter exclamet, & talia dicentẽ laudet, & innumera ipsi uel defuncto bona precetur. Quod si propter illud uerbum apud homines tanta potitus est gloria, quot apud benignum deum coronas assequetur? Quid autem opus est Constantinum, & aliena exempla cõmemorare, cum te de proprijs, & meritis tuis opus sit exhortari? Recordare priorum, quando solennitate hac superueniente per totum orbem terrarum epistolam misisti iubentẽ carcere detentos dimitti, & ipsis ignoscí crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientes, per literas dicebas: Vtinam mihi liceret & defunctos reuocare & resuscitare, & ad priorẽ uitam reducere. Horum nunc reminiscere

Exod. 32. c

Gen. 3. d

uerborum. Ecce tempus defunctorum reuocandorum & reſuſcitandorum, & ad uitam reducendorum priſtinam. Et hi nanq; iam mortui ſunt, & priuſquã iudiciũ proferatur, & ad ipſas tartari fores iam nũc ciuitas collocata eſt. Ipſam igitur inde reſuſcita ſine pecunijs, ſine impendio, ſine tempore & omni labore. Tibi nanq; ſatis eſt, tantũ loqui, & reuocare ciuitatẽ in tenebris iacentẽ. Nũc ipſam iube ab humanitate tua poſthac appellari. Nec enim tantam habebit gratiam illi, qui ab initio ſe condidit, quantam ſententię tuæ: nec immerito. Ille eñ principio ipſi dato receſſit: tu uero auctam & magnã factã, et poſt multã hanc tranquillitatem deſtructã reſuſcitabis. Nõ erat tam mirandum, ſi hoſtibus ipſam capiẽtibus, & Barbaris populãtibus à periculo liberaſſes, quàm eſt admirabile nũc pepercíſſe. Illud enim ſæpe multi fecere reges, hoc aũt tu ſolus operaberis & primus præter omnem expectationẽ. Et illud quidẽ minime mirandum, nec præter opinionẽ, ſed eſt quotidianũ opus, ſubditis prodeſſe. Quòd aũt tot & talia paſſus iram deponas, hoc omnem naturam excedit humanam. Cogita q̃ nunc nõ de ciuitate tantum illa tibi cõſultandum eſt, uerum & de gloria tua, magis uero de Chriſtianitate tota. Nunc et Iudæi & Græci, & omnis terrarum orbis & Barbari (etenim & illi hæc audierunt) ad te reſpiciunt, expectantes ut uideant, qualem de geſtis ſentẽtiam feras: nempe ſi humanam protuleris & mitem, omnes decretum laudabũt, & deum glorificabũt, & inter ſe dicent: Papè q̃anta Chriſtianitatis potentia? Hominẽ ſuper terram habentẽ æqualem neminem, omnia delendi & corrumpendi dominum cohibuit & refrenauit, & docuit philoſophiam, quã nec homo priuatus exhiberet. Verè magnus Chriſtianorũ deus, qui ex hominibus angelos facit, & omni neceſſitate naturali ſuperiores conſtituit. Ne nanq; ſuperfluũ timorẽ illũ timeas, nec toleres quoſdam dicẽtes, q̃ reliquæ ciuitates peiores erunt, & hac non punita imperium tuum magis contemnẽt. Si enim ad inſurgendũ fuiſſes impotens, & hæc operati te ui ſuperaſſent, & par eſſent potentia, cõgrue ſuſpicari hæc oportebat. Si uero pauefacti, præq; timore præmortui ſunt, & ad tuos per me cucurrere pedes, nec aliud quotidie expectãt quàm barathrũ, & ſupplicationes faciunt cõmunes in cœlum reſpicientes, & deum uenire ſupplicant, et ſimul nobiſcum legationem attingere: & ſicut in extremis conſtituti, de propriis quiſq; ſuis cõſiderauit, quomodo nõ ſuperfluus hic timor? Si iugulari fuiſſent iuſſi, tãta paſſi non fuiſſent, quanta patiuntur nunc, tot diebus in timore & tremore uiuẽtes: & ſuperueniẽte ueſpere, auroram uidere nõ expectãtes: & die orto ad ueſperam peruenire nõ ſperant: multi & in feras inciderũt, dũ ſectantur deſerta, in inuia tranſlati, nec uiri tantum, uerũ & pueruli parui, & mulieres liberæ & decoræ per multas noctes & dies in ſpeluncis & cõuallibus, & deſerti foraminibus latentes: & nouus captiuitatis modus ciuitatẽ detinet, ædificijs & muris ſtantibus, incenſis ciuitatibus grauiora patiuntur: nullo incumbente Barbaro, nec hoſte apparente, captis miſerius diſpoſiti ſunt, & ſolũ folium ſi moueat, omnes ipſos per ſingulos terret dies. Et hęc omnes ſciunt. Et ſi ſub uerſam ipſam uidiſſent, non ſic eſſent caſtigati, ut nunc qui has ipſius audiere miſerias. Ne igit hoc cogites, q̃ peiores ſint futuræ ciuitates reliquæ. Nõ enim ſi ciuitatẽ euertiſſes, ſic eos caſtigaſſes, ut nunc per incertam futurorũ expectationẽ, omni ſupplicio uehementius ipſos puniens. Ne igit ipſis ulterius calamitates producas, ſed iam reſpirare cõcedas. Subditos nempe caſtigare, & geſtorum exigere pœnas, facile penitus & promptum: his uero qui cõtumelias intulerũt, p arcere, & his qui uenia patrauerũt indigna, ueniam dare, unius & uix alterius eſt, & maximè cum rex ſit cõtumeliam paſſus: et ciuitatẽ quidẽ metu ſubdere facile: omnes aũt amatores cõſtituere, & perſuadere ut in regnũ tuũ ſe beneuole habeant, & non tantum communes, uerũ et priuatas pro tuo preces imperio faciãt, difficile: licet infinitas quis expẽdat pecunias, & innumeros exercitus moueat, & quicquid operet, nõ facile tot hominũ affectionẽ ad ſeipſum attrahere poterit, quod nũc tibi facile erit & leue. Nã & beneficijs affecti, & q audierint pariter cũ beneficio affectis erga te beneuole diſponẽtur. Quot pecunijs emiſſes, quot emiſſes laboribus, breui tẽporis momẽto totũ orbẽ acquirere, & omnibus futuris perſuadere, quanta filijs ſuis optant, tanta et capiti tuo optarent? Si aũt ab hominibus hæc, cogita quantã à deo capies mercedem, non tantũ eorũ quæ nunc fiunt, uerum & quæ poſt hæc ab alijs expedientur. Si unq; enim cõtingat fieri tale quid, quale nũc factũ eſt (quod deus auertat) & iniuriã paſſorũ aliqui in cõtumeliam operatos inſurgere uelint, benignitas et ſapientia tua pro omni ipſis erit diſciplina & admonitione: & erubeſcent & cõfundentur tale diſciplinæ exemplum habẽtes, inferiores apparere. Itaq; omniũ poſterorũ eris præceptor, & palmam ipſis prærípies, licet ad ipſum philoſophię uerticẽ perueniant. Non enim par eſt, quempiã tantã incipere benignitatẽ primũ, & ad alios reſpicientẽ ab illis elaborata imitari. Quocirca quicũq; poſt te humanitatem & manſuetudinẽ quantumcũq; exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies. Qui eñ radicem præbuit, hic utiq; & fructuum autor eſt. Propterea nunc quidem nemo tecum humanitatis mercedem partiri poteſt: tuum enim ſolius meritum eſt. Tu uero cum omnibus poſteris, ſi qui tales unquam appareant, ex æquo meritum diuidere poteris, & tantam reportare partem, quantã in diſcipulis præceptores. Et ſi nemo talis fuerit, rurſum tibi commendationes, & laudes per ſingulas proueniunt generationes. Conſidera nanq; quale ſit poſteros omnes audire, quòd tam magna ciuitate facta pœnæ & ultioni obnoxia, pauefactis omĩbus, & horrefactis Ducibus & Præfectis & Iudicibus, & ne uocem quidem pro miſeris illis rumpere audentibus, unus accedens ſenex, dei ſacerdotium gerens, ex ipſo aſpectu ſolo, & nudo

nudo occursu ad reuerentiam Imperatorem mouit: & quod nemini suorum cõcessit, uni hoc seni concessit, dei leges reueritus. Etenim hoc quoq; ipso nõ te parum ô Rex ciuitas honorauit, quòd me ad te legatum misit: sententiam enim de te optimam & pulcherrimam protulerũt, quòd omni principatui tibi subiecto dei sacerdotes prę honoras, etsi uiles esse cõtingat. Non ab illis uero tantum nunc uenio, uerum & ante illos à cõmuni angelorum domino missus sum, ut hæc dicam mitissimæ ac benignissimæ animæ tuæ: quòd si hominibus ipsorũ peccata dimittatis, & pater cœlestis lapsus uestros uobis dimittet. Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationẽ reddemus. Cogita quòd etiam si quid tibi peccatum est, omnes abluere præuaricationes per iudicium & sententiam istam poteris absq; laboribus, absq; sudoribus. Alij nempe legati aurum & argentũ, & alia huiusmodi dona ferũt: ego uero cum sacris ad regnum tuum legibus ueni, & pro donis omnibus has prætẽdo, & te dominum tuum imitari supplico, qui quotidie à nobis contumeliã patiens non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne cõfundas spem nostram, nec promissiones redarguas. Etenim & hoc cum alijs te scire uolo, quòd si reconciliari uelis, & pristinã ciuitati beneuolentiã cõmunicare, & hãc remittere iustam indignationem, cũ multa reuertar fiducia: si uero mente tua ciuitatem asperneris, non tantum ipsam nõ ascendam, nec ipsius solũ uidebo, uerum & in reliquũ negabo, & in aliam me ciuitatem cõscribam. Ne mihi nanq; accidat in illam unquam adscribi patriam, erga quam humanissimus tu, & hominum cunctorum mitissimus pacari reconciliariq; non eligas. Hæc & his plura locutus, sic regem confudit, ut idem fieret, quod & in Ioseph cõtigit olim fieri. Sicut enim ille tunc fratres conspicatus luge re quidem uolebat, sed dolorem tegebat, ne simulationem interrũperet: Sic certe & rex, lachrymabat quidẽ mente, non demonstrabat aũt propter omnes præsentes. Nec tamẽ usq; in finem æstum celare potuit, uerũ & inuitus redarguebatur. Post hanc enim concionem, secundis nõ opus habuit uerbis, sed unum solũ locutus est uerbum, quod ipsum diademate multo magis ornauit. Quid aũt hoc est? Et quid admirabile & magnum est, si his qui nos contumelijs affecerũt, iram remittamus, hominibus existẽtibus, cũ & ipsi homines simus, cum mundi dominus in terrã descendens, & propter nos seruus factus, & à beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis patrẽ orauerit, dicens: Ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile, si nos conseruis ignoscamus? Et q̃ hæc uerba non sunt simulatio, demonstrarunt quidem & reliqua opera, nec his minus illud quod nunc sum relaturus. Ipsum enim hunc sacerdotẽ secũ cõmuniter hanc solennitatẽ celebrare uolentẽ, inuitũ properare & festinare coegit, & se ciuibus exhibere. Noui, inquit, q̃ nũc ipsorum sunt animi conturbati, & multæ supersunt calamitatis reliquiæ. Abi, consolare. Si gubernatorem uiderint, nec præteritæ reminiscentur tempestatis, uerum & ipsam tristium memoriam omnem delebunt. Vt autem instituit pontifex, petens ut filium suum mitteret: uolens ille manifeste demonstrare, quòd omnem penitus iram mẽte deterserat: Orate, inquit, hæc auferri obstacula, hæc bella extingui, & ego ueniam omnino. Quid anima mitius illa esse possit? Confundantur gentiles de reliquo, quinimo ne confundant̃, sed erudiantur, & proprium omittentes errorem ad Christianitatis uirtutem redeant, nostram à rege, & pontifice docti philosophiam. Non eñ hactenus tunc substitit pijssimus Rex, sed & postq̃ ex urbe sacerdos exiuit, & pertrãsijt mare, misit ad eum quosdam, scisscitans & satagens, ne forte tempus tereretur, & ciuitati uoluptatem dimidiaret, extra urbem solennitatem peragẽs. Quis pater mitis tantam de persecutis se cõtumelia curã egit? Dicam & aliam iusti laudem: his enim expeditis nõ festinauit, ut alius gloriæ cupidus, ipse literas illam tristitiam soluentes deferre. Sed quoniam maturius ibat, aliũ quendam uelociter equitare doctũ mandauit præuenire, & bona ciuitati nũtia afferre, ne exreditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quærebat, solum erat, nõ ut ipse ueniret bona hæc deferens, & uoluptatis multæ plena, sed ut ocyus nobis patria respiraret. Quod quidem fecistis, forũ coronantes, & lucernas accendentes, & lectos ante officinas componẽtes, & tanquã nuper ciuitate nata, festũ agentes. Hoc aliter per omne facite tẽpus, non floribus, sed uirtute uos coronantes, lumẽ per opera in anima uestra accendentes, spirituali gaudentes lætitia, & deo continue pro his omnibus gratias agere non desinamus: non tantũ quoniam grauia soluit, uerum quoniam & ipsa fieri permisit. Et multũ ipsi nos debere confiteamur. Per utraq; enim nobis ciuitatem ornauit. Hæc autem omnia secundũ propheticum eloquium, filijs uestris annuntiate, & filij uestri filijs suis, & illi rursum generationi posteræ, ut omnes qui usq; ad consummationẽ sint, dei humanitatem ciuitati exhibitã discentes, uos quidem beatificent tantam nactos beneuolentiã: admirentur aũt & dominũ nostrum, qui sic lapsam ciuitatem releuauit. Lucrentur uero & ipsi, & per talium gestorum exempla ad pietatem impellantur: non enim nos tantum, si in ipsorum memoria continue maneamus: uerum & post nos futuros, eorum quæ nobis euenerũt narratio, maxime iuuare potest. Quæ omnia ratiocinantes, non tantũ in gratium solutione, uerum & in horum permissione semper clemẽtissimo deo gratias agamus, tum ex diuinis scripturis, tum ex nobis accidentibus, his præsertim memoratis edocti, quòd omnia semper ad utilitatem nostram dispensat cũ benignitate sibi semper adhærente: qua nos semper fruentes, cœlorum quoq; regnum assequi cõtingat, in Christo Iesu domino nostro, per quem & cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 6. b

Luc. 23. d

ECATE-

CATECHESIS AD ILLVMINANDOS

dos: & de mulieribus se sertis & auro ornatibus: & de sectatibus uaticinia, uel ligaturas uel incantationes: quæ cuncta Christianitati sunt aliena.

Homilia XXI.

PRIVS dictorum apud charitatem uestrã fructus à uobis repetiturus adueni. nõ enim propterea dicimus, ut tantum audiatis, uerum & ut dictorũ memoriam seruetis, & per opera nobis memoriam demonstretis, magis uero nõ nobis, sed deo mentis arcana scienti. Propterea & catechesis, id est institutio dicitur, ut & absens noster sermo nostros mentes uestras instituat. Et ne mireminí, si decem diebus tantum trãsactis seminum fructus repetituri uenimus. Etenim die sola licet pariter & semina spargere, & messem facere: non enim propria tantũ uirtute, uerum & diuino momento roborati, sic ad certamina uocamur. Quicunq; igitur dicta susceperũt, & per opera implerũt, maneant se extendẽtes in anteriora. Quicunq; uero bonam hanc operationem nõ attigerunt, iam attingant, ut ex torpore natam damnationem futura promptitudine repellant. Licet enim, licet inquam, eum qui multum torpuit, post hęc promptitudine utendo, pręteriti temporis omnem reparare iacturam. Idcirco dicitur, Hodie si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione. Hoc autem dicit, admonens & consulens nunq; desperare, sed donec hic simus, bonas habere expectationes, & anteriora apprehendere, & ad brauiũ supernæ dei uocationis sequi. Hoc igitur faciamus, & magnę huius donationis nomina exquiramus. Sicut enim dum ignoratur dignitatis magnitudo, segniores facit eos qui honorant: ita si noscatur, gratos reddit, & magis studiosos efficit. Alioquin & turpe esset & ridiculum tanto potientes apud deum honore, nec scire quid ipsius tandem nomina significare uelint. Et quid de hoc munere dico? Si enim cõmune generis nostri nomen cogitaueris, maximam ad uirtutem capies disciplinam & exhortationem. Hoc enim nomen homo, nos non secundum externos definimus, sed ut diuina iussit scriptura. Nam homo nõ est quicũq; simpliciter manus habet & pedes humanos, nec quicũq; tantũ rationalis est: sed quicunq; pietatẽ & uirtutẽ cum fiducia exercet. Audi nanq; quid de Iob dicit. Cũ enim dixisset, quòd in terra Husitide homo erat, non ex his eum describit terminis, quibus alieni, nec hoc dicit, quod duos pedes habebat, & ungues latos: sed indicia pietatis illius præbens dicebat, Simplex & rectus, ac timens deũ & recedens à malo. Demõstrans quòd hoc est homo, sicut sci licet & alius inquit, Deum time, & ipsius mandata custodi, quoniam hoc est omnis homo. Si autẽ hoc nomẽ homo, tantam ad uirtutem præbet exhortationẽ, multo magis fidelis. Fidelis enim propterea uocaris, quoniã & credis deo, & ab eo creditam ipse iustitiam habes, sanctitatem, munditiã animæ, in filium adoptionem, regnum cœlorum, & hęc tibi commendauit. Tu uicissim ipsi alia uouisti, eleemosynam, orationes, modestiam, et omnem aliam uirtutem. Et quid dico eleemosynã? Si uel frigidum ipsi dederis poculũ, nec hoc amittes: uerum & hoc in illum reseruat sedulo diẽ, & cum multa reddet superabundantia. Hoc quippe admirabile est, quòd nõ tantum deposita seruat, uerum & multiplicat retributionibus. Hoc & te secundum potentiã tuam facere iussit in his quæ tibi credita sunt, sanctitatem, quam accepisti, intendere: & ex lauacro iustitiam reddere clariorẽ, & gratiam illustriorem facere: sicut utiq; & Paulus fecit, sequentibus laboribus, & studio, & prõptitudine augens omnia quæ accepi bona. Et nota dei prouidentiam, nec tibi totum hic dedit, neque toto priuauit: sed hæc quidem dedit, hæc autem promisit. Et quare non hic totum dedit? ut tu fidem in ipsum demonstres, nondum datis ex ipsius promissione sola credens. Quare uero rursum non omnia illic seruauit, sed dedit & spiritus gratiam, & iustitiam, & sanctificationem? ut tibi labores leues faciat, & ex iam datis etiam de futuris te bonæ spei constituat. Propterea q; recenter illuminatus uocari debes: quoniam noua lux semper tibi, si uelis, & nunquam extinguitur. Hanc nempe lucem & uolentibus nobis, & nolentibus nox subsequitur. Illum uero radium tenebrę non norũt: lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderũt. Non sic enim mundus est clarus oriente radio, ut anima illustratur, & splendidior fit à spiritu gratiam suscipiens. Et considera diligentius rerum naturam. Nocte enim terras tenente, & tenebris caligantibus, sępe funiculum quis cernens, serpentem esse putauit, & amicum accedentem tanquam inimicum fugit: strepitum quempiam sentiens, trepidus factus est: facta aũt die nihil tale fieret, sed omnia qualia sunt apparẽt: quod & in anima nostra contingit. Postq; enim gratia ueniens mente tenebras expulit, rerum ueritatem discimus, & nobis fiunt despicabiles res prius tremendæ: nec enim amplius mortem timemus, diligenter ex hac sacra introductione discẽtes, quòd mors non est mors, sed somnus, & dormitio temporaria: non pauperiem, nõ morbum, non aliud quid huiusmodi reformidamus, scientes, quòd ad meliorem tendimus uitam, immortalem & incorruptam, & ab omni tali liberam inæqualitate. Ne igitur amplius ad mortalia maneamus hiantes, nec circa mensæ delicias, nec circa uestimentorũ ornatũ: habes enim maximũ indumentum, habes mẽsam spiritualem, habes gloriã supernè, & omnia tibi Christus factus est, & mensa, & uestimentum, & domus, & caput, & radix. Quotquot in Christo eĩ baptizati estis, Christũ induistis. Ecce quomodo uestimentũ tibi est. Vis discere, quomodo & mẽsa tibi sit? Qui me comedit, inquit, uiuet ille propter me. Quod autem domus est tibi: Qui comedit carnẽ meam, in me manet, et ego in eo. Et quòd radix, rursum inqt: Ego uitis, uos palmites. Et quòd frater, & amicus, & sponsus: Non amplius uos dicam seruos: &, Vos amici

Psal. 94. b
Iob 1. a
Eccl. 12. b
Matt. 10. c
2. Cor. 1
Rom.
1. Cor. 12.
Ephe. 1
Gal. 3. d
Ioan. 6. f
Ioan. 15. d

amici mei estis. & Paulus: Despondi uos uni uiro A
2.Cor.11.a uirginem castam exhibere Christo. & rursum: Vt
Rom.8.f sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nec fratres tantum ipsius, uerum & pueruli fiamus. Ecce em̄, inquit, ego & pueruli, quos tradidit mihi deus. Non hoc aūt solum, uerū & membra ipsius & corpus eius. Tanq̄ enim non sufficerent dicta de monstrare beneuolentiā & charitatē, quam erga nos exhibet, & aliud his maius, & ꝓpius posuit,
1.Cor.12.& Ephe.1.d se caput nostrum appellās. Hæc omnia certò sciens dilecte, sis gratus erga benefactorē tuū optima conuersatione, & sacrificij magnitudinem cogitās, orna corporis tui membra: cogita quid manu capias, nec unq̄ ullū uerberare audeas, nec tāto decoratū munere, plagę crimine cōfundas. Cogita quid manu capias, & ipsam ab omni auaritia B
& rapina liberam conserua. Reputa, ꝙ non tantū manu capias, uerum & ori admoueas, et linguam custodi à cōtumeliosis mundam & turpibus uerbis, blasphemia, periurio, & alijs omnibus huiusmodi. Etenim pernicioſum est, tam tremēdis ministrantem mysterijs linguā, & sanguine tali purpuratam, & factum aureum gladium ad conuitia & contumelias, & scurrilitates transferre. Reuerere eam honore, quo dominus ipsam honorauit, nec ad peccati usum ipsam deducas: sed rursum animaduertens, ꝙ post manum & linguam cor susC cipit horrendum illud mysterium: ne unquam in proximum sumas dolum, sed mētem tuam ab omni malitia mundam cōserua: sic & oculos, & aures munire poteris. Quomodo enim nō est absurdum post mysticam illam uocem è cœlis delatā, à Cherubin dico, meretricijs cantibus, & fractis melodijs aures inquinare? Quomō uero non extrema pœna dignum est, oculis quibus arcana uides & horrēda mysteria, his meretrices spectare, & mente adulterium exercere? Ad nuptias uocatus es dilecte, ne intres sordidis indutus uestimētis, sed nuptijs cōgruam cape uestem. Si enim ad nuptias sensibiles homines inuitati, etsi omnium pauperrimi sint, mutuo sumentes sæpe, uel emen tes uestimentum mundum, sic ad se uocantes cōueniūt: & tu ad nuptias spirituales, & prandia uocatus regalia, consideres quàm dignū sit te nuptiale uestimentū comparare. Verū enimuero nec opus est cōparare, sed ipse qui uocat tibi dat gratis, ne uel paupertatē prætendere ualeas. Serues D
ita q̄ quod accepisti uestimentum. Si nanq̄ perdideris, amplius emere non poteris, aut mutuare. Nusquā enim uenditur tale uestimentum. Audisti quomodo gemuerūt dudum sacris introducti, & pectus percusserunt, eos stimulante conscientia? Considera igitur & tu dilecte, ne unq̄ hoc patiaris. Quomodo autē non patieris, non expulsa praua malorū consuetudine? Propterea & prius dixi, & nūc dico, & dicere non desistā, si quis morum uitia non correxit, nec sibi facilē parauit uirtutem, ne baptizetur. Priora nempe crimina lauacrum abluere potest: timor autem non paruus, & periculū non mediocre, ne rursum ad eadē redeamus, & uulnus nobis fiat de medicina. Quanto nanq̄ maior gratia, tanto amplior postea peccantibus pœna. Ne igitur ad pristinum redeamus uomitum: hinc iam nosipsos erudiamus. Quod em̄ oporteat prius pœnituisse, & à prioríb. destitisse malis, & sic ad gratiam accedere, audi quid Ioannes dicat, quid uero summus apostolorum baptizari debentib. Ille nēpe dicit: Facite fructū dignū Luc.3.b
pœnitentiæ: & ne incipiatis dicere intra uos, Patrem habemus Abraham. Hic autem interrogati Act.2.f
tibus rursus aiebat: Pœnitentiā agite, & baptizetur quisq̄ uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi. Pœnitentiam agens autem non amplius eadem attingat negotia, quorū pœnituit. Propterea q̄ iubemur dicere: Abrenuntio tibi satana, ne amplius ad ipsum reuertamur. Sicut igit̄ in pictoribus accidit, sic & nunc fiat. Etenim illi tabulas proponentes, & albas circumducentes lineas, & regias depingētes imagines: priusq̄ colorum ueritatem superinducant, cum omni libertate hæc quidem delent, hæc uero repingunt, & errata corrigentes, & male se habētia transponentes: postq̄ uero iam colorem induxerint, non amplius libertatem habēt rursum delendi & depingendi: quoniam imaginis pulchritudini nocerēt, & sine culpa fieri nō posset. Hoc tu quoq̄ fac, puta animam esse tibi imaginem. Priusq̄ igitur superueniat uera spiritus tinctura, male insitas tibi cōsuetudines dele, siue iurare, siue mentiri, siue contumelias inferre, siue turpia loqui, siue ridicula facere solitus es, siue quid aliud huiusmodi non licitum faciendi consuetudinē habes, erue cōsuetudinē, ne post baptisma rursum ad ipsam regrediaris. Peccata delet lauacrū, Tu cōsuetudinē corrige, ne iam inductis coloribus, et illustrata imagine regia, amplius deleas, & uulnera & cicatrices inferas à deo tibi dato decori. Corripe igit̄ irā, extingue furorē, siue quis afficiat iniuria, siue contumelia, lachrymis illum persequere. Ne indigneris tu, condole, ne exacerberis: ne dicas, In anima patior iniuriā. Nemo est in anima iniuriā patiens, nisi nosipsos in anima iniuria afficiamus. Et quomō id ita sit, iam dicam. Ablata est res tua, non passus es in anima, sed in pecunijs: si tu uero mali memoriam serues, in anima tu teipsum læsisti. Pecunię enim ablatæ nihil animā læserūt, uerū & adiuuerūt. Tu uero nō iram dimittēs, pœnas illic huius seruatę malorū memoriæ dabis. Conuitijs te quispiā & cōtumelijs affecit, te nil in anima læsit, sed nec in corpore. Tu teipsum in anima læsisti, eorū quæ dixisti, illic pœnas subiturus. Et hoc omniū maxime uos certū scire uolo, ꝙ Christianū & fidelē in anima potest lædere nemo, nec ipse diabolus. Nec hoc tantū est admirabile, ꝙ nos deus oīmbus incursib. inexpugnabiles fecit: uerū & ꝙ ad omnē uirtutis operationē nos aptos parauit: & impedimentum nullum est, si uelimus licet pauperes simus, siue corpore imbecilles, siue abiecti, siue ignobiles, siue serui. Nec enim paupertas, nec imbecillitas, nec corporis diminutio, nō seruitus, non aliud talium quippiam, ad uirtutem impedimentum esse queat. Et quid dico pauperē, & seruum, & igno-

Matt.10.a
Ioan.14
Gal.3.d
Ioan.6.f
Ioan.15.d

& ignobilem? Etiã si captiuus sis, nec hoc tibi ad uirtutẽ impedimentũ esset. Et quo id modo fit, dicam. Quidam domesticorum te cõtristauit, & iratum fecit, ipsi iram remitte. Nũquid tibi ad hoc uincula & paupertas, & ignobilitas impedimentũ afferunt? Et quid dico impedimentũ? Potius adiuuãt nanq; & cooperãtur ad superbiam comprimendam. Vidisti alium feliciter agentẽ, ne inuideas, nam nec hic paupertas impedimentum est. Rursum cũ orare conuenit, sobria & uigili mente hoc effice, & nec hic ullum erit obstaculum. Benignitatem, mansuetudinẽ omnem exhibe, modestiã, honestatem: nec eñ ista exteriorum indigent auxiliorum. Et hoc est uirtutis maximum, q̃ non diuitijs, non potentia, nõ gloria, non alia quapiam talium rerũ opus habet, sed anima tantum sanctificata, & nil amplius inquirit. Respice uero & in gratia hoc ipsum fieri: siue quis enim claudicet, et euulsis sit oculis, & corpore diminutus, siue in extremam delapsus imbecillitatem, ab horũ nullo gratia uenire prohibetur. Animam eñ exquirit solam se cum promptitudine susc ipiẽtem, & hæc oñia prætercurrit. Externorum quidẽ militum, & corporis mensuram, & bonam carnis habitudinem exquirunt ipsos in exercitum deligere debẽtes. Non hæc autem sola militaturum oportet habere, uerum & libertatem. Si quis enim sit seruus, reijcitur. Cœlorum aũt rex nihil tale requirit, sed & seruos in exercitũ suum suscipit, senes & inualidos: neq; eũ taliũ pudet: quo quid humanius aut benignius cogitari potest? Sic eñ quæ uere nostra sint, æstimari debent. Seruitus enim uel libertas nostra non sunt, quemadmodum neq; proceritas staturæ aut breuitas, neque integritas ætatis aut senium, & quæcũq; talia. Mansuetum autem & mitem esse, & his similia, uolũtatis nostræ sunt. Et hæc sola à nobis deus exigit, quorum nos domini sumus, & ualde congrue: non enim propter propriam utilitatẽ, sed propter beneficẽtiam nos ad sui gratiã uocat. Reges uero propter ministerium suum: & hi quidem ad bellum trahunt sensibile, hic autem ad pugnam spiritualẽ. Nec in bellis tantũ externis, uerum & in certaminibus eandẽ quis rationẽ uidere posset. In illud enim theatrum trahi debentes, nõ prius descendunt in certamina, donec ipsos assumẽs præco sub omnium oculis circumducat clamans, & dicẽs: Num quis hunc accusat? Et quidem illic nõ animæ, sed corporis pugnæ sunt. Quare igitur generositatis rationes requiris? Hic uero nihil tale, sed totum cõtrarium: cum non in manuum collationibus sint nobis certamina, sed in animi disciplina & mẽtis uirtute, contrarium agonotheta noster facit, non ipsum assumens circumducit, & dicit: Num quis hunc accusat? sed clamat: Licet omnes homines, licet dæmones cum diabolo cõstituti ipsum accusent de turpissimis & occultis criminibus, nõ reijcio, nec abominor, sed ab accusatoribus ipsum liberans, & ab iniquitate absoluens, sic ad certamina duco: nec immerito. Illic enim agonotheta nil certantibus confert ad uictoriam, sed medius constitutus est: hic autem agonotheta pietatis propugnatoribus commilito fit, & auxiliator, cum ipsis contra diabolum pugnam attingẽs. Nec hoc tantum est admirabile, quòd nobis peccata dimittit, uerum & quòd ipsa non reuelat, nec manifesta facit, nec accedẽtes cogit in medio patrata edicere, sed sibi soli rationem reddere iubet, & sibi cõfiteri. Etenim ex secularibus iudicibus, si quis alicui captorum latronum, uel furum diceret, ut peccata confiteretur, & à pœna dimitteretur, omni certe promptitudine hoc susc epissent, salutis cupiditate pudorem cõtemnentes. Hic uero nõ hoc est, uerum & peccata dimittit, nec cogit præsentibus quibusdam ipsa enuntiari: sed unũ solum exigit, ut ipse remissione fruens, doni magnitudinem discat. Quomodo igitur non absurdũ, ut in quibus nos ipse beneficio afficit, solo testimonio nostro cõtentus sit: nos autem in quibus ipsum colimus, alios testes quæramus, & ad ostentationem quicquam faciamus? Ipsius igitur benignitatem admirati, nostra ipsi exhibeamus, & ante oñia alia linguæ impetũ refrenemus, & ne semper loquamur. Ex multiloquio nanq; non effugies peccatum. Si nempe dicendum utile quid habes, aperi labia: si nihil sit necessarium, tace: melius est eñ. Artifex manualis es, sedens psalle: sed nõ uis ore psallere, hoc facias mente. Magnus comes psalmus. Nihil hinc graue sustinebis, sed tanquã in monasterio in officina sedere poteris: nõ enim locorum commoditas, sed morum probitas quietem nobis prębebit. Paulus enim in officina artem suã tractãs, nihil ad propriam uirtutem læsus est. Ne dicas igitur, Quomodo potero cum artifex & pauper sim philosophari? Propterea nẽpe magis poteris philosophari. Nã paupertas diuitijs, & negotiũ otio ad pietatem nobis est opportunius: quippe cũ & diuitiæ non aduertentibus impedimentum fiãt. Cum enim iram dimittere oporteat, cum inuidiã extinguere, cum remittere furorem, cum orationem offerre, cum benignitatẽ & mãsuetudinem, cum modestiam & charitatem exhibere, ubi paupertas impedimentum esse ualeat? Non enim argentum erogantes hęc oportet obire, sed rectam exhibẽtes uoluntatem. Eleemosyna maxime pecunijs eget, uerũ & ipsa per paupertatem magis effulget: etenim quæ duos obulos erogauit, omnium hominum erat pauperrima, & omnes superauit. Ne magnũ igit̃ quid diuitias esse putemus, nec luto melius aurum esse cogitemus. Materiæ nanq; pretium non ex natura est, sed ex opinione nostra. Si quis enim diligenter inquireret, multo magis auro ferrum necessarium: illud nanq; nullum uitæ cõfert usum, hoc autem pleraq; necessaria nobis expedit, innumeris artibus seruiens. Et quid dico auri & ferri comparationem? pretiosis enim lapidibus hi uulgares magis necessarij: ex illis enim nihil utile fieri posset, ex his uero domus, & muri, & urbes constructæ sunt. Tu uero mihi demonstra, quæ de margaritis utilitas istis, quinimo quod nõ inde fiat damnũ. Etenim ut tu feras unionem, innumeri pauperes fame premuntur.

Prou. 10.c

1. Tim. 2

Quam

Quam igitur ueniã assequeris? Vis ornare faciẽ? non margaritis orna, sed modestia & honestate, sicq; uir gratiorem cernet aspectũ. Ille nempe ornatus & in zelotypiæ suspicionẽ inijcere sæpe solet, & inimicitias, & contentiones, & pugnas. Nil autẽ aspectu suspecto turpius. Eleemosynæ uero & modestię ornatus, omnem quidem improbam suspicionem expellit, omni autẽ uinculo firmius coniugem cõciliat: non enim tam decorum facit formæ natura fieri aspectũ, quàm ipsam spectantis affectus: affectum uero nihil sic, ut modestia et honestas inducere solet. Itaq; licet pulchra sit aliqua, uir autẽ erga ipsam male affectus sit, omniũ ipsi turpissima uidebitur. Si uero nõ esse pulchrã aliquam cõtingat, iucunde tamen in ipsam se uir habeat, omnium ipsi pulcherrima esse uidebitur. Non enim in eorum quæ cernuntur natura, sed in cernẽtium affectu iudicia fiunt. Aspectum igitur ornes modestia, honestate, eleemosyna, humanitate, charitate, erga uirum dilectione, mansuetudine, benignitate, malorum tolerantia: Hi sunt uirtutis colores, per hos allicies angelos, nõ homines, per hos ipsos habebis deũ laudatorem: cum uero deus acceptauerit, & uirũ omnino tibi placabit. Si enim uiri sapientia faciem illuminat, multo magis uirtus mulieris illuminat aspectum. Si uero putas esse magnũ hũc ornatum, dic mihi, quæ utilitas tibi in die illa de margaritis istis ueniet? Et quid opus diem illam commemorare, cum liceat & ex præsentibus hæc omnia demonstrare? Quum igitur uisi in regem contumeliam exercuisse, ad tribunal trahebantur, & periclitabantur de extremis: tunc uxores & matres monilia aurea, & margaritas deponentes, & ornamẽtum omne, & uestimenta aurea, uilem & abiectam uestem capientes, & cinerem inspergentes sibi, & ante fori ianuas se uolutantes, sic iudices exorabant. Si autem in his iudicijs aurea quidem monilia, & uniones, & uaria uestis, insidiæ & proditio essent: mansuetudo autem & benignitas, & cinis, & lachrymæ, & uilia uestimenta magis iudicem conciliant: multo magis in iudicio illo ineuitabili & tremendo hoc fiet. Quam enim rationem dicendam habebis? Quam, dic mihi, excusationem quando te dominus accusabit de margaritis istis, & pauperes fame perditos in medium aget? propterea Paulus dicebat: Non in circumligaturis, et auro, uel margaritis, uel uestimẽto pretioso. Hinc nempe struentur insidiæ. Si uero iugiter & ipsis fruemur, tamen omnino per mortẽ ab ipsis separamur. Ex uirtute uero securitas omnis, & mutatio & ruina nulla. Verum & hic nos ea reddit tutiores, & illuc comitatur. Vis margaritas possidere, nec unquam has diuitias deponere? Ornatum omnem auferens, in Christi manus per pauperes repone. Ille tibi cunctas custodiet diuitias, postq; corpus tuum multa cum claritate resuscitauerit, tunc tibi meliores circumponet diuitias, & ornatum maiorẽ, quippe cum sit hic præsens uilis & ridiculus. Cogita nanq; quibus uis placere, & propter quos hunc induis ornatũ, ut funarius, & æra

Prou. 10.c

Act. 18.d

1. Tim. 2.c

rius, & institor admirent conspicati. Deinde non confunderis, & erubescis te illis ostentãs, & quos nec appellatione tua dignos censes, propter hos omnia facies. Quomodo igitur hanc omnem uanitatem deridebis? Vocis illius recorderis, quam dum sacris initiareris, emisisti: Abrenuntio tibi satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. Circa margaritarum enim cultum insania, est pompa satanica. Aurum enim cepisti, nõ ut corpus uincias, sed ut pauperes soluas, & enutrias. Dic igitur continue Abrenuntio tibi satana. Nihil hac tutius uoce, si ipsam per opera exhibeamus: hanc & uos initiandos discere censeo. Hæc em uox cõfœderatio cũ domino est. Et sicut nos seruos emẽtes, ipsos qui uenduntur, prius interrogamus an nobis seruire uelint: ita facit & Christus, quando debet te in seruitutẽ capere, prius interrogat an uelis illum crudelem tyrannum dimittere & immitem: & ad fœdera suscipit: non enim coactum est ipsius imperium. Et uide benignitatẽ. Nos nempe priusquã pretiũ erogemus, interrogamus eos qui uenduntur, & cum didicerimus quod uolunt, tunc pretiũ erogamus: Christus autem non ita, uerum & pretium erogauit pro omnibus nobis pretiosum sanguinem suum: Pretio enim, inquit, empti estis magno: & tamen neq; sic cogit sibi seruire nolentes. Sed nisi gratiam habeas, & à teipso et sponte eius uelis dominatui adscribi, Non cogo, inquit, neq; compello, Et nos quidem improbissimos seruos ne emimus quidem. Quòd si quãdo emimus, per errorem tale pretium erogamus. Christus autem ingratos emens seruos, & iniquos, optimi serui pretium erogauit: imò uero multo maius, ut neq; ratio, neq; mens ipsius magnitudinem capiat: nõ enim cœlum & terrã, & mare dans, sed omnibus his pretiosiorẽ sanguinem suũ effundens, ita nos redemit: & post hęc omnia non testes à nobis, nõ chirographa exigit, sed sola cõtentus est uoce: & si dicas ex corde, Abrenũtio tibi satana, & põpæ tuæ, totũ recepit. Hoc igitur dicamus Abrenũtio tibi satana: tanq; in illa die huius uocis rationem reddituri, & ipsam custodiamus, ut saluũ tũc reddamus depositũ. Pompa uero satanica sunt, theatra, circenses, & omne peccatũ & dierũ obseruatio, & præsagia, & omina. Et quid tandem sunt omina? Sæpe domũ quis suã egressus hominem uidit unoculum, uel claudicantem, & ominatus est. Hæc est pompa satanica: non enim hominis occursus malum facit esse diem, sed in peccatis uiuere. Cum igitur exieris, unum solum custodi, ne occurrat tibi peccatum, hoc em est quod supplantat, præter hoc uero nec ipse diabolus nos quippiam lædere poterit. Quid dicis? hominem cernis, & ominaris, nec cernis foueam diabolicã? Quomodo te illi, q te nulla affecit iniuria, reddit inimicum? quomodo te fratri constituit aduersarium ex nulla iusta occasione? Et deus quidẽ uel inimicos amare nos iussit: tu autem nil lædentem auersaris, nil accusandum habens. Nec cogitas, quantus risus, quantum dedecus, imò uero quantum periculum? Dicam ne & aliud ridiculosius?

1. Cor. 6.d

Confundor nempe & erubesco, sed cogor propter salutem uestram dicere. Si uirgini, inquit, occurreris, sterilis dies erit: si uero meretrici, dextera & bona, & multa mercatione plena. Occultamini, & frontem percutitis, & ad terrã inclinatis: sed non nunc dum dicuntur uerba, sed cum fiunt opera erubescendũ erat. Vide nempe quomodo & hic diabolus dolum abscondit, ut modestã qui dem auersemur, impudicam uero gratam habeamus & amemus. Quoniã enim audiuit Christum
Matt.5.d dicentem, quòd aspiciens mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam: & uidit multos lasciuia uinci, uolẽs rursum per aliam uiam ipsos in peccatum impellere, per hanc obseruationem meritorijs mulieribus libenter oculos intendere persuasit. Quid uero diceret aliqs de his, qui car- B minibus & ligaturis utuntur, & de circũligantib. aurea Alexandri Macedonis numismata capiti uel pedibus? dic mihi, hæ ne sunt expectationes nostræ, ut post crucẽ & mortem dominicã in gentilis regis imagine spem salutis habeamus? Ignoras quanta crux perfecit? Mortem dissoluit, peccatum extinxit, orcũ inanem reddidit, diaboli solu it potentiã: & ad corporis sanitatem præstandã non est fide digna? totũ orbem exuscitauit, & tu in ipsa nõ confidis? Et quid pati dignus nõ esses? Non ligaturas uero tantũ, sed etiã excantamenta tibi cõducis, uetulas ebrias & titubantes domum ducens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantam ad hæc trepidans disciplinã: & quod grauius est errore, quando hæc admonemus, & dissuademus, C putantes se excusari, dicunt, quòd Christiana est mulier, hæc excantans, & nihil aliud loquitur, q̃ dei nomen. Propterea nanq; magis ipsam odi & aduersare, quòd dei nomine ad contumeliam utitur, quòd se dicens esse Christianam, gentilium opera facit: etenim & dæmones dei nomẽ fatebantur, sed tamen erãt dæmones, & ita Chri-
Luc.4.f sto dicebant: Nouimus te quoniã es sanctus dei: & tamen ipsos increpauit: & eiecit. Propterea quippe uobis supplico, ut ab hac litis fallacia puri, & tanquam baculum dei uerbum habeatis. Et sicut sine calceamentis, uel uestimentis uestrum nemo in forum descẽdere eligeret: ita sine uerbo hoc nunquam in forũ prodeas, sed cum es ianuæ uestibula transgressurus, hoc prius loquere uer- D bum, Abrenuntio tibi satana, & coniungor tibi Christe. Ne unquã absq; hac uoce exeas: hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc uerbo & crucem in fronte imprime: sic enim non tantum homo occurrens, uerum nec ipse diabolus te quicquam lædere poterit, cum his te cernens armis ubiq; apparentem. Et hæc teipsum iam hinc doce, ut cum signum ceperis, sis miles paratus, & contra diabolum trophæum erigens, iustitiæ coronam capias, quam nos assequi cõtingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A IOANNIS INTER PATRES NOstros sancti Archiepiscopi Constantinopolitani ieiunatoris, de pœnitentia, & continentia, & uirginitate. Homilia XXII.

IBEATVS Paulus apostolus gentiũ doctor & ecclesiæ constitutus, posteS riorũ oblitus, & in anteriora se extendens, corpus corruptibile indutus, & incorporeis colluctans potestatibus: qui cursum consummauit, & fidem seruauit: qui in ieunijs perseuerauit, & in periculis probabilis factus est: qui in fame, & in siti optimus apparuit: qui ab Hierusalẽ in circuitu usq; ad Illyricũ Chri- 2.Cor.11.f sto seruiuit, Christum in seipso habens loquentẽ, Rom.15.e terrestris angelus, & cœlestis homo, uocatus apostolus, & sancti spiritus receptaculum factus: qui usq; ad tertium cœlum ascendit, & ineffabilia illa audiuit uerba: qui in corpore corruptibili paradisum habitauit, zelo incomparabilis, charitate magnus, ecclesiarum dei solicitus curator, orator pietatis, imbecillitũ deductor, credentiũ pronubus, Iudæorum redargutio, nostri omniũ sagena, post mortificationem doctor, & post mortem præco, qui nobis demonstrauit quomõ in cœlos ascendere oporteat: Si hic, inquam, tot possidẽs priui- 1.Cor.4.d legia, dicens: Nihil mihi ipsi conscius sum, timebat, & dicebat: Ne fortè dum alijs prædicauero, ipse reprobus fiam: quid faciemus nos, nullum ad uirtutẽ incremẽtum adepti? Igitur uigilare oportet, & orare in omni tempore, & à deo petere, nõ aurũ, non argentũ, nec omnino diuitias terrenas, sed solum cœlorũ regnũ, & in domino gaudere. Alij lætentur in diuitijs, alij in sanitate, alij in doctrina & gloria: uirgo autem in domino, ut & ab ipso laudẽ habeat, dicens deo: Apud te laus mea. Nihil turpius, aut informius anima uitijs obnoxia. Vnde animæ pulchritudinem prouidere conuenit, & dicere: Domine in uoluntate tua prẽstiti Psal.21.f sti decori meo uirtutem, ut & sponsus interiorem tuam speciem cõspicatus dicat: Tota pulchra es, Cant.4.b & macula non est in te. Sed uide etiamsi uirtutem præstiteris, ne extollaris in specie tua, ne forte propter superbiam tuam auertatur deus, & elatio tua redarguatur. Quid enim condignũ his sustinere potes, quę propter te Christus sustinuit? Humiliauit seipsum ut homo, te pretioso sanguine suo redemit: qui dat escã omni carni, ieiunauit propter te: qui mellis dulcedinem creauit, qui cœlum stellarum cœtu coronauit, spinis propter te coronatus est, & usq; ad mortem obediens factus est: igitur in his non lætari, sed plangere cõuenit, & credere dicenti: Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris compungimini: ut quæ in die fecimus, in nocte meditati gemamus. Ita compun- 4.Reg.21.f ctus Achaab uestẽ scidit, & indutus est sacco, & plorauit: & quid dominus? Nõ inducam, inquit, malum eius in diebus ipsius. Propterea & saluator ait: Beati qui lugent, non mortuum, nõ iactu- Matt.5.d ram, sed peccatum: ut dicam, sicut Dauid inquit, Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachry Psal.6.b mis meis stratum meũ rigabo: & rursum: Exitus aquarum

aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non custodie A lum tantum, uerum & aures, & os. Istæ enim sunt
runt legem tuam. Ablue lachrymis peccatorum fenestræ, per quas pro sententia uel bona prode-
sordes, frontem uerbera: pulsa pectus, in sensum unt, uel mala. Vide ne mors subeat tibi per fene-
ueni eorũ, quæ peccasti. Si per oculos captus es, stras tuas, sed sint tibi semper in oculis honestatis
2.Reg.11.a sicut olim Dauid malè apertis fenestris: si contra mandata: in auribus, dei præceptorũ testamenta:
animam tuam oculi tui fuerunt, conclude in ge- in ore, laudũ cantica, & antiqui nouiq; testamen-
mitu oculum, quem male in lasciuia reseraſti: pec ti meditatio. Has fenestras deo quidẽ aperire, sed
catorum enim cõsuetudo lapsum in peius trahit. peccato occludere debemus. Dic tu quoq; secun Can.7.c
Si purum habes uestimentũ, caues ne pessundes dum illam sanctam animam: Dixi, ascendam pal
omnino, ne quo modo sordidetur. Si primam, se- mam ad tenendum sublimitates eius: rectitudi-
cundam, & tertiam contempseris maculam, iam nem amantem, & mundum habentem cor, & ad
uelut sordidum habens uestimentum, non graue cœlestia bona currentem, nec circa terrena tantũ
2.Cor.11.f uidetur, licet totum fiat lutũ. Quid igitur? oratio- distractam. Vide ne stimulos habeat palma tua,
Rom.15.e nibus opus est, ne quando offendamus ad lapidẽ contra peccatum redargutiones. Sermones enim
pedem nostrũ, ut angelus domini in circuitu no- sapientum, tanquam boum stimuli: at qui his pun
stro immittẽs nos liberet, & ita dicere possis: An- B guntur, corde compungantur, & omni peccato
gelus eripiens me ab omnibus malis: ut te quoq; abstineãt: sed diligenter ipsius altitudines retine,
Gen.48.c uocet angelus, qui uocauit Abrahã. Amãt enim ut sine ruina permaneas, continuè uentorũ incur
angeli eos, qui dominum suum diligunt. Sumite sus ferens insurgentes per tempus tentationum.
Psal.8.a psalmum, & date tympanum, psalterium iucun- Versare semper in diuinis scripturis. Sicut enim
dum cum cithara. Vnũ capit, & tria exigit, (ex tri uinum dum bibitur, tristitiam sedat, & cor cõmu
1.Thes.5.d bus enim cõstituti sumus, ut dicit Paulus) ut inte tat in lætitiam: sic & spirituale uinum dum bibit̃,
grũ sit corpus, & anima, & spiritus. Vt sit tympa in lætitiam conuertit animam tuam. Vbiq; dei re
num, pellem habet mortuam: igitur mortifica cor cordare dicẽs: Prouidebam dominum in conspe Psal.15.c
1.Cor.4.d pus, ut in tympano & choro laudes deum. Chri- ctu meo semper: quoniã à dextris est mihi ne cõ-
stus pro te dedit corpus ad deludendum. Vide ne mouear. Scribe sermones hos manibus tuis, & e-
dicas, Quid utilitatis in sanguine meo? Quid eñ runt inconcussi præ oculis tuis. Si sic deum hono
secundum meritum Christi talia pro nobis passi ras, fit à dextris tuis: si uero ipsum contempseris,
perficere possumus? Sis igitur planta fructuosa, diabolus fit tibi dexter. Sic ludæ contemnenti di
ut deum laudes, pro uiribus tuis fructifica. Si non uina dicit scriptura: Et diabolus stet à dextris e-
potes perfectum ferre fructum in centum, saltem C ius. Per singulas horas glorifica dominum Chri-
dimidium in sexaginta: Si uero & hoc tibi graue, stum, dicens: Exaltabo te deus meus Rex: nõ tan
uel tertium perfecti in triginta: tantum quod po- tum sermone, uerũ & opere. Sic eñ Dauid quoq;
tes fructifica, ne uelut infructuosus in ignem im- deum in seculum, & in seculum seculi exaltat: nõ
mittaris. Si uero habes aurum & argentũ, bonas diem, non mensem, non annũ, nõ lustrum, sed in
operationes: & si neq; ligna, fœnum & stipulam, omni uitæ tẽpore. Sciebat enim q̃ quando cunq;
uide ne tibiipsi columnam statuas, quod odit do- laudat, tũc incipit. Dicis aũt: Igitur quale cor esse
Psal.21.f minus. Vide ne stet ratiocinatio tua, tanquam sta oportet q̃d semper deũ exaltet? Quale Paulus ha
tua in iudicij die accusatrix tui facta: ne tunc in- bebat, dicens: Nihil mihi cõscius sum. Sic erat &
Cant.4.b cipias sine testibus argui, & sine demonstratione Dauid, dicẽs: Ab occultis meis mũda me. Quale Psal.18.d
confitearis, quæ ex ignorantia fecisti, & locutus & saluator iussit habere, dicens: Beati mundo cor Matt.5.a
es, agnoscens. Luge ante tempus, ne illic audias: de, quoniã ipsi deum uidebunt. Sic igitur nõ pec
Nunc pœnitentiam agis, cum nõ est pœnitentię cans, per singulos dies deum exaltat, nõ tantũ ser
Gal.6.d tẽpus. Donec tẽpus habemus, operemur bonũ. mone, uerũ & opere ipsam rem exhibet non con
Aliud quodcunq; forte possumus inuenire: tem- temnendo, siue ægritudo cõprehendat, siue iactu
pus autem si amittamus, aliud inuenire nõ possu- D ra, siue mors, dicens cum Paulo: Quis nos separa
mus: propterea Paulus quoq; commonens, dicit: bit à charitate Christi? et reliqua. Non enim teme Rom.8.g
Donec tempus habemus, operemur bonum. Lu re in stercore dominus habitat, sed in cœnaculo
geamus pro his quæ peccauimus, destillemus la- scopis mundato. Vt animam tuam uelut dei habi
chrymã in genas, & pectus tundamus, ut illic den taculum præpares, memento horrendi multũ &
tium stridorem effugiamus. Lugeamus, ut beatifi tremendi illius diei, in quo omnes Christi throno
Psal.6.b cemur, sicut & Dauid. Non enim tantũ lugebat, assistentes, rerũ hic gestarum rationes reddemus,
uerum & laborabat, & lectum rigabat. Vnam no ante omnium oculos peccata nostra ponẽtur, &
4.Reg.21.f ctem in iniquitate duxit, & per singulas lugebat rursum reuelabuntur, & ignorantibus ostenden-
2.Reg.11.a noctes, penitus talia confitens: Dedisti mihi ocu tur actiones, ubi ignis fluuius, & insopitus ver-
los, ut uideam lucem tuã, ego autẽ his malè pro- mis, ubi omnia nuda & præcipitata: Vbi cordiũ
Matt.5.d spexi. Errauí aliquando malè intuitus, malè fene- nostrorum libri aperiẽtur, et in medio manifestè
stras aperui, propterea lachrymis ipsas abluo. Sic legentur etiam occulta, nocturna & diurna, ex i-
Psal.6.b igitur oportet lugere, & oculum malè conspica- gnorantia & obliuione facta, quæ membris effe-
tum lauare. Et tu uulnus nosti, agnouisti medici- cimus, quæq; nunc latent reuelabunt̃. Cogita igi
nam, animæ tuæ ianuas munire festina. Non ocu tur, q̃ omnino nos hinc ad infallibilem migrare

iudicem oportet: ubi nõ tantum actiones, uerum & uerba & cogitata iudicantur: ubi terribiles etiã eorum quæ uidẽtur esse parua, pœnas dabimus. Hæc semper recordare, & inextinctæ nunquam obliuiscaris flammæ. Præuide uenientem iudicare uiuos & mortuos. Cogites angelorum milia, & myriadas tunc iudici assistentes: nunc auditus uocem tubarum, & tremendam illam condemnantis uocem præueniat. Præuideat oculus hos quidem in exteriores mitti tenebras, hos uero ianuis excludi post multum uirginitatis laborem. Considera hos quidem uelut zizania colligari, & in clibanos proijci: alios manibus & pedibus uinctos in exteriores mitti tenebras: & alios insopito uermi, & luctui, & dentium stridori traditos: hunc quidem de intempestiuo risu iudicari: hunc uero quòd proximum affecit iniuria, uel q̃ fratrem scandalizauit: hunc quidem de incertis damnari criminibus: hunc uero de ocioso uerbo pœnas exigi: hunc uero de mala sententia iudicium subire: hunc uero propter conuicium regno excludi: quendam autem propter seruatam iram intolerabilia patientem: illũ uero in ignominiam resurgentem æternam: hos autem Christi cognitione priuari & audire: Amen dico uobis, nescio uos: quoniam fecerunt quæ Christus prohibuit. His igitur sic se habentibus, quales nos oportet esse, uel quales emittere lacrymas, & dicere: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & lugebo dies ac noctes? Sed ut expectatam effugiamus pœnam, uenite, præoccupemus faciem domini in confessione, & uitæ diligentia propitiationes domini dei inuocemus. In inferno, nanq̃ ait, quis confitebitur tibi? Omnia nobis duplicia deus dedit, duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes. Si igitur horum alterum lædatur, per alterum necessitatem consolamur. Animam uero dedit unã nobis: si hanc perdiderimus, quanam uiuemus? Huius igitur prouidentiam faciamus, nihil ipsius saluti præferentes: quoniam hæc etiam est, quæ cum corpore iudicatur, & simul defendit, & comparet ante Christi tribunal. Si tunc dixeris, pecunię me allexerũt: dicet tibi iudex: Non audisti, quæ utilitas, si quis totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Si dixeris, diabolus me decepit: dicet tibi & ipse, q̃ nihil profuit Heuæ, quia dixit: Serpens me decepit. Hæc igitur mente tenentes, uenite, excitemus nosipsos priusquã obumbremur, priusquam ueniat dies domini magnus, & appareat, de quo propheta dicit: Ecce uenit, & quis sustinebit? uel quis tolerabit diem aduentus eius? Tremenda dies illa tumultus, & tenebrarũ. Sed dices: Quõ igit̃ licet prædicta mala effugere? dicam: Non tantũ corpus tuũ custodias purũ, sed cũ mala passus benefeceris, si accuseris, continens sis & patiens, cũ ieiunaueris ne glorieris: nõ enim cíborũ abstinẽtia ieiuniũ operat̃, sed abstinentia peccatorũ. Scrutare enim scripturas. Vide quomodo primum uirgam nuceam uidet propheta, postea lebetem superardentẽ, demonstrans quòd nõ sustinẽtem uirgæ castigationem ignis suscipit. Sic & per Moien demonstrabat ignis columnam, rebus clamans quòd legem audiens, uidit lucem: inobediens autẽ suscipit ignẽ. Legite saluatoris scripturas, & discite, quomodo nos hinc illuc migrantes adiuuare potest nemo. Non frater fratrem redimet ex interminabilibus tormentis: non amicus amicum, non parentes filios, non filij parentes. Et quid dico homines miserabiles, cum neque si Noe ueniat, & Iob, & Daniel, tum iudicantem exorare possint? Sed dices: Vnde horum demonstratio? Vide non indutum uestę nuptiali ex sponsali domo expulsum, & neminem pro illo intercedentem. Vide talẽtum habentem creditum, & non negotiatum, & quomodo pro ipso supplicat nemo. Respice mihi quinq̃ uirgines exclusas, & æquales pro ipsis nõ precatas: quas & stultas Christus nuncupauit, quoniam post calcatas uoluptates, post extinctum concupiscentiæ fornacem, post ieiunium, & lectum humi stratum & uigiliam, tunc stultæ sunt inuentæ, & merito quidem: propterea quòd seruato magno uirginitatis munere, mandatum humilitatis paruum non custodierunt. Vide mihi in iudicij die iudicem oues à dextris cõstituentem, & infructuosos hędos à sinistris, & à dextris quidem positis dicentem: Venite benedicti patris mei, accipite paratum uobis regnum. A sinistris uero positos in tenebras exteriores repellentem, et electis posse succurrere neminem. Verus enim sermo dicens: Ecce homo, & opus eius. Audisti quomodo dives ille nunquam Lazari misertus, in ultionis loco tostus aquæ stillam sumere optauit? Cognouisti quomodo nec ipse Abrahã supplicijs tormenta lenire potuit? Quin igitur post hac nobisipsis succurrentes, priusquam adumbremur, deo gloriã damus? Melius hic per ieiunium linguam arescere, quàm ipsam humidam seruare, & illic rorem concupiscere: & non accipere, & immortaliter torreri. Paruis hic laboribus magna repellamus tormenta. Cogita quod triũ dierum febrem hic non toleramus. Si iudicum pœnas cernentes obruimur, & hoc uix quinquaginta annis obnoxijs damnationi: quale est igit̃ Christi tribunal, non tantum in quinquaginta annos, sed in infinita protendens secula pœnam? Ingrediamur itaq̃ per angustam portam, ut latam uiam effugiamus, scientes quòd uelut somniũ sunt omnia sensibilia, & generationi supposita sunt & corruptioni. Licet enim corporis fortitudinem habeamus, ipsam deijcit ægritudo, lætitiam excipit tribulatio, pulchritudini succedit senectus. Si mensa lauta fruamur, superueniens uesper uoluptatẽ dissoluit. Et quòd generaliter prẹsentia sint aranea imbecilliora, & somnijs fallaciora, propterea & saluator beatificat tribulatos, ne iucundorum uoluptas fruentes in se retineret. Igitur sicut audijt Abraham: Exi de terra tua, & exiuit: exeamus & nos ex affectione cõsueta, ut mortificationis meditatione in supernam transmigremus ciuitatem. Castigemus corpus, & in seruitutem

Matt. 25

Hier. 9

Psal. 94

Malach. 3

Luc. 16

tutē redigamus, ne anima seruā fiat diaboli, conti
nua diuinæ scripturæ meditatione fruentes: & in
nobis uoluptates tanq; syluestres feras sopiamus,
ubiq; dñi Iesu mortificationē in corpore circūfe-
1.Pet. 5 rentes, recordemur dicentis: Sobrij estote, & uigi
late. Nemo dormiēs coronabitur, neq; recūbens
& stertēs brauiū capit: sed puluere, & plagis squa
lens ipse apud agonothetam prius inuenitur, uul
nera gerens, & sanguinem ostendens defluentē.
Vnde postq; experientia didicimus, q̄ sit graue
& difficile diaboli ministerium (fugit enim uigi-
lantem, & dormientem spoliat) ne des somnum
oculis tuis, ne palpebris dormitationē, ut saluēris
uelut dorcas ex cassibus, & uelut auis ex laqueo.
Fugiamus, inquam, uitæ huius laqueos & curas,
& uelut mundo abrenuntiantes nil carnale cir-
cumferamus: multæ enim diaboli insidiæ. Aduer
Ibidem sarius noster diabolus, inquit, tanquam leo rugi-
ens circumit quærens, non quem mordeat, uel
frangat, sed quem deuoret. Fuge diaboli astutias,
& dic domino: In te eripiar à tentatione, & in deo
meo transgrediar murum. Ne fugias itaque labo-
rem, ut assequaris coronam. Mercator non defi-
cit, sed sustinet undas, ut pecunias inueniat. De-
certans athleta generose fert uulnera, respiciens
ad coronā. Agricola non inuenit manipulos, nisi
prius per proprios sudores semina mittat. Simili-
ter in cœlum respicientes nihil putant tribulatio
nes, bonorum spe roborati. Aduertamus igitur
continuè, & obseruemus, quando sponsus surget
à nuptijs, ut ipsius audita uoce prompte consur-
Luc.16 gamus in occursum. Et uos, inquit enim, similes
hominibus expectantibus dominum suum: qua-
lem iam dominus beatum censet, dicens: Beatus
seruus ille, quem, cum uenerit dominus eius, in-
uenerit uigilantem. Sicut autem uigilantem bea-
tificat, ita miserum uocat negligentem, sic inqui-
ens: Si uero cœperit dicere malus ille seruus: Mo
ratur dominus meus uenire, & inceperit uerbe-
rare conseruos suos, comedereq; et bibere cum
ebrijs, ueniet dominus eius in die qua non expe-
ctet, & in hora, quam nesciat, & per medium di-
uidet eum, & partem ipsius cum hypocritis po-
net. Si autem dicēs, Moratur dominus meus, per
medium diuiditur: ueniente ipso, qui nec omni-
no dominum suum expectat, quid patietur? Pa-
ratos igitur nos esse, & expeditos ad hinc naui-
gandum oportet, & dicere: Paratum cor meum
deus: in bello enim sumus in mundo, in circuitu
impij ambulant, peccatores intendunt arcū. Hic
quidem aures sagittat, ut iucunde detractionem
audiamus: hic autem oculum in lasciuiam exci-
tat, ille uero linguam, ut fratribus conuicia infe-
rat: hic autē uentrem in ingluuiem iritat, ille uero
manum in auaritiam & rapinam: alius pedes in
Ephe.6 malitiā mouere hortatur. Quibus de causis Pau-
lus pectus muniēs armis spiritus, scribit assumen-
da esse arma fidei, & galeam salutis, quibus post-
Mich.6 sint omnia maligni tela ignita extingui. Credē igi
tur uoci prophetice dicenti: Indicabo tibi ô ho-
mo, quid sit bonū, & quid dominus requirat abs

A te: utiq; facere iudicium & iustitiam, & amare mi
sericordiam, & solicitum ambulare cum domino
deo tuo. Igitur posteriorū obliti in tempore cer-
temus, ut laborum fructus comedentes, in domi-
no delectemur, nec incassum tempus omne te-
mere absumamus, sed tanquā dominum bonum
habentes, legitimam exhibeamus seruitutem: do
cet enim, commonet, protestatur, minatur, exhor
tatur, admonet, & mercedem obedientibus, re-
gnum largitur. Accingentes igitur lumbos in ue
ritate, domino seruiamus. Cogitemus quāta pro-
pter nos passus est saluator: incarnari, lactari, co-
medere & bibere, & dormire, tentari, laborare,
baptizari, flagellari, & postremo crucifigi, & ita
B mori. Verè cogitare oportet tantam passum pro
peccatoribus in se contradictionem, & sic ad san
guinem usq; resistere peccato repugnātes. Quot
autem fecit miracula, morborū curationes, mor-
tuorum resuscitationes, leprosorum emundatio-
nes, dæmonum expulsiones, claudorum erectio-
nes, & reliqua quorum non est numerus: & po-
stremo in cœlum ascensionem nobis largitus, ut
& nos per uirtutem & bonā uitam ipsum sequa-
mur, cœlestem possidentes cōuersationem. Vbi
enim adscripti sumus, illic debemus conuersari:
hospites enim & peregrinos nos scriptura uoca-
uit, ut præsentia cōtemnamus. Cani similis est uo
luptas: si pellas, fugit: si nutrias, permanet. Pro-
pterea dicit Apostolus: Resistite diabolo, & fugi Iaco.4
et à uobis. Noli expectare finem, ubi pœnitentiæ
C remedium nihil ualet. Verum & si quis ibi denti-
bus fremat, & si linguam habeat ardentem, digi-
to guttam instillabit nemo: sed audit illa, quæ &
diues audiuit. Scientes igitur somniū præsentia,
& uelut in diuersorio habitantes, unde nos exire
est necesse: curam agamus uitæ, & ad uitam æter-
nam uiaticorum quæ nobis ipsis paremus: indua
mus uestimenta nobiscum uenientia, quæ & apo
stolus nobis consuit, dicens: Viscera misericor-
dię, suauitatem, & reliqua. Non aurum illic uolu-
mus, sed rorem: nō foliis illic opus, sed fructibus:
non uerbis, sed rebus. Non enim omnis dicens
mihi, Domine domine, intrabit in regnum cœlo
rum, sed qui facit uoluntatem patris mei. Ne nos
igitur ipsos decipiamus. Detur enim quòd per to
D tam uoluptati uitam nostram uacauerimus: sed
quid ad infinita secula? Hic enim & bona et mala
finem habent, illic autem immortales pœnæ. Hic
si ardeat corpus, egreditur anima: illic uero incor
rupto resurgente corpore, semper anima combu
ritur: & peccatores enim incorrupti resurgūt, nō
ut honorentur, sed ut immortaliter in tormentis
permaneant. Si itaq; balnei uehementiorem ua-
porem non ferimus, quomodo feremus igneum
flumen? Opus est enim omnes ignem probare, si
legitimum est aurum: oportet sigillum inquiri, ne
forte ablatus fuerit thesaurus. Oportet probari, si
talis est latens, & nō est qui effugiat iudicis impe
tum. Sed omnino dices mihi, Quomō potest ani
ma illic semper cōburi? quomodo hic corpus ma
nens in febre accenditur? Etsi enim hic languente

corpore exit anima, illic tamẽ non egreditur, sed necessitas est animam comburi. Est ne igitur aliquis, qui propter somnium uelit semper puniri? Hoc enim præsens uita ad futuram. Qualis enim futurorum comparatio? Si nanque prætereuntia talia, qualia igitur illa stabiliter manentia? Dum igitur tempus habemus, uenite dilecti, animę uulnera lachrymis curemus, & ne contra nosipsos manus dirigentes, talem pœnã subeamus. Vnus
Eccl.34 enim, inquit, ædificans, & unus destruens, quid aliud contulerunt, quàm labores? Si enim templum ex lapidibus constructum Hieremias lugebat euersum, dicens: Sinite me, lugeam amare, ne conamini me consolari: quanto magis animam deplorare conuenit illo sanctiorem, in qua non phiala aurea habens manna, sed quæ patrem habet, & filium, & spiritum sanctum, sanctam trinitatem inhabitantẽ? Si morientibus compatimur, quis tam sine misericordia est, qui animam suam morientem non deploret? Corpus enim uoluptatibus fouens, animam suam occidit: animæ uero curam gerens, corpus sanum non facit. Vnde non pro mortuis, sed pro nobismetipsis lachrymas deducamus. Recordemur fratres, quòd tempus breue est, & iudicium præ foribus est, quod licet longinquius esset, nec ita tamen cõfidere o-
Rom.13 porteret. Nox præcessit, inquit, expergiscamur iàm à somnijs: etenim iucunda præsentia, sed somnijs nihilominus fallacia. Nemo debet dormire solẽ cernens. Faciamus igitur fructus pœnitẽtiæ dignos, sicut scriptum est. Et sicut est in aqua baptizari facile, sic est facile animã pœnitere. Non habuit opus tempore latro. Martyres in momento coronati sunt. Si uero uenia indigni, et ad mortem peccauimus, salutares medicinas habentes ne desperemus. Non enim cecidisse graue est, sed post lapsum non resurrexisse satanicum & pernicioſum est. Vnde & bonus Deus, & dominus noster clamabat: Nunquid resina nõ est in Galaad? uel medicus non est illic? Postea si corpus patiatur, medicos uocamus, & herbas inquirimus, omnia mouemus, ut læsum membrum curemus: animam uero uitijs laborantem negligimus, & nullam magis proprię partis rationem habemus Timeamus eum, qui potest & animam & corpus in gehennam perdere, & ante tormentorum tempus uenire, proijciamus nosipsos in mare miserationum dei, dicentes: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Stetit emẽ bonus pastor Deus, ut eriperet nos ex ore leonis priusquam ipse nos
Eccles.21 absorberet: clamat & nunc dicens: Fili peccasti, ne adijcias ulterius. Nunquid cadens non resurgit? uel auertens non conuertitur? Conuertimini filij auersi, & sanabo contritiones uestras. Non mentitur Iesus, dicens: Non ueni ut iudicem mundum, sed ut saluem mundum. Tantum pœnitentiam agamus: non enim uult mortem peccatoris,
Ioan.12 quantum ut conuertatur & uiuat. Non sic insanus amator dilectam suam amat, ut Deus pœnitentem animam: uel reuocans dicit: Et post hæc omnia dixi, conuertere ad me. Talis domini clementia, neminem ad se currentium auersatur, sed manum porrigit, dicens: Hodie si uocem meam audieritis, nolite obdurare corda uestra. Si enim medicus contumelia affectus ab eo qui curatur, adiumẽta non negligit, non ægrotantem ulciscitur: quanto magis animarum medicus nostrarũ? Solũ ne de nobisipsis desperemus. Athleta nanq; sæpe lapsus, postea uictor effectus est: & miles uulneratus, & curatus circa finem non uulneratis probatior apparuit. Mercatorum multi ad inopiam redacti, rursum effecti sunt diuites: & naufragium passi, rursum post naufragium negotiati reuixerunt. Nunquid enim nobis deus ignem parauit? Non, sed diabolo & angelis eius. Tantum ne nobisipsis ignem accendamus. Audientes itaque, ite ad lumen ignis uestri, & flammæ qua exusti fuistis, nullus est morbus, quem medici remedium sanare non possit. Sed dicis: Perfectam non possum agere pœnitentiam. Si nõ potes sol fieri, fias uel stella dũtaxat. Tantum ascende super terram, incipe lucidis æmulari syderibus. Melius est te uel pauca habere merita, quàm omnino nullum habere. Poculum frigidum tibi Christus cõputat, infirmum uisitare, & in carcerem simul descendere. Si enim uerborum & cogitationũ pœnas damus, quanto magis iustificationum mercedem non amittimus? licet uilissima sint quæ fiunt, igitur modicum temporis laboremus, ne bonis excidamus æternis. Si enim mille mortes sustinere daretur, ut Christum in gloria sua uenientem, & non amplius per ænigmata uideremus, sed ipsis regem oculis cõtueremur, quis non censeret eligendum? Si nanq; pulchritudinem hic apparentem, cinerem, puluerem, & uermem, ex corruptione, & phlegmate, et rheumate substantiam habentem uidere quis concupiscet, quanto magis Christi speciem immaculatam si uideamus? Si Petrus & socij quandam tenuem ipsius gloriæ umbram conspicati dicebant: Bonum est nos hic esse, quid nos dicemus ipsum in tremenda gloria intueri expectantes? Si sic regi assistentes beatificamus uehiculum cernentes aureum, & purpuram, & coronam, quales nos esse decet totũ mundum iudicare debenti assistentes? Nónne si quis terrenum te ad regnum uocaret, & præcipitia, & scopulos, & molestiæ uia multum habente, omnia subires causa regnandi? Ne dicas: In quibus peccaui, ad dominum cõuerti nõ possum. Et Dauid Rex cecidit, sed ita surrexit, ut maiorum suorum curator fieret. Supplantauit nos diabolus, sed nosmet resuscitemus. Suscepit nos Christus occurrens, sicut filium pater. Cogitemus, quòd Eccles.1.8
post regnum & delicias, & omnia peracta Salomon dicebat: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Igitur si nos laudare deberẽt in theatro sedentes, quandoq; & serui, uel prædones, uel grassatores, & homines uilissimi, non omni modo studeremus ut laudem arriperemus: ubi uero angeli & archangeli, & reliquæ potestates, & illorum omnium theatrũ nos prædicare debet, quid nos pro illo faciemus? Nunquid meretrices & publicani nos in

nos in regnum præcedent? Conuenientia sunt in diuinis auxilia scripturis. Euaserũt per hanc medicinam minas. Niniuitæ per ieiunium, meretrix dominum lachrymis conciliauit. Paulus peccatum confitens, pœnitentium fit doctor: latro credens, paradisi ciuis factus est. Hæc medicamina capientes, uulnera nostra curemus dicentes: Sana me domine, & sanabor. Et, sana animã meam, quia peccaui tibi. Suscipiens enim medicus dicet: Ego sum qui deleo peccata tua, nec amplius recordabor. Vides quot tibi medicinas medicus parauit? Ipse elige quam uis. Auxiliorum tibi uarietatem iuxta uulnerum differentiã demonstrauit. Si non potes eleemosynas facere compungere: si non potes ieiunare, sicut Niniuitæ, saltem ut meretrix peccata lachrymis ablue: si ieiunare nõ potes, nec peccata tua redimere, eia ad misericordiam dei confuge cum Dauide dicens: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Non est enim uiperæ morsus, ut super ipsum medicinam imponam, nec macula ex luto facta, ut ipsam aqua abluam, sed ex diaboli morsu uulnus egens clementiæ tuæ misericordia tua. Tantum accede petẽs, & oleum instillabit benignus, qui dixit: Si conuertatur impius à uia sua mala, non recordabor iniquitatum eius, quas commisit. Tantum uulnus reuela, & dic: Miserere mei deus, miserere corporis & animæ meæ, miserere mei & hic, & in futuro seculo: miserere mei & propter naturæ infirmitatem, & propter tuam bonitatem. Tantũ desidera curari: salutem enim tuam medicus quærit, qui errantem ouem conuertit, qui ad malos & bonos uocandos in biuia misit. Ecce & nunc tibi uendit regnũ cœlorum. Si non habes obolum unde emas, eme gemitu. Fragmẽto panis cœlorum regnum tibi retribuit: Ecce clamat Propheta dicens: Quis uult emere uitam? Quis est homo, qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Non habentes, inquit, argentum, absq; argento tollite. Quid enim quærit à nobis deus? Non habes, inquit, pecunias? non compunctionem, non potentiam, nõ luctum, nõ aliud quid eorum quæ quæruntur? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: & in salutem tibi sufficiet. Vide si ieiunasti, ne altum sapias: si eleemosynam exhibuisti, ne inaniter glorieris, sed potius præterito ieiunio computa quid ex inedia consecutus es, nunquid talis egressus sis, qualis ingressus. Vide quã inde abstuliſti mendam, uel in quo teipso melior factus es, uel quem es assecutus profectum, uel quem correxisti defectum, si ab ira destitisti uel conuicio, si fratri non detraxisti, si iurare desiisti, uel aliud quid boni es operatus. Si uero cibis tantum abstinuisti, nec ullum aliud egisti bonũ, quid non comedendo profecisti? Forte enim dicet tibi: Vere nõ potuisti ieiunare, quare inimicis tuis non reconciliatus es? quare liuorem & inuidiam habens perseueraſti? quid aũt & te contristanti succensuisti? Nec hoc solum, uerum & in malorum memoria permansisti, quo nullum peius est malum. Qui nanq; cor-

Psal. 50

Ezech. 33

Eccles. 18

A porale peccatum fecit, fecit malum, & citò desistit: malorum autem recordans nocteq; & die, & omni hora peccatum operatur. Si horum memineris, nunquam recordaberis contumeliæ. Quapropter, quia te ille affecit contumelia, tu præceptorem deum ne contumelia afficias. In orbis em theatro hęc omnia reuelabunt. Vnde priusquam in perditiõis lutũ cadamus, tãtũ fugiamus supplicium, & cogitemus q; iudicijs nos illis horrẽdis eripiet nemo, non ipse Noe, nõ Moses, nõn Dauid, non Abrahã qui filios & hospites tantum dilexit, supplicio subtrahet. Cogitemus quòd multis obnoxij sumus peccatis, & terribilibus & incertis. Si enim iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Et qd de occultis dico? Si ma-
B nifestorum pœnas à nobis exiges, quam habebimus ueniam? Si in orationibus torporem discutias, uel in ieiunijs negligentiam: & quòd ante ipsum constituti non tantum ipsi impendimus honorem, quantum magistratibus milites, nec quãtum amicis amici. Cum quãta nempe attentione amicum alloquimur? Deum autem pro peccatis deprecantes torpemus, & genibus nostris humi flexis exterius cogitatione uersamur. Si ab his tãtum inceperit, & rationem exigere uoluerit, ubi igitur submergi poterimus? Quid uero, si in medium deducat accusationes, quas alter in alterum agimus, si & superfluos aspectus nostros examinet, si malas inquirat concupiscentias, si & de cõuicijs nostris rationẽ exigat, nunquid os aperire
C poterimus? Si uero uanam quoq; gloriam, quam sustinemus orantes & ieiunantes, & eleemosynã facientes, poterimusne in cœlũ respicere? Si aũt & dolos, quos alter in alterũ suimus, & præsentẽ quidem tanquã amicũ alloquimur, absenti uero detrahimus: quãtas igit sustinebimus pœnas? Si uero iuramenta quoq; & mendacia, & liuores, & iniustas indignationes: si periuria cõputet, & tristitias respiciat, quibus male patiẽtes, insultantes afficimus: si torporis quoq; in cõcionibus pœnas repetat, quando ipse deus per scripturas loquit, nos aũt ipsum dimittentes cum nostris conseruis loquimur, quas iã subiremus pœnas? Vnde semper ante oculos gehennã habeamus. Cum em si etiã gehenna nõ intenderet, peccata uitare debe-
D remus: quãto magis hac imminente propriorum reminiscí peccatorũ debemus? Recordare eterni iudicis. Ecce em ultionẽ tibi prædico ut periculũ fugias. Si dixerit tibi, ieiuna, prætendis imbecillitatem: si tibi dixerit, cõpatere, negligẽtiã tibijpsi supponis. Si tibi dixerit, noli irasci: qd contra hoc dicere potes, ubi neq; ignorãtia, neq; negotiũ uirtutẽ exercere prohibet? Quõ igit, cũ uenia sis indignus peccati, in cœlũ manus extẽdere poteris? quomodo linguã mouere? quõ ueniã petere? Iniuria affectus es, re tua priuatus es, malè audisti, magnopere læsus es: expecta principis sententiã. Si enim cuiuspiam seruum cõtumeliatũ tibi non ipsum uerberas, sed ipsius domino offers: quanto magis erga illum, qui dixit: Mea est ultio, & ego retribuã, ieiunasti à cibis? uide quod inde pecca-

tum abstulisti, uel in quo teipso factus es melior, uel quem acquisisti profectū, quem ue defectum correxisti. Sciens itaq; , quòd ante domini tribunal sistendus es, ubi nihil linguæ ualet facultas, non auxiliantur aduocati, tanquam anima tua sit per ignem transitura, præmitte rorem, funde lachrymarum fontes. Habes puteū, ex cordis profundo tristitiam hauri, geminas commoue pupillas, & lachrymarum profunde fluenta, secundum peccatorū proportionem sit tibi lachryma. Si magnus est lapsus tuus, maior sit lachrymarum tuarum torrens. Si uero puritatem quoq; retines, alteri mutua lachrymam, & pro fratre lapso plora, utinam uero saltem pro peccatis lachrymaremus propriis. Vnde peccatum processit, oriatur fons medicinæ. Et priusquam ianua occludatur, pœnitentiam agamus. Vbi peccatum, illic fiat & solutio. Ne hic sit peccatū, & in cœlo pœnitentia. Potestatem enim habet super terram peccata dimittendi, qui nos redemit saluator. Vnde qui stare uidetur, uideat ne cadat. Qui uero iam lapsus est, surgat. Qui cecidit, non confringatur. Si quis autem & confractus est, adest dominus qui contritos sanat. Accidit aliquantum moueri, ut ait sanctus Dauid, Penè effusi sunt gressus mei. Si dicebam, inquit, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Accidit subuerti, & non cadere. Impulsus enim euersus sum, ut caderem, & dominus suscepit me. Est & lapso remedium, in ruina non permanere. Nunquid qui cecidit, non resurgit? Est & contritio salutis spes. Dominus enim, inquit, sanat cōtritos. Sed uide ne mollescas audita dei bonitate. Deus enim, inquit, iustus & fortis, & longanimis, & per singulos dies iram non inducens, utpote scilicet clemens, quia pœnitentiam suscipit. Si uero non conuersi fueritis, gladium suum uibrabit. Interim non cædit, uibrat tantū, ut splendorē conspicatus, & territus ad pœnā non peruenias. Non cædit gladius, sed terret, ut ipsius timor ad pœnitentiam te suscitet. Arcū suū tetendit & parauit illū: tetendit, nō immisit sagittā, ut te forma terreat. Cōgruus iudex, ne contemnas arcū: intentus enim est, ne mollescas: quoniam interim sagittam nō cernis, ne negligas propter ipsius longanimitatem. Audi salutarem illā uocem: Sis beneuolus aduersario tuo. Quotidie cum aduersario iter agis, cuius comitatum effugere non potes. Paulus te instruit, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Resistat spiritus carni, spe fultus expectata, comparans concupiscentiam mundi, & regnum cœlorum. Caro enim ad puluerem declinat, anima uero diuinam imaginem imitari studeat. Ita beneuolus sis aduersario tuo, donec es in uia cum ipso in hac uita. Cum enim uia consummata fuerit, non amplius tibi pœnitentiæ tēpus. Vide ne te tradat aduersarius iudici, & iudex ultricibus potestatibus, & coniiciaris in carcerem, in tenebras exteriores, donec reddas ultimū quadrantem, non tantum de actionibus, uerum & de cogitationibus iudicandus. Hæc igit omnia sciētes, nobismet auxiliemur. Tunc enim cognoscemus, quàm sit amara uoluptas, cum re ipsa experiemur quantæ nobis sit amaritudinis ministra. Scientes igitur cum quibus nobis sit certamen, inuocemus misericordem deum, ne dæmonibus tradamur, dicentes cum beato Dauid: Ne tradas me domine persequentibus me. Ipsi nanq; nos ad peccandum incitant, & ijdem sunt accusatores: Non enim os solus contra nos diabolus aperiet, uerum & alij dæmones dicentes: Num nos ministri uobis fuimus, ut irascereminī, uel uana duceremini gloria, uel in fratrē inuehereminī? Timeamus fratres diē illum in quo nostræ cogitationes iudices fient aduersus nos acerbiores. Ne igitur aduersarios testes expectemus, sed potius aduocemus dominū deum. Etsi enim est infirma, qua induti sumus caro: ueruntamen magnus est qui succurrere pōt Christus & saluare in regno suo. Igitur amare conuenit dominum, & tanquam benefactorem, & tanquam sibi legitime seruientes diligentem. Etenim nos quoq; propterea quenque diligimus, propter hæc tria, uel propter pulchritudinem, uel propter beneficium, uel si quis nos amet. Quid igit domino Christo pulchrius? sicut Dauid inquit: Speciosus forma præ filijs hominum. Quis uero tantus benefactor ut paret diligentibus se, quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, quæq; in cor hominis non ascenderunt? Quis uero sic unquā nos amauit ut qui tanquam pater pius clamat: Nūquid obliuiscitur mulier filios suos? Si autem & obliuiscatur mulier, tamen ego te non obliuiscar, dicit dominus. Hunc amās Dauid, conspicere cupiebat, dicens: Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Non enim dilationē tolerabat, sed hinc migrare ardebat, concupitum cernere Christū festinans. O animæ deum amantis propositum, & ad superiora pennis subuectæ. Hunc & tu anima concupisce, cuncta quæ uidentur prætercurrens & semper reminiscens æternæ uitæ & immortalis regni & sociatæ cum angelis choreæ incorruptibilis gloriæ & ductæ cum domino cōuersationis ab omni dolore liberæ. Cogita quòd nihil habet uita, nisi lachrymas & opprobria, & conuicia, & tristitias, & negligentias, & labores, & morbos, & senectutē, & peccata, & mortē. Hæc cogitans Dauid, calumnias, uiduitates, orbitates, erumnas, pœnas, lapsus, his cupiens absolui dicebat: Quando ueniā, & apparebo ante faciem dei, ut iam abeā, ubi pax, lætitia, charitas, longanimitas, claritas sanctorū, & omnia cætera sine solicitudine bona, quæ sermo nullus exprimere potest? Vnde tu quoq; tātis expectans frui delicijs, ne cōtemnas uitā tuā. Si ēm uilis esset aut pauper, qui abs te cōtemnitur, aptè dormitares: si uero splendidus & gloriosus, & totius regni dominus qui expectat Christus: luceat lampas quotidie, paratus sis in sponsi occursum, ut & tu audias: Intra in gaudium domini tui. Vigilare oportet, & orare in omni tēpore dilecti. Si enim dicente deo ad diabolum: Non opprimes

Iob.

Psal.72 Gal.5 Ibidem Psal.146 Psal.118 Esa.49 Psal.41 Iob 2

Iob, malignus incubuit putans se eum delectu- A rum: quanto magis nos obnoxios habēs, quærit sui facere iuris, sic ut uult? Opus est uigilantia dilecti. Nā & miles dormit nō in lecto, sed humi. Piscator non dormiens piscatur, sed stans aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet uigilantiam, ne domini uinea lædatur. Et pastor sub diuo stans noctem consummat, gregem custodiens, sicut Iacob dicebat: Fui ardens æstu per diem, & gelu per noctem, & somnus recesserat ab oculis meis. Et quæ ipsius uigiliæ ratio? ne ulla ouis feræ captiua fieret. Si uero tanta de irrationali pecude cura, quales esse decet de rationali anima solicitudinem gerentes, anima, inquam, omnium pretiosissima, nec æquiualentem totum pariter orbem habente, quæ simul nobiscum re- B surgit, pariterq; defenditur, & diuino tribunali simul assistit? Propter hanc operarius ille Iacob lapidem ad caput sibi posuit dormiens, ut intellectualem per somnos lapidē uideret. Vnde & scalam uidit usq; ad cœlos peruenientem, & angelos ascendentes & descendentes, referētes à nobis quidem orationes, à domino uero gratias deducentes. Non unguento ungitur athleta: eorum enim qui iam uicti sunt, est tale studiū. Nihil anima immundius, quādo corpus talem habet odoris suauitatem. Sed sicut destillationem patiētes, & manus & uestimēta defluente replent humore: sic animæ fluxus immūdus per corporis odoramētum cognoscitur. Propterea duram eligere uitā cōuenit, nec uoluptatibus defluere. Quam C uero lectus eburneus utilitatem habet, uel argēto compactus? Superflua potius hæc cura, & supernam prouocās iram. Et alia quidem peccata nostra quampiam habēt uoluptatem: in lecto autem argenteo dormire, quam habet delectationem? Vnde & Propheta lectum hūc abominās, dicebat: Væ qui dormiunt in lectis eburneis, & lasciuiūt in stratis suis. Vis uidere lectum regium uirtutibus plenum? Respice lectum Dauidis, in quo tāquam margaritæ super subsellium per singulas noctes erāt cōgelatæ prophetæ lachrymæ, quæ in admonitionem quoque nostram scripta sunt, ut uestigia sequentes futurum fugiamus iudicium. Vnde pœnitentiam agamus ante iudici- D um illud: illic enim non eris amplius pœnitendi dominus. Nos esse uult dominus paratos, propterea q; posuit incertum exitum nostrum, ut continue pugnemus. Si enim in præsentibus iudicijs audita tātum præconis uoce, qui introducuntur, titubant, & timore congelantur: quanto magis ante diuinum tribunal sistēdi tremere debemus? Sub silentio uehementer planxistis: semper enim stimulatur conscientia, maxime uero cum de iudicio differimus. Ergo per sermones bonæ sunt redargutiones. Vtinam enim dives ille redarguere tur, & nō illic lingua torreretur. Virginitatem cō cupisti? serua mādata, & ipsam tibi dominus ministrabit. Si enim dicas orans: Custodi me domine, ut pupillā oculi: dicet tibi & ipse: Custodi mādata mea, & uiues: meos autem sermones, ut pupillas oculorum. Cum enim sic fueris affecta, solicitudinem tuam sibi uēdicans tibi dicit: Qui tangit uos, tanquam qui tangit pupillam oculi mei. Cum igitur ad aratrum manum miseris, ne ad posteriora cōuertaris, ne fias columna salis: semper lingua tua de iudicio loquatur, nihil otiosum sonans, aut ex ira, nihil ex tristitia, aut ex ulla alia perturbatione, sed potius de illis supplicijs loquatur, ut tremēda timens iudicia, seipsa melior fiat: semper lex eius in ore tuo sit, ut & uerba tua secundum dei uolūtatem procedāt. Legislatorem semper in ore geras, ille tibi comes & locius. Sive enim quempiam uideris prospere agentem, uel delicijs uacātem, uel etiā regnātem, nosce quòd tanquam flos fœni uelociter arescet. Ille ferculis gaudeat, tu uero in domino Christo gaude. Et si mortem aliqui uicerunt, tu concupiscentiam uincere non potes? Oportet te membra mortificare, non tantum concupiscentiam, uerum & iram, & furorem continere. Lingua tua mēsuras habeat. Vide ne ante tempus te conscientia tua condemnet. Venit mors & omnia reuelātur. In nullo nūc confusionem pati uolumus: illic uero coram tot milibus ubi abscondemur? Ioannes purus erat, propterea supra Christi pectus recubuit. Anima Christo uolens desponsari, puritatem custodiat, ut ex fructu arbor cognoscatur. Manifestam eīm, inquit, fidem annuntiauit iustus: Huius cōfessionis recordare, & ultimum quoq; concipe mente diem. Vide igitur, ne per linguam pereas: lingua enim est, inquit, quæ polluit totum corpus. Corpore uero maculato mētem quoq; corrumpi necesse est, sicut dictum est: Corrumpūt bonos mores, colloquia mala: & Paulus inquit: Homines corrupti mente. Quære Paulum tanquam Thecla, ut audias quæ per ipsum tibi dicuntur. Alis opus est tibi: si nō habes, nec habere festinas, frustra profiteris. Clamet oculus tuus pietatem interius habitantem: deorsum sit aspectus tuus, ut sit mens sursum. Vigilantia opus est multa: aduersarius enim noster uigilat. Eiecit olim ex paradiso, nūc in cœlum regredi nō permittit. Vide ne spirituale uinū aqua inutile reddas. Habe pro pane diuinarum meditationem scripturarum, & pro uino saluatoris mandata. audi dicentem: Volo uos nō esse solicitos, & nihil curare, nisi de regno. Cū terreno corpore cœlum ascendere cōcupisti? extenua carnes, ut ad ascensum agilis fias. Equus si multū comedat, nō currit. Athleta nō quod uult, comedit. Nisi comedisset Israel, & impinguatus fuisset, nō recalcitrasset. Sursum igitur oculū tuū semper habeas, ubi & tibi concupitus est spōsus: desiderio animi motus uince. Oratio & ieiunium tibi auxiliant, & diuinæ cohortant scripturæ. Ne sis negligēs in coronæ certaminibus. Hinc habes æternæ uitæ & quietis arrabonem. Non enim pateris uirum ebriū, non parturis, non paris, non luges q filius mortuus est, uel morbo laborat: noli es solicita, ne uir peregrinatus redire tardet. Absoluta es à pariēdo, ab alendo, & educādo. Spōsum tuum sequere Christū te in regnū cœlorū ducentem.

Psal. 118 Gen. 31 Amos 6 Psal. 6 Psal. 44 Esa. 49 Psal. 41 Iob 2 Prou. 7 Zach. 2 Iacob. 3 1. Cor. 15 1. Tim. 3. Matth. 6 Deut. 32

tem. Sequere secundũ illud eloquiũ, dicens: Si ad me ingredimini recte, & ego ingrediar uobiscũ recte. Si uero tortuosi ingredimini, & ego uobiscũ ingrediar tortuose. Semper dominũ uenientẽ expecta. Si em̃ quí dicit, Tardat dñs meus uenire, ipso ueniente in duo diuidit̃: quí nec omnino ipsi us illustrem expectat præsentiã, quid patietur? Si uis itaq; Christo assimilari, eius uestigia sequere:
Matth.7.b angusta em̃ est ianua, & iusti ingredient̃ in eam.
Dan.10.a Audis Danielem prophetã dicentẽ: Ego Daniel eram lugẽs tres hebdomadas, panẽ non comedi,
Matt.3.a & uinum nõ intrauit in os meũ. Ioannes in deserto habitauit, non habebat uineam, ne seipsum faceret terrenũ. Lucerna erat, propterea contra uẽtorũ impetus seipsum muniebat. Horũ tu quoq; dogmatũ recordare. Cœlestem elegisti conuersa
Ioan.5.f tionem, certa bonũ fidei certamen, cernens in certamine uictoriã, in uictoria coronã, agonothetã
Heb.10.f dominũ Iesum. Tantũ firmus sit cursus tuus. Terribile est in dei uiuentis manus incidere. Vidisti unquam imagines, quõ hç quidem sunt personis proceræ, & satis magnæ & ornatæ: hæ uero deformes, & ridiculæ? Sic ille cũcta uelut in tabella reuelabit. Fuge igit̃ dedecus illud maxime horren-
Psal.15.a dum, & lauda, & dic: Custodi me domine, quoniã in te speraui, quoniã bonorũ meorũ non indiges. Non enim nostrorũ indiget, sed nostrã salutẽ exquirit. Vnde nosipsos illi offeramus sacrificiũ uiuens, rationabile obsequiũ, nõ per ignem, sed per
Matt.10.c lõganimitatem. Qui enim perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit, inquit. Propterea tranquillam & quietã uitam eligentes, bene currite ut cõ-
1.Cor.9.d prehendatis, sicut scriptũ est. Non enim paruum est periculum, puritatẽ promissam nõ custodire. Propterea q; linguã tuam corrige, oculum cõprimens, extendens manus tuas in preces, pedẽ mouens, sicut dñs creauit, in amictu modesta, in occursibus uerecunda, seruans in gressibus stabilitatem, in cibis quod sufficit, in continentia quod laboriosum, quod humile est, misericordiã, fratrũ dilectionem, rerum cõmunicationem, fidei sanitatem, nec unq; omnino tremendum illud obliui scere iudiciũ. Hæc aũt omnia parua quidẽ dictu,
Matt.25.a magna uero expeditu. Nam simile est, inquit, regnum cœlorũ decem uirginibus, non soli, non lunæ, non stellis, non ipsis monilibus, nõ auro, non argento, nõ formę tabescenti, nõ ipsi cœlo. Quid aliud igitur habet regnum, q̃ omnibus ditiorem securitatem? de qua pronubus Christi Paulus di-
1.Cor.7.f cebat: Volo uos sine solicitudine esse. Vnde oportet orare, ut si quis ægrotet, sanetur, ut permaneat
Psal.118.x possessio. Igitur ora deũ, dicens: Septies in die laudem dixi tibi. Nã si bonus uiri boni occursus meliorem reddit occurrẽtem, quãto magis nocteq; ac die deo colloqui? Quis enim deũ adesse cogitans peccat? Memento illius dicti, Sine intermissione orate. Oris quidem oratio bona, multo melius si per supplicantes in spiritu tibi sacrificiũ fit apud deum. Præmeditare de moriẽdo, membra supra terrã mortificans. Dies enim domini sicut fur uenit. Si repetentibus animã dicere cœperis:

A Sinite me pœnitere, ieiunabo, miserebor: dicet tibi dominus: Nõ audisti, Pœnitẽtiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorũ? Et Paulus dicebat:
Gal.6.c Dum tempus habemus, operemur bonum. Non enim tẽpore multo opus est saluare se uolenti. Latro enim in momẽto saluatus est, fidem adeptus, & incorruptũ regni thesaurũ lucratus est. Sancti martyres una hora iustificati sunt: illi sanguinem dederũt, tu pro sanguine deduc lachrymas. Non mentitur, qui uult oẽs homines saluos fieri. Propterea non tantũ ex diuinis scripturis instruit, uerum & alienis nos erudit calamitatibus. Nam idcirco medici publicè chirurgiã exercent, & uirũt: & magistratus sublimes super alto sedẽtes tribunali reos cædunt, ut in alienis malis nos in com-
B punctionẽ ueniamus, undè firmati in sciẽtiã ducamur, à sciẽtia uero per consequẽtes uirtutes ad charitatem uenientes, per ipsam ad hæreditatẽ festinemus, fucum autẽ cõsuetudinis peccati exuamus in oratione perseuerantes. Nullus enim uigilans unquã læsus est. Pastores etiã non præsentibus lupis præsident, canes sequunt̃, licet feræ nõ adsint. Vnde expedit semper sobriè agere: nam etiamsi laborũ nulla sit retributio, nihil tibi nocebit exercitatio. Audi igit̃ bonos consiliarios, non secundum carnẽ parentes, sed eos qui secundum spiritũ sunt magis solíciti, infirmioribus cõpatientes, & dicentes: Quis infirmat̃, & ego non infir-
2.Cor.11 mor? Vnde uerbi medicinã imponere conuenit. Anima nanq; quæ semel peccatũ gustauit, & sine
C tristitia est, multã affert morbo accessionẽ. Sicut em̃ scintilla, si materiã apprehẽdere præoccupauerit, omia postmodũ depascit: sic & peccati natura, postq; animæ rationes apprehẽderit, & qui extinguat sit nemo: difficilior fit iã, & uix superabilis fit frequẽtium accessione, ad maiorẽ se contẽptum extollẽs. Ita sæpius ab initio flammam quidã non extinguẽtes, in magnũ deuenere naufragium: non habẽs enim peccator se ulterius ꝓcedere prohibẽtẽ, equo similis est, qui frenum abruperit, & sessorẽ præcipitauerit. Etenim infirmi donec medicantes admittunt, multam habẽt spẽ sanitatis: postquam uero in mẽtis alienationẽ decíderint, immedicabiles sunt nullo curante, non propter morbi naturam, sed propter curantis abD sentiam. Oportet igitur peccati corruptionẽ, uelut equum effrenem in posteriora repelli. Nam post uitæ finẽ nec meritorum sunt occasiones: sicut nec athletis post transacta certamina, coronas adipiscẽdi. Vnde coronæ gloriam optantes, obnoxiq; calumniatoribus esse fugiamus: Si cuius enim opus, inquit, arserit, detrimẽtum patietur. Exprobrari de priori dictũ est, ut melius comburi uideatur. Si igitur nolumus exprobrari, ne nos quẽpiam exprobremus. Nam inquit: Noli exprobrare hominẽ auertẽtẽ se à peccato. Si enim adulter, inquit, cũ captus fuerit, dolores & pœnas suffert, ipsius aũt opprobriũ non delebitur: quanto magis in iudicio illo, quod neq; donis, nec ullis aliis rebus soluit̃? Igit̃ aperi os tuũ uerbo dei, & ne ociose loquaris. Si em̃ de ocioso uerbo pœnas dabimus

bimus, quanto magis de negotio non iuxta man A datum peracto? Ne igitur uanarũ rerum iucundi tas nos aliquando decipiat. Sicut enim umbrã ap prehendere non datur, ita nec humana negocia: hæc enim sine fine resoluunt: hęc aũt ante finem, & torrente uelocius præterfluũt. Futura uero nõ norunt mutationem, senectã nesciunt, nullam ha bent conuersionem, sed semper uigent, & in spe ciosa uarietate permanent. Nec pecunias admire ris apud possessores nõ permanentes, sed hæc o mnia respuere cõuenit: sufficit enim duntaxat, q̃ quæ non uidentur, æterna sunt. Scriptũ est: Deus Psal.7 iudex iustus, & fortis, & longanimis. Vigilantia tibi opus est, ut domũ tuam à latrone custodias. 1.Pet.5 Aduersarius enim diabolus te supplantare quæ rit, ne ascendere possis unde ille cecidit. Multæ B Psal.19.4 sunt ipsius artes. Ab ipso fuge, ut dicas: Deus li berauit me de laqueo uenantium, & à uerbo aspe ro. Non tantum opus est tibi lucerna, uerũ & lu mine sempiterno propter occurrentium insidias. Non potes ambulare, nisi lucernã habeas dei le gem. Manus habens non potes palpare, nisi lux adsit: oculos habens cernere nõ potes, nisi lumen appareat. Viam quotidie pergis, opus habes lu cerna, ne in præcipitium cadas. Vbiq; sis laqueis superior, clamans: Trãsmigra in montẽ sicut pas ser. Et, Quis dabit mihi pẽnas, sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? Pupilla appellatur ocu 2.Cor.11 lus, ut sicut ille duabus palpebris, uelut in quodã cõclaui clausus est, ita & uirgo permaneat. Sicut & linguam sub duobus septis, dentibus dico, & labijs deus conclusit, ut tanquã uerecunda uirgo C nil indiscretum loquatur, sed potius cogitãs quæ sunt iudicij, dicat: Qualis est igneus fluuius? Qua les illę sunt tandem igneę tenebrę, & exteriores? Qualis tandem stridor dentium? Hæc mẽte con cipiẽs stude sponso placere Christo. Absens inte rim est, ipsi conscientiam custodi, donec in gloria sua ueniat, psallens: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam nõ sum oblita. Quanto su perior euadis, in laqueos non incidis, ut possis di cere ex corde: Anima mea sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Vndiq; iudicem time: & si cum angelis conuersationem non cupis, saltem cum diabolo nõ cõuersare. Cauta sis: mors enim tanquam fur uenit. Lucernam tuam accende, ar dens sit lampas tua, ne dormiente te oleum defi cere inueniatur. Ne cogites erumnam, sed liber tatem: non flagella, sed honores: non cadentes, Act.7.8 sed bene placẽtes computa. Sanctus Stephanus non lapides cõsiderabat, sed superna brauia. Mar tyres animas suas dederunt, nos saltem flagella tionem offeramus. Dulcis somnus nocte uide tur: sed bene noris quòd nihil psalmodia dulcius. Sed graue tibi humi cubare: cogita quòd marty res super carbones iactabantur. At amarius os fa cit ieiunium? Christus qui mellis dulcedinẽ crea uit, fel propter te gustauit. Sed luges propter te ipsam? nunquam sicut Paulus propter aliorum sa lutem lachrymas fudisti. In his teipsam hortare, ad modicum temporis labor, & in seculum seculi requies: mitiga spe laborem, tribulationem enim lætitia suscipit. Cogita quòd quæ ad tempus uide tur uoluptas, æternum parat supplicium, & pro pter tribulationem fuge delectationem, ne mem bris tuis in sagittas contra te diabolus utatur, ocu lo, auribus, ore, manu, ne tibi gulæ sagittam im mittat. Noui enim quomodo populus illius tem poris qui cum ieiunio mare transgressus est, ebrie tate percussus, per cõtinentẽ terram naufragium fecit. Respice illorum uitium, & ruinam refuge. Si enim naturalibus ramis dominus Christus nõ pepercit, neq; tibi parcet negligenti. Si uero tota anima & integra fide pugnaueris, cum omnibus sanctis lætaberis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri sim ul & sancto spiritui gloria, honor & potestas summa, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolita ni, quòd Christianum oporteat uitam quoq; re ctam habere. Homilia XXIII

XTERNAE quidem dignitates dile ctissimi, meritò ex signis itidẽ extrin E secus circumpositis manifestæ sunt, nostras autẽ ab anima notas esse de cet. Fidelẽ enim non ex solo munere uideri oportet, uerum & ex uitæ nouitate. Fidelẽ, mundi luminare & salem esse cõgruum est. Cum uero ne tibi quidem ipsi luceas, neq; propriam ex primas & exicces putredinem, unde te iam agno scemus sacris initiatum esse laticibus? At hoc tibi pœnę sit uiaticum. Honoris em̃ magnitudo pro honoris dignitate uiuere nolentibus supplicij fit maior accessio. Fidelẽ em̃ nõ tantum ex his quæ sumpsit à deo, uerum & ex his quæ ipse præstet, par est effulgere, & ex omnibus esse partibus ma nifestum, ex incessu, ex aspectu, ex habitu, ex uo ce. Hæc autem dixi, nõ ut ad ostẽtationem, sed ad uidẽtium utilitatem nosipsos disponamus. Nũc autẽ unde te queam agnoscere? À cõtrarijs undi que te reperio conspicuum. Nam seu à loco te di scere uoluero, in circis & theatris, & iniquitatib. commorantem intueor, in malignantium conci lijs, in foro, in hominum cõuẽticulis perditorum. D Seu ab aspectus forma, uideo cachinnãtẽ iugiter & dissolutum, uelut recluſam meretricẽ, & dimis sam: siue à uestibus, in scena uersantib. nihil o me lius cerno compositum: siue à sequẽtibus, paraſi tos & assẽtatores circumducis: siue à uerbis, nihil sanum aut necessarium aut nostræ con ferẽs uitæ loquẽtẽ audio: siue à mẽsa, hinc maior apparebit accusatio. Vnde quæso itaq; potero te fidelẽ a gnoscere, dictis omnibus cõtraria protestãtibus? Quid uero fidelẽ dico? Nec em̃ es homo, si mani feste possum uidere. Cum nãq; tãquàm asinus re calcitres, lasciuias autẽ ut taurus, tanquam equus uero post mulieres hinnias, uẽtri tanquam ursus indulgeas, & ut mulus carnẽ impingues, & ma lum memoria teneas uelut camelus, porrò rapias quidem ut lupus, at ut serpens irascaris, ferias ut scor-

ut ſcorpius,ſis ſubdolus ut uulpes: nequitiæ uero tanquam aſpis & uipera uenenũ ſerues: & ſicut ille malignus dæmon fratres impugnes, quomodo te cum hominibus cõnumerare ualeam, talis in te naturæ ſigna cum nõ intuear? Catechumeni nanq; differentiam quærens & fidelis, ne uel hominis & feræ differentiam inuenire poſſim, pericli tor. Quid enim te nuncupem? Feram? ſed uno horum uitio feræ tenentur: tu uero pariter omnia circumferens, ad maiorẽ quàm illæ feritatem progrederis. Vel dæmonem? at dæmon neq; uentris ſeruit tyrannidi, neq; pecunias amat. Cum itaque feris & dæmonib. maiores habeas defectus, quõ te uocabimus hominẽ? Si uero te non licet hominem appellare: quomodo te, quæſo, fidelem ſalu tabimus? Et quod eſt peius, nec tã malè diſpoſiti animæ noſtræ deformitatẽ cogitamus, nec ipſius animaduertimus turpitudinem: ſed in tonſtrina quidem ſedens, & tondẽs cæſariem, accepto ſpeculo criniũ compoſitionẽ diligẽter examinas, & aſtantes conſulis, & ipſum tonſorẽ, an bene quæ circa frontem ſunt cõpoſuerit: Et cũ ſis plerunq; ſenex, iuuenilibus inſanire uanitatibus non erubeſcis: Animæ uero noſtræ non tantũ deformitatem non aſpicimus, uerũ neq; beſtialem indutam ſpeciẽ, & Scyllam aut chimeram quandam, iuxta Poetarũ fabulas effectã uel paululum animaduertimus. Quanq; & hic eſt ſpeciale ſpeculũ illo longe melius & utilius: nec enim deformitatem tãtũ oſtendit, uerũ & in formã incomparabilem, ſi uelimus, tranſmutat. Hoc autẽ eſt bonorũ imitatio uirorum, & felicis eorum uitæ narratio, lectioq; ſcripturarum, leges à deo traditæ. Et ſi ſemel tantum uelis in illorum ſanctorum imagines inſpicere, & deformitatem mentis tuæ uidebis: & cum uideris, nil aliud tibi iam opus erit, ut ab huiuſmodi deformitate libereris. Ad hoc enim nobis utile ſpeculum eſt, & facilem efficit correctionem. In brutorum igitur forma remaneat nemo. Nam ſi ſeruus patris domũ non intrat, cum & fera tu fias, qualiter ad illa poteris accedere ueſtibula? Sed qd dico, fera? Feris omnib. eſt huiuſmodi peior. Illæ ſiquidẽ, licet ſint agreſtes, humanã artem nactæ, manſuetæ frequenter efficiunt: tu uero cum in præternaturalem manſuetudinẽ naturalem illarum feritatem mutaueris, quam habebis excuſationem, ſi naturalem tuã manſuetudinem in præternaturalem illarum feritatem redegeris? quod natura quidem ferum eſt, exhibens mite: temetipſum uero natura mitem, contra naturam, beſtialem conſtituens, & leonem quidem mulcens reddensq; manſuetum, animum uero tuum leone exhibens ſæuiorem. Et illic quidem duo ſunt obſtacula, tum quòd ratione careat beſtia, tum quòd ad iram ſit omnium facillima. Veruntamen ex ſapientiæ à deo tibi collatæ ſuperabundantia naturã quoq; ſuperas. Qui beſtias itaq; ſuperas & naturã, qualiter in temetipſo cũ natura liberi quoq; bonum arbitrij corrumpis? Quòd ſi iuſſiſſem, ut & alium hominẽ redderes manſuetũ, nec ita quidem uires tuas excedentia demandare uiſus fuiſ- A ſem: attamen potuiſſes excuſari, q̃ non ſis alienæ dñs ſententiæ, nec in te totũ ſit poſitũ: nunc uero tua eſt fera, & eius omnino dominus es. Quam itaq; nanciſceris excuſationem, niſi naturam cohibeas? Quam autem honeſtam defenſionem prætendere poteris, leonem utiq; faciens hominem, temetipſum uero negligẽs, ex homine leonẽ euadentem: & illi quidem largiẽs & ſupernaturalia, tibi uero neq; naturalia conſeruans? ſed agreſtes quidem feras ad noſtram cõtendens redigere generoſitatem, at temetipſum ex regni ſede deturbans, & in illarum impellens furorem. Exiſtimanq;, ſi libet, iram quoq; beſtiam eſſe. Et quantũ alij circa leones, tantũ ſtudij tu circa temetipſum impende: talemq; cogitationem manſuetã & mitem eſſe coge. Hæc difficiles habet tam dentes q̃ ungues, & niſi manſuetam reddideris, omnia deſtruet: nec em̃ ita leo uel uipera poteſt diſſipare, ſicut ira ferreis unguibus hoc continuè faciens. Nec enim ſolum lædit corpus, uerum & ipſam animi ſanitatem corrumpit, deuorans, diſſipans, & omnem eius dilacerans uirtutem, & ad omnia reddens inutilem. Cum enim uermes in inteſtinis nutriens, nec reſpirare poſſit, cũ eius omnia conſumantur interiora: quomodo nos talem habentes ſerpentem, qui cũcta rodit uiſcera, iram dico, aliqd generoſum parere poterimus? qualiter hac liberabimur peſte? Si poculũ bibamus quod uermes, atq; ſerpentes exitio tradere poſſit. Dicat aliquis, quodnã eſt illud poculum, quod huiuſmodi uirtutẽ habeat? Pretioſus Chriſti ſanguis, ſi cum fiducia ſumat. Hic enim omnem extinguere poterit ægritudinem, & cum hoc diuinarum ſcripturarum diligens meditatio, & eleemoſyna ſcripturis addita. Per hæc enim omnia poterũt extingui uitia animam noſtrã uaſtantia, & tunc duntaxat, uiuemus, utpote qui nunc nihilo melius q̃ mortui nos habeamus. Non enim illis uiuẽtibus etiã nos uiuere datur, ſed nos perijſſe neceſſariũ eſt. Niſi nanq; præueniamus hic ea necãtes, illic omnino nos enecabunt. Quinimo & ante mortem illam hic etiam à nobis pœnas exigent. Nam huiuſmodi uitiorum unumquodq; ſæuum & tyrannicum, nosq; per ſingulos abſumens dies nunq; deficit, dentes leonũ dentes eorum, quin & multo peiores. Nam leo quidem & ſatiatur, & à corpore coram ſe proſtrato abſiſtit: hæc autem uitia neq; ſaturantur, neq; donec captum hominẽ ad diabolum perduxerint, abſiſtunt. Tanta enim eorum potentia, ut ſeruitutem, quam Chriſto Paulus exhibebat, propter eum gehennã contemnẽs & regnum, eandem à captiuis ipſa ſuis exigant. Nam ſiue in corporalem amorẽ, ſiue in pecuniarum aut gloriæ cupiditatẽ quiſpiam incidat, iam & gehennam deridet, & regnum contemnit, ut eorum impleat uoluntatem. Ne ſimus igitur incredulí Paulo dicenti, quòd ita Chriſtum dilexit: cum enim inueniantur aliqui tantũ uitijs ſeruientes, quomodo iam incredibile illud eſſe uideat? Nã & ideo Chriſti deſideriũ imbecillius eſt: quoniam omnis noſtra uis in hũc amorẽ abſumitur.

Et tra-

Et rapimus, & supereminere uolumus, & uanæ seruimus gloriæ, quasi quid uilius esse ualeat? Licet enim infinite sis conspicuus, ignobilibus nihilo melior eris, uerumetiam propter hoc ipsum ignobilior. Cum enim te glorificare uolentes, & splendidum demonstrare, per hoc ipsum te rideant, quoniam ab eis gloriam aucupaueris, quomodo non in contrarium talis studij conatus tibi conuertantur? Res enim uituperabilis est. Sicut enim si quis adulterari, uel fornicari concupiscentē laudet, & assentet: ex hoc ipso magis eius accusator efficitur, quàm laudator talia cōcupiscentis: Sic & glorię cupidum cum laudamus, magis sumus improbatores q̄ clarificari uolētium laudatores. Quid itaq; rem attrahis, ex qua tibi contrarium accidere consueuit? Si uis enim glorificari, gloriam con
Dan.3.d temnas, & omnium eris clarissimus. Quid pateris quod patiebatur Nabuchodonosor? Nam & ille statuam erexit ex ligno & insensibili materia, sibi gloriæ credens augmentum afferre, & uiuēs ex non uiuente splendidior apparere uolebat. Vides dementiæ excessum? Existimans enim semet ipsum honorari, maiori se cōtumeliæ faciebat obnoxium. Apparens enim re magis inanimata, q̄ seipso, & anima in se uiuente confidere, & ideo lignum in tantam erigens eminentiam, quomodo risu dignus non fuerit, non ex moribus, sed ex lignis ornamentum ascisens? Vt si quis quòd domi gradus, & elegātes scalas habeat, magis quàm homo sit, gloria dignum esse censeat. Hunc & ex nostris multi sequuntur. Sicut enim ille ex imagine, sic ex uestibus alij, alij autem ex domibus, & mulis, & curribus, & columnis in domibus erectis admirationi cupiunt haberi. Quoniam enim amisere quòd homines sint, circumeūt sibi aliunde gloriam multo plenam risu mendicantes. Sed non hinc generosi, magniq; dei serui, sed ex quibus maxime decet, ex his effulgebāt. Cum enim captiui forēt & serui, noui & peregrini, cunctisq; priuati domesticis, eo, qui omnibus his circundatus erat, tunc multò uenerabiliores apparuere. Et ipsi quidem Nabuchodonosor non tanta statua, non satrapæ, nō duces, non exercitus infiniti, nō ingens auri copia, non reliqua uanitas sufficit ad concupiscentiam, utq; magnus uideretur. His autem omnibus illis carentibus sola sufficit sapientia: & coronā & purpuram habente, talibusq; circunfulto, nihil horum habentes reddidit illustriores, tanto quanto sol est margarita splendidior. Nā in medio terrarum orbe ducebātur, cum noui forēt, & captiui, & serui: & his uisis, statim rex ex oculis ignem emittebat: & duces, & primates, & locorum principes, & totum diaboli theatrum circūsteterat: & fistularum undecunq; uox & tubarum, & omnis musices quæ in cœlum ferebat, illorum aures circunsonabat, & fornax in altitudinem infinitam eleuabatur, & ipsas flamma nubes attingebat, & omnia timoris & consternationis erāt plena. Sed hos eorū perterruit nihil: sed tanquā ludentes pueros, deridebant, fortitudinē prę stātes & mansuetudinem, & illis clariorem tubis

A uocem emittentes dicebāt: Notū sit tibi rex (nam ne cōtumelioso quidem uerbo tyrannum afficere uolebant, sed solam ostendere religionē: propterea neq; longos protraxere sermones, sed omnia breuiter expediunt) esse deum in cœlo, qui potest nos eripere. Quid nobis multitudinem ostentas? quid fornacē? quid acutos enses, terribilesq; ministros? His omnibus superior est dominus noster, atq; potentior. Mox cogitātes, quòd posset accidere, ut deus uellet eos, atq; comburi permitteret, ne hoc facto falsa dicere uideantur, & hoc addunt dicentes: Quod si hoc non fiat, notum tibi sit, quòd dijs tuis non seruiemus. Nam si dixissent, quòd propter peccata nō liberat, si non liberauerit, eis nō fuisset creditum: propterea hic
B quidem hoc tacent, sed in fornace commemorāt, sursum & deorsum peccata proponentes. Coram rege uero nihil huiusmodi, sed quòd licet comburi debeant, pietatem nō produnt. Non enim quæ faciebant, propter retributiones & mercedem agebāt: sed ex charitate sola, licet in captiuitate forent & seruitute, & nullo fruerentur bono. Nam & patria fuerant & libertate cunctisq; bonis expulsi. Nec mihi regalibus in aulis honores referas. Cum sancti nanq; forent & iusti, longe libentius domi mendicare uoluissent, q̄ in regia bonis perfrui: nam ait ille: Elegi abiectus esse in domo Psal.33.c
dei mei, magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum, &: Melior est dies una in atrijs domini super milia. Ergo sine comparatiōe potius humiliter domi uiuere uoluissent, q̄ Babylone regna-
C re: & hoc patet ex ipsis quæ in fornace proferūt, grauiter ferentes illius loci cōuersationem. Nam licet ipsi multis fruerentur honoribus, aliorum tamen uidentes erumnas, multū angebantur: quod est maxime sanctorum peculiare, ne gloriam, uel honorem, nec aliud quicquam proximi pręponant saluti. Igitur considera, qualiter in fornace constituti, pro toto populo supplicationem faciebant. Nos autem nec in remissione constituti, fratrū reminiscimur: quin uerò, cū & somnia interpretabant̄, non sua quærebāt, sed multorum commoda. Quòd enim mortem cōtemnerēt, ex multis post hæc ostenderunt: ubiq; uerò se proferunt deum placare uolentes. Postquam uero neq; semetipsos sufficere putabāt, ad patres confugiūt:
D se uerò nihil amplius, nisi contritum spiritū afferre dixerunt. Hos quidem & nos imitemur. Nam & aurea nunc imago erecta est, mammonę tyrannis. Sed ne tympanis mentem adhibeamus, neq; tibijs, neq; citharis, nec reliquæ diuitiarum uanitati: uerum & si sit opus in paupertatis fornacem decidere, ne refugiamus, ne mammonam adoremus. Et erit ros in medio refrigerans. Ne igit̄ horrescamus paupertatis fornacem: nam & tunc qui dem in fornacem qui deciderunt, clariores reddi ti sunt: qui autem adorarunt, flammis absumpti. Sed tunc quidem oīa simul facta sunt, nunc autem hæc quidem hic erunt, illa uero postmodum alibi. At quædam tum hic, tum in futura die. Qui nanq; paupertatem quidem eligunt, ne mammo

nam adorent,tam hic, quàm illic erunt clariores. Qui uero diuitias hic habent iniuſtas,tunc extre-
Luc.16.f mas luẽt pœnas. Ex hac fornace Lazarus quoq; non illis minus ſplendẽs pueris exiuit.Diues autem in eorum qui ſtatuam adorauerũt ordine poſitus,in gehenna torquebatur.Nam & dicta illorum erãt expreſſio.Sicut igitur qui quidem deciderunt,nihil paſſi ſunt,extra uerò ſedentes, multa cum uehementia correpti: itidem & tunc erit. Sancti quidem per ignis torrentem ambulantes, iniucundum perferent nihil,uerum & lucidiores apparebũt:qui uero ſtatuam adorauerint, ignem ſibi uidebunt omni fera ſæuiorem ingruẽtem, & intra ſe pertrahentem. Itaq; ſi quis gehennam nõ credit,hanc conſpicatus fornacẽ,ex præſentibus B futura credere diſcat,neq; paupertatis metuat fornacem,ſed peccati.Hęc enim flamma quidem & dolor:illa uero ros atq; remiſſio.Et illi quidẽ fornaci diabolus adeſt, huic autẽ angeli flammas excutiẽtes.Hæc audiant diuites paupertatis ſuccẽdentes fornacẽ.Nam illis quidem nihil nocebũt, quibus flamma ros efficietur:ſe uerò flammæ magis corripi faciles exhibebunt,quam propriis accenderint manibus.Tunc igitur angelus quidem cum illis pueris ſimul deſcendit: nunc autem nos cum his,qui ſunt in paupertatis fornace ſimul deſcendamus,& per eleemoſynã rorem operemur, & flammã excutiamus, ut & ipſarum ſimus coronarũ participes,& gehẽnę flammam Chriſti uox
Matt.25.c extinguat,dicens:Eſurientẽ me uidiſtis, & pauiſtis.Hæc enim uox ita dicẽs, pro rore nobis aſſi- C ſtet per mediam ſibilans flammã. Deſcendamus itaq; cum eleemoſyna in egeſtatis caminum. Videamus ſe ſapienter exercentes, ambulantes per eam,& prunas conculcantes:nouum & mirabile uideamus miraculum,hominem in fornace pſallẽtem,agentẽ in igne gratias, extrema compeditum inopia,magnamq; Chriſto benedictionẽ ferentem. Illis etenim pueris pares redduntur, qui paupertatem cum gratiarum ferũt actione. Nam & igne terribilior paupertas,& magis urere conſueuit,ſed illos non incẽdit pueros: ſed poſtq; domino gratias egerunt,& eis ſtatim uincula ſoluta ſunt.Ita nunc quoq;,ſi cum in pauperiem ceciderís,gratias egeris,& uincula ſoluentẽ, & extinguetur flamma:ſi uerò non extincta fuerit, pro flam- D ma fons,quod eſt mirabilius,efficit: ſicut & tunc euenit.Nam in media fornace puro rore delectati ſunt:ignem enim non extinxit,ſed iniectos cõburi prohibuit.Hoc & in ſapiẽter uiuentibus cõtingere cernitur, qui utiq; in paupertate liberius, q; diuites degũt. Nolimus igitur extra fornacẽ ſedere immiſericordes pauperibus nos exhibẽtes, ne patiamur quod illi tunc paſſi ſunt.Nã ſi deſcẽdens quidẽ ad eos,cũ pueris conſiſtas, nihil ignis inferre tibi poterit: ſi uerò ſurſum ſedens in paupertatis flãma cõſtitutos contẽnas, te flamma cõburet. In ignem igitur deſcende, ne ſedeas extra ignẽ,ne te flamma corripiat. Nam ſi te cum pauperibus quidem uiderit,à te diſcedet: ſi uerò ſeparatũ ab eis, tibi ſtatim inſiliet, & te corripiet. Ab ipſis itaq; ne recedas iniectis. Sed cũ diabolus aurum non adorantes in caminũ paupertatis immittere minatus fuerit,ne demittentiũ, ſed ex miſſorum eſſe uelis numero,ut ex his qui ſaluantur,nõ ex his qui comburuntur,efficiaris. Maximus emẽ eſt ros,diuitiarum deſiderio non teneri, cum pauperibus conuerſari.Hi ſunt omnibus abundãtiores,qui diuitiarũ peſſundedẽre cupiditatem: quoniam & illi regem contemnentes, facti ſunt rege clariores.Igitur & ſi tu quoq; mundana contempſeris,toto eris dignior mundo, iuxta ſanctos illos,quibus dignus nõ erat mũdus. Vt itaq; cœlis Heb.11.g dignus efficiaris,præſentia derideas:ſic emẽ & hic eris præclarior, & futuris fruere bonis, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum,Amen.

QVOD, SI CVM VIRTVTE VIVAmus,etiam inimicis admirabiles erimus: & de optima conuerſatione,ex Matthæi expoſitione.

Homilia XXIIII.

INE offenſione ſimus chariſſimi,iuxta Apoſtoli commonitionem, & Iudæis & Gentibus, & eccleſiæ dei, uitam exhibentes ſole clariorem. Et ſi quis detrahere uelit, ex detractiõe ne doleamus,ſed quòd iuſte nobis detrahatur.Nam ſi uiuimus in nequitia, licet ſit q detrahat nemo, omnium miſerrimi ſumus: ſi uerò uirtutem exerceamus,licet totus terrarum orbis maledicat, tũc ſumus omnium beatiſſimi, & omnes ſaluari uolentes attrahemus. Non enim improborum detractionem, ſed uitæ uirtutem intuebuntur:Et enim omni tuba clarior eſt per opera demõſtratio. Et ipſa luce mundior eſt,& illuſtrior uitę puritas, licet innumeri ſint calumniantes.Itaq; ſi prędicta cuncta habeamus, & mites ſimus,& humiles, & miſericordes,& mundi ſimul atq; pacifici, contumeliamq; patientes non referamus, ſed potius lætemur:per hęc nõ minus, quàm per ſigna nos cernentes attrahemus,& omnes erga nos ſe ſuauiter exhibebũt,ſiue fera,ſiue dæmõ aliquis,ſiue quodcunque ſit. Si uero fuerint & aliqui calumniantes,ne turberis idcirco: neq; quòd te palàm afficiunt contumelia,reſpicias:ſed eorum diſcute cõſcientiam,& eos inuenies te plauſibus proſequẽtes,& admiratione, & innumerabili uirtutum catalogo. Aſpice nanque quomodo Nabuchodonoſor in fornace pueros laudat,licet inimicus eſſet ac hoſtis: ſed poſtquàm uidit generoſe ſtantes, prædicat & coronat, propter nil aliud quidem, niſi quia ſeſe contempſerunt, & dei legem audierunt.Diabolus enim cum ſe uiderit nihil expedientem, mox abſiſtit, ueritus ne nobis maiorum cauſa coronarum efficiatur. Et illo remoto, licet ſceleratus ſit aliquis & perditus,ſublatis illis Luc.6 tenebris uirtutem agnoſcet.Quòd ſi & homines decipiantur, à deo laudem habebis, & maiorem admirationem.Ne doleas itaq; nec cõcidas: quo 2.Cor.2.d niam & apoſtoli his quidem erant odor mortis, his autem odor uitæ. Si nullam ipſe captiuam præbeas anſam, ab oñibus eris liber accuſationi

bus,

bus,quinimò beatior quoq; redderis.Fulgeas igi tur uita, nec calumniantium ullam geras curam. Non enim est uirtutem curantis nõ multos habe re inimicos: sed nihil hoc ad uirtutis studiosum: per hæc enim erit longe clarior.Hæc itaq; cogitã tes, unum curemus duntaxat, ut diligẽter uitam nostram disponamus.Sic enim & in tenebris po sitos ad illam inducemus uitã. Talis enim est hu ius lucis potentia,ut non tantũ hic luceat, uerum & illuc sequentes deducat:cum enim omnia nos præsentia contẽnentes uiderint, & ad futura nos præparãtes:magis operibus nostris, q̃ omni pro logo persuadebunt. Quis enim tam insipiẽs, qui paulo antè delitijs affluentem & diuitijs, omnia nunc intuens exuẽtem,& ad famẽ,& inopiam,& uitæ totius asperitatẽ,& ad pericula,& sanguinẽ, & ad prębendũ iugulũ,ac omnia quæ uident esse grauia paratum, inde non capiat manifestam futurorum probationem? Si uero præsentibus nos ipsos implicemus,& ingeramus terrenis:quomo do sibi persuaderi permittent,quòd ad aliam festi nemus coloniam? Quæ nobis iam erit excusatio, cum quantum apud Græcos humana ualuit sen tentia:non tantum apud nos dei timor efficiat? Il lorum etenim quidam & pecunias abiecerunt,& mortem nihili penderunt,ut se hominibus osten tarent,& ideo uanę fuerunt eorũ expectationes. Quæ igitur nos eruet ratio, cum tãtis nobis pro positis,tantaq; sapientia nobis aperta,nec eadem cũ illis efficere possumus,sed & nos,& alios præ terea perdamus? Nec enim ita Græcus nocet, & iniqua faciens, quãtum Christianus, cum eadem faciat:Et ualde rationabiliter: illorum nanq; sen tẽtia perdita:nostra uero per dei gratiam & apud impios honesta & clara. Et ideo cũ nobis expro brare præcipue uolunt,& calumniã augere, hoc dicunt, Christianus: quod non dicerent,nisi ma gnam de dogmate opinionem haberent.Non au disti quot & quanta Christus mandauit? Quan do uel unum poteris eorũ expedire mãdatorum, cum omnibus omissis circumeas usuras conquí rens,contrahens fœnora,negotia componẽs, ser uorum comparans greges,argẽtea præparans ua sa,agros & domos emẽs,& innumera supellectili a? Et utinã hoc solum esset. Sed cum his impor tunis studijs addas & iniquitatem, terram abscin dens,auferens domos,paupertatem augens, au gens famem,quando poteris hæc intrare uestibu la? Sed interdum pauperibus misericordiam im pendis? Et ipse scio. Verum & illic rursum mul tum est detrimentum.Nam uel cum superbia,uel inani gloria facis istud, ut nec in bonis ullum lu crum reperias. Quare quidnã esse ualeat misera bilius,cum & in portu naufrageris? Ne hoc itaq; fiat,facto quopiam bono à me ne gratiã quæras, ut deum habeas debitorem:ait enim: Date mutu um his à quibus uos nil recepturos speratis. Ha bes debitorẽ, quid illo dimisso me repetis homi nem pauperem & miserum? Num enim debitor indignatur, si repetitur? Num enim pauper est? Num enim erogare recusat? Non ineffabiles eius uides thesauros? Non inuestigabilem cernis libe ralitatẽ? Ipsum igitur detine, & repete: & hic eñ dum repetitur,gaudet.Si autẽ alium pro his,quæ ipse debet,repeti uideat,tanquam affectus contu melia sit,ita se geret:nec iam tibi reddet, sed iustè magis tibi quoq; improperabit.Qualẽ,inquiens, meam ingratitudinem notasti? Quam in me pau pertatem deprehendisti,quoniam me prętermis so ad alios recurris? Alteri fœnerasti, & ab altero repetis.Et si eñ homo suscepit, attamẽ dominus erogare pręcepit.Et ipse quoq; principalis est de bitor,& sponsor uult esse,innumeras tibi præbẽs occasiones, ut ab eo semper exigas. Itaq; ne tan tam facilitatem omittẽs & copiam, à me nihil ha bente sumere quæras.Cur enim te mihi ostentas, cum pauperis misereris? Nunquid ego tibi dixi, da? Nunquid enim à me audisti, ut & à me repe tas? Ipse dixit: Qui miseretur pauperis, fœnerat deo.Deo fœnerasti,ipsi adscribe. Sed nũc totum non retribuit,& hoc tua facit causa. Talis eñ est debitor, non ut multi qui solum fœneratum red dere studẽt:sed ut datum in tuto collocet, omnia negotiatur & facit,& propterea hæc quidem hic erogat,hæc autem illic reseruat. Hæc itaq; scien tes,multam exhibeamus misericordiam,multãq; præstemus humanitatem, & per dicta & per fa cta.Et si quem male patiẽtem uiderimus, & in fo ro uerberari:siue possit argẽtum conferri,ne lan gueamus: siue uerbis exolui, ne torpeamus. Est enim & sermonis merces, quin & gemituum. Et hoc beatus dicebat Iob: Flebam quondam super eo,qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi.Si lachrymarum autem & gemituũ mer ces erit,cum & uerba quoq; & studium aderit, & multa alia,considera quanta fiet retributio.Nam & nos deo fuimus inimici, & unigenitus nos re conciliauit, se medium immittẽs, & uerbera pro nobis & mortẽ passus. Studeamus igitur & nos incidentes uarijs eripere malis: non autem, sicut nunc facimus,inuoluere, cum aliquos confligen tes uiderimus,& inter se contendentes, adstãtes, & aliorum ignominijs gaudentes,& diabolicum constituẽtes theatrum. Quo quidnam crudelius fieri possit? Male sibi dicentes uides,se discerpen tes, scindentes uestimenta,faciem alterum alteri cædentes,& adstare quiete sustines? Nũquid est ursus,qui pugnat? nunquid fera uel serpens? Ho mo est, in omnibus tecum communicans: frater est,membrum est.Ne spectes,sed disiunge:ne in sultes,sed corrige:ne reliquos ad dedecus conuo ces,sed potius collectos dispelle, & dissolue.Im pudentium enim est, & parasitorũ huiusmodi ca lamitatibus gaudere,& piaculorum, & irrationa bilium asinorum.Hominem uides turpiter agen tẽ,nec te turpiter agere censes, nec medius subis, & diabolicũ agmen non dissi pas,& humana dis soluis mala? Inquiet aliquis,ut & ipse uulnera lu crer,hoc mihi iubes? Primum quidem hæc nõ pa tieris:sed si fortassis hoc passus fueris,martyrium tibi fiet id opus:propter deum eñ patieris.Si ue rò uulnera sustinere dubitas, cogita quòd domi nus

Heb.11.g

1.Cor.10.g
2.Cor.6.4

Dan.3.8

Luc.6.c

2.Cor.2.d

Prou.19.c

nus tuus propter te crucem subire nō dubitauit. Illi nanq; sunt ebrij quidem & obtenebrati, furore eos ducente & opprimente. Alicuius autem sanantis indigent, & sibi subueniētis, tam qui iniuriam infert, quàm qui patitur: hic quidem, ut male patiens liberetur: ille uerò, ut malefacere desinat. Procedas igitur, & manum porrigas, qui uigilas, & sobrius es, ebrio. Est enim & iræ quædam ebrietas, & uini truculentior ebrietate. Nónne uides quāto nautæ studio, cum uiderint aliquos in naufragiū delatos, extentis accedunt uelis opem laturi, ut artis cōsortes tēpestatibus eruāt? Quòd si artium socij tantam exhibent curam, quāto magis naturæ consortes hæc facere iustum est? Nam & hic naufragium urget illo difficilius. Nam uel infestatus blasphemauit, & omnia perdidit: uel ira percitus peierauit, & rursum in gehēnam delabitur: uel uulnus infert & cōmittit homicidium, & idem uicissim naufragiū patitur. Accedas igitur, & malū reprimas, & submergētes eruas, in ipsum pelagus descendens tempestatis, & diabolicū dissoluens spectaculum, & seorsum singulos capiēs admone, flammam comprimant, & sopiant fluctus. Si uero maius incendium, & atrocior efficitur fornax, ne timeas: multos enim habes adiutores, & manum porrigentes, si modò principium præbeas, & super omnia pacis deum. Et si primus flammam concusseris, alij quoq; multi subsequētur, & ab illis gestorum ipse capies mercedē. Audi quid Iudæos Christus admonuerit humi repētes: Si iumentum, inquit, uideris inimici tui corDeut. 22.d ruens, ne prætereas, sed eleua. atqui pugnantes disiūgere, & homines cōciliare multo leuius est, quàm iumentum iacens releuare. Si uero lapsum inimici iumentum eleuare bonum est, multo magis amicorum animas excitare iacentes oportet, ubi est & ruina longe pernicioſior. Hæ siquidem non in cœnum cadunt, sed in gehennæ focū, iræ non ferentes sarcinam. Tu uero fratrem cernens sub onere positum, & insidentē diabolum, & rogum succendentē, crudeliter & sine misericordia prætercurris, quod nec in bruto facere tutum est.
Luc. 19.f Et Samaritanus quidem uulneratū uidens ignotum, & sibi nihil attinentē, adstitit, & super iumētum imposuit, & deduxit in diuersoriū, & medicum mercede conduxit, & argētum tum quidem dedit, tum uero promisit: tu uero non latronibus oppressum uidens, sed dæmonum caterua, & furoris obsessione, nō in deserto, sed in fori medio, non pecunias erogaturus, neq; conducturus medicos, nec longū iter facturus, sed prolaturus uerba: negligis tamen & reijcis, & crudeliter & absq; misericordia prætercurris. Et quomodo deū inuocans unquam speras habere propitiū? Loquar autem & ad uos publice turpiter agentes, ad infestantem, & iniuriam inferentem. Plagas intētas, queso, & calcitras, & mordes? aper ferus & asinus agrestis es factus: nec confunderis, aut erubescis, dum efferaris, & propriam perdis generositatē. Nam etsi pauper es, es tamē liber: etsi manualis artifex, at Christianus: quinimò propter hoc ipsum quòd pauper sis, te quiescere oportet. Diuitum enim est pugnare, nō pauperum: diuitum multas habentium bellorum necessitates. Tu uero diuitiarum uoluptatem non habēs, diuitiarum mala tibi accumulare nō desinis, inimicitias scilicet, & contentiones, & pugnas, & fratrē suffocas, & angis, & palàm omnibus uidentibus proturbas. Et non censes te magis deturpare, cum brutorū impetus imiteris, imò uero & illis fias peior? Omnia nanq; sunt illis communia: etenim inter seſe congregantur, & simul ambulant: nobis uero cōmune nihil, sed omnia confusa, pugnæ, cōtentiones, & inimicitiæ atq; cōtumeliæ. Neq; cœlū ad quod omnes cōmuniter sumus uocati, reueremur: neq; terram quam omnibus communem deus reliquit, non ipsam denique naturam, sed omnia distrahens furor, & pecuniarum amor bacchatur. Nō uides Matt. 18.c illum, qui decem talentorū milia debebat, & post illorum remissionem conseruū pro centum denarijs suffocabat, quāta subierit mala, & qualiter immortali traditus sit supplicio? Non uereris exemplum? non times ne eadē & ipse patiaris? Nam & nos domino debemus multa, magnaq; debita: ueruntamē sustinet, & lōganimiter agit, nec nos urget sicut ipsi cōseruos nostros, nec angit, aut suffocat. Atqui si uel minimā eorum partem à nobis exigere uellet, iamdudum periissemus. Hæc itaq; considerantes charissimi, humiliemur, & debentibus nobis gratias habeamus. Nobis em̄, si sapienter agamus, maximæ remissionis efficiuntur occasio: & si pauca dederimus, multa recipiemus. Quid itaq; per uim repetis, cum sit opus illi etiam dare uolenti cuncta remittere, ut à deo totum recipias? Nunc autem omnia facis, cogis, & contendis, ut tuorum tibi dimittatur nihil: & proximum quidem infestare uideris, sed in teipsum ensem acuis, gehennæ supplicia accumulans. Si uerò parumper hac in re sapiens fueris, mites tibi pœnas parabis. Etenim idcirco nos uult deus à tali exoriri libertate, ut maiorem nobis plura retribuēdi capiat occasionem. Quotquot itaq; debitores habes tam pecuniarum, q̄ peccatorum, liberis omnibus dimissis, deum exige talis esse magnanimitatis retributorē. Nam donec illi quidem tibi debitores fuerint, deum non habebis debitorē: si illos uerò dimiseris, deum poteris retinere, & talis sapiētiæ multa cum libertate retributionem exigere. Si enim homo prætereundo uidēs te reū detinentem, & illum quidem iubēs dimittere, se uero pro eo spondens tibi rationē redditurum, post dimissionē se nolet ingratū exhibere, utpote qui totum in se transtulerit: quomodo deus multo & infinito plura non reddet, si propter eius præceptum nobis obnoxios, neq; parum, neq; multum accusatos, absolutos abire dimiserimus? Ne temporalē consideremus uoluptatem, quæ nobis exrepetēdis oritur debitis, sed damnum, quod hinc Iob 2 in futurum patiemur, in immortalibus nosipsos lædētes. Omnibus itaq; facti sublimiores, his qui nobis obnoxij sunt, & pecunias, & peccata cōdonemus, ut nobis mites pœnas reddamus: quodq; per

per aliam uirtutem potuimus consequi, hoc proximi contumeliam non reminiscendo consequentes, æternis fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE VITA RECTA, Homilia XXV.

EMO sociaꝫ Christo delicijs uacans, & dormiens ac recubans, charissimi: nemo lubricam hanc, & solutam degentium uitam, sed qui in tribulatione permanet, & tentatione, hic est illi proximus, qui angustam perambulat uiam. Nam & ipse talẽ perambulauit: & propterea dicebat: Luc.9.g Filius hominis non habet ubi caput suũ reclinet. Itaq; noli dolere qui tribularis, cogitans cui sociaris, & quomodo per tentatiões expurgeris, quantumq; lucrifacias. Nihil enim aliud est triste, nisi deum offendere. Quod cũ absit, nõ tribulatiões, nõ insidię, non quicq; aliud sapientẽ animam poterit cõtristare: sed quemadmodũ si breuem scintillam in lacũ deieceris profundũ, statim extinxeris: itidem & omnis tristitię superabũdantia in bonam missa conscientiam extinguitur, & facile deletur. Propterea quidẽ & Paulus semper gaudebat: quoniam interius secũdum deũ confidebat, Gen.12 neq; tot malorũ capiebat sensum, sed dolebat qui dem ut homo, non tamen cadebat. Sic & Abraham patriarcha erat in delectatiõe, multa passus tristia. Vide quæso: excíderat patria, difficilia longaq; pertulerat itinera, in alienã profectus terrã, nec passum pedis habebat. Hinc rursum fames eum excepit, & migrare coegit, & rursum famem uxoris rapina subsequitur, & mortis timor, sterilitas & bellũ, pericula & insidiæ, & demũ certaminum cõsummatio, unigeniti & legitimi filij iugulatio tristis, & irreparabilis illa. Non enim quoniam promptè paruit, existimare debes eum sine dolore talia sustinuisse. Licet enim millies iustus fuisset, sicut & erat, erat tamen homo, & naturæ iura gerebat. Veruntamẽ horum nihil eum prostrauit, sed tanq; generosus, & corona nobilis athleta, in his singulis prædicatus. Sic & beatus Paulus tẽtationum imbres per singulos dies uidens irruentes, tanq; in medio gaudens paradiso, lætabatur & exultabat. Sicut itaq; qui tali gaudet gaudio, tristitiæ nõ est obnoxius: ita qui hoc non arripuit, omnibus est expugnabilis, & idem patiꝫ, quale si quis arma gerens putrida, qualibet uulneretꝫ percussione. Sed nõ ita undiq; bene munitus: omne nanq; telum ingruens repellit. Nam & omnibus armis fortior est delectatio, & huiusmodi tristem facere potest nihil, sed omnia genero se sustinet. Quid emigne peius? Quid cõtinuis tristius tormentis? Siue quis infinitas amittat possessiones, siue filios, siue quodcũq;, hoc est omnibus ad doloris rationẽ imperiosius. Pellem enim pro pelle, inquit, & omnia quæ homo habet, dabit pro anima sua. Et nihil potest esse dolorib. gratius. Veruntamẽ auditu quoq; uix tolerabilia, to leratu facilia fiunt, & desiderabilia per ueram in deo uoluptatem. Et si martyrem adhuc paulũ spirantem ex ligno uel sartaginibus tollas, tãtam in eo repositam inuenies lætitiã, quãta neq; dici potest. Et quid patior, inquis, quòd nũc martyrij tẽpus nõ adest? Quid ais? Non adest martyrij tempus? nũquã profectò hoc abest, sed ante nostros semper est oculos, si uigilemus. Non emi in ligno suspendi, solũ hoc martyrẽ facit. Nam si sic esset, extra tales coronatos Iob ponereꝫ. Nec emi ante tribunal fuit cõstitutus, nec iudicis uocẽ audiuit, nõ uidit carnificẽ, neq; suspensus in ligno, uel sublimis positus circa latera laniatus est, attamẽ multis martyribus grauiora passus est. Et illorũ succedentiũ sibi nuntiorũ uoces omi plaga sæuius percutiebant, & eum undiq; pungebant, & innumeris tortoribus acerbius uermiũ illorũ ora eum undiq; corrodebant. Cui nõ itaq; dignus hic sit martyri cõparari? Innumeris equidẽ. Etenim per omnia pugnabat, & per omnia coronabatꝫ, per pecunias, per filios, per corpus, per uxorẽ, per amicos, per inimicos, per seruos (nam hi in ipsius faciem inspuebant) per famẽ, per cibos, per dolores, per fœtorem: per hæc, inquã, nõ uni, uel duobus, uel tribus, sed infinitis erat martyribus cõparabilis. Nam præter quę dicta sunt, tẽpus quoq; multam eius coronis affert accessionẽ, quòd scilicet ante legem, ante gratiã hæc passus sit, & ad mẽses quidem multos, & omnia cum excessu, & omnia simul ei mala ingruerint, & hoc, cum eorũ quodq; per se foret intolerabile. Nam multi quidẽ plagas sustinuerũt, pecuniarũ uerò iacturã non tulerũt: quin & pro eis flagris cædi maluerunt, & innumera mala pati, quàm earum aliquid amittere, & maior eis est uisa plaga pecuniarũ iacturæ. Itaque rursum & hic est alius martyrij modus, harũ perditionẽ generose ferenti. Et qualiter, inquiet aliquis, generose perferemus? Si didiceris, q; plura lucraberis, q; amiseris per unũ gratiarũ actionis uerbũ. Nam si iacturã audientes nõ tumultuemur, sed dicamus: Benedictus deus, multo plures diuitias inueniemus. Non enim tantũ lucrabitur in pauperes diuitias distribuens, & circumiens ut egenos inueniat, & sua dispergens pauperibus, quantũ ipse per hoc uerbũ lucrifacies. Quoniã & ipsum Iob non tantũ indigentibus domũ aperientem admiror, quantũ pecuniarũ rapinã cum gratiarũ actione ferentẽ obstupesco & prędico. Gratias igitur agamus, quoniã ex eorum numero qui salui fiunt, censemur: & quoniã cum ex operibus saluari non potuerimus, ex dei munere saluati sumus. Gratias uero reddentes, ne uerbis hoc tantum faciamus, uerum & operibus, & actionibus. Hæc est enim uera gratiarum relatio, cum hæc agamus, unde deus glorificari debeat: cũ ea fugiamus, à quibus iam fuimus liberati. Nam si rege cõtumelijs affecto, cũ pœnas luere deberemus, honorati fuissemus, & mox iterũ affecissemus cõtumelia: tanquam ingratitudinis extremæ rei, maximam meritò pœnam, & priore multo grauiorem dare deberemus. Nec enim tam ingratos contu-

Iob 2.b

melia prior,q̃ altera poſt honorem,& multã offi
cioſitatẽ oſtendit. Igitur illa fugiamus, à quibus
iam fuimus abſoluti. Nec ore tantũ gratias redda
Matt.15 mus,ne de nobis quoq; dicat: Populus hic labijs
Marc.7 me honorat,cor autẽ eorũ lõgè abeſt à me. Quo-
Pſal.18 modo nanq; non ſit abſurdum, cum cœli enarrẽt
gloriã dei, ut tu propter quem cœli deũ glorificã
tes facti ſunt,talia facias,unde propter te blaſphe
metur,qui te fecit deus? Propterea non ille tantũ
qui blaſphemat,uerũ etiam tu iam es pœnę obno
xius. Nõ enim cœli uocem emittentes deũ glori-
ficant,ſed alios per aſpectum ad hoc inducentes,
& tamen ipſi dicũtur cœli gloriam enarrare. Sic
& uitam præferentes admirabilem, licet taceant,
deum glorificant,cum alij propter eos ipſum glo
rificent: non enim tam ex cœlo redditur admira- B
bilis,q̃ ex uita pura. Cum itaq; gentiles alloqui-
mur,nõ in medium cœlos adducimus, ſed quòd
homines feris peius diſpoſitos angelorum æmu-
latores fieri perſuaſit. Et hanc dicentes mutatio-
nem,eorũ obſtruimus ora. Nã & cœlo longe me
lior homo,& poteſt eius ornatu ſplendidiorẽ ani
mam poſſidere. Hoc nanq; cum ad tantum tem-
pus uideatur, non multũ perſuaſit. Paulus uerò
cum modico tempore prædicauerit,totũ attraxit
terrarum orbem: etenim animã habebat non mi-
nus cœlo trahere cunctos idoneam. Nam noſtra
quidem,nec terra quidem eſt digna,illius autẽ &
cœlo cõparanda. Hæc nanq; ſtetit proprium cu-
ſtodiens terminum & regulam. Illius autem ani-
mæ ſublimitas omnes cœlos ſuperaſcendit, & cũ C
ipſo Chriſto conuerſatur: & ipſius ſpecies erat ta
lis,ut & Chriſtus eam prædicaret. Stellas autem,
cum factæ fuiſſent,admirati ſunt angeli: hunc au-
Act.9 tem ipſe demiratus eſt: Vas,inquiẽs, electiõis eſt
mihi iſte. Et cœlum quidẽ nubes frequẽter obdu
cunt,animã uerò Pauli nulla obruit tentatio, ſed
in tẽpeſtatibus firma meridie clarior apparebat:
& ſimiliter ſicut ante nubium clareſcebat concur
ſum. Qui nanq; lucebat in eo, Sol non tales emit-
tebat radios, ut tentationum concurſu obumbra
rentur,quin tunc & amplius ſplendeſcebat: pro-
2.Cor.12 pterea quoq; dicebat: Sufficit tibi gratia mea: uir
tus eñ in infirmitate perficitur. Ipſum igitur imi-
temur,& ſi uoluerimus, nihil erit etiã præ nobis D
hoc cœlum: nihil ſol, nihil omnis mũdus. Hęc eñ
propter nos,non nos ,ppter hæc. Oſtẽdamus nos
eſſe dignos,propter quos hæc ſunt creata. His e-
nim ſi uili fuerimus indigni, quomodo digni re-
gno uidebimur? Et ſi ſunt oñes indigni ſolẽ uide
re,qui in dei uiuant blaſphemiam, indigni creatu
ris uti deum glorificantibus, ipſum blaſpheman-
tes: quoniam filius contumelia patrem afficiens,
ſeruorum miniſterio fungi nõ eſt dignus. Et pro-
pterea multam quidem hæ nanciſcẽtur gloriam,
nos uerò pœnas & ultionem dabimus. Quantæ
fuerit itaque miſeriæ, creaturam quidem propter
te factam, in libertatem gloriæ filiorum dei for-
mari: nos autẽ factos dei filios, propter multum
torporem in perditionem,& gehennã mitti, pro-
pter quos creatura illam magnam nanciſcẽ tran

A quillitatem? Ne igitur hoc accidat: mundam qui
dem habentes animam, talem eam cõſeruemus:
quin & amplius eius nitorẽ intendamus: habẽtes
uerò ſordidã, ne deſperemus: ait enim: Si fuerint Eſa.1
peccata ueſtra ſicut uermiculus, quaſi niuẽ deal-
babo: etſi quaſi coccinũ, uelut lanam albefaciã.
Cũ uerò deus promittat, ne dubites, ſed illa fac,
per quæ tales attrahere poteris promiſſiones. In-
numera tibi commiſſa ſunt mala, & ſcelera perpe
trata: & quid hoc? Nondum enim in infernũ de-
ſcendiſti,ubi nemo confitebitur: nondum ſolutũ
eſt theatrum tuum, ſed adhuc es intra ſtadium cõ
ſtitutus,& per extremam potes luctam omnes re
parare iacturas. Nondum eò deductus es,ubi di- Luc.16
ues torquetur,ut audias,quod chaos eſt inter nos
& uos. Nondum enim uenit ſpõſus, ut aliquis o-
leum cõmunicare timeat: adhuc emere potes, &
reponere. Nec adhuc eſt qui dicat: Ne forte non Matt.25
ſufficiat & nobis,& uobis: ſed ſunt qui uendant,
multi nudi,eſurientes,ægroti,carcere detẽti: hos
paſce,illos indue, uiſita iacentes, & ſuper fontes
oleũ manabit. Nondũ rationis ponendæ dies ad-
uenit. Vtere conuenienter tẽpore, & debitorum
fac remiſſiones. Et centum debenti cados olei di
cas,accipe ſcriptum tuũ,& fac quinquaginta. Et
in pecunijs & in uerbis, & in alijs fac ſimiliter, il-
lum imitans uillicum. Et hæc, & tibi & tuis per- Luc.16
ſuade. Adhuc enim es in poteſtate dicendi talia,
nondũ in neceſſitate cõcluſus, pro his aliũ rogan
di, ſed & alijs & tibi conſulendi facultatẽ habes:
cum aũt illò migraueris, horũ neutrum utiliter fa
cere poteris. Et meritò: qui tantã eñ accepit tem
poris occaſionem,& neq; ſe, neq; alterũ adiuuit,
quomodo iam in manibus iudicis cõſtitutus hãc
poterit aſſequi gratiã? Hæc itaq; cuncta colligen
tes,ſalutẽ noſtram inſtanter oremus, neq; præſen
tis uitæ perdamus occaſionem. Licet enim, licet
inquam,& in extremis uitæ momentis deo ſe gra
tũ reddere,licet & per teſtamentũ probabilẽ fie-
ri,nõ ita quidẽ ſicut uiuentẽ,licet tamẽ. Qualiter,
& quomodo? Si cum neceſſarijs tuis eum ſcribas
hæredem,& ipſi quoq; totius hæreditatis partem
diſtribuas. Non eum uiuens pauiſti: ſaltem mi-
grans,cum non es dominus ultra, da tuorum par
tem. Benignus eſt, non ſubtiliter tecum rationẽ
ponet. Maioris quidem eſt deſiderij,& amplioris
præmij,ſi uiuens eum paſcas. Sed ſi hoc ei non ex
hibuiſti,ſaltem ad ſecundum curre refugium. Co
hęredem eum tuorum inſtitue filiorum. Si autem
& hoc negligis, cogita quòd pater ipſius te fecit
eius cohæredem, & inhumanitatem diſſolue.
Quam enim habebis excuſationẽ, ſi neq; filiorũ
tuorũ conſortẽ facias,qui te cœlorũ participẽ fe-
cit,& propter te iugulatus eſt, & hæc, cum oñia
quæ fecit, non debitum reddens fecerit, ſed gra-
tis exhibuerit? Tu uerò poſt tot beneficia & debi
tor cõſtitutus es: & tamẽ his ſe ſic habẽtibus, tan-
quam gratiam accipiens, non tanquam debitum
repetens,ita te coronat,& hæc cum eius bona ſis
accepturus. Des igit̃ ei pecunias tibi iã inutiles,
& quarum nõ es dominus: & tibi regnũ conferet

tibi

tibi ſemper utile futurum, & cum eo ſimul omnia quę hic ſunt neceſſaria, largietur. Nam ſi filiorum cohæres fuerit, ipſis orbitatem releuat, ſoluit inſidias, infeſtationes repellit, calumniatorũ obſtruit ora. Etſi ipſi teſtamenta tueri nequiuerint, ipſe tuebitur, nec ſinet diſcindi. Si autem & hoc permittet, omnia tamen per ſe cum maiori liberalitate expediet conſcripta: quoniam ſemel eſt, dum ſcriberetur, honoratus: ipſum igitur hæredem relinque. Ad ipſum enim es tranſiturus, ipſe tibi diſcutiet omnium hic geſtorum iudicium. Sed ſunt quidam tam miſeri & erumnoſi, qui ne filijs quidẽ carentes hoc facere ſuſtinent: ſed paraſitis, & aſſentatoribus, & illi uel illi ſua diſtribuere malunt quàm Chriſto, qui tot ſibi beneficia contulerit: quib. quid eſſe poſſit ſtolidius? Hos em̃ ſi quis uel aſinis, uel lapidibus comparauerit, nondum tamen aliquid eorum dementia, uel inſenſibilitate dignũ protulerit. Nec ullam quis inuenire poſſit ſimilitudinem, quæ furorem eorumq; poſſit inſipientiam exprimere. Qualem enim ueniam huiuſmodi conſequentur, quòd eum uiuentes non pauerint, cum ad Deum migraturi, nec ex pecunijs, quarum non ſunt amplius domini, uel minimam ei partem largiri uelint: ſed tam hoſtiliter, & inimice ſeſe gerãt, ut nec ei iam inutilia ſibi reddita cõmunicẽt? Nõne uides quot homines nec hunc finem aſſecuti ſunt, ſed rapti migrauerunt? Te uero deus & conſiderandi de congruis, & de rebus loquendi, & de omnibus quæ domi ſunt, diſponendi dominum cõſtituit. Quam igitur excuſationem habebis, cum & hanc ab eo gratiam accipiẽs, beneficium prodideris, & quodãmodo per diametrum fidei tuæ progenitoribus ſtes oppoſitus? Illi nãq; uiuentes quoq; uendebãt oñia, Act.4 & portabant ante pedes apoſtolorũ: tu uero nec moriens ullam indigentibus præbes portionem. Melius igitur eſt, & multam præbẽs ſecuritatem, quòd uiuus paupertatem corrigas. Sed ſi id efficere nolis, ſaltem moriẽs aliquid fac generoſum: non multæ quidem eſt, in Chriſtum charitatis tamen eſt. Nam etſi cum agnis præſidentiã non habebis, parum tamen non eſt, uel poſt illos conſtitui, nec cum hœdis collocari, nec à ſiniſtris. Si uero nec hoc feceris, quæ ratio te liberabit, cum neque dei timor, neq; quòd res poſthac inutiles tibi futuræ ſint, nec ut tutelam filijs relinquas, nec ut illic aliquam tibi præpares ueniam, humanum te reddere poſſit? Propterea uos hortor, ut præſertim uiuentes indigentibus maiorum ueſtrorum partem præbeatis: ſi qui uero tam puſillanimes ſint, ut hoc non tolerent, huiuſmodi uel ex neceſſitate fiant humani. Nam dum uiuebas quidem, tanquã immortalis ita præſentia aſſerebas: nũc uero poſtq̃ didiciſti quòd mortalis es factus, nunc ſaltem ſententiam ſoluc, & tanquam mortalis de tuis conſulta, uel potius tanquam immortali uitæ perenniter fruendæ deſtinatus. Nam licet graue ſit, & horrore plenum quod dicendum eſt, dicere tamen oportet: Annumera ſeruis tuis dominum. Seruos manumittis, libera & Chriſtum à fame, neceſſitate, uinculis & nuditate. Audiens horruiſti, igitur horribilius, quãdo nec hoc ipſum facis. Et hic te quidem uerbum languere coegit: at cum eò migraueris, & his audieris multo grauiora, & irreparabilia uideris tormenta, quid dices? Ad quem confugies? Quem uocabis auxiliarem & adiutorem? Abraham? at non audiet. Virgines illas? ſed nec ipſæ tibi oleum tradent. Patrẽ, aut auum? ſed nec horum quiſquã erit dominus, licet ſanctiſſimus ſit, illam ſoluendi ſententiam. His igitur omnibus animaduerſis, ſoli domino qui tuum poteſt delere chirographum, & illam extinguere flammã, ſupplica & exora, & iam paſcens redde propitium, & continue ueſtiens: ut et hinc bona cum ſpe recedas, & eò translatus æternis fruare bonis, quibus utinam detur nobis omnibus potiri, per gratiam & benignitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri gloria, ſimul & ſancto ſpiritui in ſecula ſeculorum, Amen.

QVOD EX MINIMIS INCIPIENda nobis ſit uirtus, & quod non ſit iurandum.

Homilia XXVI.

ICVT ignis quanto plura corripit ligna, tanto fit uehementior: ſic & ſtudium, quanto plures pias rationes excitat, tanto magis aduerſus cætera armatur: quale quod dico: Fuerũt in nobis quaſi uepres, periuria, mendacium, ſimulatio, dolus, maleficium, cõuicium, dicacitas, ridiculoſitates, turpiloquia, ſcurrilitates: rurſum ex alia parte, auaritia, rapina, iniuria, calumnia, inſidiæ: rurſum mala concupiſcentia, immunditia, intemperantia, fornicatio, adulterium: rurſus inuidia, zelotypia, ira, furor, mali memoria, ultio, blaſphemiæ, & mille talia. Si priora correxerimus, non illa tantum erunt correcta, uerum & ſequentia, propter præcedentia. Fortior enim iam efficitur ratio ad illorum ſubuerſionem. Puta multum iurãs ſi ſatanicã hanc conſuetudinẽ reciderit: ei non hoc ſolum peractũ eſt, uerum & alia pietas eſt ſubintroducta. Non iurantiũ nanq; nemo, ut arbitror, uolet facile quicquam aliud mali facere, ſed uirtutẽ iam exhibitam reuerebitur. Sicut enim pulchrũ geſtans ueſtimentũ, luto ſeipſum inuoluere confunditur, ſimiliter & hic. Ex hoc autem ueniet ad id, ne iraſcatur neq; percutiat, neq; contumeliam faciat. Si ſemel enim parua præſtiterit, totum expeditum eſt. Accidit aũt & frequenter tale quid, ut qui ſemel aliquid emendauerit, rurſum ex torpore in eadem decidat præcipitanter, & rem deinceps inexplicabilẽ cõſtituat. Puta nos iurandi legem nobis conſtituimus, cauimus tres uel quatuor dies, poſt illos in neceſſitatem incidentes, collectum omne lucrum diſſipauimus: in torporem iam & deſperationem incidimus, ſed nõ oportet abijcere, ſed rurſum ſtudio contineri: ait em̃, Qui ædificauerit, cum poſtea uiderit deſtructum ædificium, ſegnior erit ad rurſus ædificandũ: ſed nec ita torpere decet, ſed adhuc ſtudium arripere. Nobis itaq; quotidianas ponamus leges: Interim à fa

cilioribus exordiamur, ab ore nostro iurandi frequẽtiam amputemus, linguæ frenum ponamus, deum iuret nemo. Non est hic impendium, non est hic labor, nõ est hic temporis exercitatio: sufficit uelle, & totum factum est: cõsuetudinis enim opus est. Precor & supplico studium hoc impendamus. Dic, inquam, mihi, si pecunias erogare iussissem, nónne prompte quisq; pro uiribus contulissetis? Si in extremo me periculo uidissetis, nónne de carne resecãtes, si modo fieri posset, dedissetis? In magno nunc quoque periculo sum, & tali, quòd etsi cum hoc & carcerem habitarem, uel infinitas acciperẽ plagas, uel in metalla relegarer, hoc plus non doluissem. Manum igitur porrigite. Cogitate nanque quantum sit periculum, nec hoc minimum posse præstari: minimũ autem dico, quantũ ad laborem spectat. Quid dicam, cum tunc accusabor? Quare non allocutus es? Quare non mandastí? Quare nõ statuisti legem? Cur inobediẽtes nõ cohibuisti? Non mihi satis est dicere, q̃ admonui: uerum & acriori, inquiet, opus erat increpatione. Nam & Heli admonebat (sed absit ut uos illius comparẽ filijs) & ille, inquam,
1.Reg.2 admonebat, & dicebat, Nolite filij mei sic facere: non enim est bona fama quã ego de uobis audio. Sed procedens ait scriptura, Eò quòd non corripuerit filios suos, eò quòd non acriter, neq; cum increpatione hoc fecerit. Quomodo enim absurdum nõ est, in ludæorum quidem synagogis tam ualidas esse leges, et si magister præcipiat, omnia fieri: nos autẽ hic ita contemni, & abijci? Non est mihi glorię meæ solicitudo (gloria nanq; mea est probitas uestra) sed salutis uestræ. Quotidie clamamus, instruimus, auribus uestris insonantes, & qui audiat, nemo, nihilq; uehementius præferimus. Timeo ne huius magnę, sed inutilis humanitatis in futura die rationem reddere cogamur: & ideo magna & clara uoce prædico omnib. & protestor, talem operantes præuaricationẽ, quæ sunt à malo loquentes (iuramẽtum est huiusmodi) ne limina quidem ecclesiastica tangant. Tempus autem præfinitũ uobis præsens sit mẽsis, in quo corrigamini. Ne nanq; mihi dicas, quòd negotiorũ te necessitas urgeat, quoniam non credo, interim sodales præcide. Scio q̃ multi nos ridebunt, sed melius hic nunc rideri, quàm tunc lugere. Ridebunt autem, quotquot insaniunt. Quis enim quę so mente non carens, mandatum seruari ridebit? Quod si ridebunt, huiusmodi non nos, sed Christum ridebunt. Horruistis dictum audiẽtes. Sciebam & ego: itaq; si ego quidem hanc legem tulissem, mei foret derisio: si uero legislator alius est,
Matt.26 ad eũ peruenit subsannatio. Et Christus quondã
Mar.14 fuit insputus, & in capite colloq; percussus, & colaphis cæsus. Hæc nunc quoq; sustinet: & non immerito gehenna propter hoc præparata est, propterea uermis qui non moritur. Ecce iterum dico & protestor: Qui uult rideat: qui uult subsannet: ad hoc positi sumus, ut derideamur & subsannemur, & omnia patiamur: purgamẽta mũdi sumus, iuxta beatũ Paulum. Si quis hoc mandatum præ

A

B

C

D

stare negat, uelut tuba quadam per sermonẽ prohibeo ecclesiæ limina talem ascendere, licet princeps, licet ipse sit diademate redimitus: uel à præsulatu me deijcite, uel manentẽ periculis concludere nolite. Hanc ascẽdere cathedrã non tolero, nisi magna præstaturus: nã si quid tale fieri nõ potest, melius in imo stare. Nam principe, qui subditis nil prosit, miserius nihil. Conuertite iam uosmetipsos, & attẽdite, quæso, & nosipsos simul eri gamus, & aliquid omnino melius accedet. Ieiunate, orate deum, & nos uobiscũ, ut pestiferam hanc euellatis consuetudinem. Nil arduum est uos orbis terrarũ fieri præceptores: nõ est parum ubiq; diuulgari, quòd in tali ciuitate nullus est, qui iurãdi consuetudine teneatur. Quod si fiat, non tantũ uestrorũ accipietis meritorũ mercedẽ. Quod eñ ego sum uobis, hoc uos orbi terrarũ efficiemini. Omnino & alij uos imitabuntur: omnino uos lucerna eritis super candelabrũ posita. At inquies, Hoc estne totum? Hoc non est totum, sed aliorũ principium. Qui non iurauerit, & ad reliquam omnino pietatem perueniet & uolens, & inuitus, & erubescens, & timens. At inquies, non tolerãt multi, sed resiliunt. Sed melius est, unum esse qui domini uoluntatẽ faciat, q̃ impios mille. Ex hoc enim omnia subuersa sunt, omnia confusa, quòd uelut in theatris multitudinem quærimus, non probatam multitudinẽ. Quid enim, rogo, turba prodesse poterit? Vis discere, q̃ multitudo sancti sunt, non multi? Educite ad bellum decies centena milia, & unum sanctum: uideamus quis plura
Iosue 11. pręstabit. Iesus Naue filius in pugnam descendit, & solus omnia gessit: alij uero nihil profuerunt. Sed potes si uis uidere, quòd multa turba, charissime, cum dei uoluntatem non faciat, nihilo ab his qui non sunt, differat. Opto igitur & uolo, & libẽter etiam mactari sustinerem, ut multitudine decorarem ecclesiam, sed multitudine probabili. Si uero nequit hoc fieri, paucos ipsos probabiles esse uolo. Non uidetis quòd melius est, unum habere pretiosum lapidem, q̃ multos obulos? Nónne uidetis, quòd melius oculum unum habere sanum, quàm hoc hebetato multa pinguedine premi? Nónne uidetis, quòd melius est ouem unam sanam habere, quàm decem milia scabie repleta? Non cernitis, quòd filiorũ bonitas cum paucitate, quàm filiorum multitudo cum malitia melior est? Non cernitis, q̃ in regno quidem pauci, in gehenna uero multi? Quid mihi cum multitudine? Quæ utilitas? nulla: sed potius alijs detrimẽtum. Idem enim est, quale si quis, cũ liceat incolumes decem habere, uel ægrotantium decem milia, introducat decem ualentes. Multi nihil boni facientes, quid aliud nobis præbebunt, quàm pœnam, & in præsenti ignobilitatem? Nemo nanq;, quòd multi simus dicet, sed quòd inutiles, arguet. Hoc sanè nobis semper dicũt, cum dixerimus, quòd multi simus: at mali, inquient. Ecce rursum prohibeo claraq; uoce, pclamo, nemo risum esse putet. Arcebo siquidẽ & prohibebo nõ obtemperãtes: & donec in hac sedebo cathedra, nullam

ipsius

ipſius iuſtificationem omittam. Si quis detraxe A
rit, iam inſons ero: ſed donec obnoxius ſum, de-
ſpicere non poſſum, non propter meam pœnam,
ſed propter ſalutem ueſtram: uehemẽter enim ue
ſtram cupio ſalutem, & pro ea multum afflígor et
doleo. Sed obedite, ut & in præſenti, & in futuro
magnam accipiatis mercedem. Eia uero iam ui-
deamus qua ex cauſa ſubrepſit iuramentum, &
quamobrẽ eſſe conceſſum uideatur. Dicamus ab
initio, repetentes ipſius originem, & quando ſit
ortum, & qualiter, & à quibus. Vobis pro obedi-
entia narrationem retribuamus. Nam correctum
quidem audire dignum eſt, & philoſophari ne-
ceſſarium. Nondum uero mutatum, nec ſermo-
nem audire quidem dignum eſt. Qui fuerunt A-
brahæ tẽpore, multa fecerunt fœdera, uictimasq; B
mactauerunt, & obtulerunt ſacrificia, necdum e-
rat iuramentum. Vnde igitur irrepſit iuramentũ?
Cum mala creuiſſent, cũ ſurſum & deorſum con-
fuſio facta fuiſſet, cum ad idolorum ſeruitutẽ de-
clinaſſent, tunc (inquam) tunc, cum infideles iam
apparerent, teſtem inuocabant deum, tanquam
dignum dantes dictorum uadem. Hoc enim eſt
iuramẽtum, morum infidelium uadimoniũ, ut nõ
niſi cum ſponſore credatur, & ſponſore quidem
magno. Propter multam enim incredulitatem
non hominem uolunt ſponſorem, ſed deum. Se-
cundum & idem exigentis iuramentum crimen,
ſi de commerciis hæſitans deum in ſponſionem
trahat, & dicat ſe non abſceſſurum, niſi capiat il-
lum. O ingentem inſenſibilitatem: ô contumeli- C
am: qui uermis es, & terra, cinis & fumus, Domi-
num tuum citas in uadimonium, & illum trahere
cogis? Dic mihi, ſi ſeruis ueſtris inter ſe conten-
dentibus: & ſibi fidẽ non habentibus, diceret con
ſeruus ſe prius non crediturum, quàm communẽ
dominum ſponſorem acciperet: nónne multa tu
liſſet uerbera, didiciſſetq; quòd ad alia domino ſit
utendum, non ad huiuſmodi? Quid dico conſer-
uum? Si nanque uenerabiliorem uirum elegiſſet,
nónne contumeliam id exiſtimaſſet? Sed ego no
lo, dices: & bene. Nec illum itaq; cogas, quoniam
hoc & in hominibus obſeruatur. Si dixerit, Illum
do ſponſorem, tu ne toleres. Quid igitur, inquis,
datum amittam? Non hoc dico, ſed ne deum affi-
cere contumelia toleres: propterea quòd magis D
cogens, quàm iurans ineuitabilem ſubit pœnam.
Similiter & exigente nullo iurans. Et quod peius
eſt, pro ſingulo quiſq; iurans obulo, pro minima
acceſſione, pro iniuria, & hæc quidem cum ab-
ſint periuria. Quod ſi periurium quoq; ſubſequa
tur, omnia ſurſum agit & deorſum, tam qui cepit,
quàm qui dedit. Sed aliqua ſunt, inquis, quę igno
rantur. Et hæc prouidens nihil negligenter agas:
ſi uero negligenter agis, à temetipſo pœnas &
mulctam exige. Melius eſt ita damnari, quàm ali-
ter. Dic mihi quæſo, trahens hominem in iuramẽ
tum, quid expectas? utrũ ut peieret? Sed hoc eſt
extremæ dementiæ, & in caput tuum pœna con-
uertetur. Melius eſt te pecunias amittere, quàm
illum perire. Quid hoc cum iactura tua, deiq; cõ-

tumelia facis? Fere talis eſt anima & impij uiri.
At non peieraturum expectas? Igitur & abſque
iuramento crede. Sed multi ſunt, inquis, qui ſine
iuramento defraudare uoluerunt: nõ autem cum
iuramento. Teipſum decipis homo. Homo fura-
ri ſolitus, & iniuria proximum afficere, neq; iura-
mentũ frequenter peſſundare dubitauerit. Quòd
ſi fuerit in iurando reuerens, & in ferenda iniuria
multo magis erit. Sed inuitus id patitur, igitur ue
nia dignus. Sed quid de talibus loquor iuramen-
tis, forenſia prætermittens? Illic enim tale nihil di
cere potes. Nam pro decem obolis iuramenta fi-
unt, atque periuria. Quoniam enim ſuperne ful-
men non uenit, quoniam omnia non ſubuertun-
tur, ſtetiſti continens deum, ut olera emas, & cal-
ceamenta, pro modico argento uocans eum in te
ſtimoniũ. Ne tandẽ, ne propterea q̃ nõ punimur,
nos ne peccare quidem cogitemus. Illud eſt miſe
ricordiæ Dei, non uirtutis noſtræ. Iura per filium
tuum, iura per teipſum: dic, Ita non carnifex meis
inſtet lateribus: ſed times: lateribus itaq; tuis deus
eſt ignobilior, capite tuo uilior? dic, Ita nõ debili-
ter. Et Chriſtus quidẽ nobis tantũ parcit, ut & per
propriũ caput iurare, phibeat: nos autẽ tantũ par
uipendimus dei gloriã, ut eum paſſim trahamus.
Neſcitis quid ſit deus, & quali debeat ore uoca-
ri? Quòd ſi de quopiam probo quidem uiro lo-
quamur, dicimus: Os tuum ablue, & ita commẽ-
mora: nunc uero nomen ſuper omne nomen ue-
nerandum, in omni terra admirabile, quod audi-
entes dæmones horrẽt, temerarie circũferimus?
ô conſuetudinem. Et ex hac factum eſt paruifaci-
endum. Nempe ſi cui per ſanctam domũ iurandi
neceſſitatem imponas, tanquã horrendum con-
flaris iuramentum, ita remanes affectus: & unde
tam horrendum eſſe uidetur, niſi quòd illo qui-
dem paſſim utimur, hoc autem minime? Nónne
enim dum deus nominatur, oporteret horrere?
Et apud Iudæos quidem tam uenerandum erat i- Exod. 28.f
pſius nomen, ut in laminis ſcriberetur, & nemini
literas ferre liceret, niſi ſacerdotum principi: nũc
autẽ uelut quiddam uulgare, ſic ipſius nomen cir
cunferimus. Si ſimpliciter deum nominare nõ eſt
fas omnibus, in teſtimoniũ etiã eum uocare, quãte
(quæſo) ſit audacię? quantæ inſaniæ? Nam ſi cun
cta forent abijcienda, nónne oportebat prompte
dimittere? Ecce dico, & proteſtor: hęc forẽſia cor
rigite iuramenta ſuperflua, & ad me cuncta per-
ducite. Ecce præſentibus uobis ad ædium ſacra-
rum cuſtodiam deputatis impero, moneo & iu-
beo, nemini otioſe iurare licere: imò uero nec ali-
ter, ſed ut ad me perducatis, quidcunque ſit: quo-
niam & hæc ad nos uſq; peruenire oportet, tanq;
ad paruulos pueros (abſit pudor) à quibus adhuc
opus habetis diſcere. Ne ſacram attingere men-
ſam audeas, cum non ſis initiatus: ſed quod etiam
peius eſt, tu initiatus ſacram audes menſam con-
tingere, quam nec omnibus fas eſt ſacerdotibus
tangere & ita iurare? Tu uero nec pueri quidẽ ca
put tangeres: Abiens autem menſam tangis, &
non paueſcis? Timuiſti tu? tales ad me perduceas;

ego

Ioſue 11.

ego iudicabo,& ambos lætos remittam. Quod A uultis, facite: legẽ pono,ne prorſus iuretis.Qualis eſt ſalutis ſpes, nobis omnia ſic exhaurientibus? propter hócne chirographa,propter hócne commercia, ut tuam ipſius animã mactes? Quid tantum lucraris, quantum perdis? Peierauit, & illum & temetipſum perdidiſti: ſed nõ peierauit, & ita quoque perdidiſti,mandatum cogens præuaricari. Hunc ex anima morbum pellamus, interim ex foro ſubmoueamus, ex uenalibus tabernis,& reliquis officinis, & maior erit uobis quæſtus.Ne cogitetis uos per diuinarum legum præuaricationes uitæ neceſſaria cõparare. At, inquies,non credit. Nam & hoc interdum à nonnullis audiui,Niſi mille iurauero ſacramẽta,non credit. Tu es horum cauſa,qui facile iuras:quoniam ſi id B non faceres,ſed omnibus conſtaret,quòd non iures, mihi crede dicenti, q̃ his qui mille deuorant iuramenta, maiorem ipſe fidem ſolo nutu inueni res. Ecce enim, quæſo, cui magis credatis:an mihi nihil iuranti, an iurãtibus? At inquies,Tu princeps & epiſcopus es.Quid igitur,ſi probauero q̃ non propter hoc ſolum? In ueritate, quæſo,mihi reſpondete:Si continue iurarem,& ſemper:nunquid mihi prodeſſet præſulatus? Nequaq̃. Vides quòd nõ propterea? Quid uerò prorſus lucreris, dic mihi? Paulus eſuriebat: & tu uelis potius eſurire,q̃ ex dei mandatis aliquod præterire. Quid tam incredulus es? Tu igitur eliges cuncta facere & pati ne iures, & ipſe te non remunerabit? Et C qui periuros & peieratores quidem quotidie paſcit, te fami tradet, quoniam eum audiſti? Omnes ſciant, quoniam in hanc eccleſiam conuentiũ qui iuret eſt nemo. Et ex hoc fiamus manifeſti, non tantum à fide:Et hoc à gentilibus,& omnibus nos diſcernens habeamus. Capiamus ex cœlis ſignum. Vt ubiq̃ tanquam regius grex appareamus, ab ore & lingua interim dinoſcamur: ſicut barbari, ſicut Græce loqui ſciẽtes,ita differamus à barbaris. Dic enim mihi,aues quæ dicũtur pſitaci, unde noſcũtur? Nónne humano more loquẽdo? Et nos itaq̃ loquẽdo,ſicut apoſtoli,noti fiamus loquẽdo ſicut angeli.Si quis dixerit, Iura: audiat, quòd Chriſtus prohibuit,& nõ iuro.Hoc omnem inducere uirtutem idoneum eſt. Quædam eſt pietatis ianua, uia ad religionis ſtudium D perducens, & quædam eſt palæſtra. Hæc cuſtodiamus,ut & futura bona conſequamur,gratia et benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperium & honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DE IVRAMENTORVM ABSTINENtia. Homilia XXVII.

ICVT in prælio ex teſſera & amici & hoſtes diſcernuntur: ita quidem & in S nobis fiat chariſſimi (nam & nunc in bello ſumus) ut & proprios agnoſcamus fratres. Quantum enim boni eſt, hoc eſſe nobis indicium, & hic & in aliena religione? Qualis eſt hæc armatura contra diaboli caput? Os enim iurare neſciũ,nec conuiciari nouerit. Tanquã ex aliqua domo, ſic ex lingua hũc ignem eijce, ignẽ extrinſecus trahe,ne des illi reſpirationis aliquantulũ,ulcus reddas imbecillius: redde rogo ut & aliam uobis erogem diſciplinã. Hac enim nondũ expedita ad aliud uenire non audeo. Hoc cum diligentia uobis expediatur,& meriti ſenſum capietis, tunc & alias uobis afferã leges: imo uero non ego,ſed Chriſtus. Hoc bonum in anima ueſtra plantate, & paulatim eritis paradiſus dei, illo longe melior paradiſo: nec enim apud uos ſerpens, nec arbor lethalis, nec aliud huiuſmodi quicquam. Hanc in profundo conſuetudinem fugite.Si hoc factum fuerit,non uos præſentes tantum utilitatem capietis, uerum & omnes qui ſunt in orbe terrarum. Nec illi ſoli, uerum & poſt eos futuri. Bona nanq̃ conſuetutudo introducta,& ab omnibus cuſtodita,in multa prorogabitur tempora: nec ullũ tempus eam explodere poterit.Si quidã in Sabbato ligna col- Num.15.4
ligens,lapidibus obrutus fuit:qui tali collectione multo peiora committit,& peccatorũ colligit ſarcinam(hæc enim eſt peccatorum copia)quid ſuſtinebit? imò uero quid nõ ſuſtinebit? Multum à deo capietis auxilium, ſi hoc uobis fuerit enauatum.Si dixero,Ne cõtumeliã inferas,ſtatim irã in medium mihi producis:ſi dixero, Ne inuideas,aliam proferes excuſationem. Hic nihil huiuſmodi dicendum habes.Propterea à facilibus incepi, quoniam & in oẽibus artibus ita quis & ad maiora uenerit,multo prius diſcens faciliora.Scietis quàm facile ſit hoc, cum ipſum dei gratia perfeceritis, & aliam acceperitis legem. Date mihi contra Gentiles & Iudæos fiduciam, & ſuper omnia corã deo:Ita rogo per charitatẽ,per parturitionẽ, qua uos parturiui filioli mei. Quod aũt ſequitur, Gal.4.c
nõ inferam,quos iterũ parturio: nec illud dicam, donec formetur Chriſtus in uobis: ſed alia uobis dicam, Fratres mei chariſſimi,& deſiderati,gaudium & corona mea:credite enim mihi,quòd nõ falſa dicam. Si quis innumeras gemmis cõtextas coronas regales capiti meo nunc impoſuiſſet, non ita lætatus fuiſſem,ſicut profectu ueſtro gratulor: quinimo nec regẽ ita gaudere reor, ut ego ſuper uobis gaudeo.Si quis omnes gentes ſecum bellum gerentes ſuperans rediſſet, & cum regali corona plures accepiſſet coronas, & alia diademata uictoriæ ſigna,non ipſum ita puto gauiſurũ trophæis fuiſſe,ſicut ego profectu ueſtro:tanquã enim innumeras in capite gerens coronas,ſic exulto:et meritò.Si nãq̃ dei gratia hęc uobis eſt correpta cõſuetudo,innumera profligaſtis prælia,& illo longè difficiliora cõtra dęmonas improbos, Eccl.23.b
aduerſus ſuperbos luctati,& præliati,per linguã, non gladium,ſed per uoluntatem. Videte,quãta perfeceritis, ſi modo expediatis. Primum malam excidistis conſuetudinem:ſecundo prauã ſubuertitis cogitationem, ex qua ſunt oẽia mala, ne cogitetis eſſe rem indifferentẽ,et nihil nocere:tertiò furorem auaritiamq̃ compreſſeritis.Hæc eẽ omnia parit iuramentũ. Verum ex hoc ad alia merita mul-

Matt.23.

1.Cor.13.

ta multam capietis occasionem. Sicut enim puerorum elementa discentes, non illa tantummodo discunt, sed in illis legere paulatim docentur: itidem & uos. Non uos amplius improba fallet cogitatio, neq; dices quòd hoc indifferens sit, neq; iam amplius ex consuetudine loquemini, sed aduersus omnia generose consistetis. Posuimus legem, imò uero non nos posuimus, absit: ait enim, Nolite uocare magistrum super terram. Legem Matt.23.a tulit Christus, ne quis iuret. Quid actum est, quæso, de hac lege? Non enim de hoc loqui desinam, ne forte cũ rursus uenero, sicut ait Apostolus, nõ 1.Cor.13.d parcam. Nũquid fuistis circa negocium solliciti? Nunquid curastis? Nunquid ullum nobis est exhibitum studium? An rursus eosdem attingemus sermones? At potius, siue factum est, siue secus, ijsdem utamur sermonibus: ut si nil actum est, curam geratis: si uero solliciti fuistis, rursum id stabilius operemini, & alios hortemini. Vnde nobis igitur, unde loquendi sumendum principium? Vultis à testamẽto ueteri? Hoc enim pudoris est nostri, q̃ quæ sunt in ueteri testamento, quæ transcendere par erat, nec ista custodiamus: nos enim de his audire non oportebat (hæ nanque sunt Iudaicæ utilitatis denuntiationes) sed illa perfecta fuerant audienda. Abijce pecunias, sta generose, & animã expone pro prædicatione, deride cuncta quæ sunt super terram, nil tibi sit cum præsenti uita commune. Si quis iniurſam intulerit, benefac: si quis oppresserit, benedic: si blasphemauerit, honora, omnibus esto superior. Hæc & huiusmodi decebat audire. Nunc autem de iuramento differimus. Et idem est, ac si quis philosophari debentem ab illis abstrahens præceptoribus, syllabas adhuc, & alphabetum legere cogat. Cogita quæso, quanta sit ignominia, quempiam hominem prolixam habentẽ barbam, & baculum gestantem, & exomida indutũ, cum pueris ad præceptores ingredi, & eadem cum illis discere: nónne multus erit risus? sed maior hic noster. Non enim quãtum est philosophiæ, & literarum inter uallum, tantum est Iudaicæ cõuersationis, & nostræ discrimen: sed quantum est angelorum & hominum. Dic, quæso, si quis angelum ex cœlo deductũ hic stare iuberet, ac nostros audire sermones, tanquam ex hoc instituendũ: nónne pudor & risus esset? Si uero de his doceri ridiculum est, at his nec attendere quidem: quantum erit condemnationis, quantus pudor, quòd etiam Christiani de fugiendo docentur iuramento? Attamẽ toleremus, ne magis quoq; rideamur. Eia itaque uobis ex ueteri loquamur hodie testamẽto: quid Eccl.23.b uero dicit? Iuramento ne assuefacias os tuum, nec nomini sancto familiaris fias. Quare? Sicut enim seruus tortus, inquit, continue à liuore non mundabit, ita neq; iurans. Vides sapientis huius prudentiam? Non dixit, Iuramẽto ne tuam assuefacias mentem, sed os tuum: totum enim est oris, nam facile corrigi potest. Consuetudo enim est, quæ iam sine uoluntate patratur. Verbi gratia, Multi thermas ingressi, cum primum fores transcenderint, signantur. Hoc nouit manus, uel nullo iubente, & ex cõsuetudine facere. Rursum accensa lucerna, mente frequenter aliquid aliud operante, manus signum facit. Ita quidem et os nõ cum anima loquitur, sed ex consuetudine: & in lingua totum est positum. Nec sancto nomini familiaris fias. Magnum quid insinuauit, Nominationi, inquit, sancti ne consuescas. Sicut enim seruus qui continue torquetur, à uibice & liuore nõ purgabitur, ita neq; iurãs. Non hic periurium dicit, sed iuramẽtum excidit, & ipsi statuit ultionẽ: igitur iurare peccatum. Nam uere talis est anima, tantis est cõfossa uulneribus, tantis liuoribus, sed non uides? Hoc autem est malum. Atqui potes, si uelis uidere. Deus tibi dedit oculos: talibus uidebat Propheta qui dicebat: Putruerunt & cor- Psal.37.a ruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipiẽtiæ meæ. Deum cõtempsimus, sanctũ odimus nomen, cõculcauimus Christum, pudorẽ soluimus: Diuini nominis cũ reuerẽtia meminit nemo. Quòd si alicuius etiam ad nomẽ exurgis, deũ uero tam continue, tanquam nihil uocas? In orationibus uoca, uoca eum ad inimici beneficium, uoca ad animæ tuæ salutem: tunc aderit, tũc eum lætificabis, nũc aũt irritas. Voca sicut eum Stephanus inuocauit. Act.7.g quid dicens? Domine ne statuas eis hoc peccatũ: Voca, sicut uocauit eum Helcanæ uxor cum la- 1.Reg.1.a.b chrymis. Non prohibeo, sed uehementer exhortor. Illum uoca, sicut & Moses uocauit, & clama- Exod.32.g bat pro eis orans, qui eum expulerant. Et tu quidem, si cuius sine honoris titulo memineris uenerabilis uiri, contumelia facta est: Deum aũt circũfers oportune importune in sermonib. tuis. Non prohibeo deum in mẽte semper habere, imò magis precor & uolo: tamen non aliter quam illi placet, sed laudantem, sed honorantẽ. Magna nanq; nobis hoc contulit bona, si cum & apud quos opus est, tantum eum uocemus. Quare, queso, sub apostolis quidem uirtutes edebantur, sub nobis uero nequaquã, cum idem sit deus, idem nomẽ? Sed non est par usus. Illi nanq; in illis solis quę cõmemorauí, illum duntaxat uocabant: nos aũt nõ in his sed in alijs. Si uero non credit, & ideo iuras, dic quidem, crede: ueruntamen si uis per teipsum iura. Quòd nõ legẽ Christo contrariã ferẽs dico: Matt.5.f Absit: ait enim, Sit in uobis, est est: & nõ non: sed uobis cõdescendens, ut magis in hoc uos inducã, & à tyrannica reducã cõsuetudine. Quot in alijs probabiles ex his rebus perierunt? Vultis discere, quare priscis iuramentum cõcedebatur? nam nec illic peierare fas erat: quoniã per simulacra iurabant. Non confundimini in his legibus permanere, in quibus indulgebatur illis infirmis? Quoniam nunc quoq; si gentilem accepero, nõ illi statim hoc iniungo, sed interim scire Christum admoneo. Fidelis uero qui credidit & audiuit, si debet eandem exigere cum gentili indulgentiam, quid utilitatis? quid emolumẽti? Sed consuetudo res difficilis, & uix abstrahi potes. Itaq; quoniam est tanta consuetudinis uiolentia, eam in alteram transfer consuetudinem. Et quomodo, inquies, potest

Num.15.d

Gal.4.e

potest fieri? quod sæpius dixi, id nũc quoq; dico. Sint multi cẽsores, sint inquisitores, & ꝓbatores multi: dic mihi, Si tegimẽ inuersum imposuisses, nónne puerum corrigere iubes, nec ab illo moneri confunderis, cum illud quidem non multum sit dedecus? Hic autem in anima detrimentũ patiẽs, ab alio corrigi erubescis. Et circa uestimentũ quidem ornantem sustines seruum, & subligantẽ, animam autẽ non sustines ornantem? Sit et seruus horum magister, sit & filiolus, sit & uxor, & amicus, affinis & uicinus. Sicut enim fera, quæ ex omni parte agitatur, fugere nõ potest: sic & tot habẽtem custodes, tot increpãtes, cum undiq; pulsẽt, non licet non cauere. Et primo quidẽ die hoc ægre feret, & in secundo & tertio: deinceps uero facillimũ erit, & post quartũ neq; negotiũ hoc existimabit. Experientiã facite, si nõ creditis, curam geratis quæso. Non est uulgare peccatũ, uel meritum: sed utrinq; magnũ est, & bonum & malum. Opus est autẽ periurij detrimentum ex scriptura
Zach.5.a quoq; ueteri manifestemus. Falx, inquit, uolans erat longitudine cubitorũ uiginti, latitudine cubitorum decẽ. Volans uelocissimũ ultionis incursum significat iuramenta sequentẽ. Multorum uero cubitorũ latitudo & longitudo uehementiã indicat & magnitudinẽ malorũ. At ex cœlo uolare, ex superno tribunali sententiam ferri. Falcata uero forma, ineuitabilẽ supplicij sortẽ. Sicut eñ quocũq; falx incurrerit, nõ solum secum arripit, uerum & caput amputat: itidem & pœna iuranti bus ingruens est difficillima, nec prius absisteret, cq; quod suum est, obiret: ꝙ si iurantes euadimus, ne confidamus: ad nostrum enim malum hoc fit.
Act.5.a Nam quid censetis? quot post Ananiam & Sapphiram eadem, quæ illi sunt ausi? quõ igitur eadem non sunt passi? Non quoniã ipsis ignotũ sit, sed quoniã maiori differuntur malo. Multa nãq; perpetrantes, nec dantes pœnas, terreri magis & timere debent: augebũtur enim eis supplicia propter impunitatem & dei longanimitatẽ. Ne hoc itaq; uideamus, ꝙ nõ punimur, sed ne peccauerimus: si uero peccantes nõ pœnas damus, potius pauere debemus. Dic mihi, si quẽ habeas seruũ, & illi tantũ mineris, & uerbera nõ infligas: quando magis timet, quando fugit, quando pedibus elabitur, nónne quando dũtaxat minaris? Vnde & alter alterũ admonemus, nõ continue minari, ne timor magis animã cõturbet, & plus ꝙ plagæ dissipet: illic enim ad tẽpus est ultio, hic aũt continua. Ne igitur, quòd nunc falcis mala patiatur nemo, respicias: sed illud cogita, si talia facit, quoniã multa nunc fiunt, qualia in diluuio: sed diluuium factum nõ est: gehenna eñ & ultio promissa est. Multi perpetrant, qualia Sodomorum ciues, sed ignis pluuia non descendit: igneus enim paratus est fluuius. Multi Pharaonis scelera commiserũt, sed Pharaonis pœnas nõ dederũt: nec in mari rubro sunt submersi, quoniã pelagus eos expectat abyssi, ubi nõ cum insensibilitate supplicium, nec licet suffocari: sed amplius est necesse torqueri, assari, strangulari, consumi. Multi Israelitica sunt aggressi, sed eos serpentes non momorderunt, manet autem eos uermis qui non moritur. Multi Giezi peccata perpetrarunt, neq; tamen lepra respersi sunt: eos enim manet pro lepra in binas partes secari, & poni cum hypocritis. Multi quoque iurauerunt & peierauerũt: si uero fugerũt quoq;, ne confidamus: imminet enim dentiũ stridor. Et hic quidem multa patientur incõmoda, licet nõ confestim, sed post alia peccata, ut & grauior sit ultio. Quoniam & nos frequenter à minimis occasionem capiẽtes, & pro magnis totum luimus. Itaq; cum aliquid tibi contigisse uideris, illius peccati tui reminiscere: hoc & Iacob filijs accidit. Recordamini fratrum Ioseph, fratrẽ suum uendiderunt, iugulare tentarunt: uel potius ipsa promptitudine iugulauere, deceperunt, contristarunt senem, nihil pluribus post annis passi sunt, tandem uero in extremũ periculum inciderunt, & huius reminiscuntur criminis. Hoc itaq; ualde sapiẽter efficitur. Nam audi quid dicant, Et merito: in peccato enim sumus de fratre nostro. Itidem & tu, cũ aliquid acciderit, dicas: Etiam in peccato sumus, quoniã Christũ non audiuimus, quoniam iurauimus, iuramentorũ frequẽtia & periuria super caput meum uenerunt. Cõfitere: nam illi quoq; cõfessi sunt, & salui facti. Quid eñ etsi nõ statim ingruit ultio? Nã & Achab propter Nabuthe non statim post peccatũ passus est ea quę pertulit: quare aũt hoc fit? Dat tibi temporis præfinitionem, ut abluí possis: cum uero perseueraueris, tunc demum pœnam infligit. Vidistis quid patiant mentientes? Intellexistis quid patiantur peierantes? intelligite & recedite. Non licet iurantẽ non peierare, & uolentem, & inuitum, non licet peierantem saluum fieri. Vnum potest periurium omnia cõsumere, & uniuersam nobis ultionem inferre. Propterea animaduertamus, et nobis caueamus, ut hinc ultionẽ euadentes, dei misericordia digni censeamur, gratia & miserationibus unigeniti eius, cum quo patri, simul & spiritu sancto gloria potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE FVGIENDIS IVRAMENTIS, ET quòd deo gratias agere debemus, licet in paupertate degamus. Homilia XXVIII. Super Matthęum ex Cap. V.

Si regnum assequi uolumus, dilectissimi, plus aliquid antiquis exhibeamus mandatis, quippe cum non aliter cœlestia consequi liceat. Nam si ad eandem antiquorũ mensuram peruenerimus, extra cœli uestibula remanebimus. Nisi enim abundauerit iustitia uestra plus quàm Matt.5.c scribarum aut pharisæorum: non intrabitis in regnum cœlorum. Et tamen licet tot minæ propositæ sint, sunt quidam, qui non solum illam non transcendunt iustitiam, uerum & ab ea deficiunt. Non enim solum iuramenta non fugiunt, uerum & peierant: non tantum lasciuum non declinant aspectum, uerum & in ipsam improbã actionem incidunt, & alia reliqua prohibita sine doloris aggredi

grediuntur ſenſu, unum ſolum ultionis diem expectantes, & quãdo ſupremã patratorũ pœnam dabunt: quod eorum ſolum eſt, qui in nequitia uitam tranſegerunt: illos enim oportet deſperare, nec aliud quid, q̃ ſupplicium iam expectare. Qui enim hic adhuc ſunt, & pugnare poterunt, & uincere, ac facile coronari. Ne titubes igitur ò homo, neq; bonam ſoluas promptitudinẽ: nec enim gravia ſunt quæ præcipiuntur. Quis, quæſo, laborem iuramentum fugere? Nunquid enim eſt pecuniarũ impenſa? Nunquid ſudor & erumna? ſatis eſt tantummodo uelle, & totum actum eſt. Si uero mihi cõſuetudinẽ obijcis: propter hoc ipſum maxime facile meritũ eſſe dico. Si te nanq; in aliam trãſtuleris conſuetudinẽ, totum præſtitiſti. Cogita ſaltẽ, quòd apud gentiles multi balbutientes, multa meditatione linguã ſibi claudicantem correxere. Alij autem humeros inepte ſe motantes & reducentes, iugiter apponẽtes enſem reſtituerũt. Poſt quam eñ per ſcripturas nobis non poteſt perſuaderi, ab externis monere uos cogor. Hoc & deus apud Iudæos faciebat, dicẽs: Ite in inſulas Cethim & in Cedar mittite, & cognoſcite, ſi mutauit gẽs deos ſuos, & ipſi nõ ſunt dij. Et ad bruta uero frequenter mittit, ita dicẽs: Vade ad formicã piger: &, uade ad apem. Hoc itaq; uobis & ego nunc dicam. Cogitate gentiliũ philoſophos, & tunc ſcietis, quãto ſimus digni ſupplicio, deſpiciẽtes diuinas leges, cũ illi quidẽ pro humana honeſtate infinite laborauerint, uos uero neq; pro cœleſti regno ſtudium par exhibeatis. Si uero poſt hæc dicas quòd eſt difficile conſuetudinem non fallere, uehementer quoq; ſtudentes: hoc fateor quidem & ego. Veruntamẽ et illud cũ hoc pariter dico, q̃ ſicut eſt facile decipi, ſic & facile corrigi. Si nãq; domi multos ubiq; cuſtodes cõſtituas, puta ſeruũ, uxorem, amicos, ab omnib. facile compulſus atq; coactus à mala recedes cõſuetudine. Et ſi decem tantũ diebus id obſeruaueris, nõ iam amplius reliquo tẽpore indigebis, ſed cum fiducia totũ erit tibi repoſitũ, pulcherrimę cõſuetudinis firmitate uiciſſim radicatum. Cum igitur hoc corrigere cœperis, ſiue ſemel, ſiue ſecũdo, ſiue tertio, ſiue uigeſimo legem trãſcenderis, ne deſperes, ſed iterum ſurge, & ſtudium tuum reſume, & omnino victor eris. Non eñ uulgare malum eſt periuriũ. Quòd ſi iurare mali eſt, peierare quantũ feret ultionis? Laudaſtis dicta, ſed plauſibus mihi non eſt opus, neq; laudantiũ uocibus & tumultu. Vnum dunta xat uolo, ut cũ quiete & intelligentia audientes, quæ dicunt faciatis. Hoc mihi pro plauſu, hoc mihi pro laudatione. Si uero dicta quidem cõmendes, quæ uero laudas nõ exequaris, maior quidẽ pœna, maior autẽ accuſatio, & nobis dedecus & deriſio. Nec enim theatro paria ſunt præſentia, neq; tragœdos ſpectantes nunc ſedetis, ut duntaxat applaudatis. Hic eſt ſpiritualis ſchola: propterea & quod elaborat, unum eſt, ut dicta ſeruetis, & per opera obedientiam exhibeatis. Tunc enim totum receperimus: ſicut nunc utiq;, & iam prohibuimus. Nam & ſeorſum occurrentes hæc monere nõ deſtiti, & uobis publice cõmemorare, & nihil amplius tamen factum uideo, & uos adhuc prioribus detineri elementis: quod multum afferre docenti torporem idoneum eſt. Vide nanque Paulum quoque propterea ſuccenſentem, quòd multum temporis prioribus diſciplinis auditores immorabantur. Etenim cum deberetis, inquit, magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis ut uos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum dei. Propterea nos quoq; lugemus & cõquerimur. Et ſi permanentes uidero, iam uobis interdicam hæc aſcendere ſacra ueſtibula, & immortalium participes fieri myſteriorum, ſicut fornicantibus & adulteris, & homicidij reis. Nam melius eſt cum duobus uel tribus dei leges cuſtodientibus ſolitas offerre preces, quàm multitudinem aggregari præuaricantium, & alios corrumpentium. Ne quis mihi diues, ne quis potens hic intumeſcat, & ſupercilia contrahat. Hæc omnia mihi fabula, umbra & ſomniũ. Nullus enim præſentium diuitum illic mihi patrocinabitur, cum arguar & accuſabor, tanquam dei leges non congrua cum acrimonia aſſeruerim. Hoc enim, hoc & admirabilem illum ſenem uitam exhibentem inculpatam perdidit. Sed tamen quoniam dei leges cõculcantes neglexit, cum filijs fuit punitus, & atroces pœnas dedit. Si uero ubi tanta erat naturæ uis, nõ cum debita ſeueritate filijs uſus, tam grauem luit ultionem: quam nos habebimus ueniam, & ab illa liberi tyrannide, & per aſſentationem omnia corrumpentes? Cum itaq; pauperta-
te uel morbo preſſus fueris, ô homo, ſi non aliunde, ex mẽdicantibus ſaltem per angiportos euntibus deo gratias agere diſce. Hi nanq; totum tempus in mẽdicando conterentes non blaſphemãt, non indignantur, non ægreferunt, ſed totam mẽdicationis narrationem in gratiarum agunt actione, magnum facientes deum & miſericordem. Ille quidem fame periens benignum uocat, tu uero uiuens in abundantia, niſi cuncta ſimul accipias, crudelem nuncupas: quanto melior eſt ille? Quomodo nos condemnabis? Communes nobis præceptores, & calamitatum conſolationem per terrarum orbem miſit deus pauperes. Es aliquid præter uoluntatẽ paſſus? ſed tale nihil, quale ille. Erutus eſt oculus tibi? ſed illi duo: longo morbo laboraſti? ſed ille incurabili: amiſiſti filios? ſed ille & proprij corporis ſanitatem: magna mulctatus es mulcta? ſed nondum ad hoc es reductus, ut alterius indigeas. Deo gratias age. Illos uides in paupertatis camino, & ab omnibus quidẽ petentes, à paucis autem accipientes. Cum orans defeſſus fueris, & non acceperis, cogita quoties audiſti pauperem te uocantem, & non exaudiſti, nec tamen ille grauiter tulit, nec affecit te contumelia: & tu quidem hoc ex crudelitate facis, deus autem ex benignitate quoq; facit, ut non audiat. Si igitur ipſe conſeruum propter crudelitatẽ non audiens, accuſari te dignũ nõ cenſes: dominũ per miſericordiam ſeruum non audientem accuſas? Vides quanta ſit inæqualitas, quanta iniuſtitia?

Hier.2.c

Prou.6.d

Matt.5.c

Hebr.5.d

1.Reg.2.c. & 4.c

Hæc ſemper cogitemus, inferiores in maioribus erumnis conſtitutos, & ita deo gratias agere poterimus. Multis talibus exemplis uita referta eſt. Non paruam aũt uigilans habet diſciplinã, & ad uertere uolens etiã ex oratorijs ædibus. Propterea eẽ & ante eccleſias, & martyrũ monumenta pro foribus pauperes ſedent, ut nos ex huiuſmodi ſpectaculo multũ capiamus utilitatis. Conſidera nanq; quòd nobis terrenas ingredientibus regias, nihil huiuſmodi cernere licet: ſed uiri & honeſti & ſplendidi, & diuites & prudentes paſſim diſcurrunt: Ad ueras autẽ regias, eccleſiã dico, & oratorias ædes, & martyrũ templa, dæmonibus preſſi, truncati, pauperes, ſenes, cæci, mẽbra preferentes obtorta. Quid hoc tandem? Vt tu doceaˢ ris ex horũ ſpectaculo, primum, ut ſi quem faſtũ B extrinſecus trahẽs ingreſſus es, in illos reſpiciẽs, tumore depoſito, & contrito corde, ſic ingrediaris, & quæ dicũtur audias. Non enim poteſt cum ſuperbia orans audiri: ut cum ſenem uideris, non in iuuenta altum ſapias, cum & hi nunc ſenes iam fuerint iuuenes: ut cum in exercitu & potentia regia multum glorieris, cogites q; ex his aliqui fuerunt in regalibus aulis ſplendidi: cum in corporis ſanitate confidas, his uacans ſenſum tuum corripias. Huc enim iugiter ingrediens, qui ſanus quidem eſt, nõ altum ſapiet in corporis ſanitate: qui uero laborat, non uulgarẽ hauriet conſolationẽ. Nec ob hoc ſolum hic aſſident, uerum & ut te miſericordem faciant, & ad miſericordiã flexus dei benignitatem admireris. Nam ſi deus illos nõ eru C beſcit, ſed in ueſtibulis ſuis conſtituit: multo magis tu ne terrenis ædibus altum ſapias, nec erubeſcas cum à paupere uocaris. Et ſi acceſſerit & genua teneat, ne repellas. Canes enim quidem ſunt admirabiles regiarum cœleſtiũ: neq; contemnẽs eos canes uocaui, abſit, ſed magnopere laudans: regiam enim cuſtodiunt aulam, eos igitur paſce. Honor enim ad regem tranſit. Illic omnia faſtus, in terrenis dico aulis: hic omnia ſunt humilitas: quoniam nihil humanum ex ipſis præſertim ueſtibulis diſcis. Quòd diuitijs deus nõ delectatur, ex ipſis pro foribus ſedentibus doceris. Horum enim ſedes & collectio tantum non eſt admonitio ad omnium hominũ naturam uocem emittẽs præclaram & dicẽs, quod nihil humana ſunt, ſed D fumus & umbra. Si bonum eſſent diuitiæ, ante propria deus ueſtibula pauperes nõ collocaſſet: ſi uero diuites quoq; ſuſcipit, ne mireris: non eẽ propterea ſuſcipit, ut diuites maneant, ſed ut à tu-
Matt.6.d more liberentˢ. Audi quid eis Chriſtus dicat: Nõ
Mar.10.c poteſtis deo ſeruire & mãmonæ: & rurſum, Difficile diues ingreditur regnum cœlorum: & iterũ,
Luc.8.c Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnũ cœlorum. Propterea diuites admittit, ut hæc audiant uerba, ut æternas concupiſcant diuitias, ut cœleſtibus inhient. Et quid miraris, quòd ad ueſtibula ſua pauperes ſedere non dedignatur? ad ſuam enim ſpiritualem menſam eos uocare, & illud communicare conuiuium non dedignatur. Sed claudus & mutilus, ſe A nex & pannoſus, ſordidus, & muccoſus, cum iuuene pariter ſpecioſo, & ipſo purpuram induto, & in capite diadema geſtante futurus menſæ particeps uenit & ſpirituale petit conuiuiũ, & ijſdem ambo fruunt, nec ulla eſt differentia. Et Chriſtus quidem eos ad menſam cum Rege ſimul uocare non dedignatur. Pariter enim ambo uocantur. Tu uero forte uideri dedignaris pauperi dans uel loquens? O ſuperbiam & faſtum. Vide ne diuiti priſco ſimilia patiamur. Ille uel cernere Lazarum Luc.16 dedignabatur, nec ei domum uel tectum communicabat, ſed extra iacebat apud ianuam proſtratus, ſed nec alloquio ab eo dignus fuit exiſtimatus: ſed uide quomodo in neceſſitate & indigentia conſtitutus, nullum ab eo conſecutus eſt auxilium. Nam ſiquos Chriſtus non erubeſcit, nec nos erubeſcamus. Chriſtum erubeſcimus, ipſius amicos habentes pudori. Tua repleatur menſa claudis & debilibus: per hos uenit Chriſtus, non per opulentos. Forte rides audiẽs. Itaq; ne putes dictum eſſe meum, ipſum audi Chriſtum aſſerentem (ne rideas, ſed horreſcas.) Cum facis prandiũ uel cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos diuites, ne forte & ipſi te uiciſſim uocent, & tibi fiat retributio: ſed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles & claudos, & cæcos, & eris beatus: quoniam non habent quod tibi retribuant, retribuetur autem tibi in reſurrectiõe iuſtorum. Et gloria maior hinc naſcitur, ſi tantum huius es cupidus: ex illis enim liuor & iuuidia, accuſationes & contumeliæ, mul
tuſq; timor, ne quid præter decorum fiat: & tanquam domino ſeruus aſſiſtis, et ſi maiores ſint, ab eis accuſationem & redargutionem timẽs: In his Matt autem huiuſmodi nihil, ſed quæcunq; eis apoſueris, cum uoluptate cũcta ſuſcipiunt, & multus plauſus, ſplendidior gloria, maius miraculũ. Non ſic illis applaudunt, ſicut his omnes audientes: ſi uero nõ credis, tenta tu qui diues es, qui duces & & principes uocas: uoca pauperes, & ex his imple conuiuiũ, niſi ab omnibus tibi plaudatˢ, niſi ab omnibus ameris, niſi omnes ut patrẽ habeant. Illorum quidem conuiuiorum emolumentum nullum, pro his uerò cœlum eſt repoſitũ, & quæ ſunt in cœlis bona: quæ nos omnes aſſequi detur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria poteſtas & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

CONTRA IRASCENTES, HOMILIA XXIX. Ex Act. Apoſt.

ON ſic homines beneficijs adducuntur, ſicut timore caſtigantur. Admirabiles autem & magni, & deo grati, nullius horum indigent. Talis erat
N Paulus: non enim regni, non gehennæ rationem habebat. Hoc enim Chriſtum diligere, hoc non eſſe mercenarium, neque queſtum pietatem exiſtimare, aut dei uerbum adulterare: ſed uirtute ueraciter eſſe præditũ, & propter dei dilectionem oẽia facere. Quantis itaq; dignum lachry-

lachrymis, cum tantam debentes mensuram, neque saltem tanquam institores cœleste regnum curemus? Tanta nobis Christus pollicetur, et nec sic quidem dignus cẽsetur audiri. Quid hac peius inimicitia fieri possit? Atqui pecuniarum amore furentes, licet inimicos, siue seruos, siue atrocissimos hostes, siue malos omẽs inuenerint, si tantũ sperẽt quòd per eos pecunias acquirere possint, omnia faciunt, assentantur & blandiunt, secq; seruos exhibent, & se tantum omnibus honestiores esse putabunt, ut ab eis aliquid capiant. Pecuniarum enim spes horũ nihil cogitare permittit. Regnum autem non potuit, quantum pecunia: quin imò nec minimã partem. Non enim quilibet est qui pollicetur, sed ipso maius habetur regno ab huiusmodi sumere. Nunc itaque fit idem, quale si Rex suos quidẽ hęredes, filij uero cohęredes post alia quoq; innumera beneficia nos cõstituere uolens contemnatur: Latronum uero princeps, qui nos parentesq; nostros innumeris affecit incommodis, & infinitis plenus est malis, & nostrã confudit gloriam & salutem, uno tantum obolo prætẽto à nobis adoretur. Regnũ deus pollicetur, & contemnitur: gehennã minist rat diabolus, & honoratur. Hic deus, ille diabolus: sed præceptorũ uideamus differentiam. Si nihil enim horum foret, nec hic quidem deus, ille uero diabolus: nec hic quidem regnum, ille uero gehennam præberet: ipsa mandatorũ natura facile persuadere potest, ut huic adhæreamus. Quid enim deus mandat? ea quæ faciant glorioſos: diabolus quæ confundunt: hic quæ innumeris inuoluunt erumnis & ignominijs: ille multam quietem habentia. Nã
Matt.11 uide, quæso, hic inquit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: at ille: Ferus esto & immitis, & bile tumens, & iracundus, & fera magis quàm homo: Videamus utrum utilius, quid uero magis expediat. Ne hoc, inquit, dicas: sed cogita quòd diabolus est. Optime quidem, si illud ostenderetur. Sustinere labores oportet, & uictoriæ præmia uicissim erunt maiora. Non enim qui facilia præcepit, hic nostri curam gerit, sed qui utilia: quoniam & patres grauia filijs iniungunt, sed ꝓpterea sunt patres: & rursum seruis domini: at plagiarij & perditores contraria: ueruntamen quòd & uoluptatem habeant, est inde manifestum. Inter quos enim esse putas bile percitum? Inter quos uero tolerantem & mitem? nónne huius anima quidem solitudini cuidam est similis multam habenti quietem: illius autẽ foro & tumultui, medijsq; ciuitatibus, ubi multus euntium & redeuntium clamor camelornm, mulorum & asinorum, & accedentium aures agasonibus multo replentibus sonitu ne conculcentur: rursum argentarijs & ærarijs utrinq; cudentibus, & his quidem molestiã patientibus, his autẽ inferẽtibus? At mitis huius mens cuidam montis uertici similis est, aurã quidem habenti tenuem, purum uero radium, pura fontium fluenta, multasq; florum amœnitates, uernantiumq; pratorum & ortorum plantis & floribus frondentium, & aquis uiridãtium irrigu
A is. Si quis autem & sonus immurmuret, dulcem & multam insparget audiẽtibus uoluptatem: uel aues enim canoræ summis arborum insidẽt frondibus, & cicadæ ac luscinię, & hirundines concentum quendam cõcorditer efficiunt musicum. Vel Zephyrus arborum foliis sensim aspirans, pinos & piceas susurrantes, & cygnos frequenter imitans, & rosæ ac uiolæ & flores se leniter inclinantes, & uiridantes, quasi mare cœruleũ blande fluctuans exhibent: quinimò multas aliquis inuenire posset imagines. Nam cum in rosas quidem respexerit, iridem se uidere putabit: cum uero uiolas, pontũ fluctuantẽ: at cum lilia, cœlum. Nec aspectu uero tantum, & uisu huiusmodi tunc delec
B tabitur, uerum & ipso corpore pratum intuẽtis, illum magisq; remittit, & respirare facit, ut se magis in cœlo q̃ in terra esse censeat. Est & alia quędam uox, cum à uertice montis aqua per riuos sponte defluens, & subiectis lapillis quieto sono sensim immurmurat, & ita membra resoluit per uoluptates, ut statim laxatiuũ oculis somnũ ingerat. Audistis cum delectatione narrationem? Forte iam & solitudinis amatores estis facti, sed hac solitudine iucundior est multo longanimis uiri anima. Non enim ut pratum describeremus, nec ut ad ostentationem uerba produceremus, hanc attigimus similitudinem: sed ut per descriptionẽ uidentes, quanta sit longanimorũ uoluptas, & q̃ multomagis cum longanimi uiro cõuersans quis
C delectaretur & iuuaretur, q̃ in talibus cõuersans locis, hos sectemini. Cum enim neq; spiritus uehemẽs ex hac exeat anima, sed mites quidã sermones & benigni, uerè illam Zephyri lenitatem & quietem imitatur: & admonitio nihil quidem habens austerum, canoras aũt imitans aues: quomodo non hoc melius? Non enim corpori illiditur sermonis aura, sed animos refouet calẽtes & exæstuantes. Neq; febricitantem medicus hominem tam cito liberauit à febre per qualencunq; sedulitatem, quàm longanimis homo iratum & ira ardentem petens, propriorum spiratione sermonum refrigerauit. Et quid dico medicum? neque ferrum ignitum, & aquæ immersum tam cito calorem amitteret, quàm in longanimem mentem
D incidens iracundus. Sicut autem si forum ingrediantur aues canoræ, nugæ esse uiderentur, ita quidem & monita nostra in iracundas animas incidentia. Iucundior igitur mansuetudo bile et audacia: sed illud quidẽ deus, hoc autem diabolus mãdauit. Videte quòd nõ temere dixi, quòd etsi nõ esset diabolus & deus, ipsa per se præcepta poterant nos monere. Hic quidem & sibi iucundus, & alijs utilis: ille uero & iniucundus sibi & alijs damnosus: nihil enim iracundo homine insuauius, nihil grauius, nihil infestius, turpius nihil: sicut è contrà, nil nescio irasci iucundius. Feræ potius quàm iracũdo homini cohabitandum est. Nam illa cum semel mansuefacta fuerit, suam seruat legem: hunc autem quotiescunque mitigaueris, rursum efferatur, nisi quis in talem habitum

ipſum induceret. Sicut enim dies clara & ſerena, & hyems multæ plena triſtitiæ, itidē & iraſcentis animus, & māſueti. Sed nondū alijs noxia uideamus ingruentia, ſed ipſis: atqui & hoc nō exiguū damnū, alterí malū aliquod inferre. Veruntamen hoc interim conſideremus: Quis tortor ita lania re latera poterat? Quæ ignita tela corpus ita perforarēt? Quis furor ex naturalibus ita ſenſib. excedere facit, ſicut furor & iræ conſternatio? Noui multos ex ira morbos incurriſſe, & febrium difficillimæ præſertim hæ ſunt. Si uero ita corpora læduntur, animas cogita: ne cogites enim quod nō uides, ſed cogita, ſi malitiā ſuſcipiens ita lædítur, quantum patiens patietur detrimentum. Multi oculos amiſerūt, in grauiſſimum multi morbum inciderunt: generoſe quidem ferens omnia facile ſuſtinebit. Veruntamen talia tanquam grauia imperat, & horum nobis mercedem ſtatuit gehennam, & diabolus eſt, & noſtræ ſalutis inimicus: & magis huic quàm Chriſto paremus, qui ſaluator eſt & benefactor, & protector, & talia dicit, quæ iucundiora ſunt & honeſtiora, utiliora q̄, ac magis expediunt, & nobis & neceſſarijs noſtris plurimum proſunt. Nil iracundia peius, chariſſimi, nil ira intempeſtiuius. Nō opus eſt multa dilatione, acutus eſt morbus. Frequenter ex ira uerbum aliquis emiſit, ad cuius remedium totius indiget uitæ: & aliquid commiſit quod omnem ipſius uitam ſubuertit. Hoc em̄ eſt difficile, quod in breui tempore, & per ſolam actionē, & per unum duntaxat uerbum æternis nos frequenter excluſit, & multos euacuauit labores. Itaq̄ uos hortor, ut omnia faciatis, ut hanc ferā cohibeatis. Et hæc quidē de māſuetudine & iracundia ſint dicta. Si quis uero ſermoni & alia adijciat, ut auaritiam, & pecuniarum contemptum, inanis gloriæ cupiditatem, & ueram gloriam, laſciuiam & modeſtiam, inuidiam & benignitatem, & alteram alteri uiciſſim opponat, tunc differentiam intelliget. Videtis, qualiter ex præceptis duntaxat hic quidē deus, ille uero diabolus eſſe monſtratur? Pareamus itaq̄ deo, nec in barathra nos præcipitemus: ſed dum tempus eſt, equum cohibeamus, ne ſeſſorem ſubuertamus: iræ amputemus alas, ne amplius malum in altitudinem extollatur. Acutum em̄ eſt ira uitium, acutū & efficax animas noſtras furari: propterea paſſim oportet ei aditum obſtruere: abſurdum enim eſt, feras quidem manſuefacere poſſe, animam uero noſtram inſoleſcentem deſpicere. Ignis eſt uehemens ira, omnia deuorans: nam & corpus perdit, & animam corrumpit, & reddit inſuauem, & uiſu quenque turpiſſimum. Quòd ſi furoris tempore poſſet iraſcens ſibimetipſi notus fieri, non alia foret opus admonitione. Nihil enim iraſcētis deformius aſpectu. Ebrietas quædam eſt ira, imò uero difficilior ebrietate, & dæmone miſerabilior: ſed ſi modeſte agere meditemur, optimam philoſophiæ uiam inueniemus: Propterea Paulus cum ira clamorem quoq̄ ſuſtulit. Pareamus itaq̄ totius philoſophiæ præceptori, & cum in ſeruos iraſcimur, noſtra cogitemus

A peccata, & eorum confundamur manſuetudine. Nam cum tu quidem afficias contumelia, ille uero contumeliam tacite toleret: & tu quidem indigneris, ille uero philoſophetur: hoc pro omni capias admonitione. Etſi nanq̄ ſeruus eſt, homo tamē, & animam habens immortalem, & ijſdem à communi domino donis eſt honoratus. Si autem in maioribus & ſpiritualibus nobis compar humanam quandam & uilem excellentiam à nobis illa tam æquè fert: qua digni uenia nos eſſemus, qua tādem excuſatione, propter dei timorem philoſophari ualentes, magis uero nolentes, ſicut ille propter noſtri timorē? Hæc igitur omnia penſantes, & noſtra cogitantes peccata, & communem humanitatis naturam, ubiq̄ leniter loquí meditemur, ut humiles facti corde, requiem animabus noſtris inueniamus præſentemq̄ & futuram: quā ut omnes aſſequamur, fiat gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cū quo patri, ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperium & honor nūc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

B

DE IRA, HOMILIA XXX.

E TSI belli tempus nō eſt dilectiſſimi, fidutiæ tamen tempus ſemper eſt: ait enim, Loquebar in conſpectu Regū, & non confundebar. Si inter medios incidamus gētiles, ſic eos obmuteſcere faciamus abſq̄ ira, abſq̄ fæuitia. Nam ſi cum ira hoc faciamus, non iam fidutia, ſed animi uitiū eſſe uidetur: ſed ſi manſuete, hæc eſt uere fidutia: C non enim ſimul eſſe poſſunt meritum & delictū. Fidutia, meritum: ira, delictum. Oportet itaque nos, ſi fidutiam habere cupimus, ab ira mundos eſſe, ne quis illa cogitet uerba. Et ſi iuſta dicas cū ira, cuncta perdidiſti, ſiue fidutialiter agas, ſiue commoneas, ſiue quodlibet geras. Zelus enim uenia carens, non zelus, ſed ira potius eſt: & correctio humanitatem non habens, inuidia quædā eſſe uidetur. Vide beatum Stephanum non cum furore loquentem: non enim contumelioſe locutus eſt, ſed eos ſermonis prophetici commonuit. Quoniam enim non erat ira, cum male patiebat, tunc pro eis orabat dicēs: Ne ſtatuas eis hoc peccatum. Eis itaque non iraſcens, ſed pro eis dolens D & mœrens hæc loquebatur. Quoniam & aſpectum propterea dixit, quòd uiderunt faciem eius tanquam faciem angeli: ut credamus. Mundiſimus igitur corde. Non habitat ſpiritus ſanctus ubi furor: maledictus iracundus. Nihil ſani poteſt emanare unde procedit ira: ſicut enim in maris tempeſtate multus tumultus, clamor magnus, nec ibi quis philoſophādi tēpus habet: ita nec in ira. Si quid philoſophicum anima uel doceri, uel dicere debeat: opus eſt ſit prius in portu. Non uides, quemadmodū cum uolumus de quibuſdam neceſſarijs loq, loca tumultu libera obſeruamus, ubi quies, ubi trāquillitas, ne de propoſito exturbemur? Sed ſi exterior diſturbat tumultus, multo magis interior turbatio. Siue quis orat, incaſſum ira uexatus & cogitationibus orat: ſiue loquatur,

Pſal. 118

3. Reg. 1

Act. 7

quatur, rursum erit obnoxius risui: siue comedat, & ita quoq; siue non comedat, itidem lædit ur: siue bibat siue non bibat, siue sedeat, siue stet, siue uadat siue cubet. Nam & in somnijs tales concipiunt imagines. Quid enim horum non fuerit absurdum? Tristes oculi, os obtortum, labra mobilia & tumentia, lingua polluta, nemini parcens, mens in excessu posita, indecens habitus, tædij multum. Vide dæmonibus pressorum uultus, ebriorum & furentium. Quid inter se differunt? nónne furoris totum est? Quid enim si hoc ad tẽpus efficitur? Nam furens ad tempus premitur, hoc autem quid peius, quòd & se nõ confundun tur excusare? Nesciebam, inquit, quid dicerem. Et quare nesciebas hoc, cum sis homo rationalis? Rationem habens, irrationalium opera facis, tan quam effrenis equus furore correptus & impetu? Et excusatio quidẽ est accusatione digna. Vtinam enim scisses quæ dicebas. Iræ sunt, inquit, uerba, non mea. Quomodo sunt illius? Certe ires ira non habet, nisi sumat abs te: quale si quis dicat: Manus sunt, non mea, uulnera. Quid mãxime putas ira opus habere? nónne bellum & pugnam? Verum & illic si quid cum ira fiat, omnia perdita fuerint & perierint. Præcipue nanque pugnantes irasci non oportet, maxime contumeliã inferentes non oportet irasci. Et quomodo pugnandum est? Ratione, mãsuetudine. Pugna siquidem est ex contrario consistere. An non uides & hæc bella, lege, compositione, & temporibus definita? Ira nanq; nil aliud est quàm irrationalis impetus: irrationali uero rationale fieri potest nihil. Quoniã & hic talia loquebatur, & non irascebatur: & Helias dicebat: Quousq; claudicabitis utrisq; poplitibus uestris? & nõ irascebatur. Et Phinees iugulabat, & non irascebatur. Nam ira uidere non permittit, sed uelut in pugna nocturna colligans omnia, & oculos, & aures, sic operatur. Ab hoc igitur dæmone liberemur, eum corripiamus incipientem, sigillum pectori quasi quoddã frenum imponamus. Canis est impudens ira, sed legem audire discat. Si fuerit canis in grege tam ferus ut non obediat iubenti pastori, nec eius uocẽ agnoscat, omnia perdita sunt & corrupta: cum ouibus pascit, sed si oues gustauerit, inutilis est, & iugulatur. Sed si te discit audire, ale canem, utilis erit contra lupos, & contra piratas, contra latronum principem, non aduersus oues, nõ aduersus domesticos: si non audiat, omnia corrumpit: si cõtemnere didicerit, omnia perdit. In te mansuetudo non absumatur, sed ei custodiatur ira, & pinguis reddatur, & in tuto pasci curabit, si scelestas cogitationes & improbas absumat, si diabolum undiq; pellat: ita mansuetudo conseruat, cum improba nusquã affuerint opera. Ita uenerabiles efficimur, cum impudenter agere non discimus. Nihil enim ita facit impudentẽ, q̃ mala conscientia. Quare meretrices sunt impudentes? quare uirgines uerecũdæ? Nónne illę ex peccato? nõ hæ ex modestia? Nihil eñ tam impudentẽ facit, q̃ peccatũ: imò in contrariũ, inquit, cõfundit. Confundit eum quidem, qui seipsum condemnauerit: at eum qui frõtem perfricuerit, efficit procaciorem. Qui nanq; de seipso desperauit, efficitur audax: dicitur enim, Impius cum in profundum malorum uenerit, contemnit. Impudens autem etiam temerarius fuerit, temerarius autem & audax. Vides quõ mansuetudo consumitur, cum malæ cogitationes eam corroserint? Propterea talis est canis multum latrans. Est funda nobis & lapis, nostis quod dicitur: est & hasta nobis, & mandra, & stabulum. Cogitationes innoxias custodiamus. Si canis ouibus quidem aduletur, aduersus autẽ externos sæuiat & uigilet: hæc est canis uirtus, & licet esuriat, ex ouibus non gustare: & licet in saturitate sit, lupis non parcere. Talis est & ira, siue quis mordeat, ab humanitate non recedere: siue quiescat, aduersus malas insurgere cogitationes. Et proprium quidem & proximum non derelinquere, sed agnoscere, alienum autem & adulando lædere. Adulat frequenter diabolus, ut canis, Aduertas quòd alienus est: Ita nos quoq; uirtuti, licet tristitiam afferat, blandiamur: & à malitia, licet oblectet, auertamur: ne canibus peiores efficiamur, qui licet flagellentur & angantur, non recedunt: si uero alienus eos etiam pascat, ita quoq; tamen infestãt. Est utilis ira quandoque, sed cum aduersus alienos latrat. Quid est, Qui irascitur fratri suo sine causa? Est hoc, ne teipsum ulciscaris, neq; uindices. Si inimicum uideas pereuntẽ, manum porrige. Non etiam hoc ira est, cum propria fueris absolutus passione. Cepit Saulem David, nec iratus est, nec hasta transfixit hostem captum, sed diabolum ultus est. Moses cum alienũ quidem iniuriam inferẽtem uideret, occidit: cum uero proprium, non itidem, sed fratres quidẽ conciliabat, illos uero nequaquam. Mansuetissimus Moses, ut scriptura testatur, uide quàm solers erat: nos autem non ita. Sed ubi quidem exhibere mansuetudinem opus est, omnibus feris sæuiores sumus, minimè, prout opus est, in nobis posita disponentes. Propterea quidem in nullum meritum uita nobis est impensa. Et in supellectilibus quidem, si qua alius aliter utatur, omnia perdita sunt: si sumpto gladio, ubi eo sit opus uti & incidere, manu utatur, nihil proficiat: rursum ubi manu sit utendum, gladium adhibens, omnia perdiderit: Sic & medicus, ubi quidem sit incidendum non incidens, incidens autem ubi nõ incidendũ, omnia corrumpit. Propterea rogo, re pro tempore utamur. Iræ siquidem tempus nullum, cum nobis auxiliamur. Si uero sit opus alios corrigere, tunc ea præsertim oportet uti, ut alios eruamus. Non cernitis dæmonibus pressos, cum à uexatione requieuerint, quàm sint tristes, quàm mœsti, quanta sint eorum facies uerecundia plenæ, quomodo nec è contra respicere audeant? Inconuenientiam uide. Illi quidem de his quæ patiuntur, erubescunt: nos autem de his quæ gerimus, non confundimur. Illi quidem iniuriam patientes, uerecundiam sustinent, nos autem iniuriam inferentes, non erubescimus: licet illorum casus non pudore

Pſal.118 Act.7 3.Reg.18 Prou.13 Matt.5. 1.Reg.24.b

dore ſint digni, ſed miſericordia & fauore ac ue-
nia, & multa admiratiõe, & innumeris laudibus,
cum taliter impugnantem ſuſtinentes dęmonem
æquo animo ferãt: at noſtra uere riſu, uerecundia,
accuſatione, caſtigatione, pœna, ſupremis malis,
& gehẽna, nec ulla ſunt uenia digna. Vides quòd
dæmone peius eſt peccatũ? Et illi quidem ex his
quæ patiuntur, duplex lucrum lucrantur: unum
quidem, quòd corriguntur, & modeſtius agunt:
ſecundum uero, quod propriorum hic dãtes pec
catorum pœnas, ad dominum mundi tranſeunt.
Pro hoc eñ frequẽter locuti ſumus, quòd hic pœ
nas luẽtes, cũ æquo animo ferant, peccata multa
deponere credendum eſt. At ex peccatis duplí-
cia ſunt mala, unum quidem quòd offendimus:
ſecundũ uero, quòd peiores euadimus. Aduerti-
te, quæſo, quod loquor. Non hoc ſolum ex pec-
cato detrimentum ferimus, quòd peccamus: ſed
& aliud, quòd habitũ anima ſuſcipit, ſicut in cor-
pore. Per exemplum quod dicitur, reddetur ma-
niſeſtius. Sicut, inquam, febre correptus, non tan
tum hanc paſſus eſt moleſtiam, quòd infirmatus
eſt, uerum & quod poſt morbum iam erit imbe-
cillior, licet ad bonam ualetudinem ex longa re-
deat ægritudine: Sic quidem & in peccato, licet
ualeamus, etiam multa indigemus fortitudine.
Da mihi quempiam contumelioſum, licet contu
meliæ pœnas non dederit, & aliunde tamen lugẽ
dũ eſt, q̃ eius anima reddita ſit impudentior. Pec-
catorum enim quoq̃, & crimine patrato et tranſ-
acto, quoddam in anima noſtra uenenum reponi
tur. Non audis quoſdam dicentes cum bene uale
ant: Nondũ aquã audeo bibere? Atqui conualuit
quidem, ſed morbus et hoc intulit detrimentũ. Et
illi quidẽ male patientes gratias agunt, nos aũt re
bus utentes proſperis, blaſphemamus deum, &
indignamur. Plures enim in diuitijs & ſanitate
deprehenderis hoc faciẽtes, quàm in paupertate,
malaq̃ ualetudine. Ingruit enim dæmon, quaſi
uere tortor acerrimus multa dicens, tanquam pæ
dagogus quidam intendens lorum, non ſinens uſ
quam diffundi. Si qui uero nec prorſus uigilant,
nec illi dant pœnas, parum hoc curandum: tan-
quam ſtulti, tanquam furẽtes, tanquam pueri pœ
nas non exigunt: nemo nanque tam ęquus qui eo
rum quæ geruntur, imprudenter pœnas unquam
exigat. Multo peius itaque preſſis dæmonio ſu-
mus, qui peccamus, diſpoſiti. Sed nõ ſpumamus,
nec oculos contorquemus, nec manus. Vtinam
hoc in corpore pateremur, & non in anima. Vis
tibi demonſtrem animam ſpumãtem & immun-
dam? Cogita iraſcentes & ebrios ex ira. Qua ſpu-
ma non emittunt immũdiora uerba? Vere uelut
fœtidam ſaliuã emanant. Et ſicut illi præſentium
norunt neminem, ita nec hi, obtenebrata eis men
te, & oculis conuerſis, nõ amicum, nõ inimicum,
non uenerabilem, non contemnendum, ſed om-
nes ſimiliter aſpiciũt. Nónne uides eos tremẽtes,
ſicut & illos? At nõ humi ſternuntur. Sed eorum
anima iacet humi, & palpitans cadit. Si nanq̃ re-
cta ſtetiſſet, non paſſa fuiſſet ea, quæ paſſa eſt. An
non eſſe tibi uidetur animæ proſtratæ & propria
ſpoliatæ ſolertia, quæ faciũt & dicũt ebrij ira? Eſt
& alia furoris ſpecies difficilior. Qualis aũt hæc?
Cum nec iram dimittere ſuſtinent, ſed proprium
malum apud ſe nutriunt, mali memoriam quaſi
quendam tortorem. Ipſos enim primos occidit
mali recordatio, ut omittam futura. Quantum eſ-
ſe putas tormentum homini pręcordia percuſſo,
quotidie qualiter inimicum ulciſcatur conſide-
ranti? Priorem ſemetipſum punit & caſtigat, in-
tra ſeipſum tumens, aduerſus ſe pugnans & exar
deſcens. Nam neceſſe ſemper eſt apud te ignem
accenſum eſſe. Et febrim in tantum extendens
non ſinis deſiſtere. Et illi putans mali quippiam
inferre, teipſum ipſe conſumis, flagrantem ſem-
per & uigentem ferens flammam, nec animam
permittens requieſcere, ſed ſemper ſæuiens, &
in turbatione mentem habens & procella. Quid
hoc grauius furore, ſemper eſſe triſtem, & infla-
tum, & ſemper ardere? Tales enim ſunt mali me
moriam ſeruantium animæ. Cum eum, quem uo-
lunt ulciſci, uiderint, ſtatim conſternati fiunt: ſi
uocem audierint, concidunt, tremunt. Si lecto re
cubent, innumeras ſibi fingũt pœnas, ſuſpenden
tes, ſuumq̃ torquentes inimicũ: ad hæc uero, ſi be
ne ſe gerentem uiderint. O ultionem. Ergo pecca
tum ei dimitte, & à tormento temetipſum abſol-
ue. Quid manes ſemper ſupplicium ſuſtinens, ut
illũ ſemel punias & ulciſcaris? Quid ſtruis, teipsũ
ægritudine cõſumens? Quid iram animo tuo ex
ſolui uolentem cohibes? Nec ad ueſperam uſque
maneat, inquit Paulus: tanquam enim tabes quæ
dam & tinea, mentis noſtræ radicem corrodit.
Quam tuis uiſceribus feram includis? Satius eſt
anguem uel uiperam in corde tuo latere, q̃ iram
& rancorem. Illa namq̃ nos repente relinquunt,
hæc autem ſemper remanet, dentes infigẽs, infun
dens uenenum, graues adducens cogitationes.
Ne me derideat, inquit, ne me contemnat. Ho-
mo miſer & erumnoſe, non uis à conſeruo deri-
deri, ſed à domino tuo pateris odio haberi: nõ uis
à conſeruo cõtemni, ſed dominum contemnis, &
ab eo cõtemni non toleras? Deum aũt ægre ferre
non cenſes, quòd eum derides, quòd eum contẽ
nis, ei nolens obtemperare? Quòd autem te nũc
deridebit, inde manifeſtum erit. Itaq̃ ſi procedas
quidem, multum eſt riſus, contemptus multum,
puſilli ſiquidem opus eſt animi. Si uero dimittas,
admiratio multa, magni quippe fuerit hoc animi. Luc. 6
Neſcit, ingt. Sciat deus, ut maius habeas meritũ:
ait enim, Facite non ualentibus nobis retribue-
re. Et ita beneficium conferimus, in neque ſen-
tientes ſe beneficium accipere, ne nobis laudem
uel quodlibet retribuentes, nobis mercedem di-
minuant: cum enim ab hominibus nihil acceperi
mus, tunc à deo maiora recipiemus. Quid uero ri
ſu dignius? Quid anima ſemper iraſcente frigidi-
us, & euadere uolente? Muliebris hæc & puerilis
electio. Sicut eñ pueri & aduerſus inanimata ſo-
lent iraſci, & niſi mater pulſet pauimẽtum, irã nõ
ſedant: ita ſcilicet & hi, eos qui iniuriã intulerunt,

uolunt

uolunt ulcíſci. Igiť ípſi riſu ſunt digni. Ab ira nāq; teneri, puerilis eſt ſententiæ: at uincere, fortitudinis eſt. Non itaq; deridebimur, cum philoſophabimur, ſed illi. Non eſt contemptibilium hominū ab ira non uinci. Contemptibilium autem eſt, ita timere riſum extrinſecus, ut propterea capiātur, & proprio ſuccumbāt uitio, & deum offendant, ſeq; ulciſcantur. Hæc uerè riſu ſunt digna, hæc fugiamus. Dicat, quòd infinitis nos afficiens malis nihil ipſe paſſus eſt. Et dicat, quòd etſi iterum nobis conuiciaretur, non aliter uirtutem noſtrā prædicauerit. Nō alia quæſiiſſet uerba, ſi laudare nos uoluiſſet, q; hæc quæ dicit uituperare ſe putans. Vtinā omnes hæc de me dicerent, quòd frigidus homo ſim & ignauus. Omnes in eum cōtumelias iactant, ipſe uero patitur: omnes inſultant, at ipſe non ulciſcitur. Vtinam adderent: Neq; ſi uelit, poteſt, ut mihi laus ſit à deo, & non ex hominibus. Dicat, quòd propter frigiditatem non ulciſcitur. Nihil hoc nobis nocet, cum deus nouerit, ſed noſtrum in maiori cuſtodia theſaurum conſtituit. Si uelimus ad eos reſpicere, omnibus excidemus. Non quid dicant, ſed quid nos decet, conſideremus. Ne me derideant, inquit, & inſultent aliqui. O dementiā. Nullus mihi, inquit, iniuriam faciēs me deriſit, hoc eſt, euaſi. Et ex hoc quidem deride ri debes. Vnde hæc uerba, quæ pudoris ſunt & mortis, irrepſerunt, uitæ conuerſationiſq; noſtræ ſubuerſio? Contraria deo loqueris. Quod deo parem facit nō ulciſci, hoc riſum exiſtimas? Nō propterea digni ſumus, q; rideamur, & à nobiſmetipſis, & à Gentilibus, cum ita deo contradicamus? Volo quiddam apud antiquos geſtum cōmemorare, non de ira, ſed de pecunijs. Erat quidam locus theſaurum habens abſconditum: cum hoc ne ſciret dominus, locum alienauit. Qui emerat, cū perfoderet, ut agrum plantaret & excoleret, repoſitum inuenit theſaurum: cumq; ueniſſet ad uenditorem, ut theſaurum reciperet, cogebat: locum enim ſe dicebat emiſſe, non theſaurum. Viciſſim ille reſpuebat donum, dicens: locum uendidi, nec ullum in eum ius habeo: in quæſtionem uenerūt, unus quidem dare uolens, alter uero contendens ne reciperet. Et quendam conuenientes uirum diſceptabant, & poſtea dicebant ei: Cui debet attribui theſaurus? Ille uero ſentētiam nō protulit, dixit enim ſe quæſtionē ſoluturū & ſe poſſeſſorē futurū. Cumq; ſpōte cōceſſiſſent, innumera poſtmodum mala ſuſtinuit: & quòd meritò illi ab eo diſceſſiſſent, ipſa re didicit. Hoc & de ira fieri oportet, & nos cōtendere, ne ulciſcamur, & iniuriā operatos ut pœnas luant contendere: ſed hæc fortè riſus quidem eſſe uidentur. Cum enim amplius inſania dominetur, modeſti deridentur, & inter multos furentes non furens furere putatur. Propterea hortor reſipiſcere, & noſtri iuris fieri, ut ab hac pernicioſa peſte mūdati, cœlorū regno digni poſſimus à deo patre cenſeri, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria, poteſtas & honor, maieſtas & magnificentia, in ſecula, Amen.

Luc. 6

DE IRA, LONGANIMITATE ET MANſuetudine. Homilia XXXI.

AGNVM uerè quiddam eſt, chariſſimi, generoſus & ingens animus. Et propterea promptitudine nobis eſt opus; M ardore multo, animo ad mortem expoſito: alioqui non licet niſi cruci confixum, regnum aſſequi, ne noſmetipſos fallamus. Nam ſi pugnantes ſaluos eſſe non licet, delicijs & quæſtui uacantem, & abutentem, & torpentem in hac pugna magis oportet periclitari. An non eſſe putatis pugnam omnium pugnarum difficillimam? Non eſt nobis, inquit, colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem. Nam & prādentibus, & ambulantibus, & nos lauātibus adeſt hoſtis, nec ullum nouit inducіarū tempus, prēterq; ſomni ſōlum: quinimò tunc quoq; frequenter impugnat, & immūdas ingerens cogitationes, & ex ſomnijs impudentiores efficiens. Non uigilamus, nō expergiſcimur, non reſpicimus in poteſtatū nobis oppoſitarū multitudinem, non cogitamus quòd hoc ipſum eſt maximè infelicitatis noſtræ. Tot enim bellis obſeſſi, tanquam in pace delectamur. Credite mihi, peiora ſunt quæ nunc patimur his; quæ Paulus perpeſſus eſt. Eum illi lapidibus cædebant: ſed nunc accidit, ut uerbis lapidibus difficilioribus feriamur. Quid igitur? oportet quod ille fecit, etiam nos facere. Percutientes non odit, ſed eorum qui traxerant ſe, rurſum ciuitatem intrauit, tales operatos iniurias beneficijs affecturus. Si tu quoq; pertuleris contumeliarum autorē aſperum, indignè de te meritū, & tu lapidatus fueris: ne dicas enim, Iniuriam nullam intuli. Quid enim iniuriæ cōmiſit Paulus ut lapidaretur? Regnum annuntiabat, abducebat ab errore, ad deū ducebat. Hæc coronis digna ſunt, hæc prædicatione, hæc innumeris bonis, nō lapidibus. Verum tamen contraria paſſus, contraria faciebat. Hæc enim ſplendida uictoria. Et traxerūt eum, inquit, & te frequenter trahunt: tu uero ne iraſcaris, ſed prædica uerbū cum manſuetudine. Affecit te cōtumelia, tace & benedic, ſi potes. Et prædicaueris quoq; uerbum, humanitatem docueris, docueris manſuetudinem. Noui multos nō ita uulneribus dolētes, ſicut uerborū percuſſione: illam quidem plagā corpus excipit, iſtam anima. Sed ne doleamus, imò uerò dolorē paſſi perferamus. Nō uidetis pugnātes, qui cum in capite uulnerant, dentes cōprimentes, ita quiete dolores ſuſtinēt? Non opus eſt ſtridere dentes, nō opus mordere. Recordare domini tui, & ſtatim memoriæ medicamentū impoſueris. Recordare Pauli. Cogita q; tu qui percuteris, uiciſti, ille uerò q; percuſſit uictus eſt; & tu per hoc omnino ſanatus es. Momētū eſt: & totū illico pfeciſti. Ne ſimul abducaris, neq; mouearis, & totū extinxeris. Magna cōſolatio, propter Chriſtum aliquid perpeti. Non prædicas fidei uerbum, ſed philoſophię uerbū prædicas. At, inquies, quanto maiorē uiderit humanitatē, tanto magis urgebit. Igiť propterea doles, quoniam mercedem tibi maiorem accumulat? Sed inutilis

Act. 14. 21

efficitur, inquies. Hoc est proprie cõsideratio pusillanimitatis. Et aliter enim fit inutilis, etiã si ulciscaris. Si deus scisset, quòd inutiles fiãt iniusti, eò quòd ab eis ultio non sumatur: non hoc fecisset, sed dixisset: Teipsum ulciscere. Sed nouit, quòd aliter magis proficitur. Noli contrariã deo legem sancire, illi pare. Nõ es tu melior eo qui fecit nos. Ipse dixit: Contumeliam patiens æquè feras: tu dicis, Contumeliã refero, ne fiam inutilis: tu maiorẽ igitur illius curã geris. Hæc uitij sunt, & procacitatis, & superbiæ uerba, quæ deo contraria sanciunt. Nam licet etiã læderetur, nónne parere oportet? Cum quid deus iubet, ne nos contrariã feramus legem. Prou.15 Respõsio, inquit, succumbens auertit iras, non aduersans. Si tibi prodest, & illi prodest: si uero te debentẽ illum corrigere lædit, multo magis illum. Luc.4 Medice cura teipsum. Maledixit, tu benedic: cõuitiatus est, tu lauda: insidiatus est, tu bene merere: cõtraria ei retribue, si modo prorsus salutis eius prouidentiam geris, neq; iniuriam tuam uis ulcisci. At frequenter, inquis, longanimitatem nactus peior factus est: hoc nõ propter te, sed ꝓpter ipsum. Vis discere, qualia passus est Rom.11 deus? Ipsius altaria suffoderũt, prophetas occiderunt, & oĩa ferebat. Num supernè fulmen emittere poterat? sed postq; prophetas misit, & eos occiderunt, tũc misit filium: cum maiorem aggressi sunt impietatẽ, maioribus eos prosecutus est beneficijs. Et tu cum uideris exasperatum, magis cede: maioris enim hic furor indiget remedij. Quanto grauiores infert cõtumelias, tanto maioris indiget mansuetudinis. Et sicut febris cũ uehementer spirauerit, tũc eget cedente: sic & irascens. Bestiam, cum maxime efferatur, tunc fugimus omnes: sic & irascentem. Hócne honorem esse censes, quòniam & bestiam honoramus & furentes, cum declinamus? Nequaquam. Nota magis hæc est contumelia: imò uero neq; nota, neque contumelia, sed misericordia & humanitas. Non cernis nautas, cum uehemens uentus spirauerit, uela demittentes, ne submergatur nauigiũ? Equos, cum in campũ delati sessorem abripuerint, à sessore non retrahi, ne uires incassum exhauriat? Ignis est ira, flamma est uelox, indigens materiæ: Igni fomitem ne præbeas, & statim malum extinxeris. Non habet ex se fortitudinem ira, nisi sit alter qui nutriat eam. Nulla tibi est excusatio. Ille furore tenetur, & nescis quid agat: tu conspiciens eũ, cum in eadem incideris, nec ex illo fueris correctus, quam ueniam sperabis? Si quem in conuiuio constitutus ab initio uideris ebrium & turpiter agentem, nõne multo magis post illum inebriatus uenia fueris indignus? Itidem & hic, quã excusationem esse putamus, dicẽdo scilicet, Ego non cœpi: hoc contra nos est, quòd nec illum cõspicati, sumus correcti. Vt si quis diceret: Ego prius non interfeci: propterea nanq; puniri dignus es, quoniam nec exemplum intuitus temetipsum coercuisti. Si uideris uomentem ebrium, distrahi, dissipari, oculos habere distentos, immunditia mensam implere, omnes eum fugere, & postmodum in eadem incidas: num eris magis odiosus? Talis est & irascens, imò uero uomẽtis uenas intendit, oculos inflãmat, distrahit intestina, uerba multo illis immũdiora cibis eructat, indigesta loquitur omnia, elaboratũ nihil: nõ enim ira permittit, sed sicut illic humorũ immoderatio stomachũ uexans, ut plurimũ, omnia eijcit: itidem & hic immodicus feruor animã uexãs ea tegere quæ tacere bonũ est, nõ permittit. Sed effabilia dicit, & ineffabilia, non audientes, sed seipsum dedecorans. Sicut igitur à uomentibus fugimus, sic & ab irascentibus: puluerem eorum inijciamus uomito. Quid agẽtes? tacẽtes, canes uocemus, ut ipsa deuorent uomita. Noui, quòd audientes nauseã patimini: sed cũ hæc fieri uidetis, hoc uolo uos tunc pati, nõ aũt super facto delectari. Cane sordidior est contumelijs gaudens, qui reuertitur ad uomitum suum. Nam si postquam semel euomuit, destitisset, non esset par illi: si uerò rursum eadem uomit, manifestum est quòd eadem comedit. Quid itaq; tali magis abominabile? Quid autẽ illo sordidius ore, quòd tales cibos manducauit? Atqui hoc est opus naturæ, illud uerò minime: imò uerò & hoc præter naturam, & illud. Quomodo? Non enim secundum naturam est, temere contumeliam inferre, sed præter naturam. Nihil igitur ut homo loquitur, sed hæc quidem ut fera, hęc autem ut furens. Sicut enim corporum morbus est præter naturam: similiter & hoc. Et quoniam præter naturã est, si in eo moratur diu, paulatim moritur: in eo uerò, quod iuxta naturam est, diu commorans non perit. Mallem cum homine cœnum edente mensam communicare, quàm cum talia loquente. Non cernitis porcos stercus mandentes? sic & isti. Quid enim fœtidius uerbis, quę cõtumelioſi loquũtur? Studium eis est nihil sanum eloqui, mũdum nihil, sed si quid turpe, si quid deforme, hoc tam facere q̃ dicere: & quod grauius est, alios se confundere putant, cum seipsos dedecore magis afficiant. Quòd enim sibi dedecus inferãt, inde manifestum est. Ne nanq; mihi falsa dicentes proponas: sed sit quæpiam publica meretrix, uel scenicus alter, & cum aliquo pugnam faciat, huic ille postmodum hæc proferat, & ille rursum similiter: quis magis ex uerbis contumeliam passus est? Ille quidem audiuit quæ habebat, hic autem quæ nõ habebat. Igitur illi quidem nil amplius actum ad confusionis sermonem, huic autẽ multa uerecundiæ accessio. Sed sint negotia quædam rursum occulta, & solus iniuriã inferens nouerit. Postea pridem tacens contumeliam ostentet. Nam & ita maiorem hic passus fuerit cõtumeliam. Quomodo? malitiæ factus est præco, nõ habentis conscientiam, infidelis subiens infamiã, & statim omnes uidebit accusantes. Si eñ cædis cõscius esset, omnia oportebat exhausisse. & hunc quidem tanq̃ nec humanitatis participem auersantur, odio habent, feram esse testantur, sæuã & immitem: huic autem magis parcunt, quàm illi. Non enim tantum odimus habentes uulnera, q̃ ea reuelare conantes & ostendere. Itidem & hic affe-

Ephe.4

affecit contumelia non illum solum,uerum & se- A
ipsum,& audientes,& communem hominũ natu
ram:perculit auditorẽ,nec ullo prosecutus est bo
no:propterea Paulus ait: Si quis sermo bonus ad
Ephe.4 ædificationẽ,ut det gratiam audientibus. Lauda
tricem linguam habeamus, ut amabiles simus ac
desiderabiles.Sed iam ad id malitiæ omnia deue-
nerunt,ut quæ celare oportebat,in his multi glo-
rientur.Quæ nãq; multi minantᷣ, talia sunt. Non
possum ferre linguam meæ, inquit, uxoris: uer-
ba anus ebriæ se deformantis:eorum qui per fo-
rum trahuntur.Nihil his turpius uerbis, ignauius
nihil,nihil muliebrius, in lingua potentiam habe
re, in conuicijs iactandis altum sapere: sicut qui
conducuntur in pompis,sicut mimi,parasiti & af B
sentatores,porci potius quàm homines sunt, qui
cunq; super his gloriantur,cum opus esset sub ter
ra se obruere:cum opus,inquam,si quis alius atte
status ista fuisset, fugere testimonium, tanquam
inimicum,neque uiro dignum. Contumeliarum
præco factus es,sed audientem male nihil offen-
dere poteris.Propterea uos hortor,ut cogitantes
quanta sit malitia, quòd in his gloriantur multi,
reuigilemus,corrigamus ita furentes: hæc ex ciui
tate conciliabula tollamus,nobis linguam orne-
mus,& ab omni liberemus detractione: ut à pec-
catis purificati,supernam possimus allicere bene
uolentiam, & diuina digni misericordia censeri,
gratia & miseratione ipsius unigeniti, cum quo
patri, simul & spiritui sancto gloria, potestas &
honor,maiestas &c. C

DE ELEEMOSYNA ET MISERI-
cordia. Homilia XXXII.

PVS est ubiq; fide,charissimi.Crucem
enim uitæ fontem esse dicunt, quod
O mens haud facile susceperit: attestan-
tur etiam nunc deridentes Gentiles.
At cogitationum infirmitatem supe-
rans fides id facile suscipit & retinet. Vnde uerò
deus ita mundum dilexit? Ex nulla quidem alia
re,sed ex charitate sola. Reuereamur eius itaque
charitatem,miserationis excessum erubescamus.
Ipse nanq; nec unigenito pepercit propter nos,
nos autem & pecunijs parcimus contra nosipsos.
Ipse & legitimum pro nobis filium tradidit: nos
uerò nec argentũ propter eum cõtemnimus, sed D
neq; propter nos.Et qualiter hæc uenia fuerint di
gna? Verũ si hominẽ pro nobis pericula & mor-
tes passum uiderimus, omnibus quidẽ præponi-
mus,& amicorũ primis connumeramus, & ei no
stra tradimus omnia,& ipsius magis q̃ nostra di-
cimus esse, nec ita dignã ei retributionẽ nos ero-
gare censemus:erga Christum uerò nec hanc gra
titudinis mẽsurã obseruamus. Sed ille quidẽ pro
nobis animã posuit, & pretiosum sanguinẽ pro-
pter nos effudit,qui nõ eramus amici: nos autem
neq; pecunias propter eum effundimus, sed eum
despicimus nudũ,& peregrinum pro nobis mor-
tuum. Et quis nos à futura pœna liberabit? Nisi
nanq; deus,neq; nos, sed nosipsos damnaremus.
Non ergo contra nosipsos sententiã tulimus, nõ
ergo gehẽnæ nosmetipsos igni dãnauimus, eum
qui pro nobis animã posuit, despicientes esurien
tẽ? Et quid dico pecunias? Nonne si innumeras
haberemus animas,omnes oportuerat pro eo po
nere? Atqui nec ita q̃q̃ beneficio dignũ feciss̃e-
mus.Ipse nanq; prior benefaciens manifestã exhi
bet bonitatẽ. At qui beneficiũ accepit, quicquid
retulerit,debitũ reddit, non meritum confert: &
maximè cum ille qui cepit, inimicis benefeceriti
& qui retribuit,in benefactorem data cõferat, &
ipse rursum eis fruatur.At nos nec ista trahũt: sed
oĩbus ingratiores sumus, seruis quidem & mu-
lis,& equis,torques aureos circumponentes, do
minũ uero nudum circumeuntem,& fores ex fo-
ribus mutantẽ, & semper in exitibus morantem,
& manus porrigentẽ despiciẽtes, frequenter aũt
& toruo respiciẽtes oculo, licet & hoc ipsum pro
pter nos patiatur.Libenter eĩ esurit, ut tu pasca-
ris:& nudus circumit, ut incorruptiõis indumẽti
tibi præbeat occasionẽ:sed nec ita uestrorũ aliq̃d
erogatis.Sed uestimentorũ hæc quidem iacẽt ti-
neis esca:hæc autẽ arcæ sarcina, superfluaq; possi
dentib.cura. Qui uero ista, cæteraq; dedit oĩa,
nudus errat. Sed in arcam ipsa nõ reponitis, sed
ipsi uos circũamicientes ornamini.Et quid uobis
ex his amplius? ut forensiũ turba uos spectet? Et
quid hoc? Non enim his amictũ admirabuntur,
sed eum qui indigentibus largitur. Itaq; si uis in
admiratione haberi,alios potius induens, infini-
tos assequeris applausus. Tunc & ipse deus te cũ
hominibus laudabit: nunc aũt laudabit quidem
nemo,at oĩes inuidebunt, corpus quidẽ cernen
tes ornatũ,animam uero neglectã habẽtem. Hic
& meritorijs mulieribus est ornatus, at & pretio-
siores apud eas frequẽter,& pulchriores sunt ue-
stes.Animę uero ornatus penes eos est solos,qui
cum uirtute uiuunt. Hæc continue dico neq; di-
cere desinam, non tam pauperum,quàm anima-
rum curam gerens uestrarum.Illis enim, etsi nõ à
uobis,aliunde tamen erit aliqua consolatio. Et si
nulla prębeatur consolatio,& fame consumãtur,
non magna fuerit eis iactura. Quid Lazaro no- Luc.16
cuit paupertas,& fame tabescere? A gehenna ue
ro uos eruet nemo,nisi à pauperibus auxilium se
quamini.Sed eadem diuiti dicemus, qui cõtinuo
quidem torretur, nunc̃q; aũt consolationẽ nanci-
scitur.Sed ne accidat, ut quis hæc unquam audi-
at uerba, sed in Abrahæ sinum migremus. Sicut
enim spina undecunq; capiatur, tenentem pun-
git:sic & secularia undecunque detineas, ample-
ctentem se,uel fouentem contristant. Spiritualia
uero nõ eiusmodi, sed margaritæ cuidam similia
sunt, unde si aduertas, oculos delectãt.Exempli
gratia: Fecit aliquis eleemosynam, non tantum
futurorum spe pascitur, uerum & prẽsentibus bo
nis exultat,semper cõfidens, & oĩa cum multa
faciẽs fiducia, malam superauit concupiscẽtiam.
Et ante regnũ iam hic fructum accepit, dum lau-
datur, dum admirabilis habetur ante cæteros o-
mnes à propria conscięntia. Et bonorum operum
quodlibet est eiusmodi:sicut uicissim mala & hic

ante

ante gehennam cõscientiam torquent. Et si futura posť peccatum mente conceperis, pauidus & tremens, licet nullo puniente apparebis: siue præsentia, multos habebis inimicos, & cum suspicione uiues, neq; poteris iniuriæ iam autores respicere, imò uerò nec immunes iniuriæ. Non enim tantum ex eis capimus uoluptatis, quantum tristitię, conscientia semper increpante, externis hominibus condemnantibus, irascẽte deo, gehenna nos absorbere parante, cogitationibus nunquam requiescentibus. Graue liquidem, graue, inquam, & onerosum est peccatum, & omni plumbo ponderosius. Qui igitur illud senserit, neq; nimiũ sursum aspicere poterit, licet multum sit insensatus. Profectò sic & Achab, licet esset admodum impius, postquã hoc sensit, deorsum inclinatus ambulabat cõtritus & angustiatus: & propterea sac cum induerat, & lachrymarũ effundebat fontes. Hoc si nos faciamus, &, sicut ille, lugeamus: peccata, sicut Zachæus, exuemus. Sicut enim in corporibus, & in fistulis, nisi prius quis humorem influentem sistat, & uulnus tergat, quotquot impo suerit medicamenta, mali fonte nõ obstructo, incassum omnia facit: itidem & nos, nisi manum auaritiæ cohibeamus, & hanc improbã distillationem corripiamus, licet demus eleemosynam, nequicquam omnia facimus. Curatum enim per se auaritia percurrẽs dissoluit, & examinat, & peius quàm prius afficit. Desinamus igiť rapere, & ita misericordiam impendamus. Sed si nos in præcipitia ferimur, quomodo poterimus respirare? Etenim si quis casurum supernè traheret, quod facit eleemosyna: alter autẽ infernè retraheret, nil erit amplius ex huiusmodi certamine, q̃ hominem distrahi. Ne hoc itaq; patiamur, néue premente nos deorsum auaritia, nobis eleemosyna relictis abeat, releuemus nosipsos, & euolemus, ut per malorum fugam, & bonorum operationem cõsummati, bona consequamur æterna, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor, maiestas & magnificentia, in secula, Amen.

3.Reg.21.g

Luc.19.b

Esa.1.e

QVOD ARS EST ELEEMOSYNA, & omnium artium quæstuosissima. Homilia XXXIII.

IA charissimi prius dicta resumamus, & hodie ostendamus qualiter est ars omnium artium quæstuosissima eleemosyna. Si enim artis est proprium ad aliquam utilitatem peruenire, eleemosyna uerò nihil est utilius: clarum est profectò, quòd & ars, & omnium est artium optima. Non enim nobis conficit calceamenta, neq; uestimenta contexit, nec has luteas domos ędificat: uerum & æternam ministrat uitam, ex mortis manibus eripit, & in utraq; uita claros exhibet, & mansiones ædificat in cœlis, & æterna parat illa tabernacula. Hæc lampades nostras non sinit extingui, nec sordidis indutos uestibus in nuptijs uideri: sed lauat, & niue mundiores reddit. Si nanq; fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbunť. Non sinit nos eo decidere, ubi diues ille: nec audire uerba tremenda, sed in Abrahæ sinus deducit. Et artium quidem secularium unaquæq; unũ habet, quod accepit, meritũ. Verbi gratia, Agricultura pascit, textoria uestit, imò uerò nec hoc ulla potest à semetipsa uobis conferre. Et si libet, agriculturã examinemus primã. Nam nisi cu soriã habuerit, à qua ligonẽ & uomerem, falcem, securim & alia plura mutuetur: & carpẽtariam, ut aratrum pãgat, & iugum paret, & plaustrũ, ut spicas excutiat: & coriariã, ut & lorũ faciat: & ædificatoriam, ut & arantibus tauris stabulũ ædificet, & serentib. agricolis domũ: & succisoriã, ut ligna secẽtur: & pistoriã: post hæc omnia nusquã apparebit. Similiter & textoria, cũ aliquid faciat, multas secũ artes cõuocat, ut proposita secum expediãt: quòd si nõ accesserint, & manũ porrexerint, hæc quoq; similiter ut illa remanebit inops. Et artiũ quæq; alterius indiget artis. Cum autem oporteat misereri, nihil aliud nobis opus est, sed sola uoluntas est necessaria. Quòd si dicas, quòd pecunijs opus est, & habitationibus, & uestimentis, & calceamẽtis: illa lege Christi uerba, quæ de uidua dixit, & ab angustia desiste: licet ualde sis pauper, & mẽdicantibus pauperior, si duo minuta contuleris, totũ expleśti. Et si des panẽ, eum habens solum, ad perfectionem artis ueneśti. Hanc itaq; suscipiamus artem & scientiã, & obeamus. Melius enim est hãc scire q̃ esse regem, & diademate coronari. Non enim est hæc sola eius præcellentia, quòd aliarũ non indiget, uerũ & diuersarũ rerum est expeditoria, & multarũ quidem & omnigenarum. Domos emẽ ædificat in cœlis semper mansuras, & qui se consecuti fuerint, docet quemadmodum immortalem fugiant mortem: & tibi thesauros donat, qui nunq̃ absumũtur, sed omne damnum effugiũt, tam à latronibus, q̃ à uermibus & tempore. Si quis circa frumentorum conseruationem hoc solum te docuisset: quid nõ reddidisses, ut inabsumptum multos annos posses conseruare frumentum? Ecce autem hæc non in frumento tantum, uerũ & in omnibus docet, & quomodo parta, & anima & corpus indiminuta conseruẽtur, ostendit. Et quid opus est omnia particulatim dicere artis huius merita? Hæc nãq; te docet, quomodo possis deo similis fieri, qd̃ est omnium summa bonorũ. Vides quomodo non unũ huius est opus, sed multa? nõ alterius indigens artis domos ædificat, texit uestes, inabsumptos parat thesauros, facit ut mors superet̃, diabolum cohibet, deo reddit similes. Quid igiť hac arte fuerit utilius? Nã alię quidem cũ dictis, & cum prędenti soluuntur uita, & morbo laborantibus artificibus nusquam apparent, & earum opera durare non possunt, & laboris indigent, & tẽporis multi, & aliorũ mille: hæc autem cum mũdus præterierit, maxime tunc apparet: cum fuerimus mortui, maxime tunc coruscat, & opera monstrat à se gesta, nec laboris indiget, nec alterius huiusmodi cuiuspiam operationis: uerũ & ægrotante te fructum affert, & annis cõfecto, & ad futurã tecum uitam

Luc.1

Luc.21.d

emigrat

emigrat,nec unquam te deserit. Hæc & sophistis & oratoribus te potẽtiorem efficit. Nam illi quidem in suis præcellentes artibus multos habent æmulos:hac autem pollentes infinitos habẽt pro se orantes. Et illi quidem hominum assistunt tribunalibus, iniuriam patientibus exhibentes patrocinium,at & frequenter iniuriam facientibus: hæc autem Christi adstat tribunali,non tantũ patrocinans,uerum & ipsi persuadens iudici, ut reo patrocinium præstet,& pro eo sentẽtiam ferat:& licet millies peccauerit,coronat,& uictorem promulgat:ait enim,Date eleemosynam, & omnia erunt mũda.Et quid de futuris loquor? In præsenti uita si homines interrogemus, quid malint, sophistas se esse magnos & oratores, an eleemosynarios & humanos? audies eos secundũ eligẽtes: & meritò.Sublata nanq; dicẽdi facultate,uita nihil lædetur.Nam & ante hanc multum stetit temporis.Sed si misericordiam auferes, omnia transibunt & perierint. Et sicut mare nõ potest nauigari,portubus & stationib. obrutis: ita nec hæc uita constare,si misericordiam & ueniã tollas ac humanitatem. Quamobrem non tantum eam rationi deus mandauit, uerum & multas ipsius partes insperſit naturæ tyrannidi. Sic & filiorum patres miserentur, ita matres, ita parentum geniti. Nec uerò tantum in hominibus, uerũ in omnibus brutis:ita fratrum fratres, & consanguinei, & necessarij,sic hominis homo. Habemus eñ aliquid ad misericordiam inclinatum & à natura. Et propterea pro patiẽtibus iniuriam indignamur,& iugulatos cernentes flectimur,& lugentes aliquos uidentes lachrymas impendimus. Quoniam enim id uult deus præstari,naturam ad hoc multũ conferre mandauit, ostẽdens quòd hoc est sibi ualde gratum. Hæc itaq; cogitantes, & nosipsos, & filios,& necessarios,in eleemosynę disciplinam ducamus.Et hoc super omnia discat homo, quoniã & hoc est homo. Magnũ enim homo, & pretiosum uir misericors. Itaq; nisi hoc habeat, esse desiit homo.Hoc sapientes præstat. Et quid admiraris,si hoc est deus,& hoc homo? Ait enim:Estote misericordes,sicut pater uester. Discamus itaque misericordes esse omniũ causa, maxime quoniã & nos multæ indigemus misericordiæ, & neq; ui uere putemus per id tẽporis,quo nõ misereamur. Eleemosynam aũt dico ab auaritia puram:nam si suis contentus,& alijs non impertiens,nõ est misericors:aliena rapiẽs quomodo misericors? Nõ est misericors profectò, licet infinita largiat. Nã si proprijs frui simpliciter,est inhumanitatis, multo magis alios expilare.Si qui nullã patrarunt iniuriam,quòd non communicauerint,puniuntur: multo magis qui rapiunt aliena. Ne hoc itaq; dicas,quòd alius iniuriam passus est, & alius misericordiam accipit:hoc enim graue est. Oportebat enim iniuriam patientẽ ipsum esse,cui misericordia præstaretur.Nunc autẽ alios uulnerans, quos nõ uulnerasti curas, cum illos opus sanare prius fuisset, uel potius neq; uulnerare. Humanus eñ est,non qui uulnerat & curat, sed ab alijs percussos fouens. Tuis igitur malis, nõ alienis medere. Vel potius neq; uulneres, neq; prosternas (hoc enim proterui est) sed ꝓstratos suscita: nec enim eadem misericordiæ mensura potest auaritiæ malum curari.Nam si obolum usurpaueris,non obolo uicissim opus est ad eleemosynam,ut exauaritia uulnus tollas,sed talento. Propterea fur cõuictus quadruplum erogat. Furante uero peior rapiens.Sed si illum pendere quadruplum oportet eorum,quæ furatus est: rapientem opus est decuplum,& multiplũ exoluere.Et optabile sic quoq; iniuriam delere posse. Nam neq; tunc eleemosynæ fructum accipiet.Propterea Zachæus: Reddam, inquit,si quid aliquem defraudaui, quadruplum:& dimidium bonorum meorũ dabo pauperibus.Quòd si in lege quadruplum oportet dare, multo magis in gratia:Si furantẽ, multo magis rapientẽ. Nam præter iacturã hic est & multũ contumeliæ.Itaq; si des & centuplũ, nondũ totũ erogaueris. Vides quòd non frustra dicebã, quòd si uel obolũ rapueris,& talentũ reddas, uix ita quoque resarcis:sed si hoc faciens uix satisfeceris, ordinẽ conuertens, & rapta quidẽ integra substantia,pauca quędam exoluens, nec ijsdem qui sunt iniuria affecti,sed alijs eorũ loco: quã habebis excusationẽ? quam ueniã? quam salutis spem? Vis nosse quantum ita miserẽs admittas peccatũ? audi scripturã dicentẽ: Sicut qui occidit filium coram patre,ita qui offert sacrificiũ ex pecunijs pauperum.Hanc itaq; comminationẽ mente scribentes abeamus, hanc in parietibus, hanc in manib. hanc in cõscientia,hanc ubiq;, ut uel hic timor in nostris uigens cordibus, manus nostras à quotidianis cohibeat cædibus.Cæde nanq; peior est rapina,paulatim pauperem deuorãs:ut ab hac itaq; mundemur ægritudine, hæc & in alterutrum, & nos meditemur. Sic enim ad misericordiam erimus proniores. Hæc itaq; cogitantes charissimi, respiciamus tandẽ quandoq; & reuigilemus.Iam enim ipse confundor, amplius differens de eleemosyna,eò quòd frequenter de hac materia uerba fecerim,& nihil dignum effecerim admonitione.Nam factũ quidem est aliquid melius, sed nõ tantum,quantum ipse uolebam. Vos nanq; seminantes quidẽ uidemus, sed non larga manu:propterea timeo,ne & parce metatis. Quòd eñ parce seminamus,indagemus,si placet,utri sint in ciuitate plures,pauperes,an diuites: & q neq; diuites,neq; pauperes,sed medium habentes locum? Verbi gratia: Decima pars est diuitũ, & decima pauperum nihil penitus habentium, reliqui uero mediocres sunt:diuidamus igitur in egenos ciuitatis multitudinem,& quantum opprobrij sit,uidebitis.Vehemẽter enim diuites pauci, post eos uero multi:pauperes aũt hismulto paucíores. Verumtamẽ cum tot sint qui pauperes alere possint, multi dormiunt esurientes, non quod habentes eis facile satis facere nequeant:sed propter multã eorum duritiam & inhumanitatem. Nam si diuites,& qui sunt sequentis sortis, panes & uestes indigẽtibus impertirẽt, quinquaginta uel & centũ

uiris

Luc.11.f

Luc.21.d

Luc.19.b

Eccl.4.d

uiris uix unus forte contingeret. Et tamen in tanta ſubuenire ualentium copia conſtituti quotidie conqueruntur. Et ut eorum diſcas inhumanitatẽ, unius ultimorum diuitum, & non ualde locupletum habens prouentum eccleſia, quot per ſingulos dies uiduis ſufficiat, quot uirginibus, cogita. Nam ad trium milium aſcẽdit numerum earum catalogus, & præter has, quot carcerem habentibus, quot in xenodochio laborantibus, ſanis, & peregrinis, corpora habẽtibus mutilata, altari aſſidentibus, & uictus, & ueſtitus cauſa ſimpliciter quotidie accedẽtibus: & nihil ei de ſubſtantijs diminutũ eſt. Itaq; ſi decem dũtaxat uiri ſic erogare uoluiſſent, nullus eſſet pauper. At inquiũt: Quid debent filij noſtri excipere? Sors remanebat, & B prouentus rurſum maior fiebat, cum theſaurizarentur eis in cœlo poſſeſſiones. Sed nõ uultis ita, ſaltẽ ex dimidio, ſiue ex tertia parte, ſiue ex quarta, ſiue ex decima. Per dei nãq; gratiam decem ciuitatum pauperes noſtra poſſet alere ciuitas. Et ſi uultis, horum aliquam faciamus rationem: imò uerò neq; ratiocinatione opus eſt. Per ſe nãq; patet rei facilitas. Reſpicite igitur in ciuilia miniſteria, quantũ ſola domus impendere quandoq; nõ dubitauit, ſed nec ad minimũ impendium ſenſit: quod ſi diuitum quiſq; uoluiſſet in pauperes erogare, breui temporis momento cœlum rapuiſſet. Quæ foret itaq; uenia? quæ excuſationis umbra? cum nec à quibus oñino ſeparari debemus hinc migrantes, hæc indigentibus cum tanta commu nicemus largitate, cum quãta ſcenicis alij, & hæc C cum tantũ ex his lucrari debeamus? Oportebat eñ etſi ſemper hic eſſemus, neq; ſic pulchrę huic impenſæ parcere: cum aũt paulo pòſt hinc abducamur, & omnibus abripiamur nudi: quam habebimus defenſionem, nec ex prouẽtibus miniſtrãtes eſurientibus & laborantibus? Nec enim cogo te patrimonium diminuere, non quòd nolim, ſed quoniã te ualde torpentẽ uideo. Non hoc itaq; iubeo, ſed ex fructibus expẽde, nihilq; theſaurizes. Satis eſt tibi, tanquam ex fonte prouenientibus affluentes habere pecunias. Participes fac pauperes, & bonus ſis diſpenſator eorum, quæ à deo tibi data ſunt. Sed tributa, inquit aliquis, erogo: igitur propterea negligis, quoniã hic exigit nemo? Et illi quidem, licet terra non ferat, accipiẽti cum D neceſſitate, & extorquenti contradicere non audes: tam uerò miti, & tunc tantum cum terra fructum tulerit petenti, ne uerbo quidem reſpõdes. Et quis te ſupplicijs intolerabilibus illis eripiet? Non erit quiſquã. Si enim quoniã illic non dantẽ omnino ſequet difficilis ultio, ꝓpterea circa erogationem ſtudioſus es: cõſidera quòd hic & difficilior, non ligari, nec in carcerem conijci, ſed in ignem præcipitari ſempiternum. Hæc igitur ante oñia ſoluamus tributa, oñibus ex cauſis. Multa nanq; facilitas eſt, & maior merces, & quæſtus amplior: & ingratos ſe præbentibus peius ſuppliciũ. Nam pœna nos excipit finem non habens. Si uerò milites mihi dicas pro te Barbaris repugnãtes, ſunt & hic caſtra pauperũ, & bellum, in quo A pro te pauperes pugnãt. Cum eñ ſtipendiũ acceperint, orãtes tibi deũ faciũt propitiũ: propitium autem facientes, pro Barbaris dęmonum inſidias repellunt: neq; ſinunt uehementer infeſtũ eſſe malignum, neq; ſemper irruere, ſed ipſius ſoluũt potentiã. Hos itaq; conſpiciens milites quotidie ꝓ te cum diabolo precibus & orationibus pugnantes, à temetipſo pulchrum iſtud tributum exige, illorum alimenta. Nam cum ſit hic rex mitis, non dedit eos tibi qui exigerẽt, ſed uult uolẽtẽ erogare: & ſiue paulatim eroges, accipit: ſiue per multum temporis indigens, reponas, non habentem non urget. Ne uerò longanimitatem eius contemnamus, ſed theſaurizemus nobis non iram, ſed ſalutem: non mortem, ſed uitam: non pœnam & ultionem, ſed honores & coronas. Non eſt hic da re mercedem tranſmiſſionis eorum quæ pendun tur. Non eſt hic opus res in argentum redigẽtes laborare. Si cõferas, in cœlũ ea dominus ipſe trãſportat, ipſe tibi quæſtuoſiorem reddit negotiatio nem. Non eſt hic neceſſe depoſitorũ tranſportatorem inquirere. Tantum eroga, & ſtatim aſcendunt, non ut alij milites alantur, ſed ut tibi multo cum lucro maneant. Hic quidem quæcunq; dederis, recipere nõ licet: illic uerò cum multo rurſum honore recipies, & maiora lucraberis, & ſpiritualiora lucra. Hæc quæ hic erogas, illic ſunt repetitio, mutuũ, & fœnus & debitum. Nam chirographa tibi deus fecit. Ait enim: Qui miſereẽ inopis, Prou. 19.c fœnerat deo. Arrabonem tibi dedit & uades, & hæc cum deus ſit. Quem arrabonem? Præſentis uitæ ſenſibilia, ſpiritualia futurorum primordia. Quid itaq; differs & torpes, cũ iam tanta receperis, & tot expectes? Quæ nãq; accepiſti, ſunt iſta: Corpus tibi formauit, animam ipſe intulit, honorauit te ratiõe ſolum ex animalibus terrenis: omnium tibi uiſibiliũ uſum cõtulit, ſui præſtitit ſcientiam, pro te tradidit filium, baptiſma tot plenũ bonis donauit, ſacram tibi dedit menſam, regnũ promiſit, & arcana bona. Cum igiẽ tot acceperis, tot itidem accepturus (iterum enim idem referã) circa pereũtes pecunias puſillanimiter agis. Et quã habebis ueniã? Sed filios omnino ſpectas, & propter hos retrocedis: quin & illos tales doce quæſtus lucrari. Nam ſi tibi foret argentũ mutuatum, & uſuras pariens, & inſuper debitor eſſet gratus, multo magis eligeres filio pro auro relinquere, ut ei multi prouentus adeſſent, neq; cogeretur circumire, & alios quærere mutuum accepturos. Et nunc hoc filijs da chirographum, & deum relinque debitorem. Tu autem agros quidem nõ uendis & das filijs, ſed permittis ut reditus maneat, & pecuniarum ſuperabundantia maior eis hinc fiat. Hoc autem chirographum omnibus agris & redditibus locupletius, & tot afferens fructus relinquere uereris. Quãtæ uero foret hoc fatuitatis & dementiæ? & hęc cum noueris: quòd ſi hoc eis relinquas, & ipſum ipſe rurſum accipiens frueris. Talia nãq; ſunt ſpiritualia, multã habent largitatem. Ne mẽdicemus, nec inhumane nos & crudeliter geramus, ſed hãc pulchrã exerceamus negotiatio-

Matt. 2
c

tiationē,ut & nos ea recepta migremus,& noſtris eam filijs relinquamus, & futura conſequamur bona, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

QVOD OPORTET MVLTVM CIRCA Dei deſiderium ſtudium habere: & de eleemoſyna, Homilia XXXIIII

VARVM es ô homo pecuniarum diſpenſator, nō minus q̄ꝑ qui eccleſiæ bo
T na diſpenſat. Sicut igit̄ ille poteſtatem non habet, ea quæ propter pauperes à uobis erogantur, temere, & ut caſu uenit diſpergēdi, quoniā in pauperū data ſunt alimentum: ita neq; tu tua. Etſi nanq; paternā excepiſti hæreditatē, & ita poſſides quę cūq; tibi ſunt, ita quoq; tamē dei ſunt omnia. Poſtea uero tu q̄d B erogaſti quidē, tali uis diſpenſari diligētia: deum uero ſua non cenſes maiori nos repeturū uehementia, ſed ea ſimpliciter paſſurū pereuntia? Nō ita eſt, nequaq̄. Hæc enim ꝓpterea tibi cōceſſit, ut dares illis eſcā in tempore opportuno, egenis, eſurientibus, ſicut tu conſeruo diſpenſanda dediſti, itidem & deus te uult hęc in congrua erogare. Propterea quoq; cū auferre poſſet, ea dimiſit, ut exhibēdæ uirtutis occaſionem habeas, ut alterū alterius indigētem conſtituens, mutuam charitatem redderet feruentiorē: tu uero cum acceperis, non tantum non impendis, uerū & uerberas. Verum ſi non dare crimē eſt, uerberare quam reportabit ueniam? Hoc aūt mihi dicere uidetur, cōtumelioſos & auaros innuens, & multam aduerſus tales ſignificans inuectionē. Cum enim quos nu- C
trire iuſſi ſunt, præterq̄ꝑ q̄ nō nutriunt eos, etiam uerberent, digni forēt accuſari: mihi uero uidetur & hic delicijs uacantes inſinuare. Nam & delicijs magna repoſita eſt ultio: ait enim, Comedit & bibit cum ebrijs: gaſtrimargiā ſignificans. nō enim ad hoc accepiſti, ut in delicias abſumeres, ſed ut in eleemoſynam erogares. Nunquid enim tua poſſides? Res pauperum tibi ſunt creditę, ſiue ex laboribus iuſtis, ſiue ex hæreditate paterna poſſideas. Nunquid enim non potuit tibi deus hæc auferre? Verum hoc non facit, in poteſtate tua ponens liberam in pauperes liberalitatē. Tu uero, quæſo conſidera quomodo per omnes parabolas non ſuis congrue pecunijs utentes punit. Nec D
enim uirgines aliena rapuerant, ſed propria non
Matt.25.a & b dederunt. Neq; qui talentum in terram defodit, iniuſtum uſum ſibi uendicauit, ſed quia non geminauit: nec eſurientem deſpicientes, quòd aliena rapuerint, puniuntur, ſed quoniam ſua non diſperſerunt, ſicut & hic ſeruus. Audiamus itaque quotquot uentri indulgemus, quotquot in opiparas cœnas expēdimus diuitias, nihil nobis pertinentes, ſed indigentibus debitas: nō enim quoniam ex benignitate multa de tuis erogare iuſſus es, hęc ideo putes eſſe tua. Tibi mutuauit, ut laudabilis fieri poſſes: ne tua igit̄ eſſe putes, ei ſua prę bens: nec em̄ ſi cui tu mutuaſſes, ut abiens aliquas poſſet quæſtuum occaſiōes inuenire, illius pecunias eſſe diceres. Igitur & tibi deus tradidit, ut cœ

lū lucrari poſſes: ergo benignitatis exceſſum ne facias ingratitudinis materiam. Cogita quātis dignum uotis poſſe poſt baptiſma uiā inuenire peccata lauātem. Niſi dixiſſet, Da eleemoſynā: quot dixiſſent, Vtinam poſſet fieri, ut pecuniæ darent̄, & futuris malis abſolueremur? Sed, quoniā hoc poſſibile factū eſt, rurſum reddīti ſunt ſupini. Sed erogo, inquis. Et quid hoc? Nōdum enim tātum Marc.12.d
exoluiſti, quātū quæ duos obolos erogauit: imò uero neq; dimidium, nec minimam illius partem, ſed plura in impenſas inutiles expendis, in conuiuia, & ebrietatem, & extremam prodigalitatem: nunc quidē uocans, nūc uero uocantem ſequēs: nunc quidem expendens, nunc autē alios cogēs expēdere, ut & duplex tibi fiat ultio, ex hisq̄ quæ ipſe facis, & ex his ad quę cęteros inducis. Et hoc enim ſeruo uide uitio datū: ait enim, Comedit & Matt.24.d
bibit cum ebrijs. Non enim ſolos punit ebrios, uerum & cum illis cōuerſantes: & meritò, quoniam præter propriam perditionem & proximorū neglexere ſalutē. Deū uero nihil ſic exacerbat, q̄ꝑ ad proximum attinentia deſpicere. Et propterea demonſtrare uolens indignationem, eum mediū diuidi iuſſit: & ideo charitatem ſuorum dixit eſſe diſcipulorum indicium: quoniā neceſſe prorſus eſt diligētem dilecti curam habere. Hanc itaq̄ uiam Ioan.13.d
teneamus: hæc enim eſt quæ maxime reducit ad deum, quæ Chriſti facit imitatores, & quoad fieri poteſt, deo ſimiles reddit. Intuere quoq; uirtutes has eſſe magis neceſſarias, quæ ſecus hanc uiam cōmorātur: & ſi libet earum examinationē faciamus, & ex dei ſententia feramus iudiciū. Sint igitur duæ optimę uiuendi uiæ: & earū quidem una bonum faciat obeuntem, altera uero & proximū. Videamus utra probabilior, & ad uirtutis culmē nos magis perducit. Igitur ille quidē qui ſua duntaxat quęrit, à Paulo mille accuſationes accipiet: (Cum uero Paulum dixero, Chriſtū ſignificauero) hic autem laudes & coronas. Hoc unde manifeſtū? audi quid huic quidē dicat, & quid illi. Ne- 1.Cor.10.d
mo quod ſuū eſt, quærat, ſed quod ꝓximi quiſq̄. Rom.15.d
Vides qualiter illud quidem eiecit, hoc autem introduxit? Et iterum: Vnuſquiſq; ueſtrū proximo placeat in bonum ad ædificationem. Tum ſubdit̄ & ineffabilis laus cum admonitiōe: etenim Chriſtus ſibijpſi non placuit: ut autem & ex ſuperabū danti hoc fieret, uideamus quod quidem bonorū operum circa nos ſiſtat, & quod à uobis ad alios quoq; pertranſeat. Ieiunare quidē, & humi cubare, & exercere uirginitatem, & temperanter agere, ſolis hæc obeuntibus utilitatē afferunt: quæ uero ꝓximis à nobis exhibētur, ut eleemoſyna, doctrina & charitas: hæc & nobiſipſis, & proximis ad quos à nobis trāſeūt, proſunt. Et hic itaq̄ Paulum audi dicentem: Et ſi dedero omnem ſubſtan- 1.Cor.13.d
tiam meam in cibos pauperū: & ſi tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem aūt non habeā, nihil mihi prodeſt. Per ſe ſplēdide prędicatam, ſi lubet, & ex tertio cōprobemus. Et hic quidē ieiunet, & modeſtiam præferat, & martyriū præſtet, & ardeat: alter uero martyrium propter proximi

differat ædificationem,nec ſolum differat,uerum & abſq; martyrio migret:uter erit poſtquam hinc tranſierit probabiliór? Nõ nobis hic multis opus eſt uerbis,& ambagibus lõgis. Adeſt em̃ beatus Phil.1.c Paulus ſententiã ferens,& dicens:Reſolui,& eſſe cum Chriſto melius:remanere autẽ in carne,magis neceſſarium propter uos,& ad Chriſtum tranſitui proximi prætulit ædificationem. Hoc enim præcipuum eſt eſſe cum Chriſto, ipſius uoluntatem obire.Nihil uero tam eſt uolũtas eius, quàm quod proximo ſit utile. Vis & quartam horum rationem referam? Petre ſi diligis me, inquit, paſce Ioan.21.d oues meas:& ter eum percontatus, hoc amicitiæ ſignum eſſe teſtatus eſt. Nec ſolis hoc dictũ eſt ſacerdotibus,ſed unicuiq; noſtrũm cui uel puſillus eſt creditus grex. Ne namq; quoniã puſillus eſt, contemnas:pater enim meus, inquit,ſibi complacuit in eis. Habet ouem unuſquiſq; noſtrum,hãc ad cõgrua ducat paſcua.Et cum uir è ſtrato ſurrexerit,nihil aliud quærat,quàm quomodo aliquid faciat,aut dicat,unde totam faciat domũ religioſiorem. Mulier uero ſit quidẽ domus cuſtos, ſed ante curam hãc magis neceſſariam habeat ſolicitudinem,quomodo cœleſtia tota domus operet. Nam ſi in ſecularibus ante domeſticorum prouiſionẽ publica obire munia ſtudemus, ne propter exhibitam in his ingratitudinem uinciamur,& in forum trahamur,& innumeras patiamur ignominias:multo magis in ſpiritualibus hoc agẽdũ eſt, quę regis omnium dei ſunt, prius perſoluẽda, ne ueniamus ubi ſtridor dentiũ.Has quæramus uirtutes,quæ præter ſalutem noſtram proximis quoque plurimũ prodeſſe poſſint: tale qd eſt eleemoſyna,tale oratio,qn potius & hęc ab altera fit po- Act.10.d tens & eleuatur:ait enim, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriã corã deo: nec uero ſolum oratio,uerum & ieiuniũ hinc neruos habet.Et ſi abſq; eleemoſyna ieiunes, nec bonum opus ieiunium cenſetur,ſed crapulante,& ebrio peior eſt huiuſmodi,& tãto peior,quãto delicijs crudelitas grauior.Et quid dico ieiuniũ? Et ſi nanq; cõtinens degas,ſiue uirginitatem ſerues, charitatem nõ habens, extra ſponſi thalamum remanes.Et qd par uirginitati,quæ nec in nouo teſtamento propter excellẽtiam ſub legis uenit neceſſitatem? Et tamen expellitur, ſi eleemoſynam nõ habeat.Si uero uirgines excludũtur, eo quòd hanc congrua non habuerint cum largitate, quis abſq; ea ueniam aſſequi poterit? Nemo, ſed hanc non habentem omnino perire neceſſarium eſt.Si enim in ſecularibus ſibi uiuit nemo,uerum & artifex,& miles,& agricola, & mercator,ad communem & proximorum utilitatem omnes operãtur: multo magis in ſpiritualibus oportet hoc facere: hoc enim eſt maxime uiuere.Qui nanq; ſibi uiuit ſoli,& omẽs negligit,ſuperfluus eſt,& nec homo, nec generis noſtri.At inquies:Quid igit̃, mea ne deſpiciam,inquirens aliena? Nõ eſt neceſſarium aliena quærentẽ ſua negligere. Qui enim aliena curat, triſtificat neminem, ſed omniũ miſeretur, pro uiribus prodeſt:neminem diripiet,opprimet neminem,non furabitur,nõ falſum dicet teſtimonium,ab omni abſtinebit malitia, omnem apprehendet uirtutem,pro inimicis orabit,& inſidiãtibus benefaciet,nec ulli conuicium ingeret, neq; maledicet,licet innumera ei mala dicãtur:quin& præſentes labores maximorũ nobis præmiorum ſunt miniſtri,& pericula coronas pariunt.Nam ſi Iacob propter Rachelis deſiderium, tanquã dies Gen.29.c paucos ſeptem annorũ ſpatium putabat: multo magis beatus Paulus nihil omnia ducebat,in deũ deſiderio ſemel accẽſus,& propter Chriſtũ quem diligebat,omnia ſuſtinẽs.Studeamus igitur, quæſo,nos quoq; Chriſtũ amare:nihil enim aliud, inquit,Chriſtus quærit à te,quàm ut diligas eum ex toto corde,& facias mandata eius.Nam qui diligit deum, patet quòd & eius mãdata feſtinat obire.Cum enim quis erga quempiã generoſe diſpoſitus eſt,omnia facere ſtudet, ut dilectũ in ſui deſideriũ allicere poſſit. Et nos itaq; ſi legitime dominum dilexerimus, ipſius quoq; mãdata poterimus implere,nec eorum quicquã admittere,quæ dilectum iritare poſſint:hoc eſt regnũ cœlorum, hoc bonorum fruitio,hoc infinita cõtinere bona dignum cenſeri, ſi quis legitime, & quẽadmodũ oportet,deum diligat:ſi per puram in eum charitatem,& in cõſeruos multã exhibeamus dilectionem.ait enim: His duobus præceptis lex & pro- Matt.22.d phetæ dependent:in hoc, Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo,& proximum tuum ſicut teipſum.Hæc eſt uirtutũ ſumma, hoc fundamentum:cum dei nãq; charitate ſimul intrat & in proximum dilectio.Nam qui deũ diligit, fratrem nõ deſpiciet,nec pręponet pecunias,ſed multã præferet largitatem eius memor,qui dixit:Quod feciſtis uni ex his minimis, mihi feciſtis. Et cogitans quòd per obſequium in conſeruũ,ipſe eſt qui beneficia ſibi uẽdicat:omnia multa cum promptitudine operabitur,& multam in largiendo eleemoſynas liberalitatem exhibebit,non ad apparentis reſpiciens utilitatem,ſed ad eius, qui ſe in eum collatam ſibi uendicaturum promiſit, magnitudinẽ. Ne ſimpliciter,quæſo, animarum noſtrarum pertranſeamus emolumentũ, noſtrorum medicinã uulnerum.Hoc enim medicamẽ, hoc maxime tãtum nobis præſtabit remedium,& tantum animarum noſtrarũ uulnera delebit,ut neq; ueſtigiũ,neque cicatrix relinquat̃: quod in corporalib. fieri non poteſt uulneribus.Sed licet infinita quis medicorum imponat remedia, cicatricẽ in corpore remanere neceſſariũ eſt: & meritò: corpus enim eſt quod curatur. Hic uero quoniã eſt anima, cũ propriam præ ſe tulerit gratitudinem,ualidam ſuſcipit in melius mutationem: & ſic omnia tollun tur ulcera, ſicut uento puluis excitatus uehementi.Et his omnibus exemplis plenæ ſunt nobis ſcripturę.Ita beatus Paulus ex perſecutore factus eſt apoſtolus,& qui prius eccleſiam uaſtabat, ipſe factus eſt ipſius poſtea doctor. Vidiſti ſummã mutationẽ? ſic & latro infinitas operatus cędes,breui tẽporis momento paucis illis uerbis ſic omnia diluit peccata,ut audiret à domino: Hodie mecũ eris

Luc.23.f eris in paradiſo. Sic & publicanus qui pectus per cutiebat, & propria confitebatur crimina, deſcendit iuſtificatus ſuper phariſæum: ſed horum quiſque quidem animi gratitudinem præſtãs, & priores confeſſus errores, ita ueniam aſſecutus eſt. Videamus autem & huius uim mandati, & quantã potentię ſuperabundãtiam habeat liberalis eleemoſyna, ut lucrum ex ea nobis conflatum agnoſcentes, eam prompte trãſigamus. Nam fortè tanta eſt ipſius facultas, ut non tantum peccata detergat, uerum & ipſam effuget mortem. At inquies: Quis eleemoſynam exhibens, morte ſuperior factus eſt? omnes enim uidemus ſub mortis imperio poſitos. Ne tumultueris amice, ſed ipſis ex rebus diſce, quomodo eleemoſynæ uirtus & huius
Act.9.f ſuperauit imperium. Tabitha quædã mulier fuit, quæ Dorcas dicitur interpretata, hæc opus faciebat per ſingulos dies, ut eleemoſynæ copiã colligeret: & ueſtiebat, inquit, uiduas, & aliud omne miniſterium eis impẽdebat. Factum eſt autem ut ipſa infirmaretur, & moreretur. Sed uide quomodo beneficiũ aſſecutæ, & ab ea tectæ corporã, beneficium in tempore reddunt, circumſtãtes apoſtolum: oſtendebant, inquit, ueſtes quas ſibi fecerat dum uiueret Dorcas. Et altricem inquirebãt, & fortè ſpargebant lachrymas, & in miſericordiã apoſtolum trahebant. Quid beatus itaq; Petrus? Poſitis, inquit, genibus orauit, & cõuerſus ad corpus dixit: Tabitha ſurge. Illa uero aperuit oculos ſuos, & uidens Petrum reſedit. Dans autem ei manum, ſuſcitauit eam. Et cũ uocaſſet ſanctos & uiduas, præſtitit illam uiuẽtem. Vidiſti uirtutẽ apoſtoli? uidiſti quanta ſit erga uiduas beneficij retributio & in pręſenti? quid enim, quęſo, tãtum hęc uidua præbuit, quantum ei ipſę retribuerunt? Veſtimenta præbuit ipſis, & cibos: illæ uero eam ad uitam reduxerũt, & mortem uerterunt in fugam: uel potius nõ ipſæ, ſed propter præſtitã eis opem miſericors dominus. Vidiſti medicaminis uirtutem? hoc omnes nobis cõparemus: nec enim pretioſum eſt, licet tantam habeat potentiam, ſed ualde uili uenale, nec multa opus habet impẽſa. Nã eleemoſynę magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, ſed in dãtium promptitudine.
Mar.9.f Et propterea qui calicem aquę frigidæ dederit, factus eſt acceptabilis: et quę duo minuta erogauit: ut diſcamus quòd ubiq; mentem dominus inquirit. Licet & habentẽ pauca magnam exhibere largitatem, cum efficax fuerit prõptitudo, & multa poſſidentem pauca habẽtibus inferiorem uideri propter mentis puſillanimitatẽ. Effundamus igitur bona, quæſo, ſup homines in neceſſitate poſitos, larga mente ex his quæ dominus nobis largitus eſt, & ab ipſo data uiciſſim ei reddamus, ut ita rurſum cum acceſſione noſtra fiãt. Eius enim eſt tanta liberalitas, ut & ex his quæ dedit accipiens, ſe propria nõ cenſeat accipere: ſed multa cum largitate nobis ea reddere polliceatur. Tantum nos quæ nobis attinent, exhibere uelimus, & ea tanquam dei cõmendãtes manui, ita pauperibus ea miniſtremus, ſcientes quòd quæ manus illa ſuſce-

A perit, non ipſa tantum prębet, ſed datis multo plura nobis illa rurſum facta largiẽ, propriã per omnia præferẽs liberalitatem. Et quid dico quòd ea multiplicans illa manus præbet? Non enim ea ſolum, uerum & cum his regnum donat cœlorum, & prędicat, & coronat, & infinita largiẽ bona, ſi quid ex rebus ab eo datis paruũ erogare uelimus. Nunquid enim graue quippiã & oneroſum à nobis inquirit? Neceſſitatem excedẽtia uult nos facere neceſſaria, & quæ nequicquã & inutiliter repoſita ſunt, hęc uult bene diſtribui, ut hinc occaſione ſumpta nos coronet: feſtinat eñ & properat, & oñia facit, ut nos his quę pollicitus eſt, dignos cõſtituat. Ne nos itaq; tot bonis priuemus. Nam
B ſi circa terram laborãtes horrea exhaurientes, terræ ſemina mãdant, & congregata diſpergunt, & hoc faciunt cum uoluptate, ſe ampliorum ſpe cõſolantes: & hæc cum ſciant quod frequẽter & aeris inæqualitas, & ſterilitas terræ, & alij multi incurſus, uel locuſtarũ exercitus, uel rubiginis impetus ab expectatione decidere facit, bonis tñ ſe paſcentes expectationibus, in horreis congregata terrę committunt: multo magis nos inaniter repoſita in cibos pauperum diſpergere cõgruũ eſt, ubi nunquam accidit aberrare, nec infortunium, Pſal.111.b
quod in terra fit, uereri: ait enim, Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Breui tẽpore diſtributionẽ fecit, & perenni æuo manet eius iuſtitia. Quid hoc unquã poſſit eſſe beatius? Propterea cohortor, per eleemoſynã attrahamus iuſtitiã, ut & de nobis hoc dicatur: Diſperſit, dedit pauperibus. Poſtquã enim dixit: Diſperſit, ne putares quòd diſperſa perijſſẽt, propter ea ſtatim intulit: Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Ex illis, inquit, diſperſis inconſumpta manet iuſtitia, cum omnibus pariter ſeculis extenſa. Et cum eleemoſyna reliquarum quoq; uirtutũ multam geramus curã, & carnis uitia corrigamus, & ex noſtra relegemus anima cõcupiſcentiam omnem uitioſam, omnem malam cogitationẽ, iram, indignationem, inuidiã: & animę ſpeciẽ per omnia ornemus, ut pulchritudinem eius claram reddentes, cœlorum alliciamus dominum. Vbi nanque uiderit animæ pulchritudinem, ſtatim adeſt.
Ipſe enim dicit: Super quẽ reſpiciã, niſi ſuper mi- Eſa.66
D tem & quietum, & trementẽ ſermones meos? Vidiſti quomodo nos omnes docuit colores, quib. animæ pulchritudinẽ lætam facere poſſimus? Super mitem & quietũ, inquit, & humilem: deinde omnium comparatiuum intulit: Et tremẽtem ſermones meos, obedientiam per opera implẽtem. Quod & alibi dicit: Beatus homo q̃ ſemp eſt pauidus. Nam ſi noscum ſeruum noſtrum mandata noſtra ſtrenuiter implere uiderimus, & cũ maiori timore, maiorem erga eum beneuolentiam exhibemus: multo magis bonus dominus. propter ea dicebat: Super illum reſpiciã tremẽtem ſermones meos. Igiẽ tremiſcamus, exhortor, & cũ multo timore ipſius impleamus mãdata: ipſius enim ſermones ſunt. Et cum didicerimus quę placeant ei, & quæ ſuſcipiat, illa tractemus, & tales eſſe ſtu-

deamus,ut quietem,manſuetudinem,&humilita A &nos ſalutis indigemus,cum uenia,cum clemen
tem multam exhibeamus,&omnia ipſius cum re tia,cum multa miſericordia.Non eſt enim,nō eſt
uerentia obeamus præcepta,ut noſtræ mentis af noſtrum,licet pro uiribus diligēter inquirētium,
fectum ſuſcipiens,& noſtra delectatus obedien- unq; ſaluari,ſed omnino puniri neceſſariū eſt,&
tia,ſupra nos quoq; dignetur aſpicere. Et ſi nobis perire.Ne ſimus itaq; reliquorū amari iudices,ne
hoc contigerit,in omni erimus ſecuritate.Reſpi- nos quoq; pœnas acres repetamur: nam peccata
ciam enim dicit,pro faciam prouidētia dignum, omni uenia maiora habemus. Itaq; magis illorū
manum porrigam,ſuſcipiam,in omnibus gratias miſereamur,qui nulla uenia digna peccauerūt,ut
meas cum largitate præbebo. Hæc igitur omnia &talem nobis miſericordiam præparemus.Nam
exerceamus,ut ſuper nos dominus reſpiciat,& quantumcunq; largiamur,nunq; talem conferre
hic præſentem uitam ſine triſtitia expedire poſſi poterimus humanitatem,quali nos apud dei cle
mus,& futura conſequi bona,gratia & benigni- mentiam egemus. Itaq; quomodo nō abſurdum
tate domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri,ſi- eſt,nos in tantis conſtitutos neceſſitatibus erga
mul & ſpiritui ſancto gloria,poteſtas & honor, conſeruos noſtros ſeuerā ponere rationem,& ad
nunc & ſemper,&c. uerſus noſipſos omnia facere? Nō enim tam illū

DE ELEEMOSYNA ET MISERICOR- B tuo monſtrabis indignum beneficio, q; te dei cle
dia, Homilia XXXV. mentia.Qui nanq; ſeuerus eſt in conſeruum exa-

MABILE ſanctorum omne genus, ctor,multo magis deum hoc facientem habebit.
chariſſimi, propterea q; Paulus dice- Ne contra nos itaq; loquamur,ſed ſiue per igna-
Coloſſ.3 A bat: Induite uos ergo ſicut electi dei, uiam,ſiue per torporem acceſſerint,nos præbea-
ſancti & dilecti,uiſcera miſericordiæ, mus. Nam & nos multa per negligentiam pecca
benignitatem,humilitatē. Vides uer- mus,nec ſtatim à nobis deus pœnas exigit,ſed
bi uirtutem,& quomodo nos ſemper uult eſſe mi nobis pœnitentiæ tēpus tribuit,per ſingulos nu
ſericordes? Non enim dixit: Miſeremini ſimplici triens dies,erudiens,docens,omnia ſubminiſtrās
ter,ſed induite uos,ut ſicut ueſtimētū ſemper no- cætera,ut & nos hanc ipſius imitemur miſericor-
biſcū eſt,ſic & eleemoſyna.Nec ſimpliciter dixit, diam.Hanc itaq; crudelitatē ſoluamus,eiſciamus
miſericordiā,ſed,uiſcera miſericordiæ,ut natura- feritatem, tanq; noſipſos magis q; alios promerē
lem imitemur amorem. At nos cōtraria facimus, tes.His enim argentum quidem erogamus,& pa
& ſi quis unum quidem petens obolum accedat, nem, & ueſtimentum, nobis autem ipſis magnā
contumelijs & conuicijs inſectamur, ac impoſto præparamus gloriam,& quam ſermone non poſ
rem uocamus.Nō horres homo & erubeſcis,im- ſumus exprimere: immortalia nanq; recipientes
poſtorem propter panē uocans? Si uero talis & C corpora,cum Chriſto glorificamur & conregna
impoſturam facit,propterea cui miſericordia tri- mus.Hoc autem quantum ſit, hinc ſciemus: imò
buatur dignus eſt,q; ita fame premit,ut talem ſub uero nequaq; manifeſte nūc ſcire poterimus. Vt
eat perſonam.Quin hoc & noſtrę crudelitatis eſt autem ex noſtris bonis eleuati, aliquam ſaltē par
redargutio. Nam quoniam facile dare nō ſuſtine uam eius cogitationē capiamus,quā optime po-
mus,innumeras cogūtur artes excogitare, ut in- tero dictū explicare conabor.Nā dic mihi,ſi quis
humanitatē noſtram fallere poſſint, & emollire te ſenio confectum,&uiuentem in paupertate ſu
ſæuitiam.Alioquin uero ſi aurū quidem & argen bito iuuenem ſe facturū promiſiſſet, & in ipſum
tum peteret,ſuſpiciōis poſſet habere rationē: ſed ætatis florem reducturum,& ſuper omnes præua
cum neceſſarij cauſa nutrimenti petat, quid intē- lidum,& ſpecioſum redditurū eſſe, & regnum in
peſtiue philoſopharis,& ſuperfluam cum diligē- mille daturum annos,regnū,inquam, pacem fir-
tia rationem ſupputas, ignauiā exprobrās & tor- miſſimā poſſidens:quid pro hac promiſſione nō
porem? Nā ſi forent iſta dicenda,non alijs,ſed no eligeres tam facere,quàm pati? Ecce igitur Chri-
biſipſis dicere cōgruū eſſet. Cum igitur ad deum ſtus nō hæc,ſed his multo maiora promittit.Non
accedis peccatorū petens ueniam,horum remini D enim quantum eſt ſenectutis & iuuētæ medium,
ſcere uerborum, & intelliges q; ipſe hæc à deo iu tantū eſt corruptionis & incorruptionis interual
ſtius audies, q; pauper à te.Nec tamen unquā hęc lum:neq; quantū eſt regni & paupertatis,tantum
deus tibi uerba dixit:Abſcede ſcilicet,es enim im eſt gloriæ præſentis & futuræ:ſed quantum ſom-
poſtor,& in meam quidem iugiter intrans eccle- niorum & ueritatis,quinimò nec adhuc quicq; di
ſiam,& leges meas audiēs:at in foro aurū,& ami- xi.Nec enim eſt ſermo qui poſſit differētiæ mag-
citiam,& concupiſcentiam,& omnia generaliter nitudinem exprimere,quæ eſt inter futura & præ
meis præponens mādatis.Et nunc quidem humi ſentia:temporis uero ratione neq; penitus cogita
lis es,ſed poſt orationem audax & crudelis,& in- ri differentia poteſt. Quomodo enim præſentib.
humanus.Abeas igit hinc, nec amplius accedas: aliquis uitam comparet ſine carentē? Pacis autē
hæc enim & his plura digni ſumus audire. Sed ta illius tantum eſt medium ad præſentem, quantū
mē nunquā huiuſmodi quicquā exprobrauit,ſed pacis & belli diſcrimen:& incorruptionis quāto
lōganimiter agit,& à ſeipſo omnia præſtat,& plu gleba lutea melior munda margarita.Immo uero
ra q; petimus,indulget.Hæc itaq; cogitātes,indi- quantumcunq; quiſpiam dixerit,nihil par expri-
gentibus inopiam ſoluamus,licet impoſturam fa mere poterit. Nam etſi ſolari cōpono lumini fu-
ciāt,ne rem tam ad uiuum reſecemus. Talis enim turorum pulchritudinem corporum,ſiue ſplendi

diſſi-

dissimo fulguri,nondum quicquã illa claritate dignum dico.Propter hæc itaque quæ pecunię,uel corpora,nõ sunt impẽdendæ:Imò uero quot animas exponere dignum non fuerit? Nunc uero si quis te quidem in regiam reduxit, & ut omnibus præsentib.regẽ alloquereris effecit, & illi te reddidit cõmensalem & conuiuam,omnium te dicis esse beatissimum:In cœlum autem ascensurus, & omnium regi assistere, & perẽnem cũ angelis habere splẽdorem,& illa frui ineffabili gloria:dubitas an erogare pecunias oporteat,quum opus esset,etiam si uita fuisset exuenda,gestire & exultare,& per uoluptatem efferri? Tu uero quò magistratum quidẽ acquiras, qui furtorũ tibi præbeat occasiones(non enim ego tale quid lucrum dixerim)etiam quæ possides,erogas, & aliena mutuatus,etiam si sit opus,uxorem & liberos obnoxios constituere non torpes: at regno cœlorum proposito,principatu nullum habente successorem, cum deus præcipiat non terræ partem,& angulũ, sed totũ accipere cœlum:torpes & hæsitas,& solis inhias pecunijs,&nõ cogitas,cum cœli partes nobis obiectæ tã pulchræ sint & amœnæ, qualia sint superiora,& cœlum cœli? Sed quoniam corporis interim oculis hæc cernere non licet, ascendas mente,& super hoc cœlum constitutus, illud huic superpositum respice cœlum in altitudinẽ immensam,in lucem admiratione plenã, in angelorum cateruas,in archangelorum gentes infinitas,in alias incorporeas uirtutes. Et rursum inde descendẽs,imaginẽ nostram resume, & quę sunt apud regem terrenum,describe,uiros scilicet auro micantes, & alborum iuga mulorum aureis insignitorum ornamẽtis,& uehicula gemmis ornata,& niueum stratum, & bracteas uehicula circũsonãtes,& dracones in sericis uestib. effictos, & clypeos aureis umbonibus coruscantes,& ex his lora per multas gemmas à superioríb. curuaturis extẽta,& equos auro cõptos, & aurea frena: sed cum iam regem uiderimus, nihil iam horum aspicimus.Ille nanq; nos solus in se conuertit,purpureaq; uestimẽta,& diadema,& soliũ, & baltheus, & calceamenta,magnus oculorum fulgor. Cum hæc igitur omnia diligẽter collegeris, rursum ad superiora mentẽ transmitte,& illam diem tremẽdam qua Christus ueniet. Non enim tunc mulorum iuga uidebis,non aureos currus, neque dracones & scuta,sed quę multo plena sunt horrore, & tantum inferunt stuporẽ,ut & uirtutes ipsę cœ
Luc.21 lestes consternandæ sint:ait enim: Virtutes cœlorum mouebuntur.Tunc enim totum quidem cœlum aperitur,& orbium illorum fores reserantur. Descendit autem unigenitus dei filius,non uiginti,neq; centum uiris ei ministrãtibus,sed millium millibus angelorũ, archangelorũ,Cherubin,Seraphin,& aliarum uirtutum:& omnia erunt timore & tremore plena,hiante terra, hominibus quiquando cunq; fuerũt,ex quo factus fuit Adam ad diem illam usq;, de terra ascẽdentibus,& omnib. in aera rapiẽdis,ipso cum tanta apparente gloria, q; & sol & luna & omne lumẽ abscondetur,ab illo splendore perlustratum.Quis illã sermo beatitudinem exprimet,charitatẽ & gloriam? Heu mihi anima,etenim lacrymare nũc mihi succurrit,& altũ suspirare, cogitãti quibus bonis excidimus, qua sumus expulsi beatitudine:saltem quod meũ est interim dico, cum nihil magnũ operemur & admirabile.Ne quis igitur mihi gehennam hic dicat.Gehenna namq; peius est omni hac excidere gloria,& innumeris peius est pœnis, illa sorte priuari:& tamẽ adhuc presentib.inhiamus, neq; diaboli uersutiam cogitamus,qui per parua magnis spoliat,& lutum præbet,ut aurum rapiat,imò magis ut auferat cœlum.Et umbram prætẽdit,ut ueritate nos extrudat,& in somnijs phantasias ostẽdit(hoc enim sunt præsentes diuitiæ) ut cum illuxerit,omnibus pauperiores exhibeat. Hæc itaq; cogitantes,tãdem dolum quãdoq; fugiamus, & ad futura transeamus.Non enim licebit dicere:Ignorauimus præsentis uitæ corruptibilitatẽ,rebus quotidie clamantibus tuba clarius præsentiũ utilitatem,risum,pudorẽ,pericula,præcipitia,Quam igitur habebimus excusationẽ, periculosa quidẽ & opprobrij plena multo sectãtes studio: tuta uero,nosq; reddentia glorioſos fugientes,&nos pecuniarum tyrãnidi totos tradentes? etenim omni tyrannide peior est horum seruitus, & id norunt, quotquot ab ea liberari meruerunt. Vt itaq; uos quoque pulchram hanc discatis libertatem,diruptis uinculis ex laqueo prosilite,& nõ reponatur aurũ uobis in domo.Sed quid innumeris est pretiosius pecunijs? Eleemosyna, & humanitas pro auro. Nam hæc uobis apud deum fiduciam præbet:illud uero multum contra nos effundit dedecus, & uehementer spirare facit aduersus nos diabolum.Quid igitur inimicũ armas, & reddis fortiorem? Arma dexteram tuam aduersus eum, & totam domus pulchritudinẽ in animam introducas,& omnes in mente diuitias repone. Aurũ uicelocuti & domus cœlũ custodiat, & omnia nostra nos erogemus.Nos nãq; parietib.multo meliores,& pauimento uenerabiliores. Quid igitur nosipsos deserentes in illa studium omne consumimus,quæ migrantes habere non possumus,& frequenter nec hic manentes retinere, cum ita locupletari liceat,ut non tantum hic, uerum & illic ditissimi uideamur? Qui nãq; loca,domus,& aurum in anima circũfert,ubicunq; uisus fuerit,cum his uidetur diuitijs.At inquies:Quomodo potest hoc fieri? Potest & cũ maiori facilitate. Nam si in cœlum ea transtuleris per pauperum manus, in anima tua reposueris omnia: & licet iam mors ingruat,illis te nemo priuabit,sed trãsibis & illic locuples.Talem habebat & Tabitha thesaurũ, propterea nõ domus eam prædicabat, neq; parietes, neq; lapides,neq; columnæ,sed induta uiduarum corpora,& manãtes lachrymæ,& fugitiua mors, uitaq; refloreſcens. Talia nobis quoq; comparemus horrea,tales domus ędificemus.Et ita deum habebimus cooperatorẽ, & ipsi eius cooperatores erimus.Ipse nãq; pauperes cũ nõ essent, produxit:tu uero productos & factos, fame & reliquis
Act.9

erumnis tabescere nō sinis, subueniēs, corrigens undiq; dei tēplum labens: cui quid unq; æquale fuerit, & ad utilitatis, & ad dignitatis rationē? Si uero nondū apertè didicisti, quali te decorauit ornamēto, paupertatē subleuare iubens, illud intra te cōputa. Si tibi talē dedisset potestatē, ut labens cœlum sustinere posses, nōne id opus honorē te multo maiorem existimasses? En igitur, maiori te dignū fecit honore. Quod em̄ cœlis est dignius, hoc tibi resouēdum cōmisit: apud deum enim uisibilium nihil homini par. Nam & cœlū & terram & mare propter eū fecit, & in eo magis q̄ in cœlo delectatur inhabitans: & tamen nos hæc scientes, nullam dei templorū curam gerimus, aut prouidentiam, sed eos neglectū iri sinētes, nobis magnas & splendidas domos paramus. Et ideo cunctis priuati sumus bonis, & ualde pauperib. pauperiores, quoniā has ornamus ędes, quas hinc migrantes asportare non possumus, & illas omittimus, quas nobiscū possumus simul ducere. Dissoluta nāq; pauperū corpora, om̄ino resurgēt, & his ꝓductis qui hęc imperauit deus, eos q̄ curā ipsorum gesserint, laudabit, & admirabiles reddet, q̄ eos iam casuros, nunc quidem præ fame, nunc uero præ nuditate & gelu, omnibus modis refocillarunt. Verūtamen & tot nobis laudib. propositis, adhuc cessamus, & ad hanc pulchrā torpemus curam. Et Christus quidē nō habet ubi caput suum reclinet, sed circumit peregrinus, & nudus, & esuriens: tu uero suburbana, thermas & porticus, innumerosq; paras thalamos incassū & frustra. At Christo nec exiguum cōmunicas tectum, coruis autem & miluis fastigia exornas. Quid hac peius stupiditate? quid insania grauius? Insania siquidē hæc sunt extrema. Quin potius quicqd aliquis dixerit, dignū ꝓtulerit nihil. Verūtamē si uolumus, ægritudinē licet graue repellere possumus. Nec solum fieri potest, sed & facile: nec facile simpliciter, uerum & multo facilius ab hac peste liberari, q̄ à corporalibus morbis, quanto maior est & medicus. Eum igitur alliciamus, & ut adiuuet rogemus, & à nobisipsis debita conferamus, uoluntatem dico & promptitudinē. Nihil enim aliud exiget, sed si hæc accipiat solū, à seipso cuncta deprometet. Impendamus itaque nostra, ut & hic puram assequamur sanitatem, & ad futura perueniamus bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperiū, honor, & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A

B

C

D

QVOD MAGNVM EST BONVM, IN nos peccantibus peccata dimittere: & de eleemosyna, Homilia XXXVI.

ICVT diuitū liberi monilia circa collum aurea gestant, nec unq; ea deponunt, sed tanq; nobilitatis insigne circunferunt: sic & eleemosynā charissimi nosipsos semp oportet induamus, ostēdētes q̄ misericordis patris sumus filij, qui facit hunc solem oriri super bonos & malos. Sed nō credunt infideles? Igit̄ per hęc credent, si nos hęc operemur, si uideant q̄ omniū misereamur; & illum inscriptum habeamus præceptorem, sciēt q̄ illum imitātes hoc facimus. Eleemosyna, inquit, & fides uere. Bene ait, uere: non ex rapina, non ex furto. Hoc enim nō est fides, non ueritas: Nam furantem mētiri necessariū est, & peierare oportet: tu uero nō ita, sed cum eleemosyna fidē habeas. Circundemur hoc ornamento, torquem colló faciamus aureū, eleemosynā dico, donec hic moramur: cum enim hæc ætas transierit, non amplius hac utemur. Quomodo? nō ibi sunt pauperes, nō pecunię, non mendicitas. Donec sumus pueri, ne nos hoc exuamus monili. Sicut em̄ circa pueros geritur, ut cum uiri facti fuerint, hæc auferantur, & ad alium traducātur ornatum: sic & circa nos. Non amplius per pecunias eleemosyna remanebit, sed altera quædam multo maior. Itaq; ne nos hac priuemus, curemus animam apparere speciosam. Magnū est & pulchrū & pretiosum eleemosyna: donum est magnū, imò uero magnū bonū: si pecunias cōtemnere discamus, alia quoq; discemus. Hinc em̄ intuere quot bona pariātur. Dans eleemosynā, sicut oportet dare, discit aspernari diuitias: qui pecunias didicit aspernari, malorum radicem excidit: itaq; non minus accipit q̄ præstat beneficium, non eo solum q̄ debitum & retributio sit eleemosynæ reposita, uerum & q̄ anima sapiens & alta fiat & diues. Qui dat eleemosynā, discit non admirari pecunias, neq; aurum. Hoc autem instructa mente maximū in cœlum ascendēdi principiū accepit, & innumeras cōtentionis & litis & inuidię ac tristitiæ sustulit occasiōes. Nostis em̄, nostis & uos, q̄ omnia ꝓpter pecunias, & infinita ꝓpter pecunias bella: qui autem has contemnere didicit, semetipsum in tranquillitate cōstituit, nō amplius iacturam formidat (hoc enim docuit eleemosyna) nō amplius res proximi cōcupiscit. Quomodo nanq; qui sua dispergit, & largitur? Non ultra locupleti inuidet (quomodo nā que cum uelit pauper fieri?) suæ purgat oculū animæ. Et hæc quidē in hoc seculo: quæ uero sunt in illo, nec dicere licet quanta consequet̄ bona. Nō extrinsecus cū fatuis manebit uirginibus, sed cū prudētibus ingredietur cum sponso, ardentes habens lāpadas: & in uirginitate tabefactis, qui nec illos quidem gustauit labores, erit melior. Tanta uis est eleemosynæ, cum multa fiducia suos introducit alumnos: est em̄ cœli nota ianitoribus, spōsalis thalami fores obseruantibus, quin & uenerabilis: & quos sui cultores agnouerit, cū multa introducet libertate, & cōtradicet nemo, sed om̄es cedent. Nam si deum in terram deduxit, & hominem fieri persuasit, multo magis in cœlum hominem p̄terit reducere: magna em̄ est ipsius potentia. Si igitur ex misericordia & clementia deus homo factus est, & ut seruus fieret, persuasum: multo magis seruos in ipsius inducet domum. Hanc amemus, hāc diligamus nō uno die uel altero, sed in omni tempore, ut nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, & dñs agnoscet: si non agnouerit ipsa, ignorabit & dominus, & dicet: Nescio uos: ait em̄, Ma-

Matt. 5

Matt. 25

1. Pet.

Magna res homo, & pretiosa uir misericors. Hæc maior est gratia, quàm mortuos resuscitare. Multo nãq; maius est, quàm in nomine Iesu mortuos suscitare, esurientem pascere Christum. Nam hic quidem tu de Christo bene mereris: illic autẽ ipse de te. At merces est in bene gerendo, non in bene patiendo. Hic enim, in signis inquã, ipse deo debes, in eleemosyna uero deum habes debitorem. Est aũt eleemosyna, cũ prompte præstatur cũ largitate: cum non dare, sed accipere te putaueris: cũ tanq; beneficium accipiens, & quæstum faciens, nõ aũt iacturã, quoniam hoc neq; gratia: oportet enim alteri misericordiam impendentẽ gaudere, non indignari. Nam quomodo non absurdum, si soluẽs alterius tristitiam ipse tristeris? Non enim amplius eã esse non sinis eleemosynã. Nam si mœres q; alium à mœrore liberaueris, extremæ præfers crudelitatis & inhumanitatis significationẽ. Satius enim est non liberare, quàm hoc modo liberare. Quid uero tandem homo tristaris? Nunquid ne tibi minuatur aurum? Si talem habes uoluntatem, nec omnino des: si non cõfidis q; in cœlis tibi multiplicatur, ne præbeas. Sed hic retributionem quæris? quare sinas eleemosynã eleemosynam esse, & non quęstum. Multi quidem & hic receperunt, sed non hoc recepere modo, sed non ideo plus habituri nihil hic recipiẽtibus. Sed quidam horũ tanq; infirmiores, quoniam illic repositis non satis trahebant. Et sicut gulosi, insolentes, expertes honestatis, & uẽtris serui, ad regale uocati conuiuium, nec congruam horam expectantes, paruulorũ infantũ more suã corrumpunt lætitiam, præuenientes, & uilioribus seipsos cibis saturantes: ita scilicet & hi mercedem hic exquirentes, & accipientes, futurã diminuunt. Et fœnerãs quidem post multos annos sortẽ recipere concupiscis, cũ periculo neq; sortẽ recipiendi, ut mora maius accipias fœnus: hic uero statim repetis, & hæc cum non hic semper, sed illic cõtinue sis mansurus: nõ hic iudicari, sed illic pœnas subire debeas. Et si quis tibi quidẽ domos ubi manere nõ debeas parasset, magnũ existimares detrimentũ id factũ: nunc aũt hic uis locupletari, unde frequenter & ante uesperã es migraturus. Nescis q; in aliena regione moramur tanq; hospites et peregrini? Nescis q; peregrinorũ est expelli, cũ nec expectauerint neq; sperauerint? quod & nos patimur: propterea quicquid cõparauerimus, hic dimittimus. Non em̃ permittit dñs migrantes ea simul auferre, siue domos ædificauerimus, siue coemerimus agros, siue seruos, siue suppellectilia, siue quid aliud huiusmodi. Nec tantũ non permittit abeũtes quicq; asportare, sed neq; tibi mercedẽ cõputat. Tibi nanq; prædixit, q; non ædificabis, nec impẽdes aliena, sed tua. Quid igitur tua dimittens, aliena operaris, & erogas, ut & laborẽ, & mercedem amittas, & extremam subeas ultionẽ? Ne quæso sic agas, sed postq; natura sumus peregrini, simus & uolũtate, ne peregrini fiamus illic ignobiles & abiecti. Nã si ciues hic fieri uoluerimus, neq; hic erimus, neq; illic: si uero peregrini, sicut sumus, permaneamus, & ita degamus, sicut peregrinos degere par est, ciuium & hic et illic capiemus fiduciam. Iustus enim, & nihil habens, & hic, & ubiq; tanq; in suis conuersabitur, & in cœlum reuersus, sua uidebit æterna tabernacula. Et neq; hic aliqd patietur infestum: nec em̃ eum quispiã exulem facere poterit, terram omnem patriam habentem: & suam recipiens patriam ueras uidebit diuitias. Vt igitur utraq; lucremur, & præsentia, & futura, congrue substantijs utamur: sic enim erimus cœlorum ciues, & multam assequemur fiduciã. Quoniam ubi quæso utilis erit qui eleemosynam non facit? Ieiunas quotidie? uerũ & tũc uirgines illæ; sed nihil eis profuit. At oras, & quid hoc? Absq; eleemosyna sterilis oratio, oĩnia immunda absq; hac, omnia inutilia, maior uirtutis pars est amputata. Qui non diligit fratrem suum, inquit, deum non nouit: tu uero quomodo diligis, neq; parua hæc & uilia uolens ei cõmunicare? Dic mihi, temperãter agis? Qua de causa? nonne quia pœnam timuisti? Nequaq̃ ex uirtute, sed à natura negotiũ obis. Quoniam si moderate uiuis pœnã ueritus & tantam sustines uiolentiam, tanq̃ tyrannidem: multomagis eleemosynas facere fuerat opus. Nõ enim par est corporũ uincere concupiscentiã, & pecuniarum, sed maior illic est labor. Cur tandẽ? quoniam uoluptas quidẽ naturalis est, & corpori nostro insita & ingenita, pecuniarum autẽ cura nequaquã: hoc est id, quo deo possumus adæquari, miserari & misericordiam exhibere. Cum hoc itaq; nõ habeamus, toto sumus priuati. Nõ dixit, Si ieiunetis, similes eritis patri uestro: neq; dixit, Si suppliciter oraueritis, similes eritis patri uestro: neq;, Si uirginitatem illæsam seruaueritis, similes eritis patri uestro. (Nihil enim horũ est circa deũ, nec horũ quicq; deus operatur) Sed quid? Estote misericordes, sicut & pater uester qui in cœlis est. Hoc dei est opus, Hoc si nõ habeas, quid habes? Misericordiam uolo, inquit, & nõ sacrificium. Fecit cœlum deus, fecit terram, mare: magna hæc, et ipsius digna sapientia. Sed horũ nullo tantum humanam attraxit naturam, quantum misericordia & clementia: ait enim, Hoc quidem opus est sapientiæ & potentiæ, & bonitatis, multo magis autẽ quòd seruus factus est. Nonne magis in hoc eum admiramur? non in hoc magis acceptamur? Nihil ita deum attrahit, sicut misericordia. Et multa de hoc passim omnes prophetæ loquunt̃. Misericordiã aũt dico, non cũ auaritia: nõ em̃ hęc est misericordia: non enim spinæ radix unq; oleum parit, sed oliuæ: sicut nec auaritiæ radix misericordiã. Nec iniustitiæ, neq; rapinæ, neq; calũniæ trades eleemosynam, nec eam facias ab omnibus accusari. Nam si propterea rapis ut miserearis, nihil hac peius eleemosyna. Cũ enim ex rapina nascat̃, hoc eleemosyna nõ est: fœuitia quędam est, & crudelitas, hoc est in deũ cõtumelia. Si suorũ deteriora Cain offerens sic offendit, aliena offerens quomodo non offendit? Oblatio non aliud est quam sacrificium, non immunditia. Et sordidis quidem manibus orare non audes: sordem aũt & immunditiam

1.Pet.2 Matt.25 1.Ioan.4 Osee 6

ditiã offerens ex rapina nil mali censes? Ipsas ma- A nus sordibus & immunditia non sinis impleri: sed prius purificatas, ita postmodum eas offers. Et talis sordes nullum habet peccatum, illa uero accusatione digna atq; calumnia. Ne solum igitur hoc cõsideremus, quomodo puras offeramus manus orantes, uerũ & ut quæ offeruntur pura sint: quoniam hoc risus est: quemadmodũ si quis tabulam ablutã immundis muneribus oneret: nónne subsannatio hoc est, & risus? Sint manus puræ. Non eas tantũ aqua abluamus, uerum & iustitia prius: hęc est manuum expiatio. Si uero simus iniustitia pleni, si milies etiã eas laues, nullũ est emolumen
Esa.1 tum: ait enim, Lauamini, mũdi estote. Quid igit, nunquid dixit: Ite ad fontes, ite ad balnea, uel flumina? Nihil horũ. Sed quid? Auferte iniquitates B uestras ab oculis meis: hoc est mũdari, hoc est ab inquinamẽto liberari, hæc est uerè munditia. Nã illa quidem parũ profuerit, hæc aũt apud deum fiducia nobis largitur. Et illam adulteri quoq; & fures, & homicidæ possunt habere, & molles, & dissoluti uiri, & fornicarij, & scortatores, & hi præsertim. Hi nanq; sunt qui corporis munditiã omniũ maxime curant, iugiter olentes unguenta, sepulchrũ abstergentes (sepulchrum em̃ eis corpus est) animam intus habẽtes mortuam. Igitur huius quidem puritatis & illi possunt esse participes, interioris uero nequaq;. Nihil magnũ est, si corpus abluas: Iudaica est ista purgatio, inutilis & nõ expediẽs, cũ interior desit. Sit aliquis habẽs putredinem, & ulcera corpus depascentia, circũlauit cor C pus, quis exitus? quod lucrũ? Si uero corporis tabem nihil lenire poterit, cum superficies exterior obruatur & destruatur, cũ in anima fuerit tabes, quid nobis proderit corporis puritas? Nihil. Puris est nobis opus orationibus. Orationes aũt puræ esse nõ possunt, cum fœda sit anima quæ parit eas. Nihil enim animam ita fœdam reddit, sicut auaritia atq; rapina. Sed sunt quidã innumera per diem operati mala, qui circa uesperam se lauãtes, ecclesiam ingrediuntur, cum multa manus extollentes fiducia, tanq; omnia per aquarũ piscinã deposuerint. Si sic esset, magis foret emolumentum quotidie lauari: si sic esset, nec ipse balnea frequẽtare morarer, si mundos redderent, & à peccatis absoluerẽt. Risus ista sunt, & nuge, ludicra, & pue D rorum ioca. Non auersatur deus corporis sordes, sed animæ pollutionem: eum enim audi dicentẽ,
Matt.5 Beati mũdo: nunquid corpore? Nequaq;: sed, corde mundi. quoniam ipsi deum uidebunt. Prophe
Psal.50 ta uero quid ait? Cor mundũ crea in me deus: Et
Hier.4 iterum, Ablue à malitia cor tuum. Magnũ est bonum in cõsuetudine bonorum esse. Vide quomodo parua sint hæc, & inutilia. Et postq; anima cõsuetudine præoccupata fuerit, non abscedit: neq; priusquã ea peregerit, ad orationem accedere sustinet. Puta in consuetudine nos constituimus lauandi & orandi, nec illotũ hoc facere datur. Ideo libenter non oramus, si non lotis hoc manibus faciamus tanquam deum offensuri, & sub nequam constituti conscientia. Si parum hoc tantam uim habet, & omino quotidie perficitur: si nos in eleemosynæ cõsuetudine constituissemus, & hoc decreuissemus semp implere, ne manib. uacuis unq; orationis domũ ingrederemur, res iam perfecta fuisset. Cõsuetudinis em̃ uis & in bonis, & in malis magna: ipsa nos trahente, laboris iam non indigebimus: Multi sunt in se signandi consuetudine cõfirmati, nec iam cõmonente opus habent: quin & mente frequenter alió uagante, tanq; à quodã animato præceptore manus ipsa ponte trahitur ad signum faciendum. In consuetudine quidam se cõstituerunt ne iurent, & hoc neq; uolentes, nec inuiti patientur. Igitur & in hac eleemosynæ nosipsos cõsuetudine cõstituamus. Quot opus erat nobis laboribus, ut hoc inueniretur remedium? Die enim mihi, nisi foret eleemosynæ subsidium, cum multis criminibus admissis nos ultionis reos statuissemus, nónne multum doleremus? nónne diceremus, Vtinam per pecunias à peccatis abluí liceret, & omnia daremus? Vtinam pecunijs deiicere irã expellere, neq; rebus ullis parceremus. Nam si hoc in ægritudine facimus, & in morte dicimus, Si mors redimi posset, ille omnia sua dedisset, multo magis hoc. Et uide quanta sit dei misericordia, temporalem redimere mortẽ tibi non cõcessit, sed cõcessit æternam mortem. Ne breuem, inquit, emas uitam hãc, sed uitam illam æternam: illam tibi uendo, non hanc, non illudo tibi. Hanc etsi ceperis, ceperis nihil. Ego noui q; illa magna est, sed non ita caupones, & seculares quæstus sectantes faciunt. Illis enim si liceat illudere quibus uelint, pro magno paruum exhibẽt: ipse uero nõ ita, nos aũt ita. Dic mihi, Si ad aliquem profectus mercatorem duobus propositis lapillis, hoc quidem falso, hoc autem pretioso, & diuitiarũ multũ trahente, illius parui pretium deponẽs, magnum accepisses: nũquid illum incusasses? Nequaquã, sed potius fuisses admiratus. Itidem & nunc proposita sunt duæ uitæ, temporalis, & æterna: ipsas autẽ uenundat deus. Sed hanc nobis, non illã uendit. Quid insipientium more puerorũ tristamur, quod pretiosam acceperimus? Potest igitur, inquies pecunijs uita redimi? Potest, si nostra, & nõ aliena erogemus: si nõ faciamus imposituram. At inquies: Mea post rapinam sunt. Nõ tua, imò sunt illius: aliena sunt, licet eorum millies sis dominus. Nec enim si depositũ acceperis, tempore quo depositor peregrinatur, hęc tua sunt, licet apud te iaceant. Si igitur quæ à uolẽtibus, & gratias habentibus in depositũ accepimus, nostra nõ sunt, nec illo tempore quo tenemus: multo magis hęc, quę inuitis & nolentibus rapimus, ꝓximi sunt: ille eorũ est dñs, licet millies ea retineas. Illa uero nostra est uirtus. Pecuniæ uero ne nostræ quidẽ, nostræ sunt, nedum alienæ. Sed nunc quidem nostrũ est, cras uero non iam nostrũ. Virtutis aũt bona sunt nostra: non em̃ hæc sicut illa iacturã facit, sed omnibus tota præsens adest. Hãc itaq; possideamus, & cõtemnamus pecunias, ut uera consequi bona possimus: quę nos utinam omnes mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, &c.

DE ELEEMOSYNA ET MISERICORDIA, Hom. XXXVII.

VM hominẽ diligat dominus, chariſſimi, multã præceptis ſuis immiſcuit lenitatẽ, ut non ſolum ex præcepto, uerum & ex propria mente multa faciamus. Poterat enim, niſi hoc uoluiſſet, præcepto magis intendere, & dicere: Qui nõ ſem per ieiunat, puniat: qui uirginitatem nõ ſeruat, in eum animaduertatur: qui præſentia nõ exuit omnia, ſupremã exoluat pœnã. Sed hoc non fecit, tibi, ſi uelis, largitatẽ exhibendi præbẽs occaſionẽ. Et propterea cum de uirginitate loqueretur, dicebat: Qui poteſt capere, capiat. Et ad diuitem hęc quidẽ præcepit, hæc aũt ſuæ poteſtati dimiſit. Nõ enim dixit, Vende quę habes: ſed, ſi uis perfectus eſſe, uende. Nos aũt non tantũ non largitatẽ præferimus, neq; præcepta tranſcendimus, uerũ & à iuſtorũ menſura multũ deficimus. Et Paulus quidem eſuriebat, ne impedimentum daret euangelio: nos uero neq; repoſita nobis tãgere audemꝰ, innumeras uidẽtes animas ſubuerti: dicimus eñ, Rodat tinea, & non comedat pauper: abſumat uermis, & nudus non induatur: oñia tempore cõſumantur, & Chriſtus non paſcaſ, licet eſuriat. At inquies: Quis hoc dixit? Hoc eſt autẽ ideo ualde malum, q̃ non uerbis, ſed operibus iſta dicuntur. Minus eñ eſſet mali ſi diceretur in uerbis, q̃ cum agitur in factis. Nónne quotidie iſta ꝓclamat inhumana & crudelis & tyrannica uanitas captiuis ſuis? Proponantur & calumniatoribus, & latronibus, & inſidiatoribus ad eſcã noſtra, non aũt eſurientibus, neq; indigentibus alimentũ. Nónne uos enim facitis latrones? nónne uos inuidorum igni fomitẽ præbetis? nónne uos facitis fugitiuos & inſidiatores, uelut eſcã ueſtras proponentes diuitias? Quis furor autẽ eſt iſte? Furor eñ eſt, & manifeſta dementia, ueſtibus quidem arcas parare, ad dei uero factũ imaginem & ſimilitudinẽ, nudũ & tremẽtem præ gelu, uixq; ſtantem rectũ negligere. At inquies: Simulat tremorem & infirmitatẽ. Non times ne fulmẽ ab hoc uerbo cœlitus accenſum in te feratur? Diſrumpor eñ ab indignatione, parcite. Tu quidẽ uentre tumẽs & pinguis, & ad profundã potum producens ueſperam, & mollibus caleſcens ſtragulis, non te dignum dare pœnas cenſes, cũ tam iniquè dei munerib. utaris: (nec enim ut inebriemur eſt uinũ: nec ut crapulemur, eſca fuit facta: nec ut uẽtrem diſrumpamus, cibi) pauperẽ uero miſerũ, nihilo melius mortuo habentẽ, exquiſitas exigis rationes? Nec Chriſti times tribunal illud horrendũ & terribile? Nã & ſi ſimulat, ex neceſſitate ſimulat & egeſtate, propter ſæuitiã & inhumanitatẽ tuã, quæ talibus perſonis ſupplicantibus, ad miſericordiã non flectitur. Quis enim tam miſer & erumnoſus, ut nulla premente neceſſitate, pro ſolo pane uelit ita deturpari & plangere, talemq; pœnã ſuſtinere? Igit̃ illius ſimulatio fertur inhumanitatis tuæ præco. Quoniam enim ſupplicans & deprecãs, & miſerabilia fundens uerba, gemens & lachrymans, totũ circũ A iens diẽ, neq; neceſſariũ inueniebat alimentũ, forte & hanc artẽ excogitauit, nõ ſibi tantũ, quantũ tibi dedecoris & accuſationis inferentẽ. Nam illẽ quidem miſericordiã inuenire dignus eſt, q̃ in tã tam deuenit neceſſitatẽ: nos aũt innumeris digni ſupplicijs, q̃ pauperes talia pati cogimus. Si nãq; de facili flecteremur, nunq; illi talia ſubire maluiſſet. Et quid dico nuditatẽ & tremorẽ? Hoc enim horribilius dicã, q̃ & liberos immaturã agentes ætatẽ quidã excæcare ſunt coacti, ut noſtrã penetrarent inſenſatã duritiẽ. Poſtq; enim uidẽtes, nudiq; circũeuntes, nec ab ætate, nec ab erumna crudeles flecterepotuerũt, his tot malis aliã grauiorẽ adiecere tragœdiã, ut famẽ ſoluerẽt, leuiꝰ eſſe putantes, hoc cõmuni lumine priuari, & ſplendore B omnibus cõceſſo carere, q̃ cũ fame continuã habere pugnam, & miſerrimam mortem ſuſtinere. Quoniã enim paupertatis miſereri nõ didiciſtis, ſed gaudetis calamitatibus, ueſtrã implent improbam libidinem, & ſibi & uobis gehennæ flammã acriorẽ accendentes. Et ut ſciatis, q̃ propterea talia fiunt, ſignum uobis dicam manifeſtum, cui nemo cõtradicere poterit. Sunt alij pauperes leues, & mẽte ſublimes, & neſcij famem pati, ſed potius omnia quàm hanc ſuſtinẽtes: hi uobis frequenter & habitibus, & uerbis miſerabilibus occurrẽtes, poſtq; nihil profecerũt, omiſſis ſupplicationibus illis, præſtigiatores iam nobis adduxerunt: hi quidem calceamentorum pelles elaboratorum mandentes, hi uero capiti acutos circumfigentes clauos: Alij glacie cõcretis aquis nudo uentre adhærentes, alij uero his alia ſuſtinẽtes abſurdiora, ut improbum ſtatuant ſpectaculum. Tu uero dum hæc fiunt, aſſiſtis ridens & admirans, & alienis inſultans malis, dum cõmunis natura dedecoratur. Ecquid his maius faciat ſæuus dæmon? Poſtmodum ut prõptius hæc faciat, copioſius præbes argentum. Et oranti quidem, & deũ uocãti, & accedenti cum humanitate, neq; reſpõdere dignaris, neq; reſpicere. Quin et grauia illa loqueris uerba, cum iugiter infeſtauerit: Hũc oportẽt ne uiuere? an omnino reſpirare, uel ſolem hunc cernere? In illos autem & hilaris, & liberalis, tanq; ſis præmij propoſitor, & æditor ſcurrilis & ſatanicæ turpitudinis illius. Et propterea rationabilius hæc ponẽtibus certamina, & nihil erogãtibus, donec alios cruciari uideant, hæc uerba dicerẽtur: Viuere decet hos? reſpiraré ne penitus, uel ſolem hunc cernere in cõmunem peccãtes naturã, in deũ immittentes contumeliã? Cũ eñ deus dicat: Da eleemoſynã, et do tibi cœleſte regnũ, nõ audiſti. Diabolo aũt caput cõfixũ clauis oſtẽdente, repentè factus es liberalis. Et plus potuit flectere maligni dæmonis adinuentio tantũ habẽs nocumentũ, q̃ dei ꝓmiſſio, bona ferẽs innumera. Cũ opus fuerit, ſi fuiſſet etiã erogandũ aurũ, ne talia fierẽt, aut fieri uiderent, omnia facere, aut pati, ut hæc multa tolleretur inſania: uos aũt ut fiãt, & fieri ſpectent, omnia facitis & negotiamini. Adhuc igit̃ interrogas quæſõ, quamobrẽ gehenna? Sed ne amplius hoc interroges, ſed quomodo ſola una ſit gehenna.

Quot

Quot enim hi pœnis digni sunt, qui sæuũ hoc & immite conuocantes spectaculum, & ridẽtes in quib. opus erat lugere tam illos quàm nosipsos, imò uero uos, talia subire deformia compellunt? At inquies: Non cogo. Dic mihi, quomodo non cogis, humilioribus quidẽ & plorantibus, & deũ protestantibus nec intendere sustinẽs, his autem & large præbẽs argentũ, & multos circumsistens admirantes? Absistemus ne, inquies, miserentes eorum? Tũ hoc imperas? Nõ hoc est, homo, misereri, tantam pro paucis obolis pœnam exigere, iubere ut propter necessarium se percutiat alimẽtum, & in multa capitis cutẽ secare tam amarè & miserabiliter. Bona uerba, inquies: nõ em̃ nos sumus capita configentes illa. Vtinam tu, nec esset malum tam graue. Qui nanq; iugulat aliquem, iubente se ipsum iugulare, multo peiora facit: quod quidem & in his accidit. Acutiores enim sustinẽt dolores, cũ ipsi quoq; ministri malorũ fieri iubent̃ præceptorum huiusmodi. Et hæc Antiochiæ, ubi primũ appellati sunt Christiani, ubi fuerũt omnibus hominibus mitiores, ubi multus apud antiquos eleemosynæ fructus uigebat. Nec enim tantum præsentibus, uerũ & lõginquis mittebãt per magnũ interuallũ, & hæc cũ fames expectaretur. Quid igitur, inquies, oportet facere? Hanc quidẽ feritatẽ supprimere, omnibus aũt egenis persuadere, ꝙ hæc quidẽ agentes, nihil accipiẽt: mansuete uero petentes, multam inueniẽt liberalitatẽ. Et si hæc didicerint, licet sint omniũ miserrimi, nõ amplius eligẽt cruciari. (Ego uadimonium præsto) quin et gratias uobis habebunt, ꝙ ipsos à risu liberastis, & illo dolore. Nunc autẽ pro aurigis quidẽ & liberos uestros traderetis, & ꝓ saltatoribus ipsas proderetis animas: pro Christo autem esurienti neq; minimam substantiæ partem erogatis, sed si parum argenti dederitis, tanc̃ totum exolueritis, ita uos geritis: nescientes ꝙ non dare, sed cum copia dare, præsertim hoc est eleemosyna. Propterea q̃ propheta nõ dantes simpliciter prædicat & beatificat, sed copiose præbentes. Nec enim simpliciter dixit, dedit: sed quomõ? Dispersit, dedit pauperibus. Quid enim utilitatis, cũ tantũ abundans dederis, quantũ si quis ex mari cyathũ hauserit, & neq; generosum uiduæ mulieris animum imitatus sis? Quomodo uero dices: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam? cum secundum eius misericordiã ipse non miserearis, fortè uero neq; secundum paruam. Etenim multum confundor, cũ multos uideo diuites equis cum frenis aureis insidentes, & post se trahentes seruos auro micantes, & lectos habentes argenteos, & aliam maiorẽ iactantiam: & cum pauperi dandum fuerit, pauperrimis pauperiores redditos. Sed solent dicere, Habet communia bona ecclesiæ. Et quid hoc ad te? Nec enim si ego dedero, saluaberis ipse: neq; si ecclesia præbuerit, tu peccata tua deleueris. Nam si propterea non erogas, quòd egenis ecclesia dare debeat: quoniam orant sacerdotes, tu nunquam orabis? Et quoniã alij ieiunãt, tu iugiter ebrius eris? Nescis quòd non tam propter pauperes eleemosynam deus, quàm propter ipsos impendẽtes instituit? Sed sacerdotem habes suspectum: grauissimum quidẽ & hoc peccatum, tamen nõ sub tiliter exquiro. Omnia per teipsum perage, & ita duplicem lucraberis mercedẽ. Nam quæ nos de eleemosyna dicimus, nõ ut nobis offeras dicimus, sed ut ipse per teipsum ministres. Mihi nãq; deferens, fortassis & inani gloria capieris: frequenter autem & scandalizatus recedes, eo quòd mala suspiceris. Si uero per uosmetipsos omnia faciatis, & à scandalis absoluemini, & ab inepta suspicione, maiorq; uobis erit merces. Non itaq; uos huc cogens conferre pecunias, hæc dico: neq; pro sacerdotibus quibus detrahitis, zelum præferẽs. Nam si fuerat indignandum & dolendum, ꝓ uobis oportebat dolere, qui male dicitis. Nam male quidem audientib. incassum & sine causa maior erit merces: dicentibus autem, iudicium & ultio grauior. Non itaq; propter eos hęc dico, sed uestri curam gerens, & solicitudinem. Quid enim mirum, si quidam in generatione nostra suspecti sunt, cũ inter sanctos illos angelorũ imitatores, nihil proprium possidentes, Apostolos dico, murmuratio foret in ministerio uiduarum, quòd despicerent̃ pauperes, cum nemo quippiam suorũ proprium esse diceret, sed essent illis omnia communia? Ne has itaq; prætendamus purgationes, nec excusationem esse credamus, quòd ecclesia multa possideat. Cum enim ipsius substantię magnitudinem uideris, & pauperum in ea descriptorũ greges cogita, ægrotorum cateruas, innumerorum occasiones ministeriorũ scrutare, inuestiga curiose: qui prohibeat, nemo. Quin & rationẽ uobis reddere sumus parati: uerum dilationem uolo. Cum nãq; rationes dederimus, & non minorem esse prouẽtu demonstrauerimus impensam, quin & interdũ maiorẽ: libenter à uobis illud interrogarem, cum illò migrabimus, & Christum audiemus dicentẽ: Esurientem me uidistis, & non pauistis: nudum, & non induistis: quid dicemus? quid uero respondebimus? Illum & illum in medium agemus, qui talia negligunt, an sacerdotũ quosdã suspectos? Et quid hoc ad te? Nam ego tibi obijcio quæ ipse peccasti: horum autem purgatio, propria diluere crimina, nõ alios ostendere paria peccasse. Nam & ecclesia propter pusillanimitatem uestram ea cogitur habere, quæ nunc habet. Quippe si secundum apostolicas leges omnia fierent, ipsius prouentum esse mẽtem uestram oportebat: quod penu esset tutissimum, & inconsumptus thesaurus. Nunc autem quando uos thesaurizatis super terram, & in uestris omnia penibus recluditis: hæc autem impendere cogitur uiduarum collegijs, uirginum choris, hospitum uisitationibus, peregrinantium erumnis, compeditorum calamitatibus, male ualentium necessitatibus & mutilatorũ, aliĵsq; talibus causis, quid agendũ est? Nũquid opus est hos homines auersari, totq; suffodere portus? Et quis occurrentibus sufficeret naufragijs, gemitibus,

A B C D

Act. 11. d

Psal. 111. b

Ibid. 50. a

Matt. 25

Rom. 11.

gemitibus,luctibus & eiulatib. undiq; cõcurrentibus? Ne temerè igitur & casu loquamur: nũc enim quod præueniens dixi, & rationes quidẽ uobis reddere parati sumus. Si uero contrariũ quoq; foret, & perditos haberetis doctores, omniaq; diripientes, & auaros: nec ita defensio uestra foret illorum nequitia. Clementissimus enim & sapientissimus unigenitus dei filius, omia uidens, & sciens q; multos temporis longitudine, & tam magno terrarum orbe sacerdotes accidit esse corruptos, ne subditorũ torpor per illorũ negligentiã augeatur, omnem tollens torporis excusationẽ: Super cathedrã, inquit, Mosi sederunt scribæ & pharisæi: omnia quæcunq; uobis dicunt ut faciatis, facite: secundum aũt opera eorũ nolite facere: ostẽdens q; licet præceptorem habeas malũ, nihil hoc tibi obesse poterit, cum dictis intẽdas. Non enim ex his quæ sacerdos egit, sed quæ audita neglexisti, ex his tibi deus sententiam feret. Itaq; si præcepta quidem facias, cũ multa tunc adstabis fiducia: si uero quę dicuntur neglexeris, etiamsi mille perditos ostenderis sacerdotes, nihil hoc tibi proderit. Quoniam & Iudas apostolus erat, ueruntamẽ nihil hoc pro sacrilegis & auaris unq; in defensionẽ proponetur. Nemo poterit accusatus dicere, q; & apostolus fur erat, & sacrilegus, ac proditor: sed hoc ipsum nos maxime puniet, & condemnabit, q; nec aliorum malis correcti sumus. Nam & propter hoc illa scripta sunt, ut eorum æmulationem fugiamus. Quapropter illum & illum sinentes, nobisipsis caueamus: nam quisq; nostrum pro se deo dabit rationem. Igitur ut rationẽ hanc cum bona reddamus purgatione, nostrã instituamus uitam, & largam egenis dexteram extendamus: sciẽtes q; hæc sola nobis est excusatio, si nosipsos ostendamus mandata peregisse, nulla uero præterisse. Et si hanc præferre poterimus, intolerabiles illos gehẽnæ dolores effugiemus, & futura cõsequemur bona: quæ nos utinam omnes assequamur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, honor & imperium, cum sancto & uiuificante spiritu, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 23.a

Matt. 25

DE HVMILITATE ET QVIETE

Homilia XXXVIII.

N Eltum sapiamus ô homines, nec inflemur, cũ terra simus & cinis, fumus & umbra. Dic nanq; mihi, cur altum sapis? Eleemosynã dedisti, & exhausisti pecunias. Et quid hoc, cogita, nisi te deus diuitem facere uoluisset: cogita pauperes, quinimò cogita & q; corpora tradiderũt, & postquã tradiderũt se modeste gerentes, miseros millies censuerũt. Tu propter teipsum erogasti, Christus propter te: tu debitũ reddidisti, tibi Christus non debebat. Futurorũ incertitudinẽ respice, nec altũ sapias, sed time: ne superbia uirtutẽ diminuas. Vis uerè magnũ aliquid operari? nunq; te suspiceris tanq; magnorũ meritorũ. Sed es uirgo? Verũ & illæ uirgines fuerunt: sed propter sæuitiã & inhumanitatem, nihil eis uirginitas profuit. Humilitati nihil æquale, hæc est bonorũ mater et radix, altrix & occasio, simul & uinculum: hac semota, abominabiles & scelesti sumus & immũdi. Sit enim, quæso mortuos aliquis suscitans, & sanans claudos, & leprosos emundãs cũ insolentia, nihil hoc sceleratius, magis impiũ nihil, nihil prophanius. Nihil esse te putes. Verbũ habes & docendi gratiã, ne propterea putes te plus alijs aliquid habere. Propterea maxime debes humiliari, q; pluribus donis præditus es. Cui nanq; plus dimissum est, plus diliget. Igit oportet & humiliari, q; alios prætergressus in te deus inclinauit. Frequenter enim & hoc tibi perditionis causa fuerit, nisi uigilaueris. Quid altum sapis: quoniã per uerba doces? sed hoc facile, uerbis medicari. Doce me per uitã tuã, hęc est optima doctrina. Dicis q; opus est modestiã sequi, & longũ super hoc trahis sermonẽ; & inoffense fluens, dicendi copiam ostentas. Sed te melior ille qui per opera hoc me docet. Non enim disciplinæ tam à uerbis, quàm à factis animæ solent intromitti. Quoniã si non habueris opera, non tantũ loquens non profuisti, sed & potius læsisti. Melius est tacere. Quare? quoniã opus mihi reddis impossibile. Cogita nanq; q; si tu tanta differens nõ efficis, multo magis ego uenia dignus: Propterea propheta dicit: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Maius eñ hoc damnũ, cum aliquis bene uerbis docens, per opera doctrinam impugnat. Hoc fuit multorũ in ecclesijs malorũ causa. Propterea parcite quęso, si uobis in hac indignatiõe sermo prolixior habet. Multa multi faciunt, ut in medio cõstituti, longã extendãt orationem: & si plausus quidem à multitudine consequãtur, hoc eis regno simile factũ est: si uero cũ silentio sermonẽ finierint, silentij tristitia fit illis gehẽna molestior. Hoc ecclesias subuertit, quoniã neq; uos sermonẽ audire quæritis cõpunctiuũ, sed qui delectare sono ualeat, & uerborum cõpositione, tanq; citharœdos & citharistas audientes. Et nos segniter & erumnose facientes, uestras sequimur concupiscentias, cum sit opus eas excidere. Et idem fit, ac si quis pater frigido, & plus debito molli filio, licet ægrotãti placẽtam offerat, & aquam frigidam, & quæcunq; duntaxat delectare solent, utilium uero nullam gerat curam: postmodũ à medicis incusatus, se purget dicens: Quid faciam? nõ sustineo flentem puerũ cernere. Miser & infelix, & proditor: nec enim huiusmodi patrẽ dixerim. Et quanto melius est breui contristatũ semper incolumem reddere, quàm momentaneam hanc lætitiam cõtinuæ mœstitiæ materiam facere? Hęc & nos patimur, uerborum fucos conquirentes, & compositiones, & elegantem iuncturã, ut delectemus, non prosimus. Considerамus quomodo uideamur admirabiles, non quomodo mores componamus. Credite mihi, uera dico: dum mihi applauditur dicenti, per ipsum quidem tempus humanum aliquid patior, (cur enim non uerum fatear?) & gestio, & exulto. Postquam domum ingressus, plausores nihil adiutos esse cogitauero, & si quid profecisse debe-

Rom. 11.c

Psal. 49

Luc. 7.c

debebant, per plausum & laudes amisisse, doleo, gemo & lugeo: & tanquã omia temere dixerim, sic afficior, & mihimetipsi dico, Quæ mihi surdorum utilitas, cũ auditores ex sermonibus nostris lucrari nihil uelint? Et frequenter legẽ ponere cogitaui, quæ plausus prohiberet, & cũ silentio, congruaq; tranquillitate nos audire persuaderet. Sed tolerate quæso, & obedite mihi: & si uidetur hãc sanciamus legem, iam audientium nemini licere cuiquam inter dicendum applaudere: sed si uelit admirari, cum silẽtio miretur, prohibet nemo: Omne uero studium & promptitudo ad dicta præstetur suscipienda. Quamobrẽ applausistis? De hoc legem profero. Vos autem nec audire toleratis. Hoc erit multorum causa bonorum, & philosophiæ doctrina. Exteriores quoq; philosophos audimus dicentes, & nullus unq; plausus eos sequitur. Et apostolis sermonem habentibus ad populum, nusquam hoc addiderunt, q illis dicentibus in medio dicentem plausibus auditores interrumperent. Magnum hoc nobis lucrum, sed hoc sanciamus. Omnia cum quiete audiamus omnes, & dicamus. Nam si post plausus quidem abiremus, habẽtes quæ audiuimus, maxime quidem nec ita laus utilis foret: sed non admodum curassem, ne quis me forte rusticitatis argueret. Sed quãdo nil amplius efficitur, nisi detrimẽtum, soluamus uinculum, tollamus exultationes, animæ lasciuias excidamus. Christus in monte prędicauit, sed nemo quicq; dixit, donec sermonem impleuit. Non priuo uolẽtes plausibus excipi, sed magis mirabiles reddo. Multo melius tacite audientẽ per memoriam in omni tempore plaudere, & domi, & in foro, quàm omnibus perditis domum inanem redire, plausuũ non habentem materiam. Quomodo nanq; non deridendus auditor, & assentator magis, et simulator putabitur? quod bene quidem dixit doctor, pronuntiãs: quid uero dixerit, demonstrare nõ sum idoneus. Hoc assentationis est. Nã citharœdos quidem audiens, & tragœdos hoc iure pateretur, utpote qui dictionem similiter proferre nesciant. Vbi uero nõ cantus est ostentatio, neq; uocis, sed sententiarũ & philosophiæ facultas, cuiq; dicere & enunciare facillimum est. Quomodo non igitur accusatione dignum est, si quis laudans, causam nequeat dicere, qua dicentẽ laudauit? Nihil ecclesiæ tam congruum, quàm silentium & tranquillitas. Theatris cõuenit tumultus, & balneis, & pompis, & foris: ubi uero de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas & quies, & philosophia, & multa pax esse debet. Hæc precor & supplico. Circumeo namq; loca quærens, quibus uestris prodesse ualeã animis, nec hic paruus mihi modus esse uidetur, qui non tantum uobis proderit, uerũ neq; nos præcipitari permittet, neq; laudum & gloriæ capi cupidine, neq; delectantia dicere, sed quæ prosunt, neq; circa compositiones, & uerborum fucos, sed circa sententiarum uirtutem omne temporis occupare momẽtum. Officinam intra pictoriam, & ibi magnũ inuenies silentium: sit igitur & hic: nam & hic regias pingimus imagines, nullam uero priuatam per uirtutis colores. Quid mihi rursum in hoc applauditis? Non hoc est facile. Sed quid nisi multa cõsuetudine cõparari possit? Stylus autem nobis est lingua, artifex uero spiritus sanctus. Dic mihi, nũquid ullus est in mysteriis tumultus? nunquid ulla turbatio? Cum baptizamur, cum alia cuncta facimus, nónne quiete & silẽtio cũcta sunt ornata? Hoc in cœlo dissẽminatum est ornamentum. Propter hoc et à gentibus accusamur, tanq; ad ostentationem & ambitionẽ omnia facientes. Ne igitur in meritis altum sapiamus, ô homines, sed cogitantes domini progenitores, omnem euacuemus tumorẽ. Sic enim & pharisęus publicano factus est posterior. Si uero uis magnum ostendere meritum, noli altum sapere, & tũc hoc magis ostenderis. Ne te putes aliquid effecisse, & totum feceris. Nam cum simus peccatores, hoc nos esse quod sumus cogitantes, efficimur iusti, sicut & publicanus: quanto magis si cum iusti simus, peccatores esse nos putemus? Nam si iustos ex peccatoribus facit humilia de se sentire, licet hoc nõ humilitas, sed sanum sit iudicium. Si igitur in peccatorib. sanum tantum potest iudiciũ, quantum humilitas in iustis poterit, collige. Ne uelis itaq; labores corrumpere, neque sudores succidas, ne in uacuum curras, post innumera certamina totum euacuãs laborem: tenanq; melius merita tua dominus nouit. Vel si calicem aquæ frigidæ dederis, nec hoc despicit: siue obolum erogaueris, siue gemueris duntaxat, omnia cum ingenti suscipit beneuolẽtia, & reminiscitur, & magnas eis reponit mercedes. Quam autem ob rem tua continue cõmemoras, et nobis in medium profers? Nescis quòd si temetipsum laudaueris, non iam te deus laudabit? sicut è contra, si te miserum uocaueris, non desinet apud omnes te prædicare. Nec eñ uult labores tuos diminui. Quid dico diminui? Omnia nempe facit & satagit, ut ex minimis te coronet, & circuit occasiões quærens, quibus à gehenna possis liberari. Propterea si uel undecimam opereris horam diei, integram erogat mercedem: si uel unam salutis occasionem habeas, ait: Propter me facio, ne nomen meum polluatur. Si uel gemueris tantum, uel fleueris, hæc omnia statim arripit ipse in tuæ salutis occasionem. Nolimus igitur extolli, sed & nos dicamus inutiles, ut utiles efficiamur. Nam si te quidem dixeris probabilem, licet probabilis existas, inutilis factus es: si uero te nominaueris inutilem, factus es utilis, licet sis improbandus: propterea meritorum obliuisci necessarium est. At inquies: Quomodo possumus hæc nescire, quæ scimus? Quid ais? continue dominum offendens lætaris & rides, & nescis quidem quòd peccasti, cũ obliuioni cuncta tradideris: meritorum uero memoriam extrudere non potes, licet res sit fortior metus. Nos autem contrarium facimus: nam quotidie quidem offendentes, nec animaduertimus: si uero pauperi modicũ argenti dederimus, sursum & deorsum circũuoluimus: quod est extremæ dementiæ, & maxima colligentis iactura. Tutus eñ

Ezech. 36

meritorum

meritorum penus, obliuio meritorũ. Et ſicut cum
ueſtes & aurum in foro quidem exponimus, mul
tos prouocamus inſidiatores: ſi uero domi repo-
namus & celemus, in tuto repoſuerimus omnia:
Ita profecto & merita, ſi iugiter mente geſtemus,
dominũ irritamus, armamus inimicũ, ad furtũ uo-
camus: ſi uero ſciat ipſa nemo, ſed quem ſcire ſolũ
oportet, in tuto iacebunt. Itaq; noli iugiter circũ-
ferre, ne quis auferat ea: neq; quod Phariſæus paſ
ſus eſt, & ipſe patiaris, qui lingua circũferebat ip-
ſa, unde diabolus ea rapuit, licet eorum cum gra-
tiarum actione memoriã ageret, & deo totũ attri
bueret: ſed nec hoc ei ſuffecit. Non enim alijs ex-
probrare gratiarum eſt actio, corã multis gloria-
ri, in præuaricatos inſurgere. Nam ſi deo gratias
agis, id ſolum tibi ſatis ſit, nec in homines inueha
ris, neq; condemnes proximũ. Vis gratiarũ actio
Dan.3. nis rationẽ diſcere: tres audi pueros dicentes: Pec
cauimus, iniquitatẽ fecimus. Iuſtus es domine in
omnibus quæ feciſti nobis, quoniam in uero iudi
cio omnia induxiſti. Itaq; propria cõfiteri pecca-
ta, hoc eſt deo gratias agere confitentem. Qui ſe
quidẽ infinitorum oſtendit eſſe reum, nec à ſe dig-
nam exigi pœnã: hic eſt qui maxime gratias a-
git. Caueamus igitur aliquid de nobis dicere: hoc e-
nim & hominibus odioſos, & deo reddit abomi-
nabiles. Propterea quãto maiora præſtitimus, tan
to minora de nobis dicamus: ſic enim gloriam aſ-
ſequemur maximam, & apud homines, & apud
deum, quinimo neq; gloriam tantũ apud deum,
uerum & mercedem, & magnam retributionem.
Ne mercedem itaq; reputes, ut capias mercedẽ:
gratia cõfitere ſaluari, ut ipſe tibi ſe debitorẽ con-
fiteatur, non modo meritorũ, uerum & talis grati
tudinis. Nam cum bene quidẽ geſſerimus, bene-
factorum duntaxat habemus debitorẽ: cum uero
nihil nos meruiſſe putauerimus, ipſius quoq; diſ-
poſitionis huiuſmodi magis q̃ illorum, ut æqui-
ualens ſit hæc meritorum. Si non igitur hoc adſit,
nec illa magna uidebuntur. Nam et nos ſeruos ha
bẽtes, maxime tunc eos acceptos habemus, cum
poſtquam omnia beneuole miniſtrauerint, nihil
magnum feciſſe ſe cẽſent. Itaq; ſi tu quoq; magna
Ezech.36 uis reddere merita tua, ea ne magna eſſe putes, &
Matt.8 magna tunc erunt. Sic & Centurio dicebat: Non
ſum dignus ut intres ſub tectum meũ: & propte-
rea dignus factus eſt, & admirationi ſuper omnes
1.Cor.15 Iudæos habitus. Sic & Paulus dicens: Non ſum di
gnus uocari apoſtolus: & propter hoc omnium
primus factus eſt. Itidem & Ioannes: Non ſum di
gnus ſoluere corrigiam calceamenti eius: & ideo
amicus quoq; fuit ſpõſi. Et manum quam eſſe cal
ceamẽto dixit indignam, hanc ſuper caput ſuum
Luc.3 Chriſtus attraxit. Sic & Petrus dicebat: Exi à me,
quia peccator homo ſum domine: & idcirco fa-
ctus eſt eccleſiæ fundamentum. Nihil enim deo
tam gratũ, quàm cum extremis peccatoribus ſe-
metipſum connumerare. Hoc eſt totius ſapientiæ
principium. Sic enim humiliatus & contritus, nõ
inani gloria uentilabit, non iraſcetur, non inuide
bit proximo, non ullum aliud uitium admittet.

A Nec enim contritam manum, licet milliés conten
damus, in altitudinem tollere poterimus. Si igit
& animã itidẽ cõteramus: licet innumeri tumefa-
cientes morbi eam extollant, neq; tantillum ele-
uari poterit. Nam ſi quis de rebus lugens ſeculari
bus omnes animi depellit ægritudines, multo ma
gis qui pro peccatis hoc facit, ſapientiam aſſeque
tur. At inquies: Quis ita poterit cor ſuum contere
re? Audi Dauid maxime per hoc illuſtratũ, & ip-
ſius animi contritionem intelliges. Poſt innume-
ra ſiquidem merita, debens & patria, & domo, &
ipſa excidere uita, ſecus ipſum calamitatis tem-
pus uilem & abiectum militem tempore ſuo cer
nens inſultantem, & conuiciantẽ: non tantũ con
uicium tulit, ſed & ex militibus quendã illum in-
B terficere uolentem prohibuit dicens: Sinite eum, 2.Reg.16
quoniã dominus mãdauit illi. Et rurſum ſacerdo-
tibus arcam cum eo circũferre petentibus, nõ aſ-
ſenſus eſt: ſed quid ait? In templo collocabo, & ſi
liberauerit me præſentib. malis deus, uidebo de-
corẽ eius: ſi uero mihi dixerit, Noluí te: ecce ego,
faciat mihi quod placitum eſt in conſpectu eius.
Quod aũt erga Saulem & ſemel, & bis, & ſæpe fa 1.Reg.24
ctum eſt, qualem philoſophiæ nõ oſtendit exceſ-
ſum? Etenim & antiquã legem tranſcẽdit, & apo
ſtolicis factum eſt præceptis propinquũ. Propter
hoc omnia diligebat à domino miſſa, non de his
quæ fiebãt, iudicans: ſed unũ ſolum elaborans, ut
in oĩbus obediret, & leges ab eo poſitas ſeque-
retur: & poſt tot ſua cernens merita tyrannũ, par-
C ricidam, fratricidam, cõtumelioſum, furentẽ, pro
ſe ſuum habentem regnũ, nec ita ſcandalizabat:
ſed, Si deo hęc uidentur, inquit, me quidẽ pelli, &
fugere, illum aũt eſſe in honore, amo & ſuſpicio,
& gratias habeo de innumeris ipſis malis. Nõ ut
multi impudentes & temerarij, nec minimã meri
torum eius partem aſſecuti, ſi quos in proſperita-
tibus poſitos uiderint, ſe uero minimã ſuſtinuiſſe
triſtitiã, innumeris ſuas perdunt animas blaſphe-
mijs. Sed nõ talis Dauid, ſed omnẽ exhibebat mã
ſuetudinẽ. Propterea q; dicebat deus: Inueni Da- 1.Reg.16
uid Ieſſe, uirum ſecundũ cor meũ. Talẽ & nos a-
nimam habeamus, & quicquid fuerimus paſſi, fa
cile feremus: & ante regnũ hic humilitatis prouẽ
tum colligemus: Ait enim: Diſcite à me, quia mi- Matt.11
D tis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ ani
mabus ueſtris. Vt igitur & hic, & illic quiete frua
mur, magno cũ ſtudio omniũ matrem uirtutũ, hu
militatem dico, in animabus noſtris plantemus:
ſic enim & hoc uitæ pelagus abſq; fluctibus trãſi
re poterimus, & in tranquillum cœleſtem illum
nauigare portum, gratia, &c.

DE HVMILITATE, ET QVOD præſentia quaſi non ſint, oportet contemnere. Homilia XXXIX.

CLEMENS dominus noſter, chariſſi-
mi, cum nos præſentia deſpicientes
C uiderit, & hæc cum largitate præbet,
& futura nobis ſeruat fruenda: & hoc
& in pecunijs, & in gloria ſeculi præ-
ſentis & in omnibus caducis rebus fieri cernere

licet. Præsentes itaq; cõtemnamus diuitias, ut ueras inuenire diuitias ualeamus. Inanem hãc despiciamus gloriã, ut illa uera fruamur & stabili. Præsentem derideamus tranquillitatẽ, ut ineffabilia illa cõsequamur bona. Nihil pręsentia ducamus, ut ad futurorũ possimus excitari desiderium. Nec enim præsentibus affixus, illorũ unquam potest arcanorũ bonorum admittere desideriũ: tanq; lippitudine quadã corporeis oculis impositа, sic pręsentium concupiscẽtia rationẽ obtenebrante, nihilq; permittente congruũ uidere. Neq; rursus in contrariũ circa illa desideriũ habens immota stabiliaq; bona, quampiam horũ corruptibilium, & priusquam appareat tabescentiũ cõcupiscentiam capere potest. Pio nãq; erga deũ desiderio uulneratus, & futurorũ nactus cupiditatẽ, pręsentiũ statum aliis cernit oculis: et nouit q̃ est figura tota uita præsens, & fallacia, & à somnijs nihil distat: & propterea beatus quoq; Paulus dicebat scribens:
1.Cor.7 Præterit enim figura mundi huius: ostendens q̃ humanorũ quodlibet in figura tantũ est, & uelut umbra, & somniũ præterlabitur, nihil habens uerum, nihil stabile. Quomodo non igit̃ puerilis sit mentis circa umbras attonitos esse, & in somnijs altum sapere, & in his tabescere, quæ paulo post transeunt? ait enim: Præterit figura mundi huius. Cum igit̃ audieris quòd trãsit, quid amplius iam quæris? Cum audieris quòd figura tantũ sunt omnia humana, ueritate carentia: quare sponte deceptionem sustines, nec eorum mutabilitatem cogitans & instabilitatẽ, hæc quidem prætercurris: ad illa uero desiderium nõ transfers inæternum manentia, immota, stabilia, mutationẽ non admittẽtia? Nam ut doctoris gentium prudẽtiam discas, ipsum uide rursum alibi uolentem omniũ in præsenti uita felicium uilitatem ostendere, qua sit u-
2.Cor.4 sus dictione: cum dixit, Nam quæ uidentur, temporaria sunt. Nam siue diuitiarũ dixeris copiam, siue gloriam, siue claritatem, siue principatũ, siue potestatem, siue regnũ ipsum, & diademate redimitum, & sublimem thronũ: omnia hæc quæ uidentur, temporaria sunt, breui tempore permanentiã præstantia, nec multum nobis fructum exhibentia. Quæ nos itaq; uis inquirere, si omnia sunt ad tempus? Illa, inquit, quæ nõ uidentur, non hæc quę cernunt̃, sed illa quæ corporis non conspiciuntur oculis. Et quis hoc consiliũ præberet, ut uisibilib. prætermissis, inquirantur inuisibilia? Ipsa nos, inquit, rerum natura doceat, quòd hæc quidẽ licet uideant̃, breui tamen præterfluunt: illa uero quãquam nunc cernere nõ possumus, æterna tamen sunt, perennem habent statũ, finem ignorant, terminum non admittunt, nesciunt mutationẽ, cum stabilia sint et immota. Fortè iam & molestus esse uideor, quotidie frustra cohortans. Sed quid faciam? Multa malitiæ uastatio, magna pecuniarũ tyrannis, magna uirtutis penuria. Propterea uel admonitionis continuatione morbũ uincere uellẽ, & ad incolumitatem huc congregatos reuocare. Nam & propterea scripturarũ expositiones facere studemus, & iustorum in medium uirtutẽ producimus, & eadẽ inculcare non desinimus, ut per omnia uos ad sanctorũ possimus imitationem inducere. Tandem igitur uel tarde propriæ salutis prouidentiam agamus, & tempore nobis ad uitę præfinitionem concesso, cõuenienter utamur, & dum adhuc tempus est, ad pœnitentiã & peccatorum correctionem festinemus, & pecuniarum superabundantia ad nostram utamur animarũ utilitatem, & superflua pauperibus impẽdamus. Quã enim ob causam, quæso, permittis aurũ & argentum à rubigine consumi, cũ opus sit in pauperum uentres exhauriri, ut in tuto reponens cellario, in tempore opportuno, cum maxime pręsentis uitę subsidio egebis, auxilium inde nanciscaris: & hic abs te nutriti per illũ diem fidutiæ tibi portas aperiant, teq; suscipiant in æterna tabernacula? Sed neq; uestes à tineis absumi sinamus, & in arcis sine fructu marcescere, cũ tot sint indigentes, & nudi circumeuntes: sed tineis nudum ambulantem Christum pręferamus, & propter nos salutẽq; nostram nudum circumire sustinentẽ induamus, ut ipsum induere meriti, iudicij audiamus die: Nu-
Matt.25 dus eram, & operuistis me. Nunquid enim grauia sunt præcepta, nunquid prægrandia? Pereuntia, inquit, marcescẽtia, quęq; incassum & sine usu cõsumuntur, hęc utiliter dispensare studeas, ut & ex læsione damnũ effugias, & de eis maximũ tibi lucrum accumules. Multę siquidem est, & exedentis inhumanitatis, post tantã spiritualium delectationẽ, arcis & parietib. includere superflua: neq; sustinere cognatorũ egestatem cõsolari, sed eligere potius à tineis & ærugine cõsumi, & latronum manibus obnoxia esse, & pro eis pœnas luere, q̃ hæc congrue dispẽsantes, pro his retributionem reportare. Verum & cum nos humiliauerimus, à dignitate nostra ne nos decidere putemus. Tunc enim magis exaltamur merito, maximæ tunc admirationi licet esse. Quòd enim altus humilis sit, humilis autẽ altus, sufficit quidem & hoc asserẽs Christi sententia: ueruntamẽ et ipsam rem indagemus. Quid est humiliari? nónne uituperari? non accusari? calumniam pati? Exaltari uero, honorari, laudari, glorificari? Videamus igitur hoc quomodo fiat. Angelus erat satanas, semetipsum exEsa.14 altauit. Quid ergo? nónne plus omnibus humilitus est? nónne locum habet terrã? nónne ab oĩbus accusatur & arguitur? Homo cum esset Paulus, semetipsum humiliauit. Quid ergo? nõne admirabilis habetur? nónne cõmendatur? non laudatur? non est Christi amicus? nónne maiora q̃ Christus fecit? nónne diabolo frequenter imperauit tanquã seruo? nónne tanquã lictorem circumducebat? nónne deridebat eũ? nónne illudebat? nónne contritum eius caput sub pedibus suis habebat? nónne hoc & alijs multum fidẽs precabatur? Quid dico? Extulerat se Absalon, se Dauid humiliauerat, uter exaltatus est? Quis glorioſus factus? Quid eĩ his uerbis humilius, quæ de Se-
2.Reg.16 mei beatus hic Propheta protulit, dicens: Sinite eum maledicere, dominus enim præcepit illi? At & in ipsis, si libet, factis examinemus. Humiliauit se

se publicanus, licet nec humilitatis factū id erat, sed iuste quodāmodo se dijudicauit. Exaltauit semetipsum Pharisæus. Quid ergo? Examinemus & facta. Sint duo diuites utriq; & honore multo prædíti, & in sapientia potentiaq;, & alijs secularibus excellentijs altum sapientes: postmodum ille quidem & ab omnibus honores quærat, & nō accipiens irascatur, & plus quàm oportet exigat, & semetipsum exaltet: hic autē huiusmodi contemnat, in neminem propter hoc indigneť, & datum repellat honorem. Nónne hic priori longè sublimior? Gloriam enim aliter assequi non licet, nisi gloriam fugiēdo. Nam donec quidem eam sectemur, nos fugit: cum autem eam fugimus, nos ipsa sequitur. Si uis esse glorioſus, noli gloriam cōcupiscere. Si uis esse sublimis, ne te sublimem facias. Et alioqui quidem honores nō quærentem omnes honorant, ambientē uero aspernantur. Solet enim humanum genus esse quodāmodo contentioſum, & peruicax. Gloriam itaq; contemnamus: sic enim humiles esse poterimus, uel potius alti. Noli temetipsum extollere, & ab alijs extolleris. Qui semetipsum extollit, ab altero non extollitur. Qui per semetipsum humiliatur, ab alijs nō humiliatur. Magnū est elationis malum: stultum esse melius est, q̄ insolentē. Illic enim stultitia tantum est mētisq; tarditas: hic autem stultitia peior est, & fatuitas cum furore. Stultus sibimetipsi malum est, elatus & alijs pestis, ex amentia hoc uitiū nascitur. Non potest esse superbus, qui fatuus nō sit, Stultitia uero plenus est superbus. Audi quendam sapientem, qui dicit, Vidi hominē apparentem esse prudentem apud seipsum, spem autē habet magis insipiens eo. Vides quòd nō temere dicebam esse malū fatuitate peius? Spem enim, inquit, habet magis insipiens eo. Propterea Paulus quoq; dicebat: Nolite prudētes esse apud uosmet ipsos. In corporib. qualia, quæso, ualere dicimus, multúmne habentia tumorem, & multo spiritu intus, & aqua plena: an compressa, & humiliatam habentia superficiem? planum est quòd hæc. Igitē & anima æstuans & tumens peiorem habet ueterno morbum, correpta uero ab omni morbo libera est. Quot igitur bona nobis parit humilitas? Quid uis, tolerantiam, lenitatem iræ nesciam, humanitatē, uigilantiam, solertiā? hæc omnia ex humilitate ueniunt bona: cōtraria uero ex superbia. Opus est superbū et contumelioſum esse, percussorem & iracundum, & amarum, & tristē, magis feram quàm hominem. Fortis es, & altum sapis, nónne propterea magis humiliari debes? Quare sapis altum in re uilissima? Nam & leo te est audacior, & aper fortior, nec es ad eos culex. At & latrones, & fures, & gladiatores, & serui tui, & fortassis ingratiores te fortiores sunt: hoc igitur laude dignum? Et in hoc altum sapiens, non hianti terra te condis. Sed pulcher es & speciosus. Cornicum ostētatio: nō es pauone pulchrior, neq; propter florem, neq; propter alas. In auibus est pēnis uictoria. Te multū coma præstat & flore. Verum & cygnus ualde pulcher est, & aliæ aues multæ: quibus si fueris comparatus, temetipsum aspicies nihil. Frequēter autem & uiles pueri, & innuptæ uirgines, & meritoriæ mulieres, & molles uiri, gloriam hanc habuerūt. Hoc itaq; dignum ut extollaris? At es locuples. Vnde? quid possidens? Aurum, argētum, lapides precioſos? hæc est & latronum ac homicidarū, & metalla scrutantiū gloria. Reorum labor hæc tibi gloria. Sed ornaris & comeris? Verum & equos cōptos uidere licet, & apud Persas camelos quoq; uideres ornatos, hominū uero scenicos omnes. Nō cōfunderis in his alta sapiens, in quibus bruta tecū sociant, & serui & homicidæ, & molles, & latrones, & fures? Sed splēdidas erigis ædes? & quid hoc? Multæ cornices splendidius habitāt, & honestiora tenēt diuersoria. An non uides hos circa pecunias furentes, q̄ in agris solitarijsq; locis ædes ædificauerūt cornicum habitacula? Sed propter uocē altū sapis? Cygno, lusciniáue nunq; tu suauius canere poteris. At in artis uarietate? & quid ape in hoc sapiētius? Quis phrygio, quis pictor, quis geometres, huius opera poterit imitari? Sed in uestis subtilitate? uerum hic araneæ tibi præstāt. At in pedum uelocitate? rursum primas ferunt bruta, lepus & caprea, & quæcūq; iumenta pedū uelocitate non sunt inferiora. Cæterū peregrinaris? sed non plus uolatilibus: hæc enim facilius obeunt peregrinationem, neq; uiaticis opus habent, non iumentis, sed eius ad omnia sufficit ala. Hoc & nauis, hoc et iumentum, hoc & uehiculum, hoc & uentus: & quicquid huiusmodi quis dixerit. Sed acute cernis? tamen nō sicut dorcas, nec ut aquila. At audi tum habes acutum? sed asinus acutiorem. At olfactum? Verū canis te præcedere non sinit. At quę stuoſus es? sed formicæ cedis. Sed aurum gestas? non ita tamen, ut Indicæ formicæ. Sanitatis autē intuitu, multo se melius nobis habēt bruta, & bonæ habitudinis, & onera ferendi. Illa pauperiem non timent: ait enim, Respice uolatilia cœli, quia non seminant, neq; metūt, neq; congregāt in horrea. Igitur, inquies, nobis meliora deus bruta creauit. Vides quantū insit incircūspectum, quantum indiscussum? Vides quantū nobis rerū examinatio cōferat? Omnibus hominibus altiora sapiens etiam brutis uilior inuētus est. Sed nobisipsis parcamus, nec tales imitemur. Neq; quoniam natura nostra sensit altius, hominē sub brutorū gradum subducētes deseramus: sed eum illinc suscitemus non propter ipsum (nam ipse quidem dignus est talia pati) sed ut dei clemētia demonstretur, & erga nos honor. Sunt enim quædā, in quibus nil habent bruta nobiscū cōmune. Quę uero sunt hæc? pietas, & secundum uirtutē uita. Hic ponere nō poteris meretrices et molles, aut homicidas: ab eis nanq; diuisi sumus. Quid autē hoc est? Deū nouimus: ipsius agnoscimus prouidentiā, de immortalitate philoſophamur. Prætereāt hinc bruta, de hoc non contendant. Modeste uiuimus, nihil hic habent bruta cōmune: ab eis in reliquis superati, propter hoc eis dominamur. Horum enim maior principatus, quoniam eis inferiores super ipsa regnamus:

Matt.25 Prou.26 Rom.12 Matt.6 Esa.14 2.Reg.16

gnamus:ut discas quòd tu nō horum es causa,sed qui te fecit deus,et rationem donauit.Retia uenabulaq; eis opponimus et capimus.Modestia nāq; nobis est,humanitas,mansuetudo,pecuniarumq; contemptus. Sed quoniam & qui elatorū aliquis es,horum nihil habes: merito uel hominibus maiora sapis,uel brutis humilius. Talis enim est dementia, & audacia, uel ultra debitum extollitur, uel ultra modum humiliatur, nusquā custodiens mediocritatē. Angelis in hoc similes sumus:Regnum nobis promissum est,cum Christo chorea. Homo flagellatur, & non succumbit:homo mortem contemnit, non tremit,nō formidat,nō plus cōcupiscit.Itaq; quotquot tales nō sunt,sunt peiores brutis. Cum enim in corporeis supereris,animi uero præstantijs careas, quomō brutis non es inferior? Produc enim aliquē in malicia uigentium, & irrationalium, uiuētium in delicijs & auaritia:equo est ipso bellacior,fortior aper, lepus uelocior, speciosior pauo, cygnus dulcisonantior, maior elephas,aquila uisus acutioris,ditiores cūctæ uolucres. Vnde dignus igitur es brutis imperare? Ex ratione.Sed non inest:cum enim ea,non ut debet, utatur, etiam illis peior est.Nam cum rationem habēs sit illis irrationabilior: melius erat, si nec ab initio rationalis factus fuisset.Non enim par est principatū acceptum prodere,& ad tēpus non accipere. Nam & qui regnat & satellitibus peior est, ei melius esset si neq; purpurā induisset: ita profecto & hic. Sciētes itaq; quòd & brutis sumus peiores, si uirtute careamus, hanc exerceamus, ut efficiamur homines, quin potius angeli, promissaq; bona consequamur: quæ nobis omnibus det assequi,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri,simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

DE POENITENTIA: ET QVOD NON oporteat de seipso lapsum desperare,uel torpescere. Homilia XL.

AGNA pœnitentiæ remedia fratres, igitur de seipso desperet nemo. Is uere dignus est desperatione, qui de seipso desperat: ille non iam salutem,neque spem habet. Non in malorum ue
B
nisse profundum,est graue,dilectissimi:sed postquam ueneris, ibi iacere. Non in profunda cecidisse malorum,est impij:sed postquam ceciderit, contemnere: propterea debet semper esse solicitus.Dic mihi:Propterea ne contemnis,quòd uulnera tot habeas incurabilia? Sed nullū est animæ uulnus incurabile.In corpore quidem multa sunt talia,in anima uero nullum: & pro illis quidem laborare non desinimus, pro his uero torpemus. Nónne uides latronem,quàm breui tempore curatus est? Non intueris martyres,quàm breui totum peregerunt? At non est nunc martyrij tempus:certaminū tamen est tempus,quod frequen-
1.Tim.3 ter dixi.Ait enim: Volentes pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Qui pie uiuunt,
A
semper persecutionē patiuntur: etsi non ab hominibus,tamen à dæmonibus:quæ quidem grauior est persecutio. Et ex prima præsertim remissione hoc patiunt,qui non uigilant.An paruam credis persecutionem in remissione uersari? Hoc est omnium grauissimū, hoc & persecutione peius: tā quam enim fluentum influens remissio animam emollit. Et quod æstas est & hyems, hoc est persecutio & remissio. Vt aūt uobis ostendā,q; hæc est peior persecutio,audi: Somnū enim infundit animæ,multā hallucinationē & torporem,undiq; uitia suscitat, armat iram,furorem armat,armat uoluptatem, inuidiam, inanem gloriam,æmulationem.Sed in persecutione nil horum uexare solet. Sed timor ingressus, tanquā flagello quodam latrantem canem acriter percutiens, has omnes pestes ne clamare quidē permittit. Quis in persecutione in uanum gloriari poterit? quis uoluptatē amplecti? nemo, sed tremor magnus, & timor multam faciēs tranquillitatem, quietum portum comparans,animam faciens reuerentem. Audiui quandoq; patres nostros dicētes(apud nos enim non fiat:iubemur enim non petere tentationem) quod in antiqua persecutione uiros uere Christia
C
nos uidere licebat. Nemo pecuniarū curam gerebat, uxoris nemo, nemo filiorum, domus nemo, nemo patriæ. Vnū omnibus erat studium uitam suam saluare. Hi quidem in monumētis & sepulchris, hi uero in desertis latitabant: mulieres teneræ ac delicatæ continua fame detinebantur. Itaq; cōsidera,si qua tunc precioſi sumptus,si qua deliciarū erat delectatio. Subijtne cōcupiscentia unquam mulierē in sepulchro latentem, & expectā tem ancillulam,ut ueniat prandium afferēs:& ne forte deprehensa sit,trepidantē,& in timore tanq; in fornace iacentē? Nunquid cogitat delicias unquam fuisse,uel mundū penitus esse? Vides quòd nunc est persecutio,uitijs tanquā feris undiq; nos urgentib.Nunc est persecutio grauis,nec esse persecutio putatur. Nam & hoc malum habet,quòd cum sit bellum,esse pax existimatur:ut nec aduersus eam armemur,nec insurgamus.Nemo formidat,nemo pauet & tremit.Si uero nō creditis,gētiles interrogate persecutores, quando Christianorum mores integriores, quando cuncti probabiliores. Ad exiguum quidem redacta tunc erat
D
multitudo,sed ad magnas uirtutis diuitias.Quænam,precor, utilitas, multum esse fœnum potius quàm paucos lapides preciosos? Non in numeri multitudine, sed in uirtutis probitate multitudo consistit.Helias unus erat,sed totus mundus non erat dignus, qui rependeret ipsi. Et mundus quidem innumera milia sunt, sed nō sunt milia, cum nec ad unius mensuram perueniāt. Melior est unus dei faciens uolūtatem,q; decem peccatorum milia: nam decem milia nondum ad unum peruenerunt. Ne filiorum cupias inutilium multitudinem: hi deo potius & blasphemiā ingerūt,quàm si non essent Christiani. Quid mihi multitudine sit opus? Maior est igni fames: hoc & in corpore quispiam uideat, quòd melior est mediocris cum sanita

ſanitate cíbus, quàm cum afflictiõe uítulus. Hoc amplior eſt ílle cíbus: ílle cíbus, hic morbus. Hoc & in bello quíſpiam poſſit íntueri, Melius eſt eſſe decẽ peritos & generoſos mílites, quàm decẽ inexpertorum mília: hí præter id quòd níhil efficiunt, etiã operantes impediũt. Hoc in nauí quís uídeat. Melius eſt duos eſſe peritos nautas, quàm innumerãm multitudinẽ inexpertorum: hí nanq; nauem ſubmergerent. Hæc díco, nõ quòd in ueſtrí multitudínem ínímícus ſim, ſed quòd omnes probatos eſſe uelím, nec multitudíne confidere: Multo ſunt plures gehennã ingredíentes, ſed maíus eſt deí regnum, lícet habeat paucos. Sícut arena marís erat multitudo populí, ſed unus ſaluauit eos. Vnus erat Moſes, & omnibus plura potuit. Vnus erat Ieſus, ſed unus ſexcentís mílíbus plus potuit. Ne ſatagamus hoc, ut multí dũtaxat fíant: ſed ante hoc, ut probabíles: cũ hoc comparatum fuerít, tunc et íllud. Nemo domũ ſpacioſam prius uult facere, ſed prius firmam, & probatã, & tunc ſpacioſam. Nemo fundamẽta íacit, ut derídeatur: prius hoc quæramus, & tũc íllud cum hoc fuerít, & íllud erít facíle. Cum autẽ íllud nõ ſít, lícet hoc ſit, utílitas nulla. Cum ením ſint, quí poſſint in eccleſia fulgere, uelocíter erít & multitudo: cum huíuſmodí uero deſint, multitudo nunquã erit probabílís. Quot eſſe putatís in ciuitate noſtra, q ſalui fíant? ínteſtum quídem eſt, quod dícturus ſum, dícam tamen: non poſſunt in tot míĺibus centum ínueníri, qui ſaluẽtur: quín & de hís dubíto. Quãta ením in iuuenibus, quæſo, malítia? quantus in ſenibus torpor? fílíj curam gerít nemo, nemo zelum habet, ut ſenem reſpíciens ímítetur: exempla ría deleta ſunt, ꝓpterea neq; iuuenes euadũt laudabíles. Ne míhí dícas íd ꝙ multa turba ſumus, hoc ſignũ eſt hominum: & coram homíníb. quídem hoc congrue dící poſſet, at corã deo, qui noſtrí non índíget, nequaquã: quòd autem & íbí frígidum eſt dictum, audí: Multos habens ſeruos, ſí corruptos habeat, quòt mala patietur? Apud eũ quídem quí níhíl habet, hoc eſſe graue uídetur, quòd eí non míníſtratur: quí uero malos habet, et ſeípſum inſuper perdít, & maior eſt iactura. Multo grauius enim eſt cũ alíjs quoq; pugnare, & bellum ſuſcípere, quàm ſíbímetípſí míníſtrare. Hæc díco, ne quís eccleſiã propter multitudínem admíretur, ſed ut ípſam probatam reddere ſtudeamus: ut proprij quíſq; membrí curam gerat nõ amícorũ, non cognatorũ (quod ſemper dico) neq; uícinorum tantũ, uerũ & externos attrahíte. Verbí gratía, Celebratur oratio, omẽs íacent ſegnes, iuuenes & ſenes, píacula magís quàm iuuenes, rídentes, cachínnantes, colloquentes (nam & hoc factum audíuí) & alíjs detrahentes, ſuper genua poſíti. Tu iuuenís ades, uel ſenex, íncrepa, cum uíderís, accuſa uehementius. Sí non tolerat, díaconum uoca, minare, quæ tua ſunt exhíbe: & ſí quid aduerſum te fuerít auſus facere, omẽs prorſus habebís conſpírantes. Quís ením tam irratíonalís, qui te uídens de talíbus arguentem, & íllos redarguít, non adhæreat partí tuæ? Abí capiens oratio nís mercedem ín æde domínica. Seruorum hos cenſemus beneuolẽtíores, quí nullam ſupellectílem confuſe íacentem deſpíciant. Dic enim míhí, ſí domí uas argenteum uíderís foris proiectum: lícet ípſe non ſís deputatus, tamen hoc non ſuſcípíes, & in domum feres? Sí ueſtimentũ temere proiectum, lícet hanc curam nõ debeas, & Præpoſití ſis ínímícus, propter domíní tamen beneuolentíam non hoc bene collocabís? Ita nunc quoque hæc uaſa ſunt, ſí uíderes ínordínate íacentía, compone, ad me uení, non recuſo: díc míhí, redde manifeſtum: omnía cernere non poſſum, parcíte. Vídete quanta malítía terrarũ orbem occupat. Nun quíd temere dícebam, quòd multitudo ſumus fœní, ínordínatum mare? Non díco, quòd íllí talía faciunt, ſed díco, quòd tantus eſt ſomnus ín íntrantes effuſus, ut nec iſta corrígant. Vídeo rurſum & alíos loquentes rectos, dum oratío celebratur: eorum uero leuíores non ſolum dum oratío perfícítur, uerum & dum ſacerdos benedícít. O rem horrendam, quando ſalus erít? quando deum placare poterímus? Ad ludum procedunt mílítares homínes, & omnes compoſíte uídebís íncedentes & neglectum níhíl. Sed ſícut in uarío ornatu, & pictura compoſítorum, ex ſíngulorum ordínatíone, magna quædam repente redditur harmonía, & cõſonantía: ítídem & hic unum ſcutum, unum caput habemus omnes. Sí uel mínímum quíd neglectum fuerít, totum eſt neglectum atq; corruptum, & multorum ordíní ſolíus nocet díſſolutío. Et íd profecto tremendum eſt, quòd huc non uenís ludum aut choream obíturus, & tamen ſtas íncompoſíte. Neſcís, quòd cum angelís conſtítíſtí? cum íllís cantas, cum íllís deum laudas, & ſtas rídens? Quòd fulmẽ non torquetur non tantum ín íſtos, uerum & in nos, nónne mírandum? Sunt ením íſta fulmíne dígna. Adeſt rex, exercítum recenſet, tu ſub íllíus oculís ſtas rídens, & rísum deſpícís: quouſque accuſamus? quouſque redarguímus? nónne tanquam noxíos? nónne tanquam corruptores? nónne tanquam pernícioſos, & perdítos tales, & ínnumeris plenos malís ex eccleſía decebat expellí? Quando íſtí rídere deſínent, quí ín horroris hora rídent? quando à nugís abſtínebunt, quí in oratíonís tempore loquuntur? Non adſtantes reuerentur, non deum tíment. An non ſufficít nobís mentís negligentía, neq; quod orãtes alíò círcumagímur, uerum & ſubrepere rísum oportet, & ingentem cachínnum? Nunquíd theatrũ ſunt præſentía? ſed puto theatra faciunt hoc, ínfrenes nobís iuuenes conſtituunt & íncompoſítos. Quæ híc ædíficantur, íllíc ſubuertuntur: nec hoc ſolum, ſed etíam alía neceſſariũ eſt ípſos ímmunditía repleri. Et ídem accídit, perínde ac ſí quís expurgare locum uelít, in quẽ fons ſuperpoſítus cœnum ſuperne demittat. Nam quantumcunque purgauerís, rurſum alíud influit: ídem & hic accídit. Cum ingreſſos, à theatrís ímmunditíam reportantes expíauerímus, eò rurſum abeuntes maíorem ſuſcípíunt ſordem, tanquam conſulto propterea uíuentes, ut ſtercora nobís ingerãt,

& identidem ueniant multum in moribus stercus ferentes, in moribus, in uerbis, in risu, in negligentia. Mox rursum nos sarcinas denuo, tanquã consulto propterea purgantes, ut cum eos mundos dimiserimus, rursum eos sordes congregasse uideamus. Propterea uobis protestor ianis, quòd iudicium uobis erit, & condemnatio: & uos deo iam trado, si quis tumultuantem uidens, uel loquentem, in illo præsertim tempore, non significet, nec corrigat. Hoc est oratione melius, orationem omittens illum increpa, ut & illi prosis, & tu lucreris, & ita possimus omnes saluari. Igitur in malitia constitutum negligat nemo: nemo uirtute prædítus dormitet, neq; confidat huiusmodi. Frequenter enim eum meretrix præcedet: nec ille desperet, potest ẽm & primos anteire. Audi quid
Hier.3 deus ad Hierusalem dicat: Dixi, postquam fornicata est in oĩbus his, Ad me reuertere, & nõ est reuersa. Quum igitur in uehementem dei charitatem reuerterimus, non meminit priorum: non est sicut homo deus: nec enim exprobrat præterita, neq; dicit, quare tantum temporis distulisti? si pœnitentiam agamus: sed cum accesserimus, diligit, & cum ipsius timore carnes nostras confixerimus. Huiusmodi negotia non tantum in nouo gesta sunt testamento, uerum & in ueteri. Quid
2.Par.33 enim Manasse deterius? Deum tamẽ habere pro
3.Reg.11 pitium potuit. Quid Salomone beatius? Sed quia dormitauit, cecidit. Quin potius & in uno utraq; gesta possum ostendere, in huius patre: etenim &
Luc.16 bonus & malus idem fuit. Quid Iuda felicius? sed
Rom.1 proditor factus est. Quid Paulo miserius? sed fa-
Matt.9 ctus est euãgelij preco: Quid Matthæo deterius?
Act.8 at constitutus est apostolus. Quid inuidiosius Simone? Et ipse tamen factus est omnium miserrimus. Quot tales alias uis uidere mutationes, & quondam gestas, & quotidie nunc occurrentes? Propterea quidem dico, neq; scenicus desperet, nec ecclesiam excolens confidat. Nam ad hunc quidem ait: Qui stat, uideat ne cadat: ad illum uero, Nunquid qui cadit, non resurget? Et, remissas
1.Cor.10 manus,
Hier.8 & dissoluta genua roborate. Rursum ait ad
Matt.24 hos, Vigilate: ad illos autem, Surge qui dormis,
Ephe.5 & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Nam hi quidem quod habent, custodire debent: illi uero quod non sunt, fieri: hi sanitatem conseruare, illi ab ægritudine liberari. Laborant enim, & quoniam laborantium multi conualescunt, & ualentium torpefacti frequenter ægrescunt: ad il-
Ioan.5 los quidem iterũ ait, Ecce sanus factus es, amplius noli peccare, ne quid peius tibi fiat: ad hos uero, Vis sanus fieri? Surgens tolle grabatum tuum & ambula. Grauis enim, grauis, inquam, paralysis est peccatum: quinimo non tantum paralysis est, uerum & aliud quippiam grauius. Non enim est huiusmodi tantum in bonorum omissione, uerum & in malorum operatione. Veruntamen etiam si sis ita dispositus, & parũper exurgere uelis, omnia mala soluuntur: licet annos octo & trigínta habeas, si modo sanus fieri studueris, prohibet nemo. Adest & nunc Christus, & dicit, Tolle grabatum tuum: tantum uelis exurgere, ne desperes non habes hominem, at habes deum. Non habes qui te mittat in natatoriam: at habes qui te natatoriæ non sinit indigere. Non habes, qui te illuc proijciat: at habes, qui te iubeat grabatum tuum tollere. Non potes dicere, Dum ego uado, alius ante me descendit: nam si uolueris in fontem descendere, nemo prohibet, non absumitur, non minuitur gratia. Fons quidem est perenniter emanans: ex illius abundãtia cuncti sanamur, tam anima q̃m corpore. Accedamus igit̃ & nũc: nã & Raab me Iosue 6
retrix erat, sed saluata fuit: & latro fuerat homicida, sed paradisi ciuis factus est. Et Iudas quidem Luc.23
cum esset cum præceptore, perijt: at latro discipu Matt.27
lus in cruce factus est. Hæc sunt dei mirabilia: ita Magi probabiles habiti sunt, ita publicanus euangelista factus est, ita blasphemus apostolus: hæc intuere, nec unquã desperes, sed confide semper, & temetipsum excita. Attinge tantum uiam eò ferentem, & celeriter progredere, ne fores claudas, ne aditũ obstruas. Breue tẽpus præsens, modicus labor: quod si multus etiã esset, nec ita congruum esset recusare. Nam etiã si circa pulcherrimũ hunc laborem nõ desudes, qui circa pœnitentiũ uirtutem est, & in mũdo, omnino uel aliter laborabis: sed si labor & hic, & illic, quare nõ hunc eligimus multum habẽtem fructũ, & magnam retributionem, licet nec idem sit labor hic & illic? Nam in secularibus quidẽ & cõtinua pericula, et alię post alias iacturę, & spes incerta, & seruilitas multa, & pecuniarũ, & corporum, & animæ cõsumptio, & tunc fructuũ retributio spe non parum inferior, si etiam germinabit: nec ẽm semper fructũ affert seculariũ sudor negociorũ, ueruntamẽ & quãdo non ceciderit, sed uel multũ protulerit prouentũ, breui tẽpore permanet. Cũ enim senueris, nec amplius sensum delectatiõis capacẽ habeas, tũc tibi labor affert retributiões: & labor quidẽ in uigẽti corpore, fructus aũt & delicię in senio cõfecto & remisso, cum iam tẽpus & sensum macerauerit, et nisi macerauerit, finis expectatio gaudere nõ permittat: illic autẽ non ita, sed labor quidã in corruptione, & moriẽte corpore: at corona in senectutis nescio immortaliq; nec finẽ habente: & labor quidem & prior & breuis, at retributio posterior & infinita, ut deinceps cũ securitate reqescat, iniucundũ expectans nihil. Nõ enim est cur amplius mutatio timeat̃, aut ruina, quemadmodũ hic. Qualia igit̃ hæc bona, neq; tuta, & breuia & terrena, & priusquã appareant, euanescẽtia, quæ multis acquirũtur laboribus? Qualia uero sunt illorũ æqualia, immobiliũ, nunquam senescẽtium, nullum habentium laborẽ, & in certaminũ tempore coronas tibi ferentiũ? Pecunias enim contemnẽs & hic iam mercedẽ accipit, dum à cura liberatur, inuidia, calumnia & insidijs. Temperans, & honeste uiuens, & antequã hinc transeat coronatur, & gaudet, utpote qui turpitudine, risu, periculis, accusatione, & omnibus alijs absoluit̃ molestijs. Aliæ uero similiter oĩes uirtutis partes hic iam nobis retributionem afferũt. Vt igit̃ & præsentia, & futura

futura cõsequamur bona, fugiamus malicíam, & uirtutem sectemur. Sic enim & hic delectabimur & futura bona capiemus: ad quæ nos omnes peruenire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE POENITENTIA: ET QVOD MAgnum est bonum, propria agnoscere peccata. Homília XLI.

Iosue 6

Luc. 23

Matt. 27

A BRADAMVS quæso fratres, peccatorum nostrorum senectutem, dum tempus habemus. Lauacro quidem non possumus, possumus autem hic pœnitentia: si quid in nobis uetustum est, abíiciamus: si qua ruga, si qua macula, si quis næuus, B abluamus: nos reddamus pulchros, ut concupiscat rex speciem nostrã. Licet & ad extremã delapsum fœditatem illam recuperare speciem, quã

Psal. 44 innuit Dauid dicens: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum: siquidem & obliuio pulchritudinem facit, animæ scilicet pulchritudinem. Quæ tamen obliuio peccatorum. Ecclesiam enim ex gentibus alloquitur, admonens eam, ne paternorum meminerit, id est, simulachris sacrificantium: ex talibus enim est congregata: neq; dixit: Ne tractes ea, sed quod fortius, nec in mentem suscipias. Quod & alibi dicit: Nec memor ero nominum eorum per labia mea: & iterum: Vt non loquatur os meum opera hominũ. Nondũ hoc magna uirtus est, ma C gna quidẽ, sed non talis: illic enim quid ait? nõ dixit: Ne loquaris opera hominũ, neq; dixeris gesta patrũ: sed, nec eorum sis memor, neq; mente concipias. Vides, quanto nos interuallo à malicia distare præcipit: nam qui nõ meminerit, nõ ratiocinabit: qui uero nõ ratiocinabit, neq; loquit: qui nõ loquit aũt, nec aget. Vides quot nobis uias obstruxit, quãtis nos interuallis, & amplius elongauit? Audiamus igit & nos, & nostrorũ obliuiscamur malorũ, non nobis admissorũ inquam: ait e-

Esa. 44 nim: Recordare tu prior, & ego non recordabor. Quale quod dico: Rapinæ non amplius recordemur, quin & priora restituamus: hoc est malitiam obliuisci, & rapacitatis cogitatũ expellere, nec eũ D unquã admittere, uerũ & iam patrata delere. Vnde uero nobis nequitiæ cõtingat obliuio? Ex bonorũ memoria, ex dei recordatione, si dei semper meminerimus, & illorũ meminisse nõ possumus:

Psal. 62 ait enim: Si memor fui tui super stratũ meum, in matutinis meditabor in te. Itaq; semp quidẽ, maxime uero tũc dei meminisse oportet, cũ in qete fuerit ratio, cũ per illã recordationẽ semetipsum poterit cõdemnare, cũ in memoria cõtineri. Nã in die quidẽ si recordemur, alię curæ subrepentes & tumultuantes rursum eam expellunt: in nocte uero semper recordari possumus, cũ in tranquilli tate & requie fuerit anima, cum in portu, cum in serenitate. Quæ dicitis in cordibus uestris, in cu-

Psal. 4 bilibus uestris compungimini, inquit. Opus quidem fuerat, & per diem hanc habere memoriam: quoniam uero solíciti semper estis, & in secularibus distrahimini, saltem tunc dei memores sitis super stratum, in matutinis meditamini in eo. Si in matutinis hęc meditemur, cum multa fiducia procedemus ad opera: si deum prius propitium fecerimus occursu & supplicatione, nihil habebimus inimicum: quod habes deridebis, propitium habens deum. Bellum est in foro, pugnam quotidíanam exhibent negocia, tempestas & procella. Armis itaq; nobis opus est, magna uero armatura oratio: opus est uentis à puppi, opus omnia discere, ut diei spacium absq; naufragijs & uulneribus transigamus. Multi nanq; per singulos dies scopuli, & frequenter illiditur scapha, atque submergitur: propterea nobis opus est oratione, matutina præsertim & nocturna. Olympia multi uestrum frequenter spectauerunt, neq; spectarunt tantum, uerum & fautores & admiratores certantium fuerunt: & hic quidem huius, illius autem ille. Scitis itaq;, quomodo per certaminum dies & noctes nihil aliud præco nocte tota satagit, nihil aliud curat, nisi ne prodiens pugil turpe quicquam agat. Illi nanque tubicini assidentes spondent nec aliquem alloqui, ne spiritus qui consumitur, risum mereatur. Si igitur coram hominibus pugnaturus tantam gerit prouidentiam: multo magis nos decet semper esse solícitos, & curare, quibus tota uita certamen est. Omnis igitur nox sit pernox, & cogitemus quomodo diem transgressi, risum non mereamur, & utinam risum solum. Nunc autem in dextra patris sedet agonotheta, diligenter auscultans ne quid absonum loquamur, ne quid ineptum: non enim operum tãtummodo, sed etiam uerborum est iudex. Pernoctemus dilectissimi, habemus & nos fautores, si uelimus: angeli cuiq; nostrum assident: nos autẽ tota nocte stertimus, & utinã hoc solum esset damnabile. Multi uero lasciuias quoq; sectãtur, hi quidẽ ad ipsos fornices euntes, hi uero domos reddentes lupanaría, meretrices illuc ducendo: nec mirandũ: non enim bonam agũt pugnandi curam. Alij inebriant, & inepta loquuntur, tumultuant alij, alij male pernoctant, & dormientibus peius operant, dolos texentes: alij numerantes usuras, curis alij coquunt, & omnia potius faciunt, q̃ quæ certanti conueniunt. Propterea uos hortor, omnia dimittentes, unũ intueamur, quomodo brauiũ accipiamus, coronã reportemus: agamus oĩa, quibus promissa bona cõsequi possimus. Vis autẽ perfectam discere pœnitentiam, audi post negationem Petri, pœnitudinem. Narrans enim quę gesta sunt ab eo nobis Euãgelista dicit: Egressus fleuit amare. Propterea dimissum Matt. 26 est ei tale peccatum, quoniam quemadmodum oportebat, pœnitentiam egit, licet nondum hostia fuisset oblata, nondum uictima sacrificata, nondum esset suspensum peccatũ, sed adhuc dominaretur, & tyrannidem exerceret: Et ut discas, quod nõ tantum negligentiæ fuit negatio, quãtum absentiæ dei, docentis eũ humanas nosse mensuras:

nec his quæ à præceptore dicebantur, cõtradicere, nec alijs altiora sapere, sed scire q̃ absq; deo nihil fieri potest: & quòd nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborant qui ædificãt eam. Propter hoc etiam ad ipsum Christus solũ dixit: Exquisiuit satanas cribrare te sicut triticũ, & non permisi, ut non deficiat fides tua. Quoniam enim par erat, eũ altum sapere, sibi cõscium, quòd plus alijs Christum diligeret, propterea fleuit amare: & cætera, quę fletum sequunt, similia fecit. Quid enim fecit? innumeris semetipsum post hæc periculis obiecit, per multa suam ostendens fortitudinem, & animi cõstantiam. Pœnitentiã egit & Iudas, sed male: strãgulatus enim est. Pœnitentiam egit & Esau, quod sæpe dixi, uel potius hunc neq; pœnituit. Nam lachrymæ non erant pœnitentię, sed calumniæ magis & furoris, quod & ostendũt sequentia. Pœnitentiã exhibuit beatus Dauid ita dicens, Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo. Et olim patratum peccatum, post tot annos, post tot generationes, quasi nuper accidisset, lugebat. Pœnitentem irasci non oportet, neq; sæuire, sed cõteri: tanquam condemnatum, tanquam nõ habentem fiduciam, tanquam iudicatũ reum, tanquam ex sola saluari misericordia debẽtem, tanquam ingratum erga benefactorem redargutũ, tãquam iniucundum & reprobum, tanquã innumeris dignũ supplicijs. Si hæc cogitet, nõ irascet, non indignabitur: sed lugebit, flebit, gemet, & cõqueretur noctem & diem. Pœnitentem nunquã oportet obliuioni peccatũ tradere, sed deum quidem rogare, ne eius meminerit, ipsum uero nunq̃ ipsius obliuiscí. Si nos eius nõ recordemur, deus ipsius non obliuiscetur: si nos eius meminerimus, deus obliuiscetur: à nobisipsis ultionẽ sumamus, nosipsos accusemus, ita placabimus iudicẽ. Peccatũ enim dum aperitur, minus efficitur: si uero tegat, peius. Nam si sibi peccatum impudentiã & ignorãtiam asciscat, quomodo penitus cauere poterit, ne rursum in eadẽ incidat, q̃ prius se peccasse nescíuit? Ne negemus igitur, quæso, ne impudenter agamus, neq; uel inuiti pœnas luamus. Audiuit Cain à deo: ubi est Abel frater tuus? Et dixit, Nescio: nũ quid custos sum fratris mei? Vides, quomõ grauius peccatum fecit? Sed non ita pater ipsius. Sed quid? Cum audisset, Adam ubi es? inquit: Audiui uocem tuã, & timui, quia nudus sum, & abscondi me. Magnum est bonũ agnoscere peccata, & eorum semper meminisse. Nil ita corrigit peccatũ, sicut perennis memoria: nihil tam segnẽ facit hominem ad malũ. Scio quòd resilit cõscientia, nec à malorum memoria uellet flagellari: sed animã cõprime, & ei chamum impone. Tanquã infrenis equus indignatur, nec quòd peccauerit sibi uult persuadere: hoc autẽ totum est satanicũ. Sed nos ei quòd peccauit, persuadeamus, ut & pœniteat, & post pœnitudinẽ à pœnis absoluatur. Quomodo dignum, quæso, censes, ueniã assequi peccatorum, quæ nunquã confessus es? Ille penitus est misericordia dignus & clementia, qui peccasse confitetur: tu uero nondum tibi persuadens, quomodo misericordiam petis, uel de his tantam exhibens impudentiam? Nobisipsis persuadeamus, quòd peccauimus, neq; tantum lingua proferamus, uerum & ex corde: non tantum nos uocemus peccatores, uerum & peccata computemus singula, per species recensentes. Non tibi dico, Ostenta teipsum, nec, apud alios accusa: sed obedi prophetę dicenti: Reuela domino uiam tuam, ea coram deo confitere, coram iudice confitere peccata tua deprecans: & si non lingua, saltem memoria, & ita pete tibi misericordiam exhiberi. Si peccata iugiter habeas in memoria, nunquam in proximum iræ memoriam seruabis: nõ dico, si tibi persuaseris te peccatorem esse. Non ita potest hoc animam humiliare, sicut ipsa per se peccata, & per species ruminata. Non eris mali memor: hæc semper in memoria gerens, non irascaris, nõ conuicíaberis, non altum sapies, non rursum in eadem cades, eris ad bona fortior. Vides quot ex peccatorum memoria nascantur bona? Scribamus igitur in mentibus nostris. Scio quòd anima tam amaram non æque fert memoriam, sed cogamus eam, & cõstringamus. Melius est nunc eam ipsa morderi memoria, quàm per illud tempus supplicio. Si nunc eorum sis memor, & ea continue deo proferas, & pro ipsis deprecaris, ea cito delebis: si nunc uero fueris oblitus, tunc & inuitus coram omni mundo eorum commonefies, ipsis in medium se ferentibus, & coram omnibus ostentantibus, & amicis & inimicis, & angelis. Nõ enim ad solum quidem Dauid dicebat: Quæ tu fecisti occulto, ego faciã omnibus manifesta: uerum & ad nos omnes. Timuisti homines, inquit, & uerítus es plus quàm deum, & deum uidentem nõ curasti, sed homines reueritus es: dicit enim: Oculi hominum, hi timor eorum. Propterea coram hisipsis pœnas lues. Redarguam enim te, sub omnium oculis tua ponens peccata. Quòd enim nisi nunc ea iugi memoria deleuerimus, hoc est uerum, & illo die nostra cunctorum peccata propalantur: uide quomodo palam arguitur crudelitas & inhumanitas: ait enim, Esurui, & non dedistis mihi manducare. Quando dicuntur ista? nunquid in angulo? nunquid in abscondito? Nequaquam. Sed quando? Cum uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes gentes congregauerit, cum separauerit hos & illos, tunc omnibus dicet audientibus, à dextris, & sinistris constitutis: Esurui, & non dedistis mihi manducare. Vide rursum & quinq; uigines coram omnibus sibi dici audientes, Nescio uos. Quinque enim & quinque non numerum significant quinque solum, uerum & improbas & crudeles, & inhumanas uirgines, & non tales. Ita quoque qui solum defodit talentum, audiebat coram omnibus, & his qui quinq;, & his qui duo protulerunt: Serue nequam & piger: nec solis uero uerbis, uerum & operibus tũc eos redarguit, sicut & Euangelista significat: Videbunt, in quem transfixerũt, Simul erit omniũ resurrectio, tam peccatorum,

Pſal.126 Luc.22 Pſal.6 Gen.4 Pſal.36.4 Prou.16 Matt.25 Apoc.1

rum,quàm iuſtorũ,& ſimul omnibus aderit iudi- A cans.Itaq; cogita,qui tunc erunt in iuſtitia, qui in dolore,qui in ignem trahentur, alijs coronam ac cipientibus. Venite,ait,benedicti patris mei,hæ reditate poſſidete paratũ uobis regnum à conſti tutione mũdi: & rurſum: Diſcedite à me in ignẽ Matt.25 paratũ diabolo,& angelis eius. Ne uerba ſimpli citer audiamus,ſed ea ſubſcribamus & oculis, & nunc eum adeſſe cẽſeamus:& hæc dicere, & nos Pſal.36.4 in illum ignem abij cere.Qualem habebimus ani Prou.16 mum? quam conſolationem? Quid uero, cum in duas partes diuidemur? Quid, cum de rapina ac cuſabimur? Quã habebimus excuſationẽ, quam dicamus? quam honeſtam rationẽ? Nullam: ſed erit neceſſe,uinctos,deorſum uergẽtes, ad forna cum ora pertrahi,ad ignis flumẽ,ad tenebras, ad B immortalia tormenta, & neminẽ orare:ait enim: Luc.16 Non licet hinc illuc trãſire:chaos enim magnum eſt inter nos & uos,& neq; uolentibus tranſire li cet,& manũ porrigere:Sed eſt neceſſe ſemper in cendi,ſuccurrente nobis nemine,ſiue ſit pater,ſi ue ſit mater,ſiue quicunq;, licet multam habeat a pud deum fiduciam.Frater enim,inquit,non redi Pſal.48 mit,redimet homo? Quoniam igitur in altero ſa lutis ſpem habere non licet,ſed in ſemetipſo poſt dei miſericordiam:omnia,quæſo, faciamus,ut ui ta nobis munda,& optima cõuerſatio, nec à prin cipio ullam admittamus maculam:ſin autem mi nus,poſt maculã ſaltem ne dormiamus: ſed ſem per maculam abluentes,mũdi permaneamus per pœnitentiam, per lachrymas, per orationes, per C eleemoſynas.Quid ergo ſi nõ poſſum eleemoſy- 2.Reg.12 nã erogare? dicet aliquis. Sed aquæ frigidæ cali cem habes,quãtũcunq; ſis pauper:ſed habes duo minuta,quãuis in paupertate uerſeris: ſed habes pedes,ut infirmos uiſites:ut carcerẽ petas: ſed te ctum habes, ut hoſpitem ſuſcipias. Nulla nanq;, nulla uenia eſt eleemoſynam nõ exhibenti. Hæc uobis continue dicimus,ut ex aſſiduitate modi cũ quid efficiamus:hæc dicemus, non tam accipi entium,q; ueſtri curam gerentes: illis enim terre na præbetis,uiciſſim uero recipitis cœleſtia: quæ nos omnes aſſequi contingat in Chriſto Ieſu do- Matt.25 mino noſtro, cum quo patri,ſimul & ſancto ſpiri tui gloria,poteſtas & honor,nunc & ſemper,& in D ſecula ſeculorum, Amen.

QVOMODO ANIMAE CVRAM OPOR teat habere,& quòd plurimum nocturna prodeſt oratio:& de pœnitentia. Homilia XLII.

MAGNVM eſt malum fratres, ignorare ſcripturas: ex quibus enim oportet ad M iuuari,ex his lædimur. Sic enim & me dicamenta curatiuam habentia uirtu tem,propter utẽtium imperitiam cor rumpunt frequenter, & perdunt: & ſi quis arma defenſoria tractare neſciat,ab eis perditur. Eſt au tem cauſa, quòd potius aliena quærimus, quàm nobis utilia. Et in re quidem familiari conferens quærimus, neque domum ueteraſcentem cerne re pateremur,neque ruentem, neque procellis la bantem:animæ uero ratio nulla, ſed licet eius fun damenta uideamus marceſcentia, ſiue fabricam & tectum,nulla nobis habetur ratio. Rurſum iu menta ſi habeamus,eorum quærimus utilitatem, & equiſones, & ueterinarios accerſimus, & eo rum per nos curam gerimus,& deputatos admo nemus,Ne temere,nec,ut accidit,agant,neq; far cinas imponant,neq; noctibus reducant intem peſtiue,nec alimenta commutent.Et multæ ratio nes de iumentorum utilitate nobis adſunt:animę uero nulla ratio. Quid autẽ de brutis loquor no bis utilibus? ſunt multi qui paſſeres habent nihil afferentes utilitatis, ſed tantum ſimpliciter dele ctantes:& multæ de illis quoque leges, & negle ctum eſt nihil,inordinatum nihil, & omnium ma iorem quàm noſtri ipſorum gerimus curam, ita ſumus omnibus uiliores. Et ſi quis conuiciando quidem nobis dixerit,Canis,dolemus: nobis au tem ipſis ipſi cõtumeliam inferentes non uerbo, ſed opere: nec tantam impendentes animæ cu ram,quantam canibus,nihil graue nos pati puta mus. Videtis quantis ſint omnia tenebris plena? Quòd canum curam habent, ne plus quàm ex pedit,impleantur,ut ueloces ſint, & uenatici, dũ fame premuntur & eſurie:ſe uero non curant, ne crapulentur:& bruta quidem temperanter agere docent,ipſi uero ad brutorum feritatem deducũ tur? Aenigma eſt hoc factum,inquies, & ubi bru ta temperanter agunt? An quæſo, non tibi uide tur opus eſſe temperantiæ, cum canis fami mode retur, qui poſtquam uenatus aliquid ceperit, à præſenti ſe continet eſca, & appoſitam cernens menſam,licet urgẽte fame, dominum expectat? Reueremini uoſmetipſos, ueſtros docete uẽtres ita philoſophari:non eſt uobis excuſatio: cum ir rationali naturæ non loquenti, neq; rationem au dienti tantam inſerere philoſophiam poſſis, mul to magis tibimetipſi nõ poteris? quòd enim hoc humanæ ſit curæ,non naturæ,patet:alioquin om nes hos habere canes oportebat. Sitis igitur cani bus non inferiores. Vos me cogitis illinc exem pla ſumere, nam ex cœleſtibus quidem oporte bat.Sed quoniam ſi dixero, uos dicitis quòd illi magni fuerunt: propterea dico cœleſtium nihil. Quòd ſi Paulum commemorauero, dicitis quòd ille fuit apoſtolus:propterea Paulũ taceo. Sin ho minem dixero, dicitis quòd ille potuit: propter ea nec hominẽ refero,ſed beſtiam,& beſtiam hoc à natura non habẽtem,ne reſpondeatis quòd na turaliter & non uoluntarie hoc effecit. Et quod admiratione dignum,uoluntate non propria,ſed cura tua. Non quòd fatigatus ſit, non quòd cur ſu diſtractus,non quod proprijs cepit laboribus, computat:ſed his omnibus poſthabitis, domini præceptum cuſtodit,& uentre ſuperior efficitur. Nec id ulli dubium:expectat enim laudari:expe ctat maiorem aſſequi menſam. Dic itaque tibi metipſi: Canis futuræ uoluptatis ſpe præſentem contemnit,tu uero non uis futurorum bonorum ſpe præſentia contemnere. Sed ille quidem no uit,quòd ſi intempeſtiue, & præterquam domi no uidetur,illum cibum guſtauerit,& ipſo priua- Apoc.1

bitur,

bitur,& ſtatutum non accipiet, uerbera pro cibo ſumpturus. Tu uero nec hoc intelligere potes: & quod ex conſuetudine didicit ille, hoc ex ratione tu nō perficis. Canes imitemur, hoc & accipitres & aquilæ facere dicunt: quod in quadrupedib. & dorcadib. illi, hoc in auibus hi, & hi uero rurſum ex humana diſciplina. Hæc nos poſſunt condemnare, hęc nos capere. Dicā & aliud: Equos ſyluęſtres & immanſuetos, calcitrantes & mordentes cum ceperint periti, ſic breui tempore docent, ut nullo iam oſtendente greſſus cōpoſiti delicijs ſeſſor delectetur: animæ uero negligenter ambulantis curam ſuſcipit nemo, ſed ſaltat quidem & calcitrat, & humi trahitur tanquam puerulus, & infinita ſubit dedecora: & nullus ei repagula imponit, nullus tricas & frena, nullus peritum inducit ſeſſorem, Chriſtum dico: propter hoc omnia cōfuſa ſunt. Cum enim & uentrem, canes continere doceas, & irā domes in leone, & in equis procaciā, in auibus autē linguæ gratiam ponas: quomodo non abſurdum, in brutis naturaliter quidē rationalia præſtare officia, rationalibus uero brutorū inducere uitia? Nulla nobis, nulla profecto uenia. Omnes nos accuſant qui ſe correxerūt, fideles & infideles: nam & infideles hoc præſtiterūt, & ferę & canes, nedum homines: & ipſi noſipſos accuſabimus, cum uolumus quidem, aſſequētes: cum uero torpemus, repentes. Nam & in magna conſtituti malitia multi frequenter uolentes mutati ſunt. Quòd autē dixi, quòd circumimus aliena, quærentes utilia, non noſtra. Si domū ædifica ueris ſplendidam, domus utilitatē uidiſti, non tuam: ſi ueſtimentū acceperis, corporis, nō tuam: ſi bonum equum, ſimiliter. Nemo quomodo bona ſit anima conſiderat, licet cum hæc bona ſit, illorum nihil ſit opus: cū uero nō ſit, nulla ſit illorum utilitas. Sicut em̄ in ſponſa, licet thalami ſint uelis aureis operti, licet mulierum adſint pulcherrimarum & ſpecioſarum chori, licet roſę, licet coronę, licet ſponſus ſit formoſus, licet ancillæ, licet amicæ, licet om̄es ſint decori: illa uero ſi ſit deformis, utilitas eſt nulla: ſicut econtrà, ſi ſit pulchra, nullū ex his accidit nocumentū, ſcilicet cōtrarium. Ex illis quidem ſi ſit turpis, uidebit̄ & turpior: ex his uero ſi ſit formoſa, non formoſior fiet: Ita quidem & anima, cum ſit decora, nō tantum non indiget horum, ſed hæc potius eius obumbrant pulchritudinem: Philoſophū enim non tam in diuitijs, q̄ in paupertate fulgere uidebimus. Illic enim expecunijs multi cenſent eum pecunijs non eſſe ſuperiorem. Cum autē in paupertate degat, & per omnia coruſcet, & turpe nihil agere cogitet̄, nullus iam alius cū eo diuidet in philoſophiæ laude coronam. Hanc igit̄ ornemus, ſi uolumus eſſe diuites. Quid utilitatis, cū mulæ quidem albę fuerint, ingentes, & habitudine bona prāditæ: tu uero inſidens macilentus ſis & ſcabioſus atq; deformis? Quòd uero lucrū, cū ſtragulæ tenues ſint & molles, & multa uarietate ſpectabiles & arte: anima uero ſit tota pannoſa, nudaq; & turpis? Quid aūt emolumenti, cū equus quidem cōpoſite gradiat̄, & choream agenti ſimilior q̄ ambulanti, & præter greſſum ſpōſali decoratus mundo: inſidēs autem plus claudis ſuccutiatur, & ebrijs & furentibus magis ſit manib. & pedibus diuaricatus? Dic mihi, ſi quis tibi bonū dediſſet equum, & corpus peruertiſſet, quid utilitatis? Nūc uero peruerſam habes animam, & nihil eſt tibi curę. Curam noſtri tandem ipſorum geramus, quæſo, ne nos ſcilicet ipſos omniū ignobiliſſimos cōſtituamus. Quòd ſi uerbo quis mordeat, angimur & dolemus: nos autem ipſos facto cōtumelia afficientes, nō curamus. Tandē excitemur quādoq;, ut & animę multam gerētes curā, & uirtutē arripientes, ęterna cō ſequi bona poſſimus. Nāq; nō propter hoc eſt facta & nox, ut ſemper dormiamus, & ceſſemus. Et hoc teſtātur manuales operarij, agaſones, mercatores. Dei eccleſia medijs conſurgens noctibus, ſurge & tu. Vide ſtellarum choream, altum ſilentium, multam quietē, dominiq; tui diſpenſationē admirare. Anima tunc eſt purior, leuior & ſubtilior, magis ſublimis & agilis. Ipſæ tenebræ, multumq; ſilentiū ad cōpunctionē inducere poſſunt. Si uero cœlū reſpexeris, ſyderib. tanquā innumeris quibuſdā oculis diſtinctū: ſi cogitaueris quòd interdiu clamantes, ridentes, laſciuientes, ſalientes, inferentes iniuriam, opprimentes, minantes, intentātes innumera mala, nūc hi nihil à mortuis differunt, omnē humanam damnabis inſolentiā. Subrepſit ſomnus, & naturā redarguit, mortis eſt imago. Si proſpexeris in uicum, nec unā quidem audies uocē. Si domum reſpexeris: omnes tāquā in ſepulchro uidebis iacētes. Hæc omnia poſſunt animā excitare, & in cōſummatiōis cogitationē inducere. Hic mihi ſermo & ad uiros, & ad mulieres. Flecte genua, geme, dominū tuum ora tibi fieri propitiū. Plus nocturnis placat̄ orationibus, cū quietis tempus tu luctuū tempus facis. Regis me mēto, qualia uerba dicebat: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meū, lachrymis meis ſtratū meum rigabo. Quātuncūq; ſis delicatus, nō es illo delicatior: quātūcūq; ſis diues, nō es ditior Dauide, qui rurſum dicebat: Media nocte ſurgebam ad cōfitendū tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Tunc inanis gloria non interrūpit. Qualiter enim omnibus dormientibus, & non cernentibus? Tunc torpor & oſcitatio nō premit. Nam quomodo, cū anima tot rebus excitetur? Poſt tales pernoctationes ſomni ſuaues, & miræ reuelationes. Hoc fac tu quoq; uir, nedū mulier. Eccleſia ſit domus ex uiris & mulieribus conſtituta: non enim q; tu ſolus ſis uir, neq; quòd hæc ſola ſit mulier, obſtaculū eſſe putes: ait enim: Vbi ſūt duo in nomine meo cōgregati, ibi ſum in medio eorū. Vbi Chriſtus eſt medius, ibi magna multitudo. Vbi Chriſtus, ibi neceſſarium eſt & angelos eſſe, neceſſarium & archāgelos, & alias uirtutes. Non igitur eſtis ſoli, omnium habētes dominum: & rurſus audi Prophetā dicentem: Melior unus faciens uoluntatem domini, quàm decem milia iniquorum. Nihil imbecillius multis peccatoribus, nil uno ſecūdum dei legem uiuente fortius.

Pſal.6

Pſal.118

Matt.18

Eccl.16

tius. Si tibi sunt & filij, per omnes in nocte fiat ec A
clesia. Si uero molles sint, & uigiliam non ferent,
usq; ad unam orationē uel alteram excita & col-
loca. Tantum excitare, tantū in consuetudine te-
metipsum instítue. Nil illo melius penu; tales ora
tiones susćipiente: audi Prophetam dicentem: Si
Psal.62 memor fui tui super stratū meū, in matutinis me-
ditabar in te. At, inquies, laboraui per diem mul-
tum, & nō possum. Prętextus & occasio sunt ista.
Nam quātūcunq; laboraueris, nō laborabis quā-
tum ærarius malleum tam grauem ex tāta demit-
tens altitudine, scintillas & fumum toto susćipi-
ens corpore, & tamen maiorem noctis partem in
hoc absumit. Scitis & mulieres, si quādo uobis in
agrū ire fuit necesse, uel ad pernoctationē proce-
dere, quomodo per totā noctem uigilant? Igitur B
& tibi sit ęraria spiritualis, nō ut ollas facias aut le
betes: sed ut tuam perficias animam, quod & æra
rio, & aurifice multo melius est. Factam peccatis
uetustam age in fornacem confessionis, ex multa
altitudine malleum infer, hoc est, uerborum dam
nationem, spiritus ignē accende, multo maiorem
habes artem. Non aurea uasa componis, sed ani-
mam omni auro preciosiorē, sicut uas conflat ęra
rius. Non corporale uas aliquod conflas, sed ani-
mam ab omni liberas seculari uanitate. Apponā-
tur tibi lucerna, nō ista quæ ardet: ait enim, Lucer
na pedibus meis uerbum tuum. Accēde per ora-
tionem animā. Si se bene uideris habentem, educ
eam in quacūq; uelis forma. Crede mihi, nō ita ru
biginē ignis excoquere solet, sicut oratio nocturna
nostrorum rubiginē peccatorū. Reuereamur, C
si nil aliud, nocturnos custodes. Illi, ꝓpter huma-
nam legem in gelu circumeūt uehemēter clamā-
tes, & per uicos ambulantes, madidi frequenter,
glaciati propter te tuamq; salutē, & tuarum pecu
niarum custodiam. Ille uero pro pecunijs tuis tan
tam gerit curam, tu neq; pro anima tua? Et tē qui
dem ipse sub dio circūire nō cogo, sicut ille: neq;
uociferari & disrūpi: sed in ipsa permanens cella,
in ipso cubiculo flecte genua, dominū ora. Qua-
re Christus ipse in mōte pernoctabat? nōne ut no
bis forma fieret? Tunc plantæ respirant, in nocte
dico, tunc & anima maxime rorem & plus illis su
scipit. Quę per diē sol exussit, hæc nocte refrige-
rantur. Omni rore magis noctis lachrymæ cōtra D
cōcupiscentias, & aduersus omnē ardorem, & æ-
stum demittunt, nec aliquid tale pati permittūt:
Sin autē illo rore non fruantur, per diem combu-
rētur. Sed absit. Verū refrigeratos, & dei gratiam
nactos omnes liberari contingat à peccatorū sar
cina. Incredulū etenim est hominū genus, & mul
tæ indigens curæ, maioriscq; quàm plantæ. Nā il-
lic quidē natura corporū est & terræ, agricolarū
manibus cedens: hic uero uoluntas multas admit
tens mutationes, & tunc quidē hoc, nunc autem
illud eligēs: uelociter enim ad uitium inclinatur.
Quapropter undiq; cauere necessariū est, ne quā
Psal.120 do dormitemus: ait enim: Ecce non dormitabit
neq; dormiet qui custodit Israel: &, Ne des in cō-
motionem pedem tuum: non dixit, Ne cōmouea
ris: sed, ne des. Igitur in nobis est dare, nō in ullo
altero. Nā si stare uelimus stabiles & immoti, non
cōmouebimur. Quid igitur, in deo nihil est? Om
nia quidem in deo, sed non ita, ut liberū in nobis
arbitriū uioletur. Si igitur in deo sunt, inquit, cur
nos accusat? Propterea dixi, Ne liberū in nobis ar
bitriū uioletur. In nobis igitur & in deo sunt. O-
portet enim nos prius eligere bona, & ille sua tūc
inducit. Nostras non præuenit uoluntates, ne no
stram temeret libertatem. Cum uero nos elegeri-
mus, tūc magnū nobis affert subsidium. Igit quo-
modo Paulus dicit: Nō uolētis (si & in nobis est) Rom.9
neq; currentis, sed miserentis dei? Primū quidem
non tanquam propriā introduxit sententiam, sed
ex proposito sibi collegit, & ex præmisso. Postq;
enim dixit, scriptum est: Miserebor, cuius misere- Exod.33
or: & miserabor quem miseror: ait: Igitur non uo-
lentis, neq; currentis, sed miserentis dei. Dices er-
go mihi, Quid adhuc accusat? Secundū uero dici
potest illud, quòd cuius est amplius, totū esse di-
cit: nostrū enim est eligere & uelle, dei uero expe
dire, & ad exitum deducere. Quoniam illius itaq;
plus est, totum illius esse testatur, secundū huma-
nam locutus cōsuetudinem. Nam & nos ita faci-
mus. Quale quod dico: Domū ædificatam bene
uidemus, & dicimus: totum est artificis, licet non
totum ipsius sit, uerum & operariorū, & domini,
qui materiam suppeditauit, aliorūq; multorū: at-
tamen quoniam plus contulit, illius totū esse dici
mus: ita profecto & hic. Et rursum in multitudi-
ne, ubi multi sunt, omnes esse dicimus: ubi pauci,
neminem. Ita & Paulus ait: Nō uolentis neq; cur-
rentis, sed miserentis dei. Duo uero magna hic fa
cit: unum quidem, ne extollamur: siue curras, siue
festines, inquit, ne tuū esse putes meritū. Nisi nāq;
supernum assequaris fauorē, omnia nequicquā:
tamē quòd optatum assequeris, clarum est donec
curras, donec uelis. Non hoc itaq; dixit, quòd in
uanum currimus, sed quòd in uanum currimus,
si totum nostrum esse putamus, nisi deo plus assi-
gnemus. Nec enim totū deus suum esse uoluit, ne
sine causa nos coronare uideatur: neq; rursus no-
strum, ne in arrogātiam dilaberemur. Nam si mi-
norum habētes partem altum sapimus, quid si to
tius autores essemus? Multa nanq; deus fecit, ut
nostrā succideret superbiā. Et adhuc manus alta
quot nos morbis inuoluit, ut nostram truncaret
insolentiam? quot feris circūdedit? Etenim cum
quidā dicūt, quid hoc? ad quid hoc? Hæc, inquit,
præter id quod deo uidet, in tanto te metu consti
tuit, & nec ita humiliter sētis: sed si quādo uel par
uam assequaris prosperitatē, ad ipsum sensū cœlū
peruenis. Propterea celerrimæ mutationes & la-
psus, & nec ita corrigimur: propterea continuæ
mortes, & præmaturæ. Nos autem de nobis tan-
quam immortalibus sentimus, quasi nunq; morī-
turi, ita rapimus. Sic usurpamus aliena, quasi ra-
tionē nunquā daturi: sic ędificamus, tāq; hic sem
per manētes. Nec ipsum nos dei uerbū quotidie
nobis inculcatū, nec ipsa negocia corrigūt. Non
pōt dies proferri, non hora, in qua cōtinuos nō li

ceat

ceat casus uidere. Sed in uanũ omnia, & duritiem nostram nihil penetrat, nec in alienis calamitatibus meliores fieri possumus: quinimmo nec uolumus, sed cum ipsi soli lugeamus, tũc corripimur: & si manum deus remittat, rursum nos manũ extollimus. Vnusquisq; sapit humana, terrena contemnit nemo, cœlum respicit nullus: sed tãquam sues ad uẽtrem inclinantes deorsum uergunt, cœno se cõuoluentes: itidẽ & hominũ multi difficil limo se cœno polluentes, nõ sentiunt. Melius em̃ est luto fœdo q̃ peccatis cõtaminari. Illinc nanq; fœdatus, breui se tempore lauerit, & similis est illis, qui nec ab initio in illud ceciderint cœnũ: At in peccati barathrũ delapsus, pollutionem admisit, quæ nõ aqua purgatur, sed multi temporis indiget, acrisq; pœnitentiæ, lachrymarũ, & maioris ardentiorisq; luctus, quàm quẽ charissimis exhibetis. Illa nanq; sordes extrinsecus nobis accidit, quapropter & eam cito deponimus: illa uero pariter interius, ideoq; uix eam abluentes mũdamur. ait enim: Ex corde exeunt cogitationes malæ, fornicatiões, adulteria, furta, falsa testimonia: quam obrem & Propheta dicebat: Cor mũdum crea in me deus: alter uero: Ablue à malitia cor tuũ Hierusalem. Vides quòd est & nostrum, & dei: & iterum: Beati mundo corde, quoniã ipsi deum uidebunt. Efficiamur mũdi pro uiribus nostris, peccata nostra detergamus. Quomõ uero detergenda sunt, Propheta docet inquiens: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationũ uestrarum ab oculis meis. Quid est corã oculis meis? Quoniã aliqui uidentur esse boni, sed hominibus: sed deo sunt manifesti sepulchra esse dealbata: propterea dicit: Sic auferte, sicut ego uideo. Discite benefacere, exquirite iudicium, humilẽ & pauperẽ iustificate. Et uenite, & disputemus, dicit dominus: Et si fuerint peccata uestra sicut purpura, sicut niuẽ dealbabo: & si fuerint tanquã coccinum, quasi lanam albefaciam. Vides q̃ priores nosipsos oportet mundare, & tum deus emundat? Cũ enim prius dixisset: Lauamini, mũdi estote: tunc subdidit: Ego dealbabo. In extremam itaq; lapsorũ nequitiam nemo de se desperet. Etsi nanq; in habitũ uenisti, & quasi in ipsius naturã uitij, ne timeas. Propterea nanq; colores non euanidos, sed subiectis ferè cõsubstantiatos in cõtrarium dixit statim uẽturos. Non enim simpliciter lauare dixit: sed tanquam lanam, & quasi niuem dealbare, ut bonam spem suggerat: ergo magna uis pœnitentię: siquidem ut niuem nos reddit, & ut lanam albefacit, licet præueniens peccatũ nostras infecerit animas. Studeamus itaq; mundi fieri: graue nihil imperauit. Iudicate pupillo, & defendite uiduam. Vides ubiq; quomodo multa deo misericordia sit, & iniuriam patientium tutelæ mentio? Hęc officia sectemur, & dei gratia poterimus & futura cõsequi bona: quibus nos omnes dignos censeri contingat in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal. 50
Hier. 4
Matt. 5
Esa. 1

DE VANA GLORIA ET AMBITIONE, Homilia XLIII.

QVEMADMODVM sæui quidem uenti in tranquillum mare delati, totum ab imo subruũt, ut & arena cum undis misceatur, sic & ambitio & turpis quæstus animam subeuntes omnia subuertunt. Excæcat mentis intuitum, præsertim gloriæ furor: nam pecunias quidem contemnere uolenti satis est facile: honorẽ autem à multis collatum despicere, multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animæ ipsum cœlestis testudinis uerticẽ tangentis. Non est enim, non est, inquã, uitium ita tyrannicũ, & ubiq; dominãs ex maiori quidẽ, uel ex minori parte, attamen ubiq;. Ipsum itaq; qũo uinceremus, etsi non ad expurgationẽ, saltem ex minima parte? In cœlũ si respicia mus, si deũ ante oculos habeamus, si de terrenis maiorẽ capiamus cogitationẽ. Cogita, cũ gloriã concupiscis, quòd eam sis assecutus, & discse finẽ, & nihil inuenies. Cogita quantã ea res habeat iacturam, quot & qualibus bonis priuet. Labores quidem sustinebit atq; pericula, fructibus autem priuabit & certaminũ prę̃mijs. Cogita, quòd multa sunt pericula, & eorũ gloriam contemne: qualia sint, singula recense, & rem risu plenam uidebis. Videbis q̃ dedecus magis est quàm gloria, & post hæc ad cœleste spectaculum referas cogitationem. Cum aliquid boni faciens cogites, quòd & hominibus oportet ostendere, & aliquos facti spectatores quæras, & solicitus sis ut uideatur: cogita quòd deus uidet, & omnem illam extingues concupiscentiã. De terra recede, ad illud cœleste respicias theatrum. Homines licet laudauerint, mox tamen accusant uel inuident, uel carpũt: sed hoc si nõ fecerint, nihil omino tamẽ laudato prosunt: deus tamen nõ ita, sed gaudet nostra laudãs merita. Dixisti rectè, plaususq; consecutus es? Et quid emolumẽti? Si enim adiuti quidẽ sunt plaudẽtes, & mutati, & meliores effecti, prioribus abstinuere malis, uere gaudendũ est, non iam collatis laudibus, sed bona mirabiliq; mutatione: si uero laudantes quidẽ, & tumultuãtes perseuerant, & plaudentes, nullum autẽ ex plausibus fructum reportant, dolẽdum magis est, quoniã hæc eis in iudicium cedunt & damnationem. Sed in pietate gloriam habes? Si uere quidem sis pius, & tibi nihil cõscius sis mali, oportet gaudere: nõ quoniam uideris, sed quoniam es. Si cum sis, multorũ quidem gloriã cõcupiscis, cogita quòd nõ hi nobis iudices erũt in illa die: sed qui latẽtia perfecte nouit. Si uero tibi peccatorum cõscius, apud omnes mundus esse suspicaris, non tantum gaudere non oportet, uerum & dolere, & amarè gemere, diem cõtinue cogitantem, in quo omnia reuelantur, in quo abscondita tenebrarũ illuminantur. Honore delectaris? hunc repelle, sciens quòd te debitorẽ constituit. Honorem tibi prębet nemo? & in hoc gaudendũ est. Nõ enim cum alijs & hoc tibi deus improperabit, q̃ honore delectatus es. An non uides, quòd cum alijs beneficijs & hoc deus per Pro-

Ioel.2 Prophetam ait, Accepi ex filijs uestris in prophe
tas, & ex iuuenibus uestris in sanctificationem:
Hoc igit saltem lucraris, quòd maiori supplicio
non eris obnoxius. Nam qui non honorat in pre
senti uita, sed cõtemnitur, nec ullam est assecutus
æstimationem: sed cõtumeliam patitur, & respui
tur: etsi non aliud, hoc saltem lucrat, q non & hu
ius est reus, quòd non à conseruis honoratur, &
multa propter alia gaudet, contrahitur, humiliat:
neq si uelit, unquam altum sapiet, si sibi magis at
tẽdat: Qui nanq multum acquisiuit honorẽ, præ
terquã quòd & magnorũ est reus debitorũ, & in
arrogantiam extollitur, & inanem gloriam, & fit
hominũ seruus, postmodum hoc crescente domi
natu, multa quæ nollet facere cogitur. Tanquam
itaq scientes, quòd hoc est meliusq illud, honores
ne quęramus, & oblatos recusemus, abijciamus à
nobis, hanc extinguamus cõcupiscentiam. Hæc
& ad principes & subditos nobis dicta sunt. Ani
ma nãq cupiens honorem & glorificari, nõ uide
bit regnũ cœlorum. Nõ meus est hic sermo, neq
mea recito uerba, sed spiritus sancti. Nõ uidebit,
licet uirtutẽ operetur: ait enim: Receperunt mer-
Matt.5 cedem suam. Itaq qui mercedem nõ accipit, quo
modo cœlorum regnum uidebit? Nõ prohibeo
gloriam optare, sed uerã uolo gloriam, quæ est à
Rom.12 deo: cuius laus est, inquit, non ex hominibus, sed
ex deo. In abscondito simus pij, non multo circũ-
dati fastu, & ostẽtatione & simulatione. Ouis pel
lem abijciamus, sed potius oues efficiamur. Nihil
hominum gloria utilius. Dic enim mihi, si paruo-
rum uideas puerorum multitudinem, lactẽtium
dico, nũquid ab eis gloriam cõcupisces? sic erga
cũctos homines disponaris propter gloriam. Id-
circo cenodoxia dicitur: Nónne uides personas,
quas in scena uersantes induũtur, q sint pulchræ
quidem, quàm uero splendidæ, q ad extremã pul
chritudinis perfectionem effictæ? Potes mihi ta-
lem aspectum in ueritate mõstrare? Nequaquã.
Nunquid unquam earum amore captus es? Nõ.
Quare? Quia uacuæ sunt, & imitantur pulchritu-
dinem: pulchritudo tamen non sunt. Similiter &
gloria inanis est, & gloriam quidem imitatur: nõ
est tamẽ gloria. Illa sola manet, quę naturalis est,
quæ intrinsecus. Hæc autem quæ exterius super-
inducitur, occultat quidem sæpe deformitatẽ, oc
cultat autem apud homines, & usq ad uesperã: di
misso aũt theatro, sublatis q personis, unusquisq
quod est, hoc apparet. Itaq ne tãquam in scena &
simulatiõe ueritatẽ obeamus. Dic emẽ mihi, quid
habet boni, à multis circũspici? Inanis est gloria,
nec quicquam aliud. Nam domũ reuertere, & so-
lus esto, & totũ illico defluxerit: in forũ processi-
sti, præsentes in te cõuertisti, & quid amplius? Ni
hil: extinctum est, & euanuit tanquam fumus dif-
fusus: sic igitur ea quæ non subsistunt. Quãtę sunt
hæc, quæso, stoliditatis? quantæ demẽtiæ? Ad u-
num itaq solum spectemus, quomodo deus nos
laudet. Si hoc consideremus, nunquã ab homini-
bus propria quæremus: & si contigerint, cõtem-
nemus, deridebimus, respuemus: tanquã aurum

A quidem optãtes, lutũ uero recipientes, sic affici-
mur. Non laudet ille: nihil emẽ profuerit: & si uitu
perauerit, nihil nocebit. In deo autẽ hæc utraq ha
bent aliquid lucri uel iacturę: at apud homines o
mnia uana. Et in hoc æquamur deo, quòd ab ho-
minibus ille non glorię indigeat: ait enim: Glori- Ioan.8
am ab hominibus nõ capio. Parum' ne igit hoc?
Cum nolis gloriam cõtemnere, dic, Deo par fio si
contempsero: & statim cõtemnes. Non enim po
test gloriæ seruus homo, nõ omniũ seruus esse, &
ipsis seruilior mancipijs. Non enim talia nostris
præcipimus seruis, qualia captiuis suis illa: turpia
& dedecore plena negocia loqui facit & pati, &
maxime cum obsequẽtes uiderit, imperia magis
intendit. Fugiamus itaq fugiamus, inquam, hanc
B seruitutem. Inquiet aliquis: Qualiter itaq poterí-
mus? Si philosophemur de terrenis, si uideamus
quòd præsentia somnium & umbra sunt, & nihil
aliud, ipsam facile uicerimus, & nec in paruis, nec
in magnis capiemur: quòd si cõtemnamus in mi-
nimis, & in maximis facile cademus. Procul igi-
tur eius fontes restringamus: hi aũt stultitia sunt,
& humilem animũ habent. Itaq si sublimem sen-
sum capiamus, poterimus & à multis collatũ ho-
norem contemnere, & in cœlum dirigere cogita
tionem. Nam sicut est modestiæ principiũ ieiuni
um, id est fundamentũ & constitutio: sic & pecca
ti superbia, & ab ea omne peccatum inchoatur, &
ab ea cõgregatur: q emẽ quæcũq bona facimus,
uitium ea permanere nõ sinit, quin corruant, sed
C tanquam radix est quædam nõ cõmoueri nõ per
mittens, illinc manifestum est. Vide quãta phari-
sæus fecerat, sed hæc omnibus nocuit, radice ma-
nente. Ex superbia nascitur pauperũ despectus,
pecuniarũ concupiscẽtia, amor principatus, mul
tæ desideriũ gloriæ. Ad cõtumeliam ultor est hu-
iusmodi. Elatus enim nec à maioribus, nedum ab
inferioribus contumeliam pati sustinet: qui uero
cõtumelia non tolerat affici, neq male pati susti-
nebit. Vides quomodo peccati principiũ elatio,
quomodo uero superbiæ principium, nescire do
minum? Et merito. Qui nãq dominũ nouit, sicut
oportet intelligere: qui nouit q dei filius se tantũ
humiliauit, non extollitur. Qui aũt hæc ignorat,
extollitur. Elatio uero præparat ad insolentiam.
D Dic etenim mihi, unde isti impugnãtes ecclesiã
deum ignorare dicunt. Nónne ex insolẽtia? Ecce
dominum ignorare, in quod eos pręcipitiũ proie
cit. Nam si deus contritũ diligit spiritũ, econtra su
perbis resistit, humilibus aũt dat gratiam: nullum
itaq malum par elationi, hominẽ reddit dæmo-
nem, cõtumeliatorem, blasphemũ, periurum, cæ
des facit & homicidia cupere. Elatus semper in
doloribus uiuit, semper indignatur, semper mœ-
ret. Nihil est quod eius possit explere libidinem,
si uel regem uiderit supplicantem & adorantem,
non est satiatus, sed magis accensus. Sicut enim a
uari quanto plura ceperint, tãto pluribus egent:
itidem & superbi, quãto maiori funguntur hono
re, tãto plus cõcupiscunt. Crescit enim in eis mor
bus (morbus enim est) morbus aũt finẽ nescit, sed

cum habentem occiderit, tunc demum sistit. Nō- A
ne uides ebriosos, quòd semper sitiunt? morbus
enim est, non naturæ cupiditas, sed ægritudo per
uersa. Nónne uides quos uocant bulimos, quòd
semper esuriunt? morbus enim est, ut medicorū
pueri testantur. Iam naturæ terminos transcende
runt curiosi, & superflua satagentes, quantūcun-
que passi fuerint, non sistunt: morbus enim est, &
finem ignorat. Fornicationibus gaudentes rur-
sum nec ipsi sistunt. Homini, inquit, fornicario o-
mnis panis suauis: non desinet, donec absorbea-
tur, morbus enim est: & morbi quidem sunt, non
tamen incurabiles, sed admittentes medicinam,
& multo magis quàm corporales. Si nanq; uelí-
mus, possumus eos extinguere. Igitur quomodo
superbiam extinguere possumus? Si deum agno B
scamus. Nam si ex ignorantia dei nascitur, cum i-
psum agnouerimus, expellitur omnia insolentia.
Cogita gehennam, cogita multo meliores te: co-
gita quòd deo pœnas debeas: si talia cogitaueris,
ocyus mētem cōtraxeris, ocyus eam cōpresseris.
Sed nō potes ista facere, es imbecillior, cogita prę
sentia, ipsam humanam naturā, cui nihil sit homo.
Cum uideris in foro mortuū efferri, orphanos se-
quentes filios, uxorem uiduam plangentem, plo
rantes seruos, amicos mœrentes, prę sentiū rerum
uilitatem cogita, & quòd ab umbra somnijs cq; ni-
hil differūt. Sed nō uis hoc: at cogita prędiuites in
bellis temere pereuntes: magnatū & illustriū do-
mos consídera nūc solo prostratas: cōsidera quā-
tum potuerunt, & nunc nec eorum quidē memo C
ria remanet. Per singulos enim dies, si uelis, horū
exempla reperies, magistratuū successiones, pro-
scriptiones diuitū. Multi tyranni cōsederunt hu-
mi, nō existimatus autem gestauit diadema. Hæc
nónne quotidie fiūt? Nónne nostra rotæ cuidam
similia sunt? Lege si uelis, & quæ sunt apud nos,
& exteriora. Nam & illa sunt his exemplis refer-
ta. Si nostra contemnis, & hoc ex insolētia: si phi-
losophica miraris, & his accede. Illi quoq; te doce
bunt antiquas recensentes erumnas, & Poetæ, &
oratores, atq; sophistæ, sermonūq; scriptores uni
uersi. Exēpla, si uelis ubiq; reperies. Si uero nihil
horū uelis, ipsam pēsa naturā nostram, ex quibus
constat, & quo desinit. Cogita cum dormis, quo D
sis dignus: nónne uel minima bestia te posset in-
terimere? Multis em̄ à tecto frequēter illata bre-
uis bestiola uel oculum eruit, uel alicuius alterius
periculi causam attulit. Hæc igitur poterunt nos
à tali proposito abstrahere, sicq; uitā agemus lau-
dabilem in Christo Iesu domino nostro, cum quo
patri simul & sancto spiritui gloria, imperium &
honor, nūc & semper, & in secula seculorū, Amē.

DE LIVORE ET INVIDIA, Homilia XLIIII

ICVT furentes sæpenumero gladios
in se conuertunt, itidem & inuidi, so-
S lam inuisi pernicíem intuentes, pro-
priam negligunt salutē: hi feris quoq;
peiores. Nam illæ quidem escæ indi-
gentes, uel à nobis iritatæ, aduersus nos arman-
tur: hi uero beneficijs quoq; frequēter allecti, be-
ne meritos maleficijs prosecuti sunt. Hi quidem
peiores feris, dæmonibus autē pares, fortè uero
peiores & istis. Hi nanq; contra nos bellum exer
cent impacatum, consortibus autem generis non
insidiātur. Vnde Iudæis quoq; Christus os occlu-
sit, cum eum in Beelzebub eijcere dæmonia ca-
lumniarentur. Hi uero neq; naturę cōmunionem
reueriti sunt, neq; sibi pepercerūt. Nam ante quā
inuisos, animas suas pœnis afficiunt, tumultus o-
mnis & ignobilitatis eas frustra & incassum im-
plent. Cur em̄ doles ô homo, proximi bonis? Do
lere nos oportebat his quæ patimur malis, non in
quibus alios probabiles haberi uidemus. Propte
rea omni uenia caret istud peccatum. Nam forni-
cator quidem concupiscentiā prętendere potest,
fur paupertatem, homicida furorem, frigidas qui
dem & irrationabiles, habent tamen quas pręten
dant excusationes. Tu uero quā dices causam, ro
go? Nullam penitus, nisi tantum intensam nequi
tiam. Si enim inimicos diligere iubemur, cum &
diligētes oderimus, quam pœnam luemus? Nam
si diligens diligentes nihilo gentibus melius affe
ctus est: nihil iniurię operatos infestans, quam ha
bebit ueniam? quam excusationē? audi quid Pau
lus dicat: Si tradidero corpus meum ut ardeā: cha 1.Cor.13
ritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.
Quod autē ubi liuor & inuidia, charitatis opera
sublata sint, cuiq; patet. Hoc uitiū & fornicatione
peius est, & adulterio. Hoc enim in operato tantū
sistit: inuidiæ uero uis totam subuertit ecclesiam,
& toti nocet terrarum orbi. Hæc homicidij mater
est: ita fratrem Cain occidit, ita Iacob Esau, ita Io-
seph fratres, ita cūctos homines diabolus. Sed tu
nunc non occidis, sed multa cæde facis graviora,
fratrem optās cōfundi, laqueos undiq; tendens,
sumptos pro uirtute dissoluens labores, dolens,
quòd mundi placent domino. Nō illum itaq;, sed
ab eo cultum impugnas. Illū afficis contumelia,
tuum illius præponens honori, & quod est omni
um grauissimū, indifferens peccatū esse uidetur,
cum omniū sit atrocissimū. Siue miserearis, siue
uigiles, omnium es sceleratissimus, cum inuideas
fratri: & hoc illinc est manifestū. Quidam olim a-
pud Corinthios fornicatus est, sed accusatus fuit, D
& breui correctus. Abeli Cain inuidit, sed sanatus Gen.4
non est: quin & deo statim ipsius ulceri curam af-
ferētē, magis intumescebat, & fluctuabatur, & ad
cędem properabat. Ita hoc uitiū illo peius est, nec
medicinę, quancunq; adhibuerimus, facile cedit.
Funditus igitur eam undiq; euellamus, illud pen-
santes, quod quemadmodū offendimus deū alie-
nis tabescētes bonis, ita placemus gratulantes, &
nosmetipsos participes facimus bonorū beneme
renti repositorū. Et propterea Paulus dicit: Gau- Rom.12
dete cum gaudētibus, & flete cū flētibus. Vtinq;
magnum lucremur emolumentū. Cogitātes itaq;
q; licet non laboremus, si laboranti condelecte-
mur, illius coronarum efficimur participes: om-
nem eijciamus inuidiam, & in animabus nostris
charitatem plantemus: sed quod dixi, graue quid

inuidia

inuidia,graue & ſimulatione plenum:Hoc mundum innumeris repleuit malis.Ex hoc morbo liti
bus plena ſunt tribunalia,ex hoc liuores & pecuniarum amor, ambitio & inanis gloria. Hinc urbes obſidentur,& mare piratas habet,hinc per orbem cædes, hinc genus noſtrum diſſipatum eſt. Quodcunq; malum uideris, ex hac radice produ
citur:iam em̃ & in eccleſias debacchata eſt, & pri
us innumera patrauit mala. Hoc auaritiam parit, uitium omnia cõfundens,& iuſtitiam corrũpens.
Deu.16 Dona enim excæcãt oculos ſapientũ, & tãquam frenum ori auertunt argumenta. Hoc pro liberis ſeruos facit,de hoc per ſingulos loquimur dies,& nil amplius efficiẽ:beſtijs exhibemur peiores, orphanos diripimus,ſpoliamus uiduas,odio pauperes habemus. Væ ſuper uæ naſciẽ. Hei mihi quia periit pius de terra, & iã noſtrũ eſt lugere,& per ſingulos hoc dicere dies. Orationibus nil efficimus,cõſilijs &admonitiõib.nihil.Relinquit iam
Luc.19 lachrymas fundere. Hoc & Chriſtus fecit,cũ multa eos qui Hieroſolymis erant,monuiſſet, poſtq; illi nihil lucrifecerunt,ipſorũ defleuit calamitatẽ. Hoc & Prophetę fecerũt,hoc & nos facimus nũc. Luctus iam tẽpus eſt, & lachrymarũ & gemitus. Et nunc opportunũ eſt dicere: Vocate lugẽtes,et ad peritos mittite,& loquantur.Ita fortaſſe poterimus eijcere morbũ,domos erigentiũ ſplendidas, agros ex rapina comparantium.Lugere nunc opportunum.Sed uos quoq; mihi cõiungimini, iniuriã paſſi,ſpoliati.Adhærete mihi,lugete, & deducite lachrymas meas:ſed lugẽtes, nõ noſipſos, ſed illos lugeamus.Nõ iniuria uos affecerunt,ſed ſeipſos perdiderunt. Nam uos quidẽ habetis regnum cœlorũ pro iniuria: illi uero gehẽnam pro lucro:propterea melius eſt iniuriã pati, & non inferre.Defleamus eos fletu non uulgari, ſed de ſacris ſcripturis,quem Prophetæ defleuerunt. De-
Eſa.5 fleamus cum Eſaia,ita dicentes:Væ qui cõiungitis domum ad domum, & agrum ad agrũ propinquatis,ut aliquid proximo auferatis.Nũquid habitabitis ſoli ſuper terrã? Domus ſpecioſæ & magnæ,& nõ erunt qui inhabitẽt in eis. Defleamus cum Naum,& cum eo dicamus: Væ qui ædificat in altitudinem domũ ſuam. Imò uero defleamus
Luc.6 eos,Chriſtum ſequentes dicentẽ: Væ qui diuites eſtis,quoniam recepiſtis mercedẽ ueſtram & cõſolationem.Defleamus, & ne ceſſemus: quin & niſi turpe ſit plangamus,dicamus quod Prophe-
Ier.22 ta:Nolite flere mortuum,ſed deflete raptorem, alienorum uſurpatorem,auarũ inſatiabilem. Quare mortuos deflemus,in quibus iam nihil expediri poteſt? Lugeamus hos, in quibus eſt & mutatio.Sed nobis lugẽtibus illi forte rident, & hoc luctibus dignũ quòd rident ubi lugendũ erat.Nam ſi quid ex deploratiõib. noſtris paſſi fuiſſent, deploratores requieſcere decebat,tãquam ſe correcturos:ſed poſtquam inſenſibiliter ſe gerunt, permaneamus nos flentes: non ſimpliciter locupletes,ſed auaros,uſurpatores,raptores.Nam & congrue diuitijs uti licet,cum in egenos erogemus: auaris autem crimen & accuſatio ſunt, & oppro-

A brium.Lugeamus itaq; nõ hos tantum, uerum & inuidos:grauis enim & hic ualde morbus eſt:Nec aberrauerit quis hanc diaboli filiam appellãs, & poſt hæc inanis gloriæ fructum,quin autem & radicem.Hæc enim utraq; mala in alterutrũ ſeſe producere ſolent.Sic certè tũc quoq; Saul inuidebat: quando dicebant,Percuſſit Saul mille, & Dauid 3.Reg.18
decẽ milia: quò quid poſſit eſſe irrationabilius? Quid enim,quæſo,inuides? Quòd ille laudauit? Atqui gaudere decebat:alioq; neq; noſtí, ueráne ſit laus.Aut propterea doles,quòd cum non eſſet admirabilis,laudatus eſt? At potiusoportebat miſereri.Quamobrem ſi bonus quidem ſit, laudato non opus eſt inuidere, ſed potius eum laudare cũ
B benedicentibus: ſi uero talis nõ ſit, utilitas nulla, ſed & damnum. Quid igitur in teipſum enſem agis,quòd hominibus mirabilis eſſe uideẽ, qui hodie quidem ſunt,cras autem non erũt? Sed quòd gloria fruitur? Quali,dic mihi? De quáne Prophe
ta dicit,q; flos eſt fœni? Propterea igitur inuides, quoniam onera baiulat,& fœni tales circũfert ſarcinas? Si uero tibi talis dignus inuidia uidetur honor,& lignicidę per ſingulos dies onera ferentes, & urbem ingredientes. Nihilo enim melius hoc eſt onus,ſed grauius:illud enim corpus tantũ premit,hoc autem & animam plerunq; læſit,& uoluptate maiorem intulit anxietatem.Nam etſi & dicens comprobatur,maiorem habet læticia timorem:quin potius hãc quidem breuem,illum uero continuum: & ſi præpolleat apud principes,& illic inuidia rurſus & periculum. Quod enim tu pa
C teris apud eum,hoc & alij plures.Sed cõtinue laudatur & exultat? Hoc amarum facit ſeruitus:non enim libere pro ſententia facere quicquam audebit,ne ſe glorificãtes offendat. Grauia nanq; ſunt ei uincula claritas.Itaq; quanto ſit pluribus notior,tanto plures habet dominos:& ſeruitutis ei iuga grauantur,ipſius undiq; dominis apparẽtibus. Et domini quidem aſpectu cũ liberatus fuerit ſeruus,reſpirat,& eſt in omni libertate: hic autẽ undiq; dominos quęrit.Omnium enim eſt ſeruus in foro apparentium:ſiue quid urgeat neceſſariũ, in forum prodire non audet,niſi & ſequentibus ſeruis,& equitatu,& omni reliqua uanitate conueniente,ne domini cõdemnent. Et ſi quem legiti-
D mum uideat amicum, eum indifferenter alloqui non audet:dominos enim ueretur, ne ſe detrahãt à gloria.Itaq; quãto illuſtrior eſt, tanto magis mãcipatus eſt.Et ſi quid moleſti patiatur,grauior eſt contumelia,quanto plures habet teſtes. Et præter dignitatẽ res eſſe uidetur: nec tantũ uero contumelia,ſed & calamitas, multos enim habet inſultantes:ſicut etiam ſi quo fruaẽ bono,plures habet inuidentes & ægreferẽtes, & cupientes auferre.Hoc igitur,queſo,bonum? hoc gloria? Nequaquã, ſed ignobilitas, ſeruitus & uincula,& quicquid graue quis dixerit.Si uero ſic quoq; tibi dili gitur ex hominibus gloria,& ille multorum exci piens plauſum te conturbat uehementer: cũ plauſibus fruentem uideris, ad futurũ mente ſeculum & illam gloriam tranſi. Et ſicut ingruentem fu-

giens feram,& domum ingrediens,fores claudis: sic & nunc ad futuram confuge uitam,& illam in effabilem gloriam:ita enim & hanc conculcabis, & illam facilíter apprehẽdes, & uera frueris líber tate,æternísq; bonis,quæ nos omnes aſſequi con tingat, gratia & benignitate domini noſtri, Ieſu Chriſti,cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui glo ria, imperium & honor,nunc & ſemper,& in ſe cula ſeculorum, Amen.

DE LIVORE ET INVIDIA, Homília XLV

VM beneuolum deum habuerimus, dilectiſſimi, licet in ſolitudine ſimus, in ciuitatibus degentibus tutius con uerſabimur. Maximum nanq; muni men, & inexpugnabilis murus eſt di uinus fauor.Et ut diſcas, quomodo qui morat̃ in ſolitudinibus, in mediis uerſante ciuitatibus, & humanum habente multũ auxilium tutior eſt, & potẽtior:uideamus quomodo Dauid quidem ex locis loca permutans, & degens tanquam profu gus à ſuperna manu muniebatur: Saul aũt in me diis poſitus urbibus,& tot agens exercitus,& tot habẽs ſatellites,& cuſtodes, per ſingulos dies ho ſtiũ incurſum timebat & tremiſcebat. Et ille qui dem cum unus eſſet,& ſecum haberet neminem, humani non indigebat ſubſidij : diademate uero redimitus,& ornatus purpura, ipſius egebat auxi lio.Et rex paſtoris indigebat:& priuati,coronam geſtans.Sed ſi uultis, altius ſermonis ſeriem repe tamus,ut omnem ipſius hiſtoriam in mediũ agen tes,diſcamus, quòd diuina ope munito fortius ni hil,& nihil imbecillius ea deſtituto, licet innume ris exercitibus circunualletur.Hic itaq; Dauid cũ eſſet ualde iuuenis, & propter ætatẽ immaturam in paterna domo degeret:poſtquã tempus exige bat,ut huius fieret uirtus manifeſta, à patre cohor tatus ut fratres ſuos uiſeret,ad eos mittebat̃:ad ho rum itaq; uiſitationem profectus,ut bellum uidit conflatũ alienigenæ Goliath,& totum cum Sau le populum expauefactum,& ipſum regem in pe riculo de ſumma rerum conſtitutum, interim ſpe ctator eſſe uolebat,& ibat uiſurus nouum atq; mi rabile,quòd unus homo contra tot milia inſurge ret. Sed fratres cogitatus non ferentes fortitudi nem,in inuidiam commoti ſunt,& ad eum inqui- 1.Reg.17 unt:Propter nil aliud ueniſti, quàm ut bellum ui deres:nec enim uiſitationis noſtræ gratia ueniſti. Sed huius uide prudentiam & manſuetudinem multam. Procax nihil & aſperum eis reſpondet, ſed eorum ſedans ardorem,& demulcens inuidi am,ait:Nónne uerbũ eſt? Non enim, inquit, ar ma me uidiſtis tractantem. Nunquid enim con ſpexiſtis pugnantem? Simpliciter uidere uolui, & intelligere unde ſit huic tanti furoris exceſſus. Quis enim,inquit,eſt hic alienigena,exprobrans caſtra dei uiuentis? Mox & multam eius audiens magniloquentiam & ineffabilem cum Saule pro fectorum timiditatem,ait:Quid erit homini, hu ius caput amputanti? & per hæc uerba magnam animi uirtutem oſtendebat, omnes trahens in ad miratiõnem.Hæc ubi Saul intellexit, accerſit iu uenem præter paſturam nihil doctum: præterea & ipſius conſpicatus ſtaturam,paruipendit. Poſt modum cum ab eo didiciſſet, qualiter urſos con feciſſet,cum greges inuaſiſſent (hæc enim narra re coactus fuit admirabilis hic, non inanem glo riam quærere uolens, ſed in neceſſitate conſtitu tus,& ut illi fiduciam afferret, ne ad apparẽtis reſ piceret uilitatem , ſed ad fidem interius latẽtem, & ſupernum auxiliũ, propter quod uiris fortior erat iuuenis , & inermis armatis , & militibus pa ſtor:)mox cum ipſius ſententiæ finem rex uidiſ ſet,propria arma uolebat eum induere: ipſe uero cum hæc induiſſet,neq; poterat ſuſtinere.Hoc au tem agebat̃,ut nuda dei uirtus appareret,quæ per eum operabatur, ne armis geſta tribuerẽt: poſtq; enim his indutus claudicabat, arma depoſuit, & peram ſumens paſtoralem,& lapides, ſic in illam carneam turrim prodibat.Sed uide rurſum & alie nigenam ad ſtaturæ uilitatem reſpicientẽ,hinc iu ſtum floccipendere, & tanquam in uilem puerul um uerbis inſurgere. Poſtquam enim uidit eum cum paſtorali pera contra ſe prorũpentem,& ſo los habentem lapides, tantum non ad eum dice bat:Putaſti te rurſum ouibus inſtare, & quoſdam canes expellere,& propterea tanquam aliquẽ a cturus canem cum iſtis inſtrumentis mecum pu gnam aggreſſus es? Iam te docebit experiẽtia, q̃ non cum quolibet eſt tibi certamen:& multã prę ferẽs audaciam feſtinabat & urgebat, & totã mo uebat armaturã,armaq; prætendebat: ſed ille qui dem armorum uirtute fretus, pugnam adoriebā tur:hic autem fide,ſuperno q; munitus auxilio: & cum prius uerbis alienigenæ petulantiã deiecis ſet,& ad eum dixiſſet: Tu uenis ad me cum armis & haſta,& propria uirtute ſperãs uincere: ego au tem in nomine domini dei.Cum hæc, inquam,di xiſſet,ex paſtorali pera lapidem tollens,quaſi ue re canem quendam gregi ingruẽtem expulſurus, ſic funda iaculatus, in fronte ſtatim alienigenam percutiens proſtrauit:& feſtinans, & ipſius ſtrin gens enſem,ipſe caput amputatum ita regi repor tauit,& bello finem impoſuit.Et per illũ rex q; ſa lutem inuenit, & omnis ipſius reſpirauit exerci tus.Et cernere dabatur res mirabiles atq; ſtupen das,armatum ab inermi proſtratum:& in bellicis peritum,ab eo qui nihil præter paſtoralem noue rat artem,deiectum.Quamobrem, & qua de cau ſa? quoniam hic quidem ſupernum habebat auxi lium ſibi cõferens:ille uero hoc deſtitutus,ſub hu ius manibus ponit̃. Sed uide iã hic inuidiæ mor bum,quantam operatus eſt conuenientiã.Poſtq; enim uidit rex multa laude fruentem hũc iuſtum, & mulieres in choro clamantes:Vicit Saul mille, & Dauid decem milia: non æque ferẽs de ipſo di cta, licet ſecũdum iuſti rationẽ ipſi potius quàm Dauid gratũ faciebant,ab inuidia uictus iam be nefactorẽ contrarijs proſequebatur: & quem o portebat ſaluatorem & benefactorẽ inſcribi,hũc interficere moliebatur.O furoris exceſſus, ô ſtu piditatis intentio,eum qui ſibi uitam donauit, & totum

totum exercitū ab alienigenæ furia liberauit, tan quam hostem iam intuebatur: & neq; recēs bene ficium morbum uincebat, sed tanquā ab ebrietate quadam, inuidia contenebratam habens mentis rationem, benefactorē tanquam hostem respiciebat. Talis enim est huius uitij malitia, ut prius se parietem offendat. Et sicut uermis de ligno nascens, ipsum prius absumit: sic & inuidia illā prius quæ se peperit, animam corrūpit, & inuisum contrarijs, ac uellet, afficit. Nam ne mihi cōsideres in uisorum procœmia, sed finem respice, & intellige quòd hæc inuidentium malitia inuisos ad maiorem perducit claritatē. Nam hi quidem & deum in auxilium attrahunt, & cœlesti fruuntur fauore: hoc uero carens, omnibus redditur expugnabilis: & antequam ab externis hostibus, ab ipso obsessus uitio tantum non consumitur: & tanquam occultis depastus dentibus, ita clanculū, ut ita dicam, absumptus remanet. Quod scientes, huius quæso uitij pestē fugiamus, & totis uiribus ex nostris relegemus animis. Omniū enim uitiorū hoc est pernicios issimum, & ipsam salutē nostram super omnia uastat. Improbi nāq; diaboli est inuen
Sap.2 tum. Et propterea Sapiēs quidā dicebat: Inuidia uero diaboli introiuit mors in orbem terrarum. Postquam enim uidit hæc improba bestia factū immortalem protoplastum, per propriam nequitiam eum in mandati præuaricationē induxit, & per eam fecit, ut mortis pœnā attraheret. Itaq; inuidia deceptionē fecit, inobedientiam deceptio, mortem inobedientia: propterea ergo dicit: Inuidia diaboli mors intrauit in mundū. Vidisti quanta sit uitij pernicies? immortalitate decoratū morti subiecit. Sed nostræ quidē salutis inimicus propriam mouens inuidiam, immortalem protoplastum morte fecit damnari. Curator autē & miseri cors dominus per propriam mortē rursum nobis immortalitatem donauit: & his quæ perdidimus, inuenimus maiora. De paradiso proiecit, & in cœlum nos reduxit. Vt morti dānaremur, effecit, & immortalitatē nobis largitus est: paradisi priuauit delicijs, & nobis regnum parauit cœlorū. Vides industriam domini tui, & quomodo à diaboli inuidia cōtra nostrā facta salutem, in ipsius rursum caput conuertit? Non enim tantū nos maioribus dignos effecit, sed & eūdem illum nobis subditū
Luc.10 dedit, cum dixit: Dedi uobis potestatem ambulandi super serpētes & scorpios, & omnem uirtutem inimici. Hęc igitur omnia cogitantes, & inuidiā ex nostris exterminemus animis, & à deo beneuolentiam allicere studeamus. Hoc enim scutum est nostrum inexpugnabile, hæ maximæ nobis diuitiæ. Quot patiebat Dauid iniurias? quot
1.Reg.17 autē inferebat Saul? Quis ergo fortior factus est atq; beatior? Quis uero miserior & miserabilior? nónne qui fecit iniuriam? Considera uero: promiserat Saul, si Dauid alienigenam prosterneret, ipsum generū accepturum, & multa cum gratia filiam ipsi daturum: prostrauit alienigenam, ille fœdera trāsgressus est, nec modo non dabat, uerum & auferre conabat. Quis ergo factus est clarior?

A nōne ille quidem à dolore suffocabatur, & malo dæmone: hic autem super solem triumphis & dei beneuolentia coruscabat? Rursum in mulierum choro non ille quidem angebatur inuidia, hic autem tacite cūcta ferēs omnes capiebat, & sibi colligabat: postquam & eum ipse in manus cepit, & pepercit, uter rursum beatus, uter miser, uter autē imbecillior, uter potētior? nónne hic qui neq; iuste grassatus est? & ualde merito. Ille nāq; milites armatos, hic autem iustitiam innumeris exercitibus fortiorem auxiliarem habebat, & adiutricē: propterea iniustas passus insidias, nec iuste uoluit occidere. Ex superioribus nāq; sciebat, quòd nō male facere, sed male pati reddit potentiores: hoc & in corporibus efficitur, hoc in arboribus. Quid
B autem Iacob? Nónne à Laban iniuriam sustinuit, & male passus est? quis itaq; fuit fortior? Qui cepit eum in manibus, nec ausus contingere, sed timens & tremens: an non hic sine armis & militibus, innumeris regibus ipsi factus terribilior? Vt autē & alteram hac maiorē uobis probationem afferam dictorum, in ipso rursum Dauid per contrarium sermonē habeamus. Hic enim iniuriam passus corroboratus, postea uicissim iniuriā operatus, infirmior factus est. Cum igitur Vriam affecit iniuria, mutatus rursum est ordo, & infirmitas quidem ad eum, qui patrauit iniuriam: uirtus autem ad iniuriam passum transiuit. Mortuus enim ciuitatem populabatur, & ipse quidē licet rex esset & uiuus, poterat nihil: ille uero miles tantum
C & iugulatus omnia illius subuertit. Vultis, & aliunde quod dico, faciam manifestius? Indagemus & iuste se ulciscētes. Nam iniuriam quidem inferentes, quòd omnium uilissimi sunt, animā suam impugnātes, omnibus quodammodo manifestū est. Sed inquies, Quis iuste uindicauit, & innumera succendit mala, & seipsum multis infixit erumnis atq; doloribus? Dauidis exercitus: hic etenim bellum graue conflauit, & infinita passus est mala, quorum nec unum quidem fuisset, si sapienter agere sciuisset. Hoc itaq; peccatum fugiamus, & neq; uerbis neq; factis iniuriam proximis inferamus. Nec enim dixit: Si maledixeris, & iudicium cōstitueris: sed simpliciter: Si maledixeris, & per teipsum, & ita supremū dabis supplicium, licet dic-
D tum sit uerum: tu uero ne persuasus dixeris, & sic honoraberis. Non enim ex his, quæ gessit ille: sed ex his, quæ dixisti tu, deus feret sententiam: ait enim: Ex uerbis tuis cōdemnaberis. Non audis q; & Pharisæus uera locutus est, & omnibus dixit manifesta, non latentia reuelauit, extremā tamen dedit pœnam? Si uero de manifestis arguere non licet, multo magis de dubijs: habet enim iudicem qui peccauit. Ne rapias itaq; dignitatē unigeniti, illi iudicij sedes seruata est. Sed uis iudicare? est tibi tribunal multum habens emolumentū, & nullam referēs accusationem. Constitue super conscientia iudicantē rationem, & in medium omnia tibi patrata propone, animę tuę peccata scrutare, & pœnas exige diligēter, & dic: Quam obrē hoc & hoc ausa es? Et si hæc quidē fugiat, aliena uero

Matt.12

discutiat, dic ad eam: Non de his te iudico, non A pro his ueneſti te purgatura. Quid enim ſi ille malus? Quare tu hoc & hoc admiſiſti? Reſpõde, Noli accuſare, tua cõſideres, nõ aliena, & eam in hãc agas anxietatem cõtinue. Poſtea ſi nihil, quod dicat, habeat, ſed refugiat: dilania flagellãs eã quaſi quandam ancillam inſolentem, & fornicãtem: & quotidie iudiciũ huiuſmodi conſtitue, & ignis flumen deſigna, uenenĩferum uermem, tormenta reliqua: nec eã amplius ſinas diabolo copulari, nec impudẽter loquentẽ toleres: Ille uenit ad me, ipſe mihi tendit inſidias, ipſe me tentat, ſed dic ei: Niſi tu uelis, illa omnia ſuperflua. Quòd ſi rurſum dicat: Corpori cõnexa ſum, carnẽ induta, mundum habito, in terra cõmoror: dic ad ipſam: Hæc oĩa ſunt excuſationes & prętextus. Nam & ille carnẽ B erat indutus, & ille mundum habitans, & in terra cõuerſans probabilis fuit: quin & tu ipſa, cũ bene te geſſeris, carne circumdata id facis. Quòd ſi doleat hæc audiẽs, ne tollas manũ: nõ eĩm morietur, ſi percuſſeris, ſed eã ex morte erues. At ſi rurſum dixerit, quòd ille exacerbauit, ei reſpõde, Sed tibi licebat non exacerbari. Certe frequẽter iram cõpreſſiſti. Si dixerit, quòd illius ſpecies me ſubleuauit: dicas ei, Sed poteras cõtinere, ,ppone uictos,
Gen.3 propone primam mulierẽ quæ dixit: Serpens decepit me, nec à crimine liberatã. Cum aũt hęc examinaueris, adſit nemo, nemo tumultuetur: ſed ſicut iudices ſub uelis iudicant ſedẽtes: ſic & tu proueli, quietis tempus & locum inquire. Et cũ cœnatus ſurrexeris, & ſis recubiturus, iſta tũc diſcer C ne. Hoc tibi tempus idoneum: locus autẽ lectus
Pſal.4 & cubiculum. Hoc & Propheta iuſſit, dicẽs: Quę dicitis in cordibus ueſtris, in cubilibus ueſtris cõpungimini. Et paruorum magnas exige pœnas, ne magnis unquam approximes. Si per ſingulos hoc feceris dies, cum fiducia ſtabis ante tremẽdũ illud tribunal. Paulus ita purus eſt factus, & pro-
1.Cor.11 pterea dicebat: Si enim noſipſos iudicaremus, nõ
Iob 1. iudicaremur. Ita filios Iob expiabat: Nam qui pro incertis ſacrificia offerebat, multo magis certorũ pœnas exigebat: ſed nos non ita facimus, ſed omne contrariũ. Nam ſimul atq; reclinati ſumus, omnia uerſamus ſecularia, & hi quidem immundas inferunt cogitationes, hi uero fœnora & cõmer- D cia, & corruptibiles curas. Et filiam quidẽ habentes uirginitati ſeruientem, diligẽter cuſtodimus: quæ uero nobis eſt filia charior, animam fornicari permittimus, & polluí, innumeras inducentes in eam improbas cogitatiões. Nam ſiue auariciæ cupido, ſiue deliciarũ, ſiue ſplendidorum corporũ, ſiue furoris, ſiue quis alius ingredi uelit, apertis foribus trahimus atq; uocamus, & cum fiducia miſceri cũ ea ſinimus: quo quid eſſe poſſit magis barbaricum, quàm animam omnium nobis chariſſimam tot adulteris ludibrio habitam deſpicere, & tantum cõgredientem, quoad illi fuerint ſatiati? quod nũquam erit. Quapropter, cũ ſomnus occupauerit, tunc tãtũ abſcedunt: imò uero neq; tunc. Nam & ſomnia & uiſa eadem inferũt illi ſimulachra. Vnde facta die, talia cõcipiens anima, & in illarum phantaſiarum opus plerunq; cecidit. Tu uero nunquàm oculorum quidem pupillam modicum aliquem ſinis puluerem ingredi: animam uero tot malorum ſarcinam attrahentem deſpicaris. Igitur quando ſordem hanc exhaurire poterimus, quã per ſingulos reponimus dies? Quando ſpinas excidere? quando ſemina ſpargere? Neſcis, quòd iam meſſis ingruit tempus, nos uero nõdum proſcidimus arua? Si uenerit igitur agricola, nosq; accuſauerit, quid dicemus? qd reſpõdebimus? Quòd ſemina dedit nemo? ſed profecto quotidie hæc erogãt: ſed nemo ſpinas excidit, & per ſingulos quidẽ dies falcẽ acuimus. At ſeculares diſtrahunt neceſſitates. Et quare temeti pſum mũdo nõ crucifixiſti? Nam ſi qui ſolũ red-
Matt.22.25 didit datum, improbus, quoniam nõ duplicauit:
Luc.19 qui & hoc corruperit, quid audiet? Si ligatus ille eiectus eſt, ubi ſtridor eſt dentium: quid nos patiemur, cum innumera nos ad uirtutem trahãt, refugientes & torpentes? Quid enim te cohortari nõ poteſt? Nonne uides ſeculi uilitatem, incertitudinem uitæ, circa præſentia laborẽ & ſudorem? Nũ quid enim uirtutẽ quidem cũ labore, malicĩã uero ſine laboribus obire poſſumus? Itaq; ſi hic quidem, & illic labor: quare non hãc capis multũ habentem lucrum? Quinimmo ſunt quædam in uirtute, quæ neq; laborem habent. Quis enim labor non detrahere, neq; mentiri, nõ iurare, iram proximo dimittere? E contrario quidẽ hęc facere laborioſum eſt, & multum afferens curę. Igitur quę nobis erit excuſatio, quæ uenia, hæc non præſtantibus? Ex his enim manifeſtum eſt, quòd & magis laborioſa eſt uirtute, quæ torpore nos fugit & pigritia. Quæ cuncta cogitantes, malitiam fugiamus, capiamus uirtutem, ut & præſentia bona cõſequamur & futura, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

QVOD OPORTET SEMPER PECCAtorum memoriam habere: & de iudicio. Homilia XLVI.

I corporis morbum patiamur chariſſimi, omnia facimus & tractamus, ut à
S moleſtia liberemur: anima uero noſtra male habente tardamus, & differimus, propterea nec à peccatis liberamur. Quoniam neceſſaria nobis, ſuperflua ſunt, ſuperflua uero neceſſaria: & malorum fontem omittentes, riuulos expurgare uolumus. Quòd enim malorũ in corpore cauſa ſit animæ nequitia,
Ioan.5 & ille octo & triginta diſſolutus annis, & per te-
Mar.2 ctum demiſſus, & prius uero Cain ſignificauit, &
Gen.4 ex multis alijs partib. hoc aliquis animaduertit. Auferamus itaq; malorum fontẽ, & omnia morborum ſiſtent fluenta. Non enim ſolutũ eſſe duntaxat eſt morbus, uerum & peccare: & hoc magis quàm illud, quãto melior eſt anima corpore. Accedamus igitur ad deũ, & nũc oremus, ut animã noſtram cõſtringat reſolutã: & omnia relinquentes ſecularia, ſpiritualiũ tantũmodo curam geramus:

Pſal.6

mus:ſi uero & hæc uendícas,poſt illam curã agas ipſorũ.Ne,quod peccans non doles,paruipẽdas: ſed propter hoc ſaltẽ maxime gemas,quoniã peccatorũ dolorẽ non ſentis. Non em̃ hoc prouenit, quòd peccatũ non mordeat,ſed quod anima peccans ſit inſenſata.Itaq; cogita eos,qui propria ſentiunt peccata,qualiter his qui ſecantur et uruntur amarius ululant. Quot agunt,quot patiũtur,quãtum lugent & lamentant̃,ut à mala liberẽtur conſcientia:quod nõ feciſſent,niſi uehemẽter anima doleret.Melius igit̃ eſt,nec oñino peccare:ſecũdum autem eſt, ſentire peccatũ, & corrigere.Sed ſi nõ hoc habeamus,quomõ ſupplicabimus deo, & peccatorum ueniã petemus, cum nullã peccatorum rationem facímus? Cum enim tu ipſe qui peccaſti, nec hoc ipſum quidẽ q̃ peccaſti ſcire uelis,pro quibus peccatis deũ orabis? ꝓ his ne quæ neſcis? Et qũo ſcies beneficij magnitudinẽ? Dic itaq; tua per ſpecies peccata:ut quorum capias ueniam, intellígas, ut erga benefactorem ita gratus efficiaris. Tu uero hominem quidem exacerbãs, & amicos & uicinos & ianitores rogas,& pecunias impendis, & multos abſumis dies accedens & ſupplicans:& ſiue ſemel,ſiue bis,ſiue millies te repulerit iritatus, non recedis,ſed magis contendens maiorem affers ſupplicationẽm.Deo aũt omniũ exacerbato,oſcitamus & recedímus,& delicijs,& ebrietati uacamus, & omnia pro cõſuetudine facimus:& eum quãdo propitium facere poterímus? quomõ uero nõ ex hoc ipſo magis eum iritamus? Nam peccantes nõ dolere,magis eum indignari facit et iraſci,q̃ peccare.Quapropter ipſam iam dignũ eſt terram ſubire, nec hũc ſolẽ intueri, neq; penitus ſpirare, q̃ tam facilẽ habentes dominum, & eum exaſperamus,& exaſperantes pœnitentiã nõ agimus:licet ipſe neq; cum iraſcitur,exoſus hoc et auerſatus facit,ſed ut uel ita nos ad ſe trahat.Nam ſi cõtumeliam patiens te continuis proſequat̃ beneficijs,magis eum cõtempſeris.Ne hoc itaq; fiat, ad modicũ auertit̃, ut ſecũ te ſemper habeat.Ipſius itaq; miſericordia confidamus, & ſolícitam exhibeamus pœnitentiã,priuſquã ingruat hora,quæ nos ex hoc lucrari nõ permittat. Nam nunc quidem in nobis totum eſt poſitum,tunc uero iudicans ſolus eſt ſentẽtię dominus.Pręoccupemus itaq; faciẽ eius in cõfeſſione, ploremus & lugeamus.Si nanq; dominum orare poſſumus ante rationis díẽ peccata nobis remittere, nec ingreſſu iam erit opus. Sicut uiciſſim,niſi hoc fiat, palàm præſente terrarũ orbe, noſtrorũ unuſquiſq; introducet̃, & nulla iam nobis ſupererit ueniæ ſpes. Nullus enim eorũ qui hic peccata non diſſoluerit,illuc migrans,eorũ pœnas effugere poterit:ſed ſicut ex terrenis carceribus cũ catenis ad tribunal adducunt̃:ſic oñes animæ cum hinc migrauerint,uarijs peccatorũ catenis circũdatæ,ad tremendum aguntur tribunal: nec enim præſens uita carcere melior eſt: ſed ſicut illud ingreſſi domicílium omnes uidemus catenis obductos:ſic & nũc ſi nos ab exteriori phantaſia ſeparantes cuiuſq; uitam intrauerimus,animã cuiuſq; uínculis ferro ſæuioribus uínctam intuebímur,et maxime ſi diuitũ animas ingrediaris.Nam quanto pluribus induti fuerint, tanto magis ſunt cõpediti. Sicut igitur captiuũ, cum & dorſo uideris,& manibus, & quandoq; pedibus ferro depreſſum, propterea maxime miſerũ uocas: Sic & diuitem, cum infinitis rebus circundatum uideris,nõ propterea locupletem:ſed propter hęc ipſa quidẽ miſerum eſſe puta.Nam & præter hęc uíncula cuſtodem etiam habet infeſtiſſimum, pecuniarũ amorem,qui prohíbet hũc egredi carcerem:ſed innumeras ei parat pedicas,& cuſtodes,& fores,& obices: & in interiorẽ conijciens cuſtodiã,etiã his uínculis gaudere perſuadet, ita ut nec ullam inueniat ſpem ab ingruentibus malis liberari. Et ſi cogitatione illius animã reuelaueris,nõ uínctã tantum, uerum & ſqualentẽ & ſordidam, & pediculis plenam uidebis. Nam níhilo ſunt illius meliores deliciarum uoluptates,quín & abominabiles magis, & magis ipſum corpus lædũt & animam, & utriq; mille morborũ inferũt flagella. Propter hæc igitur omnia animarũ noſtrarum redemptorem deprecemur,ut & uíncula dirumpat,et hunc infeſtum cuſtodem noſtrum arceat,& ab illarum abſoluens ferrearũ pondere catenarum,pẽnis leuiorem ſenſum nobis efficiat. Semper quidem timere peccãtes oportet, maxime uero cum graue patímur níhil. Cũ enim particulares pœnas deus exigit,leuem nobis facit ex his retributionẽ: cum autẽ in ſingulis peccatorũ longanimiter agit, ad magnam in talibus permanentes ultionẽ ſeruat. Nam ſi bene uiuẽtib.neceſſariũ eſt tribulari,multo magis peccãtibus. Vide ſaltem,quantã nactus Pharao longanimitatẽ,extremas de omnibus dedit pœnas. Quantũ Nabuchodonoſor preuaricatus,demũ oñia perſoluit. Et diues poſtq̃ hic graue nihil eſt paſſus, propter hoc ipſum maxime factus eſt miſer:quoniã præſenti uita delectatus,illuc migrauit omniũ pœnas daturus, ubi nullã poterat mali conſolationem inuenire. Attamẽ ſunt quidam ita frigidi & inſenſati, ut præſentia tantũ ſemper inquirãt,& illa ridícula dicãt uerba: Omnibus interim fruar preſentibus,& tũc de incertis conſiderabo.Indulgebo uentri, uoluptatib.inſeruiam.Hodiernũ mihi concede, & ſume tu craſtinum.O demẽtiæ exceſſus:& quid ab hircis & ſuibus iſta dicentes differũt? Nam ſi proximi cõiugi adhinnientes, nec homines cẽſeri propheta permittit: quis nõ arguet hos hircos & ſues,& aſinis ſtolidiores nominans, qui uiſibilibus manifeſtiora,dubia eſſe putant? Nam ſi non ob aliud credis, crede dæmonibus, qui flagellant̃,ad pernicíẽ noſtrã omnia dicere & facere meditatis.Non em̃ ad hoc contradices,quòd omnia faciũt,ut noſtrũ augeant torporem,& gehennæ timorem diſſoluãt, neq; tribunalia futura credãtur:& tamen iſta ſuadentes, frequenter ululantes & clamantes, illa prædicant tormenta. Hæc igitur unde dicunt, & eorum quæ uolunt, cõtraría loquunt̃? Nulla alia de cauſa, niſi quòd maiorem ſuſtinent neceſſitatem. Non enim uellent ſponte cõfiteri,neq; q̃ ab

Pſal.64 Hier.5.

hominibus mortuis torquent, nec omnino quòd aliquid graue patiantur. Ad quid igitur hæc mihi dicta sunt? Quoniam dæmones gehennam confitentur, qui uellet non credi gehennæ: tu uero tali fruens honore, & ineffabilium particeps factus mysteriorum, nec illos imitaris, uerum & his quoque factus es ingratior. Et quis inquies, ex infernis uenit, & ista renuntiauit? Num de cœlis quidem aliquis uenit, & dixit quòd deus est, qui cuncta creauit? Quòd autem animam habeamus, unde manifestum? Nam si uisibilib. quidem credere debes, & de deo, & de angelis, & de mente, & de anima dubitabis? Itaque te destituet omnia ueritatis dogmata. Atqui si uis credere manifestis, inuisibilibus magis quàm uisibilibus oportet credere: licet dictum sit admirabile, attamen est uerum, & apud mentem habentes B ualde certum. Nam oculi quidem multum fallunt, non in inuisibilibus tantum, nam nec illa norunt: uerum & in his, quæ sibi cernere uidentur, & interuallo, et aere, & mente alio conuersa, & ira & solicitudine, & innumeris ipsorum aciem impedientib. Animæ uero ratio, si diuinarum ascisat scripturarum lucem, diligentius erit & infallibile rerum examen. Ne nos temere decipiamus, neque præter uitæ torporem per talia nascentem dogmata, insuper & pro ipsis dogmatibus infestiorem nobis ignem aggregemus. Nam si iudicium non est, neque gestorum pœnas dabimus, neque laborum præmia recipiemus: cogita qualis sit blasphemia talis, cum iustum dicatis deum, & misericordem, tot labores atque sudores negligere: & quomodo ratione hæc habeat? C Nam si no aliunde, saltem ex domesticis tuis hæc collige, & tunc absurditatem uidebis. Nam etsi sis ipse millies sæuus & inhumanus, & ipsis immitior feris, seruum beneuolum moriens inhonorum relinquere non sustineres, uerum & libertate & pecuniarum cōferres donationem. Et postquam ipse iam abiens boni nihil ipsi conferre potes, futuris rerum tuarum hæredibus eum cōmendas, supplicans, rogans, & omnia faciens, ne remaneat inhonoratus retributione carens. Dein tu quidem malus cum sis, in seruum te tam bonum & humanum exhibes: deus autem infinita bonitas, benignitas ineffabilis, tanta suauitas, seruos suos Petrum & Paulum, Iacobum & Ioannem, & alios huiusmodi quotidie propter eum famem passos, obiectos bestijs, uinctos, D flagellatos, submersos in mare, mortuos, tāta passos, quanta neque numerari possunt, incoronatos despiciet? Et certaminum quidem æditor in olympijs uictorem prædicat atque coronat: Et seruum dominus, & Rex militem: & quisque generaliter cultorem suum, quibus potest remunerat bonis. Deus autem solus post tot sudores & labores neque paruum neque magnum eis bonum reddit? Sed iusti & pij illi, & omnem obeuntes uirtutem in ijsdem iacebunt cum adulteris & parricidis, & homicidis, & sacrilegis? Et ubi hęc ratione haberent? Nam si nihil est post hunc obitum, sed usque ad presentem uitam sunt nostra, in ijsdem illi cum istis, imò uero nec in his ipsis. Nam etsi post præsentia, iuxta sermonem tuum, in ijsdem sint: sed hic hi quidem in A remissione, illi autem in pœna toto fuerunt tempore. Et quis hoc tyrannus, quis crudelis, & immitis homo de suis unquam seruis, & subditis ita cōsuluit? Vides absurditatis excessum, & quorsum tendit ista ratio? Igitur etsi nō aliunde uis ex his saltem rationibus eruditus, ab hac improba suspitione liberaberis: & fuge malitiam, pro uirtute uero labores suscipe, & tunc manifeste scies, quòd non ad præsentem usque uitam tantum nostra subsistūt. Et si quis interroget, quis ueniens illa nūciauit? Dic ei, hominum quidem nullus: alioqui plerūque nec ei creditū fuisset, tanquā glorianti, & factum ostentanti: sed angelorum dominus omnia diligēter illa nūciauit. Quid itaque nobis opus est homine, cum pœnas à nobis exacturus quotidie clamet: quòd & gehennam parauit, & regnum constituit, horūque nobis manifestas præbeat probationes? Nā nisi iudicaturus fuisset, non hic pœnas exegisset. Etenim hoc ipsum quomodo rationem haberet, ex improbis hos quidem punire, hos autem impunitos sinere? Nam si personarū acceptor deus nō Act.10 est, quod certe nō est: quid tandem ab hoc quidem pœnas exigit, hūc autem permisit impunitū abire? Nam rursum hoc est & superiori magis dubitandum. Sed si uultis rursum cum gratitudine quę dicunt audire, & hanc soluemus dubitationem. Quæ igitur est solutio? nec ab omnibus hic pœnas exigit, ne resurrectionem desperes, & iudicium desinas expectare: quasi omnes hic reddāt rationem. Nec omnes rursum abire permittit impunitos, ne C rursum omnia prouidētia carere putes: uerum & punit, & nō punit. Et inquantum punit, ostendit quòd hic punitos & illic rationem exposcet: inquantum autem non punit, facit ut credas quòd est aliquod post præsentem peregrinationem tremendum tribunal. Si uero priora penitus omisisset, nec ullos hic castigasset, neque benefecisset: nūc autem ipsum propter te uides & cœlum extendisse, & accendisse Solem, & terram fundasse, pontum diffudisse, aerem explicuisse, cōstituisse cursum, & anni temporibus immotas statuisse leges, & alia omnia suum ipsius nutu diligenter obeuntia cursum. Natura nanque nostra, brutorum, reptātium, ambulantium, uolantium, natantium in paludibus, in fontibus, in fluuijs, in montibus, in pratis, D in domibus, in aere, & in campestribus degentium: & plātæ & semina, & arbores tam syluestres, quàm domesticæ, fructuosæque, & simpliciter omnes ab indefensa illa manu motæ nostram dispensant uitam, non tantum ad necessitatem, uerum & ad largitatem, ex se ministeriū nobis exhibentes. Tantum igitur intuens ordinem, quippe cuius neque minimā dixi particulam, audes dicere, quòd tot & tanta propter te operatus in opportunitatibus te deseret, & cum asinis & suibus iacere mortuum dimittet? & tanto te pietatis munere decoratum, quo fecit & angelis parem, post infinitos despiciet labores, atque sudores? Et hæc quomodo ratione haberet? Hęc enim licet non fileamus, saxa loquentur, tam manifesta sunt & clara, & ipsa luce lucidiora. Hæc itaque cuncta cogitantes, & nostræ persuadētes animę, quòd

post

post hanc peregrinationem & tremẽdo sistemur tribunali; & omnium gestorum rationem dabimus, & pœnas luemus, & ultionem subibimus, si perseueremus peccãtes: & coronis, arcanisq; fruemur bonis, si parum nobis cauere uelimus: & his contradicentes obmutescere faciamus, & ipsi uirtutis uiam eligamus: ut cum cõgrua fiducia ad illud transeuntes iudiciũ bona nobis promissa consequamur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

QVOD SVPPLICIO PEIVS EST dei regno priuari, & de iudicio. Hom. XLVII.

VLTI hominum, charissimi gehennam tantum formidant, ego autem illius gloriæ amissionem gehenna multo amariorem esse dico: si uero sermone probari non potest, nihil mirandũ. Nec enim illorum nouimus bonorum beatitudinem, ut & miseriam ex eorum priuatione manifeste sciamus. Quoniam Paulus qui ista manifeste nouerat, sciebat quòd à Christi gloria decidere, omnium est grauissimum. Et nos quoq; tunc sciemus, cum in eandẽ uenerimus experientiam. Nunquam autem hoc patiamur, ô unigenite dei fili, nec ullam unquam capiamus experientiam huius irreparabilis pœnæ. Quantum enim malũ sit ab illis excidere bonis, manifeste quidem dici non potest. Quoad tamen potero conabor, & cõtendam id uobis per exemplum, uel sensim facere manifestum. Supponamus enim puerum esse mirabilem, & cum uirtute terrarum orbis imperium habere, & ita semper esse facilem, ut omnes in spiritualis affectus charitate sibi deuincire possit: quid igitur huius patrẽ nõ libenter passurũ putatis, ne ab ipsius excidat conuersatione? Quod uero siue paruum, siue magnum malum non passurum, ut ipsum cernere possit & frui? Hoc igitur & in illa gloria cogitemus. Non enim patri filius, licet millies uirtute sit præditus, ita desiderabilis est & amabilis, sicut illorum sors bonorum, & dissolui & esse cum Christo. Intolerabilis est gehenna, & illa pœna: tamen licet quis innumeras ponat gehennas, tale nil dicet, quale illa felici excidere gloria, à Christo odio haberi: audire, Nescio uos: accusari, quòd eum uidentes esurientem nõ pauimus. Etenim infinita satius est fulmina sustinere, quàm illam mitem faciem nos auersantem uidere, & tranquillum oculum in nos respicere non sufferentem. Nam si me, cum essem inimicus, & eum odissem & auersarer, ipse sic susceperit, ut neq; sibi parceret, sed ad mortem seipsum traderet: cum post hæc omnia ne pane quidem ipsum esurientem dignatus fuero, quibus iam oculis ipsum aspiciam? Considera uero ipsius & hic clementiam. Nec enim beneficia recenset, nec in medium hæc omnia promit: puta, Me qui tantũ profui, contempsisti: qui te cum non esses, ut esses produxi, animam inspiraui, & omnibus quæ sunt, superposui: propter te terram, & cœlum, & mare, & aerem, & omnia quæ sunt, fecirac te neglectũ, & diabolo uiliorem uisum: nec ita separatum respexi: qui infinita post hęc excogitaui, esse seruus elegi: tu colaphis cæsum, sputis illitum, iugulatũ, morte turpissima mortuum, & pro te surium intercedentem, patrem tibi conciliantem, tibi regnum offerentem, pollicentem talia, uolentem esse caput tuum, & sponsum & indumentum & domum atq; radicem, & cibum & potum, & pastorem ac regem, fratrem & filium, hæredem ac cohæredem, te diligentem, & de tenebris in lucis participium educentẽ spreuisti. Hæc enim & his plura dicere cum posset, nil horũ dicit. Sed quid? solum ipsum peccatum. Et hic uero dilectionem, & desiderium erga te suum ostendit: non enim ait, Ite in ignem paratum uobis: sed, diabolo. Et prius dicit, quas iniurias commiserunt. Nec ita sustinet omnia dicere, sed pauca. Et prius illos uocat bene meritos, ut & hinc probetur iuste redarguere. Itaq; quanta pœna non sunt hęc uerba grauiora? Nam si quis hominum esurientem cerneret benefactorem, non despiceret: si autem & despiceret, improperatus mallet terra obrui, quàm coram duobus uel tribus amicis hæc audire: quid nos patiemur, coram toto terrarum orbe hæc audientes? Quæ nunquam tunc dixisset, nisi pro suis excusationem proferre studuisset. Quòd enim non improperans, sed excusans ista proferebat & ut ostenderet, quòd non frustra, nec incassum ad eos dicebat, Ite à me, patet ex ineffabilibus beneficijs. Si enim exprobrare uoluisset, omnia in medium illa protulisset: nũc uero quæ passus est, tantummodo dicit. Timeamus itaque charissimi hæc audire uerba. Non est ludus uita, quin immo præsens quidem uita ludus, futura uero non ludicra. Forte uero neq; tantum ludus est uita, uerum & peius quid: nõ enim in risum desinit, uerum & sua diligenter disponere nolentibus multum affert nocumentũ. Quid enim à pueris, quæso, differimus ludentibus, & domos ædificantibus, nos splendidas erigentes domos? Quid autem à prãdentibus illis nos delicate uescentes? nihil nisi q; & cũ pœna nos hæc facimus. Si uero nondũ rerũ uilitatẽ cõspicimus, mirandũ nõ est: nondum eñ uiri facti sumus: cũ aũt facti fuerimus, sciemus q; hæc sunt puerilia: quoniã & illa uiri euadentes dimittimus. Cum autẽ pueri sumus, seria esse putamus, & testas & lutũ coagmentantes, nõ minus magna erigentib. septa soliciti sumus, ueruntamẽ statim pereunt, & collabuntur: & neq; si starent, usquam nobis utilia forent, sicut nec istæ splendidæ domus. Cœli nanq; ciuem admittere non possunt, neq; cœlestem habẽs patriam in his morari sustineret. Sed quemadmodũ nos hæc pedib. destruimus, itidem & ille iudicio subuertit. Et sicut nos pueros in subuersione lugentes ridemus: sic & cœlites nos hæc ingemiscentes, non tantum rident, uerum & deflent: quoniam & misericordia sunt ipsorum uiscera, & hinc multum est damnũ. Efficiamur itaq; uiri. Quousq; solo reptamus, in lapidibus & lignis altum sapientes? Quousque ludimus? & utinam tantummodo luderemus.

Nunc

Nunc autem & noſtram prodimus ſalutem. Et ſi- A cut pueruli cum in his ſtudium agũt, literis negle ctis, multa ſuſtinẽt uerbera: ſic & nos in his omne ſtudium impendentes, dum ſpirituales exigemur diſciplinas, tũc per opera, nec quas præſtemus ha bebimus, extremã dabimus ultionem, nec ullus erit qui nos eruat, ſiue pater, ſiue frater, ſiue quicũ que. Sed hæc omnia quidem tranſibũt, ex his aũt oriens tortura manet immortalis, atq; continua. Quod & in pueris accidit pueriles quidem ludos propter ipſorum torporem, patre funditus deſtru ente, ipſos autem in continuo luctu conſtituẽte. Et ut diſcas, q̃ hæc talia ſunt, q̃ omnium maxime perquiri uidetur diuitias in mediũ agamus, & eis animi quancũq; uelis uirtutẽ opponamus, & tũc ipſarũ præcipuè utilitatẽ uidebis. Ponamus itaq; B duos homines eſſe (& nondũ de auaritia loquor, ſed interim de iuſto diuite.) Et horũ duorum hic quidẽ congreget pecunias, mare nauiget, terram colat, & multos alios inueniat quæſtus modos: li cet neſciam, an hæc faciẽs iuſte lucrari poſſit. Sed concedatur, & fingatur iuſta lucra conquirere, & emere agros & ſeruos & quæcunq; talia, & nulla his adſit iniuria: alter autẽ tanta poſſidens, agros uendat, uendat domos, & aurea uaſa & argentea, & indigentibus præbeat, pauperibus ſuppeditet, curet languẽtes, in neceſſitate poſitos ſoluat, edu cat uinctos, in metallis relegatos liberet, deducat illaqueatos, captiuos de calamitate educat: cuius itaq; partis eſſe uelletis? Et nondũ futura, ſed in- terim præſentia diximus. Cuius, inquam eſſe uel- C letis, aurum congregantis, an ſoluentis erumnas: agros ementis, an ſe portum reddentis hominum naturæ: multo circũdati auro, uel innumeris bene dictionibus coronati? Nonne hic quidẽ angelo cuidam eſt ſimilis, cœlitus ad reliquorum homi- num liberationem delapſo: ille uero nec homini, ſed puerulo cuipiam incaſſum, & temere cuncta congreganti? Si uero iuſte locupletari tam ridicu lum eſt, & extremæ dementiæ, cum nec iuſte fiat: quomodo nõ eſt omniũ miſerrimus huiuſmodi? Si uero riſus eſt tantus, cum & gehẽna iungat & regni iactura: quantis ſit lachrymis dignus & ui- uens & mortuus? Verum & alteram, ſi uis, partẽ uirtutis tractemus. Igitur rurſum alium produca- mus hominem in potẽtia conſtitutũ, omnibus im D perantem, magna ſuffultum poteſtate, præconẽ præclarum habentẽ, & zonam & lictores & mul tum famulatus cœtum: nonne magnũ hoc eſſe ui detur & beatũ exiſtimandum? Eia igit̃ & alterũ huic rurſum opponamus patientẽ, & mitẽ, & hu- milem, & longanimem: & cõtumelijs afficiatur, percutiatur, & æque ferat, & talia facientibus be- nedicat. Vter igit̃ quæſo mirabilis, inflatus & ar- dens, an correctus & humilis? Nonne rurſum hic quidem cœleſtibus ſimilis eſt uirtutibus, multam habentibus impaſſibilitatẽ: ille autem folli, cum trahitur, uel homini ueternum patienti, & multũ ardorem? Et hic quidem ſpiritali medico, ille aũt puero ridiculoſe tumẽtes habẽti maxillas? Quid enim altum ſapis homo? quoniã ſublimis in cur- ru ueheris? quòd te mulorũ trahit iugũ? & quid hoc? Hoc enim & in lignis, & in lapidibus fieri quis uiderit. Sed quòd pulchris indutus es ueſti- bus? Sed intuere uirtute pro ueſtibus indutũ, & te quidẽ fœno marceſcenti ſimilem deprehẽdes: illum aũt arbori mirabilẽ fructum ferenti, & mul tam ſpectantibus delectationẽ præbenti. Tu qui dem uermium & tinearũ eſcam circumfers, quę ſi te inuadant, breui te hoc nudum ornatu reddent. Etenim & ueſtes & aurũ & argentum, hæc quidẽ ſunt uermium penſa: hæc autẽ & terra & puluis, & iterum terra & amplius nihil. Virtutem aũt in- dutus, talem habet ueſtem, quã non tantũ tineæ, uerum & mors ipſa lædere nequit: & merito. Nõ enim hæ animi uirtutes ex terra originẽ trahunt, ſed ſpiritus ſunt fructus. Propterea neq; tinearum dentibus obnoxiæ ſunt. In cœlo nãq; hæ ueſtes te xuntur, ubi neq; tinea, neq; uermis, neq; aliud hu iuſmodi quicquam. Quid igitur, quęſo, melius: di uitem an pauperem eſſe: in potentia, an in ignobi litate: in delicijs, an in fame? Planum eſt, q̃ in ho- nore, diuitijs atq; delicijs. Igitur ſi res exigunt, li- cet aliter nomina, terram deſerens atq; terrena, in cœlũ tranſgredere. Ipſe nanq; dicit dominus: De- 1. Theſſ. 4 ſcendet de cœlo in iuſſu, in uoce angelorũ, ut re- ſuſcitatos quidem colligant angeli, collectos aũt rapiant in nubes. Et hæc omnia fiunt in momen- 1. Cor. 15 to, in ictu oculi. Non enim ſuperius manens eos uocat, ſed ipſe uenit in tuba. Quid ſibi tubę uolũt & ſonus? ad excitationem, ad delectationẽ, ad ſi- gnificationem eorũ quæ fiẽt admirationis, ad de- ficientium dolorẽ. Heu mihi ab illa die tremẽda: oporteret nos gaudere cum hæc audimus, ſed ma gis dolemus, & mœſti ſumus. An ego ſolus hæc patior? uos autem hæc audiendo gaudetis? ſiquí- dem mihi, dum hæc dicunt̃, horror quidam ſubrẽ pit, & amare gemo, & ex profundiſſimo corde ſũ ſpiro. Horum enim nihil ad me. Sed illa poſt hęc, ad uirgines dicta, ad eum qui talentũ, quod acce- perat, infodit, ad nequam ſeruum. Propterea de- fleo, ex quanta debemus excidere gloria, quanta ſpe bonorum, & hoc iugiter, & in ſempiternum, ne parum curemus. Si labor quidẽ eſſet magnus, & lex grauis, oportebat & ita quidẽ omnia face- re: ueruntamẽ excuſationẽ aliquam habere uide- rentur multi torpẽtes, frigidam quidem, uiderẽ- tur tamen habere mandatorũ magnitudinem: & quia magnus eſſet labor, & infinitum tempus, & importabilis ſarcina. Nunc uero nihil huiuſmodi poteſt prætendi, quòd nos nõ minus gehẽna cor rodere debet per illud tempus: cum propter bre- ue momentum, & exiguum ſudorem, cœlum & arcana bona nos amiſiſſe uiderimus. Tempus enim eſt breue, & modicus labor, & tamen reſolu ti ſumus & recedimus. In terra decertas, & in cœ- lo corona: ab hominibus puniris, & honoraris à deo. Duobus curris diebus, & in infinitis præmia ſeculis: in corruptibili corpore lucta, & honores in incorrupto. Præter hæc autem & illud cogita, q̃ niſi propter Chriſtum eligimus triſtia pati, ne- ceſſarium eſt omnino & aliter ipſa ſuſtinere. Nec enim,

Matt. 20

enim,niſi propter Chriſtum moriaris, es immortalis: neq; niſi propter Chriſtū pecunias eroges, illas tecum portans,migrabis.Hæc abs te repetit, quæ,uel non repetente,dabis:quoniam es mortalis. Hæc te uult uoluntarie gerere,quæ per neceſſitatem oportet te facere. Tantum autē ſolum adeſſe petit,ut propter ipſum fiat: quoniam alioqui accidat hęc præterire,ex naturali neceſſitate. Vidiſti,q̄ ſit facile certamē? Quæ prorſus,inquit,neceſſariū eſt pati, propter me pati malis.Hoc duntaxat propoſitum ſit, & ſufficientē habeo obedientiam. Quod alteri fœnori daturus es argētum, hoc mihi mutua:& maiore ſtipendio,maiori ſecuritate: quod alterius militiæ corpus addicere debes, mihi mereat.Retributionibus em̄ tuos tranſcendo labores ex magna ſuperabundātia. Tu uero in cæteris quidem plura præbētem præponis, & in mutuis, & in emptione, & in militia: Chriſtum autem ſolum plus,& infinito plus omnibus præbentem non ſuſcipis? Et quod tantum eſt bellum? quæ tanta inimicitia? Vnde iam ueniam & excuſationem habebis, cum nec ex quibus homines hominibus præfers, ex his deum hominibus preferre patiaris? Quid terrę credis theſaurū? Damnibus meis, inquit.Nō tibi uidetur eſſe,quàm terra fide dignior terræ dominus? Illa cōditū reddit,plerūq; uero nec hoc:ipſe uero cuſtodię quoque mercedes tibi reddit,nos enim uehemēter amat.Propterea ſiue fœnerare uelis,eſt paratus:ſiue ſeminare,ipſe ſuſcipit:ſiue uelis ędificare,ad ſe ipſum te trahit,In meis, inquiēs,ædifica.Cur non curris ad deum, & ad homines pauperes,pro paruis præmijs magna tibi præbentes negocia? Veruntamen neq; toleramus hæc audientes, ſed ubi pugnę ſunt,& lites,& calumnię,eò properamus. An non igitur iuſte nos auerſatur, & punit,cū ad omnia ſe nobis præſtet,nos aūt reſiſtamus? Quo modo nō iuſte? Siue igitur ornari uelis,inquit,ornatum meū accipe:ſiue armari,arma mea:ſiue indui,ueſtimenta mea:ſiue ueſci,mēſam meam:ſiue ambulare, uiam meam: ſiue hæreditatem petere, hæreditatem meam: ſiue patriam ingredi,ciuitatem cuius ego ſum artifex& creator:ſiue domum ædificare,in tabernaculis meis: eorum enim quæ ipſe præbeo,mercedē non exigo:uerum & huius ipſius mercedem tibi debeo, ſi meis omnibus uti uolueris. Quid huic æquale ſit largitati? Ego pater, ego frater, ego ſpōſus,ego domus, ego altor, ego ueſtimentum,ego radix,ego fundamentum. Quicquid uis,ego:nullius indigeas.Ego quoque ſeruiam.Nam ueni miniſtrare,nō miniſtrari.Ego & amicus, ac membrum,caput & frater,& ſoror, & mater: omnia ego. Tantū mihi te familiarē exhibeas. Ego propter te pauper, peregrinus propter te:in cruce propter te, propter te in monumēto.Surſum pro te penes patrē intercedo,deorſum pro te legatus à patre deſcendi.Omnia mihi tu,& frater & cohæres, & amicus, & membrum.Quid uis amplius? Quid amantem auerſaris? Quid in mundo fatigaris? Quid in perforatū hauris dolium? hoc enim in præſentē uitam laborare. Quid ignem fodis? Quid aerem percutis? cur in uanum curris? nónne quælibet ars finem habet? Sed non habes, quòd uanitas uanitatū,omnia uanitas? Eamus ad ſepulchrum, oſtende mihi patrem,oſtende uxorē. Vbi aureis indutus ueſtimentis,in curru ſedens, habēs exercitus,zonam,& præcones? qui hos quidem occidebat, hos autem in carcerem conijciebat: qui quos uellet interficiebat, & uiciſſim quos uellet abſoluebat, nihil uideo præter oſſa, uermes, & araneas. Illa omnia ſunt terra, omnia fabulæ, omnia ſomniū & umbra, uel narratio tenuis, & pictura: immo uero neq; pictura. Picturam enim uel in imagine cernimus, hic autem nec imaginem: & utinam hactenus grauia. Nunc autem honores quidem, & deliciæ,& claritas ad umbram uſq; & uerba. Ex eis autem procedentia,nec uſque ad umbram & uerba:ſed manent, & illic nobiſcum migrabunt, & omnibus erunt manifeſta, rapinæ, expilationes, fornicationes, adulteria, & innumera huiuſmodi grauia non in imagine, nec in fauilla, ſed ſurſum ſcripta tam uerba quàm opera. Quibus ergo Chriſtum oculis cernemus? Nam ſi patrem quidam, ſibi peccati conſcius,reſpicere non audebat:quomodo tunc in ipſum patre multo benigniorem reſpiciemus? quomodo feremus? Aſſiſtemur enim tribunali Chriſti, & omnium erit acris examinatio. Si quis uero futurum non credit iudicium, quæ ſunt hic uideat, in uinculis poſitos,in metallis,in ſtercoribus,dæmonibus obſeſſos,errantes,incurabilibus laborantes morbis,cum cōtinua certantes paupertate, in fame uiuentes, irreparabilibus conſternatos luctibus,in captiuitate poſitos.Nō enim hi nunc paſſi eſſent,niſi & omnes alios, qui talia peccarunt,ultio maneret atq; ſupplicium.Si uero reliqui nihil hic paſſi ſunt,hoc ipſum ergo te ſignum oportet facere, quod omnino ſit aliquid poſt noſtrum hinc obitum. Non enim cum ſit omnium idem deus, hos quidem puniſſet, hos autem dimiſiſſet impunitos,cum eadem admiſerint uel grauiora, niſi quam eis ultionem illic eſſet illaturus. Ex his itaq; rationibus & exemplis noſipſos humiliemus.Et de iudicio non credentes,iam credant, & fiant meliores: ut cum hic digne regno uixerimus, & futuras effugiamus pœnas, & æterna bona conſequamur gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, imperium atq; magnificētia cum patre principij neſcio, ſanctiſſimo atq; uiuifico ſpiritu in uniuerſa ſecula ſeculorum, Amen.

Matt.20

1.Theſ.4

1.Cor.15

DE TREMENDA IVDICII DIE, ET de dei dilectione. Homilia XLVIII.

NVSQVISQVE ueſtrū chariſſimi, ſuam ingreſſus conſcientiam, & peccata reputans, diligenter à ſemetipſo pœnas exigat,ne quandoque cum orbe terrarum condemnemur. Tremendum enim illud ſubſellium,horrendum tribunal, tremore plena iudicia, ignis funditur fluuius,frater non redimit, redimet homo? Recordare ſiquidem quæ dicunt in euangelio, circumcurrentiū ange-

Rom.14

Matt.25

angelorum,ſpõſalis thalami clauſi, extinctarum lampadarum,poteſtatum in fornaces detrahentium.Et illud penſa,quòd ſi cuius ex nobis factum occultum in mediũ hodie coram ſola producere tur eccleſia:quomodo non perire,& ſibi terrã hiſcere precaret, potius quàm tot malitiæ teſtes habere? Quid tunc ergo patiemur,cũ in mediũ corã mundo cũcta promentur,in theatro tam claro & illuſtri,& nobis notis & incognitis oĩa ſpectantibus? Sed heu mihi,cur uos terrere cogor ex hominum opinione, cum ſit opus ex dei timore, & ipſius damnationis hoc agere? Quales enim,quę ſo,tunc erimus,cum ligati cum ſtridore dentiũ in exteriores tenebras proijciemur? Imò uero quid agemus(quod & omniũ eſt terribiliſſimũ)cũ deum offenderimus? Si quis enim ſenſum habet,& mentem, iam & gehennã ſuſtinuit, poſtq; ex dei cõſpectu receſſit:ſed poſtquã hoc non dolet,propterea ignis intentatus eſt. Oportebat enim non quando punimur,dolere:ſed quando peccamus. Audias itaq; Paulũ gementẽ,& pro peccatis de-
1.Cor.15 flentẽ, quorũ non erat pœnas daturus. Non eĩm, inquit,ſum dignus uocari apoſtolus,quoniã perſecutus ſum eccleſiam dei.Audias & Dauid à pœna quidem abſolutũ: ſed quoniam ſe deum offen
2.Reg.24 diſſe timebat, pœnam aduerſum ſe uocantẽ,& dicentẽ:Fiat manus domini in me,& in domum patris mei. Deum enim offendiſſe q̃ puniri grauius eſt. Nũc uero tam miſere nos habemus,quòd niſi gehennæ timor eſſet,nõ eligeremus boni quid facere.Propterea ſi non ex quoquã alio, ex hoc certe gehenna digni eſſemus,gehennam plus quàm deum timentes.Sed non ita beatus Paulus,ſed in cõtrarium: ſed quoniã nos aliter,propterea gehẽnæ damnamur.Quippe ſi Chriſtum diligeremus, ſicut oportet diligere, cognoſceremus q̃ gehẽna grauius eſt dilectum offendere: quoniã autẽ non diligimus, huius pœnæ neſcimus magnitudinẽ. Et hoc eſt,quod maxime conqueror,et defleo.Et quid enim deus non fecit, ut à nobis diligeretur? Quid uero nõ adinuenit? quid aũt omiſit? Ipſum iniuriæ nihil operatũ cõtumelijs affecimus, quin & infinitis, & ineffabilibus bonis nos proſecutũ. Vocantẽ auerſati ſumus, & undiq; nos attrahentem,nec ita nos puniuit,ſed accurrit ipſe,& fugiẽtes cohibuit,& excuſſi ſumus,& ad diabolũ reſiliuimus:& nec ita receſſit, ſed innumeros miſit rurſum cõſolantes,pphetas,angelos,& patriarchas: nos autẽ non modo legationem nõ ſuſcepimus, uerum & uenientes affecimus cõtumelia. Ille uero neq; poſt hæc nos aſpernatus eſt,ſed ſicut amatores ardentiſſimi,qui contemnunt,circũibat,omnib.occurrẽs, cœlo, terra, Hieremiæ, Micheæ: non ut grauaret,ſed ut ſe ſpernentes excuſaret:& cum prophetis ad ipſos accedebat ſe auerſantes, pœnas pẽdere paratus,& ad reddendam rationẽ deſcẽdere dignatus: Et ad oĩa ſurdos factos ad
Mich.6 colloquium ſecum trahẽs. Ait enim:Populeus,quid tibi feci? uel quid te contriſtaui? reſpõde mihi.Poſt hæc omnia,prophetas occidimus,lapidauimus, infinitis alijs inſecuti ſumus moleſtijs.

Quid ergo pro his? Non amplius prophetas,non angelos, non patriarchas: ſed ipſum miſit filium. Et ipſe uerũ,occiſus eſt:neq; ſic amorem extinxit,ſed magis accẽdit, & permanet obſecrans: & poſtquã ipſius interfectus eſt filius, & ſupplicãs, & omnia agens,ut ad ſe conuertat.Et clamat Pau 1.Cor.5
lus, dicẽs: Pro Chriſto itaq; legatione fungimur, tanquam deo per nos exhortante, ut cõciliemini deo:ſed horũ nos nihil cõciliauit.Ille uero nec ita nos deſeruit, ſed perſeuerat, & gehennã minitãs, & regnũ pollicens,ut uel ita nos attrahat:nos autem immotosadhuc nos exhibemus.Quid hac feritate ſæuius eſſe poſſit? Si enim homo hæc feciſſet,nonne facti ſæpius ei ſerui eſſemus? Deum autem auerſamur creatorem.O ignauiã,ô ingratitudinem: qui ſemper quidẽ in peccatis & nequitijs uiuimus,ſi quod nonnunquã exiguũ gerimus bonum,ſecundũ ingratos ſeruos, multum quæſtum exigimus, & de retributione ſubtiliter computamus,ſi quam modo mercedem res habet. Et maior quidẽ merces,ſed nõ mercedis ſpe facias.Hęc enim dicere, & diligẽter rationẽ ſupputare, mercenarij magis uerba ſunt, quàm grati ſerui. Opus eſt enim propter Chriſtum omnia facere,nõ propter mercedem, ſed propter ipſum. Nam & propterea gehẽnam minatus eſt,& regnũ pollicitus, ut à nobis diligatur. Diligamus igitur eum, ſicut oportet diligere. Hæc eĩm magna merces,hoc regnũ & uoluptas,hæ deliciæ,gloria & honor,hæc lux,& magna beatitudo,quã ſermo declarare nõ poteſt,nõ mens cõprehendere.Sed neſcio qualiter in hos deſcẽdi ſermones,hominibus neq; principatum,neq; præſentẽ cõtemnentibus gloriam, propter Chriſtum iubens regnũ cõtemnere:licet illi generoſi magniq; uiri ad hanc charitatis menſurã peruenerint.Audias itaq;, quomodo Petrus ipſius flagrat deſiderio, & animæ, & uitæ,ac oĩbus ipſum præponens:quãdo uero negauit eum, non propter pœnam flebat, ſed quoniam quẽ deſiderabat, negauit, quod ipſi cũctis erat pœnis amarius.Et hæc omnia ante Chriſti gratiã exhibebat,& iugiter inſtabat,dicẽs,Quo uadis? Et ante hoc,Ad quẽ ibimus? Et iterũ:Sequar te,quocũq; iueris.Ipſe enim eis erat omnia:neq; cœlum,neq; cœleſte regnũ ante deſideratum ducebant. Ait enim, Tu mihi cũcta illa. Et quid miraris,ſi Petrus Pſal.72
erat talis? Nã audi q̃d & Propheta dixerit: Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid uolui ſuper terram? Quod autẽ dicit,eſt huiuſmodi: Non cœleſtia,non terrena,non aliud cupio,niſi te ſolũ.Hoc eſt amor,hoc charitas.Si ſic amemus, nõ præſentia tantum, uerum & futura nihil ad amorẽ illum cenſebimus.Et hinc regnũ lucrabimur,ipſius charitate fruentes.Et qualiter,inquies,hoc erit? Cogitemus,quoties eũ affecimus contumelia poſt infinita bona,ipſe uero perſtitit rogãs:quoties ipſum negleximus, Ipſe uero nõ deſpicit:ſed occurrit & allicit, & ad ſeipſum trahit. Nã ſi hæc & huiuſmodi cogitemus,hoc poterimus accẽdere deſideriũ. Si enim homo uilis eſſet, qui ſic diligeret:Rex autem qui ita diligeretur,non eſſet reuerentia habita

ta dilectionis magnitudo? Multũ profecto. Cum uero contrariũ sit, & ineffabilis quidem pulchritudo sit & gloria nos diligentis ac diuitiæ, nostra uero uilitas maxima, quomodo nõ sumus infinita digni pœna, tam uiles & abiecti à tam magno & mirabili cum omni excessu dilecti, & in ipsius dilectionem procaciter agentes? Ille nostrorum nõ indiget, nec ita desistit nos diligere: nos aũt eo plurimũ egemus, & ne ita quidẽ ipsius uẽdicam charitatẽ: sed ipsi pecunias præferimus, & hominum amicitias, corporisq; remissionẽ, potẽtiam, & gloriam illi, qui nobis præfert nihil. Vnum enim habebat filium unigenitũ atq; legitimũ, nec huic propter nos pepercit. Nos aut ei multa præponimus. Non igitur merito foret gehẽna & pœna, etiam si dupla foret ac tripla, millies q; tanta? Quid enim dicere possemus, cum satanæ præcepta Christi legibus præferamus, & nostram negligimus salutem, ut nequitiæ præponamus opera, ei qui pro nobis omnia passus est? Quali uenia sunt hæc digna? quali excusatione? nulla. Stemus itaq; tandem per præcipitia delati, & reuigilemus hæc omnia recogitantes, & ipsi per opera gloriã reddemus: nõ enim per uerba satis est. Quoniam ipse rursum ad nos secũda uenit præsentia. Nam nos trahens, & ita postquam accepit, abit, & hoc honoris maximi. Nam si ad inimicos uenit, multo magis ad amicos redditos. Nõ angelis hoc mãdat, neque seruis, sed ipse nos ad suas uenit regias uocaturus. Rapiemur & nos in nubibus eũ honorantes. Quis igit̃ tunc inuenietur fidelis seruus & prudens? Qui digni tantis cẽsendi sunt bonis? q; miserabiles excidentes? Nam si toto tempore fleuissemus, aliquidne dignũ tãto feciss emus honore? Nã si mille dixeris gehẽnas, nihil illius par dices doloris, quẽ sustinet anima, dũ totus terrarum orbis conuoluitur, canẽtibus tubis, angelis præcurrentibus primis, tum secũdis, mox tertijs, demum innumeris ordinibus in terrã se fundentib. insuper autem & Cherubin (multa uero sunt hęc & infinita) & Seraphin, in illa ineffabili gloria ipso ueniente, occurrentibus his qui uenerint, ut in mediũ electos agant: Paulo cum socijs omnibus, & quicũq; probabiles apud eum fuerũt, coronas, prœconia, & honores à rege suscipiẽtibus corã toto cœlesti exercitu. Nam si neq; gehẽna cẽseatur hos quidẽ honorari, illos uero contemni, quantũ est? Intolerabilis gehẽna, cõfiteor, & multũ intolerabilis: tamẽ intolerabilior hæc regni amissio, hoc cogitate. Si qs Rex, uel Regis filius, pfectus, & bellis innumerabilibus expeditis admirationi habitus, & uniuersum habẽs exercitum, aliquam ascenderet ciuitatem curru, cum trophæis, cũ innumeris ordinibus, cum aureis clypeis circa se ministris occurrẽtibus, & coronata tota ciuitas esset & omnes orbis principes cum eo: ipsum autẽ omnis alienigenarũ gentium captiuarum ætas retro sequeretur, mox duces, satrapas, & ciues præsentibus cunctis magistratibus, cum omni ille splendore occurrentes susciperet, & oscularet̃, manũ porrigeret, & omnem exhiberet fiducia: & omnibus adstantibus tanquam ad amicos loqueretur, & diceret omnem illã uiam se propter eos fecisse, & in regias deduceret, & cum eis communicaret: licet alij non punirentur, quantæ pœnæ est horum priuatio comparanda? Si uero coram hominibus tam amarum est ab hac excidere gloria, multo magis coram deo, cum supernę uirtutes omnes aderunt cum rege, cum uincti dæmones, & deorsum inclinati, & ipse diabolus agetur captiuus, & omnis contraria multitudo, cum uirtutes cœlorũ, cum ipse ueniet in nubibus. Credite mihi ex dolore, qui detinet animã meam, ab hac narratiõe neq; sermonẽ expedire possum. Cogitemus quanta priuamur gloria, cum liceat non priuari. Hoc enim graue est, quòd cum domini simus, ne hoc patiamur, patimur, cũ hos quidem suscipiat, & ad patrẽ in cœlos perducat: hos aũt relinquat, & captos angeli quidam inuitos trahãt, & lachrymis perfusos, & deorsum tuentes in gehẽnæ flammam, prius coram toto terrarũ orbe ad dedecus productos: quantum dolorẽ esse putas? Festinemus itaq; dum tempus est, & multam salutis nostræ curam geramus. Quot talia dicemus, qualia diues? puta si quis nunc permitteret, utilium consultaremus aliquid: sed indulget nemo. Et quod dicemus, non tantũ ex illius uerbis, uerum & ex pluribus alijs est manifestum. Et ut discas, quot in febre fuerunt, & dixerunt: Si nosmetipsos repararemus, non amplius ijsdem incurremus. Multa tunc dicemus huiusmodi, sed audiemus quæ dicit diues, quòd chaos intercedit, q; hic accepimus bona. Gemamus itaq; precor amare, quin uero non tantum gemamus, uerum & uirtutem obeamus, lugeamus nunc ad salutem, ne tunc frustra lugeamus. Ploremus, & nõ plorabimus tunc super malo. Hic est uirtutis ploratus, ille cogitationis inutilis. Nosipsos nũc tribulemus, ne tunc tribulemur. Non est idem hic & illic cõteri. Hic ad breue tempus est contritio, quin uero neq; contritionis sensum capis, sciens quòd ad bonum tribularis: illic autẽ molestior tribulatio: quoniam nõ est in spe, neq; in aliquo transitu, sed in infinitũ, & semper. Fiat autem, ut omnes liberati, remissionem assequamur: sed oremus, & studeamus, ut remissionẽ cõsequamur, studeamus oro. Nam si studeamus, orantes expedimus. Si prolixe oremus, dat deus optata: si uero nec eam putamus, nec aliquid operemur huiusmodi, neq; laboremus, quomodo potest unquam quicquam à dormiẽtibus expediri? Nullo modo credibile est, currentes, & se extendentes, & ipsius morti conformãtes (sicut ait Paulus) assequi non posse. si quo modo peruenią, inquit. Si uero Paulus ait, Si quomodo peruenìam, quid nos dicemus? nedum dormiẽtes. Dormiens enim ne temporalia quidem, nec spiritualia negocia posset unquam obire. Dormientes, nec ab amicis accipere possunt, nedum à deo. Dormientes neq; parentes honorãt, nedum deum: paulum laboremus, ut semper requiescamus. Tribulari prorsus oportet: & nisi tribulemur hic, illic nos sæuior manet tribulatio. Quare non eligimus hic tribu-

tribulari,ut illic requiescamus,& bona consequa A mur ineffabilia? In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

DE IVDICIO, ET AVARITIA, QVAE non ex magnitudine, sed ex uoluntate iudicatur. Et de his qui gehennalem pœnam non credunt. Homilia XLIX.

ICVT corpus nostrum non semel cibatum totius uitę substantiam habet, S sed quotidiano habet opus nutrimento:ita profecto & in pietate per singulos dies ex operibus indigemus adiumenti. Multa nanq; nobis opus est misericordia: propter peccata nanque nostra clemens deus illa facit omnia:nihil eorum quidem indigens,sed o- B mnia propter nos faciēs. Propterea nanq; nobis omnia dixit & enarrauit: nec solum narrauit, sed & per opera cōfirmat. Dignus quidem erat fide, uel ex solis uerbis: attamen ne quis excessus, aut comminationis solius esse putet uerba, & per opera certitudinem addit,& communiter & priuato pœnas inferēs. Et ut per ipsa discas opera, nūc quidem Pharaonem ultus est, & nunc aquarum induxit diluuiū, & illam generalem cladem,nūc autem ignis. Et nunc quidem multos puniri uidemus malorum, & pœnas pendentes,quæ sunt gehēnæ probationes. Nam ne dormiamus,néue torpeamus,r. eu uerborum obliuiscamur,per opera nos cōmonet & excitat,hic ostendens iudicia, tribunalia, pœnas. Et apud homines quidem tan C ta iusti cura: apud deum autem qui hæc quoque sanciuit, horum nulla ratio? Et quomodo fidem hæc haberēt? Nam & domi,& in foro possumus, & ubiq; iudicia uidere. Domi nanq; dominus seruos per singulos iudicat dies, & peccatorum ab eis pœnas exigit: & hæc quidem punit,hæc autē ignoscit.In agris rursum agricola, & terram quotidie iudicat. In nauigijs nonne iudicat gubernator? In castris milites Imperator. Et multa quis inueniret iudicia: in artibus magister iudicat discipulum.Et priuatim igitur & communiter omnes alterutrum iudicant. Et nusquam iustum negligi quispiam cerneret,sed omēs ubiq; luentes. Tum hic quidem ita per ciuitates & domos,& apud unumquenq; iusti quæstio dispersa fuerit: illic au- D tem ubi iustitiæ plena est dextera dei,& iustitia ipsius ut mōtes dei, illic putas nulla iusti ratio? Et quomodo deus iudex & iustus, & fortis, & patiens sustinet, & pœnas hic non exigit? Habes causam.Longanimis, inquit, est. Longanimiter autem agit, ad pœnitentiam te trahens: si uero permaneas, secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram. Igitur si iustus est, quod dignum est reddit,nec inultos despicit male patientes.Si fortis,& post mortem reddit(hoc enim est fortitudinis) & in resurrectione. Et patiens,inquit:si patiēs est,ne tumultuemur,neq; dicamus:Quare non hic inuehitur? Nam si factum hoc fuisset, genus humanū iam esset præreptum, si p̄ singula à nobis peccata pœnas exigeret. Nō est enim non est dies à peccato pura, sed uel magnum,uel paruum quid offendimus. Itaq; nec ad uigesimum annū ullus ex nobis perueniret, nisi multa foret ipsius longanimitas & bonitas: multum nobis pœnitentiæ præfiniens spaciū, ut peccata iam exuamus. Igitur unusquisq; cum conscientia recta,ingrediens facta sua, & omnem suam in medium agens uitam: si non infinitis dignus est supplicijs & pœnis, consideret. Et cum indignetur, cur ille multa committens mala pœnas non exoluat, sua cogitet, & ab indignatione desistet. Illa nanq; uidentur magna: quoniam in magnis fiant & manifestis: si uero sua exquireret,forte plura reperiret. Rapere enim & usurpare simile est, siue in argento siue fiat in auro. Ex eadem enim mente nascuntur utraq;. Et qui parum subripuit, nec magnum subripere recusabit. Si uero non adest, non propter illum hoc factum est, sed propter rei euentum. Qui pauperiorem afficit iniuria pauper, neq; si posset, diuitem omitteret:sed infirmitatis,non illius uoluntatis iam est opus. Ille dominatur, inquies, & subditorum bona diripit:tu uerò,quęso,nō rapis? Ne nanq; mihi dicas, quòd illi auri talenta, tu uero decē obolos. Quoniam & in eleemosyna, hi quidem aurū conferebant, illa uero duo minuta, & nihil illis minus cō tulit.Quare? Voluntas enim iudicatur,& nō datum. Postmodū in eleemosyna quidem ita deum censes iudicare, & nihil minus propter pauperta tem referri,si duo minuta conferas, quàm qui mille auri talenta erogant: in usurpatione uero non C ita.Et quomodo rationem habet? Sicut illa duobus erogatis minutis ex uolūtate nihil illis minus intulit:itidem & tu duobus raptis minutis, nihilo melius affectus es. Sed si mirabile quid dicere licet, plus illis usurpas. Sicut enim siue quis regis uxorem polluat,siue pauperis,siue serui,similiter est adulter: cum peccatum non ex personarū differentia iudicetur,sed ex ausi uoluntatis improbitate: ita scilicet & hic. Etenim ego magis adulterum dixerim in quamlibet adulterium patrantē, quàm in ipsam reginā. Hic enim & diuitiæ sunt, & species,& multa quæ alliciant: illic uero nihil. Itaq; magis hic adulter fuerit. Rursus ebrium magis dixerim malo uino abutentem: sic & auarum neq; minima respuentem. Nam qui multa rapit, parua fortasse cōtemneret: qui uero parua subripit,magna nunquā cōtemneret: igitur magis hic fur est.Qui enim argentum nō spernit,aurū quomodo aspernabitur? Itaq; cum magistratus criminamur,nostra ipsorū cogitemus, & nos inueniemus illis amplius furantes & rapientes: non ex facto, sed uoluntate hæc iudicamus, sicut & iudicare iustū est. Dic enim mihi, si quis produceretur, qui pauperis bona usurpasset:alter autem,qui diuitis:nónne similem ambo pœnā exoluūt? Quid aūt homicida? nónne similiter est homicida,siue cæcum & pauperem, siue pulchrū & diuitē occidat? Cum itaq; dicimus, quòd ille illius agrum rapuit,nostra cogitemus, & ita nec alios cōdemnabimus,& dei patientiam admirabimur.Nec indignabi-

gnabímur, quòd non ueníat íudícium ſuper eos, & nos ad malorum operatiõẽ tardiores erímus. Quam ígitur excuſatiõẽ habebunt dígní puta-
tí,& tantam nacti donatiõnem,& terrenorum fa
cti cupídi,& ad terrã recidẽtes? Multos enim au-
dío dicẽtes hæc ridículoſa uerba: Hodíerna míhí
da, tu uero ſume craſtínum. Nam ſi talía ſunt íllíc
ínquit,qualía dícitís, unum pro uno factum eſt:ſi
uero níhíl omníno ſit,duo pro nullo.Quíd hís ínf
quíus uerbís? quíd uero uaníus? Nos de cœlo díf
ſerímus,& íllís ineffabílíbus bonís,& tu ludos cu
rules nobís agís ín medium:nec erubeſcís,nec ab
ſconderís talía loquens,quæ uacíllantíũ ſunt? nõ
pudet terræ tantum affígí, non deſínes deſípere,
mentecꝫ excedere, & íuueníliter nugarí? Et Græ
cos quídem hæc dícere níl eſt mírandum.Fídeles
autẽ homínes talía garríre, qualem habet ueníã?
Non ením ín dubío ponís ſpes íllas ímmortales?
omníno putas hæc eſſe dubía: & hæc quomodo
uenía ſunt dígna? At ínquíes:Quís uenít,& quæ
ſunt íllíc annũcíauít? Homínum quídem nemo,
ſed deus omnium fíde dígníſſímus hæc manífe-
ſtauít. Sed íllа uero uídes.Nec ením deum uídes:
ígítur deũ nõ eſſe putabís,quoníã eum nõ uídes?
Immo eſſe penítus credo,ínquís.Sí quís ígítur ín-
fidelíum te ínterrogauerít,Quís uenít de cœlo,&
hæc renuncíauít? quíd díces? Vnde noſtí, quòd
deus eſt? Ex hís quę uídentur,ínquíes:ex ordíne,
qui eſt ín tota creatura, ex eo quòd omnibus hoc
eſt manífeſtum. Non ígítur & de íudícío ſermo-
nẽ íta ſuſcípís? Quomodo, ínquís? Interrogabo
te,tu uero reſponde:Iuſtus eſt híc deus & pro me
rito cuíqꝫ retríbuít: an ín contraríũ, íníuſtos quí-
dem uult eſſe tranquíllos,& gaudere,bonos autẽ
ín oppoſítís eſſe? Nequaquã ínqꝫs, nec enim hoc
homo pateretur. Vbí ígítur quí híc bona fecerũt
bonís fruentur: ubí uero malí cõtraríjs,níſí quíp-
píam eſſe uítæ deberet poſt hæc & retríbutionís?
Vídes quod unum pro uno ínterím, & non duo
pro uno.Ego uero progreſſus tíbí demonſtrabo,
quòd nec unum pro uno, ſed duo pro uno erunt
íuſtís:peccatorıbus autẽ & híc gaudentíbus om-
ne contrarium.Híc enim gauíſí,nec unũ pro uno
acceperunt:ín uírtute uero degẽtes,duo pro nul-
lo.Quí nanꝫ ſunt ín quíete,præſentí uíta abuten
tes,an ſapiẽter ínſtítutí? Tu quídem íllos fortè dí
ces,ego autem hos: & teſtes íllos ípſos ín præſen
tíbus delectatos produco. Nec erubeſcent ad ea
quæ dícturus ſum: etením ſponſas frequẽter con
cupíerunt, & díe qua íuncti ſunt thalamí, nõ ma-
trímonío iũctos uocauere beatos.Multí uero íu-
uenum & paratas ſíbí nuptías non ob alíud recu-
ſauerunt, quàm propter reí pondus. Et hæc díco
nõ nuptías accuſans (uenerabíles enim ſunt) ſed
eos quí abutuntur. Sí uero ín nuptíjs cõuerſatí uí
tam non uítalem frequenter exíſtímarũt, quíd de
proiectís ín meretrícías uoragínes díxerímus, &
omní captíuo ſeruílíus & míſerius affectís:de hís
quí in delícíjs contabuerunt,& ínnumeros ínue-
xerunt corporí morbos? Sed ín gloría eſſe íucun
dum.ímmo níhíl hac amarius ſeruítute:omnibus
em ſeruís magís eſt ſeruus gloríæ cupídus, & quí
buslíbet placere uolens. Hanc uero peſſundans
omnibus eſt ſuperíor, ab alíjs gloríam darí nõ cu
rans. Sed habere pecunías,amabíle. At ſæpíus o-
ſtendímus, qꝫ ín maíorí ſunt abundantía & quíe-
te,ab hís abſoluti, & níhíl habentes.Sed ínebría-
rí,uoluptuoſum.et quís hoc díxerít? Igítur carere
díuítíjs íucũdíus, quàm habere díuítías:uxore ca
rere,quàm coníugío uínctum eſſe:et ínaní gloría
líberum eſſe,quàm uentoſam captare gloríolam:
& delícías fugere, quàm delícíjs ímmergí. Et híc
plus habent præſentíbus non affíxí. Et nondum
díco,quòd íllе quídem,lícet ínnumerís díſtenda-
tur tormentís, bonam habet ſpem ſe ſuſtentantẽ:
híc autem lícet plurima fruat delectatíone,futu-
rorum tímorem habet uoluptatem ſuam turban-
tem & cõfundentem.Nam & híc nõ paruus pœ-
næ modus,ſícut oppoſítus,delícíarum & quíetís.
Et tertíus uero poſt hũc eſt modus.Qualís autem
íſte? quòd ſeculares quídem delícíæ,necꝫ cum ap
parent,ſunt,cum natura redarguantur & tempo-
re.Illa uero nõ modo ſunt,uerum & ímmota ma-
nent. Vídes quòd non duo pro nullo tantum,ue
rum & tría,et quínꝫ,& decẽ,& uígínti,& decem
mília pro níhílo ponere poterímus? Vt autem &
per ſímílitudínem hoc díſcas:díues & Lazarus,íl
le quídem præſentíbus, híc uero futuris fruebа-
tur. Nũquíd ígítur eſſe tíbí uídetur unũ & unum
ín omní tempore puníri, & breuí hora eſurire? In
corruptíbílí corpore, & ín mortalí grauíter torre
rí,deínde coronarí, & poſt breuem íllum languo
rem ímmortalíb. frui delícíjs:an econtra poſt bre
uem præſentíũ delectatiõnẽ ín ínfínítum torque
rí? Et quís íſta díxerít? Quíd enim uolumus? quã
títatẽ? qualítatem? ordínẽ dei? círca utrũꝫ ſentẽ-
tíã? Quouſꝫ ſcarabæorũ uerba loquímíní, ſe cõ-
tínuo ſímo ínuoluentíum? Nec enim íſta ſunt ho
mínum ratíone pollentíum, animam tam precío
ſam íta pro níhílo prodere,cum líceat paruo labo
re cœlos capere. Vís & alíunde te doceam,quòd
íllíc tremendum íudícium? aperí conſcíentíæ tuę
fores, & uíde ſedentem ín mente tua íudícem. Sí
uero tu temetípſum condemnas, lícet amícus tuí
ſís,& non íuſtum proferre íudícium non toleras:
nónne multo magís deus multam íuſtí geret cu-
ram,& ineuítabílem de omnibus feret ſententíã,
ſed ſímplíciter & temere cũcta fierí permíttet? Et
quís hæc díxerít? Nemo quí dícat. Verũ & Græ-
cí, & Barbarí, & poetæ,& philoſophí,& oẽ ge
nus homínum nobís conſentíunt,etſí non ſímílí-
ter.Et aiũt eſſe quędam apud ínferos íudícia:tam
manífeſtum et certum eſt factum.Et cur,ínquíes,
híc nõ punít? ut ſuam oſtendat patientíam,& ex
pœnitẽtía nobís ſalutem præbeat, & neꝫ genus
noſtrum ínereptum permíttat, & ex optíma mu-
tatíone potentes ſaluarí,ſalutí non prærípíat. Sí
nanꝫ ſtatím poſt peccata puníſſet, & ínteremíſ-
ſet, quomodo ſaluatus fuíſſet Paulus? quomodo
Petrus? quí ſunt ſummí terrarum orbís doctores.
Quomodo Dauíd ex pœnítentía ſalutem cõpa-
raſſet? Quomõ Galatæ? Quomodo plures alíj?

Propterea quidem nec hic omnes exigit pœnas, A sed ex omnibusquoſdã,nec illic omnes:ſed hunc quidem hic, hunc autem illic:ut & multum inſen ſatos per eos quos punit, excitet,et faciat,utexpe ctent futura, per eos quos nõ caſtigat. An non ui des hic quoſdã puniri, ſicut turri oppreſſos, ſicut
Luc.13 illos quorum cruorem Pilatus cõmiſcuit, ut qui
1.Cor.11 præmatura morte apud Corinthios rapti ſunt,eo quòd indigne myſteriorũ ſe feciſſent participes: ſicut Pharaonem, ſicut Iudæos à Barbaris iugula tos,ſicut alios multos, & tunc & nũc, & ſemper? Et alij uero poſtquam multũ peccauerunt, abire, nullam hic dantes pœnam: ſicut diues Lazari,ſi- cut alij multi? Hæc autẽ facit tum futura non cre- dentes excitans, tum credentes & ſegnes faciens alacriores.Deus enim iudex iuſtus,fortis & pati- B ens, nec iram inducens per ſingulos dies. Si uero patiẽtia nos abutamur, erit tempus cum nec bre- ue quid iam ſuſtinebit, ſed ſtatim inferet ultionẽ. Itaq; ne ut ſolum deliciarum habeamus momen- tum(hoc enim eſt præſens uita)infinitorum attra hamus ſeculorum tormẽta: ſed momento labore mus,ut perenniter coronemur.Nónne uidetis,q; & in ſecularibus hominum plures ita faciunt, & pro longa quiete breuem capiunt laborem:quan quam illis cõtrarium euenit? Hic enim laborem quidem, & lucri par eſt portio:frequenter autem & in contrarium labor quidem eſt infinitus, fru- ctus autem exiguus,uel plerũq; nec exiguus qui- dem:in regno autem ecõtra,modicus quidem la- bor,multa uero uoluptas & immenſa. Conſidera nanq;,agricola per totum laborat annũ,et in ipſo C fine frequenter à ſpe decidit, & multorum fructu laborum. Nauis gubernator, rurſum & miles, ad ætatem uſq; nouiſſimam in prælijs & laboribus: & frequenter uterq; remanet, ille quidem diuitia rum oneribus amiſſis, hic autẽ uictoria cum ipſa uita. Quam igitur habebimus, quæſo, excuſatio- nem, in ſecularibus quidem laborioſa præponen tes, ut paululũ requieſcamus, uel neq; paululum (eſt enim ſpes incerta) in ſpiritualibus autẽ econ tra facientes, & ineffabilẽ attrahentes uindictam per exiguũ torporem? Propterea uos omnes ex- hortor, ex tali tandem dementia refugere. In illo nanq; tempore nemo nos eruet,non pater,nõ fra ter,non filius,non amicus,non uicinus,non alius D quiſquã.Sed ſi fuerimus ab operibus prohibiti, om nia tranſibunt,& nos omnino peribimus.Quan- tum ille diues plorauit,& Patriarchã obſecrauit, & petijt Lazarũ mitti? ſed audi quid ad eũ Abra-
Luc.16 ham dicebat: Chaos magnum firmatum eſt inter nos & uos:itaq; nec uolentibus, illuc licet tranſi- re. Quantũ rogauere uirgines illæ coętaneas pro modico oleo? Sed audi quid & illę dicant:Ne for-
Matt.25 tè nõ ſufficiat nobis & uobis.Et in nuptialem eas thalamũ potuit introducere nemo.Hæc nos quo que cogitantes,noſtræ curã uitæ geramus.Quot quot em duxeris labores, & quotquot ſupplicia pertuleris,hæc oẽnia nihil erũt ad futura bona.Po ne igitur,ſi libet,ignẽ,ferrum,& beſtias,& ſi quid his difficilius: attamẽ nec umbra quidẽ ſunt hæc ad illa tormenta. Nam hæc quidem cum uehemẽ tius incubuerint, tunc maxime leuia fiunt, celere afferentia liberationem, corpore non ſuffici ente,& ad uehementiam,& ad pœnæ longitudi- nem.Illic uero nõ ita,ſed ambo cõueniunt,& pro lixitas,& exceſſus tam in iucundis, quàm in triſti bus. Dum itaq; tempus eſt,præoccupemus faciẽ eius in confeſſione, ut mitẽ eum tunc uideamus atq; tranquillum,ut minaces illas uirtutes effugia mus. Nónne uidemus terrenos milites principi- bus ſeruientes,quomõ criminoſos trahunt,quo- modo ligãt,quomodo flagellant,quomodo per- fodiunt coſtas, quomodo faces tormentis adhi- bent? Sed hæc omnia ludicra, & riſus ad illa ſup- plicia.Nam & temporaneæ ſunt hę pœnę:illic ue ro neq; uermis moritur,neq; ignis extinguit. Et- enim corpus eſt incorruptibile omnium tunc re- ſurgentium. Sed abſit, ut hæc unquam per experi- entiã diſcamus:ſed ultra uerba terror nobis non ingruat, neq; tortoribus illis tradamur, ſed hic e- mendemur. Quanta tunc dicemus, noſmetipſos accuſantes? quantũ ingemiſcemus? quantũ eiu- labimus? ſed nulla iam erit utilitas. Quoniã neq; nautæ reſoluto iam & ſubmerſo nauigio quippi- am poſſunt prodeſſe,neq; medici defuncto ægro tante.Sed dicent quidem frequenter,hoc & illud oportebat agere:ſed omnia nequicquã et fruſtra. Donec enim ex correctione ſpes ſupereſt,& om nia dicere oportet ac facere:cum uero nullius ad-
Matt.21 huc domini ſumus, omnibus corruptis incaſſum omnia dicũtur & fiunt. Nam & Iudæi tunc dicẽt: Benedictus qui uenit in nomine domini: ſed ni- hil eis hęc uox prodeſſe poterit,ut pœnam effugi ant:cum enim opus erat dicere,non dixerunt.Ne nos igitur quoq; hoc in conuerſatione patiamur, iam hic immutemur,ut ante Chriſti tribunal cum omni ſiſtamur fiducia: quã nos omnes aſſequi de tur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chri ſti,cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperium & honor,nunc & ſemper,&c.

DE HIS QVI GEHENNALES POENAS credere nolunt.Et de iudicio. Homilia L.

IDVS eſt præſens uita, chariſſimi, ex feſtucis & luto coagmentatus: licet
N mihi magnas ædes oſtendas,ſiue Re- gias ipſas auro multo fulgentes & gẽ mis, nihil ab hirundinum nido differ- re cenſebo:hyeme ſiquidem inſtante, omnia ſpõ te corruent. Hyemem uero diem illum uoco,nõ omnibus hyemem: quoniam & deus noctem ſi- mul & diem uocat:illud quidem quantũ ad pec- catores, hoc autem quantum ad iuſtos. Itidem & ego nunc hyemẽ ipſum uoco, ſi non in æſtate be ne alamur, ut uolare poſſimus inſtãte hyeme: nõ nos matres ſuſcipient, ſed eſurie ſinent perire,uel nido ruente perdi. Tanquam enim nidum,quin- immo & facilius quàm nidum, omnia deus tunc deſtruet, delens & tranſmutãs omnia. Volatu ue ro carentes, & ipſi non ualentes occurrere in ae- ra;ſed ita uulgariter nutriti, ne leues habeant pen-

nas,

nas,ea, quæ patí tales eſt ueriſímile,patientur.Hi rundínum ítaq; pulli, cum ceciderint, ſtatim pereunt:nos uero non morímur,ſed continue punímur.Hyems erit illud tempus,quínímmo hyeme difficilíus. Non eñ aquæ torrẽtes profluunt, ſed ígnis flumína:non ex nubíbus tenebrę conflanť, ſed inſolubíles, & omní luce carentes tenebræ,ut neq; cœlum uídeatur,nec aer:ſed pluſquam terra obruti, comprímantur.Frequenter hæc dícimus, ſed quíbuſdam non perſuademus:& níl mírum ſi nos homines utiq; uíles hęc patímur,etiam de his díſſerentes: quíppe & prophetæ talía patiebanť, non tantum de talíbus loquẽtes rebus,uerũ & de bello, & captíuitate. Et Sedechías ab Hieremía redarguebatur, & nõ confundebatur.Propterea
Eſa.5 prophetæ dicebãt:Væ quí dícitis,appropínquet B ín celeritate, ut uídeamus quæ faciat deus, & ueníat uolũtas ſancti Iſrael ut cognoſcam9. Ne hoc admíremur: nec enim quí arcam fabrefieri uídebant,crediderunt: ſed tunc credídere demũ,cum fidei lucrum erat nullum. Neq; Sodomorum habitatores expectauerunt, uerum & ípſi crediderunt,cum ípſis níhíl profuit. Et quid díco futura? quís hæc unquam expectauit, quæ nũc per diuerſa fiunt loca,urbiũ terræmotus,& deſtructiones? Et hæc quídem ſunt íllís magís credíbília, arca dico. Vnde patet? Quoníam illi quídem non habebant ín quod alíud exemplũ reſpícerent,neq; ſcrípturas audierant: hic autẽ infinita ſunt geſta,tum annís noſtrís,tum priſcís. Sed unde talium infidelitas? ex animæ mollitie. Bíbebãt & comedebãt, C & non credebant propterea. Quæ enim quiſpiã uult,hæc & exíſtímat,hæc & expectat:cõtradicẽtes uero nugæ ſunt:ſed ne nos ídẽ patíamur.Non enim díluuíum iam erit, nec ad mortem uſq; ſupplícium:ſed pœnarum ínitiũ mors,non credentíbus fore iudícium. At,ínquíet alíquís,Quis íllinc aduenit & hæc annuntíauit? Sí iocans quídem dícis,nec íta bene:nec enim ín huíuſmodí ludendũ eſt.Non enim in ludícris,ſed periculoſe ludímus: ſi uero ſic ſerío ſentís, & poſthæc níhíl eſſe putas, quomodo te dícis eſſe Chriſtíanum? Nulla nanq; míhí eſt alíenorum cura. Quare baptíſmum ſuſcípis? Cur eccleſiam íngrederis? nũquid enim príncípatus pollícetur? omnís nobís ſpes ín futuris. Quíd ígitur accedís, ſi ſcripturis fídem nõ habes, D ſi Chriſto non credís? Nunquam talem Chriſtíanum díxerím,abſit, ſed potíus & gentílíbus peiorem.In quo? In hoc quòd Chriſtum putãs eſſe deum, eí non credít tanquam deo: ímpietas enim íla quãdam habet cõſequentíam. Qui nãq; Chriſtum deũ eſſe non credit, hunc nec illí credere neceſſarium eſt.Hæc autẽ impietas neq; conſequẽtiam habet,deũ confiteri, & ín hís quæ dícit,eum fide dignum non cenſere.Ebrietatis hęc uerba,la
1.Cor.15 ſciuiæ,luxuríæ,Comedamus & bíbamus, cras enim morímur, nõ poſtridie. Sed cum hæc dícitis, mortuí iam eſtís.Níhíl ígitur à porcís differemus, níhíl ab aſínís, quæſo? Nam ſi neq; iudícium eſt, neq; retributio,neq; tríbunal: qua de cauſa talí ſumus munere decorati, ratione, & habemus omía

ſubiecta? quare nos quídem domínamur, illa uero ſubdita ſunt? Vide qualiter undiq; díabolus,ut dei donum ignoremus, perſuadere feſtinat. Seruos domínís cõmíſcet, tanquam mancipiũ quod dam & ingratus ſeruus.Liberum in eandem cum eo quí offendit,uílitatẽ inducere nítitur:& iudícium quídem dũtaxat tollere uídetur, tollit autem eſſe deum:talis enim ſemper eſt díabolus.Omnía cum arte, nõ ex directo prætendit, ne caueamus. Sí non eſt iudícium, deus non eſt iuſtus, ſecundũ hominem dico:ſi iuſtus non eſt,neq; deus:ſi deus nõ eſt, omnía temere feruntur. Níhíl uírtus, níhíl uítium:ſed horũ níhíl aperte dícit. Vidiſti ſatanícæ cauillationis cogitatũ? qualiter ex hominíbus bruta nos facere ſtudet, ímò uero feras,quín potius dæmonas? Itaq; ne credamus:eſt eñ iudíciũ ô míſer & infelix. Noui & unde uenías ad iſtos ſermones. Multa tíbi peccata ſunt,lapſus es, fidutiã nõ habes.Rationes tuas & rerũ ſequí naturã exiſtímas.Interím,ínquís,gehẽnæ expectatione animam non conficiam. Licet gehenna ſit,eí perſuadebo gehennam non eſſe, interím hic gaudebo. Quare peccata peccatís accumulas? ſí præuaricaris,gehennã tamen eſſe credíderís,peccatorũ dũtaxat pœnas luẽs abíbís.Sí uero & iſtam addideris ímpietatẽ, & ímpietatís & cogitationis huius extremas dabís pœnas: & frígida breuí facta tíbi cõſolatio, perẽnís erit ultionis matería.Eſto,peccaſtí: quíd & alios hortaris peccare,nõ eſſe dicẽs gehennam? Quíd ſimpliciores decípís? quíd populí reſoluís manus? Tota pars tua ſubuerſa eſt, neq; ſtudioſi ſtudioſiores erunt, ſed ſegnes: neq; malí recedent à malícia.Nunquíd eñ, ſi reliquos corrumpamus,peccatorũ habemus ueniã? Nónne uídes díabolum, qualíter Adam adgreſſus eſt proſternere? Nũquíd hoc eí ueniæ fuit cauſa? Imo maioris occaſio ſupplicij,ut non tantũ deprohibeãs, uerum & de alíenís crimínibus torqueatur. Ne putemus,quòd alíos ín eandem nobíſcũ perditionem præcípitare, mítius nobís paret iudícium,quínímmo grauíꝰ hoc faciet. Quíd noſipſos pręcípitamus & perdímus? hoc totũ díabolícum eſt. Homo peccaſtí, míſericordẽ habes dominũ, ora, ſupplica, luge, geme, & alios terre, & poſce ne amplíus ín eadẽ cadas.Díc míhí,quęſo,ſí quis eſſet domí ſeruus,quí poſtquã peccaſſet, filío ſuo díceret: Fílí,ego dominũ offendí,tu ſtude placere,ne patíaris hæc eadẽ: nõ habet alíquid ueniæ, non franget dominum,& flectet? Sí uero dímittens hæc uerba,dícat illa: Quod putas dominum habere conſiliũ,ut unícuiq; pro merito reddat? q̃ non temere ſunt omnía confuſa tam bona quàm mala? Non eſt gratitudo in hac domo:nónne maiores peccatorũ pœnas exoluet? & merito.Nam illíc quídem affectus aliquã poſſet excuſationem ínuenire,licet ægre: hic uero níhíl.Sí neminẽ ígitur,illum ſaltem ímitare diuitẽ, ín gehenna dícentem:Pater Abraham mítte ad cognatos meos,ne Luc.16 ueníant ín locũ hunc.Quoniã ípſe proficiſcí non poterat,ne in eadẽ & illí corruerent.Ab iſtis recedamus díabolícis uerbís. Quíd ígitur cũ nos gen

tiles interrogant: non uis illos curare, sed in super biam Christianum impellere: sub gentilis curandi prætextu, uis dogma cõfirmare satanicũ? Nam quoniam ipse solus animã alloquens hæc persuadere nõ potest, alios uis testes producere. Si uero gentilem oportet alloqui, non hinc sit loquendi principiũ. Sed si deus Christus, & dei filius: si dæmones illorum dei, si hæc probata fuerint, omnia reliqua sequuntur. Priusquam principium ponatur, de fine disputare stultum est: priusquã prima discantur elemẽta, superfluũ est & inutile circa finem uersari. Incredulus est gentilis iudicio, et ipse tecum idem patitur: quoniam habet & ipse multos de his philosophatos, qui licet corpus diuiserint, & hoc animæ dixerint: attamen tribunal constituerũt, & tanta est rei claritas, ut nemo ferè hoc ignoret. Verum & poetæ, & omnes sibi consentiũt, & de tribunali, et de iudicio. Itaq; nec ille suis credit principibus. Neq; Iudæus de his dubitat, et omis homo. Quid ita nosipsos seducimus? Ecce hæc mihi dicis. Quid deo dices, qui finxit singillatim corda nostra, qui nouit omnia quę sunt in mẽte, uiuẽti, & efficaci, & penetrãti super omnẽ gladium ancipitem? Dic enim mihi cum ueritate, tu temetipsum non dãnas? Et quomodo sponte tantum sapiẽtiæ innatum est, ut ipse peccator semetipsum condemnet? hoc enim est magnæ sapientiæ. Tu temetipsum condemnas. Qui uero talem tibi dat cogitationem, omnia temere fieri permittet? Regula hæc est uniuersalis, & determinatio. In uirtute uiuentium nemo iudicij sermonem negat, siue gentilis, siue sit hæreticus: in multa uiuentium malitia nemo, præter paucos, resurrectionis
Psal.9 sermonẽ admittit. Et hoc ait Psalmista: Auferuntur iudicia tua à facie eius. Quare? quoniã inquinatæ sunt uiæ illius in omni tempore. Ait enim:
1.Cor.15 Comedamus et bibamus, cras enim morimur. Vides q; abiectorum est ista dicere, ex comedẽdo et bibẽdo ista sunt uerba resurrectionis cõfutatiua. Nõ sustinet enim anima peccatrix, nõ sustinet cõscientiæ tribunal. Et idẽ fit, quale si homicida cum prius præsupposuit se non captũ iri, sic cædẽ committat. Quoniã conscientia ipsum iudicãte nõ facile ad facinus uenisset. Et nouit igit, & nosse dissimulat, ne cõscientia torqueat & timore: alioqn enim ad ausum infirmior fuisset. Itidẽ & qui peccant, et quotidie in ijsdem malis uersantur, uidere nolunt, licet eos arguente conscientia. Sed illis ne nos attendamus. Erit enim omnino iudiciũ & resurrectio, neq; tãta deus opera temere permittet. Propterea suadeo, ut uitijs abstinentes, uirtutem retineamus, ut uerum suscipiamus sermonem in Christo Iesu domino nostro. Et utrũ facilius, resurrectionis uerbũ admittere, an de fato? Illud iniustitiæ plenum, dementiæ, crudelitatis & inhumanitatis: hoc autem iustitiæ, pro meritis distributiuum, & ipsam tamen non admittunt. Causa uero segnities: quoniam nemo mentẽ habens illud suscipit. Nam & in Græcis qui uoluptatem definiẽtes, finem esse dicunt, ipsum illi susceperunt: qui uero uirtutis amorem sectati sunt, nequaquã: sed deiecerunt tanquam irrationabile. Si autem hoc in Græcis, multo magis similiter & in ipsa de resurrectione sententia. Intuere uero mihi cõtrarium, quomodo duo cõtraria intulit: si uirtutẽ quidem negligamus, necessitatẽ diabolus intulit, ut & dæmonas prõpte colamus: & pro uno duo cõtraria persuasit. Quã itaq; oportebat rationẽ reddere, qui rei tam admirabili nõ credit, & illa nugãtibus fidem prẽstat? Itaq; nec ista te consolatio pascat, q; ueniam sis assecuturus: sed nos conuertentes ad uirtutem excitemus, & uere deo uiuamus: ait enim: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Nam si homines taliũ miserẽtur, multo magis deus. Non misserentiũ uero nequaquam. Sine misericordia enim iudiciũ illi, qui non fecit misericordiam. Bona res est. Cur igitur eam alijs non præstitit? uis peccatorũ ueniam concedi? Cur igitur ipse peccanti non ignouisti? Sed ad deum quidem accedis regnum petẽs cœlorum, ipse uero petitus argentũ non dedisti? Propterea non accipimus misericordiam, quoniam nõ miseremur. Quare, inquies, quare, quæso? Nõ & hoc est misericordiæ, immisericordium misereri. Nam qui crudeli, & immiti, quiq; plurima proximo mala intulit, humanitatem exhibet: quomodo misericors fuerit? Quid igit, inquies, lauacrũ, nónne nos infinita operatos mala saluabit? Ab illis liberauit, non ut iterum ea faciamus, sed ne deinceps patremus. Ait enim: Si mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in eo? Quid igit, peccabimus quoniam non sumus sub lege? Absit. Ab illis te propterea liberauit, ut ad illam ignominiam amplius nõ recurreres. Quoniam & medici febricitantes ab ardore liberant, non ut sanitate ad afflictionem & dissolutionem abutantur: (nam ægrotare melius foret, si quis propterea cõualescere deberet, ut lecto rursum semetipsum affigeret) sed ut ex morbo mala sciẽtes, amplius in ea nõ incidant, ut sanitatem cautius retineant, ut omnia faciant ad hanc cõferentia. Vbi igitur, inquis, dei misericordia, si quidẽ malos saluaturus non est? Frequenter enim & hoc dicẽtes multos audio, quòd misericors est, & omnes omnino saluabit. Ne nos itaq; frustra seducamus (nam & memini me talem uobis promisisse materiã) eia sermonem hunc hodie moueamus. De gehenna uobis antea disserui, et de dei misericordia distuli sermonem. Hunc hodie bonũ est reddere. Quòd igitur erit quidẽ gehẽna, satis (ut arbitror) hoc probauimus, diluuium in mediũ proferentes, & prioramala: & dicentes, q; qui fecit ea, dimittere præsentes inultos est impossibile. Si sic enim ante legem peccãtes puniuit, maiora mala post gratiam operatos impunitos non relinquet. Quærebatur itaq;, quomodo bonus, quomodo misericors, & sermonem distulimus, ne multitudine uestras obtunderem aures. Eia reddamus id hodie, quomodo bonus deus, & unde bonus, si quidem puniat. Nam & ad hæreticos nobis hic sermo cõuenit, ut sedulo aduertamus. Nihili de nobis indigẽs deus nos fecit: quòd aũt nullius indigeret, ex eo quod

Matt.5

Rom.6

Psal.57

postea fecit,manifestauit.Nam si indiguisset, iam pridem fecisset:sed si sine nobis ipse fuit,nos autē in posterioribus seculis facti fuimus, nostri nō indigens nos fecit:fecit cœlum,terram,mare,quęcp; sunt,omnia propter nos.Hæc quæso,nónne sunt bonitatis? &multa quispiam dicere posset.Sed ut sermonē cōtrahamus: Oriri facit solem super malos & bonos, pluit super iustos & iniustos. Hoc nónne bonitatis est? Non,inquit aliquis. Etenim quondam cuidam Marcionistæ dicebam,an non essent hęc bonitate dignæ? Et dixit,quòd si peccatorum rationem nō exigeret, bonitatis esset:si uero repetit,non bonitatis. Ille quidem nunc nō adest.Age uero tunc dicta dicamus, & his plura.Ex superabundanti nanq; probo, quòd nisi rationē exigeret,bonus non esset:sed quoniā exigit,propterea bonus est.Dic enim mihi,nisi rationem exigeret, nunquid uita staret humana? Nónne in feras erupissemus? Nam si timoribus & pœnis imminentibus, & tribunalibus, pisces superauimus,alter alterum comedentes: leones & lupos abscondimus,aliena alter alterius rapientes: nisi rationem à nobis exigeret, & hoc essemus passi, quanta turbatione plena foret uita? Quid iam foret qui fabulis celebratur labyrinthus ad mundi confusionem? Nónne uides infinitos tumultus, & absurditates? Quis patrem fuisset reueritus? Quis uero matri peperciisset? Quis autem ullam uoluptatem, ullum uitium omisisset? Et quòd hæc ita se habeant, ex sola domo tibi persuadere conabor. Si uobis hæc interrogantibus, & seruos habentibus,manifestum his faciam: quòd licet dominatum corrumpant, & in dominorum corpus contumelientur: licet omnia distrahant, & superiora reddant inferiora,& hostiliter eos afficiant:non minantur, non castigant, non punient,& ne uerbo quidem contristabunt: nunquid hæc bonitatis esse uidentur? At hæc probo quod extremæ sunt crudelitatis, nō tantum uxorem & filios per hanc ineptam bonitatem prodere, uerum & hos ipsos priusquā illos perire. Ebrij siquidem & dissoluti,procaces,& cōtumelioſi,& omnibus feris erunt brutiores.Hoc ergo,quæso,bonitatis,animi generositatē conculcare, & seipsos perdere? Vides,q; pœnas exigere, hóc est multæ bonitatis? Et quid dico seruos ad hæc peccata promptius ruentes? Sed aliquis filios habeat, illos omia permittat audere,neq; puniat: igit quo, quæso,non erunt peiores? Postmodum in hominibus quidem punire bonum est, non autē punire,sæuum: in deo uero non itidem? Itaq; quoniā bonus est,ideo gehennā præparauit. Vultis & aliam cōmemorem dei bonitatem? Non hoc duntaxat,uerum quòd & bonos fieri malos nō permittit.Nam si deberent eadem assequi,omnes essent mali.Nunc autem hoc non parum bonos consolatur:nam audi Prophetam dicentem:Lætabit iustus cum uiderit uindictam impij, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.Non insultās, absit: sed timens,ne eadem patiatur, puriorem suam efficiat uitam.Hoc multæ est prouidentiæ. Est, inquit,sed oportebat tantūmodo minari,nō tamen punire.Si punit,& dicis q; comminatio res est, & propterea negligentior efficeris:si uerba dūtaxat essent minæ,nonne segnior esses? Niniuitæ si sciuissent,quòd negocium minæ forent,pœnitentiam non egissent, usq; ad uerba minas statuissent. Vis id esse minas? Ipse dominus es facti. Melior efficere,& ad minas tantum progreditur: si uero, quod absit,minas cōtempseris, uenies ad experientiam.Qui diluuij tempore fuerunt, si minas timuissent, periculum non sustinuissent. Et nos si minas timuerimus,periculū non subibimus. Nec id accidat, sed præstet clementissimus deus nos omnes hic iam expiatos illis ineffabilibus potiri bonis:quibus omnes utinam digni censeamur, gratia & benignitate domini nostri, Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE CONCORDIA ET CHARITATE, & de benefaciendo calumniantibus. Homilia LI.

CONCORDIAE nihil æquale charissimi,nihil consentientium paci. Vnus enim minimus est. Si uero sunt unanimes duo, uel decem, non unus iam unus est,sed decuplus eorum quisq; fit, & in decem unum inuenies, & in uno decem: siue inimicum habeat,unum offendens, tanquam decē offenderit, capit: nō enim ab uno duntaxat ore percutit,sed à decē. Indiguit unus, sed nō est in egestate.Maiori siquidē,id est nouē abūdat, & pars indigens obumbratur, minus aūt per maius abūdās.Horū quisq; uiginti manus habet, & oculos uiginti,& totidē pedes. Nō enim suis tantum oculis intuetur,uerum & alienis: non suis tantū, uerum & illorum manibus operatur. Animas habet decem:non enim ipse tantūmodo pro se, uerum & illæ pro eo curā gerunt. Si uero sint & centum,idem erit similiter,& potentia producet. Vides charitatis excellētiā,qualiter unum inexpugnabilem reddat,& multiplicet,qualiter unus & multis in locis esse potest,idē & in Perside,& Romæ: & quod natura non potest, potest charitas. Nam eius hoc quidem hic erit, hoc autem illic: quin potius integer hic,& integer illic.Itaq; si mille habeat amicos,uel duo milia, perpēde quò rursum potentia perueniet. Vides quomodo charitas sit res augmentatiua. Hoc enim est mirabile, quod unum facit millenū.Cur itaq; nō hanc comparamus potentiam,& nosipsos in tuto constituimus? Hoc est omnibus diuitijs melius,hoc sanitate maius,& ipsa luce.Hæc lætitię materia. Quousq; in unum uel duos charitatem concludimus? Disce negocium & à cōtrario. Sit aliquis nullum habens amicum,quod est extremæ dementię. Fatuus enim dicet:Non est mihi amicus.Huiusmodi qualem uiuet uitam? licet enim millies sit dines,licet in opibus & delicijs, licet infinita possideat bona,omnibus est priuatus & nudus.In amicis uero nō ita,uerū licet fuerint pauperes,diuitibus

bus ſunt opulentiores:& quę ipſe pro ſeipſo dice A
re non aggreditur,hæc amicus dicet: & quæcũq;
ſibi nõ poteſt indulgere,per alium poterit,&mul
to plura,& omnis erit nobis materia delectatio-
nis & cautelæ.Non enim male pati poteſt,qui tot
ſatellitibus cuſtoditur: nec enim huiuſmodi ſunt
regij corporis cuſtodes ſeduli, quales iſti.Illi nãq;
metu uel neceſſitate cuſtodiam exhibent: iſti ue-
ro beneuolentia,non autem neceſſitate: hæc aũt
multo metu potẽtior eſt.Et ille quidem cuſtodes
ſuos timet,hic autẽ his plus quàm ſibimetipſi cõ-
fidit,& propter hos inſidiãtium timet neminem.
Negociemur itaq; negociationẽ iſtã:pauper, ut
habeat paupertatis conſolationem:diues, ut diui
tias in tuto poſſideat:princeps,ut cum ſecuritate
dominetur:ſubditus,ut beneuolos habeat princi B
pes.Hoc manſuetudinis occaſio, hoc benignita-
tis materia.Quoniam &in feris illæ ſunt maxime
crudeles,& immanſuetæ, quæ non gregatim iun
gũtur.Propter hoc &urbes habitamus,&fora fre
quentamus, ut ſimul inter nos cõuerſemur. Hoc
Hcb.10 &Paulus iuſſit,dicens:Non deſerentes collectio
nem noſtram.Nihil enim tam malum,quàm ſoli-
tudo,& ſtatus inconciliabilis & inacceſſus.Quid
igitur,inquiet aliquis,monachi,quiq; mõtiũ uer-
tices comprehenderũt:nec illi carent amicis, ſed
forenſes quidem tumultus fugerunt:multos autẽ
cõcordes habent, & inter ſeſe intime colligatos,
& ut hoc conſequerentur,ſeceſſerunt.Nam quo-
niam rerum contentio multas inducit lites, pro-
pterea de medio ſublati, multa cum diligẽtia cha C
ritatem excolunt.Quid igitẽ ſi quis ſolus eſſet:in-
numeros &ille amicos habet.Ego quidem uolo,
ſi fieri poteſt,& ſimul cõuerſari ſcire: ſin uero mi-
nus,interim amicitiæ manẽt immota fœdera.Nõ
enim amicos locus efficit: multos quidem habẽt
admiratores,qui non admirarentur,niſi diligerent.
Et ipſi rurſum pro toto terrarum orbe precantur:
quod eſt maximum amicitiæ ſignũ. Propterea &
in myſterijs alter alterũ amplectitur,ut unũ multi
fiamus,& ſuper non ſacratis communes facimus
preces,pro ægrotantibus orantes, & mũdi fructi
bus tam terrę,q; maris. Vides omnẽ charitatis po
tentiam in orationibus, in myſterijs, in admoni-
tionibus:hæc omnium cauſa bonorum: ſi hãc ha D
beamus perfectionem,&bene preſentia diſpone
mus,& regnum aſſequemur.Quoniam uero ma-
iori,perfectioriq; doctrina digni ſumus habiti, nõ
amplius per prophetas, ſed per filium deo nobis
loquente in nouiſſimis diebus iſtis, multo maio=
rem & honore dignam conuerſationem oportet
exhibere. Abſurdum enim ipſum tantum deſcen
diſſe, ut non amplius per ſeruos, ſed per ſeipſum
nos alloqui uellet:nos uero prioribus nihil ampli
us exhibere.Nam Iudæi quidem Moſen, nos aũt
pro Moſe domínum præceptorẽ habemus. Hoc
igitur honore dignã præſtemus cõuerſationem,
& cum terra cõmune nihil habeamus. Propterea
ſuperne nobis de cœlis doctrinã attulit, ut eò mẽ
tem transferremus, & præceptoris fieremus imi-
tatores pro uiribus noſtris. Quomodo uero licet
Chriſti imitatores fieri: ſi ad cõmunem utilitatẽ
omnia faciamus,quæ noſtra ſunt non quęrentes:
ait enim,Chriſtus nõ ſibijpſi cõplacuit,ſed (ſicut Rom. 15
ſcriptum eſt)opprobria exprobrãtiũ tibi cecide-
runt ſuper me.Nemo quod ſuũ eſt, quærat.Sic ta
men quiſpiam quod ſuũ eſt quærit, ſi id quod eſt
proximi,conſideret.Res enim illorũ,noſtrę ſunt:
corpus unũ ſumus, & alter alterius partes & mẽ-
bra.Itaq; ne tãquam diſſipati diſponamur, nemo
dicat:Ille mihi nõ eſt amicus,neq; cognatus,neq;
uicinus,nec cõmune cũ eo quicquã habeo. Quo
modo accedam:quomodo alloquar: quãquam
enim neq; cognatus eſt,nec amicus, homo tamẽ
eſt,eiuſdem tecum naturæ particeps, eundem ha
bens dominum, conſeruus, & contubernalis: in
eodem nanq; natus eſt mũdo. Si uero & eiuſdem
eſt fidei particeps, ecce tibi membrum quoq; fa-
ctus eſt.Quæ nanq; poſſet amicitia tantam unio-
nem operari,quantam fidei cognatio: Nõ enim
quãtam amicis amicos exhibere neceſſitudinem
decet, tantam oportet nos in alterutrũ unionem
præſtare:ſed quantam membrũ membro. Hoc e-
nim amicitię charitatiſq; modo maiorem nullam
neceſſitudinem quis unquam inuenit.Sicut itaq;
nõ poſſes dicere, Vnde mihi cum eo neceſſitudo,
& propinquitas:(hoc enim ridiculũ eſt) ita neq;
de fratre poteris hoc dicere.Ait enim: Omnes in 1.Cor.12
unum corpus baptizati ſumus.Quid eſt,in unum
corpus:ne diſtrahatur,ſed mutua inter ſe coniun
ctione & amicitia corporis unius cõſequentiam
conſeruet,ne nos alterutrũ cõtemnamus,ne noſ- Eph.5
ipſos deſpiciamus.Nemo enim unquam carnem
ſuam odio habuit,ſed enutrit,& fouet eam. Pro-
pterea domum unam nobis deus dedit, mũdum,
omnibus unum Solem accendit, unum extendit
tectum,unam appoſuit menſam. Dedit & aliam
hac multo maiorem menſam,uerũ &hanc unam:
myſteriorum conſortes norunt quod dicitur. V-
num omnibus generatiõis modũ eſt largitus,ſpi-
ritualem:una cunctis patria,quæ eſt in cœlis. Ex
eodem omnes calice bibimus:non diuiti quidem
amplius & precioſius, pauperi uero uilius & mi-
nus indulſit,ſed omnes æqualiter uocauit. Carna
lia pari ſunt honore, ſpiritualia ſimiliter præbuit.
Vnde magna uitæ inęqualitas:Ex diuitum auari
tia ſimul & ſuperbia.Sed ne, fratres, amplius iſta
fiant:nec uniuerſalibus & neceſſarijs nos in idem
congregantibus,à terrenis & uilibus diuidamur,
diuitijs,inquam,& paupertate,& carnali cogna-
tione,uel inimicitia, & amicitia. Hæc enim om-
nia ſunt umbra, & umbra uiliora ſupernæ chari-
tatis uinculũ habẽtibus. Hoc ergo ſeruemus in-
diruptum,& malorum nullũ uitiorum unitatem
diuidentiũ ſubrepere poterit. Nihil uero rurſum
ita deum reddit propitium,ſicut inimicos dilige-
re,& calumniantibus benefacere. Cum igitur ali
quis infeſtat,ipſum ne reſpicias, ſed dæmonẽ in-
ſtigantem,& omnem in illum iram effunde: ipſi-
us autem & miſerere qui mouetur ab eo. Nam ſi
mendacium à diabolo, etiam iraſci temere mul-
to magis ab ipſo. Cum mordẽtem uideris,conſi-

dera

dera quòd est diabolus qui eum instigat. Nō em Christianorum sunt scommata. Nam cui præcipi
Luc.6 tur lugere,& cui dicit: Væ qui ridetis: & postmo dum exprobrat,& mordet,& accenditur: nō qui cōuitium à nobis patiatur, sed qui deploretur est dignus:quoniam & Christus turbatus est,cum lu dam cogitasset. Hæc igitur omnia cogitemus in operibus.Nam si hęc non obierimus,nequicquā & incassum in mundum uenimus, uel potius ad malum. Non enim per se fides in regnum introducere potest, sed potius habet unde malum de-
Luc.12 gentes uitam condemnet.Qui nouit enim uolun tatem domini sui, & non facit, plagis uapulabit
Ioan.15 multis.Et iterum:Nisi uenissem, inquit, & locutus eis fuissem,peccatum non haberent.Quam igitur excusationem habebimus, in regijs constituti,& in adyta uocati,& liberantium facti mysteriorum participes, si gentilibus, qui nihil horum habuerunt,peiores inueniamur? Si enim illi propter inanem gloriam,tantam ostendêre sapientiam:multo magis,ut deo placeamus,omnem obire uirtutem oportet. Nūc uero neq; pecunias cōtemnimus. Illi uero suā quoq; frequēter animam despexerunt,& in bellis filios dæmonum tradere furori,&propter dęmonas naturam cōtempsere:nos propter Christum, nec argētum, nec iram propter dei beneplacitum contemnimus,sed excandescimus,& febricitantib. peius disponimur. Sicut illi qui malo detinentur, ardentes sunt: sic nos,tanquam ab igne quodam angamur,concupiscentiam sistere nusquam possumus,& iram au gentes ac auaritiam.Propterea confundor, & cō sternor: apud gentiles quidē pecunias uidens cō temni,apud nos autem omnes insanire.Nam & si quos has inuenerimus despicientes, alijs capiuntur,ira,uel inuidia.Et est res difficilis,puram inuenire cōuersationem.Causa uero, quòd ex scripturis remedia sumere non curamus, nec eis cū compunctione,dolore & gemitu uacamus:sed negligēter,si nōnunquā ocium agamus. Propterea cū multus rerum secularium tumultus ingruerit, omnia submergit: & si quod lucrum fuerat comparatum, perit. Nec enim si quis uulnus habens, & superimponens medicamentum, non diligenter alligauerit:sed & aquam,& puluerem,& squalorem,& alia mille uulnus suū atterere ualentia permiserit incidere, quicquā amplius ab eo poterit effici:sed nō propter medicaminū infirmitatem, sed propter propriū torporem.Hoc & nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus parum intendamus, nos uero penitus & semper secularibus addicamus:sic enim totum semen suffocat̄,& omnia fiunt infructuosa.Hoc itaq; ne fiat, parumper uigilemus,& in cœlum respiciamus,& oculos declinemus in monumenta, & defunctorum tumulos.Nam & nos hic idem manet finis, & eadem transitus necessitas ante uesperam plerūq; nobis instabit.Ad hunc igitur exitum prę̄paremur:multis enim nobis opus est uiaticis:quoniam & multus illic est æstus, multa siccitas, multa solitudo. Non iam licet in diuersorio requiescere, non est

A quod ematur ab eo,qui nō hic omnia sumpserit. Audi certè quid dicant uirgines: Ite potius ad uē Matt.25
dentes:sed profectę nō inuenerunt.Audi quid dicat Abraham: Quoniam chasma est inter nos & Luc.16
uos. Audi quid Ezechiel dicat de die illo: Quia Ezech.14
Noe,Iob,&Daniel filios suos nō liberabunt.Sed absit,ut nos hæc uerba audiamus. Sed uiatica sumentes hic æternæ uitæ sufficientia,uideamus cū fiducia dominum nostrum Iesum Christum, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria,potestas, & honor,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

QVOD IN MANSVETVDINE CHRIstum oportet imitari: & de malorum oblivione.
B Et quòd in uirtute positum lædere potest nihil.

Homilia LII. Ex Matthæo.

NTEA quidem uobis, dicebam, charissimi, quòd manus est lingua nostra
A dei pedes apprehendens. Nunc autem magis dico, quòd lingua est lingua nostra,Christi linguam imitans, si congruam exhibeat diligentiam:si loquamur ea, quæ uult ipse. Quæ uero sunt, quæ nos loqui uult ille? Quæ sunt humanitatis plena, & mansuetudinis uerba. Sicut scilicet & ipse loquebatur,dicens se contumelia prosequētibus: Ego dæmonium non habeo. Et iterum: Si male quidem Ioan.8
locutus sum,testimonium perhibe de malo.Si tu quoq; sic dixeris,si loquaris ad proximorū emendationem,linguam illi similem habebis.Et hæc ipse deus testatur:Qui enim educit dignum ab indigno,sicut os meum erit.Cum itaque lingua tua Hier.15
tanquam Christi lingua sit, & os tuum, quasi patris os fiat,& sancti sis spiritus templum:quis iam huic fuerit æqualis honor? Nec enim si tuum ex auro foret os compositum,aut ex preciosis lapidibus,ita fulgere deberet, ut nunc mundo māsuetudinis illustratum. Quid ore, quod contumeliam proferre nesciat, sed semper benedicere meditetur,desiderabilius? Si uero maledicenti benedicere non potes, tace: hoc interim elabora, & paulatim procedens, & (ut decet) studens, ad illud quoque peruenies & os habebis tale, quale diximus. Nec audax esse dictum existimes. Benignus enim est dominus, & bonitas eius do-
D num efficitur. Audacis est,os diabolo simile possidere, & linguam maligni dæmonis habere similem, quam habere non oportet Christi mansuetudinis sectatorem: præsertim talium participem mysteriorum,& ipsi dominicæ carni communicantem. Hæc itaque reputans, illi fias pro tuis uiribus similis. Te iam talem effectum diabolus ne contrà quidem respicere poterit. Regiam enim impressionem agnoscit, Christi nouit arma, quibus fuit superatus. Quæ uero sunt hæc? Benignitas, & mansuetudo.Etenim cum in monte eum irruentem confregit atque prostrauit, non innotescens quod esset Christus: sed his eum uerbis illaqueauit, mansuetudine cepit, benignitate fugauit. Hoc tu quoque facias: si uideris hominem diabolum factum, &

ad

ad te uenientem, ita & tu uince. Dedit tibi Chri-
ſtus poteſtatem, ut ipſi ſimilis pro tuis uiribus ef-
ficiare: Hoc audiens ne trepides, timor eſt nō ipſi
ſimilem eſſe. Secūdum igitur illum loquere, & in
hoc factus es talis, qualis ille, quantū homo fieri
poteſt. Propterea maior eſt ita loquēs quàm pro-
phetans: illud quidem donum eſt totū, hic autem
& labor tuus & ſudor, animā edocere, os tibi for-
mare Chriſti ori ſimile. Poteſt enim talia facere, ſi
uelit: artem nouit, niſi negligens ſit. Et quomodo
tale formabitur os, inquit aliquis, quibus colori-
bus? qua materia? Coloribus quidem & materia
nulla, ſed uirtute ſola, māſuetudine & ac humilita
te. Videamus & quomodo formet os diaboli, ne
unquam illud cōparemus. Qualiter itaq; fingit?
per imprecationes, per cōtumelias, per inuidiam
& periurium: cum enim illius uerba quis loquit,
illius linguam ſumit. Quam igitur habebimus ue
niam? uel potius quam nō ſubibimus pœnam, cū
linguam, qua carnē guſtare dominicam digni ſu-
mus habiti, negligamus diabolica loquentē? Ne
negligamus, quęſo, ſed utamur omni ſtudio, ut e-
am doceamus ſuū imitari dominū. Si enim eam
docuerimus, hoc nos cū multa fiducia ante Chri-
ſti tribunal conſtituet. Niſi quis ita loqui ſciuerit,
neq; iudex eum audiet. Sicut enim cū euenit Ro-
manum eſſe iudicem, non audiet ſe defendentem
ita loqui neſcientem: itidem & Chriſtus, niſi ſecū
dum ipſius morem loquaris, te non audiet nec in
tendet. Diſcamus igitur ita loqui, ſicut audire rex
noſter conſueuit, illam imitari linguā ſtudeamus.
Quòd ſi in luctum inciderís, cōſidera, ne triſtitiæ
tyrannis os tuū ſubuertat: ſed loquaris tanquam
Chriſtus: plorauit enim & ipſe Lazarū & Iudam.
Si ceciderís in metum, ita rurſum ut Chriſtus lo-
qui quære. Nam & ipſe propter te in timorem ce
cidit iuxta diſpenſationis rationem. Dic & tu: Ve
runtamen non ſicut ego uolo, ſed ut tu. Et ſi luge
as, quiete lugeto, ſicut & ipſe. Et ſi in inſidias, &
triſtitiā incideris, & hic ut Chriſtus afficiaris. Ete-
nim & inſidias paſſus eſt, & triſtitiam, & ait: Tri-
ſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Et omnia tibi
exempla prębuit, ut eaſdem cuſtodias menſuras,
& datas tibi regulas ne corrūpas. Ita poteris os ha
bere illius ori conſimile, ita ſuper terram ambu-
lans ſurſum ſedentis linguam nobis oſtendens ſi
milem, in triſtitia menſuras, in ira, in luctu, in an-
xietate conſeruans. Quot ex uobis ſunt, qui cupi
ant illius formam intueri? Ecce non tantū uidere,
uerum & ſecundum eum fieri poſſumus, ſi ſtudea
mus: itaq; ne differamus. Nō ita prophetarum os
amplectitur, ſicut mitiū & manſuetorum homi-
num. Multi nanq; dicent mihi, inquit: Nónne in
nomine tuo prophetauimus? & dicā eis: Neſcio
uos. Moſen uero, quoniam humanus erat & mi-
tis (ait enim: Moſes homo mitiſſimus ſuper om-
nes homines qui ſunt ſuper terram) ita cōplecte-
batur, & diligebat, ut præſenti præſens ſuam dice
ret uoluntatem, & facie ad faciem loqueretur, tan
quam amicus ad amicum ſuum. Non imperabis
dæmonibus nunc, ſed gehennæ tunc igni impera

Matt.7

Num.12

bis: ſi Chriſti ſimile ori os habeas, ignis præcipies
abyſſo, & dices: Tace, obmuteſce: multaq; cum fi
ducia cœlos aſcēdes, & regno potieris. Cum hæc
igitur habeamus exempla, non dico uobis, pro i-
nimicis moriamur: nam & hoc quidem opus fue-
rat: ſed quoniam nos infirmiores, illud interim di
co, ſaltem amicis non inuideamus, ne benefacien
tes liuore proſequamur. Non adhuc dico, malefa
cientibus benefaciamus. Cupio quidē & hoc, ſed
quoniā nos pigriores, ne ſaltem ulciſcamini: non
enim fabulæ ſunt noſtra & ſimulatio. Quare tan-
dem per diametrū aduerſus negocia ſiſtitis? Non
temere ſcripta ſunt & alia, quæq; circa crucē ipſā
geſta ſunt, quæ poſſēt ipſos reuocare: ſed ut boni
tatē imiteris, ut benignitatē æmuleris. Eos enim
ſupinos proſtrauit, & ſerui reſtituit auriculam, &
cum manſuetudine locutus eſt: & cum ſuſpenſus
eſſet, magna mōſtrauit miracula, radios auertēs,
frangēs lapides, defunctos excitans, iudicis uxo-
rem terrens per ſomnia, omnem in ipſo præ ſe fe-
rens iudicio manſuetudinem, quæ nō minus eos
quàm miracula poſſent attrahere: infinita prædi-
cens coram tribunali, in ipſa clamās cruce: Pater
dimitte illis peccatum. Sepultus uero quāta ad il
lorum oſtendit ſalutem? Reſuſcitatus autem non
ſtatim Iudæos uocauit? non dedit peccatorum re
miſſionem? non innumera contulit bona? Quid
hoc mirabilius? qui crucifixerunt, & occiderunt,
poſtquam crucifixerunt, facti ſunt dei filij. Quid
huic par prouidentiæ? His auditis abſcondamur,
quòd ab hoc tātum diſtamus, quem imitari iube
mur. Videamus quātum ſit diſcriminis, ut uel ita
nos condemnemus, his bellū inferentes, pro qui-
bus animam Chriſtus impēdit: nec uolentes con
ciliari, quos ut cōciliaret, neq; iugulari recuſauit,
niſi fortaſſis & hoc diſpendium aliquod eſt, & pe
cuniarum erogatio, quod in eleemoſyna prætен-
ditis. Cogita quantorum ſis reus, & non tantum
ad eorum qui te affecerunt iniuria, dimiſſionem
non retrocedes: uerum & curres ad eos qui te cō
triſtarunt, ut tibi ſit dimiſſionis occaſio, ut pro-
priorum inuenias malorum lenimen. Gentilium
filij nihil expectantes in hoc plerūque philoſo-
phati ſunt: & tu cum tali ſpe migraturus retrahe-
ris, & torpes? Et quod tempus facit, hoc propter
dei legem ante tempus facere nō ſuſtines, & ſine
mercede potius, quàm cum mercede uis tibi uiti-
um extingui? Nec enim ſi per tempus hoc tibi fi-
at, erit tibi quicquam amplius: uerum & multa
potius pœna, quoniam quod tempus effecit, hoc
facere dei lex non perſuaſit. Si uero dicis, quòd
excandeſcis tuæ recordatus contumeliæ: remini-
ſcere, ſi quid boni collatum tibi fuit ab eo qui con
triſtauit, & quot tu malis alios affeciſti. Male tibi
dixit, & te confudit: cogita quid aliis tu quoq; di-
xiſti. Quomodo ueniam igitur aſſequeris, quam
aliis non cōceſſiſti? Sed nulli maledixiſti? At au-
diſti dicentes, & ſuſcepiſti: nec hoc reatu caret.
Vis diſcere, quantum mali ſit, malorum memi-
niſſe, & qualiter hoc maxime deum iritat? Inſul-
tantes his qui ab ipſo iuſte puniuntur, punit: licet

iuſte

Leu.24
Eccleſ.28
Deut.19

iuſte caſtigentur,tamen te non oportebat gaude re.Et Propheta poſtquã multa improperauit, & hoc ſubiecit: Nihil patiebantur ſuper cõtritione
Amos 6 Mich.1 Ioſeph.Et iterũ: Nõ eſt egreſſa quæ habitat Enã, plangere domũ contiguã ſuæ.Licet & Ioſeph, id eſt tribus ab eo procedentes,& uicini ſecundum dei ſententiam puniebantur: attamen uult cũ his nos dolere.Nam ſi nos cũ mali ſimus, quando ſeruum caſtigamus,ſi quẽ ſeruorũ uiderimus ridentem, & iritamur, & in ipſum iram transferimus, multo magis deus punitis inſultantes ulciſcet. Si uero his qui à deo puniuntur,nõ inſultare,ſed potius oportet miſereri:multo magis eorum qui cõtra nos peccarunt. Hoc enim charitatis eſt indicium:hanc deus præponit,Sicut in regali prętexta, illi flores & colores precioſi ſunt qui hanc conficiunt chlamydem:itidem & hic illæ ſunt precioſę uirtutes, quæ charitatem cõtineant.Nihil autem ita conſeruat charitatem,ſicut in nos patrata non meminiſſe.Nũquid enim & alterius partis curam deus nõ geſſit? Nunquid iniuriam operatum ad iniuriam paſſum non deduxit? Nunquid eum ab altari ad illum non mittit, & poſt recõciliationes ad menſam reuocat? Ne tamen illum propterea, ut ad te ueniat,expectes, alioquin omnia pdideris.Nam tibi propter hoc maxime mercedem ineffabilem definit,ut illum pręuenias:quippe ſi rogatus recõcilieris, nõ iam dei pręcepto facta fuit amicitia,ſed illius ſtudio. Et propterea ſine corona recedis,illo præmia capiente.Quid ais? Inimicum habes,& non erubeſcis? Nónne ſatis eſt nobis diabolus,quòd & conſanguineos ſuperducimus? Vtinam nec ille nobiſcũ bellum gerere uellet,utinã nec ille diabolus eſſet. Nónne ſcis,quanta ſit poſt recõciliatiões uoluptas? Quid enim & ſi in inimicitia nõ multum apparet? Quòd enim inferentem iniuriam diligere ſit iucundius quàm odiſſe,poſtquã inimicitia fuerit ſoluta,bene tunc dicere poteris. Quid itaq; furentes imitamur, alter alterum corrodentes,propriam impugnantes carnem? Audi certè,quãtus & in ueteri teſtamen
Leu.24 Eccleſ.28 Deut.19 to fuerit de huiuſmodi ſermo. Vę mala reminiſcẽtium in mortem.Homo homini iram ſeruat, & à deo quærit ſanitatẽ.At cõceſſit oculum pro oculo,& dẽtem pro dente:quomodo igitur accuſat? Quoniam & illa conceſſit,non ut in alterutrũ illa faciamus, ſed ut patiendi timore peccare caueamus: alioquin autem illa cuiuſdam ſunt temporalis iræ:iniuriam uero reminiſci,eſt animæ nequitiam meditantis.At male paſſus es? Sed nũquam cum tanto,quanto temetipſum afficies malo, ſeruans iniuriæ recordationem. Alioquin autem fieri non poteſt,ut bonus uir quicquam mali patiatur.Eſto enim aliquis filios habens & uxorem,& philoſophetur: habeat autem nocumenti multas occaſiones,& pecuniarũ copiam, & principatus potentiam,atq; complures amicos,& honore potiatur,tamẽ philoſophetur (hoc enim oportet accedere) & illi ſermone flagella inferamus, & aliquis malus uir aggreſſus,iacturam inducat: quid igitur ad hominem,pecunias nihil eſſe cenſentẽ?

A Filios occidat, quid ad eum qui de reſurrectione cõfidit? Vxorem iugulet,& quid hoc ad inſtitutũ dormientes non lugere? Inuoluat ignominia: & quid hoc ad eum,qui præſentia fœni florẽ exiſtimat? Si uis,& corpus torqueat,& intrudat in carcerem:quid tãdem ad doctũ dicere: Etſi exterior 2.Cor.4
noſter homo corrũpitur, ſed interior renouatur: Rom.5
& , Tribulatio patientiam, patientia autẽ probationem operatur? Equidem ipſe nihil iri læſum promiſi,progreſſus autem ſermo probauit,quòd & adiuuatur,dum renouatur,& efficitur probabilis. Ne alios igitur dolore nos afficere putemus, dum nobiſipſis iniuriã inferimus, & infirmã reddimus animam. Non enim tantum eſt proximorũ ultio, quantũ miſeria noſtra dolor. Propterea
B ſi quis contumeliam inferat,lugemus, & contrahimur:ſi quis diripiat,idem patimur, illorum more paruulorum infantum, quos aſtutiores coetanei pro nihilo iritant, ſed ex minimis contriſtantes occaſionibus. Veruntamen & illos ſi ægre ferre uiderint,mordere pergunt:ſi uero ridentes, abſiſtunt. At nos & his ſtolidiores ſumus: pro quibus oportebat ridere, pro his lamentamur. Propterea ſupplico puerilem hanc omittentes ſententiam, cœlos petamus: Nos etenim eſſe uiros uult Chriſtus perfectos. Itidem & Paulus præce- 1.Cor.14
pit, dicens: Fratres, nolite eſſe paruuli ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote.Quòd ad malitiam itaque ſpectat,pueruli ſimus, & nequitiam fugientes, uirtutem apprehendamus: ut & æternis potiamur bonis, gratia & benignitate domini noſtri, Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſancto
C ſpiritui gloria, imperium & honor, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

DE CHARITATE SECVNDVM DEVM, & quod inuidus deo repugnat, & inimicus eſt. Homilia LIII.

QVONIAM præter dei gratiam, chariſſimi,per quam iuſtificati ſumus, opus eſt & conuerſatione, ſtudium dono dignum exhibeamus: exhibebimus autem, ſi bonorũ matrem multo ſtudio conſeruemus charitatẽ.Charitas eſt non in ſolis uerbis,nec penitus in ſalutationibus, ſed cura, & in ipſis rebus officium:puta, paupertatem ſolue-
D re,ęgrotantibus ſubuenire,eruere periculis,in ne Rom.12
ceſſitatibus aſſiſtere,flere cum flentibus, & gaudere cũ gaudẽtibus:nã & hoc charitas eſt. Et quã uis paruũ eſſe uideat gaudẽtibus gratulari, tamẽ ualde magnum eſt, & exercitatæ mentis opus habens.Et multos quidem inueniemus,quod acerbius quidem eſt,præſtantes, ad hoc aũt infirmos. Nam multi flent quidẽ cum flentibus, cum gaudentibus aũt non etiam gaudent: ſed gaudẽtibus aliįs,ipſi lugẽt:quod eſt liuor & inuidia. Nõ itaq; paruum eſt meritum gaudente fratre gaudere,uerum & altero maius: fortaſſe uero non tantum, quàm cum flentibus flere, uerum & quàm in periculis aſſiſtere maius. Nam multi quidem cũ periclitãtibus periclitant,claritatem uero cõſequẽtibus compuncti ſunt: tanta uis eſt inuidiæ: licet

illud

illud quidem laborum ſit & ſudorum, hoc autem uoluntatis duntaxat ſententiæ. Et tamen multi, quod grauius eſt, perpeſſi, facilius non expedierunt: ſed tabeſcunt & pereũt, cum alios ſe præclare gerẽtes, cum omnem eccleſiam uel uerbo, uel quopiam alio modo adiuuari uiderint, quo quid peius eſſe poſſit? Nec enim iã fratri, ſed & dei talis repugnat uoluntati. Hoc itaq; conſiderans ab ægritudine deſiſtas, & ſi proximum nõ uis, te ſaltem ab innumeris malis erue. Quid mẽti tuæ bellum indicis? Quid animã imples tumultu? Quid hyemem paras? Cur ſuperiora deorſum ſtatuis? Quomodo poteris ita diſpoſitus peccatorum poſcere ueniam? Nam ſi in ſe patrata non dimittentibus, nec ipſe peccata dimittit, qualem dabit remiſſionẽ? Hoc enim eſt extremæ probatio malitiæ. Cum diabolo tales eccleſiam impugnant, fortaſſis autẽ & diabolo peius. Nam ab hoc quidem caueri poteſt: illi uero dilectionis induentes perſonam, clanculum ignẽ accendunt, ſæpius in fornacem immittẽtes, & morbo laborantes: qui nõ ſolũ haberi miſericordię poſſit, uerum multũ habeat riſum. Quid enim, quęſo, palles, & fremis, & trepidus factus es? Quid mali factum eſt, quòd ſplẽdidus frater & illuſtris eſt, & probabilis? Nõ itaq; coronari fuit opus, & gaudere atq; deũ glorificare, quòd membrum tuum eſt ſplẽdidum & illuſtre? ſed doles, quòd deus glorificatur? Vides quò tendat impugnatio? Sed non quòd deus, inquit, ſed quòd frater clarificatur. At per hunc ad deum gloria redundat: igitur & impugnatio tua. Verum hoc, inquit, me non contriſtat, ſed per me deum uellem glorificari. Gaudeas igit̃ ſe gloriоſum exhibente fratre, & per te rurſum deus clarificabitur, & omnes dicent: Benedictus deus, qui tales habet ſeruos ab oñi liberatos inuidia, mutuis gaudẽtes bonis. Et quid dico fratrem? Nam licet hoſtis eſſet & inimicus: ſi tamẽ per hunc deus glorificaretur, amicũ fieri propter hoc oporteret: tu uero amicum facis inimicum, quoniam propter illius proſperitatem deus glorificatur. Si quis corpus tuum male ſe habens curauerit, licet ſit inimicus, ipſum iam de primis amicorum eſſe cenſebis: Chriſti uero corpus ornantẽ, id eſt eccleſiam, & amicum ducis inimicum: & quomodo contra Chriſtum pugnã aliter præ te tuliſſes? Propterea ſiue quis ſigna faciat, ſiue uirginitatem, ſiue ieiunium, ſiue humi ſtratum excolat, ſiue ipſos angelos uirtute præueniat, omniũ erit ſceleſtiſſimus, hunc habẽs defectũ, & adultero, lenone, & latrone ac fure iniquior. Et ne quis ſermonis exceſſum redarguat, illud à uobis libenter interrogauerim: Si quis ignem ſumens, & foſſorium, hanc deſtruxiſſet domum & incendiſſet, & hoc ſuffodiſſet altare: nónne quilibet eum lapidibus obrueret, tanquam prophanum & impiũ? Quid igitur ſi quis uoraciorem hoc igne flammam inferat, inuidiam dico, non lapidum ædificia deſtruentem, nec aureum ſuffodientem altare: ſed quod parietibus & altari multo precioſius eſt, doctorũ ædificationẽ ſubuertentem & corrumpentem, quali uenia dignus eſſet? Nemo nanq; mihi dicat, quòd frequẽter aggreſſus non ualuit: ex uoluntate enim negocia iudicantur: quoniam & Saul Dauidem occidit, licet uotum non impleuerit. Non animaduertis, quæſo, quòd Chriſti ouibus inſidiaris, impugnans paſtorem: ouibus, inquã, pro quibus & ſanguinem Chriſtus effudit, & omnia facere ac pati præcepit? Num reminiſceris, quòd dominus quidem tuam quæſiuit gloriam, non autem ſuam: tu uero nõ dominicam, ſed tuam exquiris? alioquin autem tunc & tuam aſſecutus fuiſſes, nunc autem tuam quærens ante domini gloriam, nec hac unquam potieris. Quod igitur erit huius remediũ? Cõmuniter omnes oremus, & unam pro talibus uocem emittamus, tanquam pro energumenis: nam & ipſis hi miſeriores ſunt, quantũ & uoluntarius eſt furor. Orationis enim indiget huiuſmodi morbus, & plurimæ ſupplicationis. Nam ſi fratrem non diligens, ſiue pecunias eroget, ſiue martyrio fulgeat, nihil amplius efficit: q nullã quoq; perſequitur operatum iniuriam, quãta ſit dignus ultione, conſidera. Hic & gentilib. eſt peior. Nam ſi diligentes diligere nihil amplius illis nos habere permittit, amantibus inuidens ubi, quæſo, ſtatuetur? Nam & inuidere peius eſt, quàm bellum inferre. Qui enim bellum gerit, ſoluta cauſa propter quam bellum gerebatur, inimicitiam quoq; diſſoluit: inuidus autem nũquã efficitur amicus. Et ille quidem apertam oſtendit pugnam, hic aũt obumbratam: & ille quidem legitimã habet, quã dicat impugnandi cauſam plerunq;, hic autem nihil aliud præter inuidiã, & diabolicam mentem. Itaq; cui talem aliquis animam cõparauerit? Cui uiperæ? cui aſpidi? cui uermi? cui ſcarabæo? nihil eñ huiuſmodi ſceleſtius anima, peius nihil: hoc eñ, hoc eccleſias ſubuertit, hoc hæreſes peperit, fraternam manum armauit, & fecit ut dextra pio tingeretur cruore, & naturę leges abſtulit, & mortifores aperuit, & in opus illam deduxit maledictionem, & neq; partuum, neq; parentum, nec ullius alterius illum permiſit miſerũ reminiſci: ſed eum ita furiauit, & in tantum egit furorem, ut & deo ſe cõmonente atq; dicente: Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi: nec ita acquieſceret, licet & à crimine eũ abſoluerit, & ſubdiderit fratrẽ: attamen tam inſanabilis eſt iſte morbus, ut & innumeris medicaminib. ſuperpoſitis propriã ſcaturiat tabẽ. Qua nanq; de cauſa doles ô tu omniũ infeliciſſime? quoniã honoratus eſt deus? ſed hoc eſt diabolicæ mentis. At quoniam frater te ſactus eſt probabilior? ſed & te uiciſſim pręcurrere licet. Itaq; ſi uincere cupis, ne iugulaueris, nec occideris, ſed manere ſinas, ut certaminũ conſeruetur occaſio, & uince uiuentẽ: ſic enim tibi ſplendida paratur corona. Nunc uero cum occideris, maiorẽ iacturæ ſententiã aduerſus temetipſum profers. ſed nihil horum nouit inuidia. Qua uero de cauſa gloriam, & in tanta diligis ſolitudine? Hi nanq; ſoli tunc terram habitabãt, ſed neq; hoc eũ cohibuit: ſed omnibus ex animo proiectis, cũ diabolo ſtetit, & oppoſuit aciem. Etenim erat ille tũc

Gen. 4

cum

cum Cain malitiæ dux. Quoniam enim ei nõ erat A satis hominem factum esse mortalẽ, & mortis genere maiorẽ facere luctum aggrediebatur, & ut fieret fratricida persuadebat. Festinabat enim, & cupiebat uidere sententiã in opus prodire, qui nostris nũquam malis exsatiatur: quemadmodum si quis captiuum habẽs inimicum, & prolata uidẽs damnatum sententia, priusquã urbem exeat, properet & intus iugulatum uidere, neq; congruum tempus expectet: ita tum quoq; diabolus licet audisset, quòd in terrã homo reuersurus esset, optabat & aliquid maius cernere, coram patre filium morientem, & germanum interimentem germanum, & præmaturam uiolentamq; necem. Vides quantis fuit ministra malis inuidia: qualiter insatiabilem diaboli mentem impleuit, & ei tãtam apB posuit mensam, quantam is cernere concupiuit: Fugiamus itaq; pestem. Non enim licet illum ignem euadere diabolo paratũ, ab hoc malo nõ liberatos. Liberabimur autẽ, si cogitemus quomodo Christus & nos dilexit, & alterutrũ amare præcepit. At quomodo nos itaq; dilexit? Pretiosum sanguinẽ dedit pro nobis, qui eramus inimici, & modo peccaueramus: hoc fac etiã pro fratre. Nã
Ioan.13 propterea dicit: Mãdatum nouũ do uobis, ut diligatis inuicẽ, sicut ego dilexi uos: imò uero nec ita mensuram statuit. Nam ipse pro inimicis hoc fecit. At nõ uis tuum pro fratre sanguinem effundere. Quid igitur illius sanguinem fundis, ex opposito mãdatum impugnãs? Et ipse quidẽ quod fecit, non ex debito fecit: tu uero si facis, debitum soluis. Quoniam ille qui decem millia talentorũ C accepit, & centum exegit denarios: non propter hoc tantum puniebatur quòd exigeret, uerum & quoniam ex beneficio non est melior factus, nec incipientem dominũ secutus est, nec debitũ reddidit: iam enim erat & debitum quod à seruo factum fuit, si modo factum fuisset. Etenim omnia quę facimus, agimus, debitum implẽtes: propter hoc & ipse dicebat: Cum omnia feceritis, dicite,
Luc.17 quia inutiles serui sumus: quæ enim debebamus facere, fecimus. Igitur siue charitatem exhibuerimus, siue dederimus pecunias egenis, debitũ implemus: nõ tantum quoniam à beneficijs ipse cepit, uerum & quoniam ipsius bona distribuimus, si cũcta erogemus. Quid igit illis te spolias, quoD rum ipse te uult esse dominum? Propterea te iussit alteri ea dare, ut ea ipse retineas. Nã donec ipse solus ea detines, nec ipse quidem habes: quum alteri uero dederis, tũc & ipse cepisti. Quid huic parsit amicitię pignori? Ipse pro inimicis sanguinem effudit, nos autem neque pro benefactore pecunias: ipse pretiosum sanguinem suum, nos uero neq; pecunias nõ nostras: ipse ante nos, nos neq; post ipsum: ipse p salute nostra, nos neq; pro nostra quidẽ utilitate. Nec enim ipsi quicquam amplius ex nostra fit humanitate, sed totum in nostrum cedit emolumentum. Propter hoc enim & ipsa dare iubemur, ne nos ex ipsis excidamus. Quemadmodum enim si quis argẽtum paruo dederit puerulo, & retinere propensius imperet, uel & seruo dare custodiendum, ne uolenti rapere liceat, itidem & deus agit: ait enim, Da indigenti, ne quis tibi rapiat: puta uel sycophanta, uel accusator, uel fur, uel nouissime mors. Nã donec ipse retines, nõ habes in tuto: si uero per pauperes mihi dederis, omnia tibi diligenter ipse præsto, & in tempore cõgruo cum multa accessione restituã. Nõ enim ut auferam sumo, sed ut plura efficiam, ut custodiam diligentius, ut ea tibi cõseruem in illud tẽpus, in quo qui mutuet nemo, nemo qui misereatur. Quid igitur nobis crudelius fuerit, qui post tot promissiones ei mutuare nõ sustinemus? Inopes em & nudi transimus ad eum, credita nõ habentes: quoniam ea diligentissime super omnes custodienti non commendamus, ideoq; & extrem luemus pœnam. Quid enim dum accusabimur, dicere poterimus? Quam perditiõis nostræ pretendere excusationem? Quam defensionem? Cur enim non dedisti? Non credis, quòd iterum recipies? Et quomodo rationẽ hoc habeat? Qui nanq; nõ danti dat, quomodo non multo magis, postquam acceperit, dabit? Sed eorũ te delectat aspectus. igitur propterea magis eroga, ut illic te magis delectet, cum ea surripiet nemo: sicut ecõtra nũc retinens innumera patieris incommoda. Tanquam enim canis, ita diabolus diuitibus insilit, tanquam buccellam, uel placentã tenenti puerulo uolens auellere. Demus igitur ea patri. Et si diabolus factũ hoc uiderit, omnino recedet: cum uero recesserit, tunc ea pater omnia dabit in tuto, quum ille non poterit infestare in futuro seculo. Nunc enim à paruis infantibus qui à canibus uexantur, nihil diuites differunt, omnibus circa eos latrãtibus, laniantibus, trahentibus, non hominibus tãtum, uerũ & illiberalibus passionibus, ingluuie uentris, ebrietate, assentatione, & omni intemperãtia. Et si fœnerare quidem suppetat, multum dantes conquirimus, & gratos cõsideramus: hic autem contrariũ facimus. Grate suscipientem deum, & non centesimam partem, sed centuplũ præbentem dimittimus: at ne sortem quidem nobis reddituros quærimus. Quid enim nobis uenter reddet, qui plurima consumit? stercus & corruptionem. Quid autem inanis gloria? liuorẽ & inuidiam. Quid uero auaritia? curam & solicitudinem. Quid intemperantia? gehennam, & ueneniferum uermem. Hi nãq; sunt diuitum debitores, has sorti iungentes usuras, præsentia mala, pœnasq; futuras. His igitur quæso, ad tantam mutuabimus ultionem, & nostra Christo nõ credemus, cœlum pretẽdenti, æternam uitam, & arcana bona? Et quam inueniemus excusationẽ? Cur enim non das illi qui proculdubio daturus est, & plura daturus: fortasse, quoniam post multum dat temporis? Atqui & hic præbet. Non mentitur enim
Matt.6 qui dicit: Quærite regnũ dei, & hæc omnia apponẽtur uobis. Vidisti liberalitatis magnitudinem? Illa ibi seruata sunt, inquit, & non diminuuntur: præsentia uero in adiectionis & superabundantiæ loco tibi largior. Præterea uero post longum recipere tempus, tibi talẽtum multiplicat: fœnus

Gen.4

enim efficitur maius. Nam & in mutuãtibus hoc A facientes uidemus fœneratores, poſt multum tẽporis redimentib. libentius fœnerantes. Qui nanque ſtatim totum reddit, uſuræ curſum interrumpit: qui uero diu retinet, maiorem facit & operationem. Itaq; in hominibus quidẽ dilationem nõ ægrè ferimus, uerũ & ſtudemus, ut maior efficiatur: apud deum uero tam puſillanimiter nos gerimus, ut ꝓpter hoc torpeamus & retrocedamus. Et quidẽ, ſicut dixi, hic quoq; præbet dictam cauſam, & aliud quiddam maius diſpenſans, illic totum ſeruatur. Eorum enim quæ dantur, magnitudo, & illius donationis decor prẽſentis uitæ tranſgreditur utilitatẽ. Nec enim in corruptibili & caduco corpore illas immarceſcibiles fas eſt accipere coronas, nec in præſẽti tumultuoſa plenaq; tur B bationis conuerſatione multas habente mutationes, immotam illam & imperturbatam ſortem acquirere. Et ſi quis aurum quidem tibi debẽs, in aliena morãti regione, nec habenti ſeruos, neq; domum reportare præualenti mutuum ſe dare promitteret: etiam ac etiam rogares, ne tibi peregre, ſed domi potius id erogaret. Illa uero ſpiritualia & ineffabilia uis hic accipere? & quantæ ſunt iſta dementię? Nã ſi hic quidem ceperis, omnino corruptibilia recipies: ſi uero tempus illud expectes, incorrupta tibi reddet & immortalia. Si recipis hic, plumbum recepiſti: ſi uero illic, probatum aurum, ueruntamen neque præſentibus te priuauit.

Matt.19 Cum illa nanq; promiſſione & alteram poſuit, ita dicens, quòd omnis qui cœleſtia diligit, cẽtuplũ C accipiet in hoc ſeculo, & uitam æternam poſſidebit. Si uero centuplum non capiamus, nos autores qui tantum reddere ualenti non mutuamus. Quoniam omnes qui dederũt, tanta receperunt, licet pauca dederint. Quid enim magnũ, quæſo, Petrus erogauit? Nónne rete fractum, & calamũ, & hamum duntaxat? uerũtamen ei deus orbis terrarum domos reſerauit, & terrã explicuit, & mare. Et omnes eum ad ſua uocabãt, quin potius & ſua uendẽtes ad ipſorũ pedes pretia deferebant, nec in manus quidem immittentes, non enim audebant, tãtum eis & cum largitate tribuebant honorem. Sed ille Petrus erat, inquies: & quid hoc? homo. Non enim hæc ſoli Petro promiſit, neq; di D xit: Tu uero Petre centuplum accipies ſolus: ſed, Quicũq; reliquerit domos, uel fratres, cẽtuplum accipiet. Nõ enim perſonarum dixit differentiã, ſed rerum merita. At, inquies, infantum mecœtus circũſtat, & illos diuites relinquere cupio. Quam igitur ob rem eos faciamus pauperes? Nã ſi ipſis quidem omnia dimittas, periculoſę rurſum cuſtodiæ tuæ cũcta cõmendaſti. Si uero deum eis relinquas hæredem & tutorem, innumeros reliquiſti theſauros. Sicut cũ noſipſos ulciſcimur, deus nos non defendit: quum autem ipſi concedimus, pluſquàm expectamus, efficitur: Sic & in pecuniis, ſi nos earum curam gerimus, ab earũ ille prouidentia recedet: ſi uero totum in eum proiiciamus, & eas, & filios in omni ſecuritate conſtituet. Et quid mirum ſi hoc apud deum contingit, cum & in hominib. hoc ipſum euenire uidere poſſumus? Nã ſi neceſſariorum neminem ad liberorum tutelam aduocaueris, cõfunditur & erubeſcit frequenter, & qui ſpõte uolebat his acriter ingruere. Si curã igitur in eum proiiciás, tanquam magno decoratus honore, maximam & ipſe reddet retributionem. Si uis itaq; multas filiis diuitias relinquere, deo relinque tutelam. Qui enim te nihil operato, & animam dedit, & corpus plaſmauit, & gratiam donauit, cum tantam liberalitatẽ uiderit exhibẽtem, & res illorum ſibi cum illis diſtribuentẽ: quomodo nõ omnes eis aperiet diuitias? Si enim Helias modica paſtus farina, poſtquam uidit mulierem illam ſe filiis prætuliſſe, indeficiẽtes areas, & torcularia in uiduæ domo præſtitit: cõſidera quãtam Heliæ dominus oſtendit charitatem. Hoc itaque ne conſideremus, quomodo filios diuites relinquamus, ſed quomodo uirtute præditos. Nam ſi diuitiis confidant, nil aliud curabunt, habentes unde morum malitiam obumbrent pecuniarum abũdãtia. Si uero ſe uiderint illarũ eſſe cõſolatione deſtitutos, omnia faciẽt, ut aliquam paupertatis releuationem per uirtutem inueniant. Ne diuitias itaq; relinquas, ut relinquas uirtutem: extremæ nanq; ſtoliditatis eſt, uiuẽtes quidem eos nõ facere omniũ dominos: mortuos autem multam iuuentutis facilitate præbere licentiam. Atqui uiuentes quidẽ, & pœnas exigere poterimus, & male rebus utẽtes, cohibere & refrenare. Si uero morientes præter orbitatem, & iuuẽtam, diuitiarum quoq; potentiam præbeamus, in mille pręcipitia miſeros impellemus & infelices illos, ignem igni adiicientes, & atroci oleum inſtillãtes fornaci. Itaque ſi uis diuites in tuto relinquere, deum ipſis relinque debitorem, & hoc eis chirograph m trade. Nam ſi pecunias quidem ipſi ceperint, neque cui dent, norunt: ſed in multos incidẽt calumniatores & ingratos. Si uero præueniens ea deo fœneraueris, indireptus iam manebit theſaurus, & erit cum multa copia retributio. Etenim gratiam habet & debens & erogãs nobis deus, & fœneratores ſuos non fœneratis iucundius intuetur. Et quibus maxime debet, hos maxime diligit. Itaq; ſi uis eum ſemper amicum habere, multorũ cõſtitue debitorẽ. Nec enim ita fœnerator debitores habens gaudet, ſicut deus creditores habẽs delectatur. Et quibus quidẽ nihil debet, hos refugit: quibus uero debet, ad hos accurrit. Igitur omnia faciamus, ut ipſum habeamus debitorem. Hoc enim fœnorum tempus eſt, & nunc in neceſſitate conſtitutus eſt: niſi igitur nũc ei dederis, poſtquã hinc migraueris, tui non indigebit: hic enim ſitit, hic eſurit: ſitit autem, poſtquã tuam ſitit ſalutem. Et propterea quoq; mendicat, & nudus circumit tibi negotians uitam immortalem. Eum itaq; ne deſpexeris. Non enim uult cibari, ſed cibare: non induí, ſed induere, & aureum illud tibi parare indumentum, & regalem ſtolam. Nónne uides & medicorum ſtudioſiores, quum ægrotos lauãt, & ſe licet nihil indigentes lauare? ſic & ipſe propter te laborantem omnia facit. Propter hoc neq;

te cum

te cum uiolentia repetit,ut tibi magnam det retri
butionem,ut discas, quòd non opus habens exi-
git,sed tuam implẽs utilitatem. propter hoc & in
uili te petit habitu, & dexteram extendens: neq;
si dederis obolum auersatur:neq; etiam si spreue-
ris, abscedit, sed ad te rursum accedit: uehemen-
ter enim amat,inquam,salutẽ nostram. Pecunias
itaq; contemnamus,ne à Christo condemnemur,
contemnamus pecunias.Si enim eas hic custodi-
mus,eas omnino perdemus & hic & illic.Si uero
multa cum largitate dispensamus,multam in utra
que uita felicitatem assequemur.Qui uult itaq; di
ues fieri,fiat pauper,ut diues euadat: expẽdat, ut
colligat:dispergat,ut cõgreget. Si autem hæc no
ua uidentur & mirabilia,seminantem animaduer B
te, & considera quòd nec ille posset aliter plura
colligere, nisi quæ habet, dispergeret, & parata
præmitteret.Seminemus igitur & nos cœlum, ut
cum multa metamus opulentia, & æternis potia
mur bonis, gratia & benignitate domini nostri
Iesu Christi,per quem,& cum quo patri gloria,si-
mul & sancto spiritui,nunc & semper, & in secu-
la seculorum,Amen.

QVOD NON DATVR PARITER SE-
cundum deum, & secundum mundum gaudere.
Et contra eos qui ebrietati uacant & delicijs. Ho
milia LIIII. Ex Actibus apostolorum.

ALA res est ubique remissio charissi-
Gen.3 me, & propterea ab initio Adæ dictũ
M est: In sudore uultus tui uescêris pane
tuo:& ut ex afflictione multa ad requi C
em peruenientes, deo gratias agant.
Magnum enim bonum est tribulatio: audi nan-
Psal.118 que Prophetam dicentem: Bonum mihi domi-
ne,quia humiliasti me.Si uero magnis & mirabi-
libus uiris magnum quid est tribulatio,multo ma
gis nobis.Si uero uultis & ipsam per se tribulatio
nem inquiramus.Sit aliquis ualde gaudens,& læ
tus, & effusus, quid turpius? quid hoc stolidius?
Sit aliquis dolens,& mœstus,quid hoc est sapien
Eccles.7 tius? Melius est enim, inquit, in domum luctus
ire, quàm in domum risus. Fortasse quidem &
quæ dicuntur, repellitis: tamen uideamus qualis
Adam fuerit in paradiso, & qualis postmodum:
qualis antea Cain,& postea qualis. Non enim fir
ma stat anima sede,sed tanquàm à quodam flumi D
ne tollitur, & eleuatur à uoluptate, nihil habens
stabile,& ad repromissiones facilis, prompta ad
pollicitationes, & multa cogitationum fluctua-
tio,intempestiuus risus, hilaritas ratione carens,
multa uerborum & superflua nugacitas. Et quid
alios commemorem sanctos? Vnum profera-
mus,& intueamur quis in uoluptate quidẽ, quis
autem esset in tristitia. Vultis ipsum Dauid uidea
mus,quum in uoluptate foret & lætitia, propter
multa trophæa, propter uictoriam & coronas,
propter delicias & fiduciam, uide qualia & dixit
Psal.29 & fecit: Ego autem dixi, in abundantia mea, in-
quit,nõ mouebor in æternum. Postquam autem
in tribulatione constitutus est,audi quid dicat: Si
autem dixerit,mihi non places, præsto sum, faci-

A at quod bonum est coram se. Quid hisce uerbis 2.Reg.15
modestius? ait enim: Quomodocunque deo gra
tum est,ita sit. Et iterum ad Saulem ait: Si domi-
nus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium 1.Reg.18
tuum. Et tunc quidem quum in tribulatione fo-
ret, & inimicis parcebat: post hæc uero nec ami-
cis, nec his qui nullam intulerant iniuriam. Rur-
sum Iacob quum in tribulatione fuit, dicebat: Si Gen.28
dederit mihi dominus panem ad uescendum, &
uestimentum ad induendum. Quoniam & Noe
filius antehac quidem nihil tale fecit, postquam
uero de salute confidit,qualis factus est contume
liæ patrator? Et Ezechias quidem cum esset in
tribulatione, uide qualia pro salute faciebat, &
sacco induebatur,& quæcunque talia:postquam
uero uoluptatem incurrit, de cordis sui cecidit
altitudine: ait enim: Cum comederis & bi-
beris, & fueris impletus, attende tibimetipsi,
præceps enim est locus deliciarum. Attende, in-
quit, tibimetipsi. Cum tribulabantur Israelitæ,
tanto plures fiebãt:postquam autem eos dimise-
runt,tunc omnes perierunt. Et quid antiquorum
exempla cõmemoro? Nunc uideamus, si placet,
nonne cum in secundis rebus sunt plures,efficiũ-
tur inflati,omnibus inimici,iracundi,quum adest
potentia:cum uero fuerit ablata,mãsueti sunt ho-
mines,& humiles, & in ppriæ naturæ cogitatio-
nem ueniũt:ideo inquit: Tenuit eos superbia, pin-
dijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Hæc mihi di Psal.27
cta sunt,ut non omnibus modis lętitiam exquira
mus.Quid ergo Paulus ait:Gaudete semper? Nõ Phil.4
simpliciter dixit,gaudete:sed addidit,in domino.
Hęc maxima lętitia, quali gaudebãt apostoli,ex
carceribus scilicet,flagellis,persecutiõibus, male
dictis,ex omnibus tristibus principium habẽs &
radicem,atq; materiam,unde & ad bonum perue
nit exitum:quæ uero mundi est,in contrarium:in
cipit qdẽ à suauibus, at in mala desinit. Nec ego
secundum dominum gaudere prohibeo,imò ue-
hemẽter exhortor.Flagellabant apostoli, & gau
debant:uinciebantur,& gratias agebant: lapida-
bantur,& prædicabant.Hanc & ego quæro læti-
tiam, ex nulla re corporali principium habẽtem,
sed ex spiritualibus. Nõ licet secundum mũdum
gaudentem,pariter & secundum deum gaudere.
D Quomodo enim qui secũdum mundum gaudet,
gaudet in diuitijs,in delicijs,in gloria atq; poten-
tia & elatione:qui uero secundum deum, in igno
minia propter eũ,in paupertate,in ieiunio,in mo
destia. Vides q; cõtrariæ sunt occasiones: quotq;
hic citra lætitiam sunt, & citra tristitiã: quotquot
citra tristitiã hic sunt,& citra uoluptatem. Et hæc
reuera sunt,quæ ueram faciũt lætitiam, quoniam
illa lætitiæ tantum nomẽ habent, quũ omnia sint
in tristitia.Quãtam habet tristitiã superbus? quo-
modo cruciatur,dum extollit, innumeras sibi cõ
tumelias inferens,multum odij,multum inimici-
tiæ,liuoris multum,multũ inuidiæ. Quòd si à ma
ioribus contemnatur, dolet: si non super omnes
insurgat,roditur. Humilis aũt est in magna uolu-
ptate,honorẽ expectans à nemine: si fortasse qui

dem honoretur, gaudet: si uero non honoretur, A nec dolet: gratum enim habet, quòd honoratus non fuerit, ipsum autem præsertim afficit contumelia nemo. Igitur ex eo quòd honorẽ, & honorari nõ requiramus, magna uoluptas: illic autem contrarium, & quęrit honorem, & non honoratã: non autem æqualiter honore lætatur, & qui quærit eum, & qui nõ quęrit. Ille quantumcunq; ceperit, se nihil accepisse putat: hic uel si parũ exhibueris, quasi totum acceperit, suscipit. Rursum qui delicijs uacat, innumeras habet molestias, licet de facili & tanq; ex fontibus ipsi prouentus affluãt, ex delicijs nascentia patitur mala, & futurorũ incertitudinem. Hic autem in securitate semper est, & in uoluptate, qui uictus tenuitati semetipsum assuefecit. Non enim ita semetipsum miserũ uocat, B quoniam opiparæ mensæ particeps non est: sicut gaudet, futurorũ nõ metuẽs incertitudinem. Ex delicijs uero quãta sint mala, nemo nescit. Necessarium autem & nunc dicere, quòd duplex bellũ, & animę & corporis: duplex tẽpestas, duplex & morbus: Nec hoc tãtum, uerum & insanabilis, & magnas afferẽs calamitates. Sed nõ tale quid est

Eccles.31 tenuitas, sed duplex est sanitas, duplex bonũ. Somnus sanitatis, inquit, in homine parco. Nã mensura quidẽ semper est desiderabilis, immodestia uero nequaquam. Modicæ scintillæ multã ligno rum pyram superpone, iam nõ ardentem uidebis ignem, sed multum insuauem fumũ. Viro ualde forti & magno onus impone uires excedens, & cum onere uidebis humi iacentem & proiectum. Multũ onus ingere nauigio, & graue feceris nau C fragium, quale quidẽ & hoc est. Sicut insuper plenis nauigijs multus est tumultus nautarũ, gubernatoris, proretæ, & remigum, qui superiora quidem in mare iaciunt, inferiora uero & seipsos perdentes pereunt, & quod omnium est turpissimũ, os posteriorum partium assumit usum, & illud fit ignobilius. Si uero in ore tanta turpitudo, cogita quanta sit in anima. Nam & illic omnia tenebræ, omnia tẽpestas, omnia caligo, multus cogitationum clamor, dum premuntur & tribulantur, ipsa calumniam anima proclamante, omnibus sese accusantibus, aduocantibus, supplicantibus interiorem fimum alicubi reponi: & postquam eiectus fuerit, nec ita sedatur tempestas, uerum & febris, D & ęgritudines. At, inquies, quomõ licet hos cernere delicijs uacantes, bene ualentes, qui super equos uehuntur? Quid, inquis, temere nugaris ægritudines nobis dicens: Ego quidem ægroto, & distrahor, & deturpor: ego qui non habeo quod comedam. Hei mihi, lachrymis enim digna sunt ista uerba. Pedibus uero dolẽtes, qui uehiculis gestantur, compeditos unde, quæso, uidebimus? Et nisi rem cõtumeliam putarent, & uerba imperatoria censerent, iam & nominatim eos protulissem. Sed sunt quidam qui bene ualent, quoniam non solis uacant delicijs, uerum & laboribus. Nã da mihi hominem semper se pinguefacientem, sine dolore iacentem, curantem nihil, licet infinitorum concurrat medicorum multitudo, ab ægritudinibus eum eruere non poterit: nec enim ita se habet rei natura. Medicinalẽ enim uobis sermonem commemorabo. Ex his quæ mittuntur in uẽtrem, nõ solum alimẽtum efficitur, quoniam nec in ipsa nutrimenti natura totũ est nutritiuum, sed eius quidẽ aliquid in secessum dissoluitur, hoc autem in nutrimentum. Igitur si perfecte quidẽ conficiatur, hoc efficitur, & propriũ acceperit locum: & sanum quidem & bonum in propriũ currit locum: superfluum autem & inutile descendit, & excernitur. Si uero nimium ingeratur, & quod ex eo nutritiuum est, noxiũ efficitur. Et ut exempli gratia loquar, quòd res uobis reddatur manifestior. Tritici quidem hoc est siligo, hoc farina, hoc furfur: igitur si mola quidem sit idonea molere, hæc omnia separauerit: si uero plus ingesseris, confuderis omnia: itidem & uinum, si congruam coctu-

B

ram, & temporũ assequatur temperiẽ, quoniam citra quidem hoc, omnia cõfusa sunt: post hęc uero hoc quidẽ in fecem subsidet, hoc autem in spumam exilit, hoc uero in gustantium usum: & hoc est bonum, quod nunq; facile subuertetur. Quod uero dicũt tropiam, neq; uinum est, neq; fex, omnibus commixtis. Hoc & in flumine quispiam uiderit, quum aquarum uortex efficitur. Sicut tunc mortuos uidemus pisces adnãtes, & fimi crassitudine oculis captos: itidem & in nobis efficitur, quum multus ingluuiei superne fluxerit imber, postquam omnia cõmouerit, mortuas adnare facit cogitationes pridem sanas, & in puro uiuentes. Postquam igitur ex multis est exemplis damni magnitudo nobis probata, hos beatos uocare desinamus in his quibus miseros uocare decebat, deflere uero in quibus beatos oportebat appellare, & mediocritatem diligamus. An nõ auditis & medicos dicẽtes, egestas sanitatis est mater? Ego uero nõ tantum corporalis matrem sanitatis egestatem dico, uerum & animæ, hæcq; Paulus uere medicus clamat, inquiens: Habentes autem uictum & uestitum, his cõtenti simus. Pareamus igitur ei, ut in bona ualetudine quę facere decet, agamus. Dic enim mihi, si quis tibi cicutam dedisset bibendam, nónne præter naturam foret? si quis lapides & ligna, nónne auersatus fuisses? Verisimiliter & meritò, præter naturam enim est. Tale quid sunt & deliciæ. Sicut enim hostibus urbem subeuntibus, & obsidione facta & perturbatiõe, multus efficitur tumultus: ita fit & in anima, subrepente uino cum delicijs. Cui uæ? cui tumultus? Prou.23 cui molestię, cõtentiones, & rumores? Cuius oculi liuidi? nõne uino indulgẽtibus? Sed enim quæcunq; dixerimus, in delicijs occupatos nõ separabimus, nisi passionẽ aliam oppoſuerimus. Et primum quidẽ nobis ad mulieres sit sermo: nihil muliere delicijs dedita turpius, ebria fœdius nihil: ipsius aspectu flos deletur, oculorum tranquillitas, & mansuetudo turbatur, quasi nebula quadã radios subeunte solares. Opus illiberale, ac seruile, omniq; plenum ignauia. Quàm est iniucunda fœtens, uinum olens putrefactũ, mulier carniũ corruptarum succum eructans, grauata, nec surgere

C

1.Tim.5

ualens

ualens,plus æquo rubens,oſcitatione plena, mul A
taq; caligine? At non eiuſmodi quæ delicijs abſti
net,ſed ſpecioſior&modeſtior:etẽ corpori mul
tum affert decorem animę compoſitio, ne tãtum
enim ex corporalibus formis hunc efficí cenſeas.
Da ſpecioſam puellam,turbatam,loquacem,iur-
gioſam,ebriam,ornatam, nõne turpiſſima quaq;
fœdior eſt? ſi uero uerecũda,ſi taceat, ſi erubeſce-
re diſcat, ſi moderate loquí, ieiunijs uacare, du-
plex pulchritudo,ſpecies maior, deſiderabilior a
ſpectus,modeſtia plenus & ornatu. Vis iam & de
uiris dicamus? Quid ebrio turpius? familiarib.de-
riſibilis,deriſibilis inimicis,apud amicos miſerabi
lis,infinita dignus damnatione, fera magis eſt q;
homo.Multa nãq; uoracitas pardaleos, & leonis
eſt,& urſę,& meritò,nõ enim habent rationalem B
animam.Et tamẽ & illa ſi plus neceſſitate,& mẽ-
ſura ipſis à natura definita comederint,totum cor
pus corrumpunt:quanto nos autem magis? Pro-
pterea nobis in breue uentrẽ deus coarctauit, p-
pterea breuem ſtatuit cibi mẽſuram,ut animę cu-
ram gerere doceret. Ipſam noſtri compoſitionẽ
diſcamus, & unam in nobis partem hãc operatio
nẽ habere uidebimus. Os nobis & lingua ad lau-
des eſt aſſignata diuinas,guttur ad uocem.Et pro
pterea nos naturę neceſſitas cõſtrinxit,ut nec in-
uiti cadamus in nimiam repletionẽ. Itaq; niſi deli
ciæ labores haberent,& ægritudines,& infirmita
tes,eſſet fortè tolerandũ: nũc uero tibi naturæ ter
minos poſuit,ut neq; uolens trãſgrediaris. Nõne
uoluptatem quęris dilecte? hãc ab eo quod ſatis C
eſt,inuenies.Nonne ſanitatem? & hanc.nonne ſe
curitatem? & hanc.nonne libertatem? nonne cor
poris robur? nonne bonam habitudinem,& ani-
mi ſolertiam? nonne uegetationem? iſta ſunt hic
omnia bona:in illa uero contraria, iniucunditas,
malahabitudo,ęgritudo,illiberalitas,impẽſa. Vn
de igitur,inquit,omnes ad hanc concurrimus? ex
morbo.Dic emẽ mihi, quare quod lædit, ægrotus
inquirit? nõne &hoc ipſum ęgrotare ſignum eſt?
Quare claudus recte nõ ambulat,cum hoc ipſum
non ex torpore fit, nec eo quòd ad medicũ ire no
lit? Rerum enim hæ quidem temporariam habẽt
uoluptatem,pœnam autem perpetuam: hæ uero
contrarium,patientiam quidem temporaneã, de
lectationem uero continuam.Itaq; tam mollis & D
ignauus,ut pro futuris præſentia nõ deſpiciat, ſta
tim capiẽ. Dic enim mihi, unde captus eſt Eſau?
unde præſentem uoluptatẽ futuro præpoſuit ho-
nori? ex ſegnitie &mollitie.Hoc autem ipſum,in
quit,unde? Ex nobiſipſis. Et inde patet, cũ uolu-
mus,noſipſos excitamus & tolerantes efficimur:
ſi quando itaq; neceſſitas uenerit, frequenter aũt
& contendentes dũtaxat utile cognoſcimus. Cũ
igitur delicijs uacaturus es, conſidera uoluptatis
momentaneum,&damnum(uere ſiquidem dam
num eſt, cũ propria pernicie tot abſumere pecu-
nias)ægritudines,infirmitates, & contemne deli
cias. Quot tibi uis enumerẽ ex delicijs mala per-
Gen.9 peſſos? Noe factus eſt ebrius,& denudatus, & ui
de quot ex hoc orta ſunt mala. Eſau per ingluuiẽ

primogenita perdidit,&ad fratricidium animum
dedit.Populus Iſrael ſedit mãducare & bibere, & Exod.32
ſurrexerũt ludere,&propterea dicitur:Cum man Deut.6
ducaueris,& biberis,memento domini dei tui.In
præcipitium enim ceciderunt,in delicias delapſi. 1.Tim.5
Vidua illa delicijs uacans,uiua mortua eſt.Et ite- Deu.32
rum:Impinguatus eſt,& incraſſatus, & recalcitra
uit dilectus.Et iterum Apoſtolus ait: Curam car- Rom. 13
nis ne feceritis ad concupiſcentias. Non promul
go ieiunium,nec enim eſt qui audiat:ſed tollo lu-
xum, præcido delicias propter utilitatẽ ueſtram:
tanquam enim torrens omnia delicię ſubuertũt,
nihil eſt qd eas coerceat, eijciũt ex regno. Quid
amplius? uis frui delicijs? da pauperi, uoca Chri-
ſtum,ut & poſtquam mẽſa remota fuerit, habeas
quibus fruare delicijs.Nam nunc quidem non ha
bes,& meritò:tunc autem habebis. Vis deliciari?
animam paſce,trade ipſi cibos quorum conſuetu
dinem habet,eam ne fame perimas. Tempus bel
li,tẽpus certaminis,tu uero ſedes in delicijs. Nõ-
ne uides & regijs prępoſitos in exteriorib.caſtris
tenuiter uiuentes? Non eſt nobis lucta aduerſus
ſanguinem & carnem,tu uero luctaturus temetip Eph.6
ſum impinguas? Stat ſtridẽs dentib.aduerſarius,
tu uero diffunderis,& menſis uacas.Noui me ne-
quicq; hęc dicere,ſed nõ omnib.Qui habet aures Luc.8
audiẽdi,audiat.Chriſtus fame tabeſcit,tu uero uo
racitate temetipſum diſtendis, duæ immodeſtiæ.
Quid enim mali non faciunt delicię? ſibijpſis cõ
trarię ſunt. Vnde neſcio quomodo nomẽ hoc ha
beãt:ſed ſicut gloria,quum ignominia ſit:& diui-
tiæ,cum ſit paupertas, uocatæ ſunt:ſic & delicię,
cum iniucunditas ſit.Nunquid enim mactandi ſu
mus, quoniã noſipſos ſaginamus? Quid lautam
uermibus menſam apponis? quid maiorem alis
ſaniem? quid fœtentes ſudorum fontes reponis?
quid ad omnia temetipſum reddis inutilem? Vis
oculum fortem fieri? fac corpus robuſtũ. Nam &
in chordis,craſſa quidem & immunda ad cantus
ſuauitatem inutilis eſt:undiq; uero raſa,intẽſa eſt,
& cõſonantiſſima.Quid animã obruis? quid pa-
rietem facis craſſiorem? quid multum fumũ &ne
bulam,cum uapores tanquam caligo quædã un-
diq; reddantur? Si non alius quiſquam, te ſaltem
athletę doceant,quoniam gracilius corpus eſt &
fortius,&anima fortior aurigę ſimilis eſt &equo.
Sed illic uides,ſicut in his qui delicijs uacãt,& car
noſis:ſic & equi carne fluentes motus ſunt diffici
lis,& multos aurigis labores præbẽtes.Optabile
eſt, facilem & expeditũ agẽtem equum brauium
accipere:cum autem eum auriga trahere cogitur,
& frequentiſſime cadẽtem ſtimulans, nec ita qui
dem excitare poteſt,licet ipſe ſit ualde peritus, ui
ctoria priuabitur.Ne noſtram contemnamus ani
mam,propter corpus calumniam patientem: ue-
rum & illam faciamus perſpicaciorẽ,alas ei leues
nectamus,molliora uincula, rationib. eam paſca
mus.Satis eſt, quãtum ut ualeat corpus dũtaxat,
tantum ut ſit robuſtum,gaudeat &non doleat,ut
quum ita bene noſtra diſpoſuerimus, ſummã poſ
ſimus uirtutem apprehẽdere,& ęternis potiri bo

nis, gratia & miſericordia domini noſtri, Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſimul & ſancto ſpiritui gloria, honor, imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

CONTRA LVXVRIANTES ET DEDITOS delicijs, & de præſentis ſeculi conſummatione. Homilia LV.

NON tam uehementer fluuialium aquarum curſus ripas corrodere, & ſubmittere ſolet, ſicut delicíæ & luxus omnia ualetudinis noſtræ firmamenta facile ſubruere. Siue nanq; medicinalem ingrediaris officinam, & accedens interrogaueris, omnes fere morborum cauſas illinc inuenies eſſe. Vilis enim tenuiſq; menſa ſanitatis mater eſt, & eam propterea medicorum pueri ita nominauerunt: non ſaturari quidẽ uocãtes ſanitatem (cibi nanque penuria ſanitas eſt) minus ueſci ſanitatis matrem appellantes. Si uero mater eſt ſanitatis egeſtas, patet q; ſaturitas ægritudinis mater eſt, & infirmitatis, morbosq; parit, ipſorum quoque medicorum artem tranſgredientes: pedum enim dolores, & capitis grauedines, & uertigines, & manuum cruciatus, & tremores, & remiſſiones, & arquatus, & longæ febres & æſtuoſæ, & alia his multo plura (non enim omnia percurrere uacat) non ex indigentia, parcoq; uictu, ſed ex crapula & ſaturitate naſci ſolent. Si uero uis animi morbos inde naſcentes uidere, auaritię, mollitiæ, melancholiæ, ignauiæ, intemperantiæ, omnis ignorantia hinc habent principium. Nihilo nanque fiunt aſinis meliores animi talium menſarum delicias ſectantes, tot feris diſtracti. Dicam & quot triſtitias & moleſtias habeant delicijs inhærentes. Omnes quidem recenſere non poſſumus, at uno capite totum reddam manifeſtum. Hanc enim ipſam lautam menſam cum uoluptate nunquam attingunt. Egeſtas enim ſicut ſanitatis, ſic & uoluptatis eſt mater: Saturitas autem ſicut morborum, itidem & faſtidij fons atq; radix eſt. Vbi nanque ſatietas fuerit, non poteſt eſſe appetitus: abſente uero appetitu, quomodo poſſit adeſſe uoluptas? Propterea non tantum pauperes diuitibus prudentiores inuenimus, uerum & maiorem aſſequentes delectationem. Quibus omnibus animaduerſis, ebrietatem fugiamus atq; delicias: non tantum in menſis, uerum & in omnibus ſecularibus negotijs, & pro illis recipiamus ex ſpiritualibus uoluptatem, & iuxta Prophetam delectemur in domino: ait enim, Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sicut autem domum pulchram, quum aer appropinquauerit, ſplendidam oſtendit: itidem & aſpectum ſpecioſum hilaritas animæ meliorem exhibet: Si uero ſit in triſtitia, & doloribus, deformior redditur. Mœſtitiam uero morbi faciunt, & cruciatus: porrò morbos corporis mollities ex multis conflata delicijs. Igitur & propter hoc, ſi mihi parebitis, fugietis delicias. Sed uoluptatem, inquies, habet delicijs frui. At non tantam quantas infeſtationes. Nam uoluptas quidem ad gutA B C D

Pſal. 36

tur uſq; peruenit & linguam: remota nanq; menſa, uel uorato cibo, ſimilis eſt illi qui nõ guſtauit, imò longe peior, onera inde ferens, & capitis grauedinem, & ſomnum morti ſimilem: frequenter autem & inſomniam ex crapula & ſpiritus præcluſione & eructatione. Et innumera uentri imprecatus es, quæ magis erant imprecanda immodeſtiæ. Ne corpus itaque ſaginemus, ſed Paulum audiamus dicentem: Curam carnis ne feceritis in concupiſcentiam. Sicut enim ſi quis in cloacam cibos deijciat, ita quoque qui mittit in uentrem: imò uero non ita, ſed multo peius. Hic nanque cloacam nullis afficit malis, illic autem & innumeros parit morbos. Quod enim nutrit tantum, eſt mediocritas, quod & confici poteſt: quod uero ſupra neceſſitatem affluit, non modo non nutrit, uerum & illud corrumpit: ſed hæc nemo uidet ex quadam intempeſtiua uoluptate & temeritate. Vis corpus alere? tolle ſuperfluum, da quod ſatis eſt, & quantum concoquere poteſt, ne aggraues ipſum, ut nõ ſubmergas. Quod ſatis eſt, eſt cibus & uoluptas: nihil enim ita uoluptatem parit, ſicut cibus bene digeſtus: nihil ita ſanitatem, nihil ita ſenſuum uelocitatẽ, nihil eſt quod ita morbos expellat. Sufficiens enim modus & uoluptas eſt, & alimentum & ſanitas: plus autem, & pernicies, & faſtidium, & ægritudo. Quę nanq; facit fames, hęc & ſaturitas facit: imò uero grauiora. Nam illa quidem paucis abſoluit diebus, & hominem liberat: hæc autem corpus abſumens & tabefaciens, diuturnę tradit ęgritudini, & morti demum atrociſſimæ. Nos uero famem certè rem abominãdã cenſemus, ſed ad ſaturitatem hac peiorem currimus. Vnde igitur hæc ægritudo? unde hic furor? non dico ut nos abſumamus, ſed tãtum comedamus quod & uoluptatem habeat, quæ uere uoluptas ſit, & corpus alere poſſit, & ordinatũ, & nobis ad animæ congruum actiones, & bene firmatum, & compoſitum reddere. Cum uero delicijs ſuperabũdauerit, clauos ipſos, ut ita dicam, & iuncturas ex undatione continere nõ poteſt compactas: ſubrepẽs enim æſtuatio totum diſſoluit atq; diffundit. Carnis itaq; prouidentiã ne feceritis ad concupiſcentias: bene dixit: delicię namque ſunt abſurdarum occaſio cupiditatũ. Licet omnium ſit ſapiẽtiſſimus qui delicijs uacat, aliquid ipſum pati neceſſarium eſt: à uino, cibis, neceſſe diſtendi, neceſſe maiorem flammam ſuſtinere: hinc fornications, hinc adulteria. Non enim uenter eſuriens amorẽ parere poteſt, uel potius parſimonię deditus. Qui uero malas parit cupiditates, eſt ille qui delicijs languet, & uelut multum humida terra uermes gignit, & humefactus fimus, & multũ habens humorem. Ab illa uero liberatus humiditate, multos affert fructus, quum nimium non habeat humorem: licet nõ excolatur, herbã producit: ſi uero colatur, fructus. Ne carnem itaq; reddamus inutilem, neq; ſegnem & noxiam, ſed utiles fructus in ea plãtemus, & ligna fructifera, nec ea delicijs ſoluamus. Etenim & illa uermes profructibus emittũt, quum marcuerint: ſic & ingenita cupídi-

Rom. 13

Matt.

cupiditas,si eam irrigaueris,malas parit uoluptates,& quàm absurdissimas.Et propterea de gehẽna iugiter audiamus, ut ex huius minis & timore multum emolumenti capiamus.Nam si deus peccantes in eam deiecturus huius minas nõ præmisisset,in eam multi cecidissent.Si nunc enim timore animas nostras concutiente, sunt aliqui tam facile peccantes, tanquã nec ipsa sit:si nihil horũ dictum fuisset,neq; intentatũ,quid mali non feci sse mus? Itaq; quod semper dico,gehẽna nõ minus, quàm regnum, dei circa nos curam ostendit.Gehenna nanq; cum regno cooperatur ad ipsum homines timore compellens:ne sæuitiæ, neq; crudelitatis rem esse censeamus,sed misericordiæ,multæq; benignitatis & curæ,& dulcis erga nos amoris.Nisi per Ionam subuersio denuntiata fuisset, nõ fuisset prohibita subuersio.Nisi dixisset,quòd subuertetur Niniue, Niniue non stetisset: nisi fuisset intentata gehẽna,in gehennam omnes cecidissemus:nisi prẽnuntiatus ignis fuisset,ignem fugisset nemo.Eorum quæ facere uult contraria dicit,ut quę uult faciat.Non uult mortẽ peccatoris: & dicit mortem peccatoris,ne mittat in mortem. Nec uerbo tantum testatur,uerum & factis ostendit,ut fugiamus. Ne quis uero minas hoc esse solum existimet, uerũ & esse re uera, ex his quæ hic facta sunt,patet.An non tibi uidetur gehennæ signum esse diluuiũ uniuersalis, & omnibus pernicioſæ pluuiæ? Sicut eñ,ait,in tempore Noe erant Matt.24 nubentes & nuptui tradentes:ita tunc quoq; prædixit ante multum temporis, & nunc prædicit ante annos quadringentos, & plures:sed nemo,qui attẽdat.Omnes fabulam rem esse putant, omnes risum,timor habet neminẽ,nemo luget,nemo pectus tundit. Ignis exæstuat, fluuius flamma succẽditur,& nos ridemus,& delicias amplectimur,& licentioſe peccamus.Nullus unquam in mentem illum diem admittit, nullus cogitat,quòd præsentia prætereunt, quòd hæc sunt temporanea, licet ipsis rebus quotidie clamantibus, & uocem emittentibus. Præmaturæ mortes, rerum nostrarum mutationes, nobis etiam uiuẽtibus factæ nos nõ corrigunt, non languores, & reliqui morbi. Nec solum autem in corporibus nostris mutationes, uerum & in ipsis elemẽtis quispiam uidebit:& in ætatibus per singulos dies mortẽ meditemur, & in oñibus semper instabilitas per opera designatur. Nunquam hyems remansit, nunquam æstas, nunquam uer nec autumnus: sed omnia currunt, & uolant,& fluunt.Sed quid dixerim flores? sed quid uis? dignitates,reges, & qui sunt hodie,cras autem non erunt? Sed diuites,sed ædificia splendida,sed noctem et diem,sed solem,sed lunam:an non & ipsa decrescit, ipse uero sol nõ frequenter deficit, non obtenebratur, nõ eum nubes abscondit? Nunquid uisibiliũ quippiam semper manet? Nihil,sed anima sola omnium quæ sunt in nobis, & hanc negligimus:eorum quidem,quæ uariantur,tanquam permanentium,multã gerentes curam: manentis autem semper,tanquam transeuntis nullam habentes rationem. Ille magna potest, sed in crastinũ usq; post hæc uero peribit. Et hoc manifestum ex his qui maiora ualuerunt,& nunc nusq; apparent. Fabula quædam est,& somnium uita: sicut enim in scena aulæo sublato uarietates dissoluuntur,& omnia coruscante luce somnia auolant:ita nunc quoq; consummatione ueniente tam cõmuni,quàm uniuscuiusq;, omnia dissoluũtur & euanescunt.Et lignum quidem quod plantasti,manet:& domus quam ædificas,& ipsa manet:faber autem & agricola abducuntur & pereunt.Et cum hęc fiant,nec ita ueremur:sed tanquã immortales hæc omnia cõparamus,delicijs,& luxui uacãtes.Igitur audi,quid Salomon dicat, qui præsentium experientiam rebus ipsis cepit: Ædi Eccl.2 ficaui mihi domos, inquit, plãtaui ortos & uiridaria, uineas, natatorias aquarum, argentũ, & aurũ factum est mihi,feci mihi cantores et cantatrices, greges & armẽta.Nemo nanq; fuit ita deliciosus, nemo tam gloriosus,nemo tã sapiẽs,tantũ dominans nemo, nemo tantũ ad uota sibi uidit omnia succesisse:quid igitur? nullã ex his cepit utilitatẽ. Sed quid ait post hæc omnia? Vanitas uanitatũ, & oñia uanitas. Non simpliciter uanitas,sed per excellentiã. Ei quæso credamus, & res apprehendamus, in quibus non est uanitas,ubi ueritas,ubi cuncta firma sunt atq; stabilia, ubi sunt omnia supra petrã ædificata:ubi senectus non est,neq; trãsitus:ubi florent oñia, omnia uigent,ubi nihil ueterascens, senescens nihil, nihil perditioni proximum. Generoſe quæso deũ desideremus,non gehẽnæ metu,sed regni desiderio. Quid enim rogo Christi par uisioni? nihil est.Quid illorum æquale bonorũ gaudio? nihil. Quæ nec oculus uidit,nec 1.Cor.2 auris audiuit,nec in cor hominis ascẽdit,quę præparauit deus diligentibus eum. Illa consequi studeamus,ista contemnamus:nónne frequenter ea damnamus, quoniã nihil est humana uita? Quid circa nihil laboras? Sed splendida respicis ædificia, & horum te fallit aspectus, statim in cœlũ respice.A lapidibus & columnis ad illum decorem oculos reflecte,& uidebis quòd hęc formicarum sint & culicum opera.Cõtemplare spectaculum, ascende ad cœlestia, illinc ædificiorum discе splẽdorem, esse nihil inuenies: sed paruulorum ludibria puerorum. Vides quanto subtilior, quãto leuior,quanto purior sit aer atq; lucidior,quãto magis alta conscendis? Illic qui præstant eleemosynam,domos habent & tabernacula.Hæc in resurrectione resoluuntur, quin potius & ante resurrectionem superueniens tempus corrupit,perdidit atq; dissoluit: & ante tempus autem in ipso plerũque uigore et flore,uel terrę motus prostrauit,uel etiam incendiũ omnia frequenter uastauit. Non enim in solis hominum ætatibus,uerum & in ædificijs præmaturę sunt clades:& frequenter marcida quidem tempore facta, concussa terra,manserunt immota:coruscantia uero fixaq;, & recenter constructa solo tonitru cõcussa perierunt.Et hoc disponente deo fieri cẽseo, ne in ædificijs altũ sapiamus. Vis & aliter non dolere? ad communia ueni ædificia, quorum æquè particeps es & tu.

Non enim est domus, licet sit ualde splẽdida, cœ- A
lestibus splendidior ædificijs. Ibi quantũuis tem-
poris immorare, tua sunt illa, tua sunt, cũ alijs cõ-
munia sunt & non propria. Sed non delectãt: pri
mum quidem consuetudinis est, secundũ autem
auaritiæ: igitur quod delectat est auaritia, nõ pul
chritudo. Igit̃ auaritia delectatio est, & quæ sunt
omniũ, uelle sibi uendicare. Quousq; hic erimus
affixi? Adhæsimus terræ, tanquam uermes, in cœ
no uolutamur. Corpus de terra nobis deus contu
lit, ut ipsum & in cœlum reuehamus, non ut ani-
mam per ipsum ad terram detrahamus. Terrenũ
est, sed si uelimus, efficit̃ cœleste. Vide quãto nos
honore prosecutus est, tale nobis opus præcipiẽs.
Feci, inquit, ego cœlum & terram, do tibi quoq; B
creationem. Fac terram cœlum, nam potes. Qui
facit omnia & mutat, de deo dictũ est: hanc & ho
minibus potestatẽ dedit. Sicut aliquis pater cha-
ritate plenus pingens, nõ ipse solus, sed & filium
ad patrum disciplinam perducere studet. Feci, in
quit, ego speciosum corpus, do tibi melioris crea
Gen.1 tionem, tu bonam fac animam. Dixi ego, Germi
net terra herbam uirentem, & omne lignũ pomi-
ferum: dic & tu, producat ipsa terra fructum pro-
prium, & exibit quicquid facere uelis. Facio æsta
tem & nebulam, firmo tonitru, & creo spiritum,
formaui draconem ad illudendum ei, hoc est dia
bolum, nec hanc inuidi tibi potestatem: illude tu
quoq; si uis: potes enim eum ut passerem uincire.
Matt.5 Facio oriri solẽ super bonos & malos. Imitare tu
quoq;, cõmunica quæ tua sunt & bonis & malis. C
Contumelias patiens tolero, contumeliasq; pa-
rãtes beneficijs prosequor. Imitare etiam tu. Nec
ita benefacias propter retributionem, neq; prop
ter gratiarumactionẽ. Accendi luminaria in cœ-
lo, his splendidiora tu quoq; fac accendas: potes
enim. Eos qui sunt in errore, illumina: maius est il
lud beneficiũ, quàm solem intueri, me agnosce-
re. Hominem facere non potes, sed iustum facere
potes, & deo gratum. Ego substantiam creaui, tu
uoluntatem exorna. Vide, quomodo te diligam,
& in maioribus tibi uirtutem dederim. Videtis di
lectissimi, qualiter honorati sumus, & ex irratio-
nalibus & ingratis quidam dicunt: Quare uolun
tatis domini sumus? hæc omnia quęcunq; percur
rimus, in quibus deum possumus imitari, nisi libe D
rum esset arbitriũ, sectari minime possemus. Do-
minor, inquit, angelis ego, & tu per principium.
In throno regali sedeo, & tu confides per primi-
Ephe.2 tias. Conresuscitauit, inquit, & consedere nos fe-
cit in cœlestibus. Adorãt te Cherubin, Seraphin,
omnis angelica uirtus, principatus, potestates,
throni, dominationes per primitias. Noli corpus
accusare, quod tanto fruitur honore, quod & in-
corporeæ tremunt uirtutes. Sed quid dixerim?
Nõ his tantum amorem ostendo, uerũ & his quæ
passus sum: propter te consputus sum, colaphis
cæsus, gloriam exinaniui, patrem reliqui, & ad te
ueni, qui me oderas & auersabaris: neque nomen
meum audire uolebas. Secutus sum & accurri, ut
te comprehenderem: te mihimet uniui & copula

ui. Manduca me dixi, bibe me, & te sursum ha-
beo, et deorsum tibi connector. Non satis est tibi,
quòd tui primitias sursum habeo? Hoc nõ tuum
satiat desiderium. Et deorsum rursus descendi,
nec simpliciter tibi commisceor: sed connector,
manducor, paulatim attenuor, ut magna fiat tem
peries, commixtio & unio. Nam quæ uniũtur, in
propri̓s permanent terminis, ego uero tecũ con
texor. Nolo deinceps esse quicquã interualli: u-
num utraq; esse uolo. Hæc itaq; scientes, & mul-
tam eius sentientes curam, agamus omnia, quæ
nos magnis ipsius donis nõ indignos ostendere
possint: quæ utinam omnes assequamur in Chri-
sto Iesu domino nostro, cũ quo patri, simul & spi
ritui sancto, gloria, imperium, honor, nũc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

DE MONACHORVM VITA, ET quòd quæ uidetur eorum grauis esse uita, dulci-
or est ea, quæ facilis esse uidetur. Homil. LVI.

VM maiore libertate dilectissimi, ho
die uos alloqui uolo, sed sustinete, ut
C discatis, quòd hæc monachorum ui-
ta & crucifixorum, quę grauis esse pu
tatur, & onerosa, hac quæ facilis &
mollior esse uidetur, multo dulcior est atque con
cupiscibilior. Et huius uosipsi testes, qui frequen
ter in erumnis & mœroribus circumuenientibus
mortem postulatis: & illos uocatis beatos, qui in
montibus & speluncis habitantes coniugium nõ
attigerũt, & uitam degunt tranquillam, cum uos
in arcibus, uel in castris, temere uiuatis & frustra,
& in scena diem & orchestris agatis. Nam licet
inde multæ uoluptates scaturire uideantur, & læ
titiæ fontes, innumeræ tamen acerbiores oriun-
tur sagittæ. Si quis enim puellæ cuiusquam illic
saltantium amore captus fuerit, super omnem mi
litiam, super innumeras peregrinationes grauius
sustinebit tormentum, omni ciuitate circumsessa
se miserius habens. Veruntamen ne hæc interim
exquiramus, ipsa captorum relinquentes consci-
entiæ, de multorum agite uita loquamur: & tan-
tum utriusq; uitæ reperiemus interuallum, quan-
tum est portus & pelagi, quod continuis frangi-
tur uentis, discrimen. Ex ipsis autem diuersoris
statim tranquillitatis prooemia contemplare. Fo
ra nanq; fugientes & ciuitates, & medios tumul-
tus, in montibus uitam elegerunt cum præsenti
commune nihil habentem, nihil sustinentem hu
manum, non secularem tristitiam, non dolorem,
non curam tantam, non pericula, non insidias,
non inuidiam, non zelotypiam, non absurdos a-
mores, non aliud quicquam huiusmodi. Hic iam
quæ sunt regni meditantur in saltibus conuersan
tes, & montibus, & speluncis, & quiete ac solitu-
dine multa, & super hæc omnia cum deo. Et ab
omni quidem eis munda tumultu domuncula,
omni uero uitio ac morbo libera anima, subtilis
& leuis, & aere subtilissimo longe purior. Opus
autem eis, quod erat & Adę ab initio, & ante pec
catum, cum erat gloriam indutus, & deo cum fi-
dutia

dutia colloquebatur: & locum illum multa felici
tate plenum habitabat, & cum ante præuaricatio
nem ad colendum paradisum positus fuit. Quid
enim deteriushi sunt illo dispositi? nec una quidē
ei cura secularis erat, at nec his. Deo cum pura lo
quebatur conscientia, hoc & hi faciunt: quinimò
multo maiorem illo fiduciam habent, quanto ma
iorem quoq; consecuti sunt gratiā per spiritus mi
nisterium. Igitur oportebat quidē oculis nos hæc
haurire. At postquam renuitis, & in tumultibus
et foris cōmoramini, uel sermone uos doceamus,
unam eorum cōuersationis partem assumentes:
non enim omnis eorum uita potest recēseri. Hæc
orbis terrarum luminaria, quando sol oritur, quin
potius multo ante auroram ex lectulo surgentes
incolumes & solertes, & sobrij: (nec enim ulla tri B
stitia uel solicitudo, nō capitis grauedo, negotio
rúmue labores, non turba, uel huiusmodi quic-
quam aliud eos disturbat, sed tanquam angeli de
gūt in cœlo.) surgentes itaq; statim ex cubili hila
res & læti, chorumq; constituentes in alacri con-
scientia, cōsonanter omnes tanquam ex uno ore
hymnos omnium deo concinunt, eum uenerantes, & ei gratias de omnibus agētes tam proprijs
quàm cōmunibus beneficijs. Itaq; si uidetur, A-
dam omittentes, interrogemus quid ab angelis
differat hic chorus super terram canentium, & di
Luc.2 centium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax,
in hominibus bona uoluntas. Vestis autē eis for-
titudine digna, non enim caudatis utentes uesti-
bus, iuxta eneruatos & molles induuntur, sed iu- C
xta beatos illos angelos, Heliam, Helisæum, Ioā-
nem, secundum Apostolos: cum uestimenta sint
ipsis parata, his quidem ex caprarum pilis, his au-
tem ex pilis camelorum. Sunt autem & quibus
solæ sufficiunt pelles, & hæ iamdudum cōfectæ.
Mox ut illa dixerint cantica, flexis genibus lauda
tum deum pro negotijs inuocant, in quorum cō-
gregationem quidam nec statim ueniunt. Petunt
enim præsentium quidem nihil (eis enim horum
nulla ratio) sed ut cum fiducia stent coram illo tre
mendo tribunali, cum ueniet uiuos iudicaturus,
& mortuos unigenitus dei filius, & nullus illā au
Matt.25 diat horrendam uocem dicentem, Nescio uos. Et
ut cum pura conscientia, multisq; meritis hanc la
borioſam transigant uitam, & secundo uento dif D
ficile nauigent pelagus. Præcedit ante eos in ora
tione pater prælatus, deinde surgentes perfectis
illis sanctis & cōtinuis precibus, orto iam sole ua
dunt ad opus quisq; suum, multum hinc prouen-
tum egentibus cumulātes. Vbi nunc sunt se cho-
ris dedentes diabolicis, & meretricijs cantibus, et
in theatris sedentes? Pudet enim illorum memi-
nisse, tamen propter infirmitatem uestram opus
Rom.6 est & hoc facere. Paulus enim ait: Sicut igitur ex-
hibuistis membra uestra seruire immunditiæ, sic
nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in
sanctificationem. Igitur & nos ex fornicantibus
fœminis, & iuuenibus scortantibus in scena con-
stitutum chorum inquiramus, & horum beatorū
ad uoluptatis rationē, qua præsertim multi socor

A des iuuenum capiuntur illarum laqueis: tantum
enim discrimen inueniemus, quantum si quis an
gelorum in cœlo canentium illam consonantissi
mam audisset melodiā, & canes in simo defossos
& latrantes. Per hæc enim ora Christus, per illam
uero linguam diabolus resonat. Et illis quidem si
stulæ non articulata consonant uoce, buccis inte
rim eis tumescentibus, & se distrahētibus neruis
insuaui spectaculo: sed hic spiritus insonat gratia,
pro tibia, cithara & fistula, sanctorum usa labijs.
Quia uero quæcunq; dixerimus uoluptas expli-
cari nō potest, propter istos luto affixos, & operi
lateritio: & propterea uellem horum aliquem cir
ca talia furentium suscipere, & eò perducere, ho-
rumq; sanctorum ostendere chorū, neq; mihi iam
uerbis opus fuisset. Veruntamē licet ad terrenos
loquamur, sermone uel modicū eos ex cœno &
paludibus extrahere conemur. Nā illinc quidem
auditor absurdi statim amoris ignē concipit: tan-
quā enim non satis sit meretricis aspectus ad men
tem succendendam, & uocis pestē adiunxerunt:
hic uero si quid habet anima tale, statim deponit.
Neq; porro uox & aspectus, uerum & harum ue
stes magis spectantes cōturbant. Et si quis sit pau
per crassorum & neglectorum, ex aspectu plurimum indignabitur, & frequenter ad semetipsum
dicet: Meretrix quidē & leno, & coquorū & co-
riariorum filij, & plerunq; seruorum in tantis ui-
uunt delicijs: ego uero liber & ex liberis, iustos se
quens labores, ne per somnium quidem hæc con
cipere possum, & ita succensus mœrore discedit.
Apud monachos autem nihil huiusmodi, sed om
nia contraria. Cum enim diuitum filios et genero
sis progenitoribus ortos talia uiderit indutos ue-
stimenta, qualia neq; pauperum extremos, & ad
hæc gaudentes: considerate, quantam paupertā-
tis consolationem capiens abit: siue sit diues, cor
rectus recedit, melior effectus. Rursum cum in
theatro quidem aurea meretricem indutam uide
rint, pauper quidem ingemiscet & flebit, suam ui
dens uxorem huiusmodi nihil habere: diuites au
tem uidebunt, & ex hoc spectaculo suos asperna
buntur consortes. Cum enim habitum, & aspe-
ctum, & uocem, & gressum, & omnia uidentibus
illa præferat mollia: accensi recedunt, & iam cap-
tiui suas petunt domos. Hinc iniuriæ & contume
liæ, hinc inimicitiæ, bella & quotidianæ mortes,
hinc captis uita minime uitalis, & iam ingrata
coniunx, & filij non æquè desiderabiles, & om-
nia domi confusa, & ab ipsa iam luce uexari se pu
tant. Sed ex his cœtibus nulla talis molestia, sed
mansuetum & mitem uirum uxor suscipiet, ab o-
mni liberatū mala uoluptate, & eo facilius quàm
antea utetur. Talia quidem ille chorus parit ma-
la, hic autem bona: ille quidem ex ouibus lupos
faciens, hic autem ex lupis agnos constituens.
Sed nihil adhuc ferè nobis de uoluptate dictum
est. Et quid possit esse iucundius, quàm non tu-
multuari, neque mente tristari, neque dolere &
gemere? Verum & altius sermonem proueha-
mus, & utriusque cantus atq; spectaculi fructum
indage-

indagemus: & illum quidem ad ueſperam uſque manentẽ uidebimus, donec in theatro ſedeat ſpectator, poſt hæc autem omni ſtimulo grauius eum contriſtantem: hunc autem ſpectatorum animis continue uigentem. Nam & uirorum formam, & loci iucunditatem, & cõuerſationis dulcedinem ac uitæ puritatem, & pulcherrimi ſpiritualiſq; cãtus gratiam ſibi ſemper habent inſidentem. His itaque portubus potientes, quaſi quandam deinceps procellam fugiunt multorum tumultus. Neque uero canentes tantum & orantes, uerum & libris affixi, iucundum ſunt uidentibus ſpectaculum. Cum enim chorum diſſoluerint, hic quidem Eſaiam ſumens, cum illo loquitur: hic autem cum Apoſtolis conuerſatur, alius ab aliis elaborata percurrit: & de hoc uniuerſo philoſophantur, de deo, de uiſibilibus, de intelligibilibus, de uitæ preſentis uilitate, de futurorum beatitudine: & optimo cibo paſcuntur, non brutorum carnes elixatas habentes appoſitas, ſed eloquia dei ſuper mel & fauum, mel admirabile, & multo melius, quàm quod loãnes per deſertum olim deguſtabat. Hoc enim mel non ſylueſtres quæpiam apes floribus inſidentes colligunt, neque rorem maturantes alueariibus immittunt: ſed ſpiritus gratia conſtruens, pro fauis & aluearibus, & fiſtulis, in ſanctorum animis reponit, ut uolenti liceat cum libertate iugiter ueſci. Has igitur apes & ipſi imitantes, ſanctorum uoluminum fauos circumuolant, magnam hinc decerpentes uoluptatem. Et ſi uis illorum diſcere menſam, accede propius, & eos experieris talia eructantes: Omnia mitia & iucunda, & ſpirituali odoris ſuauitate plena. Nullũ turpe uerbum illa poſſunt ora emittere, nihil ſcurrile, nihil aſperum, ſed omnia cœlis digna. Nullus aberrauerit, ora multorum, qui per fora trahuntur, & circa ſeculária rabiem exercent, cœni cuiuſpiam riuis comparans: horum autem ora fontib. melle manantibus, & pura fundentibus fluenta. Si quis uero, quòd multorum ora cœni riuis aſſimilauerim, indignetur, ſciat quòd multum ignoſcens locutus ſum. Scriptura nanque nec hac utitur menſura, ſed altero longe grauiori exemplo, ait enim: Venenum aſpidum ſub labijs eorum: & Pſal.31 Sepulchrum patens guttur eorum. At illorũ non ſunt talia, ſed multæ ſunt plena fragrantiæ, & præſentia quidem huiuſmodi, futura uero qualis ſermo nobis explicuerit? Quæ mens concipiet angelicam ſortem, beatitudinem, ineffabilia arcanaq; bona? Forte multi nunc incaluiſtis, & in huius pulchrę cecidiſtis deſiderium conuerſationis. Sed quid emolumenti, ſi dum hic eſtis, hunc ignẽ habetis: egreſſi uero flammam extinguitis, & hic ardor contabeſcit? Qualiter igitur agendum, ut hoc non accidat? Dum eſt tibi feruens hic amor, ad ipſos abeas angelos illos, eum magis accende. Non enim ita te poterit ſermo noſter accendere, ſicut rerum aſpectus. Ne dicas: alloquar prius uxorem, & res diſſoluam: torporis initium eſt huiuſmodi dilatio. Audi, quòd quidam cum domeſticis ſuis paciſci uoluit, neque propheta permiſit: & quid dico paciſci? Patrem ſepelire diſcipulus uoluit, & nec iſtud Chriſtus conceſſit: licet quid tam neceſſarium uideatur eſſe, quàm patris ſepultura, attamen nec hoc conceſſit. Cur tandẽ? quoniam acer inſtat diabolus, ingreſſum aliquẽ capere uolens, ſi uel breuem arripuerit uacationem & dilationem, magnum inducit torporem. Propterea quidam admonet, ne differas de die in Eccl.5 diem: ſic enim plura perficere poteris, ſic et domeſtica tibi bene diſponentur: ait enim, Quærite re- Matt.6 gnum dei, & hæc omnia apponentur uobis. Si nanq; ſua deſpicientes, & noſtrorum curam præferentes, in multa nos conſtituimus tranquillitate: multo magis deus etiam ſine his curam gerẽs & prouidens. Ne cures itaque tua, ſed ea deo dimitte. Nam ſi ſatagas, tanquam homo ſatagis: ſi uero dimittas, deus prouidebit. Ea tu ne curaueris, maiora dimittens, quoniam ipſe multum eis non prouidebit. Vt igitur eorum magnam gerat prouidentiam, ipſi ſoli omnia committe. Si uero & ipſe ſpiritualibus omiſſis ea tractaueris, non multam eorum ipſe curam geret. Vt igitur & hęc tibi bene diſponantur, & omni cura libereris, ſpiritualia tene, contemne ſecularia: ſic enim & cum cœlis terram habebis, & futura conſequeris bona gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, & imperium, cum patre, ſanctoq; ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

DE MONACHORVM VITA, ET DE ſolita ab eis fieri poſt mẽſam gratiarum actione: & de iudicio. Homilia LVII.

VRSVM ad deſerta proficiſcar, & iterum eoſdẽ attingam ſermones: quoniam cum maiori uoluptate uos audientes uideo. Videamus igitur & hodie ſpiritualia caſtra, uideamus à timore puram uoluptatem. Non enim cum haſtis ſunt in tentorijs, ſicut milites (hic enim antea ſermonem diſſolui) neq; cum clypeis et thoracibus: ſed his omnibus nudos uidebis, et talia facientes, qualia neque cum armis illi. Et conſcius eſſe potes, ueni, & mihi manũ porrige, & eamus ambo in hanc expeditionem, & inſtructas acies uideamus. Hi nanq; per ſingulos dies bellum gerũt, & iugulant aduerſarios, & omnes concupiſcentias nobis inſidiantes ſuperant, & has ſolo proſtratas uidebimus, & apoſtolicum illud rebus exhibitũ dicens: Qui uero ſunt Chriſti, carnem ſuam cru- Gal.5 cifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Vidiſti mortuorũ multitudinem iacentium, ſpiritus gladio iugulatorum? Propterea nõ eſt illic ebrietas, neq; crapula, & oſtendit id menſa, & trophæum in ea ſtatutum. Nam ebrietas quidem & crapula iacet mortua per aquæ potum in fugam conuerſa, multiformis hæc & multiceps beſtia. Sicut eñ in Scylla fabulis decãtata, & Hydra, itidem & in ebrietate multa poſſunt capita reperiri, hinc fornicatio, illinc ira, aliunde mollities, aliunde amores nefarij naſcentes: ſed hæc omnia ſublata ſunt. Et omnes illi exercitus, licet innumera profligauerint

rint bella, ab his capiunt. Et nec arma, nec haſtæ, nec quicquam aliud aduerſus has acies ſtare poteſt: ſed ipſos gigãtes ſtrenuos, multa præclara gerentes abſq; uinculis inuenias uinctos, ſomno & ebrietate, ſine cæde atq; uulneribus tanquam uulneratos iacẽtes, quinimò & multo crudelius. Nã illi quidẽ uel palpitant: hi uero nec hoc quidẽ, ſed ſtatim decidũt. Vides, quòd maior hic exercitus et mirabilior? hoſtes enim interfecit, qui ſuperant illos, uolendo duntaxat. Sic enim illam omnium malorum matrem infirmã faciunt, ut iam non infeſtet. Iacẽte uero duce, & ſublato capite, reliquũ quoq; corpus quieſcit, & illic manẽtium quenq; uideas hanc obeuntẽ uictoriam. Non enim quẽ admodũ in his hoſtibus, ſi quis ab aliquo uulnus accipiat, iam alteri non eſt infeſtus, cum ſemel ceciderit, ſed omẽs eſt opus hanc feram percutere. Et qui non percuſſerit eam atq; proſtrauerit, omnino uexatur. Vidiſti ſplendidã uictoriam? quale ſiquidem exercitus undiq; ſimul congregati trophæum erigere non poſſent, hoc eorum quilibet erigit. Et ibi deſtructa ſunt omnia furioſa, rationẽ non ſequẽtia, inſaniæ uerba, morbiq; furentes, & iniucundi faſtus, & omnia quotquot ab ebrietate armantur, & ſuũ imitantur dominũ, quem admi- Pſal.109
rans ſcriptura, dicebat: De torrente in uia bibit, propterea exaltabit caput. Vultis & aliunde mortuorum uidere multitudinem? Videamus ex delicijs cõcupiſcentias, ex lixis, ex coquis, pincernis, placentarijs: confundor enim omia quidem dicere, ueruntamen dicam, phaſianas aues, fercula affluenter mixta, humidos & aridos cibos, leges ſuper his poſitas. Velut enim quandam habitantes ciuitatem, & exercitus inſtruentes: ſic & hi quid primum, & quid ſecundum, ſanciunt & ſtatuunt. Et hi quidem primũ aues ad prunas toſtas, intus piſcibus refertas introducunt. Alij uero faciunt aliunde illegitimorum horum conuiuiorum principia. Et multum de his certamen, & de qualitate & de ordine, & de multitudine: & in quibus confundi decebat, gloriantur: hi quidem quod diei dimidium aſſumpſerunt, hi uero quòd totum diẽ: alij porrò quòd & noctem addiderunt, dicentes. Vide miſer uentris menſurã, & de immodico ſtudio confundere. Sed nihil huiuſmodi penes angelos illos, uerum & omẽs hæ concupiſcentiæ ſunt mortuę. Non enim ad ſaturitatem, & delicias, ſed ad neceſſitatem eis nutrimẽtum. Non auium ibi uenatores, neq; piſciũ, ſed panis & aqua. Hæc autem cõfuſio atq; tumultus omnino ſunt illinc procul: & ex cellula, & ex corpore trãquillus portus, apud hos uero multa tempeſtas. Scindas igit mẽte uentrem talibus ueſcentium, & multã uidebis ingluuiem et immundam cloacam & dealbatum ſepulchrum. Quę uero ſequũtur, & dicere pudet, moleſtas eructationes, ex ſuperiori parte uomitus, ex inferiori excrementa. Vade uero, & has illic quoq; concupiſcentias uide, & ardentiores in his amores, uenereos dico: nam hos omnes uidebis proſtratos cum equis & impedimentis: impedimẽtum enim & arma, & equus, turpis actionis
Eccl.5
Matt.6
Gal.5

eſt turpe uerbum: equum pariter uidebis & aſcenſorem talem, & arma iacentia: hic autẽ omne contrarium, & corpora uulnerata, & animas iacentes mortuas. Nec in menſa uero tantũ ſplendida ſanctis eſt illis uictoria, uerum et in alijs, in pecunijs, in gloria, in inuidia, in omnibus morbis. Nũquid tibi uidentur hæc illis eſſe caſtris fortiora, & meliora menſa? Et quis cõtradicet? nemo, nec ullus quidem illorum ipſorum, licet multum inſaniat. Hæc enim in cœlum trãſmittit, illa uero trahit in gehennam: hanc diabolus inſtruit, illã uero Chriſtus: hanc luxus ſancit, & immodeſtia, illam uero philoſophia & modeſtia. Huc Chriſtus uenit, illuc uero diabolus: ubi ſiquidem ebrietas, ibi diabolus: ubi turpia uerba, ubi ſaturitas, illic dæmones choreas agũt. Talem habebat menſam dives ille, propterea ne guttæ quidem aquæ dominus fuit: at hi nõ talem, ſed iam angelica meditantur. Non nubunt, neq; ducunt uxores, neq; multum dormiunt, neq; delicijs uacant, ſed præter pauca quædam, ut incorporei facti ſunt. Quis eſt igitur inimicos tam facile uincens, ut prandens trophæum erigat? propter hoc & Propheta dicit: Paraſti Pſal.22
in conſpectu meo mẽſam aduerſus eos qui tribulant me. Non enim quiſquam errauerit, & de hac menſa dictum illud pronuncians. Nihil enim ſic animam angit, ſicut concupiſcentia mala, & luxus, & ex his orientia mala. Et hoc bene norunt, qui experientiam ceperunt. Si uero diſcas, & unde hęc colligitur menſa, & unde illa, tunc utriuſq; differentiam bene uidebis. Igitur hæc unde colligitur? ex innumeris lachrymis, ex uiduarum oppreſſione, orphanorum rapina: illa uero ex iuſtis laboribus. Et hæc quidem menſa ſimilis eſt pulchræ ac ſpecioſæ mulieri, nihil exteriorum indigenti, ſed naturalem habenti pulchritudinem: illa uero meretrici cuipiam turpi atq; deformi, multos quidẽ habenti fucos, neq; tamen turpitudinẽ obumbrare ualenti, ſed quanto quis propius acceſſerit, magis redargutioni obnoxiæ. Nã & hæc cum accedẽti propior fuerit, tunc magis turpitudinem oſtendit. Illa nanq; ſimul accumbẽtes nihil turpe, tanquam libera, dicere permittit: hęc autem tanquam meretrix & contempta nihil honeſtũ. Illa quærit utile ſecum conuerſantis, hæc damnum: & illa quidẽ deum offendere non ſinit, hæc autem non ſinit non offendere. Migremus igitur ad illos, inde ſciemus, quot uinculis ſimus inuoluti, inde ſciemus menſam apponi bonis plenam innumerabilibus, ſuauiſſimã, nunquam deficientem, à ſolicitudine liberam, inuidię, liuoris, & omnis peſtis immunem, & bona ſpe refertam, et multa ſtatuentem trophæa. Non eſt illic tumultus, nõ morbus, non ira, omnia tranquillitas, omnia pax. Nec enim mihi dicas miniſtrantium in diuitum ædibus ſilentium, ſed prandentium clamorem: non alterius ad alterum dico (nam & hic quidem deridẽdus eſt) ſed interiorem in anima magnam inferentem captiuitatem, cogitationum tumultus, tempeſtatem, caliginem, procellam, per quæ omnia miſcentur & confunduntur, & nocturnæ

cuidam

cuidam pugnæ similia sunt. At non in monacho
rum tabernaculis talia, sed multa trãquillitas, qui
es multa. Et illam quidem mensam somnus, mor-
ti simillimus excipit: hanc uero sobrietas & uigi-
lia. Et propterea hos præsertim laudo et admiror,
tum propter alia, tum propter hanc dictionem.
Illi nanq; postq; pransi fuerint, imò uero post cœ
nam (nunquam enim prandium norunt, scientes
q; præsens tempus est luctus & ieiunij) Itaq; post
cœnam deo quosdam gratiarum hymnos dicen-
tes, & huius uocis reminiscuntur. Et si uultis & ip
sos hymnos audire, ut & uos continue dicatis, il-
lum omnem sacrum uobis cantum recensebo. Ip-
sius itaq; uerba se sic habẽt: Benedictus deus, qui
pascis me à iuuẽtute mea. Qui das escã omni car-
ni, imple gaudio & lætitia corda nostra, ut omnẽ B
sufficientiam habentes, abundemus in omne o-
pus bonum, in Christo Iesu domino nostro, cum
quo tibi gloria, honor & imperium, cum sancto
spiritu in secula, Amen. Gloria tibi domine, glo-
ria tibi sancte, gloria tibi Rex: quoniã dedisti no-
bis cibos in lætitiam, imple nos spiritu sancto, ut
inueniamur in conspectu tuo beneplacentes, nõ
erubescentes, quãdo reddes unicuiq; secundum
opera sua. Omnem hunc quidem hymnum admi
rari dignũ est, præsertim autem hunc finem. Quo
niam enim mensa & cibus diffundere consueuit
atq; grauare, animæ quasi frenum quoddam hãc
dictionem apponunt, circa remissionis tempus,
iudicij temporis eam commonefaciẽtes. Didice-
runt enim quid passus fuerit Israel ex lauta men- C
Deut.32 sa: ait enim, Comedit, & impinguatus est, & recal
Ibid.6 citrauit dilectus. Et propterea Moses dicebat: Cũ
comederis & biberis, & fueris repletus, recorda-
re domini dei tui. Post illam enim mensam patra-
ta sunt ipsis illa nefaria scelera. Cõsidera igitur &
tu, ne quid huiusmodi patiaris: quamuis enim la-
pidi non sacrifices, nec immoles auro pecudes &
uitulos, aliter tamen immolas. Caue furori sacrifi
ces animam tuam, ne fornicationi tuã mactes sa-
lutem, nec alijs huiusmodi uitijs. Propter hoc e-
nim & illi talia timentes præcipitia, potiti mensa,
uel potius ieiunio (nam eorum & mẽsa ieiunium
est) tremendi tribunalis & illius diei memoriam
sibimetipsis faciunt. Si uero illi ieiunijs & humi
stratis cubilibus, uigilijs, & sacco, & innumeris D
semetipsos modis domantes, etiã huius indigent
commonitionis: quando nos unquam mãsuete
poterimus uiuere, qui mensas apponimus infini-
ta ferentes naufragia, nec unquam penitus ora-
mus, nec in principio, nec in fine? Propterea ut
hæc naufragia soluamus, hymnum illum, quẽ in
medium protulimus, totum replicemus, ut ex ip-
so uidentes utilitatem, ipsum continue post men
sam canamus, & uentris comprimamus petulan-
tias, & illorum mores angelorum, & leges in do-
mos nostras introducamus. Nam oportebat qui
dem nos illuc euntes hæc lucrari. At postquam
non uultis, uel per sermones nostros spiritualem
hanc melodiam audite, & unusquisq; uestrũ post
mensam hęc uerba dicat, hoc incipiẽs modo: Be-

A nedictus deus. Apostolicã enim legem statim im
plent dicentẽ: Quicquid facimus in sermone uel Coloss.3
opere, in nomine domini nostri Iesu Christi facia
mus, gratias agentes deo & patri per eum. Mox
gratiarumactio non pro uno tantum illo die, sed
pro tota uita exhibetur. Ait enim, Qui pascis me
à iuuentute mea. Et hinc sapientiæ doctrina: deo
siquidẽ pascente, non est opus nos esse solicitos.
Nam si Rege pollicito quotidianũ uictũ ex pro-
prijs cellarijs se tibi præbiturum, iam in futurum
confidis: multo magis cum deus præbeat, & om-
nia tibi tanquam ex fonte fluant, ab omi solicitu-
dine congruum est absolui. Propter hoc enim &
talia dicunt, ut & sibimetipsis, & à se discentibus
persuadeant omnem exuere secularem solicitudi
nem. Postmodum ne putes, quòd pro se solis hãc
reddant gratiarumactionem, subdunt dicentes,
Qui das escam omi carni, pro toto gratias agen- Psal.135
tes mundo: & tanquam totius terrarum orbis pa
tres, ita deo pro omnibus laudes referũt, & semet
ipsos ad ueram hortantur fraternitatem. Nec em
illos odisse possunt, pro quibus, quòd pascantur,
deo gratias agunt. Vidisti charitatem quoq; per
gratiarumactionem introduci, & ejici secularem
uitam, & per anteriora, & per hęc? Si enim omnẽ
pascit carnem, multo magis sibi dicatos. Si nan-
que secularibus deditos curis, multo magis ab his
absolutos: hoc & Christus confirmans dicebat,
Quot passeribus meliores estis uos? Hæc autem Matt.10
dicebat, instruẽs non esse confidendum diuitijs,
& terræ uel seminibus. Non em ista sunt quæ nu-
triunt, sed uerbum dei. Ex his & Manichæos &
Valentini sectatores, & omnes cum illis sentien-
tes obmutescere faciũt. Non enim malus est hic,
qui sua omnibus proponit, & blasphemantibus
eum. Postmodũ & petitio: Imple gaudio & læti-
tia corda nostra. Quali dicit gaudio? Nunquid
seculari? absit. Hoc em si uellent, montium cacu-
mina non petijssent & solitudines, neq; saccũ in-
duerentur. Sed illud dicunt gaudiũ, cum præsen-
ti uita nihil habens commune, angelicum, cœ-
leste. Neq; simpliciter illud petũt, sed multa cum
superabundantia. Non enim dicunt, Da: sed, im-
ple: neq; dicunt, nos, sed corda nostra. Hoc enim
præsertim est cordis gaudium. Fructus enim spiri
tus, charitas, gaudium, pax. Postquam enim pec-
catum tristitiam intulit, petunt sibi per gaudium
iustitiam inseri. Non enim aliter gaudium inueni
retur. Vt semper omnem sufficientiam habentes
abundemus in omne opus bonũ. Vide dictionẽ
euangelicam impleri, dicentem: Panem nostrum Matt.6
substantialem da nobis hodie. Et hunc ipsum ue-
ro quærentes propter spiritualia: aiunt enim, Vt
abundemus in omne opus bonum: non dicũt, ut
solum quod debemus faciamus, uerum & plura
mdãatis. hoc em est Superabundemus. Et à deo
quidem sufficientiam exposcunt in necessarijs: i-
psi uero nõ tantum cum sufficientia obedire uo-
lunt, uerum cum superabundantia multa, & in o-
mnibus. Hoc seruorũ est gratorũ, hoc uirorũ sapi
entium, semper & in omnibus abundare. Postea

rursum

rursum se propriæ commonentes imbecillitatis, & quòd nihil absque superno fauore generosum fieri potest, postq; dixerint, Vt abundemus in omne opus bonum: subdunt, in Christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria, honor & imperium in secula, Amen. Æqualis principio finis per gratiarũ texitur actionem. Mox rursum à principio quidẽ incipere uidẽtur, eundẽ aũt continuãt sermonẽ. Sicut & Paulus in epistolæ primordio, cum in glorificationem terminasset atq; dixisset, Gal.1 Secundum uoluntatem dei & patris, cui gloria in secula, Amen: rursum incipit materiam, de qua Rom.1 scribebat. Et iterum alibi, cum dixisset, Coluerũt & seruierunt creaturæ omisso creatore, qui est benedictus in secula, Amen: non consummauit sermonẽ, sed rursus incipit. Nec hos itaq; redarguamus angelos, tanquam inordinate faciẽtes, quòd sermonem in glorificationem terminãtes, denuo sacros incipiunt hymnos. Apostolicas nanq; sequuntur consuetudines, incipiẽtes à glorificatione, & in eandem desinentes, & post finem itera- B to hæc exordiuntur, dicẽtes: Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi Rex: quoniã dedisti nobis cibos in lætitiã. Nec enim pro magnis tantum, sed etiam pro paruis agere gratias oportet: gratias autem & pro his agunt, Manichæorum confundentes hæresim, & quotquot præsentẽ uitam esse malam asserunt. Nam ne quid propter summam uirtutem, & uentris contemptũ de ipsis tanquam cibos abominantibus, quale de illis semetipsos suffocantibus suspicareris, per orationem te docent, quòd non dei creaturas detestantes pluribus abstinent, sed uirtutem exercentes. Et uide quomodo post gratiarum actionẽ de datis, & de maioribus supplicant, neq; circa secularia morantur, sed super cœlos ascendunt, & dicunt, Imple nos spiritu sancto. Nec emẽ bene nos gerere possumus, ut oportet, nisi gratia simus illa repleti: sicut nemo potest quicquam generosum, uel magnum facere, nisi Christi potiatur auxilio. Sicut itaq; postquam dixerunt: Vt abũdemus in omne opus bonum: subdiderunt, in Christo Iesu. Itidem & hic dicunt, Imple nos spiritu sancto, ut inueniamur in conspectu tuo bene placentes, & non erubescentes, Non enim, inquiunt, nobis est cura de hominũ confusione, sed quicquid homi- D nes de nobis improperantes dixerint, ridentes, minimè curamus: omne uero nobis certamẽ est, ne tunc confundamur. Cum autem hæc dixerint, & ignis fluuium introducunt, & præmia certaminis, & brauia. Non dixerunt, Ne puniamur: sed, ne cõfundamur. Hoc enim nobis gehenna multo terribilius est, ab illa decidere gloria, dominũ offendere. Sed quoniã multos & crassiores hoc non terret, subdunt: quando reddes unicuiq; secundum opera sua. Vides, quantum hi nobis externi & peregrini profuerũt, eremi ciues, imò uero ciues cœlorum: nos quidem cœlorũ hospites, terræ uero ciues, hi uero econtra. Post hunc autem hymnum multa repleti compũctione, & feruentibus lachrymis, sic ad somnum se conferunt, A tantum dormientes, ut parum requiescant. Et rursum noctes dies faciunt, in gratiarum actionibus & hymnodijs degẽtes. Nec uero uiri tantum, sed & mulieres hanc exercent philosophiam, naturę infirmitatem promptitudinis abundãtia superantes. Illarum itaq; studium nos uiri reuereamur, & præsentibus inhiare tabescentes desinamus, umbræ scilicet, somnijs & fumo. Etenim maior uitæ nostræ pars in insensibilitate. Nam & ætas prima multæ plena est dementiæ: quæ uero rursus ad senectutem tendit, omnem in nobis sensum contabescit: & parum est medium, quod cum sensu delicijs uti ualeat. Quinimò nec illud has pure potest gustare, cum multæ solicitudines, & labores illi noceant. Propterea, supplico, immota quæramus, & immortalia bona, & uitam nulli senio deinceps obnoxiam. Potest enim & urbem habitãs monachorum sapientiam imitari, potest & uxorem habens, & domi conuersans orare, ieiunare & compungi. Quoniam & in principio ab apostolis instructi ciuitates quidem habitabant, & solitudines petentium pietatem exhibebãt: Alij uero rursum officinis prępositi, ut Priscilla, & Aquila. Et omnes prophetæ, & uxores habebant, & domos: ut Esaias, Ezechiel, & magnus Moses, & inde nil ad uirtutem lædebãtur. Hos igitur & nos imitati, semper deo gratias agamus, semper eum laudemus, & modestiæ cæterarumq; uirtutum curam geramus, & uigentem in desertis conuersationem in urbes introducamus, ut & deo grati, & hominibus probabiles uideamur, & futura cõ C sequamur bona, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo deo & patri gloria, honor & magnificentia, simul cum sancto & uiuifico spiritu, nunc & semper, & in infinita secula, Amen.

DE VITA MONACHORVM, ET quòd scripturarum lectio est medicinalis officina. Homilia LVIII.

VLTIS dilectissimi, rursum ad uirtutis ciuitatẽ eamus (sanctorum tabernacula dico, montes & saltus) illic enim hanc humilitatis uidebimus altitudinem. Homines enim, hi quidem exterioribus dignitatibus, hi uero pecunijs olim D splendidi, undiq; semetipsos corripiunt: ueste, domo, ministerijs, & tanq; in literis per omnia scribunt humilitatem: &, quæ sunt superbię fomẽta, bene uestiri, & splendide ædificare, & multos habere ministros, quæ frequẽter & inuitos in superbiam agunt, hæc illic omnia sublata sunt. Et ignẽ ipsimet accendunt, ipsi ligna cõminuunt, ipsi coquunt, uenientibus ministrãt ipsi. Non potest illic quisquam audiri contumeliam inferẽs uel patiens: nec imperãs, nec cui imperetur: sed omnes ex ministrantiũ sunt numero, & hospitum quisq; pedes abluit, & multa de hoc cõtentio: & hoc facit non examinãs, quis ille sit: nec utrum liber sit an seruus, sed unicuiq; ministerium hoc exhibet. Nullus ibi magnus, nullus paruus. Quid igitur? Confusio? abest, sed perfectissimus ordo: licet emẽ

quis paruus sit, magnus hoc nõ respicit, sed & illo se rursum inferiorẽ existimat esse, & ita maior efficitur. Vna mensa & ministeriũ suscipientibus & exhibentibus, eadem fercula, eadem indumenta, habitacula eadem, eadem uita. Magnus illic ui lius opus arripiens. Non est ibi Meum & Tuum, sed hoc uerbum eliminatum est infinitorum causa bellorum. Et quid miraris, quòd una sit omnibus diæta, uestis & mensa: quippe cum omnibus sit una anima, non tantũ quoad substantiã (hoc enim & omnibus) uerũ & quoad charitatẽ? Qualiter igitur hęc unquã contra seipsam insurgeret? Non est ibi paupertas & diuitiæ, gloria & ignobilitas: qualiter igitur aditum inueniret arrogantia, uel superbia? Nam sunt quidem & parui, & magni secundũ uirtutis rationem, sed quod dixi, nul lus hoc intuetur. Paruus non dolet quasi contemnatur, nec ullus est qui contemnat: quòd si quis tamen aspernetur, hoc maxime docentur contemni, respui, & uilipendi per uerba, per opera: Et cum mendicis & debilitatis cõuersantur. Et ipsis mensæ talibus sunt plenæ conuiuis: & propterea cœlis quoq; sunt digni. Et hic quidem uulnera uirus habẽtia curat, hic autem cæcum manu ducit, hic uerò crure portat debilem. Non est illic assentatorum multitudo, neq; parasitorum, imò uero neq; quid tandem assentatio sit, norunt. Vnde igitur unquam extollerẽtur? Apud eos enim est æqualitas multa, & propterea multa uirtutis facilitas. Etenim his inferiores magis docentur, quàm si per principatus eis cedere cogerentur. Sicut enim audacem percussus & cedens corrigit: itidem & ambitiosum gloriam non uendicans, sed contemnẽs: hoc autem illic cum largitate faciũt. Et quanta penes nos est pugna primas partes assequendi, tantum apud illos certamen, ne consequantur, sed repellant. Et multũ est studium, quis magis præcellat, contemptum patiens, nõ honorem admittẽs. Alioquin autem & ipsa operâ modestè se gerere docent, & excandescere non permittunt. Quis enim, quæso, terram fodiens & irrigans, plantans, ac sportellas aut saccum texens, uel alia quædam huiusmodi tractans, unquam altum sapiet? Quis autem in paupertate uiuens, & pugnans cum fame, tali morbo laboret? Nemo: propterea facilis est illis humilitas. Et sicut hic est difficile modeste se gerere, propter plaudentium multitudinem & admirantium: similiter illic perquam facile. Etenim ille tantum solitudini uacat, & aues uidet uolantes, & arbores concuti, & flantem Zephyrum, & riuos per ualles deferri: Igitur unde tali uiuens in solitudine extollatur? Non tamen propterea nos excusationẽ habebimus, quoniam in medio cõuersantes altum sapimus. Nam & Abraham cum esset inter Chananæos, dicebat: Ego uero sum terra & cinis. Et Dauid in mediis castris, Ego autem sum uermis & non homo. Et Apostolus in medio terrarum orbe: Non sum dignus uocari Apostolus. Quæ nobis igitur erit consolatio? quæ uero purgatio? cum neq; tot habentes exempla modeste nos geramus? Sicut eñ illi sunt innumeris digni coronis, primi uirtutis uiam perambulantes: ita nos infinitis ultionibus obnoxij, qui neq; post illos prægressos & in literis positos, neq; post hos uiuentes, & admiratione per facta dignos, ad parem trahimur æmulationem. Quid enim dicere possis, si non corrigaris? Nescis literas, nec ad scripturas declinasti, ut uirtutes antiquorum discères: hoc quoq; præcipuè quidem crimen est, cùm ecclesia continuè sit aperta, non ingredi, & illos latices optimos haurire. Veruntamen si defunctos per scripturas non agnouisti, hos uiuentes cernere licebit. Sed nullus est q deducat. Veni ad me, & ego tibi sanctorum istorum ostendam tabernacula: ueni, & ab eis disce quippiam utile. Lucernæ sunt hi lucentes ubique terrarum, muri sunt urbibus circumsedentes. Propterea solitudines petierunt, ut & te doceant populares contemnere tumultus. Nam ipsi quidem, utpote qui fortes sint, etiã in medio turbine frui possunt tranquillitate: tibi uero penitus exhausto qes est necessaria, & ab assiduis fluctibus aliquantulum respirare. Illuc itaq; frequenter uade, ut continuam diluas maculam, precibus eorum & monitionibus. Dic enim mihi, quomodo seruis nostris febricitantibus medicos accersimus, & domum separamus, & illic cogimus artis legibus obedire: & ignauiter se gerẽtibus difficiles sumus, & custodes adhibemus, qui ne uolentes quidem eos suas implere concupiscentias permittant: Et si dixerint eorum curam gerentes, opus esse medicamenta comparari precioſa, cedimus, quicquid præceperint paremus, & eis horũ præceptorum præmia soluimus: Cum uero nos laboramus (at uero non est tempus, quo non laboremus) neq; medicum accersimus, neq; impendimus pecunias: sed tanquã aliquo carnifice, uel inimico & hoste facẽte, ita nullam animæ curam gerimus? Et hęc dico, nõ circa seruos obsequium damnans, sed suadens uel tantam animæ nostræ curam gerere. Et qualiter, inquit, faciemus? Eam ostende Paulo languentẽ, introduc Matthæum, adhibe Ioannem, ab ipsis audi, quid oporteat agere laborãtem: dicent eñ omnino, neq; celabunt. Nec enim mortui sunt, sed uiuunt atq; loquunt. Sed febre detenta non attendit. Coge tu eam, & ipsius rationẽ excita, accerse prophetas. Non est opus his medicis erogare pecunias, nec enim ipsi pro eis pecunias exigunt, neq; pro medicamentis, quæ componunt, in impendij te mittunt necessitatem, præter eleemosynam. In alijs autem et erogant, ut quando modestè uiuere præcipiunt, intẽpestiuis et absurdis te liberant impẽsis: quum ab ebrietate abstinere, opulentiorem te faciunt. Vidisti medicorum artem cum sanitate pecunias quoq; tribuentium? eis igitur asside, & ægritudinis tuæ naturam ab eis disce. Pura, pecunias & auaritiam amas frequenter, sicut febricitantes frigida: igitur audi quid admoneant: tanquam medicus enim tibi dicit: Si indulgeas concupiscentię, periisti, & hoc & illud sustinebis. Itidẽ & Paulus: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem

Gen. 18
Psal. 21
1. Cor. 15
1. Tim. 6

nem,& desideria inutilia & damnosa,quę demergũt homines in perditionem & mortem.Sed impatiens es, ipsum audi dicentem, Adhuc modicum, ueniẽs ueniet, & non morabitur.Dominus propè est, nil soliciti sitis.Et iterum, Præterit figura mundi huius.Nec enim solum imperat,uerum & consolatur, tanquam medicus. Et sicut illi pro frigidis alia quædam excogitant,ita & hic concupiscentiam transfert:ait enim, Vis diues fieri? fias in operibus bonis:cupis thesaurizare? non prohibeo, sed in cœlis tantum. Et sic ut medicus dicit, quòd frigida nocent dentibus, neruis: itidem & ipse, breuius quidem tanquam breuitatem affectans, multò tamen manifestius & efficacius.Radix eñ omnium malorum est auaritia. Quid igitur tenendum est? & hoc dicit, Sufficiẽtia pro auaritia:ait enim, Quæstus magnus sufficientia cũ pietate.Si uerò ægrè fers,& plura cõcupiscis,nec dum omnia superflua proijcere sustines, & huiusmodi dicit infirmo,& qualiter his utendum sit,ut qui gaudent in possessionibus, tanquã non gaudentes: & habentes, tanquam non habentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Vidisti qualia præcipit? Vis & alium post hunc medicum adducam? Mihi certè placet, nec enim sunt medici, sicut corporum, qui frequenter sibi æmulantes infirmũ demerserunt.At non hi: nam ad laborantium sanitatem, non ad propriam respiciunt ambitionem: igitur eorum ne timueris multitudinem, unus in omnibus loquitur magister Christus. Alium igitur uide rursum ingredientem,& grauia de hac ægritudine dicentẽ, imò uero magistrum per eum:Non potestis deo seruire,& mammonæ. Ita est, inquit aliquis, & qualiter hæc erunt? Quomodo concupiscentiam relinquamus? hinc & hoc dicere licet. Et quomodo sciemus? audi eum & hoc dicentem, Nolite thesaurizare uobis thesauros super terram, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures perfodiunt & furantur. Vides qualiter à loco, & à nocentibus, nos ab eorum quæ sunt hic concupiscentia deterret,& affigit cœlo,ubi sunt omnia inconsumpta? Si diuitias enim illuc transtuleritis, ubi nec ærugo,neq; tinea, neq; fures effodiunt & furantur,& hunc morbum repelletis,& animã in magna constituetis opulentia. Præter dicta uero exemplum quoq; in medium agit, quod te modestum faciat. Et sicut medicus ægrotum terrens,ait,Ille frigida usus mortuus est: sic & ipse diuitem introducit laborantem quidem, & uitam sanitatemq; concupiscentem, sed uoti minime compotem,eò quòd auaritiam sectatus fuisset, sed inanem repulsum. Et post hunc alium tibi rursum alius ostendit euangelista,qui torretur,neq; guttam aquę potest habere;mox ostendens, quòd facilia sunt manda ta, ait:Respicite uolatilia cœli:cum benignus sit, neq; diuites desperare permittit. Quæ nanq; sunt apud homines impossibilia, possibilia sunt apud deum, inquit. Quamuis enim diues sis, te medicus curare potest,Nec enim occidunt diuitiæ,sed esse diuitiarum seruum, & auaritię amatorem.Et

Haba.2 *Phil.4* *1.Cor.7* *1.Tim.6* *Ibidem* *Luc.16* *Mar.19* *1.Tim.6*

A quomodo diues saluari potest? qui indigentibus communia possidet(qualis erat Iob)& ex anima plurium eliminat cupiditatem,nec ullo pacto necessarium usum excedit:ad hæc tibi demõstrat & hunc ipsum publicanum, qui auaritiæ uehementi febre detinebatur, citò liberatum. Quid enim publicano dolosius? attamẽ homo factus est pauper, quòd medici legibus paruit.Tales enim habuit discipulos his morbis laborantes, quibus & nos:& statim sanatum eorum quenq; nobis ostẽdit, ne desperaremus. Vide igitur hunc publicanum, qui quadruplũ quidem pro his quæ rapuit, reddere promisit, & omnium quæ possidebat, dimidium,ut Iesum susciperet: at tu succenderis,& ardenter pecunias concupiscis. Habe quæ sunt
B omnium pro tuis, & his quæ quæris plus tibi do, inquit, tibi per orbem diuitum referans domos. Qui nanque reliquerit patrem,uel matrem,uel agros, uel domũ, centuplum accipiet.Ita non modo plurium delectationẽ, uerum & infestam hãc sitim penitus auferes, & omnia facile sustinebis: non tantum plura non cupiens, uerum neque ne cessaria plerunq;: ita Paulus esuriit,& magis gloriabatur,quàm cum manducaret.Quoniam & athleta cum certat & coronatur,discedere et in uoluptate esse non eligeret: uel mercator maris uias aggressus in otio iam esse non mallet. Et nos itaque si spirituales fructus, ut par est, gustauerimus,nil iam præsentem uitam existimabimus,ueluti quadam optima ebrietate, futurorum captiC desiderio.Gustemus igitur,ut & præsentium liberemur tumultu,et futuris bonis potiamur,in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Matt.19

DE BENEFICIO, QVOD A NOBIS indigentibus exhibetur.Et de uita monachorum. Homilia LIX.

AGNA merces est dilectissimi, quòd aliquis & aliena dispensare possit.

M Non autem tantum dandi merces est, uerum & bene dispensandi quæ dantur. Quare tu mercedem non arripis? Quòd enim & hoc merces sit,audi,Statuerunt apostoli Stephanum cum alijs in uiduarum ministerium. Vt tu sis tuorum dispensator, ipse te dei
D timor eligit & humanitas.Hoc & ab inani gloria liberatum est,& animis requiem præstat,hoc manus sanctificat, sensum humiliat, & philosophiam docet,promptioremq; reddit, hoc te benedictiones accipere facit. Abit caput tuum omnes à uiduis suscipiens benedictiones, in orationibus promptior efficieris. Exquire sanctos quoque uiros,& uerè sanctos in desertis sedentes,qui mendicare non possunt, deo uacantes. Vade longam uiam, eroga per temetipsum: multum nanq; per teipsum proficere poteris, si des. Vides tabernaculum & tugurium, uides desertum,uides solitudinem? Frequenter pecunias daturus accedens totam animam dedisti,& detentus es,& illius captiuitatis particeps factus,cum mundo simul peregrinatus es. Magnũ opus est & pauperes uide-

re:ait enim,Bonum eſt in domum luctus intrare, quàm in domum riſus. Hinc excandeſcis, nam ſi pariter ridere ſuppetat, ad laſciuiam ſtimulum accepiſti:ſi uero non ſuppetat,hauſiſti triſtitiã.In luctus autem domo nihil huiuſmodi, uerũ ſiue delicias non habeas,non dolueris:ſiue habeas,corrípieris. Verè lugendi domuseſt monaſterium,ubi ſaccus & cinis, & ſolitudo:ubi riſus non eſt, neq; ſecularium turbela negotiorum. Vbi ieiunium, & ſtratum humi cubile, omnia pura à nidore,cruoribus,tumultu, perturbatione & uexatione, portus eſt tranquillus: ſunt tanquam faces ab excelſo loco procul aduenientibus, in portu ſedentes, & omnes ad ſuam trahentes tranquillitatem, neq; ſinentes fieri naufragia ad ſe reſpicientibus, eò contuentes in tenebris non permittentes uerſari. Ad eos abi,hoſpitare, accede,ſanctos tange pedes.Multo nãq; honeſtius eſt illorũ pedes tangere, q̃ aliorum caput. Dic enim mihi,ſi quidam ſtatuarum pedes apprehendunt, quoniã tantum regiam habent figuram: tu ipſum habentem in ſe ipſo Chriſtũ non pedibus tenebis, & ſaluus eris? Sancti ſunt pedes, licet uiles ſint: inquinatorum uero neq; caput uenerandũ eſt. Sanctorum nãq; pedes magna potuerunt, quamobrem & ulciſcũtur, cum pedibus puluerẽ excuſſerint. Cum ſanctus ſit apud nos, nihil eius nos confundat. Sancti uero ſunt omnes,quotquot cum uita rectam fidem habent: licet ſigna non faciant, licet dæmonas non eiiciãt, ſancti ſunt. Si ſanctorum, inquit, pedes lauit.Sicut enim à terra in cœlum,ſic eſt aduiri ſancti cõfugere monaſterium. Non illic ea uides,quæ domi.Ab omnibus eſt mundus ille locus, ſilentium & quies multa, Meum & Tuum ibi nõ eſt. Si uero unum uel alterum ibi diem manſeris, tũc plus ſenties uoluptatis. Dies luceſcit,imò uero ante diem gallus cantauit, & non(ſicut domi) ſtertunt ſerui,ianuæ clauſæ, omnes mortuis ſimiles ſunt dormientes, mulio tintinabula concutit: Illic huiuſmodi nihil, ſed omnes ſtatim cum reuerentia ſomnum deponentes exurgunt, excitante eos Prælato,& conſiſtunt ſanctum conſtituentes chorum, & ſtatim manus extendentes, ſacros hymnos decantant. Non enim, ſicut nos multis egent horis, ut ſomnum excutiant,et grauedinem capitis. Nos enim ſimul ac excitati ſumus,& multum ſedemus nos diſtendentes, ad neceſſitatem abimus, mox faciẽ abluimus & manus, poſt hæc indumenta ſumimus & calceamenta, & multum abſumitur temporis.Illic uero tale nihil,nemo ſeruum uocat,ſibi quiſq; ſufficit,non multis eget indumentis, nõ opus eſt ſomnum excuti, ſed ſimul ac oculos aperuit,illi qui iamdudum excitatus fuit,ſimilis eſt propter ſobrietatem. Cum enim corcibis minime grauatum non deorſum mergatur, non indiget multi temporis,ut ſe referat: ſed ſtatim eſt in ſolertia,mũdæ manus,ſomnus enim eſt ordinatus. Nullus ibi ſtertentes audit, aut anhelantes. Nullus ſe per ſomnum uerſantem uidet, nullus ſe denudantem, ſed dormiunt, uigilantibus iacentes honeſtius. Hoc autem totum exani

1.Tim.5

mæ compoſitione procedit.Hi uerè ſancti,& inter homines angeli: Multus eñ dei timor in profundum mergi ſomnum nõ ſinit, & animam obruere, ſed in ſuperficie accedit, ipſos tantum requieſcere faciens. Talia ipſorum & ſomnia, non phantaſijs & monſtris plena:ſed,ut dixi,poſtquã gallus cantauit, ſtatim ueniens Prælatus,& pede ſolum ſimpliciter cædens, omnes excitauit: nec enim nudos illic fas eſt dormire. Mox ſtatim ſurgentes ſtant hymnos cantãtes propheticos multa cum uocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus.Neque cithara,neque fiſtulę,nec ullum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit uocem,qualem audire licet in profunda quiete et ſolitudine,ſanctis cantantibus illis. At & ipſa cãtica commoda,& in deum charitate plena.In noctibus, inquit, extollite manus ueſtras ad deum. Pſal.133 &,De nocte uigilauit ſpiritus meus ad te deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Et Dauidica cantica multos mouẽtia fontes lachrymarum.Quippe cum cantet, dicens:Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meum,lachrymis meis ſtratum meum rigabo.Et iterum, Quia cinerem tanquam panem manducabam. Et iterum,Quid eſt homo, quia innotuiſti ei:aut filius hominis, quia reputas eũ? Homo uanitati ſimilis factus eſt, & dies eius ſicut umbra prætereunt:&, Ne timueris cum diues factus fuerit homo,uel cũ multiplicata fuerit gloria domus eius.Et rurſum, Qui habitare facit unius moris in domo. &, Septies in die laudaui te ſuper iudicia iuſtitię tuæ.Et iterum,Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi ſuper iudicia iuſtitię tuę.&,Deus redimet animã meam de manu inferi.&,Si ambulauero in medio umbræ mortis,nõ timebo mala: quoniam tu mecum es. Et iterum,Non timebis à timore nocturno,à ſagitta uolante in die,à negotio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano.&, Æſtimati ſumus tanq̃ oues occiſionis.Quoniam & cum angelis cantãt: nam & angeli canunt, Laudate dominum de cœlis: nobis hiantibus,& nos ſcalpentibus ſtertentibusq;, uel ſupinis negligenter iacentibus, & innumeras cogitantibus fallacias. Quanti eſt eos in hoc totam noctem inſumere? Cum uero dies iam luceſcere debet, tum requieſcunt: & cum nos incipimus opera, illi tempus habent quietis.Facto autem die quiſq; noſtrũ alterum uocat, egreſſorum rationem agit, in forum educit, aſſiſtit magiſtratui, tremiſcit, & pœnas metuit. Alius in tabernaculo, ad ſuũ alius opus.Illi uero cum rurſum matutinas oratiões celebrauerint & hymnos,ad ſcripturarum lectionem conuertuntur. Sunt autem & qui libros tranſcribere docti, aſſignatũ quiſq; ſumens habitaculum, ſemper agit quietem, nugante nemine, nemine quicquam dicẽte. Tertiã, ſextam,nonã & ueſpertinas orationes celebrant. Et in quatuor partes diem diſpartiti, dum ſingulæ partes implentur,pſalmodijs & hymnis deum uenerantur. Omnibus autem prandentibus,ridẽtibus,lugentibus,& ingluuie ſe diſrumpentibus, hymnis

Pſal.6 Pſal.101 Pſal.143 Pſal.48 Pſal.67 Pſal.118 Pſal.48 Pſal.22 Pſal.90 Pſal.43 Pſal.148

hymnis hi uacant. Nuſquam menſæ tempus, nuſ- A
quam ſenſibilium horum. Rurſum poſt prandiũ
eadem cõtinuantur, poſtquam ſe prius ſomno de
derint. Itaq; mundani quidem & die dormiũt, illi
uero & nocte uigilant, uerè lucis filij ſunt. Tum
illi multo circa ſomnũ tempore conſumpto, gra-
uati procedunt: hi uero ſunt adhuc ſobrij, ſine ci-
bo manentes, & hymnis uacantes. Veſpere rur-
ſum facto, illi quidem balnea petunt, & remiſſio-
nes: hi uero ſe laboribus abſoluentes tunc men-
ſam petunt, non ſeruorum excitantes multitudi-
nem, neq; domum circumcurſantes, neq; tumul-
tuantes, neq; lautos apponentes cibos, & nido-
rem exhalantes: ſed hi quidem cum ſale panem,
hi uero & oleum adiungentes. At alij quicunque
ſunt infirmiores, olera quoq; habent atq; legumi B
Pſal.133 na. Deinde parum ſedentes, uel potius hymnis
omnia concludentes, in ſuo quiſq; lectulo requie
ſcunt, ad ſolum ſomnum, nõ delicias comparato.
Pſal.6 Non eſt principum illic metus, non eſt domino-
rum inſolentia, non eſt ſeruorum timor, non mu-
lierum tumultus, non eſt puerorum perturbatio,
Pſal.101 non arcularũ multitudo, neq; ſuperflua ueſtium
Pſal.143 repoſitio, nõ aurum, non argentum, non ſunt cu-
ſtodiæ, non cellarium, non aliud quicquam hu-
iuſmodi: ſed omnia ſunt oratione plena, hymnis
Pſal.48 omnia, omnia ſpirituali fragrantia, nihil ibi carna
le. Latronum non timent inſidias: nec enim ha-
Pſal.67 bent quo ſpolientur, pecuniæ non adſunt: corpus
Pſal.118 eſt & anima: ſi hac priuentur, iacturam non faci-
Philip.1 unt, ſed proficiunt. Mihi nanque uiuere Chriſtus, C
inquit, & mori lucrum. Sic enim uere uinculis ab
Pſal.48 Pſal.117 ſoluuntur, Vox exultationis in tabernaculis iu-
Pſal.22 ſtorum. Nunquã illic ululatus audiri poteſt, nun-
Pſal.90 quam deploratio: mundum eſt ab huiuſmodi mo
leſtijs tectum, ab hoc purum clamore. Moriun-
tur quidem & ex eis aliqui: nõ enim ſunt immor-
Pſal.43 tales corpore, ſed morientes neſciunt mortẽ: hy-
mnis defunctos proſequuntur, honorem hoc ap
Pſal.148 pellant, non funus. Et ſi nuntiatũ fuerit, quòd ille
mortuus eſt, multũ ubiq; lætitiæ, uoluptatis mul-
tũ: quin uero nec ullus audet dicere, Ille mortuus
eſt, ſed, Ille conſummatus eſt. Tum gratiarũactio,
lætitia, gloria multa, unoquoq; talem habere finẽ
orante, ita certamen hoc exire, à laboribus & cer
taminibus quieſcere, uidere Chriſtum. Et ſi quis D
ægrotat, non lachrymæ, non luctus, ſed rurſum
orationes: non medicorum manus, ſed ſola fre-
quenter fides ægrotum liberauit: ſi uero medicis
opus ſit, multa & hic modeſtia, tolerantia multa.
Non adſtat mulier crines ſoluens, neque pueruli
nondum factam orbitatem deplorantes: neq; ſer
ui expirantem deprecantes, ut in tuto cuipiam ſe
commendet: ſed ab omnibus his anima liberata,
duntaxat extremam conſiderat expirationem, ut
deo migret amica. Si uero morbus accidat, ex in-
gluuie nõ accidit, nec ex capitis grauedine. Quin
& hæ morborum cauſæ ſunt laudibus plenæ, nõ
accuſatione, ſicut illæ. Nam uel uigiliæ, uel ieiu-
nij nimietas, uel aliquid huiuſmodi morbos indu
cit, ex quibus & facile liberantur. Satis emẽ eſt nõ

amplius ſimiliter laborantem omnibus eſſe mo-
leſtijs liberatum. Quid dicis igitur, inquit, mihi?
Si ſanctorum pedes lauit: licet & in eccleſijs tales 1.Tim.5
inuenire. Non enim quoniam illorum uiam enar
rauimus, eccleſiaſticos contemnimus. Multi ple-
runq; tales & in mediis ſunt eccleſijs, ſed in ſecre-
to. Non enim quoniam domos circumeunt, neq;
quoniam in forum ſe conferunt, neque quoniam
præſident, ipſos contemnimus, & hoc deus præ-
cepit: ait enim, Iudicate pupillo, & defendite ui- Eſa.1.
duam. Multæ uirtutis ſemitæ, ſicut & multa mar-
garitarum differentia, cum omnes margaritæ uo
centur: ſed hæc quidem eſt lucida, & undique ro-
tunda: alia uero hanc nõ habet pulchritudinem,
ſed alteram. Quam autem hanc? Sicut ex qua-
dam arte corallium productam habet lineam, &
angulos tornatos, & alium albi coloris amœnio
rem: hæc autem rurſum uiridem omni uiriditate
gratiorem, alia ſanguinis floridum ruborem exhi
bet, alia mari magis cœrulea, alia purpura coru-
ſcantior, alios multos flores & ſolis colores quiſ-
piam inueniret: tales & ſancti, hi quidem ſemet-
ipſos exercent, hi uero & eccleſias curant. Si ſan-
ctorum, inquit, pedes lauit, ſi tribulatis ſubmini-
ſtrauit. Curramus ad opus, ut illic gloriari poſſi-
mus, quòd ſanctorum lauimus pedes. Si pedes
ipſorum oportet lauare, multo magis & de manu
pecunias eis erogare. Neſciat, inquit, ſiniſtra tua, Matt.6
quid agat dextera tua. Quid innumeros teſtes aſ-
ſumis? neque ſeruus ſciat, ſi fieri poteſt, nec uxor.
Multa fraudulenti ſcandala, frequẽter quæ nihil
unquã impediuit, tunc impedit, uel ex inani glo-
ria, uel alia re quapiam. Quoniam & Abraham li
cet admirabilem haberet uxorem, filium oblatu-
rus latuit, quamuis futurum ignoraret, ſed omni-
no ſe credens occiſurum. Quid igitur dixiſſet, ſi
fuiſſet unus de multis? Quis eſt hic talia faciens?
Nonne crudelitatis & ruſticitatis eum accuſaſ-
ſet? Neque ſuum uidere filium uxor habita digna
eſt, neq; ſupremam uocem audire, neq; palpitan-
tem conſpicari: ſed tanquam captiuum ſumẽs ſic
abducebat. Sed horũ nihil ille iuſtus cogitauit, e-
brius deſiderio: nihil enim aliud intuebatur, niſi
quomodo mandatum impleret. Neq; filius illic
erat, nec uxor, imò uero nec ipſe futurum ſciebat.
Ita per oñia purum offerre ſacrificium ſtudebat,
non lachrymis, nõ cõtradictione polluere: Et ait
ad eum Iſaac: Ecce ligna & ignis, ubi eſt uictima Gen.22
holocauſti? Quid itaq; pater? Deus prouidebit ſi
bi uictimam in holocauſtum fili. Dicitur quidem
hoc & prophetia, quòd filium ſibi prouidebit in
holocauſtum, & ſimul & tunc euaſit. Quid & ip-
ſum celas? Dic immolandũ. Profectò (inquit) ti-
meo ne langueat, timeo ne non dignus inuenia-
tur. Vides qualiter oñia cum diligẽtia gerebat?
ut dicit ſcriptura, Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat
dextera tua: hoc eſt, licet tanquã proprium mem-
brum aliquem habeamus, ipſi monſtrare ne ſtu-
deamus, niſi neceſſe ſit: nam hinc multa naſcũtur
mala. Ad inanem gloriam quis tollitur, plerunq;
fit impedimẽtum. Et noſipſos, ſi fieri poteſt, latea

mus, ut promissa bona consequamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, honor, & imperium, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE SVMENTIBVS INDIGNE DIuina & sancta mysteria. Homilia LX. Ex Matthæo.

ICVT ad perfectionem nostram, dilectissimi, promptitudo nostra nõ sufficit, nisi superno potiamur fauore: ita nihil à superno lucrabimur auxilio, si promptitudo defuerit: & hæc utraq; Iudas ostendit & Petrus. Ille nanque multo potitus adiutorio, nihil profecit, quoniam noluit, neque quod suum erat, exhibuit: hic autem & ualde promptus, postquam nullum nactus est auxilium, cecidit. Ex his duobus enim uirtus texitur. Quamobrem exhortor, ut neq; totum deo dimittentes dormiamus, neque studentes nos propriis laboribus totũ efficere putemus. Nec enim nos esse supinos uult deus, propterea non ipse totum operatur: nec uult esse superbos, & ideo totũ nobis non concessit: sed utriusque tollens nocumẽtum, nobis utile reliquit. Propterea & apostolorum principem cadere permisit, eum ita demissum reddens, & deinceps ad maiorem præparãs
Luc.7 charitatem. Cui nanq; plus, inquit, dimissum fuerit, magis amabit. In omnibus itaque deo pareamus neq; cõtradicamus: licet cogitationibus nostris aduersari uideatur & oculis, quod dicitur: sed fit & cogitationibus & uisu dignior ipsius sermo, sic & in mysteriis agamus. Nec solum prę oculis posita respiciamus, sed ipsius uerba cõtineamus. Ipsius enim sermo infallibilis, sensus autem noster seduci facilis: ille nunquam decidit, hic autem ut plurimum errat. Quoniam igitur uerbum
Matt.26 dicit, Hoc est corpus meum: & pareamus & credamus, & intellectualibus ipsum oculis intueamur. Nihil em̃ sensibile nobis Christus tradidit, sed res quidem sensibiles, omnes autem intelligibiles. Itidem & in baptismate: per rem, nẽpe sensibilem aquam, donum confertur: intelligibile uero, quod perficitur, generatio & renouatio. Si em̃ incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipsa dona: sed quoniam anima corpori conserta est, insensibilibus intelligibilia tibi præbet.
Quot nunc dicunt, Vellem ipsius formam aspicere, figuram, uestimenta, calceamenta. Ecce eũ uides, ipsum tangis, ipsum mãducas. Et tu quidem uestimẽta uidere cupis. Ipse uero tibi cõcedit, nõ tantũ uidere, uerũ & mãducare, & tangere, & intra te suscipere. Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes accensi, omnes feruentes & excitati. Nam si Iudæi stantes, & calceamenta manibus gestantes & baculos, agnũ cum festinatione comedebãt, te multo magis oportet esse solertẽ. Nam illi quidem in Palæstinã erãt profecturi, & propterea uiatorum figuram habebãt: tu uerò debes in cœlum migrare, quapropter in omnibus oportet te uigilare. Nec em̃ parua pœna proponitur indigne sumentibus. Cõsidera quantum aduersus proditorem indignaris, contra eos qui crucifixerunt: itaq; considera, ne tu quoq; sis reus corporis & sanguinis Christi. Illi sanctissimũ corpus iugularũt: tu uero polluta susscipis anima post tot beneficia. Nec enim satis fuit, homo fieri, colaphis cædi, uerum & semetipsum nobis commiscet, & non fide tantũ, uerũ & ipsa re nos suũ efficit corpus. Quo nõ oportet igitur esse puriorem, tali fruentem sacrificio? quo solari radio nõ splendidiorem manum, carnem hanc diuidentem? os quod igne spirituali repletur, linguã quæ tremendo nimis sanguine rubescit. Cogita, quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris: quod angeli uidentes horrescunt, neq; libere audent intueri propter emicãtem inde splendorem, hoc nos pascimur, huic nos unimur, & facti sumus unum Christi corpus, & una caro. Quis loquet potẽtias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor oues proprio pascit cruore? Et quid dico pastor? matres multæ sunt, quæ post partus dolores, filios aliis tradunt nutricibus: hoc aũt ipse nõ est passus, sed ipse nos proprio sanguine pascit, & per omnia nos sibi coagmentat. Et quod bene considerandum est, natis inde nostra substantia. At nihil hoc ad singulos, inquiunt, licet ad omnes. Nam si ad nostram ueniret naturã, clarũ est, quòd ad omnes: si uero ad omnes, & ad unumquenq;. Et quomodo nõ omnes lucrati sunt hoc lucrũ? inquiet aliquis. Hoc non propter eum, qui hoc pro omnibus cepit, sed propter nolentes. Vnicuiq; fidelium semetipsum per mysterium commiscet: & quos genuit, per semetipsum enutrit, nec alteri tradit, & hoc tibi rursum persuadens, quòd carnem tuam assumpsit. Ne torpeamus igitur tanta digni charitate & honore putati. Nónne uidetis quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia uberibus infigunt? accedamus cum tanta nos quoq; ad hanc mensam, & uber spiritualis poculi, quinimò cum longè maiori trahamus tanquam infantes lactanei, spiritus gratiam, & unus sit nobis dolor hac esca priuari. Nõ sunt humanę uirtutis opera proposita: qui tunc ipsa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoq; facit. Nos ministrorum tenemus locum: qui uero sanctificat ea & immutat, ipse est. Nullus itaq; Iudas assistat, nullus auarus. Si quis est discipulus, adsit. Nam tales mensa non suscipit: ait enim, Cum discipulis meis facio pascha. Hæc est illa mensa, & minus nihil habet. Non enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit, uerum & hanc ipse quoq;. Hoc illud cœnaculum, ubi tunc erant. Hinc in oliuarum montem illi prodierunt, prodeamus & nos ad manus pauperum. Hic enim mõs oliuarum locus: oliuæ sunt etenim plantatæ in domo dei, pauperũ multitudo, destillantes oleum illic nobis utile, quod quinque uirgines habuerunt: aliæ uero hic non capientes, perierunt. Hoc sumentes introeamus, ut luminosis lampadibus sponso occurramus, hoc sumẽtes hinc exeamus. Inhumanus accedat nemo,

nemo,nemo crudelis & immiſericos, nemo prorſus immundus:hæc ad cõmunicantes dico, & ad uos miniſtrãtes.Nam & ad uos ſermonẽ conuertere neceſſarium eſt,ut multo cum ſtudio hæc dona diſtribuatis. Non parua uobis imminet ultio, ſi quem cuiuſpiã conſciũ nequitiæ, huius menſæ participem eſſe concedatis, ſanguis eius de manibus ueſtris exquiretur. Siue quis dux militiæ ſit, ſiue præfectus,ſiue princeps diademate coronatus:indigne aũt accedat,prohibe,maiorẽ illo poteſtatem habes.Tu uero ſi tibi quidem aquę fons traditus fuiſſet purus gregi cuſtodiendus, & pecudem multũ ore fimum habentẽ uidiſſes, deorſum inclinari nõ permiſiſſes,& fluentum turbare: nunc uero nõ aquæ ſed ſanguinis,& ſpiritus fontem habens creditum, & cœno fœdius habentes peccatũ uidens accedentes, non indignaris, nec arces,& quam conſequeris ueniã?Propterea uos deus hoc inſigniuit honore, ut talia diſcernatis.

Hoc ueſtra dignitas eſt,hoc ſecuritas, hoc omnis corona,non ut albam & ſplendentem tunicã circumeatis induti.Et unde,inquit, noui illum & illum?Non de ignotis,ſed de notis loquor.Dicam aliquid terribilius.Non tam graue energumenos intus eſſe,quàm iſtos, ut ait Paulus, ut Chriſtum conculcent,& ſanguinem teſtamenti communẽ exiſtiment,& gratiam ſpiritus affligant contumelia.Dæmonium enim patiente peior eſt, qui poſt quam peccauit, accedit. Verum & tu laice, cum ſacerdotem uideris offerentem,ne ut ſacerdotem eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam.Sicut enim cum baptizaris, ipſe te non baptizat,ſed deus eſt, qui tuum caput inuiſibili potentia continet, & nec angelus, nec archangelus, nec ullus alius accedere & tangere audet:ita nũc quoque cum deus regenerat,ipſius eſt ſolius donum.Nónne uides eos, qui fiunt hic filij,quomodo non ſeruis opus demandant,ſed ipſi adſtant baptiſterio?Itidem & deus non angelis munus mandauit, ſed ipſe iubens adeſt & dicens:Nolite uocare patrem ſuper terram: non ut parentes honore priuet, ſed omnibus illum præponens, qui te fecit, & inter ſuos conſcripſit filios.Qui nanq; plus dedit,hoc eſt, ſeipſum appoſuit:multò magis & corpus tibi tradere non dedignabitur.Audiamus igitur & ſacerdotes & ſubditi,quali eſca facti ſumus digni, audiamus & horreamus, ſanctis carnibus ſuis nos dedit impleri, ſemetipſum appoſuit immolatum. Quæ nam igitur erit nobis excuſatio,cùm talib.paſti talia peccemus,cum lupi fiamus agnum comedentes, cũ tanquam oues paſti, more leonum diripiamus? Hoc enim myſterium non à rapina tantum, uerum & ab omni uel tenui inimicitia purum eſſe penitus iubet:eſt enim pacis myſterium. Myſterium hoc pecunias acquirere non permittit: ſi enim ipſe ſibi propter nos non pepercit,quid meremur pecunijs parcentes, & animam negligentes, pro qua ille ſibi non pepercit? Itaque ludæis quidem annuatim propriorum monumenta beneficiorum ſolennitates deus alligauit: tibi uerò (ut ita dicam) per ſingulos dies, per hæc myſteria.Itaque ne crucem erubeſcas:hæc enim ſunt inſignia noſtra,hæc noſtra myſteria, hoc ornamur dono,hoc decoramur.Et ſi dixero, quòd cœlum extendit,& terram explicuit & mare, prophetas & angelos miſit, nihil æquale dicam: hoc eſt enim bonorum caput, quoniam filio ſuo non pepercit,ut ſeruos alienatos ſaluaret.Nullus itaque Iudas hanc menſam petat,nullus Simon.Hi nanque duo propter auaritiam perierunt: hoc igitur barathrum fugiamus.Neque ſatis nobis eſſe exiſtimemus ad ſalutem,ſi uiduis & pupillis expilatis aureum calicem & gemmatum menſæ offeramus.Si uis enim honorare ſacrificium, offer animam: propter quam & immolatus eſt, hanc facauream:ſi uerò plumbo maneat & teſta deterior, uas aũt aureũ,quid utilitatis?Itaq; nec hoc cõſideremus, ut aurea uaſa duntaxat offeramus, ſed etiã ut ex iuſtis laboribus:hæc enim ſunt & aureis pretioſiora,quæ auaritia carent. Nec em̃ aurificina eſt,aut argentaria officina eccleſia,ſed angelorum cõcio,propterea nobis opus eſt animis. Nã & hæc deus propter animas acceptat. Non erat illa menſa tũc ex argẽto,nec aureus calix,ex quo ſanguinẽ propriũ Chriſtus ſuis dedit diſcipulis: pretioſa tamen erant illa omnia & tremẽda:quoniã erant ſpiritu plena. Vis Chriſti corpus honorare,ne nudũ eum deſpicias:nec eum hic quidem ſericis honores ueſtibus,extra uero gelu & nuditate pereuntem cõtemnas.Qui nanq; dixit: Hoc eſt corpus meum, & uerbo factum confirmauit: hic & dixit:Eſurientem me uidiſtis, & non pauiſtis me.Et inquantum non feciſtis huic ex his minimis,neq; mihi feciſtis.Hic quidem non eget ueſtimentis,ſed anima munda, illud autẽ magna diligentia:Diſcamus itaq; philoſophari & Chriſtũ prout ipſe uult uenerari. Honorato nanque iucundiſſimus honor,quẽ ipſe uult, non quem nos putamus.Nam & ſe Petrus eum honorare putabat, cũ ſibi pedes eum lauare prohiberet. Sed nõ erat honor quod agebat,ſed contrariũ: itidem & tu hoc eum honore,quem ſtatuit proſequere, diuitias expendẽs in pauperes. Nec em̃ aureis uaſis deus eget, ſed aureis animabus. Et hæc dico, non prohibens huiuſmodi oblationes fieri, ſuadens autem cum his & ante has eleemoſynam exhiberi.Siquidem & hæc ſuſcipit, ſed illam multo gratius. Nam hic quidem offerens ſolus utilitatem capit,illic autem & accipiens. Hic opus eſſe uidetur &ambitionis occaſio,illic autem eleemoſyna totum,& humanitas eſt. Quænã utilitas eſt cum ipſi menſa ſit aureis calicibus plena, ipſe uero fame diſpereat?Ipſum ſatura prius eſurientem & tunc ex abundantia ipſius quoq; mẽſam orna. Aureum facis calicem, nec frigidæ aquæ calicẽ, porrigis:& quid utilitas aurea pallia menſæ parare,ipſi uero ne neceſſarium quidem indumẽtum præbere?Quod ex hoc lucrum eſt?Dic enim mihi,ſi quem neceſſario conſpicatus egere nutrimẽto,famẽ ipſi ſoluere prętermittẽs, argẽto mẽſam operire tãtum ſtuduiſſes,nunquid tibi gratias habuiſſet,

Heb.10 Matt.25

buisset,non magis uerò fuisset indignatus? Quid A uero si pannis indutum conspiciens,& gelu fixũ, omittens ei dare uestimentum,aureas comparasses columnas,in eius dicens honorem fieri: nonne te dixisset ironicè loqui,& hanc extremam putasset contumeliam? Hoc & in Christo cogita,cũ uagus & peregrinus indigens tecti circumeat, tu uero prætermittens eum suscipere,pauimentum pariter ornas, & columnarum capita. Et argenteas quidem catenas ad lucernas suspendis, ipsum autem in carcere uinctum ne uis quidem uisere. Et hæc dico, non prohibens in his gloriari: sed hæc cum illis, quin potius ante illa commonens fieri:de his nanque non factis accusatus unquam est nemo,pro illis autem & gehenna intentata est,& ignis inextinctus, & cum dæmonibus B ultio. Noli itaq; domum exornans fratris angustiam despicere: hic enim est illius templum uerius: & has quidem possessiones & infideles reges & tyranni & latrones auferre poterunt:quotquot autem in fratrem contuleris esurientem uel peregrinantem,& nudum,neque diabolus tollere poterit, sed in thesauro reponẽtur intemerato. Quid igitur ipse dicit: Pauperes semper habetis uobiscum, me autem non semper habetis? Propterea nanque præsertim oportet misereri, quoniam eum non semper habemus esurientem, sed in præsenti duntaxat uita. Si uero uis & omnem dicti sententiam intelligere, audi quòd non hoc ad discipulos dictum est,licet ita uideatur, sed ad mulieris infirmitatem. Quoniam enim adhuc im C perfectius erat affecta, ipsam autem illi fatigabant, eam consolans hæc dicebat. Et quod eam consolans hæc dixit, clarum est ex eo, quod statim intulit:Quid molesti estis huic mulieri? Quo niam quòd & ipsum semper nobiscum habea-
Matt.28 mus, uide quid dicat:Ecce ego uobiscum sum ómnibus diebus usque ad consummationem seculi.Ex quibus omnibus patet, quòd non ob aliud hæc dicebantur, nisi ut mulieris fidem tunc germinantem discipulorum increpatio non labefaceret. Ne nunc igitur hæc in medium proferamus,quæ propter quandam dicta sunt dispensationem.Sed omnes leges tam noui,quàm ueteris testamenti de eleemosyna ab ipso promulgatas D legentes, multum huius rei studium geramus.
Luc.11 Hoc enim & peccata purgat:ait enim,Date eleemosynam,& omnia uobis erunt munda. Hoc sa-
Matt.9 crificio maius est.(Misericordiam enim uolo, & nõ sacrificiũ:) hoc cœlos aperit. (Oratiões enim
Act.10 tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei.) Hoc uirginitate magis necessarium. Sic enim ex nuptiali thalamo eiectæ fuerunt illæ, sic ingressæ sunt aliæ:Quæ considerantes omnia, large seminemus, ut cum maiori metamus abundantia,& futuris fruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri, Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

DE SACRORVM PARTICIPATIONE mysteriorum:& quòd communicare nolens,nec orationi dignus est interesse. Homilia LXI. ex Ioannis euangelio.

NECESSARIVM est dilectissimi, mysteriorum discere miraculum, quid tandem sit,& quare sit datum, & quæ rei utilitas. Vnum corpus sumus & membra, ex carne eius, & ex ossibus Ephe.5 eius.Sequamur autem initiati, quæ dicuntur. Vt itaque non tantum per charitatem hoc fiamus, uerum & ipsa re in illam misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quam largitus est nobis, uolens ostendere desiderium,quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, ut unum quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc est.Hoc itaque Iob insinuans dicebat de seruis,quibus erat supra modum desiderabilis: quod desiderium ostendentes dicebant: Quis dederit nobis ex carnibus e- Iob 31 ius impleri? Propterea quidem & Christus id fecit, in maiorem nos inducens charitatem, & suum erga nos ostendens desiderium, non tantum se prębens cupientibus uidendum, sed & palpandum & comedendum,& carni dentes infigere & coimplicari, & omne desiderium implere. Tanquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput nostrum mente reuoluẽtes,& charitatem, quam nobis exhibuit.Nam parentes quidem aliis sæpe filios tradunt alendos:ego autem,inquit,non ita, sed carnibus meis alo, meipsum uobis appono, uos omnes generosos esse uolens, & bonas uobis prætendens de futuris expectationes:quippe qui uobis hic meipsum trado, multò magis in futuro. Volui frater esse uester,carnem propter uos & sanguinem assumpsi. Vobis uicissim ipsam carnem & sanguinem, per quæ cognatus uester factus sum,trado. Hic sanguis floridam nobis reddit regiam imaginem:hic decus indelebile,hic animæ generositatem tabescere nõ permittit,eam irrigãs iugiter & nutriens. Nam ex cibis quidem sanguis in nobis nascens, non statim hoc efficitur,sed aliud quiddam:hic autem non ita, sed statim animũ irrigat & magnam inducit quandã uirtutem.Hic mysticus sanguis dæmonas quidẽ expellit,& procul esse facit: ad nos aũt angelos uocat,& angelorum dominũ. Vbi nanq; dominicũ uiderint sanguinem, dæmones quidem fugiunt, cõcurrunt autẽ angeli.Hic sanguis effusus omnẽ terrarũ orbem abluit.Multa de hoc sanguine beatus Paulus in epistola ad Hebræos sapienter disseruit.Hic sanguis adyta mundauit & sancta sanctorũ.Si uero figura ipsius tantam habuit uirtutẽ & in Hebręorũ templo,& in Ægypti medio superliminaribus inunctis: multo magis ueritas. Hic sanguis aureum altare sanctificauit, sine hoc põtifex adyta nõ audebat intrare.Hic sanguis sacerdotes creabat,hic in futuris peccata purgabat. Si uero tantã habebat uim in figuris, si mors umbram

bram ita perhorrebat: quomodo ueritatẽ ipsam, quæso, non timuerit? Hic est salus animarum nostrarum, hoc abluitur anima, hoc adornatur, hoc inflammatur. Hic mentem nostram igne reddit splendidiorem, hic auro clariorem animam facit. Hic sanguis effusus est, & cœlum fecit accessibile, horrenda scilicet ecclesiæ mysteria, horrẽdum altare. Ascendebat ex paradiso fons fluuios emittens sensibiles. Ex hac mensa fons ascendit, spirituales emittens fluuios. Apud hunc fontem plantatæ non infructuosæ salices, sed arbores ad ipsum cœlum peruenientes, fructum habentes semper maturum, & immarcescibilem. Si quis æstuat, ad hunc ueniat fontem, & æstum refrigeret: nam & siccitates resoluit, & cũcta refouet inflammata, non à Sole, sed iaculis ignitis: supernè enim principium habet, & inde radicem unde & deriuatur. Multi fontis huius riui, quos emittit paracletus: & mediator filius efficitur, non ligonem habens, & uitam præparans, sed nostrum aperiens affectum. Hic fons est, ueritatis radios effundens, fons luminis. Huic & supernæ potestates assistunt, in fluentorum respicientes decorem: quoniam & illæ nobis manifestius propositorum uirtutem speculantur, & inaccessibiles admirantur splendores. Sicut enim auro liquescente, siue manum, siue linguã aliquis immittat, eam statim aureã reddit: ita & hic proposita pretiosam reddunt animam. Efferuet quidem fluuius & igne uehementius, sed non comburit, sed tantum baptizat, quicquid acceperit. Hic sanguis antea semper præsignabatur in sacrificijs, in iustorum cędibus. Hic terrarum orbis est pretiũ, hoc Christus emit ecclesiam, hoc eam omnem adornauit. Sicut eñ homo seruos emens aurum erogat, & rursum eos ornare uolens, id auro facit: sic & Christus, & sanguine nos emit, & ornauit sanguine. Huius sanguinis participes cum angelis & archangelis, & supernis manẽt uirtutibus, ipsam Christi regiam induti stolam, & arma gerentes spiritualia. Sed nondum quicquam dixi: ipsum enim induti sunt regem. Sed sicut est magnum & admirabile, ita si cum puritate quidem accesseris, ad salutem accessisti: si uero cum mala conscientia, ad pœnam &
1.Cor.11 ultionem. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Nam si regiam cõtaminantes purpuram similiter puniuntur, sicut & discindentes: nõ est uero dissimile, domini corpus, impura mente suscipientes, eandem subire uindictam cum his qui clauis ipsum discinderunt. Vide certè, quàm terribilem Paulus ultionẽ
Heb.10 ostendit, dicens: Irritam quis faciens legem Mosi absq; miserationibus coram duobus uel tribus testibus moritur: quantò peiori putatis dignus censebitur ultione, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Attendamus itaq; nobisipsis dilectissimi, talibus fruentes bonis: & cum aliquid turpe dicere uoluerimus, uel nos ab ira corripi uiderimus, uel alio quopiam huiusmodi uitio, cogitemus quibus facti sumus digni, & sit irrationalium nobis motuũ correctio, talis cogitatio. Quot quot igitur huius participes corporis efficimur, quotquot sanguinem degustamus, cogitemus, quòd illum sursum sedentem, qui ab angelis adoratur, incorruptibili uicinus uirtuti, hunc degustamus. Hei mihi, quot ad salutẽ nobis uiæ? Nos corpus suum effecit, nobis suum communicauit corpus, & horum nos nihil à malis auertit. O tenebras, & profunditatem magnam. O indolentiam. Quæ sursum sunt, inquit, sapite, ubi Chri- Coloss.3
stus est in dextra dei sedens. Et post hæc omnia quidam pecuniarum curam gerunt, quidam gloriam ambiunt, ab alijs alij capiuntur cupiditatibus. Nónne uidetis, quòd & in corpore nostro quæcunq; quidem inutilia sunt, & superflua, resecantur & præciduntur? Et nihil prodest, quòd ex corpore sint, cùm debilitata, cùm mortua, cùm tabefacta sint, & reliquo noceant. Ne confidamus itaque, quòd semel ex corpore facti simus: si uerò corpus cùm naturale sit, tamen præciditur, nisi uoluntatis opera manserint: quid graue non patietur, cum huius nutrimenti partem non capiat corpus? cum uiæ fuerint obstructæ, tunc mortificatur: cum fistulæ, tunc debilitatur: itidem & nos, cum aures obturauerimus, caro nostra debilitatur: cum spirituale nutrimentum non hauriamus, cum nequitiæ quædam pro corruptis succis nos uastent, hæc omnia morbum pariunt, morbum grauem, morbum tabem gignẽtem. Et iam illius ignis indigebit, per medium opus habebit diuidi. Non enim cum tali corpore Christus in nuptialem thalamum ingredi patitur: si sordidas uestes indutum abduxit & eiecit, corpori sordes aggregantem quo non afficiet? quid non inferet? Multos uideo domini corporis participationẽ temerè sumentes, ut à casu & consuetudine potius & lege, quàm cogitatu & mente. Si superueniet, inquit, sanctæ tempus quadragesimæ, qualiscunq; sit aliquis, mysteria sumit. Si superuenerit Epiphaniorũ dies, licet tempus aduentus uel epiphania, uel quadragesima, dignos accedere nõ facit: sed animæ synceritas & puritas. Cum hac igitur semper accede, sine hac nũq;: Ait enim: Quotiescunq; hoc feceritis, mortẽ domini annuntiabitis: 1.Cor.11
hoc est, facietis commemorationẽ salutis uestræ, beneficij mei. Cogita q sacrificij participes ueteris erant, quanta utebantur continentia, quid nõ faciebant, quid non agebant? semper expiabantur. Tu uero petens sacrificium, quod horrent & angeli, tẽporum circulis rem definis. Et quomodo Christi assistes tribunali, scelestis manibus & labijs ipsum corpus impetens? Et fœtẽte quidem ore tuo regẽ osculari nõ eligeres: regẽ uerò cœli fœtente anima deoscularis? Factum hoc est contumelia. Dic mihi, immũdisne manibus ad sacrificium eligeres accedere? Non (ut ipse puto) sed nec omnino malles accedere, quàm manibus illotis. Ita in paruo quidẽ es tam reuerens, sordidã autẽ habẽs animam, accedis, & audes tangere? Atqui sub manibus quidem ad tempus detinetur, in illam aũt totum resoluitur. Quid uero non cernis

uasa

uasa tantum undiq; tersa, sic refulgentia? his nobis animas oportet esse puriores, his sanctiores & splendidiores. Quare uerò tandem? quoniam illa propter nos talia fiunt: illa non eius qui ineſt, partem capiunt nec sentiũt: nos autem certè: Sed nũc sordido quidem uti uase non eligeres, anima uerò sordida accedis. Multam uideo rerũ inæqualitatem. In alijs quidem temporibus cum puri frequenter sitis, non acceditis: in Pascha uero, licet sit aliquid à uobis patratum, accedítis. O consuetudinem, ô præsumptionem, sacrificium frustra quotidianum. In cassum assistimus altari, nullus qui communicetur. Hæc non ut temerè communicemini, dico, sed ut uos dignos reddatis. Non es hostia dignus, uel cõmunione, igitur nec oratione. Adstantem audis præconẽ, atq; dicentem: Quotquot estis in pœnitentia, omnes orate. Quicunque non participes fiunt, in pœnitentia sunt. Quid stas, si es in pœnitentia? sumere non debes: qui nanq; nõ communicat, est ex pœnitentibus. Cur itaq; dicit: Abite qui non potestis orare? Tu uero stas impudens. At ex his non es, sed ex his qui possunt esse participes, & nihil curas, aut magnum opus censes. Cõsidera, quæso, mensa regalis est apposita, angeli mensæ ministrantes, ipse rex adest, & tu adstas oscitans. Sordescunt tibi uestimenta, & nihil est tibi curæ. At pura sunt, igitur adora & communica. Per singulos dies uenit discumbentes uisurus, omnes alloquitur. Et nũc in conscientia dicet: Socij, quomodo adestis hic, nõ habentes uestem nuptialem? Nõ dixit, quare discubuistis? Sed ante reclinationẽ & ingressum se metipsum indignũ esse fatetur. Non enim dixit: Quare recubuisti? sed, quid intrasti? Hæc etiam nũc nobis omnibus loquitur, impudenter & procaciter adstantibus. Omnis enim qui mysteriorũ participio non fruitur, impudens & procax est, si adstat. Propterea qui sunt in peccatis, priores eijciuntur. Sicut enim ad mẽsam ueniente domino seruos qui dominũ offenderunt adesse non oportet, sed procul arcentur: ita scilicet & hic dum profertur sacrificium, & Christus immolatur, & ouis dominica: cum audieris, oremus omnes communiter: cum uela uideris retrahi, tunc supernè cœlum aperiri cogita, & angelos descendere. Sicut itaque prophanorum fas est adesse neminem, ita nec ullum sacratorum quidem ac sordidorũ. Dic mihi, si quis in conuiuium uocatus, manus abluere t, & recumberet, & mensæ paratus adesset, post modum nihil gustaret, non afficit contumelia uocantem? Nónne melius huiusmodi nec uenisse? Ita scilicet & tu, uenisti, cecinisti deo laudem, cũ omnibus es confessus de dignis esse, cum indignis nõ secedendo: quomodo mansisti, neque participas de mensa? Indignus sum, inquit. Igitur & illa quæ per preces fit communione. Non enim per proposita tantum, uerum per illa cantica spíritus semper descendit. Nónne uides ministrum spongia mensam circumlinientem, & expurgantem domum, & tabellas ponentem? Hoc per preces efficitur, per præconis uocem. Sicut spongia circumlinimus ecclesiã, ut in ecclesia munda proponantur omnia, ne qua sit macula, ne qua ruga. Indigni sunt & oculi peccatorum hisce spectaculis, indignæ sunt & aures. Si enim bestia, inquit, tangat montem, lapidabitur. Ita nec ascensu digni fuerũt, licet post hæc & accesserint, & uiderint ubi deus constiterat: post hęc accedere licet, & uidere. Cum adest quidem, abi: non tibi magis adstare licet, quàm catechumeno. Alioqui par non est, nondum attigisse mysteria: & postquam attigeris, offendisse, contempsisse, & se gratia indignum constituisse. Poterant & plura terribiliora; commemorari, sed ne mentẽ uestram grauemus, hæc quoq; sufficiant. Qui enim his non emendãtur, neq; pluribus. Ne maius itaq; uobis iudicium faciamus, uos exhortamur, non ut accedatis, sed ut præsentia uos, & accessu dignos constituatis. Dic mihi, si quis rex statuisset atque dixisset: Si quis hoc facit, mensæ meæ sit particeps: nónne propter hoc omnia feciſſetis? In cœlum uos uocauit, ad magni regis mensam & admirabilis, & retrocedímus, & cessamus, & non festínamus, nec ad rem accurrimus: & quæ nobis est salutis spes? Non uacat imbecillitatem accusare, non naturam, sola nos negligentia facit indignos. Hęc qui dem à nobis dicta sunt. Qui uerò corda compungit, qui compunctionis dat spíritum, corda nostra compungat, & in profundo semina ponat, & ab ipso timore concipiat, & pariat spíritum salutis, & cum fiducia accedat, ait enim: Filij tui, sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mensæ tuæ. Nihil uetus, immite nihil, nihil crudele: tales enim nouellæ sunt ad fructum idoneæ, fructum mirabilem oliuæ dico. Et fortes, ita ut omnes fiant in circuitu mensæ. Et nec temerè, nec à casu huc conueniant, sed cum metu & timore. Sicut autem cibus cum sit nutritiuus, si à crudo sumatur, omnia perdit & corrumpit, & fit morbi causa: ita scilicet & horrenda mysteria. Mensa spirituali frueris, mensa regia, & rursum luto corpus cõtamínas: ungis unguento, & fœtore rursum imples. Dic mihi, quæso, post annum communionem sumens, qua dragintáne dies ad totius temporis peccatorũ purificationem tibi satis esse putas? & hebdomade lapsa rursum ad priora reuerteris. Dic enim mihi si post longam ęgritudínem quadraginta dies ualens, rursum temetipsum illis cibis morbum inducentibus traderes, nónne prístinũ amísisses laborem? Nam si naturalia transferuntur, multò magis quæ in uoluntate cõsistunt. Quale quid dico: Naturaliter uidemus, & sanos habemus oculos per naturam, sed frequenter ex habitudíne mala, uisiua uirtus nostra lædítur: ita si naturalia transeunt, multò magis uolũtaria. Quadraginta diebus animæ sanitatem assignas, fortè uerò neque quadraginta diebus, & deum habere propitiũ expectas. Ludísne, quæso? Hęc dico nõ uno, & annuos prohíbens accessu, sed uos semper ad sancta uolens accedere: propter hoc & díaconus acclamat tunc sanctos uocans, & per hanc uocẽ omnium taxans maculas. Sicut enim in grege, ubi

multæ

Exod. 19

Psal. 127

multæ quidem sunt oues sanæ, multæ uero lepra squalidæ, opus est has à ualentibus arcere: itidem & in ecclesia, quoniam & hæ quidem oues sanæ sunt, hæ uero morbidæ, per hanc excitat uocem, & has ab illis diuidit, passim circumiens sacerdos per illum clamorem nimis horrendum, & omnes uocans sanctos, & trahens. Quoniã enim homo proximi res scire nõ potest (quis enim, inquit, hominum scit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo?) hanc uocem emittit, postq; consummatum est omne sacrificium, ut nemo temerè, & à casu ad spiritualem ueniat fontem. Etenim in grege (nihil eadem rursum uti similitudine prohibet) morbidas quidem intus claudimus, & in tenebris detinemus, & alia pascimus esca, nec aeris puri, nec herbæ synceræ, nec exterioris sinentes fontis participes esse: & hic igitur hæc uox pro quodam est uinculo. Non potes dicere: Nesciebam, ignorabam, quòd esset in re periculum. Igitur manifestè quidem Paulus hoc testatus est. Sed dices, Nesciui: hoc non est purgatio, sed potius accusatio. Per singulos dies ecclesiam ingrederis, & adhuc hoc ignoras? Tamen ne uel hoc prætendas, propterea sublimis constitutus, magna uoce, terribili clamore, quasi quidã præco, manum in altitudinem tollens, stans erectus, omnibus apparens, & magnum in illa tremenda quiete exclamans, hos quidem uocat, hos autem arcet, non hoc manu faciens, sed per linguam q̃ per manum efficacius. Illa nanque uox in aures incidens nostras, tanquam manus, hos quidem pellit & eijcit, hos aũt introducit & assistit. Dic mihi quæso, in Olympiacis certaminibus, nónne adstat præco magnum clamans, & altum? num aliquis hunc accusat? dicens: num fur est, & seruus? num prauorum est morum? cum tamen illa certamina non animæ sint, neq; bonorũ morum, sed roboris & corporis. Si igitur, ubi corporũ est exercitatio, multa fit uolũtatis inquisitio: multo magis, ubi totũ anima decertat. Stat igitur apud nos & nunc præco, non capite quenq; tenens & producens, sed omnes pariter interiori detinens capite. Non apponit illis alios accusatores, sed ipsis semetipsos. Non eñ dicit: Nunquid aliquis hunc accusat? sed quid? siquis seipsum accusat. Cũ eñ dixerit, Sancta sanctorum, hoc dicit: si quis non sanctus, non accedat: nõ simpliciter dicit, à peccatis purus, sed, sanctus. Non peccatorum tantum liberatio, uerum & spiritus præsentia sanctum facit, & bonorum operum diuitię. Nolo uos tantũ, inquit, à cœno esse liberatos, uerum & candidos ac splendidos. Nam si rex Babylonius ex captiuitate deligẽs adulescẽtes pulchros specie, & decoros aspectu sumpsit: multo magis & nos sanctæ mẽsæ assistẽtes regiæ, specie pulchros esse decet, aureum animæ mundũ habentes, uestẽ purã, calceamẽta regia, decorũ animæ cultũ, aureum ipsius ornatũ, esse indutos cingulũ ueritatis: talis accedat, & regios tãgat calices. Si quis uero pannis indutus, sordidus, squalens regalẽ uelit mensam petere, uideat quanta patiet̃, non ualentibus quadraginta diebus in omni tempore patrata abluere. Nam si gehenna non sufficit, cum sit sempiterna: multo minus hoc breue tempus. Nec enim ualidam exhibemus pœnitentiam, sed infirmam. Eunuchos præsertim regi decet assistere, eunuchos dico mente, candidos, nullam habentes maculam, mente sublimes, hilarem habentes animæ oculum, & acute uidentem, uolubilem & uelocem: non autem somnolentum, non supinum, multa plenum libertate, ab impudentia remotum & procacia, uigilantem, sanum, nec austerum nimis & tristem, neq; diffusum & lubricũ. Hunc nos possemus oculum efficere & acutum, & honestum reddere. Cum enim eum ad fumum non agamus, nec ad puluerem (tales enim sunt omnes humanæ res) sed ad tenuem auram, ad leuem aerem, ad sublimia & alta, & multæ plena quietis & munditiæ, & multæ iucunditatis, statim eũ reparabimus & corroborabimus, tali nos oblectantes spectaculo. Vidisti præstantiam, & diuitias multas, ne deducas illuc oculum. Lutum id est, est fumus, uapor uitiosus, caligo & anxietas multa, & curæ suffocatio. Vidisti hominem iustitiam exercentem, suis contentum, & multam habentem remissionis latitudinem, nihil curantem, nihil de præsentibus satagentem, temetipsum illic statue, & modifica, & longe melior fies & clarior: non terræ, sed uirtutum epulans floribus, modestia, humanitate, & omnib. alijs. Nihil enim oculum ita perturbat, sicut mala conscientia. Turbatus est, inquit, à furore oculus meus: nihil tantum obtenebrat: ab hoc te libera supplicio lætum & fortem semper bonis epulantem expectationibus. Detur autem ut nos omnes & hanc, & alias animæ constituamus actiones, quales uult Christus, ut facti superpositio nobis capite digni, quò uult, migremus. Ait enim: Volo ubi ego sum, ut & illi sint mecum, ut gloriam meam uideant: quam utinam omnes assequamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri simul & sancto spiritui, gloria, imperium & honor, nunc & semper, &c.

Exod. 19

Psal. 127

Psal. 6

Ioan. 17

QVOD VTILES SINT MODERATAE tentationes ad omnes: & deo seruiens tribulationem expectare debet. Homilia LXII.

ICVT corpus tritum laboribus, & erumnis confectum, amori non uult uacare, non indulgere uentri, sed requiescere & quiete iacere: sic & anima plurimis obsita malis, ad requiem & quietum statum festinat. Quæ uero in remissione stupuit, & tumultuata est & elata: hæc autem nihil habens, quod hiet, quod diffluat: & hæc quidem uirilior, illa uero puerilior est: hæc quidem grauior, illa leuior: sicut in aqua multa leue quippiam superueniens concutitur, sic in multam lapsa lætitiam anima. Et ex multa uoluptate maxima nobis oriri peccata quispiam uiderit. Et si uultis, duas domos describamus: hanc quidem nubentiũ, hanc uero lugentiũ: mente utranq; ingrediamur, uideamus utra melior. Inuenieẽ enim lugu-

lugubris, sapientiæ plena, nuptialis autem plena confusionis. Nam uide turpia uerba, incomposi-
tos risus, incõpositiores locutiones: & uestis, & incessus deformitate plenus. Verba multę fatui-
tatis & stultitiæ plena, & aliud omnino nihil, ri-
sus omnia, & derisio, quæ sunt illic: non nuptias
dico (absit) sed quę sunt in nuptijs: tunc natura de
bacchatur, bruta pro hominibus fiũt præsentes:
hi quidem, ut equi hinniunt, hi autẽ, ut asini, cal-
citrãt. Multa effusio, nihil studiosum, generosum
nihil. Diaboli pompa, cymbala & tibiæ, & canti-
ca fornicationis & adulterij plena. At nõ ita illic,
ubi luctus, omnia composita, multa requies, silen
tium multum, correctio multa, inordinatũ nihil,
nihil incõpositum: si quis aliquid locutus fuerit, B
omnia sunt uerba philosophiæ plena. Et id qui-
dem mirabile, quòd per illud tempus non modo
uiri, uerum & famulitia & mulieres sapienter a-
gũt: (talis enim est luctus natura) & uidentur qui
dem lugentem cõsolari, plurima uero totius phi-
losophiæ plena loquuntur. Orationes statim, ut
hactenus sistant: & uiri graues laborantem con-
solantes, & enumerationes talia lugentium innu
meræ. Quid enim est homo? Nostræ examinatio
naturæ. Quid igit̃ est homo? Vitæ & utilitatis ip-
sius accusatio, futurarum rerum expectatio, com
memoratio iudicij. Quisq; domũ redit, à nuptijs
quidem mœstus, quoniã ipse nõ est in prosperis:
à luctu uero remissus, quoniã nõ ipse talia passus
est, & omnem extinxit æstum. Sed quid uis? Vis
carceres & theatra perquiramus? Ille quidẽ tribu C
lationis, hic aũt uoluptatis locus est. Indagemus
iterum. Illic philosophię multũ: ubi nãq; tristitia,
prorsus & ibi philosophia. Qui antea diues erat
& multũ tumidus, post luctum quemlibet se susti
nebit alloquentem: postq; timor & tristitia, quasi
quidam acrior ignis in ipsius inciderit animã, &
duritiam emollierit, tunc humilis fit, tunc exora-
bilior, tunc mundanam sentit mutationem, tunc
ad omnia patiens erit. In theatro aũt omnia con-
traria, risus, ineptitudo, diabolicus fastus, effusio,
temporis impendium, & superflua dierum con-
sumptio, malæ cupiditatis inductio, adulterij me
ditatio, fornicationis gymnasium, intẽperantiæ
schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, in-
honestatis exemplum. At in carcere nõ ita, sed illic D
humilitas, supplicatio, philosophiæ profectus, se
cularium contemptus, omnia conculcata sunt &
cõtempta: & tanquam infanti pædagogus adest
timor, ad omnia cõgrua dirigẽs eum. Vis autem
& alia rursũ loca scrutemur? Te uellem occurre-
re homini de theatro redeũti, & alteri de carcere
egresso: uideres utiq; illius animam pauidam, tu-
multuantẽ, & uere ligatam: huius autem liberatã
solutam & pennatam. Nam ille quidem ex thea-
tro recedit, mulierum, quæ sunt illic, aspectibus li
gatus, uincula ferens omni chalybe grauiora, lo-
ca scilicet illa, uerba & formas: hic autẽ è custodia
penitus remissus, non ultra se quid graue passurũ
putabit, alienis sua cõparãs: q nõ est adhuc cõpe
ditus, gratias habebit: iam res humanas despici-
et, cum multos ibi diuites in erumnis uiderit, qui A
multa magnaq; poterant, & tamen ibi uinctos: e-
tiam si quid iniuste patiatur, & in hoc patiẽs erit:
nam & huius multa sunt illic exempla: in futuri
ueniet iudicij recordationẽ, & eius typos hic cer
nens perhorrescet: quasi nanque sit hic in carcere
conclusus, sic erit & illic, & ante futuri diem iudi-
cij, in uxorem, in filios, in seruos humanior. At ex
theatro non ita, sed iniucundius uxorem uidebit,
& in familiares erit difficilis, in filios exacerbabi-
tur, efferabitur in omnes. Magna ciuitatibus ma-
la ferunt theatra: magna, nec hoc uidemus quòd
magna. Vultis & alia risus loca perlustrem, conui
uia dico, ubi parasiti & assentatores, & multæ de-
liciæ: & loca rursum, ubi claudi & debiles? Igitur
illic quidem ebrietas & deliciæ & effusio: hic au-
tem contrarium. Vide & in corpore, cum æstuat,
cum bene se habet, celerrimã habet in ægritudi-
nem ruinam: cum aũt pressum fuerit, non ita. Ma
nifestiorẽ itaq; uobis reddã sermonẽ. Sit corpus
multũ habens sanguinis, & carnes multas, & ui-
gens: hoc ex quacunq; mutatione febrem parere
poterit, si simpliciter orietur: Sit aũt aliud cum fa
me potius pugnans & afflictione, hoc est captu
difficile, & ad infirmitatẽ inexpugnabile. Sãguis
enim licet in nobis sit sanus, multitudine frequen
ter morbũ inducit: si uero sit modicus, licet nõ sa-
nus, facilius curari potest. Ita quidem & anima ue
loces habet ad peccata motus. Talis enim est iux
ta superbiã, & uoluptatẽ, & inanem gloriam, &
inuidiam, & insidias, & sycophantias. Ecce quan
ta ciuitas est hęc magna nobis: Vnde nascunt̃ ma
la? nónne à diuitibus? nónne à gaudẽtibus? Qui
in iudicia trahunt, qui facultates distrahũt: erum-
nosi & abiecti, aut multum inflati, & gaudentes?
Nõ est animæ contritæ, quicq; mali facere: ipsius Rom. 5
lucrũ Paulus nouit, ꝓpterea dicit: Tribulatio pa-
tientiã operatur, patiẽtia uero probationem, pro
batio spẽ, spes aũt non cõfundit. Ne cadamus igi
tur in tribulationibus, sed in omĩb. agamus grati-
as, ut aliquid magni lucremur, ut apud deũ inue-
niamur probabiles, qui tribulationes permittit.
Magnum est bonum tribulatio, & hoc ex nostris
discimus filijs. Nam absq; tribulatione nihil utile
discerent, nos autem plus illis afflictionis indige
mus. Si enim illic passionibus quiescentibus illos
muniunt, multo magis nos, & præsertim tantis
detẽtos: sed nos potius pædagogos oportebit ha
bere. A puerulis enim nũquam magna cõmittun
tur peccata, à nobis uero magna nimis: pædago-
gus autem noster, tribulatio. Nec hanc itaq; allici
amus, & præsentem semper generose feramus,
cum sit infinitorum causa bonorũ, ut & dei fauo-
rem assequamur. Etenim certamen est uita præ-
sens: est igitur opus pugnare, bellũ est & pugna.
In bello remissionem quærit nemo, nemo delici-
as, nemo pecuniarum curam gerit, nemo de uxo
re solicitus est: sed unum duntaxat intuetur, quõ
superet inimicos: hoc & nos curemus. Si uicerí-
mus, & cum uictoria redierimus, nobis deus om
nia conferet. Hoc nobis quæraṫ, quomodo dia-

bolum

bolum ſuperemus: quinimò non noſtri ſtudij opus eſt, ſed dei gratiæ totum. Vnum nobis curetur, ut eius gratiam aſſequamur, ut munimentũ illud ad nos trahamus: Si deus pro nobis, quis
Rom.8 contra nos? Vnum id elaboremus, ne nobis fiat inimicus, ne nobis aduerſetur. Non tribulari malum eſt, ſed malũ eſt peccare: graues deliciæ ſunt ex hoc, etiam ſi uiuamus in delicijs: non in futura dico uita, uerum & in præſenti. Nam quomodo putatis ueſtram morderi conſcientiam? quo non eſſe peiorem tormento? Vellem in malis uiuentes diligenter interrogare, nunquámne ueniant in ſuorum memoriam peccatorũ? nunquid tremant, nunquid formident, nunquid doleant, nunquid beatos uocẽt in ieiunio poſitos, in mon
B tibus, in uirtute multa? Vis illic remiſſionem in uenire, hic propter Chriſtum tribulare, huic remiſſioni par nihil. Gaudebant apoſtoli cum flagellarentur. Paulus hoc admonet, dicens: Gaudete in domino. Et quomodo gaudere licet, ubi ſunt uincula, ubi tormenta, ubi iudicia? Hic maxime gaudere licet. Quomodo uero licet, ubi non hæc? Qui nanque ſibi nullius magnæ rei conſcius eſt, quomodo delectabit? Itaq; quanto maiorem dixeris tribulationem, tanto maiorem dicis uoluptatem. Qui mille uulnera miles excepit, nónne cum magna reuertetur lætitia, libertatis habens claritatem, & gloriæ materiam uulnera? Et tu ſi
Gal.6 poteris, erumpe uocem illam, quam Paulus, Stigmata Ieſu porto: magnus & illuſtris, atq; probabilis fieri poteris. At non eſt perſecutio? Sta aduerſus gloriam: & ſi quid aliquis contrarium di-
C xerit, ne timeas, male propter Chriſtum audire. Sta contra ſuperbiæ tyrannidem, ſta contra pugnam iræ, contra concupiſcentiæ tormentum, &
Rom.5 hæc ſtigmata ſunt, & hæc tormenta. Dic enim mihi, quid tormentis grauius? nónne cum anima dolet & uritur? Nam illic quidem corpus ſecatur: hic autem totum eſt ipſius animæ. Circa ipſam eſt dolor, cum iraſcitur, cum inuidet, cum aliquid huiuſmodi facit, uel potius patitur. Non enim hoc eſt facere, ſed pati, iraſci, inuidere: propterea & animæ paſſiones appellantur, & uulnera, & cicatrices. Vere enim paſſio eſt, & paſſione grauior. Cogitate qui iraſcimini, quoniam has facitis paſſiones. Ergo non iraſcentes, neque
D patiuntur. Vides quòd cui fit cõtumelia, non patitur: ſed qui contumeliam facit, ſicuti iam dixi. Quòd enim patitur, patet quidẽ & ex hoc, quòd paſſio uocatur: manifeſtatur autem & ex corpore. Hæ nanque ægritudines ex ira naſcuntur, uiſus hebetudo, conſternatio, & huiuſmodi mille. Sed filium, inquis, affecit contumelia, ſed agricolam. Ne imbecillitatem eſſe putes, quòd & ipſe non hoc facias. Dic enim mihi, hócne bene factum eſt? Non, inquies. Ergo ne facias quod non bene fit. Scio quales in talibus iræ pariuntur. Quid igitur, inquies, ſi contemnat? Argue, increpa, hortare. Manſuetudine ſoluitur ira: accedens accuſa. Nam pro his quidem quæ in nos geruntur, non opus eſt hoc facere, pro alijs autem hoc

A facere neceſſarium eſt. Ne propriam putes contumeliã, ſi filius ſit affectus cõtumelia: licet pro eo doleas, non tanquã ipſe paſſus contumeliã. Non enim quoniam filius male paſſus eſt, tu contumelia es affectus, ſed qui male dicit. Extingue gladium acutũ, in theca reponatur: ſi nudum eum habeamus, frequenter & cum non ſit tempus, utemur, ab ipſo perimus. Si uero celatus ſit, ſi etiam opus fuerit, dum quærimus tegere, extinguetur ira. Pro ſe Chriſtus non uult iraſci: audi nanq; qd dicat ad Petrum: Mitte gladium tuum in uaginam: & tu pro filio iraſceris? Doce filium quoq; philoſophari. Dic tu quoque tuas ipſi moleſtias, tuum imitare præceptorẽ. Cum & diſcipuli contumelias eſſent paſſuri, nõ dixit, Vlciſcar: uerum
B Et hæc mihi fecerunt, inquit: ferte generoſe: non enim uos meliores. Hæc & tu dic ad filiũ & puerum. Nõ es domino tuo melior. Sed nugæ uidentur eſſe uerba philoſophiæ. Heu mihi, quòd non ita uerbis aſſerere licet, ſicut ipſa poteſt experientia doceri. Et ut diſcas, conſidera, ſi in medio duorum ſtatutus pugnantiũ, ſis partis iniuriam patiẽtium, non autem inferentiũ, niſi uictoriã apud te uideris, niſi præclaras reportes coronas. Vide q̃modo Chriſtus afficitur cõtumelia, & quomodo reſpondet, quàm manſuete. Vbi eſt, inquit, Abel Gen.4
frater tuus? Et quid ait ille? Nunquid cuſtos ego ſum fratris mei? Quid hoc inſolentius, ſi etiam à fratre quis hæc audiat? nam ſi à fratre, nónne contumeliam id exiſtimaſſet? Quid igitur? Vide quomodo rurſum manſuetè deus reſpõdet: Vox ſan-
C guinis fratris tui, inquit, clamat ad me. At deus, inquit, eſt ira ſuperior. Sed propterea dei filius deſcendit, ut te deum faciat, quantũ humana capit uirtus. At nõ poſſum, inquit, cum homo ſim. Eia ergo tibi homines producamus, neq; me Paulum credas dicturum, neq; Petrũ, ſed quoſdam de minoribus, & longè inferioribus. Heli Annam deri
1.Reg.1 ſit dicens: Digere uinum tuum. Quid hoc contumelioſius? Quid hæc igitur dixit mulier? In aſpera die ego ſum. Nihil uerè tribulationi par, philoſophiæ mater eſt. Eadem aũt hæc & ſuam habens æmulam, non eſt eam contumelia perſecuta. Sed quid? ad deum confugit. Et orans nec eius memi
nit, neq; dicit, Quoniam illa mihi improperat, de
D fende me: tam ſapiens erat mulier: erubeſcamus uiri. Et quidem ſcitis, quòd zelo nihil comparat. Publicanus à phariſæo contumeliam paſſus, contumeliam non reddidit: licet ſi uoluiſſet, utiq; potuiſſet, ſed æquè tulit dicens: Propitius eſto mihi peccatori. Miphiboſeth à ſeruo accuſatus, & paſſus calumniam, nihil dixit, aut fecit in eum mali, neq; coram rege ſuo. Vis & meretricis audire ſapientiam? Audi Chriſtum dicentem, cum pedes ipſius capillis exterſit: Publicani & meretrices præcedẽt uos in regno. Vidiſti eam ſtantẽ & confidẽtem, & propria abluentẽ peccata? Vide quomodo Phariſæo nõ eſt irata, cum improperaret: ait enim: Si ſciret, quia peccatrix eſt hæc mulier, Luc.7
non eam dimiſiſſet. Nec ad eũ dixit: Quid enim quæſo, tu mundus es à peccatis? ſed plus patieba

tur,plus gemebat,feruidiores effundebat lachry-
mas.Si uero mulieres & meretrices & publicani
philoſophantur,& hoc ante gratiam: qua ſumus
digni uenia,qui poſt tantam gratiã efficimur be-
ſtijs feriores,mordentes & calcitrantes? Nihil ira
turpius,nihil ignobilius,grauius nihil,nihil iniu-
cundius,damnoſius nihil. Hæc dico, ut non tan-
tũ erga uiros mites ſimus,uerum & ut, licet uxor
ſit loquax, ſufferas, ſit tibi coniunx palæſtra &
gymnaſium. Quomodo nanq; nõ abſurdũ,gym
naſia quidem admitti nullum habentia lucrũ ubi
corpus atterimus,domi uerò gymnaſia non face-
re,coronam & ante certamina nobis præbentia?
Contumeliã facit uxor? ne ſit uxor tibi. Eſt enim
muliebre cõtumeliam facere, morbus eſt animæ,
defectus eſt.Ne rem indignam eſſe credas, cum B
uxor contumeliam infert.Indignum cum tu qui-
dem contumeliam facias, ipſa uerò ſapienter fe-
rat, tunc dehoneſtaris, tunc uerè contumelia es
affectus: ſi uerò paſſus æquè feras, fortitudinis
tuæ magnum eſt argumentum.Non ad contume
lias mulieres inducẽs,hæc dico,abſit:ſed ſi quan-
do contigerit per ſatanicam circunuentionem,
uirorum eſt fortium ferre imbecilles: etiam ſi ſer-
uus contradixerit,tu philoſophare. Ne quod ille
dignus eſt audire,dixeris aut feceris: ſed quod te
decet tam facere,quàm dicere.Nunquam contu-
melia puellam afficiens, turpe uerbum emittas,
nunquam ſeruum appelles ſceleratum:non enim
ille,ſed tu contumelia fueris affectus.Non poteſt
iratus in ſeipſo manere, ſicut in fluctus ſurgens C
mare:ita commiſcentur omnia, & tanquam fons
purus immiſſo turbatur cœno, & ſuperiora fiunt
inferiora.Siue percuſſeris,ſiue tunicam diffrege-
ris, tu maius damnum ſuſtinuiſti. Illi nanq; circa
corpus & ueſtẽ hæret uulnus, tibi uero circa ani-
mam:Illam diſſecuiſti,illam uulneraſti. Deieciſti
deorſum ab equis aurigam,trahi ſupinum feciſti:
& eſt idẽ,ac ſi alteri ſuccenſens auriga trahi mal-
let.Siue increpes, ſiue cõmoneas, ſiue quicquid
facias, abſq; ira fiat & furore. Si enim increpans
medicus patiens eſt,quomodo poterit aliũ cura-
re,qui ſe prius afflixit,ſemetipſum non ſanans? Si
quis medicus alterum curaturus accederet, prius
habens ſuam manũ uulneratã,ita quæſo curatio- D
nẽ obibit? abſit. Similiter & tu,ſiue increpes, ſiue
cõmoneas,pura uideant oculi tui, ne mentem cõ
turbes:alioqui quomodo fit curatio? Non poteſt
in eadẽ eſſe tranquillitate carens ira & iracũdus.
Cur pręceptorem de ſede deturbans,ita humi ia-
centem alloqueris? Nõnne uides iudicantes, qui
cũ iudicare debẽt, ſuper throno ſedent in habitu
cõgruo? Itidẽ & tu animã tuã ueſte iudiciali exor
na:hæc aũt eſt humanitas. At nõ timebit, inquis:
imò magis timebit. Tũc aũt,etiã ſi iuſta dicas, fu-
rori ſeruus imputabit:ſi uerò cum manſuetudine,
ſeipſum cõdemnabit. Quod aũt eſt principale,te
deus ſuſcipit,& ita poteris æterna cõſequi bona,
gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,
cũ quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria,impe
rium & honor,nunc & ſemper,& in ſecula, Amen.

QVOD OB AMOREM CHRISTI OM- A
nem oportet afflictionem ſufferre, neque rerum
mutationes timeri debent. Homilia LXIII.

ICVT eſt, dilectiſſimi, nunc quidem
nox,nunc autem dies:& interdum qui
S dem æſtas, interdum autẽ hyems: ſic
& in nobis,nunc quidem triſtitia, nũc
autem uoluptas:& nunc quidem ægri
tudo,nunc uero ſanitas.Itaq; ne admiremur,cum
ægrotamus,alioquin & cum ualemus, admiran-
dum eſſet. Neque tumultuemur, cum dolemus:
alioquin & cum gaudemus, opus eſſet tumultua
ri.Omnia nanque ſecundum naturam fiunt, & ſe
cundum conſequentiam: & quid admiraris, ſi
hæc in te? Nam & ſanctis illis hoc accidiſſe quiſ-
piam uiderit.Et ut hoc diſcas, eia quam maximæ
uoluptatis plenam eſſe uitam exiſtimas,& à mo-
leſtijs abſolutam, hanc in medium agamus. Vis
Abrahę uitam ab exordijs inquiramus? quid igit̃
hic ſtatim audiuit? Exi de terra tua, & de cogna- Gen.12
tione tua. Vides rem moleſtam imperari, uerum
& lætam uide ſubſequentem: Et ueni in terram,
quam monſtrauero tibi, & faciam te in gentem
magnam.Quid ergo, poſtquam uenit in terram,
& portũ attigit, infeſta deſierunt? Nequaquam,
ſed & rurſum alia prioribus grauiora ſunt ſubſe-
cuta, fames & peregrinatio, uxoriſq; rapina, &
poſt hæc alia bona ſucceſſerunt ei:Pharaonis pla
ga & dimiſſio,honor,& illa multa dona,& ad pri
ora reditus, & omnia ſequentia talem habent ſe-
riem ex lætis & triſtibus textam. Et apoſtolis ſi-
milia contigerunt,propter quod & Paulus dice- 2.Cor.1
bat,Qui conſolatur nos in omni tribulatione no
ſtra,ut & nos poſſimus conſolari poſitos in om-
ni tribulatione.Quid igitur,inquit,ad me ſemper
in triſtitijs conſtitutũ? Ne ſis ingratus, & gratiæ
immemor. Nec enim quis poteſt eſſe ſemper in
moleſtijs,nec enim natura ſufficit. Sed quoniam
in lætitia ſemper eſſe uolumus, propterea nos in
triſtitijs ſemper eſſe putamus, neque propter
hoc tantum, uerum quoniam læto rum quidem
& bonorum ſtatim obliuiſcimur, triſtium au-
tem ſemper recordamur. Idcirco nos ſemper in
triſtitijs dicimus. Nec enim fieri poteſt, ut ho-
mo ſit ſemper in erumnis: & ſi uultis, & uitam
in delitijs poſitam indagemus, mollem & dif-
fluentem, & grauem & oneroſam & flebilem.
Et hanc enim oſtendemus uobis triſtitias haben
tem,illam uero remiſſiones: ſed ne tumultuemi-
ni. Proponatur autem in medium homo capti-
uus, & alius iuuenis orphanus magnæ ſucce-
dens hæreditati.Proponatur aũt & quidam mer-
cenarius per totã laborans diem, & alter delicijs
cõtinuè uacans. Vis illius,qui delicijs affluit, mo
leſtias prius cõmemoremus? Cogita quomodo
par eſt ipſius mentem uexari, cum gloriam ſe ſu-
pergredientem appetat,cum à ſeruis contemna-
tur,cum à minoribus contumeliæ habeatur,cum
innumeros patiatur opulentiam ſuam accuſan-
tes pariter & calumniantes, & alia quæcunq; in
diuitijs accidere credendum eſt. Neque dicere li-
cet

cet,inimícitías, offenſiones,accuſationes, iactu-
ras,inuidentium inſidías:qui poſtquam ipſius di
uitias ad ſe transferre non potuerint, detrahunt,
undiq; laniant adoleſcentem, innumeras ei tem-
peſtates concitant. Vis & huius mercenarij uo-
luptatem recenſeam? Ab his omnibus eſt abſolu
tus : quòd ſi quis eum affecerit contumelia, non
dolet:ſe nanque maiorem putat nemine: nō pro
pecunijs timet, cum uoluptate manducat, cum
multa dormit lætitia.Non ita delectantur uinum
bibentes Thaſium,ſicut ille petens fontes: at illi-
us nequaquam talia. Si uerò dicta tibi non ſuffi-
ciunt,ut maiorem faciam,eia regem & captiuum
cōparemus,& uidebis hunc quidem in uolupta-
te frequenter uerſantem, ridentem & ludentem
atq; ſaltantem:illum autem in diademate & pur-
pura,mœſtum, timentem, & innumeris preſſum
ſolicitudinibus,& præ timore mortuum.Nullius
enim uita ſine triſtitia prorſus inueniri poteſt,ſed
neque uoluptatis expers, neq; enim noſtra ſuffe-
ciſſet natura , ſicut prædixi. Si uerò hic quidem
magis gaudet,hic autem amplius dolet:hoc eue-
nit ex ipſo dolente, cum puſilli ſit animi, non ex
ipſa negotiorum qualitate.Nam ſi iugiter gaude
re uelimus,multas habemus occaſiones. Nam ſi
uirtutem arripuerimus,nil iam erit,quod nos cō-
triſtet:hæc enim ſe poſſidentibus bonas prætен-
dit expectatiōes:& deo gratos & apud homines
reddit probabiles,& ineffabilem affert uoluptа-
tem. Licet enim in obeundo uirtus laboris ali-
quid habeat, multa tamen conſcientiam implet
delectatione:& tantā intrinſecus affert uoluptа-
tem, quantam ſermo nullus exprimere poſſet.
Quid enim tibi de præſentibus iucundum eſſe ui
detur? nónne lauta menſa,& corporis ſanitas, &
gloria ac diuitiæ? Sed hæc ſuauia, ſi illi compares
uoluptati,ſunt omnibus amariora ad eam colla-
ta.Nihil enim bona ſuauius conſcientia, & bona
ſpe.Et ſi uultis hoc diſcere, hinc migraturum in-
terrogemus,uel ſenio confectum, & commone-
facientes eum lautæ menſæ,qua quondam oble-
ctabatur, & honoris & gloriæ & bonorum ope-
rum,quæ unquam fecit:rogemus, in quibus ma-
gis exultat. Et in illis quidem uidebimus erube-
ſcentem & ſe celantem:in his uerò geſtientem &
exultantem.Sic & Ezechias,cum ægrotauit,non
gloriæ,non regni,non opiparæ meminit menſæ,
Eſa.38 ſed iuſtitiæ:ait enim,Memento domine, quomo
do ambulauerim in conſpectu tuo, in uia recta.
Vide & Paulum ex his exultantem & dicentem,
2.Tim.4 Bonum certamen certaui,curſum conſummaui,
fidē ſeruaui. At inquis : Quid hic habebat, quod
diceret? Multa & plura quàm diuites: & hono-
res, quibus honoratus fuit: & miniſterium quo
potitus eſt,& multum obſequium. An non audis
ipſum dicentem: Tanquam angelum dei ſuſcepi-
ſtis me,tanquam Chriſtum Ieſum:&, Si poſſet fie
Gal.4 ri,oculos ueſtros eruētes,dediſſetis mihi:& quòd
pro anima ipſius ceruicem ſuppoſuerunt? Sed ni
hil eorum in medium agit,ſed ipſos labores & pe
ricula,& pro his coronas, & ualde quidem iuſte.

A Hic enim iſta relinquuntur, illa uerò nobiſcum
migrant.Et iſtorum quidem rationem dabimus:
horum autem præmia repetemus. Non noſtis in
nouiſſima die, quomodo peccata animam con-
uoluunt? qualiter ab imo cor mouent? Tunc ita-
que cùm iſta fiunt, bonorum aſſiſtens operum
memoria, tanquam in tempeſtate ſerenitas ani-
mam conſolatur tumultuantem: Si nanque uigi-
lemus,& uiuentibus nobis hic ſemper motus ade
rit:ſed quoniam ſenſu carere uidemur, cùm hinc
ejiciemur,adſtabit omnino:ſiquidem & reus tūc
maximè dolet,cùm ipſum ad tribunal eduxerint:
tunc maximè contremiſcit, cùm tribunali uici-
nus eſt,cum ſit opus pœnas dare.Propterea nan-
B que multorum timores tunc audire licet narran-
tium , & aſpectus terribiles : quorum ſpectacu-
lum non amplius ferentes qui moriuntur,lectum
ipſum multa cum perturbatione concutiunt ia-
centes , & præſentes toruùm aſpiciunt, anima ſe
intro compellente,& corpus erumpere differen-
te,nec angelorum uenientium præſentiam feren
te. Nam ſi tremendos homines nos uidentes ex-
paueſcimus : angelos minaces, & poteſtates ſæ-
uas accedentes cum uidebimus, quid non patie-
mur,cùm anima de corpore nobis extrahetur, &
ui rapietur,& multum incaſſum & fruſtra lamen
C tabitur? Nam & dives ille poſtquam hinc migra-
uit,multum defleuit,ſed nihil profecit.Propterea
ſuadeo, omnia faciamus, ne à tanta decidamus
gloria,futura ſcilicet. Nihil enim difficile, ſi ueli-
mus:nihil graue,ſi attendamus : Nam ſi patimur, 2.Tim.2
& conregnabimus.Quid eſt,patimur? ſi tribula-
tiones ferimus & perſecutiones, ſi uiam ambule-
mus anguſtam. Nam anguſta quidem à natura
eſt laborioſa,uoluntate uerò noſtra leuior effici-
tur, propter ſpem futurorum. Momentaneum 2.Cor.4
enim & leue tribulationis per excellentiam in ex
cellentiam ęternum pondus gloriæ operatur: nō
conſiderantibus nobis quæ uidentur , ſed quæ
non uidentur. Transferamus igitur oculos in cœ
lum,& illud cogitemus ſemper,& ſpectemus. Si
enim in illis ſemper immoremur, nihil circa quæ
ſunt hic iucunda,patiemur, non triſtia ægrè fere-
mus. Verum & hæc & ſimilia deridebimus , &
nos aut extollere, aut mancipare nihil poterit, ſi
D modò deſiderium illuc intendamus, ſi reſpicia-
mus ad illam charitatem . Et quid dico? non do-
lebimus malis præſentibus:nec enim iam ea cer-
nere uidebimur, tale quid enim eſt amor. Certe
nobis non præſentes,ſed abſentes,ac deſideratos
per dies ſingulos cogitamus. Magna nanque uis
eſt charitatis,ab omnibus ſeparat, & amato ani-
mam alligat.Si Chriſtum ita dilexerimus, omnia
præſentia umbra , omnia imago uidebuntur &
ſomnium:dicemus & nos: Quis nos ſeparabit à Rom.8
charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia? Non di
xit,pecuniæ,an diuitiæ,an ornatus:hæc enim ual
de uilia & deridenda : ſed quæ uidentur eſſe gra-
uia poſuit: Fames, perſecutiones,mortes.Et ille
quidem & hæc,tanquam nihil eſſent, contemp-
ſit:nos autem propter pecunias à uita noſtra ſepa

ramur,& à lumine abscindimur. Et Paulus quidē non mortem,non uitam, non præsentia, non futura,non aliam creaturam, eius charitati præponit:nos autem si modicum auri uiderimus, accendimur,& ipsius pessundamus leges. Si uerò non hæc cum dicuntur,tolerabilia, multò magis cum fiunt.Hoc enim est graue quod audiētes quidem horrescimus,facientes aūt nō horremus: quin & iuramus leuiter,& peieramus,& rapimus,& exigimus usuras,& nullam modestiæ gerimus curā, & à diligentissima recedimus oratione,& mandatorum plura præuaricamur: & propter pecunias nullam nostrorum agimus membrorū rationem. Qui nanq; pecunias diligit, & innumera proximo mala patrabit,& sibi pariter cum illo.Nam & facilè irascetur,& conuitiabitur,uocabit stultum, & iurabit ac peierabit, & nec antiquæ legis seruabit mensuras:non enim diliget proximum, qui diligit aurum, cum nos & inimicos diligere propter regnū iubeamur. Nam si prisca obeuntes præcepta ad cœlorum regna peruenire non poterimus,nisi superabūdet iustitia nostra magis quàm illorum:& illa præuaricantes, quam assequemur excusationem? Qui pecunias amat, non tantum inimicos non diliget, uerum & amicis tanquam inimicis utetur.Et quid amicos dico? Nam & frequenter ipsam ignorauere naturam, qui pecuniarum amore sunt capti. Talis consanguinitatē nō nouit,familiaritatis non reminiscitur, non reuerētur ætatem,amicum habet neminē: sed in omnes se geret inimice,ante oēs alios in semetipsū,nō eò tantum quòd animam suam perimat, uerum & innumeris semetipsum affligat solicitudinibus laboribus & tristitijs.Nam & peregrinationes,& inimicitias,& pericula & insidias,& quodlibet sustinebit,tantum ut omnium malorum penes se radicem habeat,& multum auri cōnumeret. Quid igitur hac peste grauius esse possit? Nam & delicijs,& omni uoluptate,propter quam multa peccant homines,& gloria & honore caret.Qui nanque pecunias diligit,innumeros habet suspectos & multos accusatores,inuidos,& calumniatores & insidiantes. Qui nanq; patiuntur iniuriā, oderunt tanquam male habiti:nondum uero passi, timentes ne patiātur,& passis condolētes idem indicunt bellum. Maiores autē & potentiores dolentes,& ægreferētes pro humilioribus, insuper & inuidentes, similiter inimici sunt, & oderunt. Et quid homines dico,cum & deum aliquis habeat hostem? Quæ iam huic spes supererit,quæ consolatio, quæ refrigeratio? Qui pecunias diligit, nunquam eis uti poterit,sed seruus erit & custos, non dominus semper:plures em̄ efficere studens nequaquam impēdere uolet:semetipsum autem cruciabit & omnium pauperum parcissime uiuet, nullum faciens cupiditatis terminum: cum pecuniæ sint,non ut custodiamus,sed ut utamur. Si uero defodere debeamus alijs, quid nobis possit esse miserius,qui circumcursamus, aliena comprehendere quærentes, ut intus includamus, & communem præcidamus usum? Est aūt & alia pestis hac non inferior. Nam hi quidem in terram infodiunt,hi autem in uentrem & uoluptatem & ebrietatem cum iniuria,& ex intemperantia pœnam sibi ferentes:& hi quidem parasitis & assentatoribus,hi uero aleis & meretricibus,& alijs huiusmodi suppeditant impensas:innumeras sibi secantes uias ad gehennam ferentes, rectam & sanctam deferentes in cœlum ducentem: cum non modo lucrum,sed etiam uoluptatem dictis maiorem habeat.Nam qui meretricibus erogat, ridendus erit & turpis, & multa feret bella, & modicam uoluptatem,imò uero neq; modicam:quotquot enim fornicantibus dederit mulieribus, ei nullam habebunt gratiam. Dolium enim perforatum est aliena domus: alioquin autem impudens est huiusmodi genus,& inferno similem esse ipsius amorem Salomon comparans dixit: Et tunc tantum desistit, cum omnibus nudatum amatorem esse uiderit:quinimò neq; tunc cohibetur,sed magis furatur, & insultat iacenti, & multum in eum commouet risum: & tantis eum malis afficit,quanta neq; sermone possunt recensēri. Sed saluatorum non est talis uoluptas: nec enim hic riualem quispiam habet, sed omnes gaudent & exultant & prospere agentes & intuentes.Nō furor,non mœstitia,non dedecus & opprobrium huius animam obsidet: sed multa quidem conscientiæ lætitia, multa uero spes futurorum: porro præclara gloria,& claritas multa, & quod est omnium maximum, dei beneuolentia & protectio, & nullum præcipitium,aut suspicio: sed quietus portus atq; tranquillitas.Hæc igitur omnia cogitantes,& uoluptati uoluptatem comparantes,eligamus meliora:ut & futuris fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri gloria,simul & sancto spiritui, in secula seculorum,Amen.

Prou.7

QVOD MAXIMVM EST LVCRVM IN tribulationibus gratiarumactio, Hom. LXIIII

NIHIL tam præclarum,dilectissimi, ad gloriæ rationem & fiducię, quàm à deo diligi, & ipsum diligentem tanquam deum diligere. Hoc angelos splendidos facit, hoc principatus & potestates,hoc reges maiores:propterea & Paulus hoc ante regnū posuit:propterea & in corporeas uirtutes beatas existimo, quòd eū diligunt, & in omnibus parent. Hinc & Propheta eas admirabatur dicens: Potentes uirtute facientes uerbum eius. Hinc & Seraphin Esaias prædicabat, magnā eorum uirtutē ostendens, & ex eo quòd stent apud gloriam illam:quod maximæ charitatis est signū. Imitemur & nos itaque supernas uirtutes:neq; tantū iuxta thronum stare studeamus, uerum & inhabitantē eum habere in throno sedentem. Nam ille quidē & exosos dilexit, & diligens perseuerat. Nam & solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Tu uero diligentē ama:diligit enim. Et quomō diligens,inquit,gehennam & pœnam & ultionē minatus est? Propterea diligit:etenim tuam mutilana

Psal.102
Esa.6

lans ultionem, & tanq̃ freno quodam timore in peiora cohibens impetum, omnia facit & tractat, tam per suauia, q̃ per tristia ab ulteriori ad inferiora decursu te reprimens, & ad se reducens, & ab omni soluens malitia, quæ gehenna peior est. Si uero rides dicta, & multo potius in nequitia uiuere uis, quàm solo die puniri, nihil mirandum. Nã & hoc est sententiæ tuæ uilis indicium, ebrietatis & insanabilis morbi. Quoniã & infantes parui cũ medicũ uiderint, ignem uel sectionẽ inferentem, fugiũt, & ululantes resiliunt & plangẽtes: & malunt cõtinua corporis tabe consumi, q̃ temporalem sustinẽtes dolorẽ futura sanitate potiri. Mentem autem habẽtes, norunt quòd egrotare quàm secari grauius est: sicut & malum esse peius est q̃ puniri. Nam curari quidem est & conualescere: perire uero, & in cõtinua esse ægritudine. Quòd autem sanitas infirmitate melior est, cuiq; manifestum: quoniam & latrones non quando latera fodiuntur, lugere dignũ est, sed cum parietes perfodiunt, & cædem patrant. Nam si corpore melior est anima, sicut certe melior est, hac pereunte magis dolendum est & conquerendũ: si uero nõ sentiat, & ita magis oportet eum deflere. Nam & lasciuo captos amore magis, quàm grauiter febricitantes dignum est miserari: & ebrios amplius, quàm eos qui torquentur. Sed si hæc, inquit, grauiora, quare potius hæc eligimus? quoniam multis hominum, iuxta prouerbium, peiora placent, & hęc eligunt, omittentes meliora: quod & in ferculis uideri potest, & in conuersationibus, & in uitæ imitationibus, & uoluptatis delectatione, in uxoribus, & in seruis, & agris, & in omnibus alijs fieri. Et licet naturalia præternaturalibus iucundiora sint: attamen multi sunt, qui deridenda, & iniucunda, & pœnam habentia, tanquam iucunda sectantur. At illis, inquit, hæc esse uidentur iucunda: sed propter hoc ipsum quidem sunt miseri, quòd non uoluptuosa, uoluptuosa esse putant: sic & peccati pœnam peccato peiorem censent, non est tamen, sed contrarium omnino. Si enim esset malum peccantibus castigari, malis mala deus non adiunxisset, nec eos peiores facere uoluisset. Qui enim oĩa facit, ut extinguatur malitia, non eam auxisset. Non itaq; peccati malũ est castigari, sed ita perseuerãtem nõ corrigi: sicut ęgrotum nõ curari. Nihil enim tam malum, quàm mala cupiditas: malam autem cum dico, & deliciarũ dico, & intempestiuæ gloriæ, & potentiæ, & omnium generaliter ultra necessitatem rerum cupidinem. Talis enim lubricam & dissolutam uiuẽs uitam, omnibus quidem beatior esse uidetur: omnium tamen est miserrimus, suæ superinducens animæ graues domínos & tyrannos. Propterea deus præsentem uitam nobis fecit laboriosam, ut ab illa nos absoluat seruitute, & ad puram libertatem perducat. Propterea pœnam quoque minatus est, & uitæ nostræ labores cõstituit, lasciuiam reprimens. Ita quidem & Iudæi dum luto fuerũt & laterítio operi alligati, mites erant, & continue deum uocabãt: postq̃ uero libertate potiti sunt, murmurabant, & deum exacerbauerũt, & se malis infixerũt innumeris. Quid igitur, inquit, de his dices, qui frequẽter à tribulatione subuersi sunt? Quòd non tribulationis opus subuersio, sed illorum imbecillitatis. Nec enim si quis infirmum habens stomachum, amaram non admittat medicinam ipsum curare ualẽtem, sed potius atteratur, medicinam nos accusabimus, sed membri infirmitatem, sicut & hic mentis facilitatem. Etenim à tribulatione subuersus, multo magis hoc à remissione pateretur: nã si ligatus cadit, hoc eũ est tribulatio, multo magis lasciue uiuens. Et qualiter, inquit, potero non à tribulatione subuerti? Si cogitaueris, quòd siue uelis, siue nolis, illatum patieris: sed si grate quidem, maxima lucraberis: si uero ægreferens, superbiens & blasphemans, neque calamitatem ita minorem facies, & maiorem reddes procellam. Hæc itaque cogitantes, quod necessitatis est, hoc nostræ uoluntatis esse faciamus. Quale quod dico: Filium aliquis amisit legitimum, alter totam rem: si cogitaueris, quòd factum quidem solui non potest, potest autem ex insanabili calamitate aliquid decerpi, casum generose ferendo, & pro blasphemis uerbis domino benedictionem referendo: ita mala non uolũtarie illata, tibi fient liberæ merita uoluntatis. Vidisti filium ante tempus raptum: dic, Dominus dedit, dominus abstulit. Vidisti diuitias exhaustas: dic, Nudus exiui de uentre matris meæ, nudus & illuc reuertar. Vidisti malos prosperis utentes, & iustos aduersis laborantes, & innumera patientes mala, nescis autem rerum, quæ fuerit, causam inuenire: dic, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Si uero & causam quæris, cogita, quòd constituit diem, quo iudicaturus est terrarum orbem, & omnem expelles dubitationem: pro meritis enim tunc quisq; recipiet, sicut Lazarus & diues. Reminiscere apostolorum. Nam & cum flagellarentur, pellerentur, & innumera sustinerent tormenta, gaudebant, quòd digni fuissent habiti pro nomine Christi contumeliam pati. Igit̃ & tu si fueris ęgritudine correptus, fer generose, deo gratias age, & eandem cum illis mercedem accipies. Quomodo uero in ægritudine positus & doloribus, deo gratias habere poteris? Si eum legitime diligas. Nam si pueri tres in caminum proiecti, & alij in carceribus, & in alijs innumeris constituti malis, agere gratias non desinebant: multo magis in ægritudinibus positi, grauibus oppressi morbis hoc facere poterunt. Nihil enim est quod nõ superet amor cum desiderio. Cum autem & dei sit desiderium, omnium est altissimum, & neque ignis, neq; ferrum, neq; paupertas, non infirmitas, non mors, nec aliud quid huiusmodi graue uidebitur talem amorem possidenti: sed omnia deridens, ad cœlum uolabit, & illic morãtibus nihilo se geret indignius, aliud intuens nihil, non cœlum, non terram, non mare: sed ad unam tantum pulchritudinem intentus illius glorię: & nec eum præsentis uitæ tristia humiliabunt, nec extollere & inflare

Prou. 7

Psal. 102
Esa. 6

Iob 1

Psal. 72

ſuauia poterunt,& uoluptatem habentia.Capiamur igitur hoc amore: huic enim par nihil & propter præſentia, & propter futura. Quin inſuper propter ipſam amoris naturam liberabimur & à præſentis uitæ,& à futuri ſeculi ſupplicijs, & regno fruemur. Veruntamen neq; gehennæ abſolutio, neq; regni delectatio magnum aliquid eſt ad id,quod eſt dicendum.Hoc enim omnium eſt maximum,Chriſtum amatũ, ſimul & amatorem habere. Si enim hoc in hominibus cõtingens omni uoluptate ſuperius eſt,cum hæc utraque circa deum euenerint,quis ſermo, quæ mens exprimere poterit huius animæ beatitudinem? Nulla profecto,ſed experientia ſola. Vt itaq; per experientiam diſcamus hanc ſpiritualem lætitiam, & beatam uitam,& mille bonorum theſaurum, omnia dimittentes illam charitatem retineamus. Hæc igitur audientes, nunquam in tribulationibus abominationẽ patiamur, neq; cogitationes proprias ſequentes indignemur: ſed multam exhibentes tolerantiam, ſpe paſcamur noſtri ſcientes facilitatem,& quòd nos non deſpiciens, triſtium experiẽtiam capere permittit,ſed nos uolens certantes præclaram reportare coronam. Sic omnes ſancti probabiles apparuerunt: propter hoc
Act.14 & apoſtoli dicebant:Per multas tribulationes oportet nos in regnum dei introire. Et ipſe Chri-
Ioan.16 ſtus diſcipulis dicebat: In mundo tribulationem habebitis. Ne triſtemur itaq; propter tribulatio-
1.Tim.3 nes:ſed Paulum audiamus dicentẽ:Quòd uolentes pie uiuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem pati entur.Et neque conſternemur,aut ægre feramus: ſed cum omni uirtute ingruentia feramus, nõ ad tribulationes,ſed ad lucrum reſpicientes hinc nobis proueniens: hæc enim ſpiritualis mercatura. Et ſicut pecunias colligere uolentes,& hanc ſecularem exercentes mercaturam,non aliter propriam rem augere poſſent,niſi multa terræ, mariſq; pericula ſuſtinerent(neceſſariũ enim eſt & latronum inſidias, & piratarum incurſus ſufferre, & proſus omnia cum magna ſubeunt promptitudine,propter lucri expectationem, nullum capientes triſtium ſenſum:) eodẽ & nos modo diuiti as hic nobis confluentes,& ſpiritualem cogitantes mercaturam, gaudere decet & exultare: nec
2.Cor.4 quæ uidentur,ſed quæ uideri non poſſunt,conſiderare:ſicut & Paulus monet,dicens:Non conſiderantibus nobis quæ uidentur. Hoc enim fides eſt,cum corporeis duntaxat oculis nõ ſumus cõtenti,ſed mẽtis obtutibus inuiſibilia cogitamus. Illa nanq; præſertim his quæ corporeis cernũtur oculis,credibiliora cenſere nos oportet. Ita Patriarcha fuit illuſtris & gratus, quoniã dei credidit promiſſioni:& natura factus altior & humanis rationibus: quam ob rem & reputatum eſt ei in iuſtitiam. Cogita quòd eſt iuſtitia, his quæ dicuntur à deo credere.Cum ille quid promiſerit,ne mihi res ſecundum humanam exigas conſequentiam:ſed talibus ſublimior cogitationibus, pollicẽtis uirtute confidas.Ita iuſtorum quiſq; probabilis fuit: ſic & admirabilis Ioſeph tot mediſs poſt ſomnia factis obſtaculis, non eſt cogitatione turbatus, non tumultuatus, ſed corroborato ſenſu generoſe cuncta ferebat, ſciens quòd dei decreta cadere non poſſunt. Quapropter & poſt ſeruitutem,& carcerem, & tantam calumniam, totius Ægypti principatum accepit. Hæc igitur omnia cogitantes, ingruentibus fortiter occurramus, clementiæ diuinæ pro omnibus agentes gratias , & ab eo protectionem expectantes: qua nos omnes frui concedatur , gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti , cum quo patri ſimul & ſpiritui ſancto gloria, imperium & honor,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

QVOD DEO GRATIAS AGERE DEbemus, qui commenſurata nobis certamina largitus eſt, nihil autem graue præcepit. Homilia LXV.

NIHIL diabolo ſceleſtius aut peius,diſectiſſimi: ſemper enim inutilibus ſuos inuoluit laboribus & diſtrahit:neque modo brauia conſequi non permittit,ſed & ſupplicij reos facere conſueuit. Non tantum prædicationem, uerum & ieiunium,& uirginitatem eis ſancit, non modo præmijs priuaturus,uerum & magnum malum ea ex ercentibus illaturus: de quibus dicitur: Cauteriatam habentium conſcientiam ſuam. Quapropter exhortor,pro omnibus deo gratias agamus, quòd nobis & labores releuauit,& auxit prẽmia. Quibus enim apud nos modeſte nubentes potiuntur mercedibus,apud hereticos uirginitatẽ ſeruantes non potiuntur,ſed fornicantium pœnę facti ſunt rei. Totum autem eſt,eò quòd recta nihil faciant intentione,ſed in accuſatione dei creaturarum,& ineffabilis dei ſapientiæ.Ne torpeamus itaque : nobis deus menſurata dedit certamina nullũ habentia laborem, ne propter hoc certamẽ contemnamus.Si enim hæretici ſe laboribus intendunt inutilibus:quę nobis erit excuſatio,neq; minores,& maiorem afferentes mercedem ſuſtinere nolentibus? Quid enim graue, quidue moleſtum in Chriſti præceptis? Non potes uirginitatem ſeruare,licet tibi nubere: non potes te tuis omnibus priuare,licet tibi de tuis miniſtrare. Veſtra ſuperabundantia illorum inopiam ſuppleat. Hæc enim uidentur eſſe grauia:qualia uero? Pecunias dico contemnere,corporalem uincere cõ cupiſcentiam: reliqua uero nullius indigent impenſæ,nullius uiolentiæ.Quæ enim,quæſo, uiolentia,non detrahere, neque temere calumniari? Quæ uero uiolentia,non alienis inuidere bonis, uel gloria non capi? Torqueri & ferre,tolerantię ſunt:philoſophiam exercere,tolerãtię:ferre paupertatem,tolerantiæ:fame impugnari & ſiti, tolerantiæ.Cum uero nihil adſit huiuſmodi,ſed ſuis liceat utentem, ut Chriſtianum decet, alienis non inuidere,quæ uiolẽtia? Inuidia nõ aliunde,quàm ex nimia præſentium cura,quinimò omnia mala. Nam ſi pecunias nihil eſſe putares, & huius mundi gloriã habentibus nõ inuideres; ſed quoniam

Eccleſ.

eis

eis inhias & admiraris, & attonitus concupiscis, A propter hoc & inuidia te pulsat, propter hoc & inanis gloria, & omnia nascuntur ex rerum uitæ præsentis admiratiõe. Inuides quòd ille diues est? At potius misericordia dignus est, & lachrymis huiusmodi. Sed statim ridens dices, Ego lachrymis dignus, non ille. Lachrymis dignus & tu, nõ quoniam pauper es, sed quoniam te miserabilẽ exisitimas. Nullum enim malum habentes, & ægrè ferentes deflemus: non quoniã malum aliquod habeant, sed quoniam non habentes habere se putant: sicut si quis febre liberatus mœreat, & ualẽs uersetur in lecto positus, nónne febricitante magis est deplorandus? non quoniam febre laboret, sed quoniam nihil habens graue, se putat habere. Et tu propterea lachrymis dignus es, quoniam te B putas miserabilem, non propter paupertatẽ. Paupertatis eñ ratione beatus es existimãdus. Quid inuides diuiti? quoniã se maiorũ curarum reum constituit, quoniam grauiori seruitio, & infinitis mœroribus, quasi quidam canis suis alligatus est pecunijs. Præoccupauit uespera, præoccupauit nox, & hic quietis tempus habet tumultus occasionem, & amaritudinis, & tristitiæ ac solicitudinis, Somnus factus est, statim exilijt. Ille spoliatus est, maiorem habet illo solicitudinem, qui perdidit: ille enim semel perdidit, & cõtristatus curam deposuit, hic autem eam habet continue. Superuenit nox nostrorum portus malorum, nostrarum lenimen erumnarum, uulnerum medicina. Nam & aliquo dolore detenti, amicis quidem & C consanguineis, & familiaribus, frequenter autem & patribus non cessere consolantibus, nec parue runt: uerum & ad ipsa uerba sunt indignati: somno uero quiescere iubenti, neque contrà aspicere ualuerunt. Doloris enim amaritudo magis omni æstu nostras affligit animas. Sicut igitur corpus exæstuans, & ardentioribus radijs fatigatum demulcet diuersorium, multos fontes & ab aura tenui consolationem habens: ita nox somno nostrã tradit animam. Sed potius tamen neq; nox, neq; somnus hoc operatur, sed deus hoc erumnosum intuens genus, hæc omnia fecit. At nostri nosipsi non miseremur, sed tanquam nobis inimici simus, maiorem excogitauimus naturali necessitate & requie tyrannidem, ex diuitijs uigilandi soli D
Eccles.8 citudinem: ait enim, Cura diuitiarum amouet somnum. Et uide quanta sit dei cura. Non proposito requiẽ permisit, sed naturalibus eam uinxit necessitatibus, ut & inuiti beneficio fruamur. Nam dormire naturæ est: nos autem quasi nos multum exosi, tanquam alios impugnãtes, & affligentes, hac naturali necessitate maiorem excogitauimus tyrannidem ex pecunijs. Dies illuxit, & huiusmodi sycophantas timet. Nox comprehendit, tremit latrones. Mors adest, magis quam morte mordetur quòd illa fiunt aliena. Filium habuit, maior cupiditas, & tũc pauper esse sibi uidet. Non habuit, magis doluit. Hunc ergo beatũ uocas, q nulla ex parte lætari potest? Huic inuides naufraganti, in trãquillo paupertatis portu cõstitutus. Et hic uere est humanæ defectus naturæ, bona generose nõ accipere, & in beneficia cõtumelioſum se gerere. Et hæc quidẽ hic, cũ aũt illuc migrauerimus, audi quid diues loquatur qui fuerat innumerorũ, (ut ipse dicis) bonorum dominus. Nam ego non hæc bona dixerim, sed indifferẽtia. Hic igitur infinitorum dominus bonorum quid dicat, audi, & in cuius rei sit inopia constitutus: Pater, inquit, Luc.16 Abrahã mitte Lazarum, ut summo digito intillet aquam linguæ meæ, quoniam torreor. Nam si nihil eorũ, quæ dixi, pateretẽ ille diues, si in libertate sine cura totã egisset uitã: (& qd dico totã egisset uitam? unũ illud momentum, momentum eñ est: ait enim, Quasi unum momentũ tota ætas nostri ad infiniti seculi comparationẽ.) Si igitur ei pro uotis oñia succesſissent, nónne miserabilis est ex hisce uerbis, imò uerò factis? Nónne uino exundabat mensa tua? nunc uero nec guttæ laticis es dominus, & hæc in multa necessitate constitutus. Nónne pauperem ulceratum despiciebas? nunc autem rogas eum uidere, & nemo præbet. Pro foribus tuis adstabat, nunc autem in Abrahæ sinibus. Sub magnis tu recubabas tectis, nunc in igne gehennæ. Hæc audiant diuites, imo uerò non diuites, sed misericordia carentes. Non enim quoniam diues fuerat, puniebatur, sed quoniam misericordiam non exhibuit. Potest enim fieri, ut locuples & miserens omne bonum assequatur. Et propterea nullum alium uidet, nisi illum sui indigẽtem: ut discat, quòd hæc iuste patiatur, in memoriam eorum ueniens, quæ gerebat. Num non erant innumeri diuites iusti? Sed ad eius ianuam iacens hic ipsi occurrit: ipsum & nos docẽs, quantum sit bonũ in pecunijs nõ cõfidere. Nihil illum lesit paupertas ad regnũ acquirendum, nihil huic profuerunt diuitiæ ad fugiendã gehennam. Quousq; pauperes, quousq; mendici? Non est pauper, qui nihil habet, sed qui multa cõcupiscit. Non est diues, qui multa possidet, sed qui nullius indiget. Quid enim utilitatis omnẽ terrarũ orbẽ possidere quidẽ, & in maiori uiuere miseria, quàm qui nihil habet? Voluntates & diuites faciunt & paupe res, non pecuniarum copia nec egestas. Vis fieri diues tu pauper? licet tibi, si uelis, & est qui prohibeat nemo, Cõtemne mundi pecunias, nihil esse cogita, sicut & sunt: elimina pecuniarum amorẽ, & diues factus es. Hic est diues, qui diues esse nõ uult: qui pauper esse renuit, hic est qui pauper est. Sicut enim ægrotus est ille, qui & in sanitate mœstus est: non ille qui morbum omni sanitate fert leuius: Itidem & pauper est, qui paupertatem ferre non potest, sed in diuitijs se pauperibus pauperiò rem esse putat: nõ ille qui pauperiem, quàm diuites opulentiam, fert lętius: hic enim est ditior. Cur enim, quæso, pertimescis paupertatẽ? quare contremiscis? Nónne propter famem? nónne propter sitim? nónne propter frigus? an non propter hæc? Sed est nemo, qui de his unquã dubitauerit. Nã respicite in antiquas generationes, & uidete quis credidit domino, & derelictus est: uel quis sperauit in eũ, & cõfusus est. Et iterũ, Respi- Matt.6

2.Tim.4

cite uolatília cœlí, quòd non ſeminant, neq; me- A
tunt, neque congregant ín horrea, & pater ueſter
cœleſtís paſcit ea. Neminem facile quís haberet,
quem fame uel frigore mortuum oſtenderet:
cur ergo paupertatem formídes, non potes dice-
re. Si neceſſaríjs enim abundas, quíd tandem tre-
mís? quod non eſt tíbí ſeruorum multitudo? hoc
eſt à domínis eſſe líberum, hoc perennis beatitu-
do, hoc à ſolícitudíne líbertas. At quòd uaſa, lecti
& ſupellectília tíbí non ſunt ex argento elabora-
ta: ſed quíd te plus habet delectationís, quí talia
poſſídet? Níhil. Vſu nanq; ſunt paría, ſíue ex hac,
ſíue ſint ex ílla matería. At quoníam terríbílis nõ
es multís. Nec unquam fíat. Quæ nanq; uoluptas
quòd te multí tremãt atq; formídẽt? Sed quòd a-
Rom.13 líos ípſe tímes: At tímendum non eſt. Vís eñ nõ B
tímere poteſtatem, bonum fac, & habebís laudẽ
ex ea. At quoníam contemptuí ſumus obnoxíj,
& male patí periclítamur, præcípue quídem pau-
pertas hoc non facít, ſed malítía. Quoníam cum
multí pauperes quíete præſentem uítam degant,
príncipes, díuítes & potentes, omnibus malefa-
ctorĩbus, latronĩbus & furĩbus mígrauere míſerí-
us: quod enim ín te paupertas habet, ín íllo díuí-
tiæ. Sícut enim tíbí per contemptum hí malefací
unt, affligere uolentes: ſíc íllí per ínuídíam & líuo
rem: & magís hic quàm íllic ſæuítur: hæc uís ma-
lefaciendí, quàm ílla fortíor. Nam ínuídens quí-
dem totís uíríbus & potentíjs omnía facít, con-
temnens autem & quandoque míſeretur eíus,
quem contemnít: & hoc íllí factum eſt líberatío- C
nís cauſa, quòd pauper eſt, & nihíl habet fortítu-
dínís: & dícentes, magna geres, ſí íllum ínterfece
rís: ſí unũ occíderís ínopem, quíbus potíerís præ-
míjs? ita íllíus íram reprímímus: at ín díuítíbus ín
ſtat ínuídía, non prius deſínens, quàm quod uult
fecerít, & ſuum effuderít uenenum. Vídes, quòd
non paupertas, neque díuítíæ bonum, ſed uolun
tas noſtra? Hanc bene componamus, & ſapíen-
ter ſe gerere doceamus. Sí hæc bene díſpoſíta fue
rít, neque díuítíæ nos à regno pellere poterũt, ne
que paupertas ut mínus habeamus faciet. Sed
paupertatem æque feremus, nec hic ullam de fu-
turorum delectatíone bonorum íacturam facien
tes: uerum & hís fruemur, & cœleſtíbus potíe-
mur bonís: quæ nos omnes aſſequí detur, gratía D
& benígnítate domíní noſtrí Ieſu Chriſtí, cum
quo patrí, ſímul & ſpírítuí ſancto gloría, ímperí-
um & honor nunc & ſemper, & ín ſecula ſeculo-
rum, Amen.

QVOD COELESTE REGNVM ABS-
que tribulatione et laboribus acquiri non poteſt.
Homilia LXVI.

INCVLVM eſt índíruptum tríbula-
tío, chariſſími, dílectionís argumen-
V tum, compũctionís & reuerentíæ ma
Pſal.118 tería. Audí nanque Dauíd dícentem,
Bonum míhí domíne, quía humílía-
ſtí me ut díſcã íuſtífícatíones tuas: & rurſus alíum
Thren.3 prophetam dícentem: Bonum eſt uíro, cum por-
Pſal.93 tauerít íugum à íuuentute ſua. & íterum: Beatus
homo quem tu erudíerís domíne. Et alíum quen-
dam dícentem: Noli contemnere díſcíplínam do Prou.3
míní. Et ſí uadís ſeruíre deo, præpara anímam ad Eccleſ.2
tentationẽ: at rurſum & Chriſtus dícebat, In mun Ioan.16
do tríbulatíonem habebítís, ſed confídíte. & íte-
rum, Plorabítís & lugebítís uos, mundus autem
gaudebít: & íterum, Anguſta eſt & arcta uía. Ví- Matt.7
des ubíq; tríbulationẽ laudarí, paſſím aſſumí tan-
quam nobís neceſſaríam? Sí enim ín externís cer
tamínĩbus abſq; hac nemo coronam capere po-
teſt, níſí laborĩbus, & cíborum obſeruatíone, uí-
uendí norma, & uígílíjs, & ínnumerís alíjs ſemet
ípſum corroborauerít: multo magís hic. Quem
enim uís dícere? regem? ſed nec ílle procul à curís
uítam agít, ſed multís plenam tríbulationĩbus &
curís. Ne nanque díadema reſpícías, ſed curarum
tempeſtatem, per quam ípſí corona paritur. Neq;
purpuram ıntuere, ſed anímam & ípſa purpura
magís nígreſcentẽ. Non íta corona caput circun-
dat, ſícut anímam ſolícítudo: nec in ſatellítum ca-
teruam, ſed ín moleſtíarum multítudínẽ ſpectes:
nec enim príuata domus tot curís plena reperírí
poteſt, quot regíæ ſunt mortes per ſíngulos díes
expectatæ, & ante menſam cruor ſpectatur, & an
te potum. In noctíbus autem ne dící quídem po-
teſt, quoties anímа profílít, & exílíre ſe putat, &
hæc quídem ín pace: ſí uero bellum íngruat, quíd
hac uíta míſerabílíus eſſe poſſít? quot autem à fa-
mílíarĩbus írruunt & ſubdítís? quíppe cõſanguí-
neís cruorĩbus regíum pauímentum ſemper eſt
plenum. Et ſí uultís, alíqua narrem, forſítan agno
ſcetís, maxímè quídem & antíqua: at & noſtrís fa
cta temporĩbus, quæ tamen adhuc memoría ſer-
uantur. Ille coníugem adulteríj ſuſpectã habens,
nudam ín mõtĩbus allígauít, & ferís tradídít, íam
factam multorum ſíbí regum matrem: qualem íl-
lum uítam degere creditís? Non enim, níſí mag-
no fuíſſet morbo conſumptus, ín tantam erupíſ-
ſet ultíonem. Hic ípſe quídem ſuum íugulauít fí-
líum, quin potíus ípſíus frater. Eius fílíorum hic
quídem ſemetípſum ínteremít à tyranno compre
henſus: ílle uero nepotem ſuum regní ſecũ cõſor-
tem, quod ípſe arrípuerat, & uxorẽ uídít à Perſís
corruptam: quaſí eñ ea quæ nõ pariebat, mulier
míſera quædam & erumnoſa: míſera quídem &
ínfelíx, quæ dei donum per ſuam ſe ſperauít præ-
ſtituram eſſe ſapientíam: cum aleam íecíſſet, regí-
nam corrupít, & ípſa ſímul eſt corrupta: hic au-
tem dícítur & fratrem ſuum peremíſſe: alter rur-
ſum poſt hunc uenenatís ſublatus eſt medicamí-
nĩbus, & calíx fuít eí nõ íam poculum, ſed mors:
& eíus fílío, futurorum tímore, cum níhíl ínju-
ríæ patraſſet, oculus erutus fuít. Alíus, neque dí-
cere decet, quàm míſerabílíter uítam fíníuít. Se-
quentíum autem hic quídem íncenſus fuít, tan-
quam míſer quídam & ínfelíx, cum equís & cur-
rĩbus, & alíjs omnĩbus, & uxor ín uíduítate. Vítæ
enim erumnas nemo ſermone poſſet exprímere:
quas cum hic ínſurrexít, habere coactus eſt. Hic
uerò quí nunc ímperat, nónne poſtq; coronatus
fuít, eſt ín laborĩb. in perículís, tríſtítíjs, mœrore,

calamíta

Prou.3 Eccles.2 Ioan.16 Matt.7

calamitatibus & insidijs? At non talis cœlorũ regia: sed postquam eam acceperis, pax, uita, gaudium, lætitia. Verum, ut dicebam, non est uita sine miseria. Si uero in secularibus, & in regia facile primus, tãtis est plenus erumnis, quid censes in priuatis, & quot alia mala? Necq; dici quidem potest, quot fabulæ frequenter ex his contextę sunt. Omnes ferè quæ sunt in scena tragœdiæ & fabulæ, de regibus exhibentur: eorum enim quæ fabuloſe dicuntur, plurima pars de factis fingitur: sic enim habent & uoluptatem Thyesteę, & tota domus illa calamitatibus est obuersata. Sed hæc quidem ex his quæ ab externis composita fuere, didicimus. Si uero uultis, & ex scripturis dicemus. Saul primus regnauit, uerũ scitis, quomodo post illum Dauid: & hic transijt innumeris tentatus B malis. Salomon, Abia, Ezechias, Iosias similiter. Non enim potest citra tribulationem, non potest citra tristitiã præsens uita transmitti. Sed nos mœreamus non huiusmodi rebus, de quibus reges, sed ex quibus & magnum habemus emolumentum. Nam quæ secundum deum est tristitia, pœni
2.Cor.7 tentiã in salutem immutabilem operatur. Ex his oportet tristari, de his dolere, his morderi. Ita Paulus pro peccantibus tristabatur, ita lugebat: ait e-
2.Cor.2 nim, Ex multa tribulatione, & compressione cordis scripsi uobis per multas lachrymas. Quoniam enim de propriis non habebat quod lugeret, hoc pro alienis agebat: quin & illa secundũ luctus rationem propria putabat. Alij scandalizabãtur, & ipse urebatur: alij infirmabantur, infirmabatur & C ipse. Bona est talis tristitia, omni mũdana melior lætitia: ita lugentem omnibus hominibus præpono: imò uerò & ipse dominus ita lugentes beatos uocat misericordes. Non sic eum in periculis admiror, quin uerò neque minus quàm in periculis: in his quotidie moriebatur, sed hoc me magis mouet. Ex anima nanq; religiosa fit & pia, ex charitate, quam ipse Christus quęrebat, ex fraterna paternaq; pietate: imò quod his duobus maius est, ita affici, ita lugere oportet. Huiusmodi lachrymæ multa sunt plenæ lætitia, huiusmodi luctus lætitiæ materia: licet nihil deploratis prosimus, nobis saltem ipsis proderimus. Qui nanq; sic de alienis dolet, multo magis ex propriis hoc patietur. In alienis ita deflens, non sine lachrymis sua pertransi D bit errata, quinimo nec facile peccabit. Id autem grauissimum est, quòd ita super peccãtibus lugere iussi, neq; de propriis ullam exhibemus pœnitentiã, sed sine dolore cadimus: omnium maiorẽ gerimus curam, & omnia plus q̃ propria recogitamus peccata: propterea gaudio lætamur inutili, quod est mundi, quod statim extinguitur, & infinitos parit mœrores. Tristemur tristitia gaudij genitrice, non autem lætitia tristitiæ parente gaudeamus. Lachrymas fundamus multam seminantes uoluptatem. Neq; risu rideamus, dentium nobis stridorem pariente. Affligamur tribulatione, ex qua remissio nascitur. Neque delicias quæramus, ex quibus multa tribulatio paritur & angustia. In terra paulisper laboremus, ut in cœlis læte

A mur. In corruptibili uita nosipsos affligamus, ut in immortali requiẽ assequamur: ne in hoc breui effundamur momẽto, ne in infinitum angamur. Nónne uidetis, quòd & hic tribulantur propter secularia? Cogita quod tu quoq; de illis unus es. Sustine tribulationẽ & dolorem, spe futurorum te pascens. Tu neq; Paulo melior es, neq; Petro, qui nunquam remissionem assecuti sunt, sed fame, & siti, & nuditate laborarunt. Si uis eadem cum illis assequi, quid cõtrariam ambulas uiam? Si uis ad illam peruenire ciuitatẽ, qua digni sunt illi putati, illam perambula uiam illuc ferentem. Non illuc perducit remissionis uia, sed tribulationis: illa lata, hæc angusta: hanc perambulemus, ut uitam assequamur æternam. Vbi nanque tribulatio, ibi & consolatio: & ubi consolatio, ibi & gratia. Cum itaq; & Paulus in carcerem cecidit, tunc illa fecit mirabilia: cum naufragatus est, & in Barbaram eiectus regionem, tunc maximè glorificatus est: cum uinctus forum intrauit, tunc uicit & iudicem. Sic & in Veteri fiebat testamẽto, in tentationibus iusti florebãt: ita tres pueri, ita Daniel, & Moses & Ioseph: hinc omnes magnis & splendidis sunt habiti coronis digni. Tunc enim & anima purgatur, cum propter deum tribulatur: tunc maiori potitur adiutorio, quando et maioris tunc indiget auxilij maioriscq; gratię. Quin et ante mercedem à deo propositam magna bona decerpuntur, ab anima sapiẽte iam reddita. Nam & fastum contrahit, & omnem excidit torporem tribula- C tio, & ad patientiam ungit, & humanarum rerum uilitatem reuelat, & multam introducit sapientiam: omnes eñ motus ipsi cedunt, inuidia, æmulatio, cõcupiscentia, potentiæ, pecuniarũ & corporum amor, arrogãtia, fastus, ira, & omne reliquũ uitiorum examẽ: Et si uis rebus ipsis uidere, & uirum seorsum, & totum populũ ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione: & quantum hinc lucrum, docere, & quantus illinc torpor. Nam & Hebręorum populus, dum affligebãtur quidem & pellebantur, gemebãt, & deum inuocabant, & multum superne momentũ attrahebant: cum autem impinguati sunt, resilierunt. Niniuitæ rursum cũ libertate potirentur, ita deum iritauerunt, ut totam à fundamẽtis urbem subuertere deus minatus sit: postquã uero ab illo sunt humiliati præcone, omnem præstitere sapientiam. Si uero & singularem uirum uis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidem, & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa uisione dignus est habitus: ut uero nactus est delicias, in ipsum malitiæ barathrum delapsus est. Quid uero ipsius pater, quando mirabilis fuit & glorioſus? nónne dum in tentationib. fuit? Absolon uero quoad fugiebat, nõne modestus erat: postquam autẽ rediit, & tyrannus, et patricida factus est? Quid aũt Iob? Hic eñ clarus quidẽ erat & in quiete, clarior aũt post tribulationẽ apparuit. Et quid opus est antiqua & prisca recensere? Si quis eñ nostra nũc discutiat, quantũ sit tribulationis lucrũ uidebit: nunc enim

pace

pace potientes recidimus & defluximus, & innumeris impleuimus malis ecclesiã: cum uero pelle
bamur, & modestiores, & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has conciones promptiores, & feruentes ad audiendum. Quod enim ignis est auro, hoc & animis tribulatio, sordem abstergens, faciens mundos, claros reddens & splendidos. Hæc in regnũ introducit, illa uero in gehennam: quapropter hęc quidem est lata, illa uero an
Ioan.16 gusta: propter hoc & ipse dicebat, In mũdo tribulationem habebitis: tanquam magnum nobis bonum relinquẽs. Itaq; si discipulus es, angustam & asperam incede uiam, nec ægreferas, nec indigneris. Nam etsi non ita tribuleris, tribulari omnino necessarium est ex alia materia sine lucro. Nam et inuidus & pecuniarum amator, & meretrices deperiens, & gloriæ cupidus, & aliorum quisq; malas exercentium actiones, multas sustinet tristitias & tribulationes, & lugentibus nihilo minus tribulatur. Si uero neq; lachrymas fundit, neq; luget, propter inuerecundiam & insensibilitatẽ id facit. Itaq; si ipsius animam discutias, innumeris fluctibus plenam uidebis. Cum igitur & illam, & hanc degentes uitam tribulari necesse sit, cur hanc non eligimus, quæ cum tribulatione nobis infinitas coronas accumulat? Nam & omnes sanctos deus ita per tribulationem et angustiam agebat, simul & illis utilitatem afferens, & reliquos insensatos cautos faciens, ne maiorem meritis de ipsis sententiam habeant. Sic enim & idololatria principiũ cepit, cũ homines nimiæ supra meritũ haberẽtur admirationi. Ita tertium decimũ deum esse putauit Alexandrũ Romanorũ senatus. Hic enim hanc habebat potestatẽ deos creandi & decernendi. Cum igitur ei omnia Christi opera renuntiata fuissent, misit gentis princeps interrogatum, an eis uideretur & ipse Deus decernendus. Illi uero non annuerunt, indignantes & ægrè ferentes, quòd ante decretũ & sententiam suam, effulgens crucifixi uirtus omnem terrarum orbem in sui traxisset uenerationem. Hoc autem & ipsis nolẽtibus dispensatũ est, ne mortali decreto Christi prædicaretur diuinitas, nec unus de multis esse putaretur, qui ab eis fuerant instituti. Nam & pugiles deos esse putauerunt, & exoletum Adriani: unde & ciuitas Antinous dicitur. Quoniã enim mors naturam conuicit mortalem, aliam adinuenit diabolus uiam, animæ immortalitatem superantem, post mortem assentationẽ, per quam in impietatem multos induxit, quod quidem & in illo Macedone fecit: ait enim: Multa magnaq; uiuens gessit, nam & ciuitates subegit, & gentes, & multa bella profligauit & pugnas, & erexit trophæa: & quid hoc? Non enim hæc diuinæ sunt argumenta naturæ: sed quæ Christus fecit, magna sunt illa & admirabilia & inenarrabilia: nec ulli quidẽ hominũ, nec ulli uero angelorũ, at soli deo possibilia. Et quę sunt hęc, inquit? Quæ totus terrarũ orbis per opera clamat, & per singulos prædicat dies. Et id quidẽ est admirabile, quòd post crucem hæc Christus operatus est, per undecim mendicos & piscatores. Nam quòd uiuens bella quidem expediat, & uictorias, cũ sit rex, & exercitus habeat, & pecuniarũ copiam, nihil est mirandum, inopinatum nihil & nouũ: quòd uero post crucem & sepulturam tanta facta sint ubiq; terrarum, & maris, hoc est præcipuè multa plenũ admiratione, diuinam & ineffabilem prædicans uirtutem. Et Alexander quidem post mortem suam dissipatũ imperium suum, & penitus exterminatum non reparauit, neq; aliud gessit neq; magnũ, neq; paruum: quomodo nanq; facturus erat mortuus? Christus autem tunc omnem terrarum orbem ad se traxit adorandũ, cum mortuus fuisset. Et quid de Christo loquor, cũ & discipulos postquam obierunt, tunc effulgere fecerit? Quid dico discipulos? Nam & eorum loca & sepulchra, simul & tempora perenni memoria celebrari curauit. Tu uero mihi sepulchrũ ostendas Alexandri, & profer diem quo uitã finiuit. Sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt & extermi
nata: Christi uero seruorũ et sepulchra clara sunt, regiam assecuta ciuitatem, & dies notissimi mundo festam afferentes lætitiam. Et illius quidem loculum & proprij nesciunt, horum autem sciũt & barbari. Et seruorum crucifixi sepulchra regijs aulis sunt clariora, nõ magnitudine & ædificiorum pulchritudine (nam & in hoc quidem superant) sed, quod multo maius est, conueniẽtium studio. Nam & ipse qui purpurã indutus est, accedit illa cõplexurus sepulchra, & fastu depositio stat sanctis supplicaturus, ut pro se apud deum intercedant: & scenarum fabrum, & piscatorẽ etiã mortuos ut protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur, quæso, horum dominum nũcupare mortuum, cuius serui uel mortui terrarum orbis regum sunt protectores? Nec hoc tantum quis Romæ fieri uiderit, uerũ & Constantinopoli. Nam & hic Constantinũ Magnũ ipsius filius honore magno cẽsuit haberi, si pro foribus piscatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regijs sunt ianitores regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus reges: & illi quidem ut domini loca tenent interiora: hi uero tanq; inquilini & uicini aulæ ianuam sibi gratum habuere putari, & infidelibus ex his ostendẽtes, quòd in resurrectione maior erit piscatoribus dignitas. Si hic enim ita in sepulchris, multo magis & in resurrectione ordo commutatus est. Reges quidẽ ministrorũ, subditi uero regũ uicem induerunt, quinimò & splendidiorẽ. Et q; hoc non assentatio sit, ipsa ueritas ostendit: ex illis emẽ & hi illustres facti sunt. Multo nanq; cæteris regalib. sepulchris hæc monumẽta sunt clariora. Nam illic quidẽ magna sõlitudo: hic autẽ magnus concursus. Quòd si uelis & regalibus aulis monumenta comparare, rursum & hic uictoria: nam illic quidem multi deterrent: hic uero multi uocantes & attrahantes, diuites, pauperes, uiros, mulieres, seruos, liberos: Illic magnus timor, hic inexplicabilis uoluptas. Sed dulce spectaculum est, regẽ aureis indutũ & coronatũ spectare, et adstãtes duces, et principes ducto

1.Cor.1
Ibidem
Esa.4
Psal.2

ductores, tribunos, & militum magistros: uerum hæc tanto sunt illis honestiora, & magis reuerenda, ut illa fabulæ sint & ludicra. Simul ac enim pauimenta calcaueris, ad cœlū mentem locus transmiserit, & ad supernum Regem, & illum angelorum exercitum, & sublimem thronum, & inaccessibilem gloriam. Et hic quidē regnans alicui subiecto præcipit, ut hunc quidem soluat, illum uero liget: sanctorum autem ossa non hanc habent miserabilem & abiectam potestatem, sed illa multo maiorem. Dæmonas enim sistunt & torquent, & uinctos ab illis soluunt sæuissimis uinculis. Quid hoc foro magis reuerēdum, cum uideatur nemo, nemo dæmonis instet latéribus, uoces sentiuntur & lacerationes, flagella tormentaq́, ac linguæ ardentes, terribilem illā uim dæmone non ferente? Et corpus induti, incorporeas opprimūt potestates. Et cinis & ossa, & fauilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Itaque quò regias quidem aulas uideat, nullus unquam peregrinatus fuerit: multi uero reges plerunq́ huius spectaculi gratia peregrinati sunt. Futuri nanque iudicij uestigia & signa, sanctorum ædes exhibent, ubi dæmones flagellantur, corriguntur homines, & liberantur. Vidisti uel mortuorum hominum uirtutem? uidisti peccatorum, & uiuentium imbecillitatem? fuge malitiam itaq́, ut talia cōsequaris, & omni studio uirtutem sectare. Nam si præsentia sunt huiusmodi, cogites qualia sint futura, & horum amore iugiter detentus, æternam uitam apprehende: ad quam omnes utinam attingamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

QVOD HIC AFFLIGI, PECCATORum exhibet remissionem: & quemadmodū hominē inuenire nō licet immortalem, ita neq́ sine tristitia, dum uiuit. Homilia LXVII.

EMO dilectissimi, malos prospere uidens agētes tumultuetur. Non est hic retributio neque malitiæ, neque uirtutis: sicubi uero nequitiæ sit & uirtutis, non tamen pro dignitate, sed simpliciter, quasi iudicij prælibatio: ut resurrectionē non credentes, uel in præsentibus corrigantur. Cum malum locupletari uidemus, ne titubemus: cum bonum mala uiderimus patientem, ne tumultuemur. Illic enim coronæ, ubi pœnæ. Alioquin uero nec potest malus omnino malus esse, sed euenit, ut & aliquid habeat boni: neq́ bonus, esse bonus omnino, sed & nonnulla solet habere peccata. Cum itaq́ malus prosperis utitur rebus, ad capitis sui perniciem: ut enim illorum paucorum retributionem bonorū hic capiens, illic deinde puniatur, hac de causa recipit. Et ille præsertim beatus est, qui hic pœnas luit, ut peccatis oīmibus depositis, probatus migret, & mundus ac insons: 1.Cor.11 hocq́ nos docēs Paulus, ait: Ideo in uobis infirmi Ibidem 5 multi et imbecilles, et dormiūt multi: & iterū, Tradidi huiusmodi satanæ. Et propheta quoq́ dicit, Esa.40 quòd susceperit de manu domini duplicia pro oīm Psal.24 bus peccatis suis: & iterum Dauid: Respice inimicos meos, quoniā multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me, et dimitte uniuersa delicta mea. Et rursum alter: Domine pacem da nobis, omnia Esa.26 eīm retribuisti nobis. Sed hęc quidē probātis sunt bonos, pro peccatis pœnas hic luentes: ubi uero bona mali recipientes hic, illic omnino cruciantē. Abrahā audi dicentē diuiti: Recepisti bona tua, Luc.16 & Lazarus mala. Quę bona? cum eīm dixerit hic, recepisti, nō aūt cepisti, ostēdit ambos ex debito passos: & hunc quidem in felicitate, illum autē in erumnis uersatū: & ait, Propterea nunc hic consolatur. Vides eīm eum à peccatis purū, & tu doles. Itaq́ ne mœreamus, cum peccatores hic prosperis rebus utentes uidemus, sed cum ipsi rebus aduersis premimur, gaudeamus: hoc eīm est peccatorum expiatio: Ne remissionē quæramus, suis eīm discipulis Christus tribulationē prænuntiauit: & Paulus ait: Omnes qui uolunt pie uiuere in Chri- 1.Tim.3 sto, persecutionem patiētur. Nullus athleta generosus in stadio balnea quærit aut mēsam cibis & uino redundantē. Hoc non est athletæ, sed delicati. Athleta nanq́ pugnat puluere, oleo, Solis ardore, sudore largo, tribulatione & angustia. Hoc est certaminis tempus & pugnæ: igitur & uulnerum, & cruoris, & doloris. Audi quid dicat beatus Paulus: Ita pugno, non tanquā aerem cędens: 1.Cor.9 Omnem uitam certamen esse putemus, nec unquam remissionem quæramus, nunq́ in tribulationibus inusitata pati nos arbitrabimur: quoniā nec athleta, cum est in certamine, noui quid patitur. Aliud est remissionis tempus. Per tribulationem consummari nos oportet, licet tribulatio nō adsit, neq́ persecutio, sed adsunt aliæ tribulationes per singulos dies nobis irruentes. Si uero has nō ferimus, illas profecto segnius pertulissemus. Tentatio uos nō apprehēdat, nisi humana, inqt, 1.Cor.10 Precemur itaq́ deū, ne intremus in tentationem, inducti uero generose feramus. Nam illud quidē est modestorū uirorū, se periculis non ingerere, hoc autē generosorū atq́ sapiētum. Nec itaq́ nos ingeramus temerariè, audacis eīm est: neq́ rebus tracti uocantibus cedamus: timidi siquidē est: sed si prædicatio quidem uocet, ne recusemus: cū uero nulla causa prorsus, aut utilitas, necessitásue secundum pietatem uocet, ne curramus: ostentatio eīm est & superflua iactatio. Si qd uero fiat, quod noceat pietati, licet innumeras sustinere mortes oporteat, nihil recusemus. Noli tentationes accersere: cum secūdum pietatē uota tibi successerint, quid superflua attrahis pericula, quæ nullā habēt utilitatē? Hæc dico, cupiēs ut Christi leges custodiatis, qui iubet orare ne inducamur in tentationē, & ut tollentes crucē sequamur eum. Hæc eīm non sunt contraria, sed et ualde cōsona. Tu nanq́ ita quidem te præpara, tanquā miles generosus. In armis continuè uerseris, solers, uigilans, semper hostem expecta, ne tamen hostes tibi parias: hoc eīm nō est militis, sed seditiosi. Si uero religionis tuba uocet, statim progredere, & animam par uipende, & multa cum alacritate descendas ad certamina, hostium aciem dissipa, cōfringe caput diabo

diaboli, trophæum erige. Si uero pietas nihil lædatur, nec ullus noſtra populetur dogmata (ſecũdum animã dico) nec aliqd quod deo diſpliceat, agere cogit, ne ſis ſuperfluus. Sanguine plenam eſſe decet Chriſtiani uitam, nõ alienum effundendo, ſed ſe paratũ ſuum effundere præſtando. Tanta ergo prõptitudine propriũ effundamus cruorem, cum pro Chriſto ſit hoc agendum, quanta quis aquam effunderet. Nam & aqua ſanguis eſt corpus irrigans. Et tanta facilitate carnem exuamus, quanta ueſtimẽtum. Hoc autem fiet, niſi pecuniis alligati fuerimus, niſi domibus, & niſi affectionibus, niſi ſimus ab omnibus ſuſpenſi. Nam ſi militarem hanc uitam degentes omnibus abrenuntiant, & quò Mars uocauerit, eò proficiſcuntur, & iter agunt, & omnia cum ſedulitate ferunt: Multo magis nos Chriſti milites oportet ita præparari, & opponere nos uitiorum certamini. Nõ eſt nunc perſecutio, nec unquam ut ſit, accidat: pugna tamen incumbit alia, pecuniarum, cupiditatis, inuidiæ, uitiorũ. Hoc bellum recenſens Paulus, ait: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem. Semper hoc bellum inſtat. Propterea nos ſemper armatos uult ſtare. State ergo, inquit, accincti. Quod ipſum & præſentis eſt temporis, & oſtendit quòd ſemper oportet armatum eſſe. Multum enim certamen per linguam: multum per oculos (hos itaq; reprimamus) Multum per cõcupiſcentias: Quapropter illinc Chriſti militem incipit armare: ait em̃: State accincti lũbos ueſtros: & ſubiunxit, In ueritate. Cur in ueritate? Illuſio enim eſt & uanitas cõcupiſcentia: unde dicit Propheta: Lumbi mei impleti ſunt illuſionib. Res ea non eſt uoluptas, ſed umbra uoluptatis. Accincti ergo lumbos ueſtros in ueritate, hoc eſt uera uoluptate, modeſtia, honeſtate. Propterea hæc admonet, peccati ſciẽs abſurditatẽ, et omnia uolens membra noſtra eſſe circummunita: ait enim: Ira iniuſta & nocens non ſeruabitur. Et nos lorica uult eſſe circundatos, & ſcuto. Fera ſiquidem eſt libenter inſiliens ira: innumeris obicibus & ſeptis ad eam nobis eſt opus ſuperandam & arcendam. Et propterea nobis deus hanc maxime partem, tanq; ex quibuſdam lapidibus ex oſſibus condidit, ei circumponens firmamentum, ne facile prorumpens & diſſipãs, totum animal perdat. Ignis enim eſt, inquit, & tẽpeſtas magna. Nec aliud membrum hanc uim reprimere poſſet. Aiunt autem & medicorũ pueri, hac de cauſa cordi pulmonem eſſe ſubſtratum: ut ſuper eum qui mollis eſt, quaſi ſuper quandam ſpongiã cor ſaliens requieſcat, ne in repugnantẽ & aſperam ſoliditatẽ pectoris, ſaltuum offendatur impulſu. Opus eſt itaq; nobis forti lorica, ut hanc ferã in quiete ſemper ſeruemus: opus autem eſt & galea. Quoniam enim illic ratio uerſatur, & ex hoc uel ſaluari poſſumus, cum cõgrũa fiant, uel perire accidit: propterea dicit, Et galeam ſalutis. Cerebrũ enim natura quidẽ eſt tenerum: quapropter & ipſum quaſi quadã teſta ſincipitio ſuperne contegit. Omnium aũt nobis bonorum cauſa fit, atq; malorũ, ſiue congrua cogitauerit, ſiue cõtraria. Quin & pedes & manus armorũ nobis indigẽt. Non aũt hæ manus, & hi corporis pedes, ſed potius animæ: hæ quidem utilia meditantes: illi uero quò decet euntes. Ne aduerſis itaq; caſibus frangamur: ſunt em̃ correctio. Ne feſtines, inquit, in tẽpore illationis. Eccleſ. 2 Multi triſtia domi frequenter habẽt, & triſtitiam quidem alter alteri communicamus, materiã uero nõ itidem: ſed hic quidem ab uxore, hic autem ex filio, alter ex ſeruo, alter ab amico, alter ab inimico, ex uicino quidã, quidam ex iactura. Et multæ ſunt & differentes triſtitiæ cauſæ, & omnino nullus inueniri poteſt à triſtitia purus, & mœrore: ſed hic quidẽ maiora, hic uero minora habet contriſtantia. Itaq; ne indignemur, neq; nos in erumnis ſolos eſſe putemus. Nec enim licet hominem hanc mortalem uitam degentẽ triſtitia carere: ſed ſi non hodie, cras: niſi cras, poſthęc aliquid accidit triſte. Sicut enim nauigans non in agonia uerſari non poteſt, nauigans, inquam, mare magnum: ita hanc uiuens uitam, non in triſtitia eſſe non poteſt. Siue diuitem dixeris, quoniam dives eſt, multas habet triſtitiæ cauſas: ſiue regẽ ipſum, nam & à multis ipſe tenetur, nec omnia pro uotis facit, ſed multa præterquã ſibi gratum eſt, indulget, & ſuper omnes ea facit omnia quæ nullatenus uellet. Quid uero tandem, quòd multos ſuſtinet, qui de ſuis accipere uolũt? Cogita uero quanta ſit in triſtitia, cum uellet quippiã agere, nec poſſit, uel propter timorem, uel propter ſuſpicionẽ, uel propter hoſtes, aut propter amicos. Frequenter aũt & cum aliquid ſibi gratum facere cõtenderit, omnem exterminãt ei uoluptatem multi propter illam actionem illi ſe gerẽtes inimicè. At otioſam degentes uitam eſſe cenſes in ſeculo triſtitiæ immunes? Nequaquã. Sicut enim immortalis homo nõ poteſt inueniri, ita nec abſque triſtitia. Quot eos pati moleſtias eſt ueriſimile, quæ uerbis quidẽ recenſeri non poſſunt, rebus autẽ ipſis ab illis tantũ ſciri? Quot ſæpiſſime in illis opibus & delicijs mori optauerũt? Delicijs enim uacare, non penitus citra triſtitiã cõſtituit: quinimo ipſe delitiarum uſus innumeras gignit triſtitias, morbos & faſtidia, nulla præter has cauſas ſubſiſtẽte. Cum enim in tali fuerit habitu anima conſtituta, & ſimpliciter dolere conſueuit. Nam & medicorum aiũt pueri, quòd & ex ſtomachi præparatione intempeſtiuæ naſcuntur triſtitiæ. Nónne & apud nos hoc accidere ueriſimile uidetur, cum doleamus, & triſtitiæ cauſam ignoremus? Et nemo prorſus ſine triſtitia inueniri poteſt. Si uero tantam non habent triſtitiæ, quantam nos, occaſionem, ita quiſq; putat: propriũ enim eum plus q̃ ãlienum afficit. Sicut em̃ in corporis dolẽtes partibus, ſe proximos doloribus ſuperare putant: & oculum habẽs uitiatũ, nullam ægritudinẽ aliam, talẽ eſſe cenſet, qualẽ ſuã: rurſum qui ſtomacho laborat, hoc omniũ eſſe difficillimũ aſſerit: & quo quiſq; tenet, hoc omniũ moleſtiſſimũ eſſe dicit, Itidem & in triſtitia, qua quis detinet, hanc aſſerit eſſe difficillimã: cum propria em̃ hoc experiẽtia iudi-

Eph. 6

Pſal. 37

Rom.

1. Cor. 1

iudicat. Sicut qui filios non habet, nil ita graue putat, sicut filijs carere: qui multos habet cũ pauper-
tate, nil tam accusat, quàm filiorum multitudinẽ. Vnum habẽs, nil peius quàm unũ habere putat.
Hinc enim, inquit, & segnis efficitur, & in tristitia patrem semper cõstituit, quum sit illi semper desi-
derabilis, & nullam correctionem admittat. Qui pulchram habet uxorem, nihil se peius habere di-
cit, q̃ quòd pulchram habet: suspicionis enim plena res est & insidiarum. Qui deformem, nihil esse
peius asserit, q̃ deformem habere coniugem: res enim est fastidio plena. Priuatus nihil huiusmodi
uita dicit inutilius esse, nihil abiectius. Miles nihil esse militia laborioſius, nihil periculoſius asserit:
satius em̃ pane solo cum aqua uesci, quàm tot ferre molestias. In magistratu positus, nihil magis la-
borioſum, q̃ alienas curare necessitates affirmat: subditus nihil ait seruilius, quàm alienæ potestati
subiacere. Vxori iunctus, uxore nihil et solicitudine peius asseuerat: uxore carens, nil illiberalius q̃
uxorẽ non habere testat̃, & domo carere & quiete. Mercator agricolam ex securitate beatum uo-
cat: agricola mercatorem ex diuitijs: & morosum oẽmino genus humanum, sortem suam accusans,
& animum gerens grauatum. Cum omnes condemnat homines, tunc ait, nihil homo: omnẽ dicens
naturã, laborioſum animal & erumnoſum. Quot senectam admirãtur? quot beatam uocant iuuen-
tam? Sic & in ætatibus multum tristitiæ, cum nos propter ætatem uidemus accusari, dicimus: Qua-
re nõ fuimus senes? cum uero uertex albescit, rursum dicimus, ubi iuuenta? Et omnino multas tri-
stitiæ causas habemus. Vna tantum est ab hac inq̃ qualitate libera uia, quæ secundum uirtutem est:
quin uero & hæc tristitiam habet, sed tristitiã non inutilem, sed lucrum habentem et utilitatem. Vel
enim aliquis peccauit, & per tristitiã compũctus abluit peccata, uel cum fratre lapso doluit, & hic
quoq; nõ exiguã habet mercedẽ. In calamitatib. em̃ cum proximo dolere, multã nobis apud deũ
fiducią præbet. Audi quanta de Iob diuina philo-
Rom.12 sophatur scriptura, audi quid dicat & Paulus: Fle-
te cum flentibus, humilibus cõsentientes. Mœrẽ-
tium enim societas grauẽ tristitiæ uehementiã au-
ferre cõsueuit. Sicut enim in onere, si quis ponde-
ris partem susceperit, soli ferẽti sarcinam leuauit:
sic & in omnibus alijs. Nunc autem ex necessarijs
aliquo nobis defuncto, multi assidentes, consolã-
tes multi, et asinũ quando lapsum suscitamus: ami-
corum autem nostrorum animas cadẽtes, magis
quàm asinum despicimus ac negligimus. Et si tur-
piter in cauponam eum uiderimus intrantem, nõ
inhibemus: siue ebriũ, nõ arcemus: siue quicquid
aliud gerentem absurdi, sed omnia cooperamur:
propterea Paulus dicebat, Non tantum ea qui fa-
ciunt, uerum et consentiunt facientibus. Et potus
& ebrietatis consortia multi faciũt. Fac homo cõ-
spirationes, ut ebrietatis furorem deponas. Bona
1.Cor.16 uinctis hæc amicalia, & in tribulatione positis: ta-
le quid & Paulus Corinthijs præcepit, Ne cũ ue-
nero, inquit, tũc rationes fiãt. Nunc autẽ propter

A ebrietatem delicias quidem, & luxum omnia faci-
mus: & communem lectum, & mensam commu-
nem, commune & uinum, cõmunem facimus &
impensam, eleemosynam autem facit cõmunem
nemo. Hæc erãt apud apostolos amicalia: omnes
in medium sua ponebãt. Ego uero non oẽmia, sed
aliquam partem quam quisq; probauerit: inquit,
Definiat unusquisq; per unam sabbatorum, ut ali-
quẽ censum pro septem ferat diebus, & deponat,
& ita det eleemosynam, siue paruũ, siue magnũ:
ait enim, Non apparebis uacuus coram domino. Exod.23
Iudæis hæc dicebantur, quanto magis nobis? pro-
pterea pauperes ante fores positi sunt: ne quis ua-
cuus ingrediatur, ut introeat cum eleemosyna: si
B ut misericordiam cõsequaris, intras, prius misere-
re: qui uero posterius uenit, plus debet. Cum em̃
nos inceperimus, secundus plus erogat. Fac tibi
deum debitorem, & tunc eum pete: mutua, & tan-
dem deum repete, ut cum fœnore recipias. Vult
hoc deus, nõ refugit. Si cũ eleemosyna petas, gra-
tias habet: si cum eleemosyna reposcas, mutuas et
capis fœnora: ita uos exhortor. Non in manuum
extensione satis est audiri. Extende manus tuas,
nõ in cœlum, sed ad pauperum manus. Si ad pau-
perum manus extẽderis manum, ipsum cœli uer-
tícem tetigeris: qui enim illic sedet, eleemosynam
suscipit. Si uero porrexeris uacuas, nihil profece-
ris. Dic enim quæso, si rex ad te ueniens cum pur-
pura, rogasset, nonne omnia prompte tua dedis-
ses? Non enim in manuum eleuatione, nec in uer-
C borum copia, sed in operibus exauditur. Audi nã
que prophetam Esaiam dicentem: Si manus ue- Esa.1
stras extenderitis, auertam oculos meos à uobis.
Et si multiplicaueritis orationem, non exaudiam
uos. Opus enim est tacere, nec in cœlum respice-
re misericordiæ indigentem, utpote qui fiducią
non habeat multa loquendi. Sed quid ait? Iudica
te pupillo & humili, & iustificate uiduam, & disci
te bonum facere. Ita licet deorsum manus habea-
mus, audiri poterimus, licet nihil loquamur, aut
petamus. Hæc itaq; imitemur, ut bona nobis pro-
missa assequamur in Christo Iesu domino nostro,
cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, im-
perium & honor, nunc & semper & in secula se-
culorum, Amen.

D QVOD INFESTANTEM MAGNANIMITER ferre propter deum maius est quàm benefacere. Thes. 1. Homilia LXVIII.

EMPER gaudete, beatus inquit Paulus, dilectissimi, sine intermissione o- Phil.4
S rate in omnib. gratias agẽtes. Hæc est enim uolũtas dei, semper gratias age-
re: hoc est animæ sapienter institutæ. Passus es aliquid mali, sed si uelis, non est malum:
gratias age deo, & malum in bonũ fuerit transmutatum. Dic tu quoq; quemadmodũ & Iob: Sit no-
men domini benedictum in secula. Quid enim tale, quæso, passus es? Incubuit morbus: At nihil no-
uum est, corpus enim mortale nobis est, et patinatum. Sed pecuniarũ inopia? uerum & hæc acquiri possunt, & amitti, & hic tantum manẽt. Sed ab

inimicis insidiæ & calumniæ? Sed nos in his iniu
Ezech. 18 riam nō patimur, sed illi qui faciunt: ait enim, Ani
ma quæ peccat, ipsa & morietur. Peccauit autem
non qui male passus est, sed qui malefecit. Non er
go mortuum oportet ulcisci, sed orare pro eo, ut
eruatur à morte. Nónne uidetis apē quemadmo-
dum immoritur aculeo? Per illud nos animal do-
cet deus, ne proximos afficiamus tristitia, ipsi nā-
que prius mortem excipimus. Et illos quidē for-
te paululum lædimus, nos autem non amplius ui
uemus, quemadmodū nec illud animal. Et si lau-
dat illud scriptura, quòd operarium sit asserens,
cuius opus reges et priuati ad sanitatem offerunt:
nihil tamen ipsi prodest, ne moriatur, sed omnino
moriat̄ est opus. Ergo si illā nō liberat malefaciē-
tem in reliquis præstantia, multo minus nos. Fera B
rum est uere sæuissimarum, nemine quempiā læ-
dente iniuriam incipere, imò uero neq; ferarū. Il-
læ nanq; si permittas in deserto se pascere, neq; co
angustans in necessitatem redegeris, nunquā læ-
dent, nunquam impetent, nunquam mordebunt,
sed propriam transibunt uiam: tu uero cum sis ho
mo rationalis, tanto decoratus principatu, tanto
honore & gloria, circa cōsanguineos feras imita-
ris, & iniuria fratrē afficis & deuoras, & unde po-
1. Cor. 6 teris excusari? Non Paulum audis dicentē: Qua-
re potius iniuriā non patimini? quare potius non
priuamini? At uos iniuriā facitis, & aufertis, idq;
fratribus. Vides quòd male pati, in malefacien-
do est: bene uero pati, in male patiēdo. Dic enim,
quæso, si quis principes conuicijs insectaretur, si C
quis rerum dominos afficeret iniuria, quem læde
ret, semetipsum an illos? Planum est quòd semet-
ipsum. Ergò principem quidem lędens, nō illi sed
sibi nocet: Christum autem contumelia afficiens,
per illud eum contumeliam pati cogit? Nequaq;.
Imagines lapidibus impetēs, quem lapidat? nón-
ne semetipsum? Et postea regis quidem terreni
lapidans imaginem, se lapidibus obruit: Christi
uero temerās imaginem (homo nanque dei ima-
go) nónne semetipsum lædit? Quousq; pecunia-
rum amore feremur? Nō desisto aduersus eas cla
mare: hæ nanq; sunt omniū causæ. Quousq; satie-
tatē non capimus inexplebilis huius cupiditatis?
Quid habet aurū boni? in hoc consternatus sum.
Fascinatio quędā est huiusmodi res, quòd aurum D
& argentum à nobis tanti pendatur. Ergo nostra
rum quidem animarum nulla nobis cura, irratio-
nalium autem imaginum multa solicitudo. Vnde
surrepsit hæc orbi terrarum ægritudo? Quis eam
exterminare poterit? quæ hāc difficilem elimina
re feram ratio? quæ perdere armatura? Hominū
mētibus est insperſa cupiditas, & eorū qui in pie-
tate constituti uidentur. Euangelica reuereamur
præcepta, in scriptura tantū uerba sunt sita, in ope
ribus uero nusquam inueniuntur. Sed quæ hone
sta multorum ratio? Pueros, inquit, habeo, & ti-
meo ne quando in famis & indigentię constituar
necessitate, ne quando alienis egeam. Mendicare
erubesco. Igitur propterea facis alios mendicare?
Non possum, inqt, esurire. ergo propter hoc alios

A fame conuoluis? Nosti quantū sit malum mendi-
care, quantum fame perire? parce & fratrib. tuis.
Erubescis quæso, esurire, rapere uero non erubē-
scis? Times fame necari, alios autem necare nō ti
mes? Atqui esurire quidē nec dedecus nec crimē
habet: alios aūt his inuoluere, non tantū est dede-
cus, uerum & extremū infert supplicīū. Prętextus
hæc omnia sunt & uerba, & nugæ. Quòd enim pro
pter filios nō facitis, testant̄ quotquot filios qui-
dē non habēt, nec habebūt: ita tamē cruciātur &
laborant, & diuitias congregant, ac si filios habe-
rent innumeros quib. relinquerent. Nō est filiorū
cura quæ pecuniarū amorē faciat, sed animę mor
bus. Propter hunc & multi non habētes, circa pe-
cunias insaniunt: alij uero liberis affluentes, & di-
uitias cōtemnūt, illi te redarguēt in illa die. Nam
si te filiorū necessitas ad illam pecuniarum accu-
mulationē cogebat, oportebat & illos eandē ha-
bere cupiditatem. Si uero non habent, non ex nu
merosa sobole, sed ex auaritia bacchamur. Et qui
sunt, inquit, qui cum filijs pecunias contemnunt?
Multi & multis in locis. Si uero uis, & ex antiquo
rum tēporibus cōmemorabo. Nónne duodecim
filios habuit Iacob? Nónne mercenariorū uitam
degebat? Nónne à socero patiebatur iniuriam?
Nónne frequēter eum spreuit? Nunquid eum co
piosa soboles aliquid indignū deliberare coegit?
Quid autem Abraham? nónne cum Isaac, et alios
plures habebat filios? Quid ergo? nónne sua ho-
spitibus parabat? Vides quòd non tantum nō in
iuriam inferebat, uerum & propria largiebatur:
non enim tantum bene merens, uerum & eligens
à nepote iniuriā pati. Multo nanq; maius est, cum
cui quid aufertur, propter deum æque ferre, q; be
ne mereri. Quare? quoniā hic quidem est animæ
fructus & uolūtatis, unde & facile fit: hoc autē est
infestatio, & uiolentia. Et facilius aliquis mille ta
lēta uolūtarius amitteret, nihilq; graue se passum
esse putaret, q; tribus obolis inuite priuatus eque
ferret. Hoc itaq; magis est animæ philosophia. Et
hoc in Abraham factum esse uidemus. Videbat
enim Loth regionē finitimam, & erat irrigua, &
paradisus dei, & eam elegit, & nihil ille contradi-
xit. Vides quod non modo nō afferebat iniuriā,
uerum & iniuriam sustinebat? Quid filios tuos ac
cusas homo? non propterea nobis deus filios de-
dit, ut aliena rapiamus. Vide ne deū irites, hoc di-
cens. Nam si hoc dicis, q ipsi rapinæ tuæ sunt au-
tores & auaritiæ, uereor ne eis tanq; tibi nocenti
bus & insidiantib. prueris. Deus tibi filios dedit,
ut in senectute te pascant, ut abs te discant uirtu-
tem. Propter hoc enim ita uoluit hominū genus
consistere, duo magna comparās, unum quidem
patres præficiendo magistros: alterum uero ma-
gnam infundendo charitatē. Si enim homines e-
rant incassum futuri, nulla cuique ratio cum ullo
fuisset. Nam si nunc, cum nunc patres & filij sint,
& progeniti, multi multorum curam nō gerunt:
multo magis tunc: propterea tibi deus liberos de
dit: ne filios igitur accuses. Si uero filios habentes
nullam habent excusationē: non habentes, & cir
ca di-

ca diuitiarum accumulationem laborãtes, quam proferent rationem? Sed eſt quędam & illis ratio omni carẽs excuſatione. Quæ uero tandẽ eſt iſta? Vt pro filijs, inquiunt, diuitias monumentum habeamus. Multus uero riſus. Pro filijs, inquiũt, domus memoria fit immortalis gloriæ meæ. Nõ gloriæ tuæ, ô homo, ſed auaritiæ monumentum erit. An nõ uides nunc quàm multi ſplendidas domos pertrãſeuntes, inter ſeſe talia differunt: Quantum ille uſurpauit, quantum rapuit ut hãc domũ ædificaret? Et ille nunc quidem factus eſt cinis & puluis: hæc autem in aliorum hæreditatem tranſiuit. Non ergo gloriæ tuæ relinquis monumẽtum, ſed auaritiæ. Et corpus quidem tuum terra conditum eſt: auaritiæ uero memoriam temporis longitudine cum latere poſſit, non permittis, ſed per domũ B reſultare facis, & refodi. Donec enim hæc ſteterit tuum habens cognomẽtum, ut domus talis dicatur, omnino neceſſarium eſt, & omnium ora contra reſerari. Vides quòd melius eſt nihil habere, q̃ hanc accuſationem ſuſtinere? Et hic quidem iſta: illic uero quid faciemus, quæſo? Tantorũ quidẽ facti poſſeſſores, nihil autẽ de noſtris uel pauciſſima dilargiti, quomodo rapinas exuemus? Qui nanq; rapinam uult exuere, non è multis pauca erogat, ſed raptis multo plura, et rapere deſiſtit: Au
Luc.19 di quid Zacchæus dicat: Et omnium quæ rapui, quadruplum reddo. Tu uero decies mille rapiens talenta, ſi paucas dederis drachmas, te totum reddidiſſe putas, & tanquam plura dederis, ita te geris, & ita uero uix. Quare? Oportet enim & ipſa C reddere illa, et alia de propriis adiungere. Sicut enim fur, cum illa ſola reddiderit, nõ eſt excuſatus, ſed & frequenter animã adiecit: frequẽter autem cum multo plura tribuerit, abſolutus eſt: Sic & rapax: nam & auarus rapax, fur eſt & latro, illo longe deterior, quãto & uiolentior. Ille nanq; tum latendo, tum nocte graſſando multum de facinore ſuccidit, utpote qui uereat & timeat peccare: hic autem perfricata fronte, nudo capite, per mediũ forum res omnium rapit, ſe furem ſimul exhibẽs et tyrannũ. Non perfodit parietes, neq; lucernam extinguit, nec arcam reſerat, aut corrumpit ſignacula. Sed quid? his audaciora facit, carentibus his qui patiunt iniuriam, per portam expellit, omia cum fiducia aperit, ipſos ſua per ſe cogit exponere, tantus eſt exceſſus uiolẽtiæ. Hic illis multo ſceleſtior, quanto & impudentior & uiolẽtior. Nam ille quidem per inſidias aliquid paſſus, dolet quidem: non paruam tamen habet conſolationem, quòd & ipſe qui facit iniuriã, formidat: hic autem ultra quod paſſus eſt atq; cõtemptus, neq; uim ferre poterit. Maior em̃ riſus. Dic mihi, ſi quis latens uxorem polluiſſet: alius autem hoc cernente uiro feciſſet, uter maiorem triſtitiam attuliſſet, uter maiori dolore affeciſſet? Hic enim præter quòd male fecit, inſuper & contẽpſit: ille uero ſi nõ aliud, ſe oſtẽdit læſum timere. Itidem & in pecuniis hic quidem clanculum accipiẽs, ita reueritus eſt, furtim ſcilicet ſurripiẽdo: qui uero palàm et publicè, præter damnũ & ignominiã inuexit. Deſinamus

A igitur aliena rapere, & qui ſumus pauperes & diuites. Non em̃ ad diuites ſolos hic mihi ſermo, uerum & ad pauperes. Nam & ipſi rapiunt ſe pauperioribus: & artifices qui ſunt ditiores & potentiores, eos qui magis indigent & pauperiores expilant, caupones alios caupones, & oẽs qui in foro uerſantur. Itaq; uolo undiq; iniuriam auferre. Non enim in eorum quæ rapiuntur & ſubleguntur quantitate, ſed in furãtis uoluntate iniuria cõſtituitur. Quòd autem hi potius fures ſunt & raptores, qui neq; parua aſpernãtur, ſcio meminiq; me uobis dixiſſe, ſi quidem et uos meminiſtis. Veruntamen nihil ſubtiliter ſupputemus, ſint & ipſi pariter cum diuitibus. Iam mentem inſtituamus maiora non aggredi, plus non cõcupiſcere. In cœlis uero nunquam habeat terminum maiorũ concupiſcentia, ſed quiſque ſemper amplius appetat. In terra uero neceſſitas, & modicus uſus cuique ſufficiat, & nihil amplius quærat, ut ita poſſit uera conſequi bona, quibus utinam omnes digniſimus, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri, unà cum ſancto ſpiritu gloria, decus & imperium nunc & ſemper, &c.

QVOD PECCATORES LVGENDI ſunt uiuentes & mortui, & quod multum defunctis proſunt eleemoſynæ, & officia pro eis exhibita. Homilia LXIX.

ORS fratres indifferens eſt, & media. Non enim malum eſt mors, ſed ma-
M lum ſi mortuus tormentis tradatur. Neque rurſus eſt bonum mors, ſed bonum ſi defunctus ſeculo cum domino uiuat. Quæ ſunt poſt mortem, ea uel bona uel mala ſunt. Circa defunctos itaq; ne temere lugeamus, neq; de uiuẽtibus ſtulte lætemur. Sed quid? lugeamus peccatores non tantũ defunctos, uerũ & uiuẽtes: de iuſtis autem gaudeamus, nõ modo ſuperſtitibus, uerum et mortuis. Nam illi quidẽ et uiuẽtes mortui ſunt: hi uero mortui quoq; uiuũt. Illi cum hic quoq; ſuperſunt, ſunt oẽmibus miſerabiliores, quoniam deum offendũt: at hi cum hinc quoq; migrauerint, felices omnino: ad Chriſtum enim tranſierũt. Peccatores ubicũq; fuerint, procul à rege morãtur: propterea lachrymis ſunt digni. Iuſti ſiue hic, ſiue illic, cũ rege ſunt, & illic amD plius & propinquius, non per introitum, non per fidem, ſed facie ad faciẽ. Ne mortuos itaq; temere defleamus, ſed in peccatis mortuos: hi nãq; luctu ſunt digni, hi plãctibus & lachrymis. Quæ nanq; ſpes, quæſo, cũ peccatis migraſſe, ubi peccata nõ datur exuere? Nam donec quidem hic erant, multa fortaſſis erat expectatio, q̃ eſſent pœnitẽtiam acturi, futuriq; meliores: ſi uero tartarum ubi per pœnitentiam nihil lucrari conceditur, petierint: dicitur em̃, In inferno autem quis confitebitur tibi? Pſal.6 quomodo nõ ſunt lachrymis digni? Ita migrãtes lugeamus, non prohibeo. Lugeamus, ſed non indecenter, nõ comas uellentes, non detegentes brachia, oculos non diſſipantes, non pullis utentes ueſtibus: ſed tantum in animo ſilenter amaras fundentes lachrymas. Licet enim & abſq; hoc ex

teriori cultu amariter lugere, nec illudere duntaxat. A ludibrijs enim minime differũt, quæ gerun
tur à nõnullis. Quod etenim non ex doloris com
municatione sint illi forenses planctus, sed ex o
stentatione potius & ambitione sint, & inani glo
ria: inde clarum est, quòd multæ per artem hoc fa
ciunt. Amare plora, domi luge, ubi nemo te spe
ctet: hoc est misericordiæ, hoc & tibi prodesse po
test. Alium em̃ ita deflẽs, multo magis studebit, ne
& ipse in eadẽ incidat mala. Terribile nanq; pec
catum deinceps esse uidebitur. Infideles itaq; de
plora, deplora nihil ab illis differẽtes, absq; illumi
natione migrãtes & sigillis: hi uero lachrymis di
gni & luctibus: Sunt em̃ cũ dãnatis extra regales
Ioan.3 aulas, & pœnæ addicti. Amẽ quippe dico uobis,
nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, nõ intro
ibit in regnũ cœlorum. In diuitijs defle defunctos
qui nullam ex diuitijs sibi comparauere consola
tionẽ, qui sua diluendi peccata potestatem acce
perunt, & neglexere. Hos, inquã, seorsum & com
muniter lugeamus, sed cũ modestia, sed honesta
tis ratione seruata. Sed ne nos ostentemus, hos de
fleamus, nõ uno uel altero die, sed totum uitæ no
stræ tempus. Hæ siquidem haud sunt irrationalis
motus lachrymæ, sed potius charitatis. Illud igit̃
est irrationalis motus, & ꝓpterea citius extingui
tur: cum aũt ex dei timore fuerit factum, semper
manet. Hos lugeamus, post hos pro uirib. clame
mus, excogitemus eis aliquid solatij, minimũ qui
dem, clamemus tamen. Qualiter & quónam mo
do? Orantes, & alios precãtes, ut pro eis deprecẽ
tur, pro eis pauperibus largientes cõtinue. Habet
Esa.37 hæc res aliquam consolationem: audi nanq; deũ
dicẽtem: Protegam ciuitatem istam propter me,
& propter Dauid seruum meum. Si iusti dũtaxat
memoria tantũ potuit, cum & opera pro ipso fue
rint, quantũ non ualebit? Non temere ab apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis mysterijs defunctorum agatur cõmemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cum enim totus constiterit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremẽdum proponatur sacrificium, quomodo deũ non exorabimus pro his deprecantes? Sed hoc quidẽ de his qui cum fide migrarũt. Catechumeni uero nec hac digni consolatione censent̃, sed oĩ sunt tali suffragio priuati, præter unum solum. Quod autem illud? Dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis prẽstare refrigerationis. Vult nãq; deus nos alterum alteri prodesse. Nam quare pro pace, mundiq; tranquillitate nos iussit orare? quare pro omnibus hominibus? cum hic ubiq; sint latrones & fures, ac sacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamẽ pro omnibus precamur, forsitan aliqua fiet eorum mutatio. Sicut itaq; pro uiuentibus precamur, qui nihil à mortuis differũt, ita pro illis quoq; licet orare. Iob pro filijs hostias offerebat, et eos à peccatis absoluebat, ne forte cogitassent aliquid in corde suo, ita de filijs curam gerit. Non dixit ut hominũ plurimi, Relinquam eis patrimonia: non dixit, Gloriam eis conferã: non ait,

A Principatum emam: non ait: Agros acquirã: sed quid? Ne fortè cogitauerint aliquid in corde suo. Quænam illorum utilitas, nihil hic manentium? Omniũ, inquit, regem eis reddam propitiũ, & ni- Psal.22
hil eis amplius deerit. Dominus em̃ pascit me, & nihil mihi deerit. Hæ magnæ sunt opes, thesaurus magnus. Si dei timorẽ habeamus, nihil nobis est opus: si uero non hunc habeamus, etsi regnum ip
sum possideamus, sumus omniũ pauperrimi. Nihil æquale deum timenti: timor enim domini om
nia superat. Hunc possideamus itaq;, omnia pro
pter hunc faciamus, ut hunc assequamur timorẽ.
Nemo iam itaq; plãgat, aut ploret, nec Christi me
ritum afficiat calumnia: mortẽ etem̃ uicit. Quid
igitur superfluas fundis lachrymas? somnus ea res
B est. Quid gemis & luges? hoc nanq; si uel gẽtiles
facerẽt, oporteret deridere: quũ uero fidelis in his
se turpiter gerat, quæ fuerit excusatio? quæ uenia
talia fatue sectanti, & hæc post tantum temporis,
& tam manifestam resurrectionis probationem?
Tu uero quasi crimẽ augere festinãs, & praficas
nobis gentiles obijcis mulieres, dolorem suspendens, & accendens fornacem. Neq; dicentem au
dis Paulum: Quæ cõuentio Christi ad Belial, aut 2.Cor.6
quæ pars fidelis cum infideli? Et Græcorum quidem pueri, qui de resurrectione nihil nouerãt, cõ
solationis tamẽ inueniũt uerba, dicẽtes: Fer gene
rose, nã facta nõ licet infecta reddere, aut luctib.
emendare. An tu his altiora discens et utiliora, nõ
confunderis, maiorem illis præferens deturpatio
nem? Nec em̃ nos dicimus, Fer generose: nã factũ
C non licet infectũ reddere: sed, Fer generose, omni
no nanq; resurget: dormit infans, & non est mortuus: quiescit, non autem perijt: nam eum resurrectio suscipiet, & uita perẽnis & immortalis, angelicusq; cõsessus. Non Psalmistam audis dicentẽ: Psal.114
Conuertere anima mea in requiẽ tuam, quoniam dominus benefecit tibi? Rem istam deus beneficiũ nuncupat, & tu luges? Quid feciſſes amplius, si defuncti hostis & inimicus fuisses? Nã si lugendum est, diabolũ oportet lugere. Ipse plangat, ingemat ipse, quoniam ad maiora tendimus bona.
Ipsius est digna nequitia huiusmodi deploratio, non tibi conueniẽs, qui coronam & requiem expectas. Tranquillus enim est portus, mors. Itaq; Matt.2
D considera quod plena malis est uita præsens: cogita quoties & ipse præsentem execratus es uitam:
res etenim in deteriora prolabunt̃: quin & ab initio non paruam sortitus es damnationẽ. In doloribus em̃ ait, paries filios: &, In sudore uultus tui
uescẽris pane tuo: &, In mundo tribulationem habebitis. De illic uero positis nihil huiusmodi dictũ est, sed oĩe contrariũ, quia fugit dolor, & gemitus & tristitia. Et quòd ab Oriente uenient &
Occidente, & recumbẽt in sinib. Abraham, Isaac
& Iacob. Et ꝙ illic spiritualis sponsi thalamus, ardentesq; lampades, & in cœlũ trãsitus. Quid itaq;
defunctũ confundis? quid facis ut alij timeãt mortem, & perhorrescant? Quid agis ut multi deũ accusent, utpote qui magna parauerit incõmoda?
Imò uero quid post hæc pauperes uocas, & orare

sacerdotes

sacerdotes exhortaris? Nónne ut in requiẽ transeat defunctus, & propitiũ iudicẽ habeat? Pro his ergo luges, et ululas? Nõne tibimetipsi repugnas et aduersaris, ex his quibusin portũ ille deuenit, tibi parans procellã? Et quid faciam? talis est natura. Non est naturæ crimen, neq; rei consequentia: sed nos sumus qui cõfundimus omnia, qui molle scimus, & propriã prodimus generositatẽ, & infideles reddimus peiores. Quo nãq; modo proximũ de immortalitate alloquemur? quomodo gẽtili persuadebimus, quũ plus q̃ ille formidemus mortẽ & exhorrescamus? Multi quidẽ apud gentiles, licet de resurrectione sciẽtes nihil, sibi defunctis filijs coronati sunt, & apparuere candidati, ut præsentẽ tantum gloriam consequerentur: tu uero neq; propter futurã agere muliebriter & plangere desistis. At hęredes bonorumq; successorem non habes? Et quid malebas, eum tuorum, an cœlestium hæredẽ fieri? Quid uero cupis, eũ pereuntia suscipere, quæ paulo post esset dimissurus, an permanẽtia & immobilia? Non hæredẽ eum habuisti, sed ipsum pro te deus habuit. Propriorũ nõ fuit fratrum cohæres, sed Christi constitutus est. At inqes, Cui uestimẽta, cui domicilia, cui seruos et agros relinquemus? Ipsi rursum, et tutius q̃ si uixisset: prohibet enim nihil. Nam si cum defunctis res barbari cõburunt, multo magis te cum defuncto propria mittere cõueniens est, non ut fiant illis similia, sed ut hũc maiori gloria circũdes: Et si peccator quidẽ obijt, ut soluat peccata: si uero iustus, ut mercedis fiat et retributionis accessio. Sed ipsum cernere desideras? Eandem cum eo uitã uiue, & sacrã ocyus illam accipies præsentiam. Præter hæc autem & illud cogita, q̃ licet nos non audias, omnino tempore tibi persuadebitur, sed nulla tibi tunc merces. Ex dierum enim multitudine consolatio conflat. Si uero nũc philosophari uelis, duo maxima lucraberis. Nam et te malis in medio positus absolues, et à deo preclarã accipies coronam. Eleemosyna nãq; & alijs huiusmodi multo maius est erumnã æquanimiter tolerare. Cogita q̃ dei filius mortuus est, et ille quidẽ propter te, tu uero ,ppter teipsum: & postq̃ dixit: Si possibile est, transeat calix iste: tristitiãq; pertulit, & agoniam, mortem tamẽ non effugit: uerum & ipsam multa cum amaritudine sustinuit. Nec enim simpliciter mortem passus est, sed turpissimã, & ante mortem flagella, & ante flagella opprobria, derisiones atq; conuicia, te docens ut omnia generose feras. Verũtamẽ postq̃ mortuus est, & corpus deposuit, rursus ipsum maiori cum gloria resumpsit, & hinc tibi bonã spẽ prætendẽs. Si fabulę nõ hæc sunt, noli lugere: si fide digna hæc esse putas, noli lachrymas fundere. Quòd si fleueris, quomodo gẽtili poteris q̃ credas persuadere? Verum & ita tibi casus intolerabilis esse uidet: ergo propter hoc ipsum nõ est lugendus. A multis enim huiusmodi calamitatib. ille liberatus est, noli ergo ipsi inuidere aut æmulari. Sibi nãq; mortẽ propter immaturum illius obitũ expetere, illum aũt q̃ non uiuat, lugere, ut scilicet multa patiat huiusmodi,

Pſal.22

2.Cor.6

Pſal.114

Matt.26

A æmulantis & inuidentis magis esse uidet. Ne cõsideres illud, q̃ non amplius domũ reuertet, sed q̃ paulo pòst & ipse ad eum reuerteris. Noli hoc cogitare, q̃ ille nõ ulterius huc regreditur, sed q̃ nec ista quæ cernuntur, permanẽt talia, uerum & ipsa transformantur. Etenim & cœlum, & terra, & mare, & omnia simul transmutantur, tunc cum maiori gloria filium tuũ recipies. Et si peccator quidẽ obijt, mala repressa sunt: (nec si deus pœnitẽtiam acturũ nouisset, ante pœnitentiã eum rapuisset.) Si uero iustus uitam finiuit, in tuto bona consecutus est. Itaq; planũ est, q̃ non ex charitate tuę sunt lachrymæ, sed ex irrationali motu. Quoniã si defunctum diligeres, gaudere oporteret, atq; lętari, q̃ ex præsentibus procellis esset absolutus. Quid B enim amplius supereſt, quæso? quid uero peregrinum & nouum? Nónne per singulos dies eadem cernimus retorqueri? Dies & nox, nox & dies, hyems & æstas, æstas & hyems, & amplius nihil: & hæc quidem semper eadem, mala uero peregrina & recẽtiora. Hæc igitur ipsum sustinere per singulos dies, & hic manere uolebas, & ęgrotare, flere, formidare, & contremiscere, & has quidem pati molestias, has uero ne patiat, timere. Nec enim illud dicere possis, q̃ hoc uastum nauigans mare possit mœrore, et curis, et alijs huiusmodi liber extare. Ad hæc & illud cogita, q̃ non immortalẽ genuisti, & nisi nũc mortuus fuisset, hoc paulo post sustinuisset. Sed ex eo non es saturatus? Verũ illic omnino frueris. Sed etiã hic cernere concupiscis: C & quid est impedimenti? Licet enim et hic, si uigiles: futurorũ nãq; spes est uisu manifestior. Tu uero, si fuisset in regalibus aulis, nunq; eum cernere quæsisses, audiens eum se præclare gerentem: ad multo meliora uero peregrinatũ uidens, modico tempore frangeris, & hæc cum pro illo cohabitãtem habeas. Sed uirũ non habes: habes tamẽ consolatorem, patrẽ orphanorum, & iudicem uiduarum. Audias & Paulum huiusmodi beatam uocãtem uiduam, atq; dicentẽ: Quæ uere uidua est, & 1.Tim.5 desolata, speret in deum. Etenim probabilior huiusmodi uidebitur, cum maiorẽ exhibeat tolerantiam. Noli ergo lugere unde coronaris, unde recipies mercedẽ: depositũ enim reddideris, si quod tibi creditum est, exhibueris. Ne iam solicita sis, D cũ in tuto possessionẽ thesauro reposueris. Si uero & consideres, qualis sit ista prẽsens uita, qualis uero futura: & q̃ præsens aranea quidẽ est & umbra, omnia uero futura sunt immota, & immortalia, nec alijs iam opus habueris sermonibus: nunc quidem infans ab omni liberatus est mutatione: si uero moratus hic fuisset, fortasse bonus, fortassis autem non fuisset huiusmodi. An non uides quot proprios abdicant filios, quot his qui abdicantur peiores domi coercere cogũtur? Hæc omnia meditãtes, sapiẽter agamus. Sic eñ & defuncto rem gratam agemus, & ab hominibus multas laudes assequemur, & à deo magna recipiemns præmia patientiæ, & æternis potiemur bonis: quæ nobis omnibus detur adipisci, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

QVOD PRO DEFVNCTIS LVGENA dum non est, sed orandum. Homilia LXX

MORTIS tyrannidem eijciens deus, charissimi, simul & diaboli soluit potentiam. Qui nanq; de resurrectione multa sapiẽter nouerit meditari, quomodo mortem formidauerit? quomodo iam exhorrescat? Itaq; ne turbemini dicentes, Quam ob rẽ hæc & hæc passi sumus? sic ẽm corona splendidior efficitur, nec esset splendida, nisi mortem morte soluisset. Hoc autem est admirabile, quòd eam per ea quibus prævalebat, euicit, ipsius facilem & leuissimam semper ostendens expugnationem. Ne prodamus itaq; collatum nobis munus. Non enim accepimus spiritum seruitutis, sed spiritum uirtutis & charitatis & modestiæ. Stemus itaq; fortiter mortem deridẽtes. Sed occurrit mihi amarissimus gemitus, ut deplorem quónam Christus quidem nos perduxit, quò uero nosipsos deiecimus. Cum enim circa forum planctus, eiulatus circa uitam relinquentes exhibitos, ululatusq;, & alias turpitudines uideo: credite, pudet Iudæorum cernentium & hæreticorum, & omnium nos propter hoc deridentium. Nam quæcunq; iam dixero, de resurrectione disserens, inuanum loquar. Quare uero? Quoniam his quæ dicuntur à nobis, non intendunt gentiles, sed his quæ geruntur à uobis: statim enim dicent, Quando fiet ut horum aliquis mortem contemnat, qui nec alterum uidere mortuum potest? Bona quæ dicta sunt à Paulo, bona, cœlisq; & dei
Heb.2 benignitate condigna. Quid enim ait? Et liberabit hos qui metu mortis per omnem uitam erant rei seruitutis. Sed uos ista credi non finitis, aduersus ea operib. pugnãtes, licet multa fieri deus antea struxerit, ut hanc improbam tolleret cõsuetudinem. Quid enim ardẽtes, quæso, lampades sibi uolunt? nónne tanquã athletas eos comitamur? Quid autem hymni? nónne glorificamus deum, & illi gratias agimus, quia iam defunctũ coronauit, absoluit à laboribus, & ab incertitudine subla tum penes se retinet? Nónne hymni propterea? nónne ,ppterea psalmodiæ? Hæc omnia sunt gaudentium. Lætus enim est aliquis: psallat. Sed non hæc intuentur gentiles: ait enim, Ne mihi proponas illum qui carens affectu philosophatur. Hoc enim in se nil magnum, nil habet mirabile. Ostende mihi hominem in ipso seruantem disciplinam affectu, tunc de resurrectione credam. Et seculares quidem mulieres hoc facere nihil est mirandum, licet & ipsum graue sit: nam & ipsæ parem
1.Thess.4 exigunt disciplinam, & propterea Paulus ait, De dormientib. autem nolumus uos ignorare, ut nõ contristemini, sicut & cæteri qui spem non habẽt. Non hæc solum solitarijs scribebat, neq; perpetuam uouentibus uirginitatem, sed secularibus: nec tamen hoc tam graue. Quando uero mulier aliqua, uel uir se cum Christo crucifixum esse dicẽs: hic quidem capillos laniat, illa uero nimium plorat, quid hoc deformius esse possit? Mihi credite dicenti: si fieret, ut oportet, multum tẽporis ab ecclesiæ liminibus tales essent arcendi. Hi nanq; luctu uerè sunt digni, qui mortem timẽt & perhorrescunt, neq; resurrectionem credunt. At, inquis, resurrectionem non nego, sed familiaritatem desidero. Quare ergo, cum peregrinatur, & peregrinatione quidem longinqua, nõ eadem facis? Sed tunc quoq; ploro desiderans, & lugeo. Illud quidem uere consuetam est quærẽtium præsentiam: hoc autem reuersionẽ desperantis. Quid psallas, cogita, quum ad illum perueneris locum, Cõuer- Psal.114
tere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi: & iterum: Non timebo mala, quo- Psal.22
niam tu mecum es: & rursum: Tu es refugium Psal.31
meum à tribulatione quæ circumdedit me. Quid isti uelint psalmi recogita. Sed nõ animaduertis,
B & es luctu ebria: saltem in alienis funeribus diligenter considera, ut in tuis remedium habeas. Dicis, Cõuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, & luges? Nónne fabulosa est repræsentatio? nónne simulatio? Nam si uere quæ profers, credis, otiose luges: si uero ludis, & simulas, & fabulas hæc esse putas, cur & tu psallis, & aduenientes toleras? Quare psallentes non abigis? Sed hoc est furẽtium, uerum & multo magis illud. Igitur interim quidem admoneo: processu uero temporis hoc acrius faciam. Magnopere nanque timeo, ne per hunc modum aliquod graue uitium ecclesię subrepat: luctuum ergo postea corrigemus errorem. Nunc aũt annuntio, & plurimum protestor diuitibus & pauperibus, mulie-
C ribus & uiris, fiat quidẽ ut omnes absq; luctu uita migretis: & iuxta congruam legem profecti, senes à filijs & à filiabus, & natis, & progenitis matres in pingui senio deducantur, nec unquã mors sit immatura. Hoc, inquam, fiat, hoc precibus exposco. Et præsidentes uero, & uos omnes exhortor, deum alter pro altero rogetis, & hanc communem faciatis orationem. Si uero (quod absit, nec accidat) acerba quæpiam mors ingruat (acerba uero dico, non naturaliter: nec enim mors iam est acerba: nihil enim à somno differt, sed ex affectu nostro uidet acerba) si ingruat, & aliqui præficas lugentes istas conduxerint, mihi credite dicenti, non aliter atq; sentio loquar. Quicunq; uoluerit irascatur, eos ab ecclesia multum temporis
D arcebo, tanquam idolorum cultores. Nam si Paulus auarum uocat idolorum cultorem, multo magis eum qui circa fidelem, ea quæ sunt idololatrarum, exhibet. Qua nanq; de causa, quæso, presbyterosq; uocas, & psallentes? nónne quo te consolentur? nónne quò defunctum honorẽt? Cur igitur ipsum afficis contumelia? Quare publica prosequeris ignominia? Cur nanq; in scena deludis? Nos uenimus de resurrectione philosophantes, docẽtes cũctos et nondũ percussos, p honorẽ illis redditũ, si quãdo tale quid accidat, generose perferre: tu uero fœminas nostra destruẽtes, quantũ in ipsis est, ,pducis? Quid hoc risu peius & subsãnatiõe? quid hac inæqualitate grauius? Erubescite et reueremini. Quòd si uos nõ uultis, nos tales ecclesiæ pniciosas cõsuetudines introducere nõ toleramus.

1.Tim.5 toleramus.Peccãtes eñ, ait Paulus, corã omníb. argue.Et íllas uero míseras,& infelíces per uos ꝓ hibemus,ne unq̃ efferẽdis interſint fidelíbus, ne propría cogamus eas mala uerè deflere, & docea mus,nõ in alienís hæc agere, ſed proprías potíus erumnas lamẽtarí.Nam & píus pater cum filium habet prodígum,non íllum admonet ſolũ, ne uitioſis íungatur,uerũ & íllos perterrefacit. En ígitur & íllas per uos commoneo, ut neq̃ uos huiuſmodí uocetis,nec illę ueníant.Et fíat quídẽ,ut ſermo quíd amplíus operetur, & mínæ prævaleant. Sí uero,quod abſit,cõtempti fuerímus, mínas ad rem deducere demũ cogemur,uos quídem eccleſiaſticís caſtigantes legibus,íllas uero,ſicut eis cõ Matt.18 ueníet.Sí quis autem arrogans contemnit,audíat Chriſtum nunc quoq̃ dícentem: Sí quis ín te peccauerit,uade, corrípe eum inter te & ipſum ſolũ: ſi uero non audíerit, aſſume tecum unũ uel duos: ſi autem & ita cõtradícat,díc eccleſiæ: ſi uero nec eccleſiam audíerit, ſit tíbí ſícut ethnícus & publícanus.Sed ſi cõtra me peccantem,poſtq̃ me non audíerit,ita præcípit auerſarí:in ſeipſum & ín deũ peccantem qualíter habere debeo, uos iudícate. Vos ením nos non cõtemnatís tã molliter ín uos ínſurgentes.Sí quis autẽ noſtra contemnit uíncu Ibidem la,rurſum eũ Chriſtus corrígat,dícens:Quęcunq̃ ligaueritís ſuper terram, erunt lígata & in cœlís: & quæcunq̃ ſolueritís ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlís.Nam ſi nos quoq̃ míſerí, & nihílí pendẽdí,& cõtemptu dígní(ſícut uerè dígní ſumus) non tamen noſipſos ulcíſcímur,nec íram uíndícamus,ſed noſtræ curam gerímus ſalutís:reuereminí precor,& cõfundímini.Sí quis enim amícũ tolerat acríus æquo ínſurgentem,íntentionẽ conſíderans,ꝙ beneuole,non inſolenter hoc agit: multo magís doctorem increpantẽ,nõ autoritate tyrannica íſta dícentẽ,neq̃ quaſí príncípís loco cõſtítutum,ſed curatorís:nec ením poteſtatem oſtẽtare uolentes hæc dícimus.Quomodo nanq̃,quí nec ín eorum experientíam uenire uolemus? ſed dolentes ꝓ uobis atq̃ gementes. Ignoſcite mihí, nec ullus eccleſiaſtica deſpícíat uíncula. Non eñ qui ligat eſt homo,ſed Chriſtus, qui nobis hãc cõtulit poteſtatem,& tanti dominus honoris homínes conſtituit.Nam nos quídem ad ſoluendũ dũtaxat uti poteſtate uellemus, quínimò nec huius neceſſitatem uellemus habere: nullũ enim uolumus apud nos eſſe captíuũ.Non ita míſerí ſumus & erũnoſi, lícet ualde ſímus uíles. Sí uero coacti fuerímus,ignoſcite.Nec ením ſponte, uel uolentes,ſed plus uobis dolentes lígatís ínȷcímus uíncula.Sí quis autem hæc cõtemnat,ıudícíȷ tempus aderit,quod eum doceat. Reliquum autem nolo dícere,ne mentem ueſtram conſternem. Nã nos quídem prímum,ne trahamur ín neceſſitatẽ, optamus.Quòd ſi uenerímus,noſtrũ ímplemus offícium,uíncula ínȷcímus.Sí quis autẽ hæc dírupeRit,ego iam quod meũ eſt erogo, & iam innocẽs ſum:Ratío uero tíbí ponetur apud eum quí me ligare præcepit. Tu uero díc: Sí rege corã ſedẽte lí ctorum alíquís adſtãtium iuſſus ſit aliquem in ordíne poſitorũ uíncíre, & ímponere cõpedes: ílle uero non tantum hunc repulerit,uerũ & contriuerit uíncula:lictor eſt ne quí paſſus eſt iniuríã:nón ne uero multo magís rex quí præcepit:Nã ſi quę fiunt cõtra fideles ipſe ſíbí uendíeat,eo quí docere ſtatutus eſt,contumeliam paſſo: multo magis tanquam ipſe ſit paſſus contumeliam, afficietur. Sed abſit quòd alíquís eorũ qui ſunt ín hac eccleſía,in horum ueníat uínculorum neceſſitatem.Sícut enim ſpecioſum eſt nõ peccare,ita eſt utile increpationem ſuſtinere.Obiurgationem ítaq̃ feramus,& laboremus nunq̃ peccare: ꝙ ſi peccauerímus,ſuſtineamus redargutionẽ. Sícut bonũ quídem non percutí, quod ſí tamen accídat, uulneri medícínam ímponere:ítidem & hic,ſed nunq̃ accídat nos talíum medícamínum índígere.Audíuímus enim meliora de uobís,& quæ ſalutẽ apprehendant,etſi ſic loquamur. Vehementíus autem locutí ſumus ad cautelam maíorem. Menanque melius eſt audacem à uobís,ímmítem & inſolentem putarí,quàm quæ deo placent,uos non facere. Credímus autem deo, quòd non erit inutílis hæc admonítio noſtra,ſed íta mutabímíní, quòd hí ſermones in commendatíones, & laudes ueſtras conuertentur:ut omnes dígní bonís cenſeamur, quæ deus promíſit dílígentíbus ſe, ín Chríſto leſu domíno noſtro, cum quo patrí, ſímul & ſpíritui ſancto,gloría & ímperium, in ſecula ſeculorum,Amen.

QVOD NIHIL PRODEST NOBIS IEIunium, ſi reliqua deſint merita:& de oratione. Homilia LXXI.

ICVT hoc corpus quotídie corporalis índíget nutrimẽtí, ne multã cadens in ímbecillitatẽ ineffícax íaceat: ítidẽ & anima ſpíritualis índíget pabulí, & optimæ cõuerſationís, ut in alíqua bonorum conſuetudíne poſíta,malígní demum inſídíjs conſtituatur inexpugnabílís. Per ſíngulos ítaq̃ dies huius fortitudínem ſatagamus, & noſipſos ſcrutantes,nunq̃ deſiſtamus:& nobiſipſis rationem proponamus ſupputãdam, & de his quæ introducuntur, & de his ítidem quæ promuntur, quídnam utílíter locutí ſumus, quod autem otío ſum protulímus uerbum:&rurſum quíd utile per aures in animam tranſmiſímus,quíd è contra nocíturũ intulímus. Et linguæ quídem regulas quaſdam, & leges ponamus, ut prius uerba rumínet, & ita proferat. Mẽtem quoq̃ doceamus nihil admittere noxium: Verum & ſí quíd huiuſmodí extrínſecus ínferatur,hoc quaſí ſuperfluum & nocíturum repellere:& ſí naſcatur íntrínſecus,pía cogitatiõe ſtatím fugare.Nec ſolam nobís ínediam ad ueſperam uſq̃, ad ſalutem ſatís eſſe putemus. Nam cum ingratís ludæís míſericors per Prophetam dixerit dominus:Ecce anní ſeptuagínta,nun Zach.7 quíd ieiuniũ ieiunaſtis mihí? Et cũ comediſtís, & bibiſtís,nunquíd non uobís comediſtís, & uobiſmetipſis bibiſtis? Hęc ait dñs exercituũ, ludícíũ iuſtum ıudícate,& míſericordíam & míſerationẽ facíte unuſquiſq̃ cum proxímo ſuo. Et uíduã, &

pupíllum,& aduenam,& pauperem,nolite calũ- A rea cohortor,ne ſimus abſq; uiſceríbus miſericor
niari.Et malum uir fratri ſuo nõ cogitet in corde diæ,ſed ſenſum noſtrũ domemus, primumq; do-
ſuo.Cum igítur íllis adhuc in umbra ſedentibus, ceamus,ut proximũ in charitate ſuperet,& iuxta Philip.2
& errorũ affixis calígini, nulla de ſolo ieiunio fie beatum Paulum dicentem:In humilitate ſuperío
ret utílitas,niſi reliqua corrigerẽt,& ex corde ma res ſibi inuicem arbitrãtes,ne toleret ſuperarí,ſed
lignam in proximum uolũtatem eíjcerent:quam uincat atq; tranſcendat,& maiorẽ exhibeat,& fer
nos habebimus excuſationem,à quíbus exígunt uẽtíorem in ſe dilígẽtes affectum. Hoc enim eſt,
maiora,quíq; non tãtum hæc facere iubemur,ue- quod maxime noſtram continet uítam,atq; cõne
rũ & ínimícos dílígere docemur,& beneficijs po ctít,&per hoc à beluís &brutís differimus.Quòd
ſequí:Et quid dico proſequi beneficijs? orare nẽ ſi uelimus, congruum nobís poſſumus ordinem
pe pro ipſis,dominumq; deprecarí, & de habẽda conſeruare,& magnam ín proximum unanimíta
eorũ prouídẽtia ſupplicare. Hoc enim nobis om tem exhíbere:tum reprímere ſenſum, & hanc ín- Ezech
níũ maxime in ílla tremenda proderít die, noſtro domítam feram,animum dico, manſuefacere, &
rumq; peccatorũ maxima erít cõſumptio, ſi nos ípſi tremendi certamẽ íudicíj proponere:& doce
in ínimícos noſtros íta díſponamus. Nã etſi præ- re q; ſi cũ ínimícis cõcíliari polliceat, magnís bo-
ceptum eſt ualde magnum,tamẽ ſi prẽmium hoc B nís potietur:ſi uero contendat adhuc,multũ dam
enauãtíbus propoſitũ cogitaueris, níhíl omnino nationis íncurret.Non enim incaſſum & temerè
Matt.5 uídebítur.Quod autem íllud eſt? Sí hoc feceritis, nos tempus oportet abſumere, ſed per ſingulos
ſímíles eritis patri ueſtro quí eſt in cœlís.Et ut ma díes & horas domíni iudicíũ ante oculos ponere:
nifeſtiorem nobis ſermonẽ faceret,intulit, quòd & quę nobis multã poſſint prębere fidutiã, quæ
ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit uero ſuppliciũ inferant: ut ita noſtris hęc pręcor-
ſuper iuſtos & iníuſtos,ait enim:Imítare iuxta ui- díjs uerſantes,uitía uincamus,& carnis noſtræ re-
res humanas deum.Nam ſicut ílle non iuſtis tan- primamus laſciuias,mortificemusq;, iuxta beatũ
tum ſolem facit oriri,uerum & mala patrantibus: Paulum,membra noſtra,quæ ſunt ſuper terrã,for Coloſſ.3
& pluuíam,& anniuerſarios ímbres non tantum nicationem,ímmunditiam,líbídínẽ,cõcupíſcen-
bonís,uerum & malís ſubminiſtrat:ita tu quoq; ſi tiam malam,furorẽ,auaritiam, ínanẽ gloriam, &
nõ ſolos te díligentes díligas, ſed etiam ínímícũ ínuídiã.Sí nos his mortuos uítijs conſtituerímus,
in te animum habentibus indulgeas,& beneficia ne poſſint in nobís operarí,ſpíritus fructum cape
conferas,pro uíríbus tuís dominum ímitaris.Vi- re poterímus:quí eſt charitas,gaudium,pax,lon-
des qualiter in ſummum uerticem hanc uolentẽ ganimitas,ſuauitas,bonitas, fides, manſuetudo,
obire uírtutem eduxit? Ne ſolam itaq; facti díffi- C cõtínentia.Hæc Chriſtiani ſit ab ínfideli differen
cultatem chariſſime cogites, ſed prius intra te re- tia:hęc noſtra ſint inſígnia,ne nomine ſolo glorie
puta, quanto ſis decorandus honore: & honoris mur,nec ex habitu altũ ſapíamus: imò uero neq;
occaſio,licet ſit graue quíd & oneroſum,leue tibi ſi quæ recenſuímus,uerè poſſideamus, unq; exal
reddetur.Nõne enim debes habere gratías,quòd temur:ſed multo magis nos & tunc cõtrahamus:
per beneficium ínímíco collatum occaſionẽ nan aít enim:Cum omnia feceritis,dícite,ínutíles ſer- Luc.17
cíſceris,ut apud deum tibí fidutię fores reſerẽtur, uí ſumus.Si fuerimus ita meditati, & ita noſtram
& peccatorũ tibí fiet abſumptío? Sed fortè cupis curemus ſalutem,& alijs,& nobiſmetipſis plurí-
ínímícũ ulciſci,& eum qui te malís affecit, ijſdem mum prodeſſe poterimus.At ſi fide quidem opus
inuoluere,uel maioríbus? Et q̃d ex hoc amplius eſt,quid eſt opus ieiunio? quoniã & illud cũ fide
erit,cum ultra quòd níhíl índe tibí naſcetur utíli- nõ modicam índucit fortitudínem:multam enim
tatis,in ílló terribíli iudicío ſis ex hoc pœnas da- adfert diſciplínam, & angelũ ex homine reddit,
turus,tanquã poſitas ab ípſo leges præuaricatus? & cum incorporeis pugnat uírtutíbus,ſed nõ per
Díc enim míhí, ſi quís rex ſuper terram talem tu- ſe:opus em̃ eſt & oratiõe, & oratione primo. Nã
líſſet legem,ut ínímící placarentur,uel mors eſſet D aſpice,quot ex ambobus bona naſcuntur. Orans
ſupplícium:nõnne propter huius corporeæ mor enim,& ut oportet ieiunans,non multís eget:qui
tís metum omnes ad explendam legem cõcurre- uero multís non eget,nũq; fiet auarus,& ad elee-
rent? Quanta ergo non eſſet dignus accuſatione, moſynam magis eſt aptus.Ieiunãs leuis eſt, & ala
propter mortem corporeã quídem, quam & alio tus, & cum ſolertia orat, & ímprobas extinguit
qui naturæ nobis omnino debitum ínfert,omnia concupíſcentias,deum placat, & inſurgentem a-
facere ſuſtinẽs:at propter mortem, cui cõſolatio nímum humíliat.Propterea & Apoſtoli ferè ſem
nõ poteſt ínueníri,legis ab omnium domino latę per ieiunabant. Orans cum ieiunio geminas ha-
curam gerens minorem? Sed non animaduerte- bet alas,& ípſis quídem uentis leuíores:nec enim
bam hæc dícens, cũ his qui neq; parem ſe dílígen oſcítat,& diſtenditur, & orans langueſcit, quod
tíbus exhíbẽt charítatẽ,mihi ſermonẽ eſſe. Quís multí patiuntur:ſed eſt igne uehementior, & ter-
itaq; nos íam ab ílló liberabit ſupplício, cũ nõ tã- ra ſuperior: & propterea talís maxime dæmoní-
tum ab ílló ſímus mandato procul conſtítutí, ſed bus eſt ínfeſtus, & hoſtis. Níhíl enim fortius ho- 1.Tim
nec eadem cũ publícanís efficímus? aít enim: Si míne legítime orante. Nam ſi ſæuum príncipem
Matt.5 dílígatis díligentes uos,quid magnũ facítis? nón quendam,qui neq; deum timebat, nec hominem
ne & publícaní ídẽ faciunt? Cũ itaq; nec hoc à no reuerebatur,placare potuit mulier: multo magis
bís impleatur,quæ íam nobís ſalutis ſpes? Propte deũ allíciet,qui ei iugiter aſſiſtit, uincit uentrẽ,& deli-

delicias eliminat. Si uero tibi corpus infirmũ ad continue ieiunandum, non tamẽ est infirmum ad orandũ, nec ad uentris despectũ imbecille. Nam si ieiunare non etiam potes, potes tamen abstinere delicijs. Hoc autem non minimum est, nec à ieiunio multum distans: sed ipsum quoq; diaboli furorem prosternere idoneũ. Nihil enim illi tã gratũ dæmonio, quàm delicię sunt, & ebrietas: quoniam omnium est fons malorum, & genitrix. Per hanc demũ Israelitas in idolorum cultum prępipitauit. Per hanc Sodomitas in nepharios accendit amores. Hæc est enim, inquit, impietas Sodomorum, In superbia, satietate panum, & conuiuijs luxuriabãtur. Per hãc alios perdit innumeros, & gehennæ tradidit. Quid enim mali non operantẽ delicię? ex hominibus porcos efficiunt, & porcis deteriores. Porcus enim inuoluitur in cœno, & stercore pascitur: hic autem abominabili magis uescitur mensa, illicitos excogitans coitus, & nefarios amores. Huiusmodi nihil à dęmoniaco differt: simili nanq; fertur impudẽtia, similiq; bacchatur furore, & dæmone quidem pressum saltem miseramur, hunc aũt auersamur, & odimus. Quid ita tandem? quoniam spõtaneum ad se trahit furorem, & os, & oculos, & nares, & omnia generaliter diuersoria, ductus & riuos facit furoris. Quòd si uideas & interiora, animam quoq; conspicies quasi quadã in hyeme & gelu coagulatã atq; languentem, & propter nimiam procellæ magnitudinem scaphæ nihil prodesse ualentẽ. Quot ex hac tempestate mala uiri mulieresq; patiantur, dicere pudet: ipsorũ autẽ conscientiæ derelinquo, quæ hęc plenius nouit. Quid enim ebria turpius muliere, quę temerè circũferatur? Quanto nãq; uas est imbecillius, tanto maius est naufragium, siue libera, siue sit serua. Nam libera quidem in medio seruorum theatro turpiter agit. Serua uero rursum similiter inter seruos, & agũt ut dei dona blasphemiã ab insipientibus patiantur. Multos nempe dicentes audio, cum tales accidunt turpitudines: Non sit uinũ. O ignorantiã, ô stoliditatẽ. Alijs peccantibus dei donũ accusas? quãtus hic est furor? nunquid uinum hoc malũ effecit? non uinũ, sed male dispẽsantiũ immodestia. Dic itaq;, ne sit ebrietas, ne sint delicię. Si uero dicas, Ne sit uinũ, dices & sensim procedẽs: Ne sit ferrũ propter homicidas, ne sit nox propter fures, ne sit lux propter calumniatores, ne sit mulier propter adulteria, & omnia penitus tolles: sed noli ita facere, hoc enim est satanicæ mẽtis. Nec uinũ, sed ebrietatẽ accusa. Et hũc uigilantẽ arripiens, ipsius subscribe turpitudinẽ, & dic ad eum, Vinũ est datũ, ut delectemur, nõ ut dehonestemur: ut rideamus, nõ ut rideamur: ut ualeamus, non ut ægrotemus: ut corrigamus corporis ualetudinem, non ut animæ prosternamus uirtutem. Te dono deus honorauit, cur teipsum per immodestiã afficis cõtumelia? Audi quid Paulus dicat: Vino modico utere propter stomachũ, & frequentes infirmitates tuas. Si uero sanctus ille morbo laborans, & frequentes patiens ægritudines, uinum non gustabat, donec præceptor manA dauit: quam nos habuerimus ueniam, qui in bona ualetudine sectamur ebrietatẽ? Igitur illi quidem dicebat: Vino modico utere propter stomachum: Cuiq; uero nostrũ ebriorũ dicet: Vino modico utere propter fornicationes, propter crebra turpiloquia, propter cæteras turpes concupiscentias quas solet ebrietas parere. Si uero ppter hæc abstinere recusatis, propter concupiscentias saltẽ & molestias ex eo uenientes abstinete. Vinũ ẽm ad lætitiam datum est. Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis. Vos autẽ & hanc eius uirtutem destruitis. Quæ nanq; lætitia non esse in semetipso, innumerosq; pati dolores, & omnia se circumferentia spectare uertiginęq; detineri, & iuxta febricitãtes opus habere caput oleo rigãtibus? Hęc à me nõ ad omnes dicta sunt, imò uero ad oẽs est non quoniam omnes inebrientur, absit: sed quoniam ebriorum non ebrij curam non gerunt: propter hoc & in uos sanos magis inuehor. Nam & medicus ægrotantes omittens, ipsis assidentes alloquitur. Ad uos itaq; sermonẽ dirigo, supplicãs, & ne tali unquã uitio capiamini: & captos, ne brutis peiores uideantur, admoneatis. Hæc nanq; nihil amplius necessitate quærunt, illi uero & illis brutiores facti sunt, mediocritatis terminos excedentes. Quanto nanq; melior his est asinus? quanto melior canis? Nam & horum quodlibet animalium, & omnium brutorum, seu comedere, seu sit opus bibere, necessitatem terminũ nouit, nec ultra quod est opus progredit: licet sint infiniti qui cogant, in immodestiam procedere non patitur. Non ergo sitis brutis uos deteriores: nõ apud sanos tãtum, sed etiam apud uosipsos. Quòd enim canibus & asinis uos uiliores iudicastis, inde manifestum est: hæc nanq; bruta supra mensuram cibum sumere non cogis. Et si quis dixerit, quare? dices, ne lædantur: tibi uero nec hanc curam impendis. Ita teipsum & illis uiliorem esse putas, & continue fluctuantem despicis. Nec enim tãtum in ebrietatis die tempestatem sustines, sed etiam post illũ diem. Et sicut febre præterita, febris manet detrimentum: ita & ebrietate sublata, ebrietatis tam in anima, quàm in corpore uersatur tẽpestas: & miserum quidem corpus solutum iacet, sicut ex naufragio scapha. Hoc autem infelicior anima, etiam hoc soluto procellã suscitat, & accendit libidinem: & cum continens esse uideatur, tũc præsertim insanit, uinum & dolia, phialas & crateres mẽte concipiens. Et sicut in tempestate sedata procella, tempestatis tamen remanet nocumentum, itidẽ & in ista: Sicut enim illic mercium fit iactura, similiter & istic omnium ferè bonorũ efficitur: siue modestiam inueniat, siue pudorem, siue prudentiam, siue mansuetudinem, aut humilitatẽ, in iniquitatis omnia proĳcit pelagus ebrietas. Sed quæ sequuntur, non adhuc similia. Illic enim post iacturã scapha leuis efficitur: hic autem magis grauatur. Nam pro diuitijs illis arenã admittit, & salsum laticem, & omnem ebrietatis sordem: quę cũ nautis pariter & gubernatore, scaphã illico submergit. Itaque ne talia patiamur, nos ab huius-

Ezech.16

Psal.103

1.Tim.5

huiusmodi liberemus procella. Non licet cum ebrietate cœlorum regna uidere: ait enim Apostolus: Nolite errare, non ebriosi, neq; maledici regnum dei possidebũt. Et quid dico regna cœlorũ? Cũ ebrietate neque præsentia conspici possunt. Nam dies nobis noctes ebrietas esse facit, & lucem tenebras. Et apertis oculis nec ea, quæ præ pedibus sunt, ebrij cernunt. Nec hoc solum est graue, uerum & præter hæc aliam ultionem molestissimam patiuntur, stultos mœrores, insaniam, malam ualetudinem, derisionem, & opprobrium continue sustinentes. Ergo quæ uenia maneat se tantis infigentes incommodis? Nulla profecto. Hunc itaque morbum fugiamus, ut & præsentibus bonis, atque futuris potiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperiũ cum patre, sancto q; spiritu in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 6

DE IEIVNIO: ET QVOD MAXIMVM est sacrificium dei beneficia recogitare. Homilia LXXII.

NON tantum sibi Christianum satis facere deus uult fratres, uerum & alios ædificare: non tantum per doctrinam, uerum & per uitam & conuersationem. Nihil enim sic in ueritatis uiam inducit, ut cõuersationis integritas. Nec enim ita dictis nostris intendunt, sicut his quæ à nobis geruntur. Et ut discas q; hoc ita se habet, licet in infinitũ uerbis philosophemur, & de tolerantia disserамus, nisi cadẽte tempore hãc exhibeamus per opera, non tantum sermo profuerit, quantum no cuerit actio. Si uero & ante uerba, & post, uirtutẽ per opera præstemus, digni fide censebimur, illa cõmonentes, quæ per actiones etiam implemus. Nam & Christus hos beatos uocauit, dicens: Beatus qui fecerit, & docuerit. Consydera, quomodo prius actionem posuerit, & mox doctrinam. Præcedente enim actione, licet doctrina nõ cõsequatur, possunt opera bona uoce clarius docere in nos respicientes. Hoc ita semper cõsideremus, ut prius factis, deinde uerbis doceamus: ne nos q̃q; Paulum audiamus nobis dicẽtẽ: Qui doces aliũ, teipsum nõ doces. Et cũ aliquẽ admonere uoluerimus, ut necessariũ aliq̃d corrigat, prius illud ipsi præstare studeamus, ut cũ maiori fiducia doctrinã faciamus, & omnis nostra sit cura circa animæ salutẽ: & ut refrenatis carnalibus lasciuijs uerum possimus exhibere ieiuniũ, à malis abstinentiã dico: hoc enim est ieiuniũ. Propterea nanq; ciborũ ieiunium susceptũ est, ut carnis impetũ coerceat, & equum nobis facilem reddat. Ieiunantẽ omniũ maxime decet iram reprimere, mãsuetudinemq; docere & humanitatẽ, corq; contritũ habere, absurdarũ quoq; cupiditatũ eliminare cogitatiões, ante oculos insopitũ illũ habentẽ oculum, & ineuitabile tribunal, pecunijs esse superiorẽ, multam in eleemosynis largitatẽ ostendere, omnẽ ex corde nequitiã in proximũ expellere: hoc uerũ est ieiunium, sicut & Esaias ait, ex dei loquẽs persona: Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diẽ affligere animã suam? nunquid cõtorquere quasi circulum caput suum, & saccũ, & cinerem sternere? Nunquid istud uocabis ieiunium, & diem acceptabilem dño? Nõne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligatiões impietatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos qui cõfracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frãge esurienti panem tuũ, & egenos uagos q; induc in domũ tuã. Cũ uideris nudum, operi eum, & carnẽ tuam ne despexeris: tunc erumpet quasi mane lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur. Vidisti charissime quale sit uerũ ieiuniũ? hoc exerceamus. Nec q; secundum multos temerè cẽseamus in hoc contineri ieiunium, si sine cibis ad uesperam usq; permaneamus: nõ hoc est quod quæritur, sed ut ciborũ abstinentia, à noxijs quoq; cõtinentiã exhibeamus, & circa spiritualiũ exercitationẽ multũ impendamus studium. Ieiunantem decet esse correptũ, mitẽ, humilẽ, præsentis uitæ despiciẽtẽ gloriam. Sicut cibos aspernatus est, sic & inanẽ gloriam floccipẽdat oportet, & ad illum respiciat solum, qui corda scrutatur & renes, & multa cũ sedulitate preces ad dñm, & cõfessiões emittat, sibiq; pro uiribus per eleemosynã auxiliũ ferat. Hoc enim hoc maximè pręceptũ omnia peccata delere potest, & gehennę incendijs eripere, si modò cũ largitate præstetur, nec ad ostẽtationẽ faciamus. Et quid dico, nec ad ostentationem? si enim grati essemus, & solum propter honestum, & in cõsanguineos misericordiã, hanc oportebat exhibere, non propter pręmia tantũ à dño nobis promissa: sed quoniã sublime nihil possumus cogitare, licet illud propterea transigamus, nequaquã ab hominibus gloriam aucupemur, ne & impẽsam patiamur, & mercede priuemur. Nec hoc tantum circa eleemosynã, uerum & in quolibet spirituali merito consideremus, & ad hominũ laudem respicientes faciamus nihil. Quoniã nulla erit nobis utilitas, siue ieiunemus, siue oremus, siue præstemus misericordiã, siue quodlibet aliud faciamus, nisi propter illũ fiat solum, qui nouit abscondita, & in mentis nostræ profundo reposita. Nam si ab illo retributiones expectas, qua de causa uis à cognato laudari, & in admiratione haberi? Et quid dico laudari? Frequẽter huiusmodi nec laudat, sed potius inuidet. Sunt enim multi se tam nequiter gerẽtes, q; & bene à nobis gesta in contrariũ conuertũt: cur ita q; rogo, corruptũ illorũ magnipẽdis iudiciũ? Illum emẽ insopitũ oculũ nihil quod à nobis geratur est quod lateat. Et hoc cogitantes, oportet tãta uitã nostram dispẽsare diligentia, qua si paulo post uerborũ & actionũ, & ipsarũ quoq; cogitationũ rationem reddituros. Ne nostram ergo salutem cõtemnamus, nihil uirtuti par amantissime. Hęc emẽ & in futuro seculo à gehẽna nos eripit, & regni largitur nobis possessionem, & in præsenti uita nos omnibus superiores constituit, qui temere & incassum nobis insidiari conantur: nec hominibus tantum, uerum & ipsis dæmonibus, & nostræ salutis inimico, diabolum dico, fortiores efficit. Quid igitur huic sit æquale, cum nõ tantum

Matt. 5

Rom. 2

Esa. 58

Psal. 5

tantum hominibus insidias parantibus, uerum & dæmonibus superiores reddat ipsum sectantes? Virtus autẽ est omnia humana despicere, & per omnes horas futura cogitare, nulli inhiare præsentium, sed scire quòd omnia humana umbra sunt & somniũ, & si quid his uilius. Virtus quasi mortuum ad huius uitæ res efficit, & ad nocentia quidem animæ saluti, tanq; mortuum operatione carere: ad spiritualia uero sola uiuere & operari. Sicut & Paulus dicebat: Viuo aũt nõ iam ego, uiuit aũt in me Christus. Et nos itaq; charissimi, tãquã Christum induti, sic omnia faciamus, neq; contristemus spiritum sanctũ. Cum igitur à uitio uexati fuerimus, uel absurda cupiditate, uel ira, uel furore, uel inuidia, in nobis inhabitantẽ consideremus, & omnem huiusmodi cogitatũ procul à nobis pellamus. Deus enim qui peccãti pœnam imposuit, hanc omnino leuiorem esse decernit, cõtinuo quidẽ nos damnãs sudori, cõtinuoq; labori: laboris aũt partẽ simul nobiscũ multas brutorum attingere faciẽs species: ita q; & honorẽ cõtulisse uidet, & rursum abstulisse, & ferarũ induxisse timorem: & cætera, si quis diligẽter, & gratè requirat, multæ sunt prouidentiæ plena, misericordiæ multæ. Pro his igit omnibus deo gratias agamus, & in eum qui nos tantis prosecutus est beneficijs gratitudinẽ exhibeamus. Nec enim graue quippiam aut molestum à nobis exposcit, nisi tantũ ut tot tantaq; confiteamur beneficia: & sibi pro his gratiarum actiones referamus, non q huius indigeat ipse (nullius enim indiget) sed ut bonorũ largitorem nos cõciliare doceamur: & ne simus ingrati, sed beneficijs & tanta dignam cura uirtutẽ præstemus. Sic enim illũ in maiorẽ circa nos alliciemus prouidentiam. Itaq; rogo ne torpeamus, sed quisq; nostrũ, si fieri potest, per singulos dies intra se computet, non tantũ cõmunia beneficia, uerum & proprie sibi collata, non tantũ promulgata & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, multosq; latẽtia. Sic enim continuam gratiarum actionem domino poterit exhibere. Hoc maximum est sacrificium, hæc oblatio perfecta. Hoc fiducie nobis fiet occasio. Et qualiter dicam: qui iugiter enim hæc in mente sua reuoluit, & propriam quidem discit utilitatem, ineffabilem uero niamq; dei misericordiam diligenter cogitat: & quomodo non peccatorum nostrorum merita, sed propriam respiciens bonitatem, nostra disponit: cogitatione contrahitur, conteritur corde, omnem fastum & arrogantiam corripit, modeste se gerere docet, præsentis uitæ gloriã despicere, omnia deridere uisibilia, futura bona sperare, uitamq; fine carentem, nec ullum habentem terminum. Qui uero sic mente fuerit affectus, uerum offert ac delectabile deo sacrificiũ, sicut & pphe-
Psal.50 ta testatur: Sacrificium deo spiritus cõtribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Gratos enim seruos nõ ita pœnæ supplicia q; sicut beneficia conuertunt: & scire, q non pro peccatorũ merito pœnas exoluunt. Sensum itaq; nostrũ rogo cõteramus, humiliemus cogitationẽ, & precipuè nunc, cum multum nobis adiumentũ ieiunij tempus ad hoc præbet. Si nos em̃ ita gesserimus, poterimus & orationes cũ multa facere solertia, & delicta confessi, multam supernè gratiam attrahere. Et ut sciatis q talibus sacrificijs deus placeat, Esa.66
ipsum audi dicentem: Ad quem respiciam, nisi ad humilẽ & mansuetũ, & trementẽ uerba mea? Propterea Christus differens dicebat: Discite à me, Matt.11
quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus uestris. Qui nanq; ueraciter semet ipsum humiliat, in iram nũquã inuehi potest, nec proximo succensere, cũ anima se corripiat, & sua consideret. Anima uero sic dispositа, quidnã possit esse beatius? talis in portu cõtinue sedet, ab omni liberatus procella, seq; cogitationũ delectãs tranquillitate: & propterea Christus aiebat: Et inuenietis requiẽ animabus uestris. Sicut itaq; qui tales sedauit æstus, multa fruitur requie: torpens itidem, & remissus, qui nascentes in se morbos, ut opus est, refrenare non potest, in continua uersatur fluctuatione, domi bellum habens, cũ & præsente turbetur nemine, & multam sustineat tempestatem. Propter quod & undis insurgentibus, & incumbente malorum spirituũ turbine, sub fundo frequenter immergitur, & scapha propter gubernatoris imperitiam submersa. Propterea solerter agendum est & uigilandũ, & continua iugisq; cura gerenda animæ salutis. Christianũ enim contra carnis uitia semper expeditum esse oportet, & leges nobis à cõmuni omnium dño positas inhabitantes habere, hisq; muniri, & longã ipsius circa nos expectationem, ut decet, accipere: non autem ex operibus experientiam expectare, tũcq; demum corripi, ne de nobis quoq; dicatur: Cũ occideret eos, tunc quærebant eum. Habentes itaq; Psal.77
charissimi cõmilitantem ieiunij præsentiam, omnes ad peccatorũ confessionem concurramus, & omni quidem abstineamus malitia, omnem uero uirtutem obeamus. Sic enim & beatus Propheta docet, inquiens: Declina à malo, & fac bonum. Si Psal.36
sic nostra disponamus, & cum ciborum abstinentia, continentiam quoq; præstemus nequitiæ, poterimus & nos maiori potiri fiducia, & largiorem à deo consequi misericordiam, & in presenti uita, & in futura die illa tremenda, orationibus, & eorum qui ipsi placuerunt intercessionibus, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperiũ & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE SANCTAE QVADRAGESIMAE IEiunio, & quòd torpentibus nobis nulla erit excusatio. Homilia LXXIII.

ON hoc solum exquiritur, charissimi, ut per singulos dies huc cõueniamus,
N & de ijsdem audiamus cõtinue, & totam ieiunemus quadragesimam. Si nihil enim ex eo q huc assidue conuenimus, & admonemur, & ex ieiunij tempore lucrari deberemus: hæc non modo nihil nobis prodessent, uerũ & maioris occasio damnationis fierent nobis: cum tantũ inuenientes solicitudinis ijdem per-

permaneamus,nec iracũdus mitis efficiatur, nec animosus mutetur in manſuetum, nec in benigni
tatem inuidus ſe reducat, neq; pecuniarũ captus inſania,à uitio deſiſtens,ad miſericordiam & pau
perum ſe transferat ſuſtentationẽ:nec impudicus cõtinẽs euadat, nec huius inanis glorię ſtupidus
amore,diſcat eam cõtemnere, ueramq; perquire re gloriam,neq; circa proximi charitatem ſegnis,
exurgens ſeipſum doceat,ut non ſolum publica-
Matt.5 nis nõ ſit inferior:ait enim, Si diligitis diligentes uos,quid amplius facitis? nõne & publicani hoc
faciunt? ſed etiam inimicos benigne cõſpicari,& multam eis charitatem exhibere. Niſi hos ſupere
mus morbos,& alios in nobis naſcentes, per ſin-
gulos dies huc conuenientes,& continuæ uacan B
tes auditioni,tantamq; conſequẽtes doctrinam,
& à ieiunio ſubſidium habẽtes:quę nobis erit ue
nia,quæ autẽ excuſatio? Dic enim quęſo,ſi tuum
uideas filium quotidie ſcholam petentem, & tẽ-
pore progreſſo nihil amplius inde lucrantẽ,nun-
quid patienter feres? Nonne & flagella puero in
fliges,& præceptorẽ accuſabis? Poſtea ſi didice-
ris,quòd à præceptore quidem omnia facta ſunt,
& prætermiſſum eſt nihil, ſed omnium cauſa fuit
pueri negligentia:nonne cauſa liberans præcep-
torem,omnem in puerum transferes indignatio-
nem? Idem & hic fieri iuſtum eſt. Nos enim quo-
dammodo à diuina ſumus gratia conſtituti,quaſi
ſpirituales filios ad hanc ſcholam quotidie uocã-
tes,ſalutarem uobis doctrinam apponimus, non
quæ ueniunt ex propria mente loquentes:ſed do C
cumenta nobis à domino per diuinas donata ſcri
pturas in medium proponentes,& hæc prædicã-
tes aſſidue.Itaq; ſi nobis omne ſtudium & ſeduli-
tatẽ exhibentibus,& quotidie uos ad uirtutis du
centibus ſemitã,uos in ijſdẽ permanetis: & quan
tus nobis erit dolor,& uobis (ne quid amplius di
cam)quanta damnatio,cogitate. Licet enim nos
inſontes faciat,quòd nihil ad ueſtram congruum
ædificationem omiſerimus: uerumtamẽ quoniã
ueſtræ curam ſalutis gerimus,nõ poſſumus æquè
tolerare:quoniam & præceptor,cum diſcipulum
uiderit ex ſtudio ſuo proficientem nihil,non me-
diocriter triſtatur & dolet,cum ſe fruſtra laborare
conſpiciat. Hæc nunc dico, non ut ueſtram cõtri
ſtem charitatem,ſed ut excitem, & perſuadeam, D
ne temerè corpus intendat ieiunio, nec inutiliter
& incaſſum ſanctæ dies quadrageſimæ tranſcur-
rat.Et quid dico,ſanctę dies quadrageſimę? cũ ne
unum quidem diem toto uitæ noſtræ tẽpore nos
tranſigere liceat,ſi fieri poteſt,quo nõ aliquid ſpi
ritualis lucri nobis reponamus, uel per orationẽ,
uel per confeſſionem,uel per beneficentiam, uel
per aliam ſpiritualem quampiam actionem? Nã
2.Cor.12 ſi Paulus talis ac tantus,qui arcana illa audijt uer-
1.Cor.15 ba,quæ nulli licuit hactenus noſſe,clamabat, di-
cens:Per ſingulos dies mori propter ueſtrã glo
riam:Docens uos quòd ita ſe pro pietate pericu-
lis exponebat,ut ipſi quotidie morti propinqua-
ret:& quod natura nõ ſuſcipiebat(uni nanq; mor
ti ſubiacemus omnes) hoc uoluntatis eius contẽ
tio ſupplebat,quanq; miſericors deus propter cæ
terorum ſalutem ipſum amplius cõſeruabat:Itaq;
ſi ille tantis præditus meritis, & tãquam angelus
in terra comparens,per ſingulos dies aliquid lu-
crari ſtudebat,& ad ueritatis pericula ſe oppone-
re,& ſpirituale ſibi congerere mercimonium,nec
unquam deſiſtere:quam nos habuerimus excuſa
tionem,qui non tantum omnibus priuati ſumus
meritis,uerum & tot ſubiacemus delictis, quorũ
uel unum cũ nobis adſit, poteſt nos ad ipſum per
ditionis barathrũ deducere: & nullum habemus
ſtudium,ut hæc ſaltem corrigamus? Cum autem
idem frequenter non unum modo defectum, ſed
& plures inueniatur habere,& iracundus ſit & la
ſciuus,auarus ſimul & inuidus, atq; furioſus, nec
iſta corrigere uelit,neq; uirtutis opera tãgere:quę
uero ſpes fuerit ſalutis? Hæc dico, nec dicere deſi
ſto,ut audientium quiſque congruum ſibi ſumẽs
remedium,ex his quę à nobis dicũtur, ſtudeat o-
cyus,& à uexãtibus uitijs liberatus ad ſanitatem
reuerti,& ad uirtutis operationẽ ſemetipſum red
dere induſtrium.Nam & ægrotantibus corpore,
cum infinita medicus adhibeat remedia,ſi mede-
lam ægrotus nõ acquieſcat admittere: ſed poſtq;
impoſuerit medicus,frequenter indignãs,nec fe-
rens dolorem,medicamen abijciat,nec ex eo ca-
piat utilitatẽ:nemo ſapiens medicũ omnia quan-
tum in ipſo eſt conferentem culpauerit.Itidem &
hic nos quidem medicamentum ex diſciplina ſpi
rituali componentes imponimus,ueſtrũ uero fue
rit reliquum & ferre dolores,& ex medela iuuari,
& morbo liberatos ad ueram ſanitatẽ redire. Sic
enim & uos multum utilitatis ſenſum capietis,&
nos non parum conſolationis habebimus, cũ ui-
derimus prius laborantes, ad ſanitatem tam cito
reuerſos.Quenq; ueſtrum itaq; rogo, etſi non an
tea,deinceps ſaltem, quem ſe plus alijs uexare de
fectum nouerit,hũc ex anima præcidere ſtudeat,
& pia quadam cogitatione,quaſi ſpirituali utens
gladio, ſemetipſum à uitio liberet: idoneũ enim
deus nobis contulit ſenſum, & ſi parum uelimus
reſpicere, ualentem & quodq; naſcẽs in nobis ui
tium ſuperare. Propterea ſanctorũ quoq; nobis
omnium uitam & conuerſationẽ per diuinas cõ-
textã ſcripturas ſpiritus gratia reliquit, ut diſcen-
tes qualiter eandem nobiſcum ſortiti naturam o-
mnia uirtutis obierũt officia,circa eius executio-
nem minime torpeamus.Nonne eiuſdem naturę
nobiſcum beatus erat Paulus? Accẽdor enim in
uiri deſiderium,& propterea continue eum uerſa
re non deſino, & uelut ad quandam archetypam
imaginem,in huius reſpiciens animam,uitiorum
admiror deſpectum, fortitudinis magnitudinẽ,
amoris in deũ ardorem:& arbitror,quòd omnem
uirtutum congregationẽ unus homo qui uoluit,
acquiſiuit,& quiſq; noſtrum nec partẽ obire quæ
rit.Quis igitur ab ineuitabili ſupplicio nos eruet,
cum eiuſdem nobiſcum naturæ particeps, & ijſ-
dem obnoxius morbis,& in tanta temporũ diffi-
cultate cõſtitutus,per ſingulos dies,ut ita loquar,
tractus,diſcerptus,& ab his publice raptatus,qui
prædi-

prædicationem impugnabāt, qui frequēter eum esse mortuū arbitrati, tunc tandem, quasi ad exitū homicidalem mentem suam perduxissent, ita dereliquerunt, tantam uirtutis magnitudinem inueniatur exhibuisse: nos autem ita cadamus, & tāto nosipsos tradamus torpori? Sed ne per linguam nostrā huius merita beati, & uirtutem quam quotidie pro fidei prædicatione præstabat, audiatis, ipsum necessarium est audiri dicētem. Cum enim propter pseudoapostolorū fraudem sua narrare cogeretur, adeò fuit ipsi molestū & graue, ut refugeret, & nūquam hæc in medium agere uellet: uerum & id appellaret audaciam. Sed postquam multam uidit necessitatem, ut deceptorū ora clāuderentur, & parum daretur auxilij discentibus, ita
2.Cor.11 ferè cœpit, postquā multa dixit alia: In quo autē B quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. Cōsidera religiosi animam, nō tantum audaciam, uerum & insipientiam rem uocat: nos quoq; docēs non incassum absq; necessitate, & cogente nemine gesta nostra iactare, si qui modo de nobis inuenirentur boni quippiā operati. In quo autē quis audet, inqt (in insipiētia dico) audeo & ego. Hoc est, postquam multam uideo necessitatē, audere uolo, & insipientiæ opus ostendere. Hebręi sunt, & ego: semen Abrahæ, & ego: Israelitæ, & ego. In his, inquit, altum sapiunt, ne nos se uincere putēt: nam & nos sumus eorum participes: deinde subiunxit: Ministri Christi sunt, desipiens loquor, plus ego. Hic mihi, charissime, considera beatæ huius animæ uirtutem, quoniam factum suum audaciam uocauit & insipientiam, licet in tanta cō- C stitutus necessitate. Nec ita dictis fuit cōtētus: sed cum fuit ostēsurus illos se multum transgressum, ne quis ex proprio eum amore talia dicere putaret, rursum uocat insipientiam à se dictum, tātum non dicens: Non enim ignoro, quòd rem facio multis damnabilem, nec mihi cōgruam, sed multa necessitas ad hoc me cogens impellit: propter ea parcite mihi, insipiētiæ uerba loquenti. Huius uel umbram nos imitemur, tot habentes peccatorum sarcinas: & si quid paruulum præstiterimus, nec illud frequēter in mentis cellario reponere sustinentes: sed ut ab hominibus gloriam aucupemur, iactantes, & agentes in medium, & per hāc importunam loquacitatē nosipsos diuina priuan D tes retributione. Sed nō hic beatus tale quippiam passus est, sed quid? Ministri Christi sunt, desipiēs loquor, plus ego. Iam uero deinceps ea profert in medium, quorū pseudoapostoli nihil iactauerāt, utpote qui ueritatē impugnabant, & ad impediē dam pietatis prædicationem faciebāt omnia, mētesq; concutiebant simpliciorū. Postquā ergo dixit, Plus ego, uirtutis opera iam enumerat, & ait: In laboribus abundantius, in plagis supra modū, in mortibus frequenter. Quid ais? inusitatū & admirabile quiddā est, quod abs te dicitur. Nūquid frequēter potest mors sustineri? Etiam, inquit, & si non experientia, sed sententia, nos docēs quòd propter prædicationem se talibus periculis mortem sibi parantib. exponebat, sed dei gratia in ipsorum medio periculorū athletam custodiebat, ut discipulis multum per ipsum præstaretur utilitatis. In mortibus, inquit, frequēter: à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cæsus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sępe, periculis fluminum, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in falsis fratribus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari. Ne temere dicta prętercurramus charissimi: horum enim unūquodq; per se solum nobis tentationum pelagus ostendit, nec enim simpliciter unū dixit iter, sed in itinerib. sæpe, neq; periculum fluminum, sed multa diuersaq; pericula, & omnia cum magna sustinebat superabūdantia. Et post hæc omnia rursum ait: In labore & erumna, in uigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis frequēter, in frigore & nuditate, præter exteriora. Vide rursum aliud nobis tentationum pelagus adapertum: dicens enim, præter exteriora, innuit, quòd omissa dictis esse plura uerisimile sit. Nec hactenus stetit, sed iterū nos docet infestationes & subuersiones quas sustinebat, ita loquens: Instantia mea quotidiana, solicitudo omniū ecclesiarū. Ecce rursum & hoc idoneū meritum, si etiam solum esse contingeret, ad summum uirtutum uerticē ipsum perducere. Solicitudo, inquit, omnium ecclesiarum, non unius & duarum & trium, sed omnium quæ erant per orbem terrarū. Quantum enim terræ sol percurrit proprios emittens radios, tantam & hic beatus solicitudinem & curam ha- C bebat. Vidisti latitudinem animæ? uidisti mentis magnitudinem? & quod mox rursum infertur, omnia, ut ita loquar, dicta obumbrat. Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Papè, quāta uiri huius charitas, quanta uigilantia, quanta solicitudo? Quæ mater febricitante filio, & in lecto iacente uisceribus ita discerpitur, ut hic beatus pro omnibus in quocunq; loco infirmatis magis infirmabatur, & pro scādalizatis urebatur? Considera mihi dictionis significantiā: non dixit, quis scandalizatur, & ego nō cōtristor: sed, uror ait, doloris nobis ostendens intentionem, & se tantum nō monstrans interius igneścentem & ardentem propter eos qui scandala patiebantur. Vídeo quòd ad multū prolixitatis doctrinam extendi, & hæc cum hodie decreuissem contrahere, ut ex ieiunij labore parum respirare possetis. Sed nescio qualiter in huius sancti meritorum diuitias incidens, tanquam à uehementissimo aquarum impetu sum ita lingua protractus. Quam ob rem hic sermonē sistentes, uestram exhortamur charitatē, hunc in mente semper circumferre, & hoc cōtinue ratiocinari, quòd eiusdem nobiscū naturę particeps, & ijsdem motibus subiectus, & uile sectans exercitium & abiectum, pelles consuens, & in officina constitutus, quoniam se uirtutis laboribus addicere uoluit, & sancti spiritus susceptiōe dignum efficere, largiori superne potitus est honore. Et nos itaq;, si uelimus quæ nobis pertinēt exhibere, nihil est quod

ijsdē potiri prohibeat. Liberalis enim est dominus, & uult omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem peruenire. Dignos itaq; nosipsos reddamus, & tandem feruenti studio uirtutem uel tarde arripiamus, & nostra corrigentes uitia, nos ad spiritum idoneos suscipiendum efficiamus: quo utinam omnes digni censeamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, &c.

A

HOMILIA LXXIIII.

Super orationem Annæ, & quòd utilis est paupertas, & maiorem habet quàm diuitiæ uoluptatem & securitatem. Habetur Tomo 1.

HOMILIA LXXV.

Ex Euangelio secundum Matthæum, Cum uidisset Iesus turbas, ascendit in montem, &c. Habetur Tomo 2. col. 133.

HOMILIA LXXVI.

B

In Euangelicam dictionem, Domine, quoties in me peccabit frater meus, & dimittam ei? Tomo 2. col. 513.

QVOD AD FINEM VSQVE STANtem confidere non oportet, neq; lapsum de se desperare. Homilia LXXVII.

VDAS, charissimi, prius regni filius erat, & cum duodecim audijt discipulis: Sedebitis super sedes duodecim, sed postea factus est gehennæ filius. Æthiops autem cum barbarus esset homo, & eorum qui ueniunt ab Oriente & Occidente, iunctis cum Abraham, Isaac, & Iacob, coronis potietur. Hoc & inter nos agitur quotidie: ait em̄: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Hoc autē dicebat, ut nec illi torperent, tāq; redire non possent, nec hi confiderent, tanquam stent immoti. Hoc & superne Ioannes exclamās aiebat: Potest deus ex lapidib. his suscitare filios Abrahę. Quoniam enim hoc agendum erat, multo ante prędicat, ne quis rei nouitate turbetur. At ille quidem illud tāquam possibile dicit, nā erat homo: Christus autem omnino futuram ex operibus afferens confirmationē. Ne cōfidamus itaq; stātes, sed nobisipsis dicamus: Qui uidetur stare, uideat ne cadat. Neq; iacentes desperemus, & nobis dicamus: Nūquid qui cadit, non resurget? Nā & multi postquam in ipsum ascenderūt cœli uerticem, & omnem exhibuere tolerantiam, & in desertis morati sunt, nec in somnis quidem uiderūt mulierem, quòd paulum torpuerint, supplantati sunt, & ad ipsum malitiæ barathrum deuenerunt: alij rursum illinc ascenderūt in cœlum, ex scenaq; & orchestra ad angelicam migrauere cōuersationem, & tantam uirtutem exhibuerunt, ut expulerint dæmonas, & alia multa fecerint huiusmodi signa. Et his plenæ quidē sunt scripturę, plena uero nobis exēplorū uita. Et meretrices & molles ora Manichęorum obstruūt, qui malitiam immutabilem esse dicunt, diaboli sectantes disciplinam, & laborare uolentium manus soluentes, omnemq; uitam subuertentes. Qui talia nanq; persuadent, nō tantum in futuris lædunt, uerum & hic omnia quantum in eis est, confundunt. Quādo nanq; uirtiose uiuentiū ullus uirtutis curam habebit, quum ad illam reditum patere nō putet, & in melius mutationem non dari sibi persuadeat? Si nunc enim quum & leges sunt, & pœnas minantur, & gloria multos excitat, expectaturq; gehenna, & promissum est regnū, & incusantur mala, bonaq; laudantur, uix pauci pro uirtute sudores eligunt: si ista sustuleris, omnia perire quid, atq; corrumpi, prohibebit? Malitiam itaq; cognoscētes diabolicā, & quod externis legislatoribus, oraculisq; diuinis, & naturæ rationibus, atq; communi omnium hominum sententiæ: Barbaris & Scythis, ac Thracibus, & omnib. uniuersaliter huiusmodi aduersantur, qui ficta dogmata sancire conantur: uigilemus charissimi, & omnes illos ualere sinētes, per angustam ambulemus uiam, & cōfidentes simul atque timentes: timētes quidem propter utrinq; posita præcipitia, confidentes propter nos præcedentem Iesum: Ambulemus uigilantes, & expergefacti, uel si paulum quis dormitauerit, illicò p stratus est. Non enim sumus Dauide solertiores, qui quum parumper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrū, sed citò surrexit. Ne tantū itaq; quòd peccauit, aspicias, uerumetiā q peccatum absterserit. Propter hoc enim historiā illam descripsit, nō ut lapsum consideres, sed ut surgentem admireris, ut discas quum ceciderit, quo modo surgere conueniat. Sicut enim medici difficillimas eligentes ægritudines describunt, talisq; curationis uiam uoluminibus docent, ut in maioribus exercitati, minora facile transigant: ita scilicet & deus in medium peccatorum maxima produxit, ut & in paruis offendentes, per illa facilem horum correctionem inueniant. Si enim illa sanitatem acceperunt, multò magis & minora. Videamus igitur qualiter & infirmatus est, qualiter & illicò surrexit beatus ille. Quis itaq; morbi modus fuit? Adulterium & homicidium cōmisit, nec enim ista contego, clara recensens uoce. Si spiritus etenim sanctus dedecus non existimauit hāc omnem historiam exponere, multo magis neq; nos oportet obumbrare. Propterea non tantū ea prædico, uerum & aliud adijcio: Quotquot enim hęc abscondunt, hi præsertim eius uirtutē obumbrāt. Et sicut Goliath bellū tacentes, nō minimis eum priuant coronis: itidem & hāc prætercurrētes historiam. Nónne uidetur ergo mirabile quod dicitur? Itaq; parum expectate: tuncq; scietis, quòd iuste uobis hæc dicta sunt. Propterea nāq; peccatū exaggero, mirabilioremq; paro sermonē, ut abūdantius medicamina componam. Quid est itaq; quod addo? Viri uirtutem, quod maius efficit crimen. Non enim omnia similiter in omnibus iudicantur: ait enim, Potentes potenter tormenta patiētur: &, Qui scit uolūtatem domini sui, & non facit, plagis uapulabit multis. Itaq; maior scientia, maioris fit pœnæ materia. Propterea sacerdos eadem cum subditis peccata cōmittens, nō eadem, sed multo grauiora patietur. Forsitan amplificatam uidentes accusationē, contremiscitis & timetis, meq; quasi per præcipitia uenientem admiramini. Sed ego ita de iusto cōfido, ut & ulterius p gredi

I

C

D

Matt. 19

Matt. 3

1. Cor. 10

Psal. 40

Sap. 6

Luc. 12

gredí líbeat. Quãto magís enim crimen auxero, tanto magís Dauídicãm potero laudem oſtende re. Et quíd his amplíus díci poteſt? Sícut enim ín Cain non ſola cædes erat commíſſum, ſed multís cædíbus peíor. (Nõ enim alíenum, ſed fratrẽ: nõ íníuríam ínferentem, ſed paſſum ínteremit: non poſt multos homícídas, ſed primus nefas ínueníens:) Ita quídem & híc nõ tãtum cædes erat delíctum, nõ enim quílíbet erat uír quí fecít, ſed propheta: nec íníuríam auſum, ſed paſſum ínteremít, ín uítalíbus eum offenderat uxore dírepta, uerun tamen poſt íllud & hoc addídít. Vídíſtís quomodo íuſto non peperci, neq; ſub breuítate quadam ípſíus retulí peccata? Veruntamẽ íta de purgatione confído, quòd poſt tantam peccatí magnítudí nem uellẽ & adeſſe Manichæos hæc maxíme cõtemnentes, ut ex ſuperabundantía ípſorũ ora cõcluderem. Nam íllí quidẽ aíunt, quòd adulterium patrauít & homícídium: ego uero non hoc tantũ díco, uerum & duplam cædẽ oſtendí, & ex eo quí paſſus eſt íníuríam, & ab íllíus perſona quí peccatum perpetrauít. Non enim par eſt, ſí ſpírítu præditus, & tantís decoratus merítís, talemq; cõſecutus líbertatem ín talí ætate talía cõmíttat, & quòd his carens hoc ípſum audeat. Attamen íta quoq; ualde mírabílís eſt uír ílle generoſus, quòd ín ípſum nequítíæ profundum delapſus, non proſtratus íacuít, neq; deſperauít, neq; ſemetípſum proíecít ſupínũ, tã lethalí à díabolo uulnere ſuſcepto, ſed celeríter, ímò ſtatím, & cum multa ferocítate grauíus íntulít uúlnus, quàm acceperat. Et ídem factum eſt, quale ſí ín prelío & acíe, poſtquã barbarus alíquís ín uírí fortís cor haſtam fixíſſet, & ín ſecur ieciſſet ſagíttam, & ſecundum príorí uulnus íllo lethalíus addídíſſet, collapſus, & multò paſſím ſparſus cruore talía ſuſcípiens atrocía uulnera, ſtatím ſurgat, & haſtã ín íaculatũ cõtorquẽs, íllícò mortuum humí demonſtret: íta quídẽ & híc quanto maíorem díxerís percuſſíonem, tanto mírabílíorem animũ oſtendís percuſſí: quoníã poſt hoc graue uulnus potuít & ſurgere, & ín acíe príma cõſíſtere, & ſuí proſternere uulneris autorem. Hoc autem quantum ſít, ſcíunt præſertím quotquot ín grauía crímína decídunt. Non enim tam generoſí ſtrenuíq; eſt animí recte ambulare, ſemper currere (habet enim huíuſmodí bonorũ ſpem comítem, urgentem, excítantem, confírmantem promptíoremq; ſe reddentem) quàm ſí poſt ínnumeras coronas, multaq; trophæa & uíctorías, extremum paſſus nocumentum, eoſdem denuo curſus reſumere poſſít. Et ut quod díco, manifeſtíus efficíatur, & alíud príorí non ínferíus exemplo ín mediũ uobís adducere conabor. Cogíta nãq; míhí alíquem nauís magíſtrum ínnumerís præteruectum ſínibus, poſtquam totũ mare nauígauerít, poſt multas hyemes, ſcopulos & undas, cum magno onere naufragíum ín ípſo portus ore facientẽ, & nudo uíx corpore periculoſum hoc naufragíum elapſum: quomodo par eſt círca mare nauígatíonísq; labores eſſe díſpoſítum? Nunquíd eliget unquam huíuſmodí, níſí generoſo ſít animo, A littus aſpícere uel nauígíum, aut portum? Non arbítror ego quídem, ſed latitãs íacebít, ut noctem díem aſpíciens, & ad omnía refugíens, & mallet mendícãdo uíuere, quàm eoſdem attíngere labores. At non íta beatus híc tale paſſus naufragíum, poſt ínnumeros labores íllos atq; ſudores nõ mã ſít abſcondítus, ſed & nauẽ deduxít, & extendens uela, clauumq; manibus ſumẽs, eoſdem aggredítur labores, & maíores rurſum díuítías comparauít. Sed ſí ſtare, nec ſemper íacere collapſum tam admírabíle, reſurgere & talía operarí quantís díg num coronís non fuerít? Et multa quídem erant ad deſperatíonem eum trahentía, & prímum quí dem peccatí magnítudo: ſecundum, quòd non ín uítæ príncípíjs, cũ maíor erat ſpes, ſed círca fínem hęc paſſus eſt. Nec enim mercator portum ſtatím egreſſus, & paſſus naufragíũ ſímíliter dolet, ut ílle q poſt ínnumeras mercaturas ſcopulo fuerít íllíſus. Tertíum, quòd cum íam multas cõquíſíſſet díuítías hoc ſuſtínuít. Nec enim modica tũc eí repoſíta erant pondera, qualía per prímam ętatem, cum paſtor erat, & qualía círca Goliath cõgeſſít, cum præclarum íllud erexít trophæum, & ſapíenter acta círca Saul: euangelícã enim exhíbuít longanímítatem, cum míllíes ínímícũ ín manib. habuerít, & ſemper dederít ueníam, & maluerít patríam & líbertatẽ, & ípſam amíttere uítam, quàm íníuſtas tendẽtem ínſídías occídere. Et poſtquã regnũ adeptus fuerat, nõ pauca pręclare geſſerat: præter dícta uero, concepta quoq; apud multos opínío, & tam clara excídere gloría, non mediocrem ínferebat tumultum. Nõ enim tantum eum ornabat purpura, quantum huíus peccatí macula fœdabat. Scítís autem omníno quãtum ſít pecca ta íactare, & q̃ magno talís egeat anímo, ut poſt multorum accuſatíonẽ, & tot teſtes críminũ ſuorum, non ſuccumbat. Et tamen has omnes ex anímo ſagíttas euellẽs, generoſus ílle poſt hæc íta refulſít, ut maculam abſterſerít, & íta mundus eſt factus, ut & poſterorũ ſuorũ etíam defunctus peccata corrígeret. Et quod de Abrahã dícebatur, & de Dauíd hoc dícere deus uídeẽ: quínímò de hoc longe plura. Nã de Patríarcha quídem aít, quòd memor fuít teſtamentí ſuí ad Abraham: híc uerò non aít teſtamẽtí, ſed quomodo? Propter Dauíd ſeruum meum protegam cíuítatẽ íſtam. At & Salomonem tãto crímíne commíſſo propter ſuam ín íllum beneuolentíã ex regno non permíſít excídere: tãtaq; erat uírí gloría, ut Petrus poſt tot annos ad Iudæos habens ſermonem, díceret: Cũ líceat cũ fidutía dícere uobís de patríarcha Dauíd quòd mortuus eſt & ſepultus. At & Chríſtus Iudæos alloquens, eum oſtendít poſt peccatum tãto pręditũ ſpírítu, ut de díuínítate ſua prophetare dignus ſít redditus. Rurſum eos & hínc obmutefaciẽs dícebat: Quomõ ergo Dauíd ín ſpírítu domínum eum uocat, dícens: Díxit dominus domíno meo, ſede à dextrís meís? Quod círca Moſen, hoc & círca Dauíd factum eſt: Sícut eñ Mariam & ínuíto Moſe puníuít deus propter ípſíus ín Moſen contumelíam, quoníam ſanctum ſum-

Exod. 6

Act. 2

Matt. 22

Sap. 6
Luc. 12

mopere diligebat:itidem & hunc à filio contume A liam passum statim ultus est,& hæc nolentem.Igi tur idonea quidē nobis & hæc,quinimò super cæ tera hęc idonea sunt,uiri uirtutem ostēdere.Cum enim sanciat deus,nil opus est amplius inquirere. Si uero uultis per partes ipsius sapiētiam addisce re,nobis licet historiā post peccatum percurrentibus ipsius apud deum uidere fiduciam, charitatem,uirtutis incremētum, & ad ultimum spiritus feruorem. Hæc igitur habentes exempla, uigilemus,& nunquam cadere studeamus:si quandoq; uero ceciderimus,nequaquam iacere.Non enim ut in ignauiā uos inducerem,Dauid peccata recē sui,sed ut maiorē metum afferrē. Nam si iustus ille paululum torpefactus talia cepit uulnera:quid patiemur nos,si negligentes fuerimus? Ne consi- B deres itaq; quòd cecidit, aut torpeas, sed quanta post hęc fecit,cōsidera,quot lachrymas exhibuit, quantum pœnitētiæ,noctes iungens diebus, fontes emittens lachrymarum,lectum lachrymis abluens,& hæc saccum indutus. Si uero ille tanta eguit conuersione,quando nos saluari poterimus, qui post tot peccata nullo dolore afficimur? Nā multa possidens merita,facile his peccata obumbrauerit. At nudus ubicunq; sagittam exceperit, lethale suscipit uulnus. Ne hoc itaq; fiat, nos bonis armemus operibus: & si quod erratum aduenerit,abluamus, ut ad dei gloriam præsenti transacta uita, futuro digni censeamur æuo potiri: quod utinam omnes assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas & ho- C nor,nunc & semper,& in secula seculorū,Amen.

QVOD MELIVS EST, INIVRIAM PAti quàm inferre. Homilia LXXVIII.

NOLITE errare, beatus inquit Paulus, neq; fornicatores,nec adulteri, neque molles, neque ebriosi, neque contumelioſi regnum dei possidebunt.Hūc multi carpserunt locum quasi nimis asperum:siquidem ebrium,& contumeliosum cum adultero & fornicatore & masculorum sectatore ponit, quum non æqualia sint crimina. Quomodo itaque paria sunt supplicia? quid ergo dicemus? Primum quidem quòd nequaquam paruū est ebrietatis & contumeliæ peccatum,quoniam D & Christus eum qui fratrem fatuum appellat,gehennæ tradidit:frequēter enim inde mors est exorta. At & Iudæorum populus ex ebrietate grauissima perpetrauit peccata. Deinde quòd nunc nō est ipsi de pœna sermo, sed de regni amissiōe: igitur ex regno quidem hic, & ille similiter excidunt.Si quid autem in gehenna differētiæ sortiantur,non præsentis est temporis inquirere: nō em nūc nobis de hoc propositum est.Et hæc, inquit, quidem fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati.Admodum instanter intulit,dicens: Cogitate quantis uos malis eruit deus, quātam misericordiæ uobis exhibuit experientiam. Nec ad liberationem usque gratiam contulit,sed ad multum usque beneficium prouexit, purum enim constituit. Hoc ergo solum? Minime,uerum & sanctificauit: sed nec hoc solum,uerum & iustificauit,cum & à peccatis liberari sit magna donatio. Nunc autem & bonis impleuit innumerabilibus. Et hoc factum est in nomine domini nostri Iesu Christi, non in hoc & in hoc,sed in spiritu dei nostri. Hæc itaque scientes,charissimi, & collati beneficij cogitantes magnitudinem, modeste uiuere perseueremus, & ab enumeratis omnibus puros nos præstantes,& in externis tribunalibus iudicia fugiamus,& generositatem, quam nobis deus donauit,custodiamus illæsam. Cogita nanq; quanti sit dedecoris,sedere gentilem tibi iusta dispensantē. Quid ergo, dicet aliquis, si ecclesiasticus inique iudicet? Cur enim quæso? Nam secūdum quas leges iudicat gentilis, & secundum quas Christianus? Nónne constat secundū humanas gentilē, secundum diuinas uero Christianū iudicare? Igitur magis hic iustum,quoniam & leges sunt è cœlis demissæ.Nam in exterioribus quidē dictis, licet & alia multa suspicari,& oratorum grauitatē, & corruptelam principū, & reliqua nō pauca iustitiam temerātia:hic autē nihil huiusmodi.Quid igitur,inquit,si potēs fuerit aduersarius? Propter hoc ergo præcipuè quidē hic oportet iudicari. In externis enim tribunalib.te uincet omnino.Si uero nō tolerat,uerum & ecclesiasticos cōtemnit,& externos ad uim trahit,melius est quod de necessitate passurus es,spontaneum subire, neq; iudicio cōtendere, ut & mercedem accipias. Si quis em tecum iudicio contendere uelit,& tunicam tuam accipere,dimittas ei & palliū.Et sis beneuolus aduersario tuo statim,donec es in uia cū eo. Et quid est opus nostra proferre? etenim ipsi exteriorum oratores tribunalium millies talia referunt, quòd melius est extrinsecus dissoluí. Sed ô pecunias, uel potius ô absurdum pecuniarū amorē, quoniā omnia subuertit atque prostrauit.Et omnia nugę multis & fabulæ propter pecunias cēsentur. Et seculares quidem tribunalia terere non est mirandum.Multos autem eorum qui seculo abrenūtiarunt,hęc eadē facere scelus est,quod omni uenia caret.Nam si uidere uelis quātum ab huiusmodi tribunalium scilicet usu te fugere scriptura mandauit,& quib.leges factæ sint discēdæ, audi quid dicat Paulus:Iusto lex posita nō est, impijs aūt & insubditis.Quòd si de Mosaica talia refert,multo magis de gētilibus. Itaq; si iniuriā quidem facias, argumentum fuerit ꝙ minime iustus sis: si uero feras iniuriam patiens (hoc enim præsertim est iusti)nec externarū indiges legū. At quomodo læsus,inquit,ferre potero? Atqui Christus aliquid & hoc amplius præcepit.Nō enim tantummodo læsum æque ferre mandauit, uerum & aliquid lædenti supererogare, per promptitudinēq; patiendi,malefacientis superare libidinē.Non enim dixit: Volenti tecum cōtendere iudicio,& tunicam Matt.5 tollere,dimitte tunicam:sed,insuper & palliū trade:uincis enim,ait,male patiendo, nō malefaciēdo.Hæc est nanq; præclara nobilisq; uictoria. Et propterea progrediens dicebat Paulus: Iam igit omni-

1.Cor.6

omníno detrimẽtum uobis eſt, quoníam íudícia habetís ínter uos,& quare nõ potius íníuriã patímíni? Quòd enim íníuríam ferẽs plus ſaperet,q̃ lædí nõ tolerans,hoc uobís reddam manifeſtum. Iníuría ſe non patiens affící, cum ín íudícíũ traxerít,& quum uícerít,tunc maxíme uíctus eſt:quod enim nolebat,paſſus eſt. Coegit eũ ipſum aduerſarius dolere,& ad íudícíũ confugere.Quid enim quòd uícíſtí? quíd uero quòd omnes recepíſtí pecunías? Qd̃ nolebas, ínterím ſuſtínuíſtí, lítígare coactus.Sed ſí pertuleris íníuríã, uíctor es,pecunijs quídem carens: non autem uíctoría,quã pertantam comparaſtí ſapientíã.Non enim ílle te potuít cogere,ut qd̃ nolebas, cõmítteres. Et quod hoc ſit uerũ,reſponde míhi:quís uícit, ínuídus an ſedens ín ſtercore? Quís fuit uíctus,omníb.amíſſís Iob,an omnía tollens díabolus? quem admíramur uíctorem,díabolũ percuſſorem, an Iob percuſſum? Conſtat q̃ Iob,quamuís non potuerít retínere pereuntes pecunías, nõ fílíos ſuos ſaluare. Et quíd díco pecunías & fílíos? Corporís non potuít conſeruare ſalutem:& tamen hic eſt quí uícit, quí quę poſſídebat,omnía perdídít.Nã pecunías quídem conſeruare non potuít,pietatem uero retínuít cum omní dílígentía. Sed pereuntes fílíos non defendít.& quíd hoc? Etenim íllos mors reddídít clarióres,& ita ſe dum tẽtaretur, uíndícauít. Sí uero male paſſus non fuíſſet, & íníuríam à díabolo pertuliſſet,non íllam præclaram reportaſſet uíctoríam.Sí malum eſſet íníuríam patí, nõ íd nobís deus præcepiſſet,nam deus mala nõ præcípít. An non ſcítís quòd ípſe deus eſt gloríæ, nec cõfuſione nos & deriſione damnoq̃ uoluerít ínuolure,ſed contraría præbere? Propterea nos íubet íníuríam patí,& agít omnía,ut nos à ſecularíbus ſeparet,& íntellígere faciat,quíd gloría, quíd dedecus,quíd íactura,quíd lucrum. Sed eſt graue íníuríam patí & calumníam.Non eſt graue, nõ eſt homo.Quouſq̃ círca præſẽtía ſtupídus hæres? Nec enim íd deus ínſtituiſſet, ſí graue foret. Animaduerte uero,quí fecít íníuríã, abíjt habens quídem pecunías, ſed & cõſcientíam percuſſam:læſus autem,pecunijs quídem priuatus, habẽs autẽ apud deum fídutíam,poſſeſſionem ínnumeris dígníorem theſauris.Hæc itaq̃ ſcíẽtes, ex uoluntate philoſophemur, neq̃ patíamur quæ ſolẽt ínſípíẽtes, quí ſe tunc nõ lædí putãt, cum hoc ex íudícío fuerínt paſſí.In cõtrarium autem penítus maxímum eſt damnum,& omníno cum ín hís nõ ſpõte philoſophemur, ſed índe ſuperatí: nullũ eũ lucrum eſt,ſí íudícío uíctus tolerat: íam etenim neceſſítatís opus efficítur. Ergo quæ clara uíctoría? cũ tu contempſerís,cum non cõtenderís íudícío. Quíd aís? Priuatus ſum omníb. meís, & íubes tacere? Calumníam ſum paſſus, & ferre íubes æquanímíter? Et quomodo potero? Facíllíme,pfecto,ſí tãtum ín cœlum reſpícías, ſí ſpectes hanc pulchrítudínem,& quò te deus ſuſcípere promíſít, íníuríã generoſe ferentem.Hoc ergo fac, & in cœlum reſpícíẽs,cogíta quòd íllíc ſuper Cherubím ſedentí factus es ſímílís.Nam & ílle contumelijs affectus fuít,& tolerauít, & opprobría pertulít, nec ultus eſt:percuſſus,& nõ ínſurrexít, ſed è cõtra beneficía reddídít hís innumera quí talía perpetrauerãt,nosq̃ ſuos eſſe íuſſít ímítatores. Cogíta q̃ nudus exíſtí de uentre matrís tuæ, nudus reuerteris & tu,& ílle quí fecít íníuríam,& magís autem ílle cum ínnumeris uulneríbus uermem parientíbus. Memẽto q̃ temporanea ſunt præſentía, progenítorum tumulos animaduerte. Díſce quæ ſunt manífeſte geſta, & uídebís q̃ fortíorẽ te fecít eo quí íníuríam ínttulít.Suum enim morbum grauíorem reddídít,auarítíam díco:tuum autẽ leuíorem, ferè tollens nutrímentum.Et ad hæc te curís abſoluít,ſolícítudíne,ínuídía,calumníatoríbus, tumultu,turbatione,metuq̃ contínuo, & malorum turbam ín caput ſuũ cõgeſſít.Quíd ergo ſí míhí cum fame certandũ ſít? Cum Paulo hoc paterís dícente: Vſq̃ ad hãc horã & eſurímus & ſítímus,& nudí ſumus.At ílle propter deũ. Tu quoq̃ propter deum.Cum enim nõ ínſurgas,propter deum hoc agís:ſed quí fecít íníuríam,cum díuítíbus gaudet: ímò potíus cum díabolo,ſed tu cum Paulo coronarís.Itaq̃ nolí famem tímere,non enim fame ínterfícíet domínus anímas íuſtorũ. & rurſum alíus ínquít: Iacta cogítatum tuũ ín domíno, & ípſe te enutríet.Nam ſí paſſeres agrí nutrít,quomodo te non nutríet? Ne ſímus itaq̃ puſíllanímes,nec modíca fide chariſſímí. Quí nãq̃ regnũ promíſít cœlorum,& tanta bona, quomodo præſentía nõ dabít? Ne ſuperflua cõcupíſcamus, ſed retíneamus modeſtíam,& ſemper erímus díuítes. Operímenta quæramus & eſcas,& omnía capíemus & hęc, &multo maíora.Sí uero doles adhuc,& deorſum ínclínarís,uellem tíbí faciẽtís íníuríam poſt uíctoríam animam oſtendere, quomodo cínís efficít. Etenim tale peccatũ eſt:donec enim fuerít patratum,nonnullam afferre uoluptatem uídetur:poſt quàm uero fuerít conſummatum, tunc breuís uoluptas elabítur, ſuccedít autẽ triſtítía. Hæc & cũ alíquos afficímus contumelía,patímur:nam poſt modum noſípſos condemnamus. Ita quoq̃ dum uſurpamus,lætamur:poſt hæc uero cõpungímur à cõſcientía. Vídes penes quendam pauperís domum.Defle non priuatum,ſed uſurpantem: non enim dedít,ſed accepít malum. Illũ enim præſentib. priuauít, ſe uero bonís expulít ineffabílíbus. Nam ſí quí egenís nõ erogauít, ín gehẽnam abít: indígentíum res capiẽs quíd patíetur? Et quíd lucrí cum ego male patíar? Magnũ nempe lucrum. Nõ enim ín malefacientís ultíone retríbutionem tíbí deus cõcludít(alioquí níl magnũ fuiſſet. Nã quíd utílítatís, ſí cũ ego male paſſus fuero, & ílle male patíat? Lícet multos nouerím maxímã exíſtímantes hãc conſolatíonẽ,ſeq̃ totum exíſtímãtes recepiſſe,quum calumníatos punírí proſpexerínt. Non tamẽ ín hís deus uícíſſítudínem ſiſtít.) Sed díſcere uís quot te bona ſequẽtur? Totum tíbí referat cœlum,ſanctorũ cíuem efficít,ut in eodem degas parat cõſortío,à peccatís abſoluít, coronat íuſtítía.Nam ſí peccantíbus dímíttentes dímiſſionem conſequuntur,non tantum dímíttentes,

A

B

C

D

Matt.5

tes,uerum & ſupererogantes,quid nõ excuſatio- A nis obtinebunt? Ne feras igitur puſillanimiter,uerum & pro lædente preceris,hoc enim pro temet ipſo facis. Tuas tulit pecunias,uerum & peccata, quod & in Naaman & Giezi factum. Quantum non uoluiſſes impendere diuitiarum,ut tua dimitterentur peccata? Hoc ergo nunc efficitur. Nam ſi generoſe tuleris,nec maledicas, præclarã reportaueris coronam. Non meus eſt ſermo, ſed Chriſtum audi dicentem: Orate pro calumniantibus uos,& quantum ſit præmium, cogita: Vt ſitis ſimiles patri ueſtro qui eſt in cœlis. Itaq; nihil amiſiſti,ſed accepiſti potius. Non es affectus iniuria, ſed coronatus,anima redditus ſapientior, deo ſimilis conſtitutus,cura liberatus pecuniarum, cœlorum regnum adeptus. Hæc igitur omnia cogi- B tantes, in iniurijs philoſophemur chariſſimi, ut & à præſentis uitæ tumultu liberemur, & inutilem eijciamus triſtitiam,& futura potiamur lætitia per Chriſti gratiam, cui gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

Matt.5

DE ORATIONE, HOMILIA LXXIX.

MAGNVM uere bonum chariſſimi, oratio. Si uirtute prẽditum hominem allo
M quens, non parum ex eo capit utilitatis: cui deum alloqui donatum eſt, quot bonis fruet? Qualiter ergo non abſurdũ fuerit,iubere ſeruos toto tempore nobis ſeruire:nos autem nec minimum otij deo dicare? Nõ noſti tu utilia homo, frequenter damnoſa petis & periculoſa:ſed ille magis tuæ curam gerens C ſalutis,non tuam intuetur petitionem, ſed anteq; petas,quid tibi conferat,prouidet. Nam ſi patres, licet carnales,non omnino quæ petunt filij, præbent,non quòd petentes aſpernẽtur, ſed quoniã eorum curam gerunt maiorẽ:multò magis deus, qui plus & diligit,& plus oñibus nouit,quod nobis expedit,affert. Cum ergo defeceris orãs,& nõ acceperis,cogita quoties pauperem audiſti te petentem,& non exaudiſti,& indignatus ille nõ eſt, nec te contumelijs affecit. Et tu quidẽ hoc ex crudelitate facis,deus autem ex benignitate. Si ergo tu conſeruum propter crudelitatem non audiẽs, te dignum accuſari nõ cenſes, dominum propter miſericordiam ſeruum nõ audientem accuſas? Si D ergo beatus Dauid cũ eſſet rex,& innumeris immerſus curis,& undiq; diſtractus,ſepties in die dominum rogabat:quam nos ueniã habuerimus & excuſationem,tantum habentes otij,nec ipſi continue ſupplicantes,& hæc cum tantum lucri capere debeamus? Impoſſibile em̃, impoſſibile hominem congruo precantem ſtudio, deoq; continue ſupplicantem,unquã peccare. Qui nanq; mentẽ ſuam accendit,& erexit animam,& in cœlum ſeipſum tranſtulit,& ita ſuum inuocauit dominum, & ſuorum memoriam peccatorũ accepit:ad eum de ipſorum locutus eſt dimiſſione,& propitiũ & mitem deum orauit fieri:ab ipſa in his uerbis mora,omnem deponit ſeculare curam, & eleuat, & humanis æſtibus ſuperior efficitur. Non enim ita fontes aquarum ortos reddunt fertiliores,ut orationis plantam lachrymarum fontes irrigãtes ad maximam excreſcere faciunt altitudinem, & orãtem coram domino conſtituunt:hinc enim maxime fit ut exaudiatur. Quoniã ſi corpore humi ꝓſtrato,& ore incaſſum nugante, mens totam domum & forum circumeat: quomodo talis dicere poterit,q; in cõſpectu dei precatus ſit? nã orat in dei conſpectu,totam colligens animã ſuam,& nihil habens cũ terra cõmune,ſed in ipſum ſe tranſferens cœlum,& omnem ex animo pellẽs humanam cogitationẽ. Sic enim deprecantem oportet orare,ut totam cogitationẽ ſuam colligens, cum animi dolore contẽdens deum uocet, neq; lõgos extendat ſermones, nec in longum orationẽ producat,ſed pauca ſimpliciaq; dicat uerba. Non em̃ in uerborũ multitudine, ſed in mẽtis ſolertia poſitum eſt,ut exaudiatur. Et hoc ex Samuelis matris Annę precib. intelligere licet. Illa nãq; dixit: Adonai domine deus ſabaoth,ſi reſpiciens reſpexeris ad humilitatem ancillæ tuæ,& mei fueris recordatus,& dederis ancillæ tuę ſemen uiri,dabo ipſum in cõſpectu tuo dicatũ uſq; ad diẽ mortis ipſius, & uinum & ſiceram nõ bibet,& ferrum nõ aſcendet ſuper caput eius. Qualis hęc uerborũ multitudo? Veruntamen quoniã cum attentione & ſolertia fecit hanc orationẽ,quæcunq; uolebat expediuit,& deficientẽ correxit naturam, & matricẽ cõcluſam aperuit,ſeq; multam induxit in fiduciã, ex ſterili ſemine fœcundam metens ſegetẽ. Oportet igitur orantem neq; lõgos extendere ſermones, & iugiter orare. Breues enim & frequẽtes orationes fieri Chriſtus & Paulus præceperũt paruis exteruallis. Nam ſi ſermonẽ in longum extẽderis, in negligentiam frequenter lapſus, multã diabolo ſubrependi facultatem dederis,& ſupplantãdi & abducendi cogitationẽ ab his quę dicuntur. Si uero continuas & crebas orationes facias, totũq; tempus interpolans frequentia, facile poteris modeſtiam exhibere,& ipſas orationes cũ multa facies ſolertia. Vis orationis uigilãtiã diſcere, ſolertiam & aſſiduitatẽ? Abeas ad Annam, diſce quid illa fecerit. Surrexerunt, inquit, omnes à mẽſa, & illa ſtatim non ad ſomnum ſe conuertit, nõ ad requiem. Vnde mihi uidetur & ad mẽſam ſedẽs ſobria fuiſſe, nec ullis ſe ferculis oneraſſe. Nõ enim tot emiſiſſet lachrymas. Si nãq; nos cum ſobrij ſumus & ieiuni, ita uix oramus: multo magis illa poſt mẽſam ita non orare potuiſſet, niſi circa menſam ieiunantibus fuiſſet aſſimilis. Reuereamur uiri mulierẽ, confundamur de regno ſupplicãtes,& oſcitabundi, cõſiderantes de filio precantẽ & fundentem lachrymas. Hinc q; mihi mulieris pietatẽ conſidera. Vox, inquit, eius nõ audiebatur, labia uero tantũ mouebant. Obtinere uolẽs iſta à deo, accedit non fathiſcẽs, nec oſcitans, neq; ſe ſcabẽs, aut negligẽs. Nõne poterat & ſine oratione deus præbere? Nónne ſciebat & ante orationẽ mulieris deſiderium? Sed ſi ante petitionẽ dediſſet, nõ apparuiſſet mulieris ſtudium, non uirtus fuiſſet manifeſta, non inde præmium poſſediſſet. Sed ipſius & ſapiẽtiam uideamus. Poſtquam enim eam

1.Reg.1

Heli

Heli ſacerdos ebriã exiſtimauit,uide quid ad eum reſponderit: Ne des ancillã tuam in filiam peſtis: quoniam ex multitudine ſermones meos extẽdi uſq; nunc. Hoc uerè contriti cordis eſt,cũ in contumeliam facientes non indignamur,ſed etiã nos excuſamus. Nihil enim ita cor continẽs efficit ut tribulatio, & ſecundum deum luctus. Opus eſt itaq; nos & menſam petentes, & deſiſtentes deo gratias agere. Ad hoc enim paratus nunquam in ebrietatem decidet,aut inſolentiam,nunquã crapula diſrũpetur: ſed orationis expectationẽ pro freno ſenſibus habẽs impoſitam,cum debita modeſtia ex omnibus appoſitis ſumet,& multa quidem animã,multa uero benedictione corpus implebit. Menſa nanq; ab oratione ſumens initium, & in orationem deſinens, nunquam deficiet: ſed fonte largius omnia nobis afferet bona. Ne tantum itaq; prętermittamus emolumentum. Abſurdum eſt enim ſeruos quidem noſtros,ſi quam appoſitorum partem à nobis accipiant, nobiſq; gratias agere, & cum benedictione recedere: nos autem tot bonis potientes,nec tantum honoris deo rependere. Propterea nanq; multa tam in cõmunibus, quàm in priuatis rebus præter ſententiam nobis eueniunt:quoniam nõ circa ſpiritualia primum,tum uero circa ſecularia ſtudiũ exhibemus. Nónne ſcis, quòd ſi ueniens deum adoraueris,& præſentis hic occupationis ſis particeps, quæ in manibus habentur negotia,tibi magis cedunt ſecũda? Sed ſeculares curas habes? propter has ſaltem huc occurre, ut per hanc moram allecta dei beneuolentia, tutus ita prodeas, ut ipſum habeas cõmilitonem,ut dæmonibus inexpugnabilis fias ſuperna ſuccurrente manu. Nam ſi preces paternas conſequaris, ſi cõmunis particeps orationis fias, ſi dei compares auxilium,& ipſius armis munitus ita progrediaris,iam neq; diabolus ipſe contra te reſpicere poterit, nedum homines mali te cõtumelijs afficere ſtudẽtes & calumniari. Quòd ſi prodiens in forum è domo nudus armis huiuſmodi reperiaris,omnibus calumniantibus expugnabilis eris. Neq; mihi quiſpiam dicat,quòd nequit homo ſecularis affixus foro cõtinuè per diẽ orare, & ad eccleſiam concurrere:poteſt enim & quàm facillime. Nam licet in eccleſiam non ſit facile concurrere,illic ante fores conſtitutus,& affixus tribunali poteſt orare. Et hoc multi fecere frequenter,& intus clamante magiſtratu,cõminante,contendẽte, furente, pro foribus ſtantes ſigno muniti, & pauca uerba per cogitationẽ orantes, ingreſſi mutauerunt eum, atq; mitigauerunt, & mitem ex fero reddidere, nec à loco,nec à tempore, nec à clamore quicquam ad hanc orationẽ impediti ſunt. Nec em̃ tam uoce opus eſt,quàm cogitatione:neq; manuum extenſione,quàm animi intentione:neq; figura,ſed intellectu. Quoniã Samuelis mater Anna,non quia claram & magnam ędidit uocem,propter hoc audita fuit,ſed quoniã intus in corde multum clamabat: ait enim: Vox eius non audiebatur, & exaudiuit eam deus. Ne nos excuſemus dicentes,q̃ non eſſet facile quem

1.Reg. 1

piam orare ſeculariſbus negotijs implicitum prope ſe domum non inuenientem oratoriam. Nam ubicunq; ſis,potes altare tuum conſtituere. Nihil enim locus prohibet, nec impedit tẽpus. Verum licet genua nõ flectas, neq; percutias pectus,nec in cœlum manus extendas,ſi mentem tantum feruentem exhibeas, orationis perfectionẽ conſummaueris. Licet enim & forum petentem,& ambulantem per ſe, prolixas facere orationes. Licet & in officina ſedentem,& ſuentem pelles,animã domino dedicare, Licet & ſeruo & ementi,& aſcendenti & deſcendenti, & aſtanti coquo,cum ad eccleſiam ire non poterit, orationẽ facere prolixam et ſolertem. Non enim locum deus ueretur,ſed unum exquirit,feruidam mentem,& continentem animã. Nam & Paulus,non in oratorio,ſed in carcere iacẽs ſupinus,neq; ſtans erectus,neq; flectẽs genua (nõ em̃ ſinebat lignũ quo pedibus uinctis tenebatur) quoniã cũ ſtudio iacẽs orauit, carcerẽ concuſſit, & labefactauit fundamenta,carcerisq; cuſtodem ligauit,& poſt hæc ad ſacrã initiationẽ deduxit. Et Ezechias haud ſtans rectus,neq; genua flectẽs,ſed ſupinus propter ægritudinẽ lectulo recubãs,cũ ad parietẽ ſeipſum cõuertiſſet:quoniam deũ feruenter inuocauit,& anima continẽte,& prolatam reuocauit ſententiã,& multã adeptus eſt beneuolentiã, & ad priſtinã rediit ualetudinẽ. Et latro in cruce diſtẽtus,paucis uerbis cœleſte regnum aſſecutus eſt:& Hieremias in cœno & in lacu, & in lacu ferisq; Daniel, & Ionas in ipſo ceti uentre deũ deprecati,circumſtantia quæq; mala diſſoluerũt,& gratiã inuenere diuinã. Quid ergo debes orans dicere? Quod Chananęa. Sicut em̃ illa dicebat: Miſerere mei,filia mea male à dæmonio uexatur:ita dic & tu:Miſerere mei, anima mea male à dæmonio uexatur. Magnus enim dæmon peccatũ:dęmoniũ habẽs miſericordiã inuenit,odio peccans habẽt. Miſerere mei,breue uerbum, & clementiæ pelagus continet:nam ubi miſericordia, ibi ſunt omnia bona. Siue ſis extra eccleſiam,clama dicens:Miſerere mei: & ſi non mouens labia, ſed mente clamans,nã & tacẽtes deus exaudit. Non eſt quærendus locus,ſed loci principium. Hieremias erat in cœno,& deum exorauit: & Iob erat in ſtercore,& deum reddidit propitiũ: Ionas in uentre ceti, & facilẽ habuit. Licet in balneo ſis, ora:ubicũq; ſis, ora. Templum es,ne locũ quæras. Mare erat ante Iudæos, & poſt terga Ægyptij,& medicus Moſes nihil loquens. Multa enim in oratione anguſtia: & ait deus, Quid clamas ad me? Et tu igitur cum ingruerit tentatio,ad deum cõfuge, dominum inuoca. Nunquid enim eſt homo, ut locum petas? Deus ſemper propè eſt. Adhuc enim loquente te,dicam,Ecce adſum: Nondum orationem feciſti, & ipſe medicinam affert. Si mentem nanq; mundam habeas ab immundis motibus, licet in foro ſis, ſiue in uia, ſiue in foro conſtitutus, ſiue in mari, ſiue in diuerſorio, ſiue in officina poſitus, ſiue ſis ubicunq;, deo poteris inuocato petitionẽ obtinere. Quid enim manuum in oratione uult extenſio? Hæ multis

Matt.15

Hier.38
Iob.2
Ionæ 2

Exod.14

Eſa.58

ſceleribus miniſterium exhibent. Et propterea iu A
bemur eas extollere, ut orationis miniſteriũ ſit eis
uinculum nequitiæ, & à malitia ſeparatio: ut cum
rapturus uel oppreſſurus, uel alterũ ſis percuſſu-
rus, recorderis, quòd has ad deum pro patronis
emiſſurus es, & per has illud ſpirituale ſacrificium
offerre debeas, nec illas confundere, nec actionis
prauæ miniſterio fiducia priuare. Eas igitur emun
da per eleemoſynã, per miſericordiã, per indigen
tium tutelam. Et ita eas offer ad orationẽ. Si non
enim immundis uſus illis ad orationẽ fueris, mul-
to minus in peccatis eas extendẽs fueris iuſtus. Si
minus times, illotis manibus orare, quod eſt mul-
to grauius, magis expaueſce. Illotis quidem mani
bus orare non tam abſurdum eſt: Eas autem innu
meris cõtaminare crimínibus, hoc multam affert B
indignationem & exitium. Vis diſcere, quanta ſit
orationis in eccleſia factę potentia? Vinctus erat
Act.12 olim Petrus, multiſcꝫ circumdatus erat catenis,
oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia
pro eo, & ſtatim eũ à carcere liberauit. Quid hac
igitur ſit oratione potentius, quæ columnã, & ec
cleſię turrim adiuuit? Et catechumenis quidẽ per
miſſum hoc nondũ eſt, quoniam nondum ad hãc
peruenere fiduciam: uobis autem et pro terrarum
orbe & pro ęccleſia, quæ uſꝫ ad terræ terminos
extenditur, & pro gubernantibus ipſam & præſi-
dentibus iubetur orationes emittere. Cũ diligen-
tia igitur obedite, opere teſtãtes, quòd magna uis
eſt orationis in eccleſia concorditer à populo ob
latæ. Nam cum inter homines, populo ſontes ui- C
ros, cum ad mortem trahuntur, petente, rex mul-
titudine motus ſentẽtiam deponat: multo magis
Rex cœleſtis à uobis placatus petitionem præbe
bit. Non audiſtis, ꝙ ita Petrus de carcere ereptus
eſt, quoniã erat oratio prolixa, quę pro eo fiebat?
Quanto maius eſſe noſtra creditis exiguitate, ad
deum pro tanto accedere populo, & ſupplicare?
Nam ſi pro meipſo precari fiduciam non habeo,
multo minus pro alijs: beneplacẽtium enim hoc
eſt. Cum igitur offenderim & ipſe, qualiter pro a-
lio deprecabor? Nam ꝙ unus quidem pro multis
oret, eſt magnæ res fiduciæ, multæꝫ libertatis in-
digens. Multos autem unà congregatos pro uno
ſupplicationem facere, nil graue uidebitur. Et do
mi quidem orari poteſt, ſic autẽ, ut in eccleſia, nõ D
poteſt, ubi tanta patrũ multitudo, ubi clamor ad
deum unanimiter emittitur. Non ita dominũ per
te ſolum orans, audieris, ut cum fratribus tuis. Hic
enim maius aliquid eſt, puta, unanimitas & cõſo-
nantia, charitatiſꝫ uinculum, & ſacerdotum ora-
tiones. Propterea nãꝫ ſacerdotes prępoſiti ſunt,
ut multitudinis orationes, cum ſint infirmiores, hi
ſce potentiores adiungentes, pariter cũ illis in cœ
lum aſcendant. Si nanꝫ Petrum eccleſiæ adiuuit
oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quo
modo tu ipſius potentiam cõtemnis? Sicut enim
charitatis uirtus interuallo non arcetur, ita nec o-
rationis efficacia: ſed ſicut illa inter ſe diſtãtes cõ-
iungit, itidem & hęc, & procul poſitos plurimum
adiuuare poteſt. Nam & Moſes, quanꝫ corpore
pugnantibus non intererat, non tamen minus ꝫ
pugnantes, ſed multo plus in illam contulit pug-
nam, manuum extenſione ſuorũ extollens uires,
& tremendas faciens aduerſarijs. Nullum enim
meritum eſſe magnum poſſet, niſi lucrum & alijs
cõmunicaret: ſiue ieiunus maneas, ſiue dormias
humi, ſiue fauillã comedas, ſiue lugeas continuè,
& nulli proſis alteri, nil magnum efficis. Nam &
à Moſe multa, magnaꝫ miracula & ſigna ſunt æ- Exod.17
dita: ſed illum nihil tam magnũ effecit, quàm illa
beata uox, quam ad deum emiſit, dicens: Si dimit
tis quidem eis peccatum, dimitte: ſin autẽ minus, Exod.32
& me dele. At & Dauid hoc ipſum oſtendẽs, aie- 2.Reg.24
bat: Ego paſtor peccaui, & ego malum feci: & hi, 1.Paral.21
grex, quid fecerunt? Fiat manus tua ſuper me, &
domum patris mei. Magna quidem & hæc, & an
gelica conuerſatione digna. Pauli uero dicta mul Rom.9
tum hæc ſuperexcedunt. Gloria nanꝫ futura op-
tauit excidere pro aliorũ ſalute. Ionas uero, quo- Ionæ 2
niam propriam utilitatem quæſiuit, etiam pericli
tatus eſt: & ciuitas quidẽ ſtabat, ipſe uero ſubmer
gebatur. Magna quidem & reliqua Moſi uirtutis
merita, ſummum tamẽ & ſanctæ illius animæ cul
men, quoniam ex libro deleri elegit pro Iudæorũ
ſalute. Pauli uero uotũ ex multa ſuperauit abun-
dantia. Nam ille quidẽ cum alijs perire malebat,
hic autem non ſimul perire, ſed ſoſpitibus alijs ab
æterna ſolus gloria excidere optabat. Bonum eſt
igitur ſanctorum oratione frui: ſed cum & nos ſi
mus cooperatores: Quod ſi nõ affuerit, nihil alio
rum prodeſt auxilium, uerũ & cum illo perimus.
Quid enim Iudęis profuit Hieremias? Nónnè ter Hier.7
ad deum acceſſit, & ter audiuit: Ne ores, neꝫ pe-
tas pro populo iſto, quoniam te non exaudiam?
Quid Sauli profuit Samuel ad ultimum uſꝫ diẽ
orans, & pro eo lugẽs? Quid autem & Iſraelitis
profuit? nónne dicebat, Mihi autẽ abſit peccare
pro uobis orare ceſſanti? Nónne cuncti perierũt?
nam deum audi dicẽtem per Prophetam: Si ſtete Ezech.14
rint Noe, Iob, & Daniel, nõ liberabũt filios ſuos
& filias: quoniam inualuit eorum malitia. Quid
ergo, nihil proſunt orationes? Proſunt, & quàm-
plurimum: ſed cum nos quoꝫ cooperamur. Et ſi
uis diſcere, quantum cõtulerint, cogita mihi Cor
nelium, & Thabitam: audi quoꝫ deum dicẽtem:
Protegam ciuitatẽ iſtam propter me, & propter
Dauid puerum meum. Sed quãdo? Tempore iu-
ſti Ezechiæ. Alioqui ſi malorum quoꝫ ualebant
preces, quare Nabuchodonoſor regi quoꝫ deus
hoc non dixit, ſed ciuitatẽ tradidit? quoniã inua-
luerat peccatũ. Et hic ipſe rurſum Samuel pro Iſ-
raelitis orauit, et obtinuit: ſed quo tempore? Cum
& ipſi deo grati fuerũt, tunc hoſtes in fugam uer-
terũt. Et quid eſt, ait ille, mihi opus alienis oratio-
nibus, cum ego gratus ſim? Quid ais homo? Pau-
lus non dixit, mihi non eſt opus oratione, licet o-
rantes eo digni non eſſent: imò nec ipſi pares, &
tu dicis, quid mihi opus eſt oratione? Petrus non
dixit, quid mihi opus eſt oratione? ait enim: Ora- Act.12
tio fiebat ſine intermiſſiõe ab eccleſia ad deũ pro
eo, & ſtatim liberauit eum ex uinculis: & tu dicis,

quid

quid mihi est opus oratione? Propter hoc & indiges, quoniam indigere non te credis. Nam si deus nostrum in orationibus torporē & negligentiam exquirat, & q̄ in eius conspectu positi, & orātes, neq; tantum ei prębemus honorem, quantum dominis seruí, quantum ducibus milites, quantum amicis amici (amicū enim alloquēs hoc cū attentione facis: deo autem pro peccatis occurrēs, pro totq; criminibus ueniam petens, & rogans tibi remissionem fieri, torpes, & genibus tuis humi prostratis, circa forum & domum mentē tuam uagari frequenter dimittis, ore tuo frustra nugante & incassum: nec hoc semel & bis, uerum & frequenter patimur.) Si hoc tantū exquirere deus uoluerit, nunquid ueniam habebimus? nunquid excusationem assequi poterimus? Non arbitror ego: si uero curiosius aspectus nostros deus exquirat, & nequā concupiscentias, quas mēte concipimus, turpes & immundas admittētes cogitationes ex incauto oculorū nocumēto: si detractiones quas per singulos dies inurimus, alter alteri in mediū producat: & intēpestiua iudicia, quibus proximū condemnamus nullum habentes negocium: dolosq;, quos alter in alterum suimus, nunc quidem præsentem laudantes fratrem, & tanq; amicū alloquentes, absentē uero criminantes: nunquid pro his rationes reddere poterimus? Quid uero loquar inuidiam, per quam se bene gerentibus frequenter inuidemus, non tantum inimicis, uerū & amicis: & alijs male patientibus lætamur, & propriæ putamus ęrumnæ consolationem alienas calamitates? Nam si secularibus, & præsentibus abstinere iubemur: quomodo miseri non sumus, & infelices hæc à deo poscentes quæ præcepit & habentes abijcere? Si uero non pro fidelibus tantū, sed etiā, p infidelibus orare iubemur: cogita quantum mali sit, contra fratres imprecari. Quid agis homo? Ad deum accedis ut propitium reddas, & imprecaris alteri. Nisi dimittas, nec tibi dimittet: nec tantum ipse non dimittis, uerū & deum, ne dimittat, exposcis. Si tibi non dimittēti non dimittetur, non modo tu nō dimittis, uerū & deum nō dimittere rogas? Si non dimittenti non dimittit, etiā dominū, ne dimittat, oranti, quomodo dimittet? Si enim inimicos habere dedecus est, & illis imprecari, cogita quantum sit malum. Cum em̄ te purgare debeas, quod inimicos habeas, tu & illos accusas: quam uero ueniam cōsequeris, detrahens, & in tali tempore, quo non mediocris indigeas misericordiæ? Nam & pro tuis oraturus peccatis accessisti: ne recorderis igitur aliena, ne propria seruentur. Si nanq; dixeris: Inimicum percute, os tuum obstruxisti, & linguæ iam abstulisti libertatem. Primum quidē, quoniam iudicem iritasti, & statim ab ipsis exordijs exacerbasti, Deinde quoniam cōtraria petis, & orationis formæ repugnātia. Nam si pro remissione peccatorū accedis, quomodo de punitione uerba facis? Contrarium enim oportebat facere, & pro aduersantibus supplicare, ut cum fiducia pro nobis quoq; possimus orare. Si nanq; pro illis orabis, licet pro te nihil dicas, omnia consequeris. Si igitur anima sceleſtius nihil imprecante, nec lingua quicq; talia loquente sordidius, quamobrem omnia non expedis, ut orans nihil dicas, quod tuum iritet dominum? Es homo: ne uenenū euomas aspidum. Homo es: fera ne fias. Propterea tibi factum est os, nō ut mordeas, sed ut medearis. Recordare, quid te palam deus admonuerit, ut parcas & remittas: tu uero me quoq; rogas, meorum fieri mandatorum subuersionis participem, & cruentas linguā, sicut furentes ex propriis artubus dentes. Quomodo diabolum lætari credis atq; ridere, cum talem audierit orationem? quomodo iritari deum, & auerti simul & odisse, cū talia rogaueris? Cōsidera, quem petas homo cōtra inimicos tuos. Ad illū accedis, qui dixit, Orate pro inimicis uestris. Qualiter igitur aduersus eos clamas? Quomodo deum rogas ut propriam destruat legem? Non est hæc supplicis forma. Nemo rogat, ut alius pereat, sed ut ipse saluetur. Quid igitur supplicis quidē habitum indueris, accusatoris autē uerba pronuntias? Et cū pro nobis quidē oramus, oscitamus, & in multas recidimus cogitationes: cum autem aduersus inimicos, uigilātes hoc agimus. Quoniam enim diabolus nouit, quòd in nosipsos ensem agimus, tūc nos non circumfert, neq; distrahit, ut magis nobis noceat. Sed iniuriam passus sum, & tribulor. Itaq; contra diabolum ora, qui nos super omnes afficit iniuria: hic enim & inimicos parit: sin autē aduersus inimicos oraueris, orationem quam ille quærit, orabis: sicut ècontra, si pro inimicis, aduersus eum. Hic enim est impacatus hostis, at homo quęcunq; faciat, amicus est & frater. Quid ergo uerè inimicum omittens, propria mordes membra? Hæc itaq; scientes, dilectissimi, studeamus iuxta domini uoluntatem, & mandata conuersari, ut cœlorum quoq; regnum assequamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium cum sanctissimo patre, uiuificoq; spiritu, in secula seculorum, Amen.

DE POENITENTIA. HOMILIA LXXX.

PROPTEREA de pœnitentia cōtinuè sermonem moueo charissimi, ut neq; peccās desperet, neq; recte uiuēs altū sapiat. Iustus es, ne excidas: es peccator, ne desperes. Et si pecces quotidie, quotidie pœnitentiam agas: quod in antiquis domibus facere solemus, cum fuerint putrefactę, putrida subtrahimus, & supponimus noua, & à continua cura nunq; desinimus. Si fueris antiquatus à peccato, per pœnitētiam te renoua. Num pœnitentē licet saluari? & maxime. Totā uitā in peccatis absumpsi, & si pœnitentiā egero, saluabor? & maxime. Vnde cōstat? Ex dñi clementia. Ne tuæ confidas pœnitentiæ: tua nanq; pœnitentia tanta nequit peccata delere. Si sola foret pœnitentia, iure timeres: sed postq; cum pœnitētia cōmiscetur dei misericordia, confide, quoniā tuam uincit nequitiam: multum enim est misericors deus, & tantum clemens, ut neq; filio pepercerit, ut ingratos seruos redimeret. Nec mihi dicas, Nimium peccaui, &

ui, & quomõ possum saluari? Tu non potes, tuus potest dominus: & ita delet peccata, ut nec eorũ remaneat uestigium. In corporibus quidem hoc non licet, quin etiamsi millies medicus elaboret, & imponat uulneri remedia, uulnus quidem tollit, cicatrix uero permanet, uulneris circumferens argumentum, aspectus deformitatem. Et licet in infinitum medicus contendat, non tamen cicatricem delere potest. Ipsa nanq; naturæ repugnat imbecillitas, & artis impotẽtia, uilitasq; medicamẽtorum. Deus autem cum delet peccata, neq; cicatricem relinquit: neq; permittit remanere uestigium, sed cum sanitate pulchritudinem quoq; restituit, cũ liberatione à pœna dat & iustitiam, & prę uaricatũ nõ præuaricato similem reddit. Si nanq; uel infinita quis habens uulnera, pœnitentiam egerit, & aliquid fecerit boni, sic ea deus delet, ut neq; cicatricem, neq; uestigium, neq; peccatorũ ostendat indicium. Sicut igitur in corpore uulnera sunt, & medicamina: itidem in anima peccata sunt & pœnitentia. Et quid loquar, animaduerte: Vulnus & medicamentum, peccatũ & pœnitentia. Vulnus saniem habet, medicamentum saniei purgationem exhibet. Nunquid est sanies in medicamine? Nunquid in uulnere curatio? Nónne proprium hæc, & illa proprium habẽt ordinem? Nunquid potest hoc in illud, uel illud in hoc trãsmutari? Nequaquã. Veniamus & ad animæ morbos. Peccatum cõfusionem habet, fiduciam possidet pœnitẽtia. Sciens itaq; satanas, quòd peccatum quidem habet confusionem, quæ peccãtem satis repellere possit: pœnitentia uero fiduciã, pœnitentem ad se attrahere satis idoneam, ordinem cõmutauit, & pœnitẽtiæ confusionem adiecit, fiduciam autem peccato. Et peccato confundi non sinit hominem. Scit enim quòd si confunderetur, peccatum fugeret. In pœnitentia uero facit ut erubescat: nouit enim quòd erubescẽs non agit pœnitentiam. Pœnitens enim malorum quę gessit, licet peccatis cõdignam nõ exhibeat pœnitentiã, & huius tamen habebit retributionem. Nondum itaq; uitio captos admoneo, ne capiãtur. Facilius enim est casum cauere, q̃ lapsos resurgere. Detentis autẽ atq; confractis, si se statim pœnitentiæ tradere uoluerint, multam salutis spem polliceor. Et enim tam bona, quàm mala, cum fuerint plurimũ immorata, potentiora fiunt. Et planta quidem nuper humi consita facile reuellitur: per multum uero temporis radicibus firmata non itidem. Et ædificium recẽter fundatum à uexantibus facile subuertitur: bene uero firmatũ multa diruere conantibus præbet negotia. Et fera, quibus locis multũ temporis est conuersata, difficulter expellitur. Et sicut febris ab initio aggressa, nõ magna siti laborãtes exurit: postquàm autem inualuerit, & flammam extulerit, iam sitim inducit immedicabilẽ: Etiam si quis eis concesserit, ut potibus impleantur, non extinguit, sed accendit fornacẽ: Sic & uitioso accidit affectui. Si se circa primordia in animam nostram inferentẽ nõ prohibuerimus, neq; fores occluserimus, ingressus iam insanabilẽ morbũ susceptoribus infert. Sicut igitur animo degener & segnis, licet multum ad pœnitentiam tempus accipiat, magni nihil efficiet, nec per torporẽ sibi deum reconciliabit: ita solers & promptitudine feruens, & multo cum studio gerens pœnitentiam, & breui temporis momẽto multi temporis peccata delere poterit. Et qualiter? audi. Nónne ter Petrus negauit? nónne cum iuramento ter? Nónne uilis ancillæ uerba ueritus? Quid ergo? multùm ne temporis fuit illi necessarium ad pœnitentiã? Nequaquam. Sed eadẽ nocte lapsus est & resurrexit. Post illum enim grauem casum (negationi nanq; nullum est malum æquale) rursum eum ad priorem reduxit honorem pœnitentia, & ei per totum orbem terrarum ecclesiæ præsidentiam tradidit: & quod omnibus maius est, illũ nobis maiorem omnibus apostolis in dominum habere charitatẽ ostendit. Quid uero Niniuitæ? Venit ad eos Propheta, sententiã aperuit, quasi quãdam regalem epistolam supplicium cõtinentem, & clamabat dicens: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Audierunt illi talia, neq; fuerunt increduli, neq; neglexerunt, sed omnium statim fit ad ieiunium concursus, uirorum, mulierũ, puerorum, neq; brutorum natura fuit à tali immunis ministerio. Vbiq; saccus, ubiq; cinis, ubiq; luctus & lamẽtationes. Nam & ipse Rex diademate coronatus, regali delapsus solio saccũ sibi substrauit, & cinere consperssus est. Et erat rem cernere tremendam atq; mirabilem, neglectam sub sacco purpuram. Quod enim prætexta non ualebat, hoc poterat saccus. Quod diadema nõ est assecutũ, hoc cinis obtinuit. Cogitemus ergo, quot quisque nostrum habeat onera peccatorum, & æquiualẽtes exhibeamus misericordias: imò uero uel longe plures, ut non modo peccata deleantur, uerum & in iustitiam nobis eleemosynæ computẽtur. Nisi nanq; tot fuerint bona, ut & exuãt crimina, & ex relictis aliquid in iustitiam nobis reputetur, de nobis à supplicijs liberabitur nemo. Nam cum hominẽ quidem iritasti, amicos rogas & uicinos, & ianitores, impendis pecunias, & multos dies absumis accedens & supplicans: si uel semel, uel bis, uel millies iritatus te reijciat, omnino non recedis, sed maiori labore contendens, maiorem adhibes supplicationẽ. Cum uero deus prouocetur, nos oscitamus, & relabimur, & gaudemus. Et quando unquã eum habere poterimus propitiũ? Quomodo nõ eum ex hoc ipso magis iritamus? Peccare enim, & peccantes non dolere, magis eũ indignari facit & succẽsere. Neq; dicas, Nimium peccaui, neq; deum rogare possum indignãtem. Nam si iudicem illum neq; deum timentem, nec homines uerentem uidua flectere potuit: multo magis bonum assidua cõciliabit deprecatio. Itaque licet amicus non sis, licet indebita poscas, licet paterna deuoraueris, & absumpseris, & lõgo tempore procul ab aspectu fueris, siue succensentem, siue indignantem petieris, fac tantum uelis redire, & omnia recipies, & iram & damnationem statim extingues. Deo nanque propositum est cha-

Ionæ 3

Gen.

Heb.

Mala Ron

3.Reg.

Luc.

Psal.

1.Cor.

est charissimi peccantes longanimiter sustinere. Dupliciter est ad salutem propitius, & eis ex pœnitentia salutem exquirens, & ipsorũ posteris in uirtutis studio proficere debentibus reseruans beneficium. Et ut denuo sermonem resumam: Deus longanimiter agit, ut & peccans ad pœnitentiam ueniat, & ne ex eo nascituris salutẽ excludat. Nã etsi peccator incorrigibiliter peccet, parcit frequẽter radici, ut fructus conseruet, frequenter tamen
Gen.11 & ipsius expectans salutẽ. Et qualiter, audi: Tharam pater Abrahæ fuit idolorũ cultor, sed in hoc mũdo impietatis pœnas non dedit: & merito. Nã si deus præueniens radicem præcidisset, unde tantus fidei fructus exortus fuisset? Quid Esau malignius? Quid illa impudẽtius nequitia? Nõne fornicator erat & immundus? ut ait Paulus. Non matricida & patricida? Non fratricida, quantum in
Heb.12 ipsius fuit proposito? Nónne deo fuit odio habitus, ut scriptura testat: Iacob dilexi, & Esau odio
Malac.1 habui? Si fuit ergo fratricida, fornicator, & immũ
Rom.9 dus, & odio habitus, quare non perditur? quare non exciditur? quare non illico congruam patitur ultionem? Quare? Bonum est uerè dilectissimi causam dicere. Si succisus fuisset, maximũ eleemosynæ fructum & iustitiæ mundus amisisset: & qualem, audi: Esau genuit Raguel, Raguel Zara, Zara Iob. Vides quantus tolerantiæ fructus fuisset perditus, si prẽuentiẽs deus à radice pœnas exegisset? Nullus igit̃ in uitio positꝰ desperet: in uirtute dormitet nemo, nec hic confidat. Frequẽter enim & meretrix præcedet, nec ille desperet: potest enim & primos anteire. Cũ enim in uehementem dei charitatem redierimus, priorum non meminit, non ut homo, deus: non em̃ exprobrat præterita, neq; dicit, Quare tanto tempore defeciſti? sed gratos habet, quandocũq; accesserimus, dum
3.Reg.11 modo, sicut decet, accedamus. Quid enim Manasse peius? Quid uero beatius Salomone? Attamen ille quidem deum potuit habere propitium: hic autem quia dormitauit, lapsus est. Propterea nec Esau ueniam assecutus est, quia pœnitentiam non egit, ut oportebat. Nam lachrymę non erant ex pœnitentia, sed tentationis & iræ. Pœnituit & Iudam, sed male: nam suffocatus est. Si uero perfectam quęris pœnitentiã, audi Petri pœnitentiam post negationem. Quoniam enim erat uerisimile ipsum altum sapere sibi conscium, quòd plus alijs
Luc.22 deũ diligeret: propterea egressus foras fleuit amarè. Nec hoc solũ, uerum & innumeris se post hæc periculis immisit. Pœnitẽtiam egit & beatus Da-
Psal.6 uid ita dicẽs: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et lõgo iam tempore cõmissum peccatum post tot generationes, quasi nuper accidisset, lugebat. Pœnitentem enim nõ oportet irasci, nec efferari: sed conteri, quasi damnatum, quasi non habentem fiducia, quasi addictũ, ut ex misericordia sola saluari debentem, ut uisum in benefactorem ingratum, & reprobũ, & innumeris dignũ supplicijs. Nec itaq; scenicus desperet, neq; cõfidat ecclesia
1.Cor.10 sticus. Nam ad hũc quidem ait deus: Qui uidetur stare, uideat, ne cadat: ad illum aũt, Nunquid qui
Psal.40 cadit, non resurget? Ille nanq; debet, quod habet custodire: hic uero fieri, quod non est: Ille sanitatẽ conseruare, hic ab ægritudine liberari: laborat enim: ad illũ itaq; dicitur, Ecce sanus factus es, am-
Ioan.5 plius noli peccare, ne quid tibi deterius fiat: ad hunc uero, Vis sanus fieri? surgens tolle grabatũ tuũ, & ambula in domũ tuam. Licet enim octo & trigínta geras annos, sicut paralyticus ille, si modo sanus fieri studeas, qui prohibeat, est nemo: tãtum resurgere uelis. Attinge modo uiam eò tendentem, & uelociter progredieris, ne fores occludas, ne obstruas ingressum. Breue præsens tẽpus: quod si multum quoq; foret, nec ita refugiendum esset. Quamuis enim hunc pulcherrimum pœnitentiæ laborem non desudes, in illo penitus mundo laborabis, & aliusmodi patieris erumnas: si uero & hic, & illic labor, quare non hunc eligimus, qui multũ affert fructũ, magnamq; retributionẽ? Nam si nos qui sumus indigni, beneficijs deus afficit, & his qui peccauerunt, benignus est: si à malitia digressi, uirtutem sectamur, quę non assequemur? quibus non fruemur bonis? Mentem enim habentes magis beneficia, quàm pœnæ ad mãdatorum attrahunt obedientiam. Si igitur et priusq; aliquod bonum exhibeamus, quinimò cũ iam ultione digna fecerimus, tanta deus nos beneficentia dignatus est: si gratí simus, & de iam acceptis gratiarum actionem exhibeamus, & in melius faciamus mutationẽ, quanta non à seipso nos exoraret largitate? Nam si nos offendentes seruos, si meliores fieri promiserint, & acceptamꝰ, et in pristino tenemus honore, frequẽter autẽ ipsis & maiorem tradimus libertatẽ: multo magis deus hoc in nobis faciet, si parem peccatis pœnitentiã exhibeamus. Et hoc ex his, quæ circa beatũ Dauid euenerunt, manifestum est. Quoniam enim supplantatus cecidit, adulterij reus & homicidij crímine, non mansit deinceps in ruina iacens: sed & denuo surrexit, sed aduersus hostẽ cum deo se opposuit, & ipsum tam generose deuicit, ut & defunctus suos tueretur progenitos. Salomoni nanq; magnã illam iniquitatẽ ausо, milleq; digno mortibus facto, propter Dauid deus ait se regnũ per-
3.Reg.11 mittere integrum, ita dicens: Dísrumpens dísrumpã regnũ de manu tua, & dabo ipsum seruo tuo: uerumtamen in diebus tuis hæc non faciam propter Dauid patrem tuũ. De manu filij tui tollam illud. At & Ezechiæ de supremis periclitãti quam quam iusto, rursus propter beatũ illum, se succurrere dixit: Protegam, inquit, ciuitatem hanc prop
Esa.37 ter me, & propter Dauid puerũ meum. Sicut scilicet in propriam exhibẽtibus gratitudinem, per congruam sibi bonitatem suas deus sententias reuocat, & admittit pœnitentes, & ab imminente liberat pœna: ita rursum cũ aliqua dare bona pollicetur, uel prefinitũ pœnitentiæ tempus, indignos aũt uideat effectos, & tunc sua reuocat promissa. Non enim peccare tam malum est, quàm in peccatis permanere. Propterea q; præueniẽs deus in nos beneficia cõfert, & rursũ præuaricatos uenia dignos

dignos efficit, & pœnas ſtatim non infert, ut per omnia nos trahat ad pœnitentiam, & per quæ benefacit, & in eo ꝙ longanimiter ſuſtinet, frequenter autem & per quæ quoſdam caſtigat, ut illorũ timore correcti, pœnæ fugiant periculum. Multũ peccaſti, iam deſiſte, in contrarium reuertere, deo confitere gratias, ꝙ te non in mediis rapuit peccatis. Noli & alium quærere terminum, ut male operaris: ne dicas, Erit tempus, cum ſit opus conuerti. Multi, dum aliena uſurpant, interea rapti ſunt, & migrauere impræparati. Alarum utilitas nulla laqueo detentis, inuanum & incaſſum alas excutiunt: ita tibi quoq; cogitationum utilitas nulla, ſi penitus ab ulla mala cupiditate fueris captus. Nã ſi nec in uno quidem hic uolumus dedecus pati, in tot milibus illic quid agemus? Non enim à priſtinis tantum malis deſiſtere, ſed etiam meliora ſequi officia, dicitur pœnitẽtia: dicitur enim: Decli na à malo, & fac bonum. Nec enim ad ſanitatem nobis ſatis eſt, ſagittam tantum extraxiſſe, uerum & medicamenta uulneri ſunt imponenda. Accidit autem aliquẽ pœnitentem, multa magnaq; facere bona, rurſum autem in illorum medio bonorum æquiualens perpetrare peccatum. Et hoc ualidiſſimum eſt ad inducẽdum in deſperationem, tanq; ædificatis, & curatis omnibus illis incaſſum & à ſe inaniter elaboratis. Opus eſt autẽ illud ſentire, & hanc expellere cogitationẽ: quod niſi præuenientes, meritorũ menſuram peccatis poſt hæc perpetratis æquiualentẽ repoſuiſſemus, nihil nos uehementer & funditus ſubmergi prohibuiſſet. Nũc uero quaſi fortis quidam thorax, acutam & amaram ſagittam effectum ſuũ habere nõ permiſit: ſed ipſe diuiſus, magnum amouit à corpore periculum. Nõ eſt ergo tam graue pugnantẽ uulnerari, ſed poſt uulnus deſperare, uulnusq; negligere. Nullus mercator poſtq; naufragium fecit, licet mercimonium amiſerit, deſtitit nauigare: ſed denuo mare pertranſit, & longos pernauigat ſinus, & priſtinas recuperat diuitias. Frequenter athletas cernimus poſt multos lapſus coronatos. Iam uero miles quoq; qui fugit, poſtea ſe ſtrenuum exhibet, & hoſtes ſuperat. Eorum quoq; multi, qui propter tormentorum pauorem Chriſtum negauerant, denuo certamen inierunt, & cum martyrij receſſere corona. Quòd ſi prædictorum quiſq; poſt primum uulnus deſperaſſet, ſecũdis potitus præmijs nunquam fuiſſet: quæ nos utinam oẽs aſſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui honor & imperium, gloria & adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 36

FINIS.

REVERENDO IACOBO HVRALTO HEDVORVM EPIſcopo, Germanus Brixius Altiſſiodorenſis.

TSI mihi nunquam dubium fuit, clariſſime antiſtes, quin tibi eſsẽ chariſſimus, tuq; mihi, pro tua in me beneuolẽtia, quibuſcunq; rebus poſſes, benigne facere uelles: tamen huius rei nouiſſimè euidens ædidiſti argumentum, extatq; id quod nouiſſimo noſtro tecũ colloquio mihi humaniſſime declaraueras, quũ tu magni cuiuſdam amici mei, eiuſdemq; magna & autoritate & dignitate uiri literas, quibus apud te de meliore nota commendabar, de manu mea acceptas legiſſes: talem antea ſemper fuiſſe, hodiéque eſſe tuam erga me uoluntatem, noſtramq; tecum coniunctionẽ, ut ſi quid ego à te uellem, ad id impetrandũ nullo mihi interprete, nullo deprecatore alio, quàm me ipſo opus eſſet. Scripſit eñ ad me clariſſimus uir Ioannes Huraltus frater tuus germanus, libellorum in Regia magiſter, perliberaliter annuiſſe te poſtulationi ei, qua de ipſe tecum uerbis meis egiſſet: & ita annuiſſe, ut nõ tam dare beneficium, quàm accipere uidereris, facile ut intelligeret, eſſe me ex eorũ numero unum, quos tu chariſſimos haberes: tum autem quorum cauſas ſuſcipere, negotia amplecti, ſtudia ornare, commoda tueri, atque adeo augere, quantum quidem tua dignitas pateretur, maiorem in modum uelles. Pro qua quidem noſtra poſtulatione, tam facile, ut dixi, abs te impetrata, immortales ago gratias tibi, agamq; dum uiuam: nam relaturum me affirmare uix auſim: Tali enim tuæ erga me beneficentiæ, tũ perpetuæ iſti in me uoluntati, non uideor mihi reſpondere unquam poſſe: niſi fortè, quod uos uere magnanimi ac liberales uiri facere ſoletis: tum demum me abunde gratiam referre exiſtimaturus es, quum beneficium abs te acceptum iugiter memoria complectar: quod equidem mihi ita faciendum propono, ut ſim, quoad uiuam, re ipſa atque animo erga te gratiſſimus, operamq; poſthac omnem nauem, ut amore, cultu, obſeruantia omni memorẽ me tibi probem. Quòd ſi qua unquam res ſe offeret, in qua animum tibi nudare, & penitus patefacere meum poſſim: ne uiuam, niſi te etiam iudice, omnes omnium obſeruantias, omnes omnium cultus, aſſiduitates, induſtrias, ſedulitates, diligentias, labores, nauitates, ſummo meo erga te ſtudio ſuperem. Quod eo etiã libentius facturus ſum, quòd non nũc primum experior, qui ſit tuus erga me animus, quæ uoluntas, quæ beneuolentia: memor enim ſum, eroq; dum uiuam, te iam olim naſcenti propè noſtræ laudi, dignitati, uirtuti, plixiſſimè liberaliſſimèque fauiſſe: quum tute uidelicet tanto iſto ſacerdotio iam tum præditus, inq; Ludouici hoc nomine duodecimi Regis aula, multis nominibus præalijs gratioſus, me, me, inquam, nouum adhuc hominem, apud Ioannẽ Ganaeium Cancellarium, tum

tum pro eo quo fungebatur magistratu, tum pro ea qua præcellebat & uirtute & doctrina, primariæ inter togatos autoritatis uirum, in cuius me clientelam addixerã, ac cui à secretis erã: quũ tu, inquã, me apud Ganaeiũ oratione identidem tua ornares, insignires, cõmendares, & ita cõmendares, ut cum ad eam uoluntatẽ, quã ultro ille erga me eximiã haberet, tum ad eã, quã de me opinionem aliquam concepisset, quotidie experirer, magnum etiã tuo de me sermone pondus accedere. Erat autem tanta tua apud Ganaeium gratia, illa quidem partim eximij ingenij istius dotibus quæsita, partim amplissimi uiri Iacobi Huralti patris tui, uiri in regia gratiosissimi autoritate cõmendata, ut te ille in intimam secum coniunctionem receptum eorũ numero haberet, quos sibi maxime omnium familiares necessarios q; esse uoluisset. Quem nobis uirũ si fata diutius incolumem esse siuissent, neq; tam cito seculo suo inuidissent: profecto neq; tu in quæ postea incidisti tẽpora, incidisses, fortuna paulò duriore cõflictatus, quin potius ex tuis uirtutibus omnib. undiq; ornatus floreres, cũ omni gradu amplissimo dignissimus, tũ certè ordinis tui facile princeps (etsi perpusillum illud est, quod ad tuam amplitudinẽ addi possit) & nos quoq;, si uerè sunt amicorum de me sermones, multo amplissimis fortunæ ornamentis honestati in primis appareremus. Ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόντε κακόντε διδοῖ. Quanquã quod ad me quidem spectat, quid tandẽ est quod de fortuna queri uel uelim, uel possim? quã quidẽ ego, uerè ut dicam, de me eousq; benemeritã agnosco, ut planè nihil quicquã sit, in quo illius maiorem in me benignitatem desiderem, cui uidelicet plus satis facultatum largita ea est, ad id ocium excolendũ sustentandumq;, quod nobis, fastiditis cæterarum rerum curis, humanæ nostræ felicitatis proram & puppim, ut Græcorum est prouerbiũ, constituimus: quo nos ocio uno affatim delectati in nostris studijs libentissimè acquiescimus, estq; nobis illorum usus & delectatio istorum omniũ & actis, & uoluptatibus, & opibus etiam prior, atque antiquior: nũc denique experimento edoctis, quàm sint ea inania, leuia, utilia, quę nos olim præclara, magnifica, splendida putauimus. Neq; uero cogito quò ego honorum, quò dignitatum non aspirauerim, sed quò potius animum non adiecerim, ut aspirarem: tum quod uitæ genus secutus, quid eo assecutus fuerim: hoc est, quid, quantũq; ex studiorum cultu meorum fructus consolationisq; ad nos redierit, redeatq; quotidie: denique quid inter me æquales q; meos permultos, eosdẽ adolescentiæ nostrę socios: quos partim uidimus ipsi indoluimusq; immoderato rerũ successu perditos, arborum earum in morem, quas fœcunditas & luxuries enecat, partim ambitionis & auaritiæ cæcitate in caput præcipites actos, partim libidinis & uentris uoragine, & tanquam charybdi absorptos. Sed de his plura aliàs: nunc ad te & ad Ganaeium redeo. Mihi quidem quum in mentem uenit mansuetudinis, comitatis, urbanitatis, hilaritatis eius, quã summus ille uir, uel in puppi sedens, clauumq; reipublicæ tenẽs, in amicos cõmuniter suos, quorum tu unus, uel præcipuus, eras: plena manu, aperto (quod dicitur) pectore transfunderet, quoties illi à rerum actu, cui pro dignitatis suæ amplitudine, non intererat modo, sed præerat, respirandi potestas daretur, cum amicis ijsdem liberius agendi, sesq; unà cũ illis, suauissimis, modestissimis, doctissimis sermonibus recreandi, siue id inter epulas, siue ab epulis, siue utrobiq; fieret: sed dum temporis illius tranquillitas, suauitas, & ut nunc loquimur, bonitas animo obuersat meo: moriar, nisi dies eos, quos Ganaeio Cancellariatũ obtinente (ea est summa togatorum apud nos hominum dignitas) tibi, mihi alijs permultis tanquam Halcyonios exigere licuit, uitæ uerè beatæ instar fuisse putem, præ diebus ijs, quos postea longe cõmutatos (grauiore uerbo uti non libet) experti omnes sumus: libenterq; omnibus omnes opes, dignitates, honores, (quorum & alioqui nobis ἄλις tanquam δροὺς) concesserim, ut mihi qd' æui superest, liceat nulla ui interpellante, in qua tum uiuebamus festiuitate, simplicitate, coniunctione, amicitia, cõcordia uiuere. Quam uoluntatem equidem cum nõ paucis cõmunem me habere arbitror. Quotus enim quisq; est, ex ijs reliquijs, quæ de Ganaeij honestissimo illo, atq; inter se amantissimo grege superare adhuc possunt, qui si modo sapiat, non illum integrum, toto suo mundo, atq; organo (quod dicitur) instructum sibi restitui, inq; eo ætatem consumere malit, quàm uel Crœsi, uel Crassi tum consuetudine uti, tum opibus abũdare? Et erat certè Ganaeius extra eum, quẽ multũ habebat, publicarum rerum usum, extra eam, qua uaria ac multiplici præcellebat, doctrinam, tanta prętera ea ingenij benignitate ac facilitate præditus, tanta morũ comitate, ac sermonis suauitate commendatus, quæ omnia natura in eo iucunda quadam ac festiua grauitate condierat, ut cum, quibuscunque consuetudinis suę copiam fecisset, eos omneis ad sui amorẽ uiuus mirabiliter pellexerit, tum uero eosdem mortuus ad sui desiderium, ut si quis alius, maiorem in modum reuocet. Quid ni autem is reuocet? qui uel tanta autoritate quũ polleret, talis tamen esset, ut ab eo nihil unquam in quenquam asperum fuerit, aut uiolentum, nec tamen quicquam remissum, aut dissolutum, sed ita in eo temperata, ita ordinata, ita composita omnia, ut cum in republica summam constantiam exhiberet, tum in priuata parem præstaret modestiam? qui etiam tantam tota illa Cancellariatus sui administratione integritatẽ præ se tulit, ut nulla unquam priuata utilitas illum ad facinus, ac ne ad cuiusquam quidem offensionẽ impulerit. Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori uictoria: sic illi rempublicam moderanti ciuium ratio una & causa proposita erat: qua quidem ex re effectum est, ut à nobis ille oculisq; nostris licet recesserit, tamẽ nobiscum adhuc uiuat, uicturusq; sit semper: cuius uidelicet laus & memoria

moria in noſtris omniũ ſermonibus, animis nul-
lo non tempore ſacroſancta futura eſt. Ego uero
magna adeò cum uoluptate hic apud te in illius
mentionẽ incidi, à quo uidi ipſe, tanquam ea quæ
oculis cernunt, & te propter ſummũ tuum inge-
nium, cultiſſimos mores, ſingularem probitatẽ,
cõſtantiam, grauitatem, prudentiam in primis di
lectum amatumq; : quẽ uiciſſim non neſcio abs te
eximiè propter incredibilem eius humanitatem,
admirabilem integritatem, pari ſapientia coniun
ctam, cultũ fuiſſe atq; obſeruatũ. Qui quoniã exi-
ſtimo te, quę ſumma tua eſt modeſtia, haud paulò
plus uoluptatis illius laudibus audiendis, q̃ tuis
ipſius lectitãdis capere, libẽs hic occaſionẽ tantã
à mutua ueſtra coniũctione nactus, ad utriuſque
ueſtrum iuſtas plenasq; cõiunctim laudes aggre-
derer, tum tuam, tum illius effigiem ſuis, quod a-
iunt, coloribus, quantum à me fieri poſſet, depin-
gens: ueruntamen quod uerear, ne ueluti malus
pictor bonas formas imperitia mea reddam dete
riores, reliquis in aliud tempus reiectis, intra ea,
quæ de ambobus uobis pauca dixi, me contine-
bo & ad me reuertar: hoc eſt, ad animum, amo-
remq; erga te meum, quem ego quum ad ſummũ
creuiſſe iam crederem, maximũ tamẽ illi cumulũ
acceſſiſſe ſentio: ob eam cauſam, quam initio epi
ſtolæ attigi, ut maximopere mirer, locum fuiſſe
augendi in eo, quod ego iam pridem cumulatiſſi
mum eſſe rebar: tantum porrò ad amorem eun-
dem auctarium acceſſit, ut quę mea antea tui erat
dilectio, nunc denicq; uerè amor eſſe uideat. Quẽ
quidem ego amorem quum nõ intra me tantum
celari uellem, ſed uel per epiſtolam aliquam no-
ſtram, quæ illius tanquam teſtis eſſe poſſet, foras
productam ad eorum ſaltem hominum, qui à no
ſtris legendis non abhorrebunt, conſcientiã per-
uenire maximopere auerem, commodũ rei huius
periclitandæ, non auſim dicere conficiundæ, oc-
caſionem poſterioris noſtri tecũ colloquij recor-
datio in animum noſtrum inuadens ſuppeditat.
Memini equidem quũ nouiſſimè apud te eſſem,
unaq; de literis iucundiſſime commentaremur,
indicare mihi te maiorem in modum ſcriptorum
meorũ lectione, quę ſumma tua eſt facilitas, capi:
maximè uero animum tuum afficere, ac nulla nõ
ſui parte tibi arridere noſtram illam qualemcũq;
Chryſoſtomi de ſacerdotio translationem. In cu-
ius quidem lectione quoniam te ſic diesq; ac no-
ctes uerſari dictitaſti, ut te ipſe interpreter tam il-
lius eſſe ſtudioſum, quàm olim uel ille Alexãder
magnus perdiſcendæ Homericæ Iliados, cuius
amore ſic illum captum ferunt, ut illam dormiẽs
ſub puluinari iacentem ſemper haberet: uel Cy-
prianus Carthaginenſis protomyſtes Tertulliani
Apologetici lectitãdi ſtudioſus fuiſſe dicit, quẽ
ſcripſit Hieronymus, ne diem quidem unũ abſq;
illius peramata lectione unquam præterijſſe, ita
illum quocunque ſe conferret, in manibus ſem-
per habebat. Sed quũ Chryſoſtomi liber idem à
tuis uix unquam oculis faceſſat, quidnam, quęſo,
hinc aliud coniectandum nobis relinquis, quàm
te, hac quidem ratione, ſummopere curare, eniti,
operam nauare, ut tu à tanto doctore edoceare,
quemadmodum dignè munus iſtud tueri & ſuſti
nere ualeas: tum uero uitam, quod facis accõmo-
des, mores componas, denique actiones omneis
tuas ad eam dirigas regulam atq; amuſſim, quam
Chryſoſtomus, ille quidem autor talis, ut illius au
toritati refragari religio ſit, ſequendam ei eſſe ſan
xit, qui iuſtè epiſcopi officia atque partes implere
cupierit. Quod ipſum quiſquis præſtabit, nę is no
bis albam, quod dicitur, auẽ relaturus eſt: tam ra-
rum eſt deplorata hac ætate, ex tanto epiſcoporũ
catalogo, unum aut alterum numerare poſſe, nõ
dico titulo, ſed reipſa epiſcopum, uſqueadeo ſecu
li noſtri mores à priſci ſeculi moribus degenera-
rũt. In quo uidelicet qui ad eam perducebatur di-
gnitatem (inuitos autẽ ac repugnantes non raro
perduci ſolere accepimus, ut de Chryſoſtomo)
hunc ſibi ante oculos ſcopum proponebant om-
nes, ut creditarum ſibi animarum ſaluti proſpice-
rent: & ita proſpicerent, ut illam ſuis uel commo-
dis, uel cupiditatibus, ne libidinibus dicam, non
poſteriorem, ſed priorem haberent. Sed de hoc
quoq; plura aliàs: redeo ad tuũ Chryſoſtomicę le
ctionis ſtudiũ: quod quidẽ tametſi per ſe ſatis ac-
cẽſum uidebã, tamen ut illud etiam magis ac ma-
gis incitarẽ, equumq;, quod dicitur, ſua ſatis ſpon
te currentem inſtigarem: faciendum mihi putaui,
ut illud idem de ſacerdotio opus tibi tam proba-
tum, exactiſſime & diligentiſſime recognoſce-
rem, recognitumq; ſub tuo nomine, & quidem
ornatiore elegantioreq; forma, quàm priori ædi-
tione exierit, in ſtudioſorum hominum manus e-
mitterem: præpoſita operi eidem epiſtola hac,
qua lectori perpetuum meum erga te amorem, fi
dem, obſeruantiam ſpectatam teſtatamq; relin-
querem. Meretur enim animus iſte tuus Chryſo-
ſtomo ſic deditus, addictus, deuotę, ut tibi per me
recognitionem eam, ornatum, elegantiam, quan
tulacũq; ea eſt, ſtudioſi debeant. Nam & alioqui
priorem ipſam æditionem nemini homini ſepara
tim, ſed lectori communiter nuncupaui. Quod e-
quidem factum à me licet improuiſum, feliciter
tamen cecidiſſe interpretor: quod uidelicet uidea
tur ex compoſito peculiaris operis nuncupatio
tuo fuiſſe nomini reſeruata, ut habeat noſtra lucu
bratio te peculiarem ſibi fautorem defenſoremq;
ſine controuerſia talem, cuius præſidio tanquam
Aiacis clypeo ab aduerſariorum petitionibus i-
ctibusq; ſarta & tecta, ut aiunt, eſſe poſſit. Quod
reliquum eſt, rectè tu quidem feceris, eritq; mihi
abs te ſummi beneficij loco, ſi ita ſtatueris, quum
pro ſumma tua iſta dignitate, ac uirtute, & ami-
cos, & propinquos, & clientes, & tibi obſtrictos,
innumeros habeas: me in fide, amore, cultu, obſer
uantia erga te eorum nemini concedere. Bene
uale, & in amore erga me iſto perſeue
ra. Ex Bertocuriano noſtro,
calendis Decembris.
M. D. XXXIIII.

Argumentum

ARGVMENTVM IN SEX LIBROS D. IOAN. CHRYSOSTOMI de Sacerdotio, per eundem Germanum Brixium.

IVI Ioannes Chrysostomus & Basilius Magnus et amdum adulescentes ac condiscipuli, quum maximopere inter se amarent, animisq; mirè conuenirent, ijsdem studiorum sacris iam inde à pueritia initiati, paciscuntur, iurãtq; uitæ sibi reliquæ cõmune cõtuberniũ. Ad quod dum sese accingunt, ecce tibi exortus rumor quidam diffeminat, fore, ut uterq; iam tum ad sacerdotale episcopaleq; munus adlegeretur. Hic Basilius cũ Chrysostomo ea de re cõmunicat: ab quo facilè per amicitiã impetrat, ut eandem consiliorũ rationem, eandem item fortunæ honorumq; aleam unanimes sequãtur, néue alter ab altero quocunq; casu emergente unquã deseratur. Verum quum paulò post uterq; ad id, quod dixi, munus posthabitis alijs compluribus, cũctis suffragijs electus fuisset, sese Chrysostomus (Basilio interim à suis suffragatoribus ad eum honorem pertracto) occultat, delatum ad se munus deprecatus. Tum demũ Basilius à Chrysostomo proditũ sese animaduertens (neq; enim ille pactis promissisq; steterat) ad eũ primo quoq; tẽpore adit: quicum dum uerba facit, expostulat primũ, quòd fidem sibi datam uiolauerit: tũ uero rogat, causam ut dicat, qua causa adductus delatum sacerdotium repudiauerit: putare enim se id ab illo temerè nequaquã fuisse factum, sed considerata potius ratione quadã, quã ipse Chrysostomo edocente edoceri cupiat. Itaq; Chrysostomus se Basilio primum purgat, ostendens bona fide, atq; adeo ex usu Christiani gregis illum à se circumuentũ: deinde haud se alio nomine occultasse, dignitatemq; oblatam recusasse docet, nisi quòd imbecillitatis suæ cõscius, intelligeret humeros suos tanto oneri ferendo nõ esse: interim copiosissimè simul atq; elegãtissimè declarans, quàm multæ sit dignitatis, sed quàm difficile tamen Episcopum uerè agere: quem ipsum talibus ille coloribus depingit, totq; ac tantis uirtutibus perpolitum esse uult, ut si quis hodie episcopis nostris talem depingere uelit, dispeream, nisi futurum sit, ut cum sua tabula, ut delirus rideatur, atq; exibiletur. In tantũ enim seculi nostri mores à priscæ ætatis moribus degenerarunt, ut bona episcoporum nostratium pars (neq; enim de oẽibus id à me dictũ esse uelim) non solum non elaborent, ut tales ipsi sint, quales esse deberent: uerumetiam ex professo animi sui imaginem diuersissimam reddere studeant, ab ea episcopi imagine, quam nobis diuus Chrysostomus, hac quidem in parte Apellem ipsum superans, penicilo suo artificiosissimè atq; elegantissimè expressam reliquit. Quos ipsos tamen optarim, ex tam alto illo otio, eoq; uelut sedẽtario, in quo assiduè desides inertesq; uitã transigunt, descendere nõnunquam ad Chrysostomi aureũ opus hoc lectitandum, ut uel uitæ anteactę pœnitentia tandem compuncti, idipsum parte saltem aliqua præstare curent, quod præstare illos oportere uoluit Chrysostomus, autor talis cui refragari nefas fuerit: uel, quo nullum illis suppliciũ grauius fore puto, infelices perpetuò obstinatiq; uirtutem uideãt, intabescantq; relicta.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE SACERDOTIO LIBER PRIMVS, Germano Brixio Altissiodorensi interprete.

VERE mihi olim amici complures, ijdemq; ueri & germani, ac qui amicitiæ leges tũ exactè intelligerent, tum diligenter seruarẽt. Horũ compluriũ in numero unus quidã eximia erga nos charitate ac beneuolentia, ita illos exuperare studuit, ut oẽs tanto post se interuallo ipse relinqueret, quanto illi reliquos alios, à quibus utcunq; amarer, reliquissent. Hic idem ex ijs erat, qui lateri meo perpetuo assiderent. Etenim cum earundem disciplinarum sacris initiati fuimus, tum etiam præceptoribus ijsdem operam uterq; dedimus. Erat & nobis eadem animi propensio: erat studiũ par in illas ipsas, in quibus uersabamur, literas: præterea idem desiderium ijsdem è rebus natum. Neq; enim solum quo tempore ad magistros scholasq; condiscipuli uẽtitaremus, sed etiam quum illinc egressos consilium iam inire oporteret, quam tandem præstaret reliquæ nobis uitæ uiam tenere: & hic quoq; eadem in nobis animorum conspiratio, eadem concordia apparebat. Erant & alia item, quę uoluntatum nostrarum cõuenientiam hanc, constantem incõcussamq; seruarẽt. Neq; em̃ ob patriæ amplitudinẽ claritatẽq; alter altero sese plus efferre ac uẽditare poterat: neq; ego rursus sũma diuitiarũ copia abundabã, ille contrà, extrema premebat paupertate: quinimò facultatũ nostrarũ modum consiliorũ paritas ac studiorũ æquabilitas æmulabatur. Adde quòd & nobis idem generis honos ac splendor: ut nihil nõ cõcurreret ad uoluntatũ, studiorũ, sententiarũ consensionẽ. Postea uero q̃ eò à nobis uentũ est, ut iam oporteret monasticã uitam, beatam illam quidẽ ac felicem persequi, ac ueræ philosophiæ studijs inhærere: iam non hæc erat nobis par eademq; statera: nam illius quidẽ lanx sublimis, ut quæ leuior esset, ferebatur: ego

uero humanarũ rerum cupiditatibus etiamnum abundãs, meam lancẽ deprimẽs, propendere cogebam, iuuenilibus eam aggrauans cogitationibus. Hic amicitia quidem noſtra cõſtans ſtetit, ut & antehac: at cõſuetudo dirempta: neq; enim dabatur, ut qui haud in ijſdẽ amplius uerſarent ſtudijs, cõmunes inter ſe congreſſus haberent. Cæterum ubi & ipſe paululum caput à uitæ huius tempeſtate exerui, hic nos ambabus ille manib. porrectis excepit. Sed tamen ne ſic quidẽ priſtinam inter nos æquabilitatem retinere quiuimus. Etenim quũ nobis ille tẽpore anteuertiſſet, tum autẽ uehemẽtiã ſtudiumq; ad id nõ modicũ attuliſſet, rurſus meipſo ſublimior ferebar, in altũ admodũ ſublatus: idem tamen bonitate ſua, & quòd amicitiam noſtrã magnifaceret, à cæterorũ omniũ contubernio ſeſe abducens, aſſiduus nobiſcũ erat: id quod & antehac deſiderauerat: ſed quod dixi, ab animi huius languore prohibitus, aſſequi minime potuerat. Nam qui fieri poſſet, ut qui continẽter iudicijs ac foro intereſſem, ac ſcenæ oblectamenta attonitus ſectarer, frequẽti uti poſſem conſuetudine eius, qui nõ niſi libris affixus in forum nunquam uẽtitaret? Quocirca quũ id illi per nos prius nequaquã licuiſſet, ubi primũ factum eſt, ut me in cõmunem ſecũ uitæ cõditionem acciperet, tum demũ quod iampridẽ deſideriũ parturiebat, confertim peperit: ac ne breuiſſimã quidem diei partẽ à nobis abſens fieri ſuſtinuit, nunq; non adhortans, ut domo utercq; ſua relicta unà habitaremus, atq; id quidem perſuaſit: iamq; ea res nobis in manibus erat. At uero aſſiduæ matris illecebræ obſtiterunt, quo minus hac ego illũ gratia demererer, ſeu potius quo minus id beneficij illi deberem. Etenim ubi illa ſubodorata eſt id me conſilij inire, dextra apprehenſum introduxit in peculiare ſibi cubiculum. Hic illa quum me ſibi aſſidere uoluiſſet, ſuper eum lectum, in quo me enixa fuerat, in lachrymarũ fontes prorupit, uerba etiamnum adijciens, quæ me plus lachrymis illis omnibus ad miſericordiã pertraherent. Porrò eius quidem lamenta eiuſmodi fuere: *Matris oratio.* Patris tui uirtute ac præſtantia, fili, me haud ita multum tẽporis uti frui numen permiſit: utpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo paſſa ſum, continuo exceperit, ac tibi orbitatem, mihi uiduitatem attulerit intempeſtiuã: ut ſileam uiduitatis ipſius mala, erumnas, incõmoda, quę quidem ſolæ animo illę complecti rectè queãt, quas cõtigerit ea ipſa perpeti. Nullius enim ſermo, nullius oratio par eſſe poſſit enarrandæ tẽpeſtati ac turbulentiæ illi quã ſubire oportet puellã, quæ ipſa etiamdum rudis, rerumq; humanarũ expers, ſimulatq; paternã domum reliquerit, derepente immenſorũ dolorũ fluctibus æſtuans, curã ſolicitudinemq; ætate ac ſexu ſuperiorem ſuſtinere cogatur: quam uidelicet neceſſe eſt ſeruorũ ignauias emendantẽ, eorundem maleficia obſeruare, cognatorum propulſare inſidias, publicanorũ moleſtias, & quam illi, dum eis tributa numerant, immanitatem exercere ſolent, forti generoſoq; animo ferre. Proinde quũ decedit pater, relicta à ſe prole, ſi forte fœmina ea eſt, magnã uel ſic matri curã exhibet, ſed tamen hoc ipſo tolerabilẽ, quòd illius educatio tum impẽſa caret, tum etiã formidine uacat. At maſculus à patre relictus matris animum in dies ſingulos immenſa formidine, tum permultis cõplet ſolicitudinibus, ut nihil hic agam de ſumptu, decq; impenſa, quã multam tolerare cogitur mater, quæ adlaborat, ut maſculus ille liberaliter educetur. Quarum rerum omnium nulla me tamen permouit, ut nuptijs iteratis ſponſum alterum in patris tui ædes inducerẽ: quin potius in æſtu illo, in fluctuatione ac turbine perſeuerans, cœleſtis gratiæ ſuppetijs in primis adiuta, ferreã illam uiduitatis fornacem nulla ex parte refugi: quum mihi inter eas ipſas erumnas atq; incõmoda ſolatio eſſet nõ modico, quòd aſpectũ iſtum aſſiduè ſpectare, incq; eo tanquam uitalem defuncti mariti imaginem, ueriſq; ac certiſſimis characteribus expreſſam mihi aſſeruare daret. Quo nomine puerulus quum adhuc eſſes, nec dum fandi gnarus, qua potiſſimum ætate maximã liberorũ ſuorum uoluptatẽ parentes ſentiunt, magno certè mihi ſolatio, magnæ iucunditati fuiſti. Atqui ne id quidem mecũ expoſtulare poſſis, q nos uiduitatis quidem conditionem perpeſſæ fortiter ſimus, ſed uiduitatis eiuſdẽ anguſtijs coarctatæ paternas tibi imminuerimus facultates: id quod infelicibus orphanis permultis uſu ueniſſe ſcio. Siquidẽ patrimoniũ tibi nulla non parte ſaluũ integrumq; ſeruaui: quum tamen nihil etiã prætermiſerim ſumptuum eorũ, qui tibi nominis iſtius exiſtimationẽ aliquam parare poſſent: quos ſumptus ſuffeci ex meo peculio, hoc eſt ex ijs pecunijs quas mecũ domo paterna attuleram. Neq; uero exiſtimare te uelim, exprobrandi gratia hæc nunc à me dici: pro rebus porrò his omnibus unã abs te gratiã peto, ne me uiduitate altera inuoluas, neu luctũ iam ſopitũ rurſus exuſcites: obitus huius diẽ potius expectato: hinc paulo pòſt nobis fortaſſe emigrandum. Nam ut qui iuuenes ſunt, ad longæ ſenectutis annos accedant, ſperare quidem liceat: qui aũt iam conſenuimus, quid tandem aliud, q; mortẽ iamiam aduentantem præſtolamur? Itaq; ubi corpus hoc à te ſepultũ cum patris tui oſſibus cõiunxeris, tum demum fili longas profectiones ſuſcipito, & quodcunq; æquor collibitũ fuerit, emetitor, per me nemo tunc prohibiturus eſt. Cæterũ tantiſper dũ ſpiramus, contuberniũ conuictũq; hunc noſtrũ tolerato, dei offenſionẽ fruſtra ac temere ne incurrito, néue cõmittito, ut matrẽ nihil cõmeritam tam multis inuoluas incõmodis: qui ſi fortè criminari potes q in mundanas moleſtias pertractũ, rerum tuarũ curã temet gerere cogã: te non iam naturæ leges moueant, non educationis cõſuetudinisq; iura tangãt, deniq; nulla te res alia impediat, quo minus nos ſtatim inſidiatorũ atq; hoſtiũ loco habeas, uitato etiã cõtuberniõ noſtro. Sinuero nihil non agimus, ut tu facile altoq; in ocio poſſis uitæ huius uſura frui, ſi minus aliud uinculũ, certe hoc unum te apud nos detineat; nam ut te à ſexcentis

amari

amari dicas, nemo certè fuerit, qui tibi tanta in li- A
bertate uiuere cõcedat: quũ & neminẽ esse putẽ
cui nominis istius existimatio æque ac mihi uni
chara esse possit. Hæc & his lõge plura matris ad
me monita erãt: quæ quũ amico illi uere magna-
nimo ac generoso recitassem, tantũ abfuit, ut ijs i-
pse moueret, ut acrius etiam instaret, eadẽ à me, q̃
& antea efflagitãs. Hæc cũ inter nos uersaremus,
remq; ille assiduis urgeret precibus, me interim
nihil innuẽte, ecce exortus derepẽte rumor qui-
dam nostrũ utriusq; animũ cõmouit: percrebue-
rat aũt fore, ut ad episcopes dignitatẽ uterq; per-
duceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc for
midine, hinc hæsitantia perculsus sum: formidine
ne forte uel inuitus eò ipse raperer: hæsitantia, dũ
identidem animo uersarer, unde nam in illorũ pa B
trum animos obrepsisset, ut de nobis tale quiddã
cogitarent. Nam mihi quidẽ ingenij mei uires cir
cumspiciẽti nõ succurrebat quicquã quod hono
rem illũ mereret. Generoso aũt uir ille animo ad
me quũ adisset, semotisq; arbitris mecũ rem totã
communicasset, ratus nondũ me quicquam de ea
audijsse, obsecrabat, ut quemadmodũ antea sem-
per apparuisset, ita etiã nũc appareret nos ambos
eorundẽ factorum cõsiliorumq; rationẽ hac in re
sequi uelle: paratũ sese ut sequeret, ac mihi comes
foret, utracũq; ego uia præire mallem, seu fugien
dum, seu q̃d offerebãt illi, sequendũ magis esset.
Itaq; animaduertens tam propensam in eo uolun
tatẽ, tum uero arbitratus me hoc nomine magnũ
uniuersæ ecclesiæ detrimentũ allaturũ, si ob meã C
imbecillitatẽ infirmitatẽq;, Christianum gregẽ iu
uene tanta probitate prædito, eodemq; regendis
moderandisq; alijs maximè idoneo spoliarẽ, non
iudicaui detegendum illi esse quid animi super ea
re haberẽ, quanquã nunq; antea passus, ut illum
consiliorum meorũ quicquã lateret: Cui quũ indi
cassem me negotij huius consiliũ in aliud tempus
reijcere (neq; enim id in præsentia urgere) factũ
est, ut statim persuaderẽ nõ esse ulterius super eo
cogitandum. Præstiti aũt ut cõfideret unanimem
me ac cõcordem secũ fore, si quando tale aliquid
eueniret. Tempore autẽ haud ita multo elapso,
quum iam dies aduenisset, in quo eligendi uterq;
essemus, ac me ipse occultassem, idem ille harum
omniũ rerum ignarus quũ esset, apprehensus, du-
citur quidẽ à patribus tanquã alio prætextu, sed
tamẽ iugum nequaquã detrectat: q̃ promissa no
stra spem illi facerẽt, nos eò omnino sequuturos,
seu potius nos iã præire, se subsequi. Etenim nõ-
nulli ex eorũ numero qui aderãt, quum uiderent
illũ haud æquanimiter se captũ ferre, facile ei uer-
ba dedere, acclamantes, absurdũ esse illũ qui om-
niũ iudicio ferocior uisus semper fuisset (me de-
signãtes) multa cum comitate patrũ suffragijs pa
rere: eum uero qui prudentia ac facilitate semper
excelluisset, ferocire & tanquã glorioſulũ appare
re, resilientem, tergiuersantẽ, obsistẽtem. His ille
uerbis parens, posteaquàm intellexit me subter-
fugisse, tristis admodũ ad me adijt, ac mihi propi-
or quũ assedisset, eloqui quidẽ nescio quid uelle

uidebaẽ: cæterum ab animi angustia oppressus,
quũ oratione uim eam qua premeret assequi ne-
quiret, in ipso oris hiatu fari prohibebatur, animi
consternatione orationẽ, priusquã ea dẽtes transi
lijsset, interrumpẽte. Itaq; illũ ego intuitus lachry
mis permadentẽ, ac multa animi perculsum con-
turbatione, mali causam quũ intelligerẽ, in risum
præ nimia animi uoluptate prorupi: apprehen-
sumq; dextra deosculari conatus sum: deo acce-
ptum referens, q̃ astus meus felicem tandem fuis-
set exitũ sortitus, ac nõ aliũ ab eo, quẽ animus hic
optauerat. Vt uero me uidit lætam hilaremq; frõ-
tem præferre, ac tũ primũ à me deceptũ sese anim
aduertit: hoc magis animo compunctus indigna
tusq; est. Porro ab eo animi ęstu quietior tandem
paulum factus, Tu uero, inquit, ut partes etiã no- BASILIVS.
stras respueris, ac nullã iam nostri rationẽ habeas
(id quod si ita est, qua tandẽ causa non facile per-
spicio) te certè oportuit uel famæ existimatiõisq;
tuæ rationẽ habere. Nũc uero mortalium omniũ
ora adaperuisti, quorũ hæc una consentiens uox
est: te per inanis gloriæ cupiditatẽ munus hoc re-
cusauisse: neq; enim quisquã est qui te ab hoc cri-
mine eximat: mihi aũt ne in forũ quidẽ uentitare
licet: tam multi nobis occurrant nullo nõ die fa-
cinus istud uitio uertentes. Nam quoties illi qua-
cunq; uis urbis parte me cõspexere, semotis arbi-
tris abductũ (de ijs loquor qui amicitia ac necessi
tudine aliqua nobiscũ cõiuncti sunt) bonę crimi-
nis huius partis reum faciunt. Illius emˉ, inquiunt,
animus tibi exploratus quũ esset (quid aũt rerum
ad illum pertinentiũ latere te poterat?) oportuit
te rem minime dissimulare, sed nobiscum cõmu-
nicare: id quod si fecisses, nunquã profecto nobis
defuisset ars, qua illum in retia cõiecissemus. Me
uero hic fateri pudet, nescium esse id à te cõsilij mul-
to iam ante tẽpore initum: idq; ne amicitiã nostrã
fictã illi ac simulatã hactenus fuisse ducant. Nam
si ea simulata est, ut omnino est, quod ne tu quidẽ
inficiari possis, uel ex cõmissis aduersum nos tuis:
tamen externos homines, eos præsertim qui uel
mediocrẽ de nobis opinionẽ concepere, pulchrũ
esse reor, uitia, si qua in nobis sunt, celare. Itaque
rem, ut se habet, uerè apud illos edisserere dum ue
reor, cogor prorsus, quod unũ supereſt, caput in
terrã silẽtio mihi indicto demittere, amicorumq; D
occursum auersari ac declinare. Etenim ut prius
illud crimen, cuius nos illi damnãt, effugiã: restat
tamen necessario, ut me mendacij cõuincãt. Neq;
enim persuasum illis unquam esse queat, quòd &
Basiliũ quoq; eorũ loco ac numero habueris, qui
bus arcanorũ cõsiliorumq; tuorũ conscientia in-
terdicta esset. Cæterũ posteaq; id tibi cordi fuisse
uideo, de eo nõ admodum laboro. Reliquũ uero
dedecus quî ferre possimus? Certe alij te fastidij
ac cõtumaciæ, alij inanis gloriæ accusant: qui aũt
rem damnare seuerius rigidiusq; uolũt, ij nos du-
plicis huius criminis reos agunt: addentes contu
meliæ crimen, qua contumelia à nobis affectos
fuisse eos dicũt, qui nos honore illo dignati sunt:
quos etiã censent, nõ ea solũ iniuria, quã à nobis

accepere, ſed lõge etiã grauiore digniſſimos: propterea quòd egregijs atq; excellentib. uiris (quos multos haberent) à ſe relictis contemptisq;, duos quoſdã adoleſcẽtiæ annos heri aut nudiuſtertius egreſſos, uitę huius curis etiamnum inuolutos, ut perexiguũ tẽpus ſupercilia ipſi ſua faſtuoſi cõtraherẽt, pullos habitus induerẽt, uultusq; triſtitiam adfingerẽt, derepẽte ad tanti honoris culmẽ perduxerint, quãtũ ne in ſomnis quidẽ aſſequi ſperauiſſent. Atqui ij quidẽ, inquiũt, qui à prima ætate ad extremã uſq; ſenectutẽ acrib. atq; aſſiduis meditationib. uigiliijsq; ſeſe exercẽt: ecce tibi, ſi diuis placet, inter ſubditos ſunt: imperãt aũt illis ipſorũ filij, atq; adeò hi qui ne leges quidem ac præcepta audiere, quibus huiuſmodi magiſtratus regẽdus moderãduſq; ſit. Hæc ipſa & his longè etiã plura qui nobis aſſiduè obijciant paſſim exoriunt: quũ ego interim defenſionẽ planè non habeã, qua me aduerſus illos tuear. Itaq; partes hic tuas imploro: neq; eñ puto leuiter te ac temere cũ genus hoc fugæ quæſiuiſſe, tum uero in tam acrem uirorũ tam pręſtantiũ offenſionẽ incurrere uoluiſſe: ſed te potius cõſilio quodã atq; animi cogitatiõe ad id deſcendiſſe: quo fit, ut coniectẽ paratã tibi rationẽ, qua tu factũ iſtud tuũ recte tueri ac defendere ualeas. Effare, obſecro, ſi qua tibi iuſta excuſatio adeſt: quam afferre poſſimus aduerſus eos, à quibus in crimẽ uocaris. Neq; eñ poſtulo, ut cauſam hic dicas cur factũ ſit, ut me ſic offenderes, deciperes, ꝓderes, nulla etiã ratione habita fructus eius, quẽ tibi perpetuus amicitiæ noſtræ uſus antea peperiſſet: quũ nos animũ noſtrũ geſtantes, ut ſic dicã, tibi tanq; in manũ tradiderimus: tu cõtrà tantum aduerſus nos aſtũ adhibueris, quantũ maximũ potueris, ac quantũ utiq; adhibuiſſes, ſi tibi fuiſſet ab aduerſarijs tuis cauendũ. Atqui oportuit, ſi quidẽ conſiliũ iſtud utile ac cõmodũ noueras, te lucrum eiuſmodi minime deuitare: ſin detrimentoſum, et me quoq; (quẽ tute ſemper omnibus in amicitia prætuliſti) à detrimẽto iſto per te ſartũ tectũ eſſe: quũ tu tamen operam omnẽ nauaueris, ut in aduerſariorũ laqueos incideré, dolo etiã ac ſimulatione aduerſus eũ adhibita, cuius dicta factaq; omnia ſyncera, ſimplicia, ac dolo ubiq; carẽtia nunquam nõ expertus eſſes. Enimuero, qđ iam à me dictũ eſt, nihil horũ hic tecũ expoſtulo, neq; exprobro ſolitudinẽ, in quã tute nos cõieciſti, cõgreſſibus colloquijsq; ijs per te direptis, ex quibus non uulgarem identidẽ tum uoluptatẽ, tum utilitatẽ cepimus. Hæc eñ omnia miſſa faciens facile atq; humaniter fero, non q; tu humaniter in nos deliqueris, ſed quia hãc mihi ipſe legẽ præſcripſerim, ex quo amicitia mihi tua coli cœpta eſt, ut ſi quid poſtea in me delinqueres, nunq; te ego ad cauſæ dicendæ neceſſitatẽ adigerẽ. Nam q; ſim ego nõ mediocri abs te damno affectus, tute etiã noſti: ſi modo memor eſſe uelis ſermonũ eorũ, quos tum alij, tũ nos de nobiſipſis perpetuò uſurpauimus: qui ſermones haud aliud ſonabãt, q; ex animorũ noſtrorũ cõſpiratione magnũ nobis fructũ olim ſperandũ. Proinde muniendos firmandosq; nos

A

B

C

D

cenſebas mutua inter nos charitate atq; amicitia: quin & cæterorũ omnium ſermo in hoc cõſentiebat, ut cõcordiã amicitiamq; noſtram etiam alijs permultis imprimis utilẽ ac neceſſariã fore dicerent. Ego uero, quod ad me quidẽ ſpectaret, nunquam mihi perſuaſi ad alios utilitatẽ iſtam manaturã: certe id lucri nõ exigui nobis inde acceſſurũ dicebã, quòd magno cum negocio capiendi expugnãdiq; eſſemus ab ijs, qui nos oppugnaſſent: ac te quidẽ antea ſemper hiſce à me uerbis cõmonefactũ memini, Temporis difficultas magna, inſidiatores permulti, uera ac germana charitas extincta: in cuius locũ inuidiæ labes inuaſit: per laqueos medios ingredimur, inambulamus per murorum pinnas minasq;: neq; deſunt qui ſiquid calamitatis forte acciderit, malis noſtris inſultaturi ſint (multi aũt multis ex locis imminentes circunſtãt) q uero mali doloriſq; participes futuri ſint, nulli prorſus, aut ſi qui hi eſſe poſſunt, pauci admodum ſunt. Vide ne forte diſiuncti diſſociatiq; riſum alijs luculentũ præbeamus: néue, quod riſu deterius futurũ fuerit, magnũ nobis malum atq; incõmodũ accerſamus. Frater à fratre protectus adiutusq;, quid aliud eſt q; fortis quædam urbs: quam regnũ quoddã tanq; uectibus repagulisq; undiq; conſtabilitũ? Ne obſecro, ne iſtã diſſoluas neceſſitudinem, neu amicitiæ noſtræ uectem cardinémq; reuellas. Hæc ipſa unà cum alijs pluribus nunquã nõ inculcabã, nihil oñino tale accidere poſſe quod accidit ſuſpicatus: quin potius arbitratus te ſano admodũ erga nos animo eſſe, amoris abundantia quadam medelã afferebam, miniméque animaduertẽs ægrotanti medicinã me adhibere. Ac ne ſic quidem miſer opem tuli, neq; mihi lucri quicquam acceſſit ex tanta illa cautione ac prouidentia. Quando quidẽ omnia illa ſimul excutiẽs, ac ne in animi quidẽ cogitationem influere permittens, me cõtinuo tanq; nauem nullis fulcimẽtis uallatã in immenſum pelagus præcipitem egiſti: nihil expendens fluctuũ illorũ, quos ſuſtinere cogimur, ſæuitiam atq; aſperitatẽ. Nam ſi quãdo nos uel calumniã, uel cachinnũ, uel aliã id genus iniuriã moleſtiámue pati oportuerit (perſæpe aũt multa eiuſcemodi neceſſario erumpũt) ad quem, obſecro, confugiendũ nobis erit? quicum quęſo, animi noſtri dolores atq; anguſtias cõmunicabimus? quis neceſſitate aliqua preſſis auxilio eſſe uolet? quis moleſtiæ autores retũdet? quis animi huius mœſtitiã ſedaturus eſt? quis nobis ſolatiũ ac iucunditatẽ allaturus? quis animũ noſtrũ præparaturus ad aliorũ ineptias fortiter perferẽdas? Certe neminẽ futurum puto, poſteaquã te ipſe à graui iſto ac periculoſo bello eò ſubtraxiſti, unde ne clamorem quidẽ exaudire poſſis. Ecquid igiť animaduertis q; atrox, quamq; nefariũ ſcelus feceris? Ecquid, poſt inflictam ſaltẽ à te plagã, ſentis q; pernicioſum ac letale nobis uulnus intuleris? Cæterũ de his ſatis ſuperq;: neq; enim quæ facta ſunt, fieri ea infecta poſſint: neq; rei quæ deplorata ſit, remediũ afferre ullũ queas. Tantum edoce, quã nos tandẽ orationẽ apud alios uſurpare

Prou. 19

pare, quóue defensionis genere illorũ criminatio A
CHRYS. nes retundere possimus. Bono, inquã, animo
esto: neq; enim harũ modo rerũ nomine paratus
sum ad rationũ reddendarũ calculos descendere:
sed à quarum etiã culpa immunem me esse uolui
sti, earũ tibi hic rationẽ defensionemq; expedire
pro uiribus enitar. Quibus ab ipsis, si placet, apo-
logiæ nostrę exordium sumatur: quippe absurdo
planè, neq; satis candido ac liberali animo fuerim
si solicitus quamnam alij de me opinionem habe
ant, studiumq; omne adhibens, ut criminandi ac-
cusandiq; mei finem tandem illi faciant: hominẽ
mihi amicissimum, quiq; sic me ipse uereat, colat,
obseruet, ut ne de ijs quidem, quas à nobis acce-
pisse se dicit, iniurijs, mecũ expostulare uelit: de-
niq; talem, ut suã ipsius causam dignitatẽq; post- B
ponens ac pro nihilo ducens, nostræ in primis cu
ram habeat: non possim hic flectere, illiq; persua-
dere, nulla à me iniuria læsum fuisse: quin potius
committam, ut maiorem nostram erga illum som
nolentiam ac negligẽtiam, q; illius erga me stu-
dium, ac sedulitatem extitisse appareat. Itaq; quid
tandem illud est in quo te ipsi læsimus? siquidem
hinc cõstituimus apologiæ pelagus ingredi. Læsi
ne, quòd circumuenerim atq; imposuerim? quòd
animi mei sententiã occultandam tibi duxerim?
quod tamen factũ à nobis est partim tuo quẽ cir-
cumuenimus cõmodo, partim eorũ utilitate qui-
bus te impostura nostra prodidimus. Nã si in uni
uersum fraudis genus omne, malum uituperan-
dumq; est, neq; eam cuiquã licet in hominũ usum C
utilitatẽq; unquã uertere: equidem paratus sum
pœnas dare quascũq; præscripseris: seu ut uerius
dicam, quando quidẽ tu, ni fallor, nunquã à nobis
sustineas pœnas exigere, ultrò ipsi nobismet eam
pœnã irrogabimus, qua iudices mulctare eos so-
lent, qui iniuriæ illatæ rei sunt, quoties ab actori-
bus suis rei peracti fuerint: sin uero fraus ipsa non
semper incõmoda, sed pro eorũ qui eam adhibẽt
animo atq; cõsilio bonę malæ ue rei nomẽ sortit̃,
missam faciens criminationẽ istã, qua te à me cir-
cumuentũ quereris, edoce, nisi graue est, in malũ
damnũq; tuũ fraudẽ huiusmodi fuisse à nobis ex-
cogitatã: quando quidẽ donec animus malus ab-
fuerit, cõsẽtaneũ est, ut qui sese iustos æquosq; in
causa eiusmodi ostẽdere uelint, deceptorẽ hunc, D
quẽ dico, nõ modo nõ accusẽt culpéntue, sed etiã
laudent atq; approbẽt. Tam lucrosa em̃ tamq; fru
ctuosa esse solet opportuna ac recto animi iudi-
cio facta fraus, ut p̃multi etiã pœnas sępenumero
luerint, hoc ipso q; rem fraude non egissent. Ac si
exquirere uelimus, quinã copiarũ Imperatores iã
inde ab orbe condito claruere: illorũ trophæa bo
na ex parte cõperiemus impostura ac fraudis fa-
cinora fuisse, eosdẽq; fatebimur maiore quidẽ lau
de dignos, q; q aperto Marte uictoriã de hostib.
reportant. Hi em̃ magno cum sumptu, tum pecu-
niarum tum corporũ sic bella conficiũt, ut ab ipsa
etiã uictoria nihil illis amplius accedat: quin po-
tius uictores quũ sint, nihilo tamen secius pari cũ
ijs, qui uicti sunt, calamitate premunt̃, tum copijs

absumptis, tum erario exhausto. Adhęc qui uicti
sunt, ne ipsos quidem uictores patiunt̃ solida uic-
torię gloria perfrui: cuius bona pars ad eos redit
qui cecidere: utpote qui animis uictores, corpori
bus solũ inferiores fuerint: quibus item si per sua
uota in bello nõ cadere licuisset, neq; illis mortis
interuentus dimicationis finem attulisset, nimirũ
alacritatis magnanimitatisq; suæ ostendẽdæ mo
dum fecissent nullum. At qui fraude aliqua uicto
riam sibi parat, is præterquàm q; calamitatẽ atq;
perniciem hostibus affert, id etiã præstat, ut cæte-
ris illi de se risum præbeant. Neq; uero ut illic for-
titudinis, sic & hic prudentiæ laudẽ gloriamq; ex
æquo utriq; reportant: uerum integra uictorię to
tius laus ad uictores solos pertinet. Et quod ijs,
quæ dixi, inferius nequaq; esse reor: qui æstu uin-
cunt, ciuitati suæ seruant syncerã illibatã atq; in-
tegram ex uictoria parta uoluptatem: neq; enim
cõmune quicquã habet animi prudentia cum pe
cuniarũ corporumq; multitudine atq; copia: qui-
bus quidẽ usuuenit, ut quo magis in bello utare,
eò magis insumant̃, magisq; suos deficiãt possess-
sores: quũ contrà natura sic comparatũ sit, ut ani-
mi prudentia, quo magis exerceas, eo magis ado
lescat. Neq; uero foris tantũ ad militiã, sed etiam
domi ad pacẽ non publicis modò ciuitatis, sed &
priuatis uniuscuiusq; negotijs pertractãdis, & ma
rito aduersus uxorẽ, & uxori aduersus maritũ, &
patri in filiũ, & amico in amicũ, addam etiam & li
beris in patrem, æstus huius usum cõmunem ne-
cessariumq; comperies. Neq; enim filia Saul mari 1.Reg. 19
tum suũ alia ratione de Saul manibus eximere, q;
circũuento ac decepto patre potuisset. Cuius itẽ
frater eundem illum ab ea semel seruatum de uita
periclitantẽ seruare dum uellet, ijsdẽ telis quibus
& uxor sese armauit. Atq; hic Basilius: Sed ni- BASIL.
hil horũ, inquit, ad me: neq; em̃ hostis ego atq; ad
uersarius, neq; ex eorũ numero, qui nocere iniu-
riamq; afferre parant: quin ipse contrà, animi tui
sententiæ om̃ia mea quum cõmisissem, de ea uia
nunquam deflexi, qua me ipse subsequi iussisses.

Ego uero ô admirande idemq; optime Basili, CHRYS.
non ob aliud, inquã, q; ob hoc ipsum anteuertẽs
nuper docui, nõ in bello tantũ contra hostes, sed
etiam in pace aduersus amicissimos quosq;, æstus
huius usum cõuenire. Nam quòd id cõducat non
circũuenientibus solũ, sed etiã circũuẽtis: ad unũ
aliquẽ ex medicis, pfectus, sciscitare, quẽ nam illi
in modũ laborantes, morbo liberare soleãt: certe
ex ijs audies merã nudãq; artẽ ipsis non satis esse:
sed & aliquoties ipsos impostura uti, cuius auxi-
lio cum arte medica cõiuncto ægrotantẽ sanitati
pristinę restituãt. Etenim dũ hinc ægrotantiũ mo
rositas, hinc morbi difficultas medicorũ auersat̃
consilium: tum coguntur illi, fraudis atq; impo-
sturæ personam induere, ut, quod in scena fieri so
let, in qua fictis omnib. & adumbratis loci plurí-
mum est, rerũ factorumq; ueritatẽ occultare pos-
sint. Atq; hic si placet dolum unum explicabo ex
multis, quẽ olim à medicis fuisse structũ audiui.
Inciderat quidã in acrem uehementemq; febrim.

Prou. 19

Idem æstu febris indies gliscente augescentecp re A media ea omnia auersabat, quæ ad ardorẽ illũ restinguendũ facerẽt: cęterũ quũ desiderio ferret, multuscp esset in urgẽdis hortandiscp omnib. ijs, qui ad ipsum introissent: id perpetuò agẽs, ut multo uino, eocp meraco, sibi porrecto, exitiosam illã appetentiã extingueret: (futurũ quippe erat ut si quis illi obsecundãs, hac in parte gratificatus fuisset, febris ardorẽ nõ solum magis inflãmaret, sed miserũ etiam illũ prorsus ad insaniã furorẽcp adigeret:) hic demũ quum ars ipsa effœta iam atcp exhausta nullũ salutis remediũ inueniret, in eius locum sese fraus insinuãs, tantã exhibuit uiriũ suarũ efficaciam, quantã mox ex me auditurus es. Etenim medicus acceptũ uas testaceũ (id recens à fornace exierat) uino permulto immersit: quod quũ B uacuum, sed apprime tinctũ extraxisset, aqua implet: tũ iubet ægrotãtis cubiculũ tapetib. ueliscp undicp adumbrari, ne fraus ipsa lumine detegat: hic testã ægroto propinat, quasi mero plenã: quã ille manibus quũ necdum apprehendisset, uini odore eius nares statim peruadẽte, nõ sustinuit curiose indagare, qd sibi à medico porrigeret: uerũ eo odore persuasus, & tenebris deceptus, tũ etiã appetitæ rei desiderio uictus, quod propinabat, propensissime hausit, ac satiatus febris æstum statim excussit, periculo eo, qd graue imminebat, liberatus. Quòd si qs fraudis eius, de qua loquor, cõmoda utilitatescp unà cum medicorũ dolis omnibus recensere uolet, huius certe oratio nullum prorsus finẽ habitura sit. Comperies aũt nõ ab ijs C solum qui corporũ medendorũ, sed etiã ab ijs qui animi curã suscipiunt, pharmaci huius usum assiduum usurpari solitũ. Sic beatus ille Paulus multas illas Iudæorum myriadas ad se allectauit. Per huius item consilij rationẽ, idem ille, qui Galatis comminat fore ut Christus circũcisos nihil adiuuet: Timotheũ tamen circũcidit. Propterea item legi aliquoties sese submittit: qui idẽ cẽset post fidem deo datam, exitiosam esse legis sanctificationem. Fraudis quidẽ magna uis, modo ne fraudulento ea animo fiat: quã ipsam tũ ne fraudẽ quidẽ nominandã putauerim, uerũ œconomiã quandã potius ac sapiẽtiã artẽcp qua possis è medijs ijscp imperuijs desperatarũ rerum angustijs difficultatibuscp, correctis emendatiscp animi uitijs, euadere. Necp eñ Phinees illum homicidã ego unquã appellauerim, quãquã is plaga una corpora duo sustulit. Quemadmodũ necp Heliã uel post milites cẽtum unà cum ducibus suis interfectos, atcp adeò post magnũ illum sanguinis torrentẽ, quem ex eorũ nece qui dæmonibus consecrati essent, fecit excurrere. Nam si hoc dederimus, & res ipsas per se singulas, nudas ab autorũ suorum consilio ppositocp separatas expendere quis uoluerit: nemini sanè non licebit, uel Abrahã ipsum parricidij accersere: Item & illius tum nepotem tum abnepotem doli ac maleficij reos agere: sic enim ille ius sibi primogenitorũ usurpauit: hic autem Ægyptiorum opes in Israelitarum castra transtulit. Sed non est ita, nõ est ita. Facessat hinc tanta ista impudẽtia: necp eñ solum, eos quos modo nominauí, culpa liberamus: sed etiã eosdẽ uel hoc nomine admiramur: quandoquidẽ & ipsi hoc demũ nomine gratiã à deo magnã inierũt. Proinde ueri illusoris deceptoriscp nomine dignus fuerit, quis quis re ipsa iniquo ac nocẽdi animo abutit, alioqui sæpenumero profuit decepisse: & hac potissimum arte in maximis rebus alteri opem subsidiumcp tulisse. Cæterũ qui recto semper calle ingreditur, de eo nunquã deflectẽs: sæpe fit ut ei etiam cui nõ astum aliquẽ struxerit, malorũ incõmodorumcp quamplurimorum autor sit.

LIBER SECVNDVS.

PROINDE quòd fraudis uim atque usum bonam etiam in partem adhibere
P possis, seu (ut uerius dicam) quòd ne fraudis quidem, sed admirandæ cuiusdam dispensationis nomine tum fraus ea designanda sit, pluribus quidem hic à me exẽplis doceri poterat: quum uero quæ à nobis adducta sunt, ea idoneum rei comprobandæ fidem facere possint, graue molestũcp arbitror in prolixitatem quæ superuacanea sit orationẽ nostrã producere. Reliquũ est ut tute expendas, num ex usu ac commodo tuo fraus ea à nobis adhibita sit.

Tum Basilius: Et quodnã, inquit, cõmodum ad BASIL.
nos ex hac redijt seu œconomia, seu sapiẽtia, seu quocuncp eã nomine appellare mauis: ut testatũ nobis esse queat ac persuasum, fucũ mihi à te nequaquã esse factum? Quodnã uero, inquã, hoc CHRYS.
uno maius cõmodũ existat, cp si ea nos facta præstare cõstiterit, quę quidẽ dilectionis charitatiscp in Christũ exẽpla esse Christus ipse nos docuit? Hic enim cum apostolorũ principe uerba faciẽs: Petre amas me, inquit, atcp illo id cõfitẽte, adiungit: Si amas me, pasce oues meas. Interrogat discipulum magister, num ab eo amet: nõ quò id ipse edoceat: (qui enim id edoceri studeat is, cui uni mortaliũ omniũ corda peruia sunt?) uerũ ut nos doceat, quãtæ sibi curæ sit gregis huius præfectura. Id quod ubi cõstiterit, & illud itẽ pariter cõstabit: copiosam atcp adeò immensam mercedẽ illũ expectare, qui cõsilium, curam, cogitationẽ, atcp operã in ijs suã ponat, quæ quidẽ magno apud se D in pretio atcp æstimatiõe Christus esse uoluit. Nã si quoties uidemus seruorũ pecuariorũmue nostrorũ curã à quibusdam suscipi, ex eo studio aduersus illa impenso colligimus, ab ijs nos amari (etiamsi illa ipsa eiusmodi esse soleat, ut pecunia ueneant) qui necp pecunia, neque alia re ulla, sed morte propria armentum hoc redemerit, suumcp proprium sanguinẽ gregis pretiũ obtulerit: quanto, quæso, præmio gregis huius pastores ac rectores remuneraturũ olim credimus? Propterea eñ quum respondisset discipulus: Tu scis dñe, quòd amem te, testẽcp citasset amoris huius ipsummet qui amaret, haud se hic continuit seruator Iesus, sed & amoris quocp indicium adiũxit. Necp enim tum uolebat testatũ esse, quantũ à Petro amaret: siquidem id multis nobis argumentis constabat: uerum hoc ille tum agebat, ut & Petrũ & cęteros Ioan. 21

nos

nos edoceret, quanta beneuolentia ac charitate erga ſuam ipſe eccleſiã afficeret: ut hac ratione & nos quoq; eiuſdẽ eccleſiæ ſtudiũ curãq; toto animo ſuſciperemus. Nam qua de cauſa filio ſuo eiq; unigenito deus opt. max. uſq; adeò non parcendum putauit, ut etiã quem unicũ haberet hũc dederet? Certe ut qui in ipſius offenſionẽ incurriſſent, eos ſibi reconciliaret, tum uero peculiarẽ ſelectũq; ſibi populũ redderet. Quanã itẽ de cauſa idem ille ſanguinẽ effudit ſuum? certe ut pecudes eas acquireret, quarũ curã, tum Petro, tum Petri ſucceſſoríb. cõmittebat. Iure igit̃ ac merito ſic loquebat̃ Chriſtus: Quiſnã fidelis ſeruus & prudẽs, quem dñs ſuper familiã ſuã cõſtituit? Rurſus uerba quidẽ iſta, hæſitãtis eſſe uidẽt: quũ tamen ab eo prolata ſint, qui minime hæſitaret. Nam quẽadmodũ Petrũ dum interrogaret, num ab eo amaretur: interrogabat profecto, nõ ex eo q uellet amorẽ huiuſmodi ex diſcipuli uerbis intelligere, ſed quòd declarare cuperet quænã cenſeri deberet noſtræ erga ſe charitatis dilectionisq; magnitudo: ita & hic dum ait: Quiſnam fidelis ſeruus & prudens? nõ hoc ait, quòd ei ignotus ſit fidelis ac prudens ſeruus: ſed quòd exprimere uelit, tũ hoc opus q; rarũ ſit: tum quæ ſit functionis huius amplitudo. Contemplare itaq; & præmiũ, quantum: Super omnia, inquit, bona ſua cõſtituet eũ. Etiam ne nũc nobiſcũ contendes, fraudẽ iſtam tibi non bene ac feliciter ceſſiſſe, qui per eã uniuerſis dei opt. max. bonis ſis præficiendus? quũ præſertim ea agas, quæ quũ Petrus ageret, illũ Chriſtum autoritate præditũ eſſe uoluit, ac reliquos item apoſtolos longè præcellere. Petre enim, ait, amas me plus quàm hi oẽs? Atqui illi quidẽ licebat uerbis huiuſmodi Petrũ affari: Si me amas Petre, ieiunia exerce, ſuper nudam humum dormi, uigila continenter, iniuria preſſis patrocinare, orphanis patrem te exhibe, uiduę item te maritorũ loco habeant. Nunc uero prætermiſſis omnib. his, quidnã ille ait? Paſce oues meas. Nam quæ modo à me dicta ſunt, ea cõplures etiã ex ſubditis præſtare facile poſſint, nõ uiri ſolũ ſed etiã fœminæ. At quũ de eccleſiæ præfectura, de credenda huic uel illi tam multarũ animarũ cura agit̃: uniuerſa quidem muliebris natura functionis iſtius moli ac magnitudini cedat oportet, itemq; & bona uirorũ pars. Prodeant aũt in mediũ qui longe omnibus præſtant: quiq; animi uirtute tantũ reliquos excellũt, quantũ corporis magnitudine Saul Hebræorum gentẽ uniuerſam excelluit: ſeu potius multo etiã magis. Neq; enim hic nobis humerorũ excellentiæ ac proceritatis menſura quærenda: ſed quãta inter ſeſe differẽtia homines rationis uſum habẽtes, & bruta ratione carentia diſſident: tantũ ſanè diſcrimen inter eũ qui paſcit, atq; eos qui paſcuntur eſſe uelim: ut ne maius etiam exigã: ſiquidem in multo etiã maiorib. rebus periculũ ipſum uerſatur. Etenim q oues perdiderit, uel lupis rapientibus, uel latronibus adorientibus, uel lue aliqua, aut alio id genus caſu ſæuiente: fortaſſis ueniam nonnullã à dño gregis impetret: ſin & pœnas ille exiget, damnũ non niſi pecunia conſtat. At uero cui homines ipſi, rationalis Chriſti grex, concrediti ſunt: hunc primũ ouibus deperditis nõ pecuniarum, ſed animæ propriæ iacturã facere oportet: tum uero & certamen longè maius ac multo moleſtius ſuſtinere. Neq; enim illi aduerſus lupos pugna eſt, neq; à furibus timet, neq; ſolicitus anxiuſq; eſt de peſte à grege abigenda. Contra quos ergo illi bellũ? quibuscum lucta? Audi obſecro beatũ Paulũ loquentẽ: Non eſt uobis lucta aduerſus ſanguinẽ & carnẽ, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarũ ſeculi huius, aduerſus ſpirituales malitias in cœleſtib. Vidésne terribiles aduerſariorũ copias? uides phalanges aſperas, non ferro quidẽ circũſeptas, ſed quibus pro uniuerſa armatura ingeniũ ipſis ſuũ abundè ſatis eſt? Vis & alium exercitũ ſpectare immanẽ ac crudelem gregi iſti inſidiantem? Hũc ipſum tibi de eadem ſpecula ſpectare licebit. Nam qui de illis, quos ante dixi, aduerſarijs uerba fecit: hic idem & hos nobis hoſtes indicat, ita loquens: Manifeſta ſunt opera carnis, quę ſunt hęc: Adulteriũ, ſcortatio, immunditia, laſciuia, ſimulacrorũ cultus, ueneficiũ, inimicitiæ, lis, æmulatiões, iræ, cõcertationes, obloquutiões, ſuſurri, animi tumores, & alia his longe plura: neq; eñ omnia annumerauit, ſed ex his nobis cętera reliquit intelligẽda. Porrò qd' ad brutorũ paſtorẽ pertinet, qui gregẽ perdere quęrũt, ubi uiderint illius prębfectũ fugę ſe mãdare, miſſa aduerſus illũ pugna, contenti ſunt ipſarũ pecudũ raptu. Hic uero ut uniuerſum gregẽ ceperint, ne ſic quidem à paſtore manus abſtinent: ſed eò magis inſtant, eò magis ferociunt: neq; certè dimicandi finem prius faciunt, q; uel illum ſupplantarint, uel uictas ipſi manus præbuerint. Adde his, quòd pecuarij morbi aperti ſunt ac manifeſti, ſi uel fames ſit, uel peſtis, ſi uulnus, ſi aliud quoduis dolorẽ ægritudinémue pariens: quæ res nõ modico adiumento eſſe ſolet morbis à pecudib. abigendis. Eſt item & aliud hoc ipſo maius, qd' quidẽ præſentaneũ affert ægritudini illi remediũ. Quidnã porrò hoc eſt? Magna cũ autoritate paſtores pecudes ſuas porrectã medicinã capere cogũt: nam & eas uincire procliue, ąties urere, ąties incidere opus: itemq; & diutius aſſeruare facile, quando cõq; id cõducit: & aliud item pro alio pabulũ prębere, & arcere à fluentis: præterea cætera oñia quæcũq; paſtores probauerint pecudũ ſaluti conferre, nullo ipſi negotio, nullo labore adhibere ſolent. Horum uero morbi principio haud facilè ſeſe homini produnt. Nam quæ intra hominẽ latent, præter hominis ſpiritũ, qui in ipſo eſt, nemo certè alius intellígit. Quî igit̃ pharmacum adhíbere quis poſſit morbo ei, cuius genus nequaquam intelligat? quum etiã perſæpe uſuueniat, ut ne intellígere quidẽ poſſit, morbus ſubſit nécne: qui ubi ſeſe prodidit, tibi tũ maius negociũ faceſſit. Neq; eñ homini licet tanta cũ autoritate homines curare, cum quãta oues paſtor curat. Hic enim liberũ eſt & uincire, & à pabulo arcere, & urere, & ſecare: quum

Matt. 24

Ioan. 21

Eph. 6

Gal. 5

quum illic medicinæ ac curationis ſuſcipiẽdæ facultas poſita minime ſit in illo qui medicinã adhibet, ſed in eo tantũ qui laborat. Hoc em̃ admirandus ille uir quum intelligeret, ſic Corinthios allo
2. Cor. 2 quit: Non q̃ dominemur uobis nomine fidei, ſed adiutores ſumus gaudij ueſtri. Chriſtianis em̃ minime omnium licet peccãtiũ lapſus ui corrigere. Exteri quidẽ iudices quũ facinoroſos homines leges tranſgreſſos fuiſſe deprehenderint, magna ſe præditos autoritate ac poteſtate oſtendunt, eoſdemq́ uel inuitos, ſuos ipſorũ mores mutare cogunt. Hic uero non uim afferre, ſed ſuadere tantũ oportet, atq́ hac ratione meliorẽ efficere, quem emendandũ ſuſceperis. Neq́ enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coercẽdos: ac ne ſi dediſſent quidẽ, haberemus ubi uim huiuſmodi potentiãq́ exercere poſſemus: quũ Chriſtus eos æterna corona donet, non qui coacti, ſed qui certo animi ꝓpoſito à peccato abſtinẽt. Quã obrem multa quidẽ arte opus eſt, ut qui laborant Chriſtiani, ultrò ſibi ipſi perſuadeãt ſacerdotũ curationibus ſeſe ſubmittere oportere: neq́ id ſolũ, ſed ut etiã curationis ac medicinæ nomine gratiã illis habeãt. Nam ſiue qui uinctus illigatusq́ eſt, contumaciter reſtiterit (id aũt per ſe ipſe poteſt) malũ certè exaſperat, grauiusq́ reddit: ſiue admonentis uerba ferri modo ſecãtia neglectim tranſmiſerit, nimirũ aliud ſibi uulnus cõtemptu infert: uſq́ adeò ut curationis illius prętextus grauioris morbi color fiat: neq́ em̃ eſt qui hic uim afferat, nec qui curare inuitũ poſſit. Quid igit̃ faciasꝰ Etem̃ ſi blãdius eũ tractes, cuius affectũ corpus ſection̄e, eaq́ magna indiget: ac niſi altã inflixeris plagã ei, qui ea opus habet: nimirũ fiet ut uulnus ipſum partim ſit reſectũ, partim relictũ. Rurſum ſi nulla ex parte parcere uolẽs debitã adhibueris ſectionẽ: fiet ſępe ut animũ ille doloris impatiẽtia deſpondẽs, atq́ adeo omnia ſimul detrectans, cũ pharmacũ, tum uinculũ, ſe ipſe præcipitem ferat, contrito iugo, ac cõfracto laqueo. Equidem cõplures recenſere poſſim, quos conſtat in extrema mala adactos, nõ ob aliud niſi quòd digna ab eis pœna, & quę peccatis perpetratis par eſſet, exigeretur. Neq́ em̃ temere ad delictorũ modum oportet & mulctã ipſam adhibere: ſed tanq́ coniecturis quibuſdam explorandus eſt delinquentiũ animus: ne quà fiat ut dum cõſuere uis quod interruptum eſt, ſciſſurã deteriorẽ facias: ac dum eũ qui lapſus eſt erigere atq́ emendare ſtudes, caſus ipſe maior per te reddat̃. Nam qui infirmi ſunt ac remiſſi, & magna ex parte mundi huius delicijs illecebriſq́ illaqueati, quiq́ ijdẽ à generis claritate, à potentia atq́ opibus habere ſe putant unde animos magnopere tollant: ij ſi ſenſim ac paulatim peccatorũ correctionẽ adhibeas, poſſint utiq́, ſi non penitus, attamẽ parte aliqua eximere ſe ac liberare malis peccatisq́, quibus occupant̃: quos ſi iuſta ſtatim animaduerſione emẽdes, fiet ut minori etiã illa correctione quã ſuſtinere poterant, priues. Humanus em̃ animus poſteaquã uerecundiæ fines ſemel tranſire coactus eſt, in indolentiã
A dilabit̃: tum aũt neq́ blãdis uerbis paret, neq́ minis flectit̃: neq́ beneficijs mouet̃, malitiam etiã ſuperans ciuitatis illius in quã propheta conuicijs huiuſmodi inſurgebat: Factus eſt tibi meretricius Hier. 3
aſpectus, depuduit te aduerſus omnes. Quocirca multa q̃dẽ opus eſt paſtori prudẽtia, ſexcẽtis etiã, ut ſic dicam, oculis: ut rectè undiq́ humani animi habitũ circũſpicere poſſit. Nãſicut aliquoties uſu uenit, ut animũ plericq́ deſpondeãt, atq́ in ſuæ ſalutis proruant deſperationẽ, non ob aliud niſi q̃ ab amaris acerbisq́ medicamentis abhorreãt: ita nõnullos reperias, qui hoc ipſo quòd pœnas peccatis ſuis pares nõ luerint, in negligentiã ac contemptũ dilabanꝰ, ac longe deteriores facti, maiorem peccandi licentiã ſibi uendicẽt. Itaq́ nihil horum
B relinquẽdũ eſt, quod probe nõ excutiat atq́ examinet epiſcopus: quin omnia accurate ac ſtudioſe perſcrutatũ tũ demũ illũ oportet ſua ipſius remedia cõgruè, aptè, accommodatè afferre: idq́ ne operã forte ludat. Cæterũ nõ ijs ſolũ quæ dixi, uerumetiã in abſciſſis eccleſiæ membris cõmittẽdis cõiungẽdisq́, multis illum negocijs diſtringi uideas. Etem̃ ouiũ paſtor gregẽ habet è ueſtigio ſubſequentẽ, quacunq́ præierit: quòd ſi quę de recta uia oues deflectant, ac feraci pabulo poſthabito, ſterilia atq́ abrupta loca depaſcant: ſatis habet paſtor altius aliquantũ inclamare, ut palantes ac diſperſas reducat, atq́ in gregẽ cogat. Sin uero à recto Chriſtianæ fidei tramite aberrauerit q̃s: hic paſtori magnũ certe opus incũbit, magnũ negotium, magna tolerantia. Neq́ enim uis illi inferẽda, neq́ terrore ille cogẽdus: uerũ ſuadendus tan
C tum, ut de integro ad ueritatẽ redeat, unde initio dilapſus eſt. Itaq́ magnũ ac generoſum animũ ad eam rem epiſcopum afferre oportet: ut ne animo deficiat ac delaſſetur, ut ne errantium ſalutem deſpondeat ac deſperet: deniq́ ut nunquã non illud ſecũ cogitet ac dicat: Si quando det illis deus ueritatis agnitionẽ, ac reſipiſcãt è diaboli laqueo. Propterea dñs quum diſcipulos alloqueret̃, ait: Quis Matt. 24
nam fidelis ſeruus ac prudens? Etenim qui ſuum unius animũ excolit, ſibi duntaxat utilis eſt: at paſtoralis functiõis lucrũ ad uniuerſum populũ manat: & qui pecuniã indigẽtib. erogat, aut qui alio qui iniuria preſſos ſubleuat, is & proximos quidẽ
D iuuat, ſed tamen id tanto minus præſtat q̃ epiſcopus, quanto diſſident inter ſe interuallo corpus atq́ anima. Nõ ab re igitur dominus paſtoris ſtudium aduerſus gregem impenſum, amoris ac charitatis erga ſe ſymbolum eſſe dixit. Tu uero, in- BASIL.
quit, Chriſtũ non amas? Etamo, inquã, & amare certe nunquã deſiſtam: cæterum uereor ne quẽ CHRYS. CHR
amo, eum iritem. Hoc uero, inquit, ænigmate BASIL.
quodnam aliud obſcurius eſſe queat: ſi Chriſtus illum à quo ametur, oues ſuas paſcere iuſſit: tu autem hoc nomine nolle paſcere affirmes, q̃ eundẽ
illum qui hoc iuſſerit, ames? Nõ eſt, inquã ego, CHRYS.
ſermo hic ænigma: quinimo ualde apertus & ſimplex. Nam ſi par atq́ idoneus adminiſtrando muneri iſti, iuxta id quod Chriſto placitũ eſt, nihilo ſecius tamen munus ipſum detrectaſſem, hæſitare qui-

re quidem ad uerba mea conueniret: postea uero quàm me ad functionis istius præstationẽ, animi huius imbecillitas minus idoneum reddidit: quis hic quæstioni, dubitationíue locus? Etenim uere or ne si prouinciam sumpsero regendi Christi armentum iam ualens ac uegetũ, deinde illud idem socordia negligentiaq; mea deprauauero: eũ contra me iritẽ, qui sic armentũ id dilexit, ut seipsum BASIL. ob illius salutem ac pretiũ dediderit. Ioco hæc, inquit ille, loqueris. nam si extra iocũ, equidẽ nõ uideo quibusnam alijs melius argumentis à te demõstrari potuerit, iusto nos dolore uexari, q̃ istis tuis uerbis: quibus tamen ab animo meo mœstitiam hanc depellere studiose adlaborasti. Antea enim quũ nouissem me à te deceptũ ac ꝓditum, nunc aũt id longe etiam apertius, dum tu obiecta tibi crimina diluere aggressus es: equidẽ bellissimè hinc capio atq; intelligo, quò me tandẽ malorum adegeris. Nam si te hoc demũ nomine à functione huiusmodi summouisti, quòd intelligeres animi istius facultates, nequaquã pares rei ipsius moli sustinẽdæ, me sanè prius exemptũ esse oportuit, etiãsi id muneris summo studio ambiuissem: ne dicam hic rei totius consiliũ curamq; tibi à me fuisse cõmissam. Nũc uero tu tuis unius partibus prospiciens, nostras planè neglexisti. Atq; utinã neglexisses tantũ: mecum eñ uel hac ratione præclarè actum existimassem. At uero & tu quoq; autor cõsultorq; eius artis fuisti, qua facile in hostiũ nos captantiũ manus incideremus. Neq; eñ possis ad id effugij te conferre, ꝙ tibi uidelicet uulgi C opinio fucũ fecerit, atq; hinc adductus sis, ut magna quædã atq; admiranda de nobis conciperes: utpote qui is certe non essem, qui inter admirandos, insignes atq; excellentes uiros numerari deberem. Neq; tamen ut se ita res haberet, uulgi opinionem ueritati præpositã esse oportuit. Nam si tibi nunq; antea per nos licuisset ut cõsuetudinis nostræ periculum faceres: haberes certè, unde honestũ sumeres prætextũ, in hoc ꝙ in suffragio isto ferendo uulgarẽ famã fueris sequutus: sin nemo omniũ est, qui res nostras oẽs notiores habeat, q̃ ipse habeas, eousq; ut animus hic uni tibi magis spectatus perspectusq; sit, q̃ ijs qui me uel genere uel educauere: quæ tandem oratio sic probabilis usurpari à te possit, ut persuadere auditoribus D queas, me abs te ultrò in periculum hoc nequaquam fuisse coniectum? Verum prætermittantur & hæc in præsentia: neq; enim cogimus, ut tu horum nomine causam dicas: tantum effare quanam defensiõe apud eos utamur, qui nos insimulant. CHRYS. Ego uero, inquam, non antea ad illa me conuertam, quàm ea diluero quæ ad te spectant, etiamsi nos sexcenties uelis criminibus huiusmodi uacare. Ignorantiam enim dixisti ueniã nobis impetrare posse, nosq; nulli prorsus criminationi obnoxios fore, si in rerum tuarum omnium ignoratione uersantes, te in præsentem rerum statum deduxerimus. Cæterum quoniam te non ignoratione prodidimus, sed quum maxime res omnes tuæ cognitæ nobis essent, ꝓpterea uis excusatio-

A nem omnem, quæ ratione niti ipsa posset, defensionemq; quamlibet iustam sublatã præreptamq; nobis esse. At nobis sanè cõtraria sentẽtia. Huius modi enim res magno admodum, iudicio quidẽ meo, examine indiget: eumq; oportet, qui exhibiturus sit, quem ad sacerdotij functionẽ idoneum censet, non uulgarem tantum famam atq; opinionem sequi, eaq; esse contentum: sed eundem item necesse est una cum ea, illius uires facultatesq; in primis excutere, atq; ante omnia examinare. Nã quũ beatus ille Paulus ea de re differens ait: Oportet aũt illum & bonũ habere ab externis testimonium: nequaq; tollit exactã exploratãq; indagationẽ: neq; sanè fidẽ eã, quæ tibi à uulgi opinione facta sit, ut præcipuũ signũ, aut rei totius cardinẽ B esse uult: quippe multa prius quum discussisset, id postea adiũxit: ostendere uolens nõ satis hoc esse oportere ad huiusmodi electiões creationesq; faciendas, sed unà cũ alijs, & hoc item præsidij à nobis assumendũ esse. Nam sæpe usuenit, ut uulgi opinio falsa sit: à qua tamen nihil periculi exoriri possit, si res ipsa tota per se prius exactè ac diligenter discussa atq; examinata fuerit. Quocirca post alia, illud ipse de testimonio ab externis posuit. Neq; enim simpliciter hoc dicit: Oportet aũt illum bonũ habere testimoniũ, sed illud etiã ab externis, attexuit: planũ facere uolens futurũ episcopum intrinsecus magna cum diligentia excutiendum atq; examinandum antequã ad eam opinionem descendas, quã de eo uulgus cõceperit. Itaq; quod uita tua ac mores magis mihi, id quod tutè profiteris, noti spectatiq; sint q̃ parentibus ipsis tuis, ob id dignus sim, qui ab omni criminatione liberer. BASIL. Vel hoc nomine, inquit ille: hoc certe nomine elabi atq; euadere nequaquã possis, si te quis accusare, atq; in iudiciũ trahere uelit. An nõ ipse meministi à nobis audire, id qd' & sæpenumero reipsa cõprobasti, animus hic q̃ parũ fortis generosusq; esset? an nõ perpetuis istis cauillis pusillanimitatẽ nobis obiecisti: ꝙ uidelicet natura nostra curis etiã leuibus facilè succũbamus? CHRYS. Memini, inquã, huiusmodi quidem ex te uerba sæpenumero audire: neq; ibo inficias. Ego uero siquãdo cauillabar, ioco, nõ seriò id factitabã. Mihi tamẽ hic ea de re tecũ contendere non est animus. Postulo autem à te, eandem mihi ut tu æquanimitatem præstes, bonorum uirtutumq; quibus animus iste præditus, mentionem facere aggredienti. Nam si tum conaberis mendacij nos conuincere, equidem nihil dissimulans liquidò commonstrabo, modestiæ potius istius q̃ ueritatis causa sic te de te uerba facere. Id qd' nõ alijs argumentis comprobaturus sum, q̃ nudis tum uerbis, tum factis tuis: quibus ego perinde atq; certissimis testibus utar, ad plenã dictorum meorũ fidem faciendam. Atq; id ex te primũ quærere uolo: Nostin' charitatis uis quanta sit? Certe Christus reliquis ꝓdigijs ac miraculis posthabitis, quæ ab apostolis ędẽda essent: In hoc, inq̃t, cognoscẽt homines, Ioan. 13
ꝙ discipuli mei sitis, si charitatẽ inter uos mutuã Rom. 13
habueritis. Quinetiã Paulus charitatem legis esse con-

1. Tim. 3

Hier. 3

Matt. 24

BASIL.

CHRYS.

BASIL.

CHRYS.

cõsummationẽ affirmat: sine qua ipsa dona nulli esse usui uult. Proinde eximiũ istud bonũ idemq; Christi apostolorum signum unicũ, ac quod quidem cæteris donis superius excellẽtiusq; est, scio in animo tuo generose admodũ ac præclare insitum esse copiosoq; in ibi fructu exuberare. Tum BASIL. Basilius: Mihi, inquit, magnæ eã rem curæ ac studio esse, ne ipse quidẽ inficior: me tamen eandem ne dimidia q̃dẽ parte illius numeros impleuisse, uel tu ad eã rem testis mihi optimus fueris, si quidem quod uerũ est spectare magis q̃ quæ ad gratiam faciunt loqui, in animum induxeris tuum.

CHRYS. Ergo ad argumenta ipsa, inquã, me cõuertam, atq; hic certe quod ꝓmisi, exequar, facta per me fide, te animi istius modestiã magis q̃ rei ueritatẽ sequi. Proferam aũt historiam admodum recentem, ut ne quis suspicari possit, uetera recensentẽ, temporis diuturnitate uerum ipsum tanquam ad umbrare me uelle: quũ alioqui etiam ueritas minime permittat quicquã nos affingere, uel ijs ipsis quæ ad gratiam prolata à nobis fuerint. Nã quo tempore unus quidam ex amicis necessarijsq; nostris per calumniã accusatus contumeliæ, ac contumacię, de salute periclitaretur: hic te ipse, quum neq; is qui periclitaretur auxilium tuum implorare, in media ipsa pericula ultrò coniecisti. Ac factum quidem tale tuum extitit. Vt autẽ te uerbis etiam tuis conuincamus: quum animi tui propensionem huiusmodi alij non probassent, alij cõtrà laudassent admiratiq; fuissent: hic tu ad eos, qui te accusarent, dixisti: Quidnam ipse facerem? aliter enim amare non didici, nisi ut & meam animam in discrimen adducam, dum periclitantem amicum aliquem seruare opus est: diuersis quidẽ uerbis, sed sensu eodem, ea enuntians, quibus Christus discipulos suos alloquebat, positis ab eo per Ioan.15 fectæ charitatis terminis. Maiorem enim, inquit, hac charitatem nemo habet, q̃ ut animã suam ponat pro amicis suis. Igitur si maiorẽ hac inuenire non est, ad ipsius finem peruenisti: atq; adeo tum uerbis, tum etiã factis istis ad ipsius uerticem conscendisti. Propter quod unũ te ipsi, dolo illo à nobis consuto, prodidimus. Etiámne igitur tibi persuasum est, te à nobis in istud stadiũ protractum, neq; ulla maleuolentia erga te nostra, neque quò te in periculum aliquod conijceremus? quin potius id à nobis factum, quòd certum nobis esset, BASIL. quàm utilis accõmodusq; futurus esses? Itáne, inquit, charitatis uim sufficere putas ad proximorum CHRYS. correctionẽ atq; emendationem? Maxime quidem, inquã, ac magna adeo ex parte ad id conferre charitas possit. Cæterum si me uis & prudentię item istius specimina proferre, ad id quoq; me accingam: ostendamq; maiori te prudentia q̃ charitate ac beneuolentia præditum. Adhæc ille BASIL. uerecundia tactus, ruboreq; suffusus: Quæ ad me, inquit, spectant, nunc omittantur: neq; enim iam inde ab initio horũ rationem à te exegimus. Tu uero si quid habes quod iustè alijs opponere possis, lubẽs eos sermones auscultabo. Itaq; prætermissa hac umbratili pugna, edoce quidnam ę

A teris respondere possimus: hoc est, tũ ijs, qui nos tali honore dignati sunt: tum ijs qui uicem illorũ tanquã iniuria à nobis affectorũ dolent. Equi- CHRYS. dem ad id, inquam, iam festino: nam quando quidem tibi iam expediui facti erga te mei rationẽ, facile ad apologiæ istius partem me conuertam. Quam igitur super hisce accusationem, quas illi criminationes afferunt? Grauem se uidelicet iniuriam à nobis accepisse queruntur, quòd quem nobis illi honorem deferebãt, eum deprecati simus: Ego uero illud primum dico: Nullam nos rationem habere oportere iniuriæ per nos hominibus illatę, quoties per delatũ eis honorem, dei optimi offensionem subire cogimur: quum ijs etiam qui se iniuriam huiusmodi accepisse ægrè ferũt boni B eam non cõsulentes, hoc certe ipsum, quòd boni scilicet non consulant, ne à periculo quidem alienum sit, uerum in primis dispendiosum ac detrimentosum. Decere enim existimo illorũ animos qui deo opt. dicati sunt, quiq; in illum unum intuentur, tanta religione affici, ut ne id quidem iniuriæ loco habeant, etiamsi abs te ijdem cõtumelijs mille affecti sint. Sed quòd huiusmodi audacia, ne in huius quidem animi cogitationem descenderit, constare illinc potest. Nam si contumacia, fastu, atq; ambitione (ut tute sæpenumero affirmasti multos calũniari) ad id deductus sum: certe nihil prohibeat quin hominis maxime iniurij notam subeã, ijs sic per me contemptis, qui præterquàm quòd magna atq; admirabili uirtute clarent, de me quoq; sunt bene meriti. Etenim si in C eos animaduertere debemus, qui iniuriã ijs intulerunt, à quibus nulla ipsi iniuria lacessiti sunt: quanto, quæso, honore digni esse queant, qui nobis ex se ultrò honorem aliquem deferre proposuerint? Neq; enim hoc dicere quis possit, illos beneficio à me uel tenui, uel magno affectos, meritorũ acceptorum uicem rependere uoluisse. Quodnã igitur supplicijũ non mereat, si quis contrarijs factis repensет? Sin aũt id ne cogitauimus quidẽ, sed longe alio consilio grauẽ istã sarcinã detrectauimus: quorsum prętermissa facti nostri cõdonatione ac uenia, si probare id ipsi factũ nolint, criminantur insimulãtes, q̃ nostræ animæ pepercerimus? Tantum enim abest, ut ij ullã à me iniuriã acceperint, D ut eos etiã honore affectos dicere possim recusatiõe hac nostra. Neq; uero mirũ id tibi esse debet quod dixi, perinde quasi dictũ id sit præter cõmunem hominũ sensum: nam de eo quoq; tibi mox satisfecerimus. Tum enim si minus oẽs, certe qui maledicẽtia delectant, potuissent pleraq; tum suspicari, tũ eloqui, partim de me electo, partim de illis eligentibus. Verbi gratia, q̃ diuitias illi solas spectẽt, quòd generis splendorẽ admirent, quòd à nobis adulatione uicti eum nobis honorẽ mandassent. Nã quòd & pecunia adducti corruptiq;, dicere nõ habeo, si quis & ipsum hoc suspicetur. Præterea, Christus quidem piscatores, tabernaculorũq; texendorũ artifices, itemq; publicanos ad huiusmodi principatũ aduocauit: hi aũt eos respuunt despiciuntq;, qui sibi quotidiano opere uictum

ctum parant: sin uero quis peregrinas literas, stu- A
diacp nihil ad scripta euangelica pertinentia attigerit, atcp in otio uitam transigat, hunc ipsum admittunt, probant, admirantur. Nam quo nomine eos qui sudores propemodũ infinitos pertulere, dum ecclesiæ utiles esse student, contempserunt: at eum, qui nihil unquam sudorũ illorũ gustauerit, totam uero ætatẽ in futili atcp inutili externorum studiorum labore insumpserit, derepente in tam sublimẽ honorẽ traxere? Hæc quæ dixi, atcp adeò plura dicere illis licuisset, si huiusmodi honos à nobis fuisset susceptus: id quod illis nunc in contrariũ euenit, ut quibus maledicẽtiæ occasio omnis præcisa sit: necp iam mihi adulationem, necp illis sordes ac corruptelã obijcere possunt: nisi si
qui forte erũt, qui merè insanire uolent. Nam qui B
adulatione largitioneue honorem aliquem cãdidatus ambierit: hic qua ratiõe eum tum quum suscipere oporteat, alijs suscipiendũ ipse relinquat? Id enim perinde fuerit, ac si quis laboribus multis in excolenda terra impẽsis ut segetem copiosam nouales reportent, ac uino lacus exundent, post sudores infinitos: post multũ pecuniæ sumptum, cum messis ac uindemiæ tẽpus appetit, tum alijs fructuum illorum prouẽtum fruendũ relinquat. Intelligisne tum calumniari illos uolentibus occasionem haudquaquam fuisse defuturam, etiãsi longe à ueritate alienam: quòd uidelicet facta ab illis de nobis electio, à recto animi iudicio nata nequacp fuisset? qui tamen nunc ne hiscere quidem, aut labia tantũ diducere per me possunt. Ac tales quidem initio illorum extitissent sermones, C
seu etiam his, quos dixi, plures additi. Cæterum posteacp muneris functionem attigissemus, nullę certè illorum defensiones criminationibus quotidie exorientibus pares esse potuissent: etiamsi à nobis omnia inculpatè administrata fuissent: ne dicam necessario futurum fuisse, ut partim ministerij imperitia, partim ætatis huius uitio in multis aberraremus. Nunc uero eisdem criminatiõis huius occasionẽ sustulimus: tum autem futurum erat, ut probris ipsos innumeris obnoxios redderemus. Quotusquisqp enim id non fuisset conquestus? Pueris insipiẽtibus res tam miras tamcp magnas crediderũt. Deprauauerũt dei opt. gregem. Ludicræ ac iam deridiculæ factæ sunt res Chri- D
stianæ. At uero nunc quotquot ubicp existunt improbi, sibi ipsi os obturabunt: qui si propter te ista protulerint, è uestigio eos re ipsa edocebis, non oportere prudentiã ætate metiri, necp senẽ canicie probare, necp iuuenem arcendum ab huiusmodi ministerio, sed neophytũ nouitiumcp. Maximum autem inter utrunqp discrimen.

LIBER TERTIVS.

TQVE quod ad eam iniuriam pertinet, qua eos à me affectos fuisse dicis,
A qui me cohonestarunt, tũ quòd nullo eos dehonestandi consilio ab isto me honore subtraxerim, afferri quidem à nobis ea possent, quæ diximus. Cæterum quod nullo etiam fastidio, nulla cõtumacia inflati id fecerimus: idipsum quocp nunc pro uiribus tibi planum facere adnitar. Etenim si nobis uel imperij militaris, uel regni etiam proposita fuisset optio, potuisset quis id merito de me suspicari, si modo eandem hanc sentẽtiam sequutus fuissem, quam hic secutus sum: seu uerius dicam, tum sane nos nullus fastidij ac cõtumaciæ insimulasset, amentiæ uero ac stultitiæ nemo non damnasset. Sacerdotij uero optiõe proposita (quod quidem regno tanto est excellentius, quantum spiritus & carnis interuallum esse potest) sustinebit ne quisquam contemptus, ac fastidij nos accersere? Qui porrò id non absurdum? eos qui prouincias pusillas respuunt, ut deliros incusare? eos uero qui hoc idem in maxime excellentibus factitant, libe
rare quidem amentiæ crimine, insolentiæ autem ac superbiæ reos agere? perinde quasi si quis eũ, qui boum armentũ despiceret, armentarius esse recusans, animi quidem insolentia nequacp præditum esse, mentis aũt alienatione prorsus labora re criminaretur? Ei uero, qui orbis uniuersi regnũ deprecaretur, necp pateretur exercituũ ubicp terrarum instructorum imperium ad se deferri, pro amentiæ crimine, fastus tantũ atcp insolentiæ crimen impingeret? Sed non est ita, non est ita: necp certe nos magis cp seipsos incusant, qui ista afferunt. Nam uel cogitasse tantũ, fieri posse, ut tanta illa sacerdotij dignitas ingenio sit humano despicabilis: id uero contra eos ipsos, qui sermones huiusmodi usurpant, indicium argumentumcp esse possit opinionis eius, quã ijdem de re, qua de agitur, concipiunt: nam nisi sacerdotium inter res uiles modicicp pretij ponerent, ne ista quidem suspicio sese in animos ipsorum insinuasset. Cur emẽ de angelica dignitate nullus uncp inuentus est, qui tale aliquid sustineret suspicari, ac pronũtiare, humanum ingenium præ fastu, ac cõtumacia ad naturæ angelicę honorem, dignitatemcp non aspirare? Nempe magna quidem ea sunt, quę animo cõcipimus de potestatib. illis: atcp idipsum uetat, ut credamus licere homini maiorem illa dignitatẽ animo concipere: quo fit ut cõsentaneum magis sit, si quis in illos, fastus ac contumaciæ crimen id torqueat, quod in nos impingunt ipsi: necp enim id de alijs suspicati fuissent, nisi rem ipsam prius damnassent, ac nihili æstimassent. Porrò autem si id me dicent gloriæ atcp ambitionis nomine cõmississe, ijdem sibijpsis non constare, imò pugnantia secum loqui aperte coarguẽtur. Necp enim uideo quamnam aliam orationem quæsiuissent, si nos inanis gloriæ criminibus liberare uoluissent. Nam si in animum forte meũ laudis amor huiusmodi inuasisset, amplecti potius munus illud oportuit, quàm auersari: quid ita? Nempe quòd ea res magnæ nobis gloriæ, magno honori futura fuisset. Hominẽ enim hoc ætatis, quicp idẽ haud ita pridem uitæ huius curis se abdicasset, derepẽte in tantã hominũ admirationẽ ueniisse, ut ijs etiã, qui in laboribus huiusmodi omnẽ etatem cõsumpsissent, anteponeret, & plura illis suffragia reportaret: id uero neminẽ non attraxisset in ma-

gnam aliquã atq; admirãdam noſtri opinionem: A tum aũt nobis paſſim uenerationẽ illuſtremq; nominis huius gloriã cõciliaſſet: ubi me nũc dẽptis paucis, eccleſiæ bona pars ne de nomine quidem norũt. Quamobrẽ ne omnib. quidem innoteſcet deprecatũ me fuiſſe quod offerebaꝫ: ſed paucis quibuſdã, quos paucos ne oẽs quidẽ ipſos rem, ut ſe habet, reſciſcere opinor. Cõſentaneũ eẽ eſt ex ijs etiã cõplures, aut exiſtimare nullã prorſus de nobis electionẽ factã, aut ab electione nos reiectos fuiſſe, tanq; non ſatis idoneos uiſos: non e-
BASIL. tiam nos ultro id functionis deuitaſſe. At uero, inquit, quib. rei cõperta eſt ueritas, demirabũtur.
CHRYS. Atq, inquã ego, hoſipſos dixiſti ambitiõis nobis atq; inſolẽtiæ crimẽ impingere: undénã ergo laudem ſperare licet? A multis? ſed neſciunt illi rem, B ut ſe habet. At à paucioribus? Verũ & hic nobis res in contrariũ recidit. Neq; eẽ alio nomine huc introiſti, q; ut edocereris, qua aduerſum illos defenſione uti poſſes. Sed quorſum horũ gratia hîc tantopere diſceptamus? Quod eẽ, ſi uel oẽibus res ea innotuiſſet, ne ſic quidẽ aut inſolentes, aut ambitioſi iudicandi eſſemus: paulíſper ſuſtineto, idq; aperte intelliges: Itemq; illud, q nõ ijs ſolum qui hoc audentiæ ſibi ſumũt, ſi modo quiſq; exiſtit mortaliũ talis: nã exiſtere haudquaq; credo: ſed ijs etiã qui id de alijs ſuſpicanꝫ, periculũ immi net nõ mediocre. Etenim ſacerdotiũ ipſum in terra quidẽ peragitur, ſed in rerũ cœleſtiũ claſſem ordinẽq; referẽdũ eſt: Atq; id per q; merito: quippe non mortalis quiſq;, non angelus, non archange C lus, nõ alia quæuis creata potẽtia, ſed ipſe paracletus ordinẽ huiuſmodi diſpoſuit: qui mortalib. hominibus etiamnũ in carne manẽtibus autor fuit, ut angelorũ miniſteriũ animo cõciperẽt. Idcirco neceſſe eſt ſacerdotẽ ſic eſſe purũ, ut ſi in ipſis cœlis collocatus inter cœleſtes illas uirtutes medius ſtaret. Terribília nanq; atq; horrifica fuiſſe ferũt, quæ gratiæ tẽpus præceſſerunt: quod genus fuere, tintinnabula, mala Punica, lapides pectori ſacerdotis, itemq; alij humeris eiuſdẽ ſuperpoſiti, mitra, ſtrophium, ueſtis ad pedes uſq; demiſſa, lamina aurea, ſancta ſanctorũ, ingens intus quies atq; ſilentiũ. At uero ſi quis ea, quæ gratiæ tẽpus nobis aduexit, examinet, terribília atq; horrifica, D quæ dixi, iudicabit eſſe admodũ leuia: ac quod de
2. Cor. 3 lege à Paulo dictũ eſt, hic demũ uerũ eſſe compe riet: quando quidẽ ne glorificatũ quidẽ fuit, quod glorificatũ eſt in hac parte, propter eminentẽ gloriam. Nam dum conſpicis dominũ immolatũ, ſacerdotẽ ſacrificio incumbentẽ, ac preces fundentem, tum uero turbam circumfuſam pretioſo illo ſanguine intingi ac rubefieri, etiã ne te inter mortales uerſari, atq; in terra conſiſtere cenſes? an nõ potius eueſtigio in cœlos transferris, an non carnis cogitationẽ omnem abijciens, nudo animo, mente pura circũſpicis quæ in cœlo ſunt? ô miraculũ, ô dei benignitatẽ: qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo tẽporis articulo omniũ manibus pertractaꝫ, ac ſe ipſe tradit uolentibus ipſum exci pere ac complecti. Fit aũt id nullis præſtigijs, ſed apertis, ac circunſpicientibus circũſiſtentium omnium oculis. Num tibi iſta contemptu ac deſpectu digna eſſe uideꝫ? aut eiuſmodi, ut poſſit quis cõtra ea attolli atq; inſurgere? Víſne & ſanctimoniæ iſtius excellentiam alio miraculo perſpicere? Ponito ob oculos Heliam illum, præterea & infinitam illam turbã circunfuſam, & ſacrificium lapidibus ſuperpoſitũ, tum uero reliquos oẽs admodum quietos ac taciturnos, ſolum aũt prophetam preces fundentẽ, ſecundum id flammam derepente è cœlo delabentem, ſacrificiumq; ipſum lambentẽ: mira ſunt iſta profecto, ac ſtupore omni plena. Ab illis ergo ſacris ad noſtratia ſacra te transfer: nec ea mira modo eſſe uidebis, ſed etiam omnem ſtuporẽ excedẽtia. Adeſt enim ſacerdos, non ignem geſtans, ſed ſpiritum ſanctum: is preces diuturnas fundit, nõ quòd flamma cœlitus dilapſa, ſacra appoſita abſumat: ſed ut gratia in ſacrificiũ influens, per illud ipſum oẽium animos inflammet, & puriores reddat argento igni excocto purgatoq;. Hoc ergo myſteriũ omniũ maxime horrendum uerẽdumq;, quis tandem qui inſanus idem minime ſit, quiq; è poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit? Ignoras futurũ nunquã fuiſſe ut humanus animi captus ſacrificij ignem illum ſuſtineret: ſed funditus omnes tum fuiſſe interituros, niſi magnũ diuinæ gratiæ auxilium affuiſſet? Nam ſi quis conſideret quantũ id ſit myſteriũ, ut is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans, ijſq; inuolutus, beatæ atq; immortali naturæ illi fieri ꝓpior q̃at: tum probe intelliget quanto ſacerdotes honore, quãta dignitate ſpiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operantibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiantur perficiunturq;: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutiſq; noſtræ rationẽ ſpectant. Etenim qui terram incolũt atq; in ea uerſantur, ijs cõmiſſum eſt ut ea quę in cœlis ſunt, diſpenſent: ijs datũ eſt ut poteſtatẽ habeant, quam deus opt. neq; angelis, neq; archangelis datam eſſe uoluit: neq; enim ad illos dictum Matt. 16 & 18
eſt: Quæcunq; alligaueris in terra, erunt alligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueris in terra, erunt ſoluta & in cœlo. Habent quidẽ & terreſtres princi
pes uínculi poteſtatẽ, uerum corporum ſolum. Id autẽ quod dico ſacerdotũ uinculum ipſam etiam animã contingit, atq; ad cœlos uſq; peruadit: uſq; adeo ut quæcunq; inferne ſacerdotes cõfecerint, illa eadem deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiã dominus cõfirmet. Etenim quidnã hoc aliud eſſe dicas, niſi omnẽ rerum cœleſtiũ poteſtatem illis à deo cõceſſam? Quorumcunq; eẽ, ait, Ioan. 20
peccata retinueritis, retenta ſunt. Quænã, obſecro, poteſtas hac una maior eſſe queat? Pater oẽi fariã filio poteſtatẽ dedit: cęterũ uideo ipſam eandẽ omnifariã poteſtatẽ à deo filio illis traditã. Nã quaſi iam in cœlum translati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atq; noſtris ab affectibus exẽpti, ſic illi ad principatum iſtum perducti ſunt. Quid multa? Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorẽ hũc detulerit, ut poteſtatẽ habeat quoſcũq; uelit in car-

in carcerem conijciendi, eosdemq; rursus laxandi, beatus ille & admirãdus iudicio omnium fuerit: at uero qui à deo tanto maiorem accepit potestatem, quanto cœlum terra pretiosius est, quãto etiam animæ corporibus præstant, hic uilem eo usq; dignitatẽ accepisse nõnullis uideri debet, ut uel in illorum cogitationẽ descẽdere queat, reperiri quandoq; posse unũ aliquẽ ex eorũ numero, quibus tãta illa quæ paulo ante dixi, fuerint à deo concredita, cui ipsi munus suum sordescat, quiq; donum sibi à deo datũ despiciat? Procul, procul hinc facessat huiusmodi insania. Insania em̃ manifestaria, despicere tantum istum principatũ, sine quo neq; salutis, neq; promissorum bonorũ compotes fieri possumus. Nam si nõ potest quis intre B
Ioan.3 gnum cœlorum ingredi, nisi per aquam & spiritum regeneratus fuerit: &, Qui nõ manducat car
Ioan.6 nem domini, & sanguinem eius non bibit, ętterna uita priuatur: omnia autem hæc haud aliter q̃p per sacrosanctas illas manus perficiuntur, manus, in quam, sacerdotum: quî fiet ut citra illarum opem aut gehennæ ignem euitare quis possit, aut repositæ in cœlo coronæ præmia assequi? Hi em̃ sunt, hi sunt inquã, quibus tũ concreditæ sunt spirituales parturigines, tum etiam baptismatis partus à deo est cõmissus: per hos ipsos Christum induimus, unà cũ dei filio sepelimur: beatæ carnis illius mẽbra efficimur: quo nomine sacerdotes meritò nõ modo plus uereri debemus, quàm uel principes uel reges, uerum etiam maiori honore quàm parentes proprios honestare. Hi enim ex sanguini- C
bus & uoluntate carnis nos genuerunt: illi uero autores nobis sunt natiuitatis eius quam à deo habemus, beatæ regenerationis illius, libertatis ueræ, atq; adeò adoptiõis eius, qua nos per gratiam filij dei sumus effecti. Corporis lepram purgare, seu ut uerius dicam, haud purgare quidẽ, sed purgatos probare, Iudæorum sacerdotibus solis licebat: neque nescis quanta cum ambitione, quãto cum studio ac cõcertatione sacerdotalis dignitas id tẽporis acquireretur. At uero nostris sacerdotibus non corporis lepram, uerum animæ sordes, non dico, purgatas probare, sed purgare prorsus cõcessum est: quare iudicio quidẽ meo qui istos despiciunt contẽnuntq;, multo sceleratiores ac maiori supplicio digni fuerint, q̃p fuerit Dathan, D
unà cum suis omnibus. Illi enim tametsi principatum ad se non spectantẽ sibi uendicabant, tamen miram quandam de eo principatu opinionẽ animo conceperãt: id quod declarauit ingens rei cõcupitæ studium. Hi aũt tum quũ iam sacerdotalis honos incrementũ, ornatum, præstãtiam magnã accepit, contra q̃p illi, sed tamen multo maiora audent. Neq; enim perinde est ad despicientiæ rationem subducendam, honorẽ aliquem indebitũ appetere, & tot tantaq; bona fastidire: uerum facinus hoc tanto est illo grauius, quãto inter se dissident interuallo fastidium, & admiratio. quis ergo tam infelici genio natus, ut tot tantaq; bona fastidiat? Equidem neminẽ existere talem dixerim, nisi si quis furiarũ œstro percitus sit. Sed em̃ eò iam A
se oratio nostra referat, unde digressa est. Neq; enim in puniendo solum, sed & in benemerendo maiorẽ deus potestatẽ sacerdotibus largitus est, quàm naturalibus nostris parentibus: quos inter utroq; tantũ est sanè interiectũ interuallũ, quãtũ uitã inter præsentẽ & æternã. Parentes em̃ nos in præsentẽ, sacerdotes in uitã æternã generãt. Atq; illi certe ne corporalẽ q̃dẽ interitũ à liberis amoliri possunt, neq; ingruentẽ morbum propulsare: quũ hi laborantẽ ac morti iamiã propinquã animam identidẽ seruarint: alijs remissiorẽ pœnam infligentes: alios prorsus labi nõ permittẽtes, nõ doctrinę solũ atq; cõmonitionis, sed etiã precum præsidio: neq; em̃ solũ quum nos regenerant, sed
B
postea etiã cõdonandorũ nobis peccatorũ facultatẽ obtinẽt. Infirmat̃, inquit, inter uos aliquis, ac Iaco.ult.
cersat presbyteros ecclesiæ, & orẽt super eum, ungẽtes eum oleo in nomine dñi, & obsecratio fidei saluũ reddet laborantẽ, & eriget eum dominus, & si in peccatis fuerit, remittent̃ ei. Iam uero naturales parẽtes, si quos eorum liberi principes magnatésue offenderint, opẽ certe illis nullã afferre possunt, quũ sacerdotes non principes, nõ reges, sed ipsum deũ, nobis infensum sępenumero cõciliant. Nos igit̃ sustinebitne adhuc quisq; fastidij atq; arrogantiæ reos agere? Equidem ex ijs quę à me dicta sunt, auditorũ mẽtes tanta puto religione occupatas, ut non iam eos qui fugiunt, sed eos qui per se accedunt, honorẽq; istum ultro sibi ambiunt, cõtumaciæ, temeritatis atq; audaciæ accusent. Nam si usuuenit ut quibus ciuitatũ principatus cõcreditus est, ij nisi ualde prudentes pariter ac uigilãtes fuerint, tũ ciuitates ipsas euertãt, tum seipsos perditũ eant: quãta illũ uirtute nõ sua tantum unius, sed & cœlesti preditũ esse cõuenit, cui sorte obtigit, ut Christi sponsam colat, ornetq;? si modo peccandi occasionẽ uitare is uelit. Christũ nemo est qui Paulo uehementius dilexerit, nemo qui apud deum gratiosior q̃p Paulus fuerit: tamẽ post tot priuilegia à deo accepta ueret̃ adhuc actremit, principatus istius subditorũq; suorum gratia. Metuo enim, inquit, ne quà fiat, ut quẽadmo- 2.Cor.11
dum serpens Heuã decepit uersutia sua, ita corrũpantur sensus uestri à simplicitate quæ erat in uobis erga Christum. ac rursus: In timore ac tremore 1.Cor.2
multo uobiscũ uersatus sum. Atq; hæc quidem dicit homo is, cui à deo datũ fuit, ut in tertiũ usq; cœlum raperetur, ac diuinorũ arcanorũ particeps fieret, qui idẽ totidẽ, ut sic dixerim, mortes pertulit, quot ipse dies post fidẽ Christo datã uixit: qui itẽ idem, ne cõcessa quidẽ à deo potestate utendũ sibi ubiq; iudicauit, ut ne quis eorũ qui fidem suam Christo obstrinxissent, offenderet̃. Si igitur Paulus dei mandata sic obseruans, ut maiora etiam q̃p ipsi à deo iniuncta fuissent, præstaret, nunq; suo ipsius, sed subditorũ tantũ commodo studens, sic ubiq; formidauit, magistratus sui molem expendẽs: quid faciemus ipsi, qui multi ubiq; sumus in quærendis quæ nostra sunt? qui Christi mandata Pauli exemplo non solum non superamus, sed ea maiori quidem ex parte transgredimur. Quis in- 2.Cor.11

firmatur,inquit ille,& ego non infirmor? quis offenditur,& ego non uror? Eiuſcemodi ſanè cõuenit ſacerdotẽ eſſe: quinimo nõ eiuſcemodi tantũ: parua eñ ſunt iſta,ac certe nulla præ eo,quod ipſe ſum dicturus:hoc aũt quidnã eſſe poteſt? Optarim,inquit,anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,pro cognatis meis ſecũdũ carnem. Quod ſi quis exiſtit, q uocẽ hãc obſecrãs enũtiare poſſit, is demũ dignus quidem eſt,qui ſi oblatũ epiſcopi munus detrectet,inſimulet: ſin à Pauli uirtutibus illis pari nobiſcũ interuallo diſtat, is nimirũ odiũ ac uituperationẽ meretur, quũ munus idem delatum amplectit,non quũ detrectat.Neq; eñ,propoſita militaris dignitatis electione, ſi ij quibus prouincia ea demandata foret, fabro ærario, aut cerdoni,aut cuipiam id genus opificum in mediũ tracto,honorẽ huiuſmodi ad illum deferrẽt, laudarẽt utiq; miſeri ac ſtolidi illius cõſiliũ, qui oblatum munus nõ ſtatim detrectaret, nihilq; nõ faceret,ut ne ſe ipſe in pręſens cõijceret periculũ. Nã ſi id unũ ſatis ſit Paſtorẽ ſimpliciter uocari,& prouincia iſta utcũq; defungi, nec ullum prorſus inde periculũ exoriri poſſit: equidem nihil moror quin me,quiſquis uolet, inanis gloriæ ſtudioſum appellet:Sinuero rara prudẽtia,rara itẽ à deo opt. data gratia, quæ prudentiã etiã ipſam præcedat, præterea ſi morũ integritate, ſi uitæ puritate, deniq; ſi maiori q; pro humano captu uirtute prædi tum eũ eſſe oportet,qui adminiſtratiõis iſtius curã in ſe ſuſcipit, ne me uenia priuatũ per te uelis, ſi fruſtra ac temere uitæ mihi meæ exitiũ accerſere noluerim. Etẽ ſi nauẽ quis agẽs ampliſſimã, & quæ decem milia pondo ferat, quæq; eadẽ remigibus ſuis ſit inſtructa,ac ſumptuoſarũ merciũ põdere onerata, me illius gubernaculo præfectũ iuberet Ægeũ Tyrrhenúmue mare traijcere, nimirũ fieret,ut ad primã ſtatim auditionẽ mandatũ id detrectarẽ:ac me ſi quis interrogaret: Quid ita? ne nauẽ ſubmergã,utiq; reſponderẽ. Itáne igitur,ubi pecuniæ tantũ iactura ſubeſt,nec niſi corporis interitus periclitat,nemo eſt qui incuſet reprehendatq;, ſi quis magna cautiõe prouidẽtiaq; hic utat: ubi aũt nauẽ frangentibus, nõ in hoc uel illud pelagus,ſed in ignis ęterni abyſſum corruẽdum eſt:ubi itẽ eoſdẽ naufragos interitus manet, nõ qui corpus ab anima dirimit, ſed qui animam ipſam unà cum corpore in ſempiternũ exigit ſupplíciũ:hic mihi uos ſuccẽſebitis? hic mihi odium inimicitiasq; præferetis,ſi me ipſe temere in tantã nõ conieci rim perniciem? Ne, obſecro atq; obteſtor,cõmittere id uelitis.Noui profecto animi huius uires q; ſint infirmæ atq; exiguæ, noui quanta ſit functionis illius moles, noui q; ingens negotij ipſius difficultas.Fluctus eñ epiſcopi animũ cõcutiẽtes,uẽtis mare identidẽ cõturbãtib.crebriores infeſtioreſq; eſſe ſolẽt. Ac primũ quidem omnium occurrit peſtilẽtiſſimus inanis glorię ſcopulus,lõgè ijs infeſtior,quos poetę prodigioſe effingunt. Hunc tametſi cõpluribus licuit ſaluis præternauigare, atq; incolumibus effugere: mihi tamẽ ſic moleſtus eſt,ut ne nunc quidem,quũ nulla me in uoraginem illam impellit neceſſitas,facere poſſim ut prorſus hac noxa uacem. Quòd mihi ſi quis prouinciã magiſtratus iſtius imponat, quid aliud q; manibus his poſt tergũ tantũ non reuinctis,beluis ſcopulũ illum inſidentibus, in dies ſin gulos lacerandũ me tradat? beluæ uero quænam tandẽ illæ? Animi tum citatio,tum remiſſio, inuidentia,cõtentio,calumniæ,excandeſcẽtiæ in minime noxios, delectatiões natæ ex miniſterio inepte atq; indecẽter ab alijs adminiſtrato, dolor ſi cui forte muneris ſui functio ,ſpere ceſſerit, laudum appetẽtia,honoris deſideriũ:quod ipſum in primis hominis animũ præcipitẽ ferri cogit: doctrina uoluptatẽ,non etiã utilitatẽ captans:illíberales adulationes,palpatiões minime generoſæ, pauperum deſpicientiæ,diuitum cultus,honores nulla ratione impenſi,gratiarũ munerũq; largitiones damnoſæ, periculum parientes tam largientibus q; accipientibus : timor ſeruilis, ac non niſi peſſimis quibuſq; mancipijs conueniens:fiditiæ interitus:modeſtiæ animi ſpecies quidem multa, ueritas autẽ nulla: coarguẽdi atq; increpandi ,pcul reiecta facultas,ſeu ut uerè dicam, contra ino pes increpatio modum nullum ſeruans:at contra eos,qui potentia aliqua prædíti ſunt,ne diducere quidem labia quiſquã audet. Has eñ omnes atq; his longe etiam plures feras noxius ſcopulus ille nutrit:à quibus quidem homines ſemel captos in tantam profecto ſeruitutẽ diſtrahi neceſſe eſt, ut ſępe etiã pleraq;,dum mulieribus placere atq; obſecundare ſtudẽt,neceſſariò committant,quæ neeloqui quidẽ honeſtũ. Eas quidem diuina lex abhoc miniſterio remotas eſſe uoluit. Illæ uerò ui facta intro irrumpunt:quæ quandoquidẽ per ſe nihil ipſę poſſunt,per alios omnia factitant, ac tantam ſibi uendicant poteſtatẽ,ut quoſcũq; illæ epiſcopos uelint,& adlegent & ſummoueant: Fitq; tandẽ per eas,ut quod eſt in ueteri prouerbio,ſurſum ac deorſum ſeſe habeãt res,ac principes ſuos ſubditi ipſi regant,atq; utinã id tantũ uiri factitarent,non etiã eæ, quibus ne docere quidem permiſſum eſt.Sed quid dico,docere? certe ne in eccleſia quidem fari illis beatus Paulus permiſit.At memini ſanè ex quodã me audire,quòd & tãtam ipſis impertiſſet libertatẽ, ut & eccleſiarum præſides obiurgarẽt,illosq; acerbius inceſſerent, q; ſerui à dominis ſuis inceſſantur.Cæterum nolim, ut quiſquã exiſtimet epiſcopos omẽs à me criminũ eorum,quæ dixi,reos factos:ſunt enim, ſunt, inquam,permulti,qui ſeſe ab ijs retibus probe extricarũt:atq; adeò plures ijs, qui ſe capi atq; intra ea inuolui paſſi ſunt : neq; tamen ob id ſacerdotalẽ ipſam dignitatẽ malorum iſtorũ autorẽ fecerim. Abſit enim tãta à me inſania:neq; enim ferrum, cædis:neq; uinum,ebrietatis: neq; robur, contumeliæ:neq; fortitudinem, incõſideratæ audaciæ: ſed eos potius qui pręterquã deceat donis à deo datis abutuntur, quiſquis ſana mente fuerit autores eſſe dicet puniet q;:quãdoquidem & ſacerdotium merito nobiſcũ expoſtulare poſſit, ſi ſe non rite atq; ordine pertractemus adminiſtremusq;:

neq;

neq; em̃ illi accepta ferre debemus mala ea, quæ dixi, sed nobis potius qui illud idem, quantum in nobis fuit, cõspurcauimus atq; coinquinauimus, hominibus quibuslibet illius administrationẽ in manum tradentes: qui quidem neq; uiribus suis ipsorum prius consultis, neq; considerata rei magnitudine, obuijs statim ulnis munus oblatũ amplectuntur: quum autem eò uentum est ut negotiorum functioni manus admoueant, nimirũ inscitiæ caligine occupati, calamitatibus infinitis populos fidei suæ cõcreditos replẽt. Hoc ipsum, hoc ipsum certe est quod nostra ætate propemodum accidisse uidimus, nisi nos repente deus è periculis illis asseruisset, partim suæ ecclesiæ, partim animarum nostrarum saluti culpam eam condonans. Alioqui undénã, queso, existimas tam multas in ecclesiis turbas nasci? Equidem nõ aliunde opinor, quàm ex episcoporũ, antistitũq; electionibus, casu potius ac temere, quàm diligẽter atq; accurate factis. Nam caput ualentissimum quidem esse oportet, ut prauas exhalationes ab inferiori reliqui corporis parte sursum ascendẽtes dispensare, easdemq; rite atq; ordine cõponere possit: quum enim per se caput infirmũ est, ac fumorũ insultus illos morbificos repellere minime potens, tum fit ut ipsum etiam infirmius in dies reddatur, tum autem reliquũ corpus secum perdat. Id quod ut ne in præsentia accideret, uoluit deus, ut nos in loco & numero pedestri, quem sors nostra initio tulerat, permaneremus. Multa enim alia sunt Basili, præter ea quæ iam à nobis dicta sunt, quæ sacerdotẽ præstare oportet, ac quæ certe in nobis nõ agnoscimus. Inter quæ illud præcipuum, Sacerdotis animũ honoris illius desiderio undiq; uacare oportet. Nam si ad eum principatum adipiscendũ uehementi animi affectu rapietur, eo adepto impotentiorẽ sane ambitionis suæ flammã incendet, ac ui tandem captus ut sibi adeptum honorẽ stabiliat, nulli non peccato seruiet, seu adulandum, seu seruile quid atq; indignũ sustinendũ, seu res magno pecuniæ sumptu tentanda. Nam quòd nonnulli cædibus ecclesias cõpleuerint contaminarintq; : tum eius honoris gratia depugnantes ciuitates aliquot funditus euerterint, dicere hic prætermitto: ne quibusdã uidear ea in medium afferre, quæ fide maiora sunt. Oportere aũt puto tanta cum religione ac cautione ad rẽ ipsam accedere, ut illius molẽ magnitudinẽq; primum prorsus detrectes: deinde adepto honore aliorum iudicia sententiasq; non expectes, si quod fortè commissum deprehendatur, propter quod oporteat te honorẽ illũ deponere: quin potius illis anteuertens te ipse munere abdices. Sic enim par est ut diuinã concilies impetresq; misericordiam: qui si tibi honorẽ illum præter decorũ tanq; mordicus retinere studueris, indignus es qui ueniam consequaris: tum uero diuinam iram magis ac magis incẽdis, altero peccato, & eo grauiore per te addito. At uero constantiã hanc prę-
stare nullus ualeat: tam pestilens, tãq; letale est appetentiæ istius uirus. Neq; id dico, cum B. Paulo pugnare uolens, quinimo ut maxime cum illius uerbis cõsentiã. Ea uero cuiusmodi sunt? Si quis episcopi munus appetit, honestũ opus desiderat. At ego nõ operis ipsius, sed dominationis ac potentiæ desiderium pestilens esse dixi. Atq; hoc ego desiderium sic toto studio ab animo abijciendum esse censeo, ut ne animũ quidem ipsum prorsus permittas ab illo occupari, ut is rerum omniũ libere agendarũ potestatem habeat. Nam quem nulla cupiditas trahit, ut sese in eo munere collocatum ostentet, ac tanq; digito ab alijs monstretur, is certe ab eo solio deturbari non formidat. Porrò autẽ qui id non formidat, hic cũ ea libertate quę Christianas mẽtes decet, omnia exequi potuerit: dura em̃ & acerba atq; adeo multis referta incõmodis illorũ est seruitus, qui honoris huiusmodi casum reformidant: ob quem sæpenumero fit, ut & hominũ & dei opt. offensionem subire cogantur. Decet autẽ affectus nostros tales nõ esse. Sed quemadmodũ in prælijs uidemus generosissimos quosq; milites alacriter manum cum hostẽ cõserere, tum, si ita res ferat, fortiter occumbere: ita oportere puto animatos esse qui ad ministerij istius functionem se cõferunt, ut quod uere Christianos uiros decet, & consecrari & summoueri iuxta parati sint: quũ intelligant summotionẽ priuationemq; huiusmodi nõ inferius præmiũ afferre solere, q; honor ipse afferat. Nam quoties tale aliquid cuipiam euenerit, ea ferre nolenti, quę indecora, ac muneris sui dignitati minime conuenientia putat, fit ut & illis, qui ipsum iniuste summouerint, grauius supplicium, & sibi copiosiorẽ mercedem paret. Beati enim, inquit, estis, quum probra iecerint in uos, & insectati fuerint, & dixerint omne malum uerbũ aduersus uos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniã merces uestra multa est in cœlis. Et hæc certe ipsa tanto magis locum habent, quoties à socijs ac conuictoribus, aut per inuidiam, aut dum alijs placere illi student, aut per simultatẽ, atq; inimicitias iniuste quis loco suo depellitur. Nam quoties id te ab aduersarijs pati contigerit, ne oratione quidẽ opus esse puto ad lucrum id demonstrandũ, quod illi malitia sua tibi acquirunt. Illud igitur oportet undique circunspicere ac diligenter perscrutari, necubi desiderij illius scintilla aliqua ardẽs lateat. Præclare enim actũ fuerit uel cũ eis qui iam inde ab initio ab hoc morbo liberos sese esse studẽt, si ad honorẽ istum quum peruenerint, tum demum effugere morbũ eum possint: q; si quis existet qui honore illo nondũ adepto atrocẽ hanc atq; efferam beluã secũ enutriat, uerbis assequi non possim in quantam perniciem accepto honore præceps iturus sit. Nos autem (ac ne me rerũ nostrarũ eleuandarũ studio hic apud te falsa loqui uelle putes) cupiditatis, desiderijq; istius morbo uehementer laboramus: quæ res unà cũ alijs omnibus nõ parũ nos exterruit atq; in fugã hanc uertit. Nã quẽadmodũ qui corporũ amore capti sunt, ij donec propinquos eos habent quos amant, grauius quidẽ morbi sui tormentũ uimq; sustinent: quum autem

Matt. 5

1. Tim. 3

autem quàm longissime sese ab illorum conspectu abduxerint, tum furorem ipsum ab animo excutiunt: sic & qui honoris istius, quem dico, cupidi tate titillantur, dum propius adsunt, malo ferendo impares sunt: quum autem sese illinc summouerint, honoremq; desperauerint, fit ut desiderium unà cum expectatione extinguant. Porrò una hæc causa non mediocris est, quæ ut sola existat, tamen idonea fuerit, quæ nos à munere isto arceat. Verum & alia quædam subest hac ipsa ne quaquàm inferior. Quænam tandem ea est? Sobrium modestumq; episcopũ esse oportet: eundemq; perspicacem, atq; innumeros quoquouersus oculos circunferre: quippe qui non sibi uni tantum, sed & tam multis uiuat populis. Cæterũ quòd nos segnes simus ac remissi, ac uix nostræ ipsorum saluti sufficientes, uel tute fateare, qui amoris abundantia quadam, uitia, si qua in nobis sunt, dissimulare studes. Absit enim ut mihi hic iactes uel ieiunia, uel noctes insomnes, uel corpus humi decubare assuetum, uel siqua alia est corporis indurati afflictio. Nam tibi satis innotuit quantum ab his uirtutibus absimus, quas ut nos etiam exacte atq; absolute præstiterimus, ne sic quidẽ possent cum huius animi segnitie coniunctæ nobis ad præfecturæ illius, quam dico, administrationem obeundam præsidij quicquam afferre. Homini enim in cubiculũ aliquod incluso, tum de suis tantum rebus solicito, magnum res eæ adiumentum afferre possint. Ei uero, qui in tot populos scissus est, curas solicitudinesq; suas in subditos suos singulos partiens, non uideo quid idonei adiumenti ad illorũ profectũ conferre queãt, nisi idem acrem fortissimumq; animũ nactus sit. Neq; sanè mirũ tibi esse debet si unà cum tanta tolerantia, alia quadã fortitudine episcopi animũ spectatũ esse uolo. Nam cibum, potũ, stratũ item molle contẽnere, multis ne labori quidẽ id esse uidemus, ijs præsertim qui natura agrestiores per ætatis uigorẽ ita sunt educati: ac multis item alijs, aliàs corporis habitudine, aliàs ipsa etiã assuetudine laborũ illorum asperitatẽ molliente mitigãteq;. At contumeliã, uim, incommodũ, molestum aliquod uerbũ, tum uero scõmata ab inferioribus nonnunq; leuiter, atq; impræmeditate, nonnunquam etiam reddendo iure contorta, prẽterea & querelas temere ac nulla causa tum à principibus tum à subditis natas, non multorum est ferre posse, sed unius tantum, & alterius. Ac uidere sanè est eos qui animi uirtutibus illis plurimum possunt, ad hęc ipsa tanta ueluti animi uertigine laborare, ut uel immanissimis beluis facilius exasperentur. Huiusmodi autem ingenio prædíti homines ab episcopatus cancellis, à sacerdotij claustris procul arcendi sunt. Nam episcopum inedia minime cruciari extenuariue, tum eũdem nudis pedibus non ingredi: id certe nihil incommodabit ecclesiæ uniuersitati: at uero agrestioris animi ferocitas furorq;, tum domino possessorioq; suo, tum etiam proximo ingentium calamitatum autor sæpè fuit. Atq; ijs quidem, qui uirtutes illas non prę- A stant, nulla à deo comminatio: at temere excandescentibus gehennam ac gehennę flammam æternam deus comminatus est. Ac quemadmodum fit, ut qui inanis gloriæ titillatione mouetur, si quando populi principatum obtineat, materiam igni succenso suppeditet: sic qui solitudini assuetus, ne in paucorum quidem hominum consuetudine, animi sui irę imperare nõ potest, quinimo perfacile ab ea transuersus agitur: huic si popularem magistratum credas, instar feræ alicuius à multis undiq; extimulatæ, neq; quieto unquam animo esse queat, & commissos sibi populos in infinita mala atq; incommoda distrahat. Nihil enim sic ingenij perspicuitatem, nihil sic mentis aciem hebetat, ut ira nullum ordinem seruans, ab B animi impotentis impetu nata. Ira enim, inquit ille, & prudentes perdit: quasi enim in nocturna pugna aliqua obtenebratus animi oculus, non internoscit amicos ab aduersarijs, neq; ignobiles à claris, sed omnes simul uno loco habet: & si iactura etiam aliqua, calamitasq; subeunda sit, omnia perfert ut animi uoluptatẽ impleat satietq;. Est enim etiam quædam uoluptas, iræ excandescentia: cuius tyrannis humanum animum ubi possedit, uoluptatis tyrannide crudelior truculentiórque est, uniuersum illius statum sursum ac deorsum cõturbans, incolumitatemq; excarnificans: nam & ad arrogantiam fastumq; facile impellit, & simultates intempestiuas, & odium nulla ratione subortum, & offensiones leuiter ac temere natas assidue parat: & multa id genus alia cum uerbis, tum factis ui aggreditur: quum animus interim clam uehementi morbi illius flatu raptus, nõ habeat ubi suam uim affirmãs tanto impetui resistat. Tum Basilius: Ego uero te, inquit, nõ am- BASIL. plius dissimulantem hic patiar: quis enim nescit quantum ab hoc morbo sis alienus? Cur me CHRYS. igitur, inquam, ô bone, uis flammæ atq; incendio admotum esse? cur beluam quiescentẽ iritare pergis? ignoras id nobis non nostra uirtute successisse, sed potius ex solitariæ ac quietæ tantum uitæ cultu ac studio? cum eo autem qui ad animi morbum huiusmodi propensior sit, præclare sanè actum fuerit, si solitariam uitam sequutus, uniusq; D & alterius amici usu delectatus, possit excandescentiæ incendium illud deuitare: ut ne dicam cogi illum alioqui in tam multarum curarum altissimum pelagus præcipitem ruere. Tum enim non se solum, sed & alios cõplures secum ad interitus præcipitium pertrahit, redditq; minus animatos ad humanitatis facilitatisq; studia excolẽda: quãdo sic natura comparatum esse uidemus, ut subditorum multitudo magna quidem ex parte principum suorum mores tanquã exemplarem quandam imaginem spectent, seq; ad illos formare studeant. Quî ergo fieri possit, ut illorum tumores, & inflammatiões sedet is, qui ipse tumescat? quis uero plebeius uir cõcupiscat statim tẽperans moderatusq; fieri, principem intuitus iracundum? Neq; enim possunt episcoporum uitia dissimulari, sed uel parua atq; exigua confestim manifesta fiunt.

fiunt. Quãdo & athleta tántiſper dum domi ſe cõ
tinet, cum nemine manus conſerens, imbecillitatem infirmitatẽq; ſuam occultare aliis poteſt: ubi
uero nudato corpore in arenam decertaturus deſcenderit, tum facile apparet, quid ille poſſit: Eadem ratione qui priuatam hanc et quietam uitam
uiuunt homines, ſolitudinẽ habent ſuorum uitiorum tanquã uelamẽ quoddã: ijdem rurſus quum
in medium prodierint, ſolitudinem illam, ſicut ueſtem exuere, ac per externos aduẽtitiosq; motus,
ſuos animos omnibus nudos exhibere cogũtur.
Quemadmodũ ergo illorum officia rectiq; mores multis uſui ſunt, accenduntq; ad ſtudij æmulationem eiuſdem: ita & uitia ad uirtutis cultum ſegniores reddunt, præſtantq; ut cæterorum animi
ad bonorum operum labores capeſſendos torpeſcant: quamobrem ſacerdotis animi pulchritudinem undiq; ſplẽdeſcere oportet, ut oblectare pariter et illuſtrare poſſit eorum animos, qui ſuos in
illum oculos inijciunt. Nam uulgariũ hominum
delicta, ueluti in tenebris commiſſa, autores ſuos
ſolos perdunt. Cæterum hominis illuſtris, & uulgo cogniti delictum commune omnibus damnũ
adfert: cum eos, qui ad uirtutis capeſſendæ ſudores remiſſi ſint, ſupiniores etiamnum reddens:
tum eos, qui ſibijpſis attendere, ac uirtuti acquirendæ aduigilare uolunt, ad deſperationem extimulans. Præterea ignobilium delicta ſi in medium prodierint, neminem inſigniter uulnerant: at
qui in iſtius dignitatis faſtigio poſiti ſunt, primũ
nemini non noti manifeſtiq; ſunt, tum uero ſi uel
tantillum peccauerint, parua eorum peccata aliis
magna uidentur. neque enim peccati magnitudine, ſed peccantis potius dignitate peccatum plerique omnes metiũtur. Ac certe Epiſcopum conuenit & ſtudio acri, & perpetua uitæ continẽtia
tanquam adamantinis armis circunſeptum, quoquouerſus circunſpicere, necubi nudo quis aut
neglecto loco deprehenſo letale uulnus adferat.
Circunſiſtunt enim cæteri parati ut uulnerent, ac
ſi liceat ſupplantent: neque ij ex hoſtium atq; aduerſariorum numero, ſed ex ijs, qui ſe amicos eſſe
adſimulant. Epiſcoporum ergo animi tales eligãtur, qualia olim in Babylonia fornace ſanctorum
illorum corpora diuinæ gratiæ largitas exhibuit.
Neq; enim ignis eius, qui epiſcoporum animos
depaſcit, alimenta ſunt ſarmentum, pix, ſtupa: ſed
alia quædam his longe infeſtiora: quando ne ignis quidem ſenſibile illud elementum hic ſubſternitur: ſed pro igne Epiſcopum circumlambit uoraciſſima inuidiæ flamma, undiq; ſe attollens, atque adeo uitam illius ac mores altius ſubiẽs, ſcrutans, probans, quàm ignis ille Babylonius puerorum illorum corpora probauerit. Quoties igitur
repererit uel tenue aliquod ſtipulæ ueſtigium, celeriter admota partem illam debilem ac uitiatam
exurit: tum uero reliquam ſtructuram, ut ea ſolaribus radijs radiantior lucidiorq; fuerit, fumo illo
inuoluit, totamq; denigrat: quandiu eñ ſacerdotis uita pulchre partibus ex omnibus congruens,
concinnataq; fuerit, nullę illi aduerſariorũ inſidię

A nocere poſſunt: qui ſimul atq; uel tãtillum officij
recti prætermiſerit (ut par eſt nonnunquam prætermittere eum, qui homo quidem ipſe ſit, quiq;
humanæ uitæ plenũ erroribus pelagus traijciat)
iam illum nihil anteactę uitę honeſtas adiuuat ad
incuſantium uoculas effugiendas: quinimo, leue
illud commiſſum, reliquæ illius uitæ luminibus
officit: ac certe ſic ſacerdoti oñes iudices eſſe uolunt, ut carne nequàquam compoſito, ut humanam naturam non ſortito, uerum ut angelo, ut humanæ infirmitatis minime particípi. Porro quemadmodum tyrannum donec imperio potitur, reformidant, eiq; adulantur omnes, nõ ob aliud, niſi quòd illum tyrannide deturbare non poſſunt:
quum autem illi res in contrariũ cedere uiderint,
B hic relicto honore illo ſimulato, qui haud ita pridem amici erant, fiunt derepente aduerſarij atq;
hoſtes: ac uitiatas infirmasq; in illo partes rimati,
per quas uidelicet illum facilius adoriantur, impreſſione facta imperio depellere conantur: ſic
et in ſacerdotibus uſu uenit. Nam qui ſacerdotem
paulo ante ac dum munere potiretur, reuerebantur, colebantq;, ij occaſionem nacti perexiguam,
magno ſe ſtudio accingunt, ut illum infeſtius etiam quàm tyrannum imperio depellant: atque ut
tyrannus corporis ſui cuſtodes timet, ſic ſacerdos
eos quos ſibi propinquos, collegasq; habet, maxime omnium reformidat: nulli enim alij perinde illius magiſtratum affectant, eiuſdemq; res o-
mnes notas habent atque illi: propinqui enim ac
C familiares quũ ſint, ſi quid tale acciderit, cõtinuo
ante omnes præſentiſcunt: ac facile illis etiã calũniantibus fides adhibetur: poſſuntq; illi haud ita
magno negotio calumnijs ſuis circumuentũ Epiſcopũ capere, illius errata, quantumlibet leuia, aggrauantes. Qua in parte apoſtolicũ illud dictum
immutatũ eſt: Siue patitur unum membrum, gau- 1.Cor.12
dent omnia membra: ſeu glorificatur unum membrum, ſimul patiũtur omnia membra. niſi ſi forte
ingentem quandam pietatem, ac religionem præſtiterit, quam aduerſus illa omnia opponere queat. In tantum igitur bellum nos emittis? & aduerſus pugnam tam uariam, tamq; multiformem animũ noſtrum ſufficere poſſe exiſtimas? Vndé nã, quæſo, & à quo id edoctus es? nam ſi cœlitus id tibi innotuit, oraculum ipſum mihi indica, & tibi
D iam aſſentior. Sin id non potes, uerum ex hominum opinione de hac re pronuntias: ab iſto tandem errore animũ liberes. In ijs enim quæ ad nos
ſpectãt, par eſt ut noſtrum potius, quàm aliorum
ſequamur iudicium: quæ enim in homine ſunt,
nullus nouit, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt.
Nam quòd tum nos ipſos, tum eos à quibus electi ipſi ſumus, ridiculos feciſſemus, illo per nos
munere ſuſcepto: ac magno item cum noſtro diſpendio ad uitæ conditionem hanc, quam hodie
quoque tuemur, reuertiſſemus, ſi minus antehac,
nunc certe per hæc me uerba perſuaſiſſe puto. Neque enim inuidia ſolum, ſed & quæ inuidia longe infeſtior eſt, principatus huius affectatio, complures armare ſolet aduerſus eũ, qui principatum

BASIL.
CHRYS.
UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

ipsum occupat. Ac quẽadmodũ qui principatum affectant filij, molesto animo intuentur longam patrũ suorũ senectutẽ: sic ex his nonnulli quum uiderint constitutũ, ut sacerdos ad longũ aliquod tempus dignitatis suæ munere fungatur, quando quidem interdicere nephas, deturbare illum imperio accelerant: omnes in deturbati locum suffici cupientes, ac singuli honorẽ illum ad se deferri expectãtes. Vis & aliud tibi pugnæ huius genus aperiam, periculis mille plenum? Ito hinc iam, ac publica festa spectato: ea dico in quibus dignitatum ecclesiasticarum electiones de more fiunt, & tammultis uidebis inibi criminationibus lacerari Episcopũ, quãta est tota illa subditorũ multitudo, quibus eligendi potestas cõcessa est. Hos oẽs tũ in multas factiones scindi, neq; inter se cõsentire neq; cum eo cui sorte episcopatus delatus sit conuenire uideas: sed unusquisq; à suis unius partibus stat, alius hũc, alius illum eligens. Cuius rei causa hæc est, q̃ id ipsum non spectant, quod solum spectandum fuerat, nempe animi uirtutem: sed aliæ sunt causæ quibus honores concilianť. Verbi gratia: hic, quòd claro genere natus sit, in Episcopatus, inquit, ordinem cooptetur. Ille, q̃ opibus abundet, neq; indigeat alimentis ex ecclesiæ prouentib. quæsitis: alius, quòd ab aduersarijs ad nos trãsfugerit: alius sibi genere propinquũ ac necessarium: alius adulatorem cæteris anteponere mauult: nemo est qui eum, qui idoneus sit, spectare uelit, aut animi partes explorare curet. Ego uero tantum absum, ut causas huiusmodi ad probandos sacerdotes idoneas esse putem, ut si quis etiã magnam perpetua uita religionẽ, pietatemq; prę stiterit, quæ ipsa tamen non paruum ad id adfert præsidium, ne hunc quidem huius nomine adlegere statim audeam, nisi magnam etiã animi prudentiã religione huiusmodi coniunctam habeat. Nam multos ipse noui, ex ijs qui sese perpetua continentia cohibuissent, ac quorum corpora ieiunijs multis exhausta essent, donec solitariam uitam agere, ac suas dũtaxat res curare licebat, deo maxime acceptos fuisse, eosdemq; in dies singulos cœptæ illi philosophiæ auctarium non paruũ adiecisse: qui ijdem posteaquam in hominum lucem uenerunt, uulgi insciti am emendare coacti, alij prorsus muneri illi administrando impares fuere, alij in eo ipso munere perseuerare dum cogerentur, pristina uitæ cura atque austeritate procul excussa, tum sibi detrimento maximo, tum alijs nulli prorsus usui fuere. Neque uero si quis uitæ tempus perpetuum in extrema sacrarum functionum classe persistens consumpserit, ac sic demum ad ultimam usq; ætatẽ peruenerit, hunc protinus propter ætatis reuerentiam ad summum honorem perducemus. Quid enim si uel ea ætate quum sit, tamen minus idoneus adhuc reperiatur? quod tamen sic à me dictum non est, quasi uelim caniciem uituperare: uel statuere lata hîc per me lege, eos, qui è monachorum sodalitijs prodiere, ab huiusmodi præfectura arcendos prorsus esse: contigit enim aliquoties, ut ex eo grege cõplures ad id munus pertracti, uitæ candore in primis eluceserent. Verum illud eo nomine dixi, ut ostendã, si neq; religio per se ipsa, neq; senectus longæua satis esse possunt, ut eũ qui episcopatũ obtinuerit, munere illo dignũ efficiant: certe uix hoc ipsum causas eas, quas paulo ante cõmemorauí, efficere posse: quibus causis nõnulli etiã absurdiores alias adiungunt. Etenim alij quosdã, ut ne ad uersariorũ partes sequantur, in cleri ordinẽ recensent: alij propter malitiam, ne contempti scilicet luculentorũ malorũ in reliquũ tempus autores fiant. Potéstne quicq̃ hoc ipso iniquus esse? quum uidelicet homines peruersos, malis flagitijsq̃ omnibus abundantes propter hæc coli ab alijs uidemus, ob quæ puniri ipsi deberent: eosdemq; quarum rerum nomine ne ecclesiæ quidẽ limẽ introire oporteret, uel ad sacerdotalẽ dignitatẽ ascendere. Etiámne, obsecro, quęremus diuinæ in nos iræ causas, quum nos mysteria tam sancta, tamq̃ horrenda hominib. partim flagitiosis, partim nihili labefactanda tradamus? Quum enim alij prouinciæ ad se minime pertinentis, alij multo etiam maioris q̃ propriæ patiantur uires, præfecturam sortiti fuerint, ij certe efficiunt, ut ecclesia dei nihilo ab Euripo differre uideatur. Equidem principes externos antea ob id ridebã, q̃ honores præfecturasq̃ distribuerent, non animorum uirtutis, sed pecuniarum rationem habentes: atq; ut alij alijs uel annorũ multitudine, uel dignitatum gradibus iam antecedant, ita demum eos ulterius promouentes. Posteaquam uero audiui indignitatẽ hanc in nostrum etiam ordinem quodãmodo debacchatam irrepsisse, facinus huiumodi mihi non perinde graue uisum est. Quî enim mirũ fuerit homines rerum humanarũ cultui deditos, populare tantum auram uenantes, pecuniæ causa nihil nõ agentes, in huiusmodi uitia prolabi, ubi qui se puros esse ab ijs omnibus uitijs simulant, illis nihilo sese melius animo affectos ostendũt: quinimo rerum cœlestiũ certamen suscipientes, perinde atq; si de terræ iugeribus, aut alia id genus re deliberarent, gregarios quosdam homines temere assumptos, rebus ijs pręficiunt: quarũ nomine & gloriã suam exinanire, & homo fieri, & serui formã accipere, & conspui, & colaphis cædi, & morte ignominiosissima occũbere secundũ carnẽ, unigenitus dei filius nõ deprecatus est? Neq; isti tñ intra hos fines se cõtinẽt, sed et alia addũt absurdiora. Neq; enim immeritos solũ adlegũt, uerũ & idoneos ejiciũt. Nã quasi cõueniret utrinq; ecclesię firmitudinẽ labefactari, ac causa illa prior nõ sufficeret ad diuinã iram accendendã, ita illi alterã nihilo deteriorem cõiunxerunt. Etem̃ iuxta ego pestilẽs esse reor, utiles ãrcere, & inutiles intromittere: id qd' ab illis certe fit, ut Christianũ armentum nulla ex parte aut consolationẽ inuenire, aut respirare ualeat. Hęc igiť nónne millies dei fulmẽ merent, nõne digna sunt quæ gehennæ, nõ illius quam nobis sacræ literæ cõminantur, sed longe etiam grauioris igne plectantur? ueruntamen mala huiusmodi sustinet patiturq̃, qui peccatoris mortẽ nõ uult

uult,ut conuertatur ipſe ac uiuat. Cuius in nos be
nignitatem miram quî ſatis mirabimur? ad cuius
miſericordiam quî ſatis obſtupeſcemus? En qui
Chriſtiani ſunt, ſæuius etiam q̄ aduerſarij, quàm
hoſtes Chriſti opes perdūt. At ille etiamnum bo-
nus benignitatem ubiq; præfert, ad pœnitentiam
inuitans. Tibi gloria, tibi, inquam, gloria domi-
ne: quantæ apud te clementiæ abyſſus, quantę eſt
patientiæ copia? Hem qui nominis tui prætextu
ex ignobilibus & obſcuris clari atq; illuſtres effe
cti ſunt, honore abutuntur, contra eum qui hono
rem eſt largitus, audentq; nō audenda, in ſacro-
ſancta illa tua myſteria iniurij, probos extruden-
tes eijcientesq;, ut homines malis perditisq; mori
bus præditi, magna cum quiete ac ſumma cum li
centia quæcunq; collibuerit inuertant atq; cōtur
bent. Cuius quidē morbi ſi cauſas p̄diſcere cupis,
ijs ipſis quas paulò ante numerauí, ſimiles cōpe-
ries: radicem em̄, &, ut ſic dicam, matrē unam ha-
bent, inuidentiā: earū uero non una tantū ſpecies
eſt, ſed admodū diuerſæ. Hic em̄, inquiunt, quan-
doquidē iuuenis eſt eijciat. Ille quando quidē adu
landi neſcius eſt: alius propterea q̄ illius cuiuſpiā
offenſionem incurrit: alius ut ne indoleat ille, ne-
ſcio quis, ſi, quē ipſe eligendū obtulit, exploſum,
hunc uero adlectū uiderit: alius propterea q̄ pro
bitate, benignitate, facilitate, humanitate prædi-
tus: alius propterea quòd delinquentibus aſper
ac terribilis: alius alia ſimili de cauſa: neque enim
illis cauſæ atq; excuſationes deſunt, quotquot af-
ferre uoluerint. Atq; adeo dum cauſari aliud non
poſſunt, opum, diuitiarumq; copiam cauſantur:
addentes non oportere quenquam repente ad di
gnitatem huiuſmodi aſſumi, ſed ſenſim & per gra
dus quoſdam. Poſſunt & ijdem alias quidem atq;
alias quotquot illis libitum fuerit, cauſas commi-
niſci. Ego uero lubens hîc ſciſcitarer, Quidnam
igitur Epiſcopus hîc faciet, conflictu illi cōtra tot
uentos propoſito? quonam ille modo aduerſum
tam multos fluctus unus reſiſtere poterit? quî in-
ſultus impetusq; machinarum huiuſmodi repel-
let? Etenim ſi rem recta ratione ac iudicio aggre-
di uolet, inimici protinus atq; hoſtes tum eidem,
tum electis omnes illi: tum uero omnia ſtatim illi
per contentionem, atq; ut Epiſcopo aduerſentur
faciunt: præterea & ſimultates ſeditionesq; quoti
die concitant, & ſexcentis etiam ſcommatis eo-
rum uitam qui electi fuerint inceſſunt, horū nul-
lum finem facientes, donec uel illos eiecerint, uel
ſuos candidatos intromiſerint. Denique perinde
eſſe uideas, ut ſi quis gubernator, piratas habeat
eadem nauí unà ſecum nauigantes, qui quidem,
tum ipſi, tū nautis, tum uectoribus aſſidue horiſ-
que ſingulis inſidias ſtruant. Quòd ſi Epiſcopus
illorum gratiam ſaluti ſuæ præpoſuerit, admiſſis
ijs, quos admiſſos eſſe non oportet: fiet profecto
ut illorum loco deum ſibi offenſum habeat: qua-
re qd illi peſtilētius accidere poteſt? Adde quòd
Epiſcopo eidem cum illis res erit lōge difficilior,
moleſtiorq; quàm antehac, omnib. inter ſeſe iam
conſentientibus, ac multo etiam fortioribus rei
cōtrouerſæ contentioſęq; uictoria accedente red
ditis. Nam quemadmodum ſæuientibus pugnan
tibusq; inter ſeſe aſperrimis uentis, derepente ma
re antea quietum ac tranquillū furit atq; intume-
ſcit, eosq; omnes quos tum uela facere cōtigerit,
perdit: ita eccleſiæ tranquillitas, perditis homini-
bus admiſſis, turbulētia ac naufragijs p̄multis in-
feſtatur. Hic igitur animo expende, qualē eſſe o-
porteat eum, qui tantæ tempeſtati opponendus,
ac tam multa impedimēta rerum ad cōmunem ſa
lutem ſpectantiū probe temperaturus ſit. Nam et
grauem illum, ſed minime faſtuoſum & terrificū,
ſed humanū: & uiſenda maieſtate principem, ſed
omnibus tamē appellandis comem eundemq; in
tegrū, officioſum, humilem, ſed minime ſeruilē,
acrē quoq; ac uehementem eſſe conuenit: ſed ta-
men & manſuetum, ut nullo ipſe negocio contra
illa, quæ dixi, omnia depugnaret, tum uero eum,
qui idoneus uiſus fuerit, magna cū autoritate ac li
bertate, quanquā omnibus reclamantibus, in me
dium promouere poſſit: rurſus eum qui alius cō-
pertus fuerit, cum eadem illa autoritate ac liberta
te, ut etiam omnes conſpirent, non admittere: de-
niq; ut nihil in cuiuſquam uel gratiam, uel odium
facere conatus, eccleſiaſticæ unius ædificationis
decus, cōmodumq; tantū ſpectet. Tibi ne hîc Ba-
ſili merito uideor negotij iſtius miniſteriū depre-
catus fuiſſe? atqui nondum omnia tibi percenſui:
ſuperſunt enim alia mihi dicenda. Tu uero ne de-
laſſeris tantiſper dum patienti aure perfers uiri a-
mici ac uere germani orationem, tibi perſuadere
conantis ſeſe criminū eorum reum haudquaquā
eſſe, quorū tute eum inſimulas. Neq; em̄ ipſa hæc
tantum conducunt ad defenſionē eam, qua apud
alios nomine noſtro uti potes: ſed et ad ipſam mu
neris eius, quo de agitur, functionem, lucrum au-
xiliumq; non exiguū conferunt. Eum enim opor
tet, qui ad tentandam uitæ huiuſmodi ſemitam
acceſſurus eſt, omnia prius ad unguem perſcruta
ri, atque ita demum negocio manus admouere.
Quamobrē? quandoquidē ut nullū aliud inde na
ſcatur emolumentū, certè rerū omniū prudenter
gnaro lucrū id ſupererit, ut quū id genus procellę
tēpeſtatesq; emerſerint, nihil rerū inſolētia ac no-
uitate perturbet. Vis igitur tibi hîc à me prius expe
diri præſidiū patrociniūq; id, quod uiduis impen
dendum eſt, an ſtudiū curamq; eā, quā epiſcopus
uirginibus debet? an potius iudicialis partis, cui
ab illo maximopere attendendū eſt, difficultatē?
Nam unūquodq; horū diuerſam ſibi curam uen-
dicat, timorēq; cura etiā illa longe grauiorem. Ac
primū ut ab eo quod inter alia leuiſſimū eſſe pu-
tant, exordiamur: Viduarū quidē cultus uidetur
haud aliam, q̄ pecuniæ inſumendæ ſolicitudinē
ijs præbere, qui illarū tractandarū curādarūq; pro
uinciā ſuſcepere. Id aūt longe aliter ſe habet: nam
quoties illæ deligendæ, ac tanq; in catalogū refe-
rendæ ſunt, & hic quoq; magno admodū examī-
ne opus eſt. Id em̄ ipſum, q̄ temere, & ut caſus tu-
lit, in album referant, innumera olim mala pepe-
rit: nā & familias peſſundedit, et nuptias diuellit:

præterea

præterea hac una de cauſa compertum eſt uiduas aliquot tum furãdo tum cauponando, atq; alia id genus cõmittendo, multa præter dignitatem atq; ordinem geſſiſſe. Huiuſmodi uero uiduas eccleſiaſtica pecunia ali, præterquàm quòd dei uindictam paratam habet, facit etiã ut apud homines maximopere ea res improbetur damnetur q;, ac multorum quoq; beneficẽtiam remoretur. Quis enim unquã uelit, quas quis Chriſto offerri mandauit facultates, eas ijs ſuſtentandis inſumi, quæ Chriſti nomen calumniari nõ ceſſant: quo nomine multam huc ac diligentem afferre diſcuſſionem conuenit: idq;, ne, quæ ſibi ipſæ uitam ſuffice re poſſunt, nedum illæ de quibus loquutus ſum, indigentium menſam abſumant. Porrò diſcuſſio nis huius diligentiam ſequitur cura non mediocris, ut uiduis uidelicet in album relatis alimenta, quæ præſtanda ſunt, affatim tanquam ex fonte quodam affluãt, nec unquam deſint. Fit enim neſcio quo pacto, ut inuita paupertas malum ſit inſatiabile, querimonia ſemper atq; ingratitudine plenum. Ac multa ſane prudentia, multo item ſtudio opus eſt, ut qui criminationis cauſas omnes amouere à ſe cupit, ipſarum ora obſtruat. Iam pleriq; ubi aliquem uiderint pecuniæ imperantem, continuo idoneum ad huiuſmodi œconomiam pronunciant. At ego nunquam exiſtimauerim hãc illi animi magnitudinẽ ſatis eſſe, quam ipſam præſtandam quidem in primis eſſe (quippe ſine ea uaſtator potius quàm antiſtes, & pro paſtore lupus fuerit) uerum & unà cum ea uidendum puto, num & aliam animi uirtutem habeat. Ea eſt autem mortalibus bonorum omnium autor patientia atq; æquanimitas, hominis animum tanquam in ſerenum quendam portum appellens. Nam uiduarum genus tum paupertatis, tum ætatis, tum ſexus nomine immodicam ſibi libertatem uſurpat, (ſic enim loqui præſtat) uociferãturq; importune ſemper, & ab re conqueruntur, & lamentantur ubi gratia habenda, & incuſant quod laudandum ac probandũ: qua in parte Antiſtitem oportet omnia generoſe ac fortiter pati: neq; iritari, ſiquando illæ aut intempeſtiue obtundant, aut immerito expoſtulent. Illarum enim infelicitas miſericordiam potius quàm contumeliam meretur: quarum certe calamitatibus antiſtitem inſultare, & dolori ob paupertatem nato contumeliæ etiam moleſtiam addere, extremæ crudelitatis atq; immanitatis fuerit. Quocirca uir quidam ſapientiſſimus, humani ingenij auaritiam faſtumq; contemplatus, tum intelligens paupertatis uim naturamq; tantum poſſe, ut uel generoſiſſimũ quenq; animum proſternat, cogatq; identidem ijſdem rebus poſtulandis impudentem eſſe, ut ne quis per pauperum efflagitationes ira excandeſceret, tum uero aſſiduo illorum occurſu iritatus illis aduerſarius is fieret, qui opem afferre deberet, ipſum inſtruit ad ſeſe mitem ac facilem indigenti præſtandum: (Pauperi, inquit, citra animi tui moleſtiam aurẽ inclina, atq; illi pacifice humaneq; reſponde to.) ac miſſum faciẽs indigentẽ eundẽq; iritãtem, (quid enim dicere quis ad illũ poſſit, qui ſupplex iaceat?) cum eo ſapientiſſimus ille idem uerba facit, qui illius infirmitatẽ ſubleuare poteſt, exhortans, ut tum uultus manſuetudine, tum orationis humanitate, antequam ad largitionẽ deſcendat, illius animũ erigat excitetq;. Quòd ſi quis deſtinatas uiduis facultates ne uſurpet quidẽ: in ipſas autem probra conijciat infinita, contumeliaq; afficiat, atq; adeo aduerſus eas iritetur: non ſolum liberalitate ſua natum à paupertate dolorem non leuat, uerum & malum ipſum conuitijs aggrauat: cogũtur enim perfricta admodum eſſe fronte ob uentris eſurientis neceſſitatẽ: ueruntamen & dolorem etiam ab huiuſmodi ui contumeliaq; concipiunt. Proinde quum ob inediæ timorẽ mendicare, & ob mendicitatem impudentes eſſe cogãtur, rurſum quum ob impudentiã cõtumelia afficiantur, multiformis quædam angoris, mœſtitiq;, doloriſq; uis, & quę caliginem multam afferat, in illarũ animũ irruit: eumq; oportet qui illarum curam ſuſcipit, hactenus æquanimẽ patientẽq; eſſe, ut non ſolum non ſua deſtomachatione illarum mœſtitiam anxietatemq; augeat, ſed & conſolatione ſua dolorẽ eum magna ex parte ſopiat, qui aliũde enatus illarum animos occupauerit. Nam quemadmodum neſcio quo pacto fit, ut quem contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarum ſubſidium ob inflictam contumeliæ plagam: ſic quem blande atq; humaniter appellaueris, quiq; donum aliquod unà cum ſui conſolatione à te acceperit, exultat magnopere ac lætatur: tum uero donum ipſum donãtis uultus geſtusq; conduplicat. Quæ ipſa non ex me pronuntio, ſed ex illius uerbis, cuius illa ipſa eſt admonitio, quæ præceſſit. Fili enim, inquit, in bonis ne des querelam, & in quocunq; dato ne des triſtitiã uerbi: nónne ros ardorem tollet? ſic uerbum melius q; datum. Ecce enim uerbum ſupra dona ipſa excellens bonum: utrunque autem uir gratus præſtat. Proinde non humanum ſolum ac patientem qui illarum curam ſuſcipit, uerum nihilo etiam minus œconomicũ eſſe oportet: quãdoquidem ſi ipſum hoc abfuerit, rurſum pauperũ facultates in idem damnum recidunt. Pridem eẽ quidam, cui adminiſtrationis huiuſmodi prouincia demandata fuerat, magnã auri copiam quum collegiſſet, id ipſe quidem haudquaquam deuorauit, ſed neq; in indigentium uſum præter pauca quædã inſumpſit: maximam aũt pecuniæ illius partem terra obrutam aſſeruauit, donec temporis iniquitas ſuperueniens hoſtibus in manum illam totam tradidiſſet. Magna igitur prouiſione opus eſt ut eccleſiæ facultates neq; redundent, neq; rurſus deſint: ſed quæ eccleſiæ erogantur, continuo indigentibus ſunt diſpertienda: cæterum in ſubditorum animis ac beneuolentia eccleſiæ theſauri collocandi. Enimuero quanta pecuniarum impenſa opus eſſe exiſtimas, tum in excipiendis hoſpitibus, tum in curandis ægrotis? quantam aũt tum diligentiam, tum prudentiã ad eam rem afferre debent, qui illi præfecti ſunt? quãdo hãc ipſam impẽſam nequaquam

Eccleſ.4

Eccleſ.18

Luc.

quam ea, quam dixi inferiorem, plerunq; autem & maiorem esse oportet: præfectumq; ipsum largitorem esse decet circūspectum, ac prudentem, ut eos, qui bonis abundant, animet ad certatim etiam, atq; hilariter bona sua eroganda: ne, dum consulit tollendæ ab infirmis inopiæ, largiētium animos percellat, offendatq;: atq; hac quidē parte animi propensionē, studiumq; multo uehemētius præstare cōuenit. Sunt enim quodam modo qui ægrotant, morosi ac torpescentes: ac nisi summam undiq; diligentiā curamq; adhibeas, uel tantillum, quod quidem à te fuerit neglectū, eiusmodi est, ut ægrotanti mali plurimum afferre possit. Sed quod ad uirginum curam spectat, tanto certe maior ibi timor inest, quanto uirginitatis donum pretiosius: quanto uirginalis grex cęteris regalior. Pridem enim factum est, ut & in sanctarū uirginum chorum infinitæ eædemq; uitijs refertæ infinitis inuaserint, debacchatæq; fuerint: quæ res & luctum multo acerbissimum parit. Ac quē admodum non ex æquo se res habet, puellane liberalis, an illius ancilla peccet: sic paria inter se non sunt uirginis ac uiduæ delicta. Viduis enim impune est & nugari, & conuitijs inter se depugnare, & adulari, & fronte perfricta esse, & nusquam non apparere, & in foro frequētes esse: At uirgo ad maiora sese accinxit certamina, utpote quæ cœlestis illius philosophiæ æmulatrix, profitetur se angelicam uitam in terris referre: cui item propositum est illa eadem præstare, quę cœlestes illæ atq; incorporeæ uirtutes præstant: quam ipsam non conuenit, neq; frequentes ac superuacaneas inambulationes agere, neq; uerba temere atque inconsulte effutire: cōuitij uero atq; adulationis, ne nomē quidem agnoscere. Propterea tutissima custodia, ac maiori præsidio indiget: nā sanctimonię aduersarius assidue astat, ijsq; in primis insidiatur, deuorare paratus, si cubi uirgo aliqua cadat labaturq;. Propterea ex hominibus insidiantur permulti, cumq; his omnibus naturæ insania: deniq; suus illi ordo in quem se adscribi uoluit bellum cōduplicat, tum quod extrinsecus ingruat, tum quod intrinsecus obturbet. His igitur de causis efficitur, ut ei, qui regendis uirginibus præfectus sit, magnus timor immineat: sed maius tamen periculum, maior animi dolor: si quid forte præter animi sententiam (quod deus auertat) eueniat. Nam si patri filia occultam in animo uigilantiam affert, si item cura de ea suscepta somnum à paternis oculis excutit, ubi timoris illi tantum incūbit, ne uel filia sterilis euadat, uel nubilē ætatem domi paternæ trāsigat, uel inuisa alijs negligatur: quid facturū putamus eum, cuius animū nulla harum rerum quas dixi, cura tangat: sed qui de alijs quibusdā longe grauioribus solicitus sit? Neq; enim hic agitur de mariti, sed de Christi neglectu ac cōtemptu: neq; ipsa sterilitas probrum ignominiamq; tantum, sed & animæ tandem interneciōnē parit. Omnis enim arbor, inquit, fructum nō faciens bonū, excidītur, & in ignem mittitur. Iam uirgini, quam sponsus Christus oderit, non satis est accepto repudij libello abire: sed odij illius pœnas luit, supplicium æternū. Ac pater quidem secundum carnem multa habet præsidia, quibus procliue illi sit filiā asseruare, ad cuius uirginis custodiam opitulantur, tum mater, tum nutrix, tum famularū turba, tum domus tutela. Neque enim licet ei frequēter in forum descendere: neq; si quando ea descenderit occurrentiū oculis conspicua esse cogitur. Præter hæc autem culpæ omnis atque criminationis expers est, quòd nunquam cogatur in uirorum prodire conspectum. Neq; enim rerum necessariarū cura, neq; iniuriorum hominum improbæ molestiæ, neq; id genus aliud hominū occursum cōgressumq; necessariū illi efficit, cum illi pater pro omnibus sit. Ipsa autē unam duntaxat curam habeat, ut nihil scilicet uel faciat, uel loquatur, quod uirginalē honestatem dedeceat. At si Episcopi partes spectes, multa certe sunt, quæ illi uirginis custodiam difficilem, seu potius omni arte superiorem efficiūt. Neq; enim illam secum domi habere possit: neque illud sanè contubernium decens, aut periculo uacans fuerit: Etenim ut nullum uel hinc detrimentum ipsi patiantur, sed synceram constantemq; sanctimoniam seruent: nihilo tamen minus rationē reddituri sunt pro ijs animis, quas offenderint, ac praua aliqua suspitione asperserint, quàm si inter se peccasse eos cōtigerit. Porrò quū episcopo nō liceat uirginū contubernio uti, relinquitur, ut facile illi non sit uirginalis animi motus perdiscere, & quæ nimis exuberant, ordinēq; excedunt circūcidere: quæ autē intra ordinem ac numerū cōsistunt, magis ac magis excolere, atq; in meliorē profectum perducere: tum uero eidem non perinde procliue erit perscrutari curioseq; indagare, si quando uirgines domo egressæ foras eant uagentúrque. Nam quòd uirgo inops sit, atque imperio soluta, idipsum certe efficit, ut episcopus haud ita magnam diligentiā præstet in exanimanda illius honestate: quippe cum ipsa sibi omnia administrare cogatur, cōplures intemperate uiuere uolenti egressuum uagationumq; tituli ac prętextus: quos quidē impedire eum oportet, qui illā iusserit domi assidue demorari, rebus necessarijs suppeditatis, ac data pedissequa, quæ illi administret. Iam & uirgini oportet funebres pompas, ac publica puigilia interdicta esse. Nouit em̄, nouit ingenio sissimus serpens ille, uel per bona opera suū uirus disseminare: ꝓpterea uirginē oportet undiq; tanquam muro circunseptā esse ac toto anno perraro domo egredi: idq; demū quum inexcusabiles ac necessariæ urgebunt causæ. Quòd si quis dicet episcopo opus non esse, ut res huiusmodi pertractet: nouerit is singulas uirginalis studij curas, atque adeo criminationes omnes, quas in uirgines cōijci contigerit, in illū recidere: qua ex re utilius multo fuerit, si ipse rem per se administrans ab ijs causis uacet, quas illū per aliorū delicta sustinere oportet, q̄ administratione ea relicta rationis reddendę iudiciū reformidare, eorum delictorū quæ alij cōmiserint. Adde q̄ q per se ipse hoc munus exequi

Eccles. 18

Luc. 3

exequitur, magna cum facilitate omnia trāsigit: qui autem necesse habet uicaria aliorū opera defungi, prę terquam quòd magnum illi adest negotium, ut omnium animos ad id munus gerēdum sibi persuasos reddat: certè laboris remissionem tantam nō habet ex functionis illius abstinentia, quanta negocia, quātosq; turbines sustinet ab ijs qui resistunt, atq; ipsius sententiæ ac iudicio repugnant. Sed uirium nostrarum non fuerit eas omneis curas solicitudinesq; percensere, quas sibi studium uirginibus impendendum uēdicat: quæ ipsę quum in album referendæ sunt, mirum dictu est quanta illi negotia facessant, cui prouinciam hanc crediderīs. Iam pars illa, quā episcopū tractare in iudicijs conuenit, infinita certe odia, infinitas offensiones parit: quæ quidē præterquam quòd negotijs permultis plena est, tam multas etiam difficultates affert, quàm multas ne forenses quidem iudices subeunt. Nam quum iustum ipsum inuenire labor est, tum eo inuento id nō se qui inuidiosum. Neq; uero hic negotium tantum ac difficultas, sed & periculum non mediocre ineſt. Pridem enim ex infirmioribus quidam, molestijs quum premerentur, neq; haberent quorū defensione ac patrocinio subleuarētur, fidei naufragium fecerūt. Fit aūt, nescio quo modo, ut qui iniuria afficiuntur, nihilo minus eos oderint, à quibus non adiuuantur, quàm eos qui iniuriam inferunt: ac neq; negociorum distractionis, neq; temporū inclemētiæ, neq; episcopalis magnitudinis, neq; alterius id genus rei cuiusquā rationē ullam habere uolunt: quinimò iudices se ipsi præstāt inexorabiles, defensionē unam prætendentes, malorum se premētium defunctionē: quam quidem qui præstare non potuerit, quamuis mille etiam causas afferat, nunquam effecerit, quò minus condemnationem subeat. Et quoniam nos in patrocinij mentionē incidimus, age hic & aliam quandā querelarū speciē causamq; tibi patefaciā. Nam nisi quotidie episcopus omniū domos circūierit, in hac parte uel eos superās quibus nullum aliud studium est, q̄ in foro uersandi deambulandiq;: hinc cōtinuo offensiones infinitæ emergēt. Neq; enim ij solum qui ægrotant, sed & qui sani sunt, inuisi se uolūt. Id quod nō religionis ac pietatis, sed honoris dignitatisq; potius nomine plurimi sibi uendicāt: ac si quem fortè cōtigerit ex ditioribus potentioribusq; Christianis, ecclesiæ usu lucroq; cōmuni ita urgēte, ab episcopo frequētius inuisi, hic protinus episcopus palpatoris atq; adulatoris notam sibi inurit. Sed quid attinet patrocinandi, inuisendiq; partes hic persequi, quum & solæ appellationes, salutationesq;, quibus episcopum uti oportet, tam magnum etiam criminationum pondus afferant, ut & ille pondere ferendo incuruetur, atq; adeo præanimi mœstitia, plerunq; succumbat: ut nihil hic agam, quòd et ob oculos illò potius quàm illò coniectos, ad calculos uocare illum uolunt. Quę enim ab episcopis temere ac simpliciter fiunt, plericq; accurate ac diligēter excutiunt, pensitata etiā uocis mēsura, aspectus habitu, ac risus quantitate. Illi enim, inquiūt, magnifice arrisit, eundēq; tū hilari uultu, tū uoce liberali, salutauit: me uero lōge parcius, atq; ut casus tulit: ac nisi multis uno in loco simul sedētibus quo quo uersus oculos ille circuntulerit, omēs appellās, id ipsum contumeliam esse uulgus dictitant. Quis igitur qui idem non sit admodū fortis, tam multis accusatorib. sufficere poterit: ut uel ab illis prorsus nō accusetur, uel accusatus crimen effugiat? Oportet enim primū te ne reum quidē esse, accusatoresq; habere: deinde si id prestare nequaquam potes, diluenda sunt crimina, quæ illi obiecerint. Quod si ne istud quidem facile erit, sed delectabunt quosdā temerariæ, ac nulla causa subsistentes criminationes, tum demū generose ac fortiter animi doloribus huiusmodi occurrendum, resistendūq;. Etenim qui merito incusatur, facile tulerit eum, à quo incusatur: quippe quum accusator minus q̄ conscientia ipsa infestus sit, efficitur, ut quoties ab ea, quæ omniū molestissima est, deprehensi, conuictiq; prius fuerimus, accusatores extraneos, tanq; mansuetiores facile postea patiamur. Porrò qui nullius sibi culpæ cōscius est, dum iniuste accusat, continuo ad iram propensus fertur, nec non animum facile despondet: nisi idem sic se prius animo cōparauerit præparauerit q;, ut multorū insipientiā patientissimè ferat. Fieri em̄ uix potest, ut qui se temere calumniā pati, atq; inique damnari intelligit, nō aliquo modo aduersus tantā hominum iniquitatē atq; absurditatē commoueatur. Quorsum autē hic enumerare attinet reliquas illas molestias, doloresq;, quos tolerare episcopum oportet, dum necesse est amouere aliquem ab ecclesiæ cœtu? quę atrocitas utinam intra molestiam, dolorémq; consistat, ac non etiam perniciē non mediocrem afferat. Timendum em̄ est, ne ille forte ad iniustius supplicium adactus dolore immodico, quod beatus Paulus ait, absorbeatur. Magna ergo diligentia hic opus est, ne dum prodesse illi cupis, maioris damni autor sis: nam quæcunq; ille post huiusmodi curationem peccata commiserit, futurū est ut horū singulorum pœna cum medico illo cōmunis sit, qui uulnus probe non inciderit. Quàm multa igitur supplicia episcopos manent, quum ex eis unusquisq; non solum rationem redditurus sit suorum delictorum: sed eorum item omnium, quæ alij cōmiserint, ad extremū illos uenire oporteat periculum? Nam si horremus, dum iudicium id nobis subeundum est, in quo peccatorū propriorū rationē reddituri sumus: ut qui sentiamus, nos ignem illum æternū effugere nequaquā posse: quid illi expectandum est, qui tam multorū nomine causas sit dicturus? Quòd autem hoc uerum sit, audi beatū Paulum, seu potius non Paulum, sed Christum Pauli ore loquentem: Parete ijs qui præsunt uobis & cōcedite: nam illi uigilant pro animis uestris tanquam rationem reddituri. Hiccine exiguus tibi uidetur cōminationis terror? equidem illum quantus sit, uerbis exprimere nō possum. Vsqueadeo ut qui admodum etiam animo duri sint, ac qui se facile

2. Cor. 2

Heb. 13

aliorum

aliorum oratione persuaderi non patiantur, quæ dixi abunde sufficiant, ut persuasum illis sit, nos neq; fastu, atq; contumacia, neq; inani gloria adductos, sed tum nobisipsis tantum timentes, tum rei ipsius magnitudinem emensos, fugæ genus hoc quæsiuisse.

LIBER QVARTVS.

BASIL. HAEC Basilius quum audisset, paululum cunctatus: Tu uero, inquit, si ad huiusmodi dignitatem acquirendam studium intendisses tuum: nimirum animi tui formido ista, ratione aliqua niteretur. Nam qui se idoneum ad muneris alicuius functionẽ semel professus est, hoc ipso quòd functionem eam studiose arripuerit, hic certe si quid post creditam sibi muneris administrandi prouinciam aberrauerit, haudquaquam ad insciti æ prætextum confugere possit, ut qui anteuertens, sibi ipse defensionem ademerit, uel ob id q accurrerit, quodq; administrationem eam sibi rapuerit: in tantum ut qui sponte, ac uolens eò accesserit, iam non sermonem hũc usurpare possit: Inuitus peccaui, inuitus illum aliquem perdidi. Dicet enim ad eũ qui tum illi hac in causa iudex futurus est: At quo tãdem nomine, quum animi, consiliiq; tui uires pares non essent functioni huiusmodi inculpate pertractandæ, aduolasti, ausus que es prouinciam humeris istis minime parem subire? quisnam, obsecro, te ad id coegit? quisnã ui te attraxit detrectantem fugientemq;? Tu uero nihil tale unquam auditurus es: neq; enim possis delicti cuiusquam huiusmodi teipsum damnare, estq; omnibus iam spectatũ, te ne tantillum quidem laborauisse, ut honorem hunc assequereris, sed aliorum potius officium beneficiumq; id honoris tibi detulisse. Atq; adeo quod illos delictorum ueniam impetrare non patitur, hoc certe abundans tibi apologiæ argumentum suppeditat.

2.Cor.2

CHRYS. Ad hos sermones caput quum mouissem, sensimq; arrisissem, hominis facilitatem simplicitatemq; demiratus, hac ego ad ipsum oratione usus sum: Equidem optarim uir omnium optime, hæc ita se habere ut dixti: idq; nõ ut id muneris amplectar, quod iam detrectaui. Nam ut mihi etiã nullum propositũ sit suppliciũ defũctorie atq; adeo imperite Christiani gregis administrationem gerenti, tamen omni supplicio grauius fuerit, si constaret me, cui tam excellẽs credita fuisset functio, pro eius dignitate qui credidisset, sustinere eã nõ posse. Quamobrẽ igitur optarim tuam istam opinionem nequaquã falsam, sed potius ueram esse? Nempe ut miseris calamitosisq; (neq; em̃ alio nomine iꝫ digni sunt, qui recte nõ aspirarunt ad muneris istius præfecturam, ut millies tute eos dicas ui pertractos fuisse atq; ignorãtia peccasse) ut miseris, inquam, illis effugere liceat ignem illũ æternum, exteriores tenebras, ac uermem nunquam emoriturum: postremo ut ne dissecẽtur, ac perditi cum hypocritis partem habeant. Verum quid facias? certè longe aliter sese res habet. Ac si placet, à regno primũ (cuius quidem studium apud deum tanti non est, quanti est sacerdotij) uerborum meorum fidem tibi faciam. Saul ille qui patrem Cis habuit, nõ suo ipse studio rex factus est, ut qui, cum abijsset asinas perue stigatũ, prophetã super ijs rogare cœpit: At ille cũ eo de regno colloquutus est. Porrò Saul ne auditis quidem prophetæ uerbis, ad regni administrationem suscipiendam accurrendum sibi putauit, quinimò tergiuersatus deprecatusq; est, quũ diceret: Quisnam ego sum? quænam itẽ patris mei domus? Quid tandem? Saúlne, posteaquam nõ recte honore sibi à deo delato usus est, potuere uerba ista eximere ab eius ira, à quo rex creatus ipse fuerat? Atqui licebat illi aduersum Samuelem increpantẽ, insimulantemq; uerbis his uti: Num ad regnum ipse administrandum accurri? Num ad huius potestatis regimẽ prosilij, atq; aduolaui? Equidem in animo habui priuatam uitam uiuere, quietã illam quidem, ac molestijs uacãtem: tu uero ad hoc me dignitatis autoritatisq; pertraxisti. In illa ergo uitæ humilitate, atq; obscuritate uersatus, facile offensiones huiusmodi deuitassem. Nam si ex uulgarium, atq; ignobiliũ hominũ numero unus fuissem, mihi aduersus Amalechitas bellum deus non credidisset, quo mihi non credito peccatum huiusmodi nunquam perpetrassem. Verum hęc, quæ dixi, omnia ad defensionẽ sunt infirma, neq; infirma tantum, sed etiam usq; adeo periculosa, ut dei iram magis iritẽt. Eum enim, qui magistratum meritis suis maiorem assecutus est, ut errata ipse sua tueatur, defendatq;, magistratus magnitudinem prætendere nõ oportet: quinimò in maiorem uirtutis profectum magna illa dei erga se beneuolentia uti. Qui uero ob id peccandi licentiam sibi permittit, quòd præstãtiori dignitate ornatus sit, certe nihil aliud quàm dei benignitatẽ, peccatorum suorum autorem facere conatur: id quod solẽne quidem est impijs hominibus, ijsq; quorum uita in ignauia, ac socordia uersatur.

1.Reg.10

Nos autem sic animatos haudquaquam esse conuenit, neq; in parem cum illis insaniam prolabi, sed omni ex parte operam dare ut uigilãtiam nostram omnem pro uirili exhibeamus, bene ubiq; de deo ominantes, nuntiantes, cogitantes. Neq; enim Heli (ut missõ regno ad sacerdotiũ, de quo nobis sermo, ueniamus) studiose, ambitioséue dignitatẽ eam sibi parauit. Hoc ipsum igitur quid illi post delictum profuit? Et quid dico parauit? quum ne illi quidẽ id muneris detrectare per legis necessitatẽ fas fuerit: ut qui unus esset ex tribu Leui, ac quem ipsum oporteret dignitatẽ eam, ad se iam à maiorum suorum retro origine descendentẽ suscipere: qui idem tamẽ liberorũ suorum petulantiæ nõ mediocres pœnas dedit. Iam quid dicas de primo illo ludæorum sacerdote, de quo tam multa cum Mose deus uerba fecit? nõne hic posteaquam unus nõ potuit tanti populi insaniæ resistere, parum abfuit quin periret, nisi fratris patrociniũ dei iram auertisset? Posteaq; uero Mosis mentionẽ intulimus, consentaneũ est ex ijs, quæ illi obuenere, orationis nostræ ueritatem demonstrare.

ſtrare. Hic quippe Moſes uir bene beatus, tantũ abfuit à rapienda Iudęorum prętfectura, ut & oblatam recuſaret, & deum etiã quod illi id iubenti non auſcultaret, contra ſe iritaret. Quod quidem nõ ſolum id temporis fecit, uerum & poſtea quũ iam prętfecturam eam adminiſtraret: qua ut explicaretur, lubens è uiuis deceſſiſſet. Quid igitur poſteaquam ad aquã peccauit, potueré ne aſſiduæ illæ recuſationes illum tutari, ac deo perſuadere, ut ueniam ei cõcederet? Quanam alia, quæſo, de cauſa terra illa promiſſa priuatus eſt? certe non alia (quod quidem omnibus nobis notum eſt) q̃ ex peccato huiuſmodi, propter quod uiro illi admirando haudquaquam licuit rebus ĩſdem poti ri, quibus ſubditi eius potiti ſunt. Quinimo poſt diuturnum tempus inſumptum, poſt multas affli ctiones, poſt immenſum illũ errorẽ, poſt bella ac trophæa pmulta, procul ab ea terra mortuus eſt, cuius gratia tot tantosq̃ labores ſuſtinuerat: ac qui pelagi mala atq̃ incommoda grauiſſima perpeſſus fuerat, portus tamen fructus nullos capere potuit. Vides ut iam nulla peccatorum excuſatio relicta ſit, non ſolum ĩjs qui rapiunt, ſed ne ĩjs quidẽ qui alieno ſtudio huc euehũtur? Nam ubi qui uel deo decernente, eligenteq̃ ſæpenumero honorẽ ipſum recuſauere, tantas tamẽ pœnas luerũt, ac nihil quicq̃ à periculo huiuſmodi eximere potuit neq̃ Aaron, neq̃ Heli, neq̃ uirũ illum perbeatũ, ſanctum, prophetã, admirandum, mortalium omnium humaniſſimũ, eundemq̃ quaſi amicum quendam cum deo colloquentem: nimirum uix nobis, qui ab illius uirtute tantum abſumus, ſatis eſſe ad defenſionẽ poterit, cõſcios eſſe nobiſipſis, quòd ad honorem eiuſmodi nullo ipſi ſtudio, nulla ambitione aſpirauerimus: idq̃ eò etiã magis, quòd ex his ipſis electionibus pleraſq̃ humano ſtudio acceptas referre non oportet. Iudam deus elegit, eũdemq̃ in ſacroſanctum illud cooptauit collegiũ, dignitate apoſtolica unà cũ alĩjs ornatum, cui etiam maius quiddam quàm alĩjs dedit, pecuniarum diſpenſationem. Quid igitur? Num poſteaquam duabus illis prærogatiuis contrà quam debuit uſus eſt, tum eo quem prædicandum ſuſceperat prodito, tum pecunĩjs (illi hoc nomine creditis, ut recte eas adminiſtraret) male impenſis, impunitate donatus abĩt? Certe hoc potiſſimum nomine grauius ſibi accerſiuit ſupplicĩũ: idq̃ perquam merito. Neq̃ enim prærogatiuis à deo acceptis ſic abuti decet, ut per eas deum offendas: quinimo ut magis ac magis deo acceptus fias. Cæterum qui hoc nomine, quòd alios honore aliquo excellat, pro delictis pœnam commerentibus uenia dignum ſe eſſe cenſet: perinde facit, ut ſi quis ex infidelibus Iudæis Chriſtũ
Ioan.15 audiẽs ſic loquentem, Niſi ueniſſem eisq̃ loquutus fuiſſem, peccatum non haberent: ipſum ſeruatorẽ optime de humano genere meritũ his uerbis increpet inſimuletq̃: Tu uero cur ueniſti, ac loquutus es? cur & ſigna feciſti, ut grauioribus in nos ſupplicĩjs animaduerteres? At uero demẽtiæ ac ſummę adeo inſaniæ uerba hæc: neq̃ enim medicus, ut te magis condemnaret, curatum acceſſit, ſed ut prorſus à morbo liberaret. Te autem ultro ipſe ab illius manibus ſummouiſti. Igitur & grauius ſupplicium ſuſtineto: nam quemadmodum ſi curationi paruiſſes, futurum erat, ut à priſtinis morbis peccatiſq̃ liberareris: ſic quandoquidem medicum, quem præſentem habuiſti, auerſatus es, iam non peccata illa abſtergere potes. Quòd autem id nequaquã poſſis, propterea horum certe pœnas dabis. Idq̃ eo magis, quòd medicus, quod quidem ad te ſpectat, ſtudium operamq̃ ſuam perdiderit: quibus de cauſis efficitur, ut non pares cõmunesq̃ pœnæ eæ ſint, quas ante dignitatem à deo acceptam damus, cum ĩjs quas dignitate iam accepta luere cogimur. Hic enim longe grauius, quàm illic plectimur. Etenim quem beneficia accepta meliorem non reddunt, is certe etiam grauius ſupplicĩũ cõmeretur. Itaq̃ quum defenſio huiuſmodi iam nõ ſatis firma eſſe uideatur, ac non ſolũ eos non tueatur qui ad eam confugiunt, ſed magis etiam prodat: nimirum aliud nobis prętfidium inueniendum, quo nos tueamur ipſi. Qualénam, quæſo, futurum hoc eſt BASIL. præſidium (Baſilius inquit) quandoquidem apud me iam eſſe ipſe nõ poſſum, tantum mihi terroris, ac formidinis tua iſtæc uerba incuſſerunt.

Ne te (inquã, obſecro atq̃ obteſtor) ne te ipſe CHRYS. eò uſque deĩcias: eſt enim, eſt certe præſidium: ſi qui ſcilicet infirmi ſumus, eò nunquam deſcendamus. Rurſum ſi qui firmi ac ualentes eſtis, ſalutis ueſtræ ſpes non alibi ſitas habeatis poſt gratiam à deo acceptam, quàm ut nihil cõmittatis, quod indignũ eſſe poſſit tum munere, tum deo muneris ipſius largitore. Maxime aũt puniendi illi fuerint, qui poſt eum honorẽ ſtudio atq̃ ambitione adeptum, uel per ignauiã, uel per malitiã, uel per imperitiam re ipſa non recte utuntur. Neq̃ uero propterea paratam ueniã eſſe dixerim ĩjs qui nulla ſua ambitione dignitatẽ eam obtinuerint: nam ne illis quidem quiſquã relictus eſt excuſationis defenſionisq̃ locus. Decere enim arbitror uel ſite eò ſexcenti uocent, atq̃ adeo cogant, non illos ſpectare: uerum animi tui dotes prius examinare, uiresq̃ tuas omnes exacte perſcrutari: atq̃ ita demum cogẽtibus cedere. Iam domũ ſe aliquam ædificaturũ polliceri nemo audeat, qui idem architectus non ſit: neq̃ ægrotantia cõtingere corpora quiſquã aggrediat, qui medicinã nõ didicerit: quinimo uel pluribus uim afferentibus deprecabitur, neq̃ eum ſuę pudebit ignorãtiæ. Cui aũt tam multarũ animarũ cura credenda ſit, is nõ prius ſe ipſum examinabit, quin potius, uel oĩnium imperitiſſimus, munus ipſum ſuſcipiet, poſteaq̃ uel ille iubẽt, uel ille cogit, atq̃ adeo ut ne illum offendat? Et quonã ille pacto ſeſe unà cum illis in præſentaneũ non cõĩjcit periculũ? Nam cũ illi liceat ut ſe ipſe per ſe ſeruet, nimirũ & alios ſecũ perditos perdit. Vnde enim ſperanda ſalus? Vnde uenia expectanda? quinã tũ nobis internuntĩj, deprecatoresq̃ exiſtent? illi ipſi fortaſſe, qui nunc nos cogunt, & ad neceſſitatem adigunt?

Hoſce

Hoſce uero quis per id tẽpus ſeruaturus eſt? ſiquidem ipſi deprecatoribus indigent, ut ignis æterni ſupplicíũ deuitẽt. Quòd porrò hoc dicam, nõ quò terreã, ſed ut rem ita, ut uere ſe habet, edoceam, auſculta quid beatus Paulus ad Timotheum dilectum, ac uerè germanũ filium ſcribat: Manus cito ne cui imponas, neq; cõmunices cum peccatis alienis. Intelligis ne quanto nõ crimine modo ſed & ſupplicio (quod quidem in nobis fuit) eos liberauerimus, qui nos eò honoris perducturi fuerãt? Nam ſicuti ijs, qui ad id dignitatis electi ab alijs fuerint, non ſatis eſt defenſionem hanc afferre: Volũtarius ipſe ad huiuſmodi munus adminiſtrandum nõ acceſſi: atq; ideo ſanè nõ aufugi, q̃ non præſciſſem fore ut eligerer: Sic neq; eos qui elegerint, ſubleuare quicquam poterit, ſi dixerint ignoraſſe ſe eum quẽ elegere. Verũ uel hoc ipſo crimẽ grauius efficitur, q̃ quem ignorauere, perduxerint: ac certe quæ illis uidẽ excuſatio, accuſationẽ auget. Nam quî id abſurdũ nõ ſit, eos qui mancipium aliquod empturiunt, id tum medicis oſtendere, tum emptionis ſponſores poſtulare, tum uicinos interrogare, ac ne tum quidẽ adhuc confidere, quinimo & diuturnũ aliquod tempus poſcere, intra quod probare illud poſſint: eos uero qui quempiam ad epiſcopale munus huiuſmodi cooptaturi ſunt, ſicui placitũ ſit ad aliorum, uel gratiam, uel inuidiam teſtimoniũ ſuum accõmodare, ita eum temere atque ut caſus tulit adlegere nulla prorſus alia diſcuſſione facta? Quis igitur nos tũ depoſcet, atq; à noxa eximet: quum præſertim qui patrocinari nobis debẽt, patronis ipſi indigeãt? Proinde illum oportet, qui aliquẽ electurus ſit, rem diligenter admodum expendere, ſed multo etiã diligentius eũ qui eligendus ꝓponit. Tametſi enim illi peccatorum ſuorũ ſupplicium commune eſt cum ijs à quibus electus eſt, tamen ne ipſe quidem hac ratione ſupplicíũ euadit: qd̃ quidem & grauius feret, niſi ſi electores rem confecerint morbo aliquo humano uicti, reclamãte etiam ipſorum cõſcientia, neq; ſequuti quod illa dictabat honeſtius eſſe. Nam ſi in eiuſmodi delicto deprehẽſi illi fuerint, & quem indignum eſſe certo ſcirent, per cauſam tamen aliquam elegerint: utriq; illi pari digni ſunt ſupplicio. Fortaſſe autem & maius ſupplicium illum manet qui ſpõte adlegerit minime idoneum. Qui enim poteſtatem facit uolenti eccleſiam corrumpere, is certe autor fuerit eorum omnium quæ perdita illius audacia turbauerit. Qui ſi nulli rei earum, quas dixi, obnoxius fuerit, ſibi uero à uulgi opinione fucum fuiſſe factũ dicat, ne ſic quidem impune tulerit, ſed paulo tamẽ leuiores pœnas dabit, q̃ daturus ſit, qui ab ipſo electus eſt. Quid ita? Nempe quòd ueriſimile uideri poteſt eos, qui elegere, à falſa aliqua opinione deceptos ad dãda ſuffragia deſcendiſſe: Qui uero electus eſt, dicere utiq; nõ queat, ſe ſibi ut et alijs fuiſſe incognitũ. Igitur ſicuti is de quo grauius ſupplicium, q̃ de ijs à quibus aſcitus, productusq; eſt ſumendũ ſit: ita debet ſui ipſe periculũ accuratius q̃ illi facere, ac ſi eum illi ignorantes traxerint, illis obuiam ire, docereq; diligenter cauſas eas, per quas tum illi ab errore deſiſtant, tum ſe ipſe functione illa indignũ cum oſtenderit, tantarum rerum molem effugiat. Quãobrem enim fit, ut de militia, de mercatura, de agricultura, cæterarumq; ad humanũ uictum pertinentiũ rerũ ratione deliberatio ineunda quum ſit, neq; agricola nauigationem, neq; miles agriculturam, neq; gubernator militiam ſuſcipiat, etiam ſi mortem illis millies commineris? Nempe propterea quòd illorum unuſquiſq; proſpicit fore, ut periculum ſibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ergo, ubi modicis in rebus periclitamur, tanta ipſi utemur prouidentia neq; cogentium nos uiolentiæ parendũ eſſe putabimus: ubi uero æternum illos manet ſupplicium, qui epiſcopatus adminiſtrationẽ iuſte præſtare neſcierint, temere atq; ut caſus tulerit in tantũ nos conijciemus periculum, alienæ uiolentiæ cauſam opponẽtes? Atqui rationem huiuſmodi adminiſturus haudquaq; eſt, qui cauſæ iſtius iudicẽ aget. Decebat enim multo maiorẽ cautionẽ ac ꝓuiſionem ſpiritualium rerum, quàm carnaliũ præſtare. Hic uero ne parem quidem nos exhibere cõſtat. Etenim quæro ex te, ſi, quem ſuſpicamur fabrũ eſſe, ad opus uocemus, ſequaturq; ipſe: deinde manus admouens materiæ ad ædificium paratæ, ligna, itemq; & lapides auertat, opus autẽ ſic coagmentet, ſic domũ ædificet, ut ſtatim collapſura ea ſit, num ille ſeſe abũde hac defenſione tutaturus eſt, ſi dixerit, ab alijs ſe coactum, non etiam ultro ad ædificandum acceſſiſſe? Certe nequaquam, idq; iure optimo: oportebat enim uel alijs ad id uocãtibus pedem referre ac tergiuerſari. Itáne uero q̃ ligna ac lapides auertit faber, huic nullus prorſus ſuffugij locus, quò minus pœnas pendat: qui uero animas negligẽter ædificans perdiderit, hiccine alienam uim, abundans ſibi ſuffugium præſidiumq; putabit? & quo id pacto non ualde ineptum atq; abſurdum? nondum enim adijcio, nolentem à nemine compelli poſſe: ſed & ipſum uolo uim fuiſſe immodicam perpeſſum, artibusq; uarijs circumſeptum, ut in retia caderet. Hoccine igitur illum à ſupplicio eximet? ne obſecro, ne eò uſq; nobis imponamus, neque ſimulemus ignorare nos ea, quę uel admodũ pueris nota eſſe poſſunt: reuera eñ quum rationis reddendæ tempus aderit, ignorantiæ ſimulatio hæc nihil nobis allatura eſt præſidij. Principatum huiuſmodi nihil ipſe ambiuiſti, imbecillitatis tuæ cõſcius? Probe id ac recte. Oportebat ergo cum eodem hoc conſilio uocantibus etiam alijs tergiuerſari. An ne quũ te nullus uocaret, imbecillus tu, ac minime idoneus eras: ubi primũ uero cõperti ſunt qui honorem ad te deferrent, derepente in ualentem atq; idoneũ euaſiſti? Certe huiuſmodi res deridicula ꝓrſus ac nugatoria eſt, eadẽq; extremo etiã ſupplicio digna. Nam hac una de cauſa dominus admonet, ne quí turrim ædificaturus eſt, fundamentum prius iaciat, quàm ſuas uires expendat: ne qui illac tranſituri ſunt, ijs infiniti ludibrij ac riſus

risus ansam in se præbeat. Atqui illius mulcta se- A se intra derisum cõtinet, quum hic supplicium sit ignis æternus, uermis nunc̃ emoriturus, dentiũ stridor, extremæ tenebræ, dissecari atq; in hypocritarum ordine cogi: quorum tamẽ omnium nihil ij expendere uolũt, qui factum nostrum accusant. Id quod si facerent, profecto cessaturos tandem putauerim ab eo accusando, qui se temere ac nulla causa perire noluerit. Nobis quidẽ haud quaquam nunc res est de frumento hordeóue dispensando, de bobus ouibúsue pascẽdis, aut alijs id genus rebus distrahendis: sed de ipsomet corpore Iesu curando. Christi enim ecclesia, ex beati Pauli uerbis Christi corpus est. At certe eum conuenit, cui creditum corpus id fuerit, ipsum illud tum ad multam honestatem, tum ad pulchritudi- B nem incredibilem perpolire, undiq; circunspicientem, necubi macula, aut ruga, aut næuus, uitiúmue aliquod huiusmodi, pulchritudinem honestatemq; illam labefactet. Et quidnã aliud præstare oportet, quàm ut capite illo immortali ac beato, quod ipsi superpositũ est, corpus ipsum pro humanarũ uirium captu, dignum efficiat? Nam si qui suum corpus ad athleticã habitudinem cura adhibita componũt, ijs necessarius est usus & medicorũ, & pædotribarũ, & tẽperatæ diætæ, & exercitationis assiduæ & infinitæ adeo obseruationis (etenim minimus quisq; rerum illarũ contemptus, labefactare oĩa, atq; euertere potest) quibus forte obtigit Christi corpus hoc quod dico curandũ (cuius quidẽ exercitatio non corpo- C ra ipsa, sed inuisibiles potentias spectat) ij quibus nam artibus conseruare illud syncerum atq; incolume poterunt, nisi omnifariam animæ curationem congruam, conuenientẽ, atq; humana uirtute longe superiorem calluerint? An ignoras corpus id quod dico, pluribus tum morbis, tum insidijs obnoxium esse, q̃ caro nostra hæc obnoxia sit? item q̃ & celerius corrumpi, & ægrius sanari? Certe humana corpora curantibus, diuersa suppetunt medicamenta: itẽq; & instrumentorũ adparatus uarij, & cibi ægrotãtibus cõgrui: plerũq; aũt & sola aeris natura satis fuerit ad sanitatem laboranti restituendã: aliàs etiã somnus qui opportune obrepserit, medicũ ipsum labore oĩ leuat liberatq;. At uero hic nihil huiusmodi cõminisci D licet, sed una quędã post operũ prędtationẽ ars ac curationis uia tenenda sequẽdaq; est: nempe per sermonem Euangelicũ doctrina. Siquidem hoc demum instrumentum est, hoc cibus, hoc aeris temperamentũ optimũ, hoc medicamenti instar, hoc ignis loco, hoc ferri uice: ac si uel urere uel secare opus, hoc ipso uti necesse: atque hoc si nihil profuerit, reliqua omnia euanida pereant oportet. Hoc & iacẽtem animam suscitamus, & tumescentem compescimus: hoc & superuacanea amputamus, & quæ desunt supplemus, cæteraq; omnia conficimus, quæ ad animi conferunt incolumitatem. Ac sane ut uitam quàmoptime constituas, alterius hominis uita te ad idem exemplũ ęmulationemq; parẽ pertrahere possit. At quũ humanus animus decretorũ miníme uerorum, sententiarumq; à fide abhorrentium morbis laborauerit, hic demum Euangelici sermonis usus magnopere necessarius, non solum ut qui tibi domestici sunt, robores atq; confirmes: uerumetiam ut cum externis bellum geras, ac manus conseras. Nam si quis armatus foret tũ spiritus gladio tum fidei scuto, eò usq; ut miracula ędere, & per miraculorum æditionem, impudentium maledicorumq; hominum ora obturare posset, huic certe Euangelici sermonis præsidijs nihil opus fuerit: quin potius ne tum quidem sermonis usus inutilis est, sed admodum necessarius. Quando & beatus Paulus ab eo non abhorruit, tametsi à signis æditis ubiq; in admiratione habitus. Et alius quidam ex apostolis unus hortatur ut huiusmodi sermonis uim studiose amplectamur, inquiẽs: Parati semper sitis ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini de ea quæ in uobis est spe. Atq; adeo uniuersi Apostoli, quũ unà essent, nullo alio nomine, Stephano eiusq; collegis uiduas regendas cõmisere, nisi ut in eiusdem sermonis ministerio uersarentur. Veruntamen si contigerit nos aliquid posse in signis per nos ædendis, sermonis huius studio non æquè erit nobis inuigilandum. Sin ne ullum quidem uirtutis illius uestigium in nobis relictum est, ac multi undiq; assidue imminẽt aduersarij: supereſt necessario ut nos hoc sermone armemus muniamusq;, simul ut ne aduersariorum telis feriamur, simul ut illos feriamus. Quapropter ingens adhibere studium oportet, ut Christi sermo in nobis largiter inhabitet: neq; eĩ nobis pugnæ species una parata est, sed bellũ nobis uariũ ac multiplex propositũ, uarijs multiplicibusq; aduersarijs cõstans atq; instructũ, qui ipsi neq; ijsdẽ armis utunt̃ oẽs, neq; uno eodemq; nos artificio adoriri meditantur: eumq; oportet, qui cũ illis omnib. prælio decertaturus sit, omnium artes notas habere, eundemq; & sagittarium, & funditorem, & centurionẽ, & manipuli ductorem, & militem, & ducem, & peditem, & equitẽ, & naualis & muralis pugnæ peritũ esse. Etẽ in militaribus prælijs quod quisq; opus peragendũ susceperit, hoc adoriẽtes hostes defendit. At hic haudquaq; sic se res habet: nisi enim qui uictoriã reportaturus est, dimicandi artes ad unã omnes sigillatim percalluerit, nouit diabolus uel parte una aliqua, si ea forte neglecta fuerit, piratis prædonibusq; suis introductis pecudes diripere. At non ita usuuenit, quũ pastorem ille senserit omni scientia esse præditũ atq; instructũ, insidiarumq; omnium suarũ probe gnarum. Qua de causa omnibus nos ex partib. munitissimos esse oportet. Nam & ciuitas quandiu muro undiq; cincta est, eos irridet à quibus obsidetur, præsidio illo tutissima: ubi uero quis murũ diruerit ad portulæ tantum magnitudinẽ, tum longe illi abest septi præsidium, etiam si firmum alioqui ac tutũ illud maneat. Haud aliter igitur & dei ciuitas, dum ipsam undiq; pro muro pastoris solertia atq; prudentia cingit, aduersarijs suæ omnes machinæ, artesq; in

in opprobriũ risumq; cedunt, euaduntq; qui eam incolunt indemnes atq; illæsi: si autem eam parte aliqua demoliri quis possit, ut uniuersam non diruerit, à parte totum, ut sic dicam, labefactatur. Quid enim profuerit aduersus Gentiles uiriliter aliquem dimicare, si illum populentur Iudæi? Quid item de ambobus his uictoriã reportare, si Manichæi illum deprædentur? Atq; adeo uel his superatis, si qui dicunt fato omnia regi, pecudes intus iugulẽt? Et quid hic opus est omnes diaboli hæreses sectasq; cõnumerare? certe nisi omnes eas pastor recte nouerit propulsare, poterit lupus uel per unam ex eis tantum, bonam pecudũ partem deuorare. Iam in bellis militaribus, ab ijs qui stant, ac depugnant, fore cum uictoriam, tum cladem expectandum semper est. Hic uero res longe in contrariũ cedit. Persæpe eñ usuenit, ut pugna aduersus alios cœpta, ad eos qui prorsus non cõgressi fuerint, quicq; nihil omnino pulueris bellici hauserint, quiescentes sedẽtesq; uictoriam deferat: tum ut qui in ijs non magnopere exercitatus fuerit, proprio ipse gladio cõfossus & amicis & hostib. ludibrio sit: Verbi gratia (periclitabor enim tibi id exemplo planum facere quod dico) Legẽ quam Moses à deo accepit, qui Valentini ac Marcionis insanum dogma tanq; per manus traditum accepere, atq; adeo quicunq; eadẽ cum illis sentiunt, de sacrorum scriptorum catalogo delent. Rursus illa eadem Iudæis tam sacrosancta est, ut contendant, tempore etiam id iam uetante, nihil in ea esse quod obseruari non debeat, præter diuinum etiam placitum. At dei ecclesia utrorumq; intemperantiã uitans, mediam uiam sequuta est: quæ neq; cẽset collũ illius iugo submittendũ: neq; patitur ut illam calumnieris. Sed uel exoletam laudat, q; ea scilicet ad tẽpus usum atq; utilitatẽ pepererit. Oportere igitur puto eũ qui aduersus utroslibet depugnaturus sit, modũ huiusmodi adhibere. Nam si Iudæos docere uolens, intempestiue nunc ueteris legis cæremonijs impediri, acriter increpitare atq; incusare illã cœperit, nimirum hæreticis oblatrare uolẽtibus ansam non mediocrẽ dederit: qui si huiusmodi hæreticorum ora obturare uolens, ueterẽ legem laudibus extulerit immodicis, eã tanq; hodie quoq; necessariam cõmendans, fiet ut Iudæis ora laxet. Rursus qui Sabellij insaniam insaniunt, ac quos Arij rabies inuasit, ij quòd modum minime seruarint, à sana utriq; fide prolapsi sunt: qui ijdem Christianũ etiam nomen obtinent. At si dogmata examines, alteros inuenies Iudæis nihilo meliores saniorésue, nisi quatenus appellatione tantum inter se differunt: alteros maxime conuenire cum Pauli Samosatensis hæresi: cæterum utroslibet longe à ueritatis tramite aberrare. Magnũ igitur hic periculũ, arctaq; & angusta uia, præcipitijs utrinq; intercepta: uerendumq; maxime, ne alterum dum ferire uis, ab altero uulnus accipias. Etenim si quis deitatẽ unam posuerit, hic Sabellius cõtinuo debacchabit, uocẽ hanc ad suam insaniã impietatemq; pertracturus. Sin uero diuisione

A quis facta alium patrem, alium filium, alium esse spiritum sanctũ dixerit, hic instabit Arius, in diuersitatem essentiæ, personarum differentiam trahens. Fugienda uero auersandaq; est tum illius impia cõfusio, tum huius insana diuisio, ita ut patris, filij, ac spiritus sancti deitatẽ unam fateamur, personas quas uocant hypostaseis tres addentes. Hac enim ratione utrorumq; incursiones, quasi uallo obiecto impedire poterimus. Sunt item & alij cõgressus insultusq; permulti, quos hic colligere possemus, aduersum quos nisi diligẽter fortiq; animo decertaueris, fiet ut pugna decedas uulneribus cõfossus innumeris. Iam quis numerare queat domesticorũ nugas atq; cõtentiones? quæ quidẽ externis insultibus inferiores quũ nõ
B sint, maiorem etiã ei qui docere illos uelit, sudorem pariunt. Sunt enim alij, quibus præ curiositatis studio temere ac nullo cum consilio solicite indagare ac scrutari ea placet, quæ neq; facile disci possunt, neq; ijs utilia esse, qui ita edocti fuerint. Alij rursus iudiciorum diuinorum rationes ab eo postulant, conati abyssum illam magnam dimetiri. Iudicia enim tua (inquit ille) abyssus multa. Item fidei, ac uitæ institutionis paucos admodum inuenias studiosos: plures aũt curiose ea indagantes exquirentesq;, quæ nequaquam inueníre queas, quorum item exquisitio deum etiam irritat: nã quoties quæ ille noluit nos scire, ediscere conamur, ea ipsi neque sciemus, (quî enim deo id nolente?) & periculum uel ex ipsa tantum indagatione ad extremum reportabimus. Atque hæc
C quum ita sint, tamen quum quis autoritate interposita huiusmodi curiosorũ hominũ ora obstruxerit: is sibi tum arrogãtiæ, tum insciti æ notã inurit. Qua de causa antistitem magnam huc adhibere prudẽtiam oportet, ut tum illos ab huiusmodi quæstionibus abducat, tum eas quas dixi criminationes à se amoliatur. Cæterum aduersus hæc omnia nullum aliud quàm Euangelici sermonis suppetit auxilium: qua facultate si antistes spoliatus fuerit, fiet, ut eorum animæ qui illi subditi fuerint (de ijs loquor qui infirmiores curiosioresq; sunt) nihilo melius sese habeãt, q; naues eæ, quas assidua maris tẽpestas exagitat. Quãobrẽ episcopum oportet nihil nõ agere, ut sibi facultatẽ hãc
D comparet. Atq; hic Basilius: Quid igitur, inquit, Paulus ille facultatis huius sibi parandæ studiosus nequaq; fuit? qui ne eloquentiæ quidem inopiam dissimulat, sed aperte idiotã se esse profitetur. Idq; tum maxime quũ ad Corinthios scribit uiros ab eloquẽtia, in qua magnopere sibi placerent, claros atq; illustres. Hoc ipsum, inquam, hoc ipsum certe est, qd' plerosq; pdidit, remissioresq; ad ueræ doctrinę studium reddidit. Etenim quum non possent illi apostolicę mentis altitudinem exacte rimari, neq; uerborum sensum capere: totius ætatis tempus cõsumpsere in somnolentia atq; oscitantia, insciti am eam amplexati, non quam sibi ipse Paulus tribuit, uerũ à qua tãto ille abfuit interuallo, quanto nõ alius quisquam eorum omnium hominum qui sub cœlo hoc uiuũt,

BASIL.

CHRYS.

abesse potest. Cæterum propositum hoc aliquan A
tisper à nobis intermittat. Interim aût illud dicã:
Sit nobis Paulus ex ea quidem parte idiota, qua
tenus illi ijdem eum faciunt. Quid tum, si illum
cõtuleris cum nostræ ætatis hominibus? Etenim
facultatem ille obtinuit, orationis facultate mul-
to præstantiorem, ac longe potentiorem. Osten-
dens enim sese tantum, ac tacẽs, dæmonibus for-
midabilis erat. Nostri omnes si unum in locum si
mul cõuenerint cum infinitis tum precibus, tum
lachrymis, nunquam certe tantum possint, quan
tum olim Pauli semicincta potuere. Paulus qui-
dẽ precibus mortuos suscitauit, præterea miracu
la alia ædidit tã multa, ut apud externos pro deo
haberet: atq; antecq; uitã cum morte cõmutasset,
dignus habitus est, qui usq; ad tertiũ cœlum rape B
retur, uerborumq; particeps fieret, quæ humanã na
turam audire nequaq; fas est. At qui hodie uiuũt
homines, sed nihil ego eloqui possum qd' mole-
stum inuidiosumq; sit, Neq; eẽ hæc dico, quò me
moriæ nostræ hominibus insultẽ, sed q admirer,
quo pacto nõ perhorrescãt, dum sese cũ tali uiro
conferunt. Nam si miraculis omissis ad illius uitã
descẽderimus, eiusdemq; mores ac studiũ uere an
gelicũ excusserimus, per hoc demũ Christi athle-
tam magis q per miracula uictoriã reportare ui-
debis. Quorsum enim dicere attinet zelum, man
suetudinẽ, cõtinentia pericula, frequentes curas,
perpetuas animi solicitudines ecclesiarum causa
susceptas, cõmiserationem affectũq; in languen-
tes ægrotantesq;, afflictiones permultas, alias at C
que alias persequutiones, quotidianas mortes?
Quis enim locus orbis uniuersi, quæ continens,
quod mare iusti illius certamina ignorauit? Illum
uel deserta atq; inhospita tellus cognouit, atq; a-
deo periclitantẽ idẽtidem hospitio excepit. Nam
& insidiarum genera omnia pertulit, & nullum
nõ uictoriæ modum expertus est, ut in decertan-
do indefessus, ita & in reportanda uictoriæ coro
na continuus. Sed enim nescio quo pacto eò ipse
perductus sum, ut tanti uiri laudes oratione mea
eleuarem magis quàm exornarem. Eximia enim
illius facinora ut omnium orationem excedunt,
ita nostram tantũ superant, quantum ab ijs relin-
quimur, qui dicendi facultate in primis excellũt.
Atqui ne sic quidem (neq; enim euentu, sed ani- D
mo potius consilium nostrum ille metitur) super
sedebo, donec eloquutus id fuero, quod tanto est
ijs quæ dixi præstantius, quanto ille mortalibus
omnibus excellentior. Hoc igitur quid est? Cer-
te post tam multa egregia facinora, post innume
ras coronas, in gehennam detrudi, & æterno tra-
di supplicio optauit, ut Iudæos qui ipsum crebro
tum lapidarant, tum etiam quantum in ipsis erat
interfecerant, seruaret, & Christo lucrifaceret:
quis mortalium sic Christum desiderauit, si mo-
do desiderium hoc appellandum est, ac non poti
us aliud quiddam desiderio maius? Etiámne igit
nosipsos cum illo conferemus? idq; post tantam
gratiam quam partim cœlitus accepit, partim ex
se ipse præstitit? Hoc uero quidnam esse queat au

dacius, ac temerariũ magis? Atqui quod unũ re-
liquum est, Paulum sic idiotam nequaquam fuis-
se, ut isti existimant, id iam commonstrare aggre
diar. Isti enim nõ eum modo qui in peregrinæ ac
prophanæ eloquentiæ præstigijs tyrocinium nõ
posuerit, sed etiam eum qui pro tuendo ueritatis
dogmate depugnare nesciat, idiotã appellant: &
recte id quidẽ. At Paulus non utrobiq; idiotã se
profitetur, sed in horum altero duntaxat. Id quod
dum cõfirmaret, rem diligenter admodũ diffini-
uit: oratione non etiam cognitione idiotã se ap-
pellitãs. Et certe si hîc exigere uellemus Isocratis
tersum læuorẽ, Demosthenis amplã sublimitatẽ,
Thucydidis uerẽdam maiestatẽ, Platonis excel-
lentem dignitatẽ, Pauli testimonium hoc adduc-
tum esse oporteret. Nunc uero, si placet, omnia
illa prætermittentes, ac peregrinæ eloquẽtiæ or-
natum ut superuacaneum ducentes, dictionem,
enuntiationemq; negligamus: ac nobis orationis
paupertatem sic permittamus, ut rerum uerbo-
rumq; compositio nuda nobis ac simplex sit: mo
do ne quis in cognitione, atq; adeo in dogmati-
bus diligenter excutiendis idiotam se præstet: ne
que quò suam ipsius ignauiã protegat, Paulũ illũ
beatũ ornatu suo maximo, tum laude quæ in eo
summa est, dispoliet. Vndénam enim, obsecro, Iu
dæos eos, qui Damascum incolerent, confudit, si
gnis miraculisq; ab eo nõdũ cœptis? Vnde Græ
cos idem supplantauit? Quamobrem autẽ Thar
sum relegatus est? nónne id factum est, posteaq;
ui dicendi uictor ille euasit: sic, ut quum uictos se
illi ferre non possent, ad illius cædem inflamma-
ti ferrentur? Nondum enim miracula ædere cœ-
perat. Neq; uero dicere quis possit, Paulum ab e-
ditorum miraculorũ gloria, apud multitudinem
in admiratione habitum: eosq; qui cum eo con-
grederent, ab ipsius fuisse existimatione oppres-
sos. Ad id enim usq; tempus non nisi ab eloquen
tia uictoriam de aduersarijs reportabat. Aduer-
sus eos aût qui Iudaismũ sequi in Antiochia cœ-
pissent, quibus auxilijs pugnauit disputauitq;?
Rursus Areopagita ille superstitiosissimæ ciuita
tis illius ciuis, nónne unà cũ uxore, audita tantũ
Pauli concione, illum sequutus est? Eutychus ue
ro quomodo de fenestra delapsus est? nónne po-
steaquàm usq; ad multam noctem Pauli docẽtis
orationi intentus operam dedit? Quid uero in
Thessalonica atq; Corintho, quid in Epheso &
in ipsa Roma, nõne totos dies totasq; noctes in-
sumpsit, dum diuinas scripturas ordine expone-
ret? Iã quorsum percẽsere opus est disputationes
eas, quas cum Epicureis Stoicisq; palàm habuit?
Nam si hic omnia referre uelim, profecto noster
sermo in magnã sese longitudinẽ producat. Quũ
igitur Paulum constet tum ante miraculorum æ-
ditionem, tum in medijs ipsis miraculis magnam
adhibuisse eloquentiã: qua fronte iam sustinebũt
idiotam illũ uocare, cuius magna fuit apud omes
qua disputantis, qua cõcionãtis admiratio? Quã
obrem enim Lycaones ipsum Mercurium esse
suspicati sunt? Nam quòd Barnabam ac Pau-

lum

2.Cor.1

1.Tim.

2.Tim.

2.Tim.

Ibi

Tit.

lum deos esse crederent, id à signis æditis fiebat. A Quòd autem Paulum Mercurium esse uellent, id iam non à signis, sed ab eloquentia nascebatur. Quánam autẽ re prærogatiuã ille uere beatus uir inter cęteros apostolos obtinuit? Vnde item per uniuersum terrarũ orbem multus in omniũ mortaliũ ore uersatur? Vnde nõ apud nos modo, sed etiam apud Iudæos, ac gentiles in primis admirationi est? nõne ab epistolarũ facultate ac uirtute: per quam non eos tantũ qui id temporis in Christum crederent, sed eos quoq; qui ab eo tempore in hunc usq; diem credidere, ac qui postea crediturí sunt (tãtisper dum ille de unoquoq; iudicaturus aduenerit) adiuuit, adiuturusq; est? Id quod facere nunq; cessabit, donec mortale genus duraturum est. Cuius certè scripta instar muri ex adamante constructi omnes orbis uniuersi ecclesias quouis in loco positas circumuallant. Idemq; illi fortissimi ac generosissimi bellatoris exẽplo me- 2.Cor.10 dius etiã nunc stat, captiuã ducens omnẽ cogitationẽ ad obediendum Christo: itemq; & consilia celsitudinẽq; omnẽ aduersus dei cognitionẽ sese extollentẽ demoliens: quæ oĩa ille perfecit per illas ipsas quas nobis reliquit epistolas admirabiles, easdemq; diuina sapientia refertas. Sunt autẽ Pauli scripta nobis accommoda, nõ solum ut notha atq; adulterina à nobis dogmata amoliamur, uerisq; ac germanis nos muniamus, sed etiam ad bene beateq; uiuendum maximopere conducentia. Horum enim antistites etiam hodierni usu ac præsidio castam uirginem, quam ille Christo adaptauit despõditq;, concinnatã deformatamq; ad spiritualem uenustatẽ pulchritudinẽq; perducũt. His ítẽ simul irruẽtes in illã morbos propulsant, simul præsentem conseruant incolumitatem. Talia sunt ea ipsa medicamina, quæ nobis idiota ille relíq;t, ac tãtas certè illa uires obtinẽt: quorũ quidem experientiam probe admodum norunt qui assiduum eorum usum adhibent. Atq; ex his quidem liquido constat Paulum nõ mediocrem his in studijs operam collocasse. Tu uero audi præte- 1.Tim.4 rea, quibus ille uerbis discipulum suum hortetur: Lectioni, inquit, operam dato, exhortationi, doctrinæ: quarum rerum & fructum addit, quũ ait: Nam si id feceris, teipsum seruabis, & eos qui te 2.Tim.2 audierint. Ac rursus: Seruum domini nõ oportet D pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cum man- 2.Tim.3 suetudine. Ac progressus ait: At tu persistito in ijs, quæ didicisti, & quę tibi cõcredita sunt, sciens à quo didiceris, & quòd à puero sacras líteras noueris, quæ te possunt eruditũ reddere. Ac rursus: Ibid. Omnis scriptura diuinitus inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia: ut integer sit dei homo ad omne opus bonum apparatus. Audi autem quæ ille addat, dum cum Tito de epi- Tit.1 scoporum constitutione disserit: Oportet eĩm, inquit, episcopum tenacem esse eius, qui secũdum doctrinam est, fidelis sermonis, ut potẽs sit etiam exhortari per doctrinam sanam, ac contradicentes conuincere. Quo igitur modo qui sic idiota erit, ut hi esse uolunt, contradicentes conuincere, eorũq; ora obturare poterit? Quorsũ uero opus est operã nauare lectioni, ac scripturis, si ea nobis imperitia amplexãda est? Crede mihi, nihil aliud esse omnia ista possunt quàm excusationes quædam, quàm socordiæ atq; pigritiei tituli ac prætextus. At uero, inquies, episcopis hæc Paulus præcipit. Et nobis sanè de episcopis sermo habetur. Quòd autem ea etiam subditis præcepta sint, audi rursus quid Paulus in alia quadã epistola alios cõmonefaciat: Sermo Christi inhabitet in uobis Coloss.3 opulente cum omni sapientia. Ac rursus: Sermo ibid.4 uester semper cum gratia sit sale conditus, ut scias quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. B Iam id quod Petrus uult, ut parati scilicet simus 1.Pet.3 ad respondendũ, omnibus quidem præceptũ est. Paulus item ad Thessalonicenses scribens: Aedificetis, inqt, singuli singulos, sicut & facitis. Quũ 1.Thess.5 autem de sacerdotibus uerba facit: Qui bene præ- 1.Tim.5 sunt, inquit, presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ij qui laborãt in sermone ac doctrina. Hic eĩm demũ doctrinæ terminus cõsummatissimus, quũ sacerdotes tum factis, tum uerbis eos, quos erudiunt, ad beatam illam uitam à Christo institutam cõducunt. Neq; enim nuda facta satis sunt ad hoc ut alios edoceas, nisi & cum his uerba accedant: quæ uox non mea est, sed seruatoris nostri Iesu. Quisquis enim, inquit, fecerit Matt.5 simul ac docuerit, hic magnus uocabitur. Quòd C si is qui facit, idem & doceret: superuacaneũ certe id foret, quod secundum additum est: dixisse enim satis erat, quisquis fecerit tantum. Itaq; quòd utraq; illa distinxerit, ostendit alias esse operum partes, alias sermonis, atq; utrunq; alterius subsidio indigere ad consummatam ædificationẽ. An non audis, quid Ephesiorum presbyteris scribat Christi organum illud electum? Propter quod ui Act.20 gilate, inquit, memores, quod per triennium nocte ac die non cessauerim cum lachrymis monere unumquemq; uestrum. Quis enim uel lachrymarum, uel commonefactionis per uerba præstitæ usus, uita in eo apostolica sic radiãte? Certe ut mandata obserues, possit uita huiusmodi magna ex parte conferre: neque enim illi, quicquid belle ac præclare gestum fuerit, continuo soli acceptum retulerim. Quum autẽ de dogmatibus exortum fuerit certamẽ, depugnentq; omnes ab ijsdem scripturis, quámnam hic uitæ exemplum facultatẽ præstare, quámnam uim exhibere poterit: quidnã uero utilitatis sudores permulti allaturi sunt, quum uel post labores illos exhaustos, à crassa quadã inscitia in hæresim quis delapsus, ab ecclesiæ corpore abscissus auulsusq; fuerit? quod quidem scio multis usuuenisse. Quod tandem illi tum fuerit tolerantiæ cõmodum? certe nullum. Sicut neq; fidei integræ atq; incolumis usus fuerit ullus, si perdite alioq; ac corrupte uixeris. Qui bus de causis eũ oportet, qui docendorũ aliorum munus sortitus est, in primis huiusmodi certaminum peritia ualere. Nã tametsi tutus ipse perstat,

nihilq́ prorsus ab aduersarijs lęditur, tamẽ simpli A ciorum hominum multitudo illi subiecta ubi animaduerterit ducẽ uictũ esse, ac nihil habere quo se contra aduersarios tueat, iam non uicti infirmitatem, sed dogmatis potius imbecillitatẽ uitiũq́ causantur. Atq́ ita demũ ob unius hominis imperitiam, multus populus in extremã pernicie præceps rapitur, qui quanq́ haud sese penitus cum fidei aduersarijs coniungunt, tamen de ijs ambigere coguntur, de quibus confidere ipsi poterãt, & ad quos sese cum fide inconcussa cõtulerant, iam non illis cum eadem constantia attenti esse possunt: uerum tantus æstus, tãta tempestas illorum animas infestat superato præceptore, ut malum ipsum in naufragium tandem erumpat. Quanta autem pernicies, quantus item ignis in infelix miB serũq́ illius caput aggregetur, singulis quibusq́ ex subditorum numero pereuntibus: nihil opus est ut te doceam, qui per te hic ipse omnia ad unguem nouisti. Hoccine igitur est arrogãtiæ, hoccine inanis gloriæ facinus, quod mihi impingitur? quòd scilicet recusauerim tam multarum animarum interitus autor fieri, ac mihi maius suppliciũ accersere, quàm præparatum alioqui destinatumq́ post obitum esset? Quisnam uero id mihi uitio uerterit? certe nullus, nisi siquis insanire, ac nulla cum ratione expostulare, incq́ alienis calamitatibus philosophum agere uolet.

LIBER QVINTVS

QVANTVM experientiæ atq́ exercitationis episcopum ad agendas ueritatis tuendæ causas afferre oporteat, sa- C tis superque demonstratum nobis puto. Dicendum autem aliud quiddam supereſt, cuius causa infinita alia existunt pericula, seu, ut uerius dicam, nõ eius certe causa, sed ijs potius autoribus, qui eodem rectè uti nesciunt. Quandoquidem res ipsa & salutis, & plurimorũ bonorum cõciliatrix est, si illius administratio in studiosorum ac proborum uirorũ manus cecidit. Id igitur quid est? Nempe labor ingens cõcionibus disputationibusq́ publice ad populum habendis, impensus. Primum enim bona subditorũ pars nolunt se ad concionantes Episcopos sic accommodare, ut se ipsi ad præceptores audiendos accommodant: sed discipulorum ordinem cõditionemq́ supergressi, spectatorum eorum conditionem usurpant qui in theatris stadijsue certamina spectaturi otiose sedẽt. In quibus quemadmodum solenne esse uidemus, ut multitudo in contraria scindatur studia, alijs huic, alijs illi applaudentibus: ita sanè & hac in parte discissi, alij cum hoc, alij cum illo sese cõiungunt, aliàs ad gratiã, aliàs ad inuidiam dicẽti aures accommodantes. Neq́ uero id solum molestũ est, sed & aliud quiddam, hoc ipso nequaquam inferius. Nam si quẽ fortè ex concionatoribus contigerit partem aliquam eorum, quæ ab alijs elaborata fuerint, suis ipsius cõcionibus intertexere, certe pluribus opprobrijs obnoxium se reddit, & qui alienas opes suffurantur, quum alioqui etiam sæpe fiat, ut conA cionator ne aliunde quidem mutuatus quicquã, sed ea de re tantum suspectus, instar furis alicuius in ipso furto deprehensi habeatur. Et quid dico, eorũ, quæ ab alijs elaborata fuerint? Certè ne illi quidem licet suis proprijs inuẽtis assidue uti. Aures emẽ suas uulgus assuefecere, non ut ad utilitatem, sed ad uoluptatem potius audiant, quod faciunt qui uel de tragœdis, uel de citharœdis, iudicaturi sedent: atq́ adeo dicẽdi uis illa quam haud ita dudum explodebamus, hac in parte tantũ sui desideriũ præbet, ut ne in rhetoribus quidẽ ipsis, quũ illi inter se cõcertant, tanta requiratur. Hic ergo generoso opus est animo, eoq́ qui longe exiguitatẽ hãc superet, ut multitudinis uoluptatem illam immoderatã infructuosamq́ cõpescat, posB sitq́ illorũ auditionẽ ad id quod utilius futurum sit transferre, hac ratione ut populum se sequentem, ac sibi obsecundantem habeat, non etiam ut ipse à populi desideriis agatur: id quod præstare nemo potest, nisi idem simul populare aurã asperne tur, simul dicendi uim obtineat. Quorum utrũq́ nisi adfuerit, certè alterũ alterius auxilio destitutum nulli usui esse possit. Nam si is laudum titillationem forti animo contemnens, tamẽ non exhibuerit doctrinam sale ac gratia cõditam, fiet ut à multis despicabilis habeatur, nullo prorsus lucro cõmodóue ab animi magnitudine illa accepto: Rursum si dicẽdi partem optime præstare quum possit, à plausu atq́ aura populari uincatur, tum ipsi, tum multitudini quæ audit, damnũ detrimentumq́ idem propositũ, hoc ipso quòd laudũ illeC suarum desiderio captus ad auditorũ gratiam magis, quàm utilitatem dicẽdi uim exercet. Ac quẽadmodũ nescio quo pacto fit, ut qui nulla ex parte popularibus laudibus capitur, quicq́ idẽ dicendi est imperitus, is neq́ obsecundare multitudinis uoluptatibus possit, neq́ rursus auditoribus magno admodum usui adiumentoq́ esse propterea quòd nullis eloquẽtiæ doctrinæue præsidijs instructus est: sic qui laudum desiderio trahitur, is quum doctrina eloquẽtiaq́ sua multitudinem reddere meliorem possit, mauult certe, dum laudes eas quas à multitudine accepit, compensare cupit, ea in medium afferre, quæ auditores delectare possunt, his ipsis populares plausus clamoresq́ captans. Eum igitur qui optimus populi ductor futurus sit, utraq́ illa dote præditũ esse conD uenit, ut ne altera si abfuerit, alteram subuertat. Quum enim in medio exurgens oransq́ populo, ea eloquutus fuerit, quæ otiosorum hominum ignauiam atq́ socordiam perstringere possunt, ac deinde labatur & intercidat illius oratio, tum uero præ dicendi inopia erubescere ille cogatur: diffluit continuo, atq́ euanescit omnium eorum quæ dixerit lucrum. Nam qui ab eo perstricti fuerint, illius uerbis succẽsi, dum alia rependere non possunt, ignorãtiæ scommatis eum lacessunt, his arbitrati sua ipsorũ opprobria adũbrare. Propterea oportere episcopum puto aurigæ optimi exemplo utraq́ illas uirtutes diligẽter attẽperare, ut ipsi liceat illas simul rite, atq́ ordine pertractare: quum

re:quum enim talem ſe præſtiterit,ut à nemine re A
prehẽdi poſſit,tum poterit cũ quanta uoluerit li-
bertate ſubditorũ ſuorum omniũ delicta aliàs ca
ſtigare,aliàs remittere:priùs aũt,hoc illi haud faci
le factu fuerit.Porrò animi magnitudinẽ ſic eum
præſtare oportet,ut illam non ſolum intra popu-
lariũ laudum contemptionẽ cõtineat, ſed & ulte
rius promoueat,ut ne rurſum lucrum id quod ca-
ptat,imperfectũ maneat. Quidnã igitur aliud cõ
temnere illum cõuenit:liuorẽ,atq; inuidiã. Intẽ-
peſtiuas aũt inſimulationes(quippe antiſtitẽ ne-
ceſſe eſt abſurdas etiam deuorare criminatiões)
neq; præter modum uereri, ac reformidare: neq;
rurſus leuiter deſpicere cõuenit: ſed te oportet ut
falſę etiã exiſtant,ut à plebeijs ac contẽptis homi B
nibus in te contorqueant,contendere eas ſtatim
ut extinguas.Nulla em̃ res alia magis famam au-
get,uel bonã uel malam, q̃ uulgus incõpoſitum:
ut quod citra omnẽ delectũ ac iudiciũ & audire,
& eloqui quũ aſſuefecerit,id omne quicquid oc-
currerit,temere proloquatur, nulla prorſus ueri-
tatis ratiõe habita. Quamobrẽ te nõ oportet uul
gus ipſum contẽnere,quin potius ſuſpiciões pra
uas ſtatim atque exortæ illæ fuerint,intercidere:
blande item appellare eos qui te inſimulauerint,
ut illi etiã iniquiſſimi ſint:ac nihil prorſus omitte
re rerũ earum,quæ prauã de te opinionem delere
poſſint.Sin uero omnia quũ præſtiterimus,nolue
rint qui nos accuſant quieſcere,tum demũ contẽ
nere eos licebit:quãdoquidẽ ſi quis ob populi di
cta huiuſmodi,animo ſtatim deijci cœperit, nę is C
nihil unq̃ quod generoſum admirãdũq; ſit, pare
re poterit.Siquidẽ mœſtitia,itẽq; curę ac ſolicitu
dines perpetuæ,animi uim maxime poſſunt pro
ſternere, eundẽq; ad ſummã etiam imbecillitatẽ
perducere. Oportet igit̃ ſimiliter epiſcopũ erga
ſubditos affici,ut ſi pater erga liberos ſuos admo
dum infantes afficeretur. Ac quẽadmodum illis
neq; inſoleſcẽtibus,neq; cædentibus, neq; lugen
tibus admodũ laboramus,ac ne quum nobis qui
dẽ arriſerint,criſtas tollimus:ſic nos oportet neq;
uulgaribus laudibus intumeſcere, neq; probris a
nimũ deſpondere, ſiquando ea intẽpeſtiue erum
pere uideas. Id uero ô bone difficile admodũ ac
fortaſſe tale,ut præſtari à nemine poſſit:ſuis enim
laudibus audiẽdis nihil inde delectari, neſcio an D
cuiquã unq̃ mortalium obtigerit.Porrò conſen-
taneũ quidẽ eſt,ut qui laudibus delectet, idem il
lis etiã frui appetat:eum aũt qui frui appetit, om̃i
no neceſſariũ eſt mœſtitia ac dolore affici, q̃ties
illas nõ poteſt aſſequi.Nam quemadmodũ quos
diuites eſſe iuuat,ſiquando in paupertatẽ incide-
rint,mœrore afficiũtur, & qui delicijs aſſueuere,
tenuem ac ſimplicem uictum tolerare nunq̃ poſ
ſint:ita qui laudum amore capti ſunt, non ſolum
quum iniuſte uituperantur, ſed etiam quum ab a
lijs aſſidue non laudantur, quaſi fame quadam a
nimum conficiunt.Idq; maxime, ſi in ipſis laudi-
bus educati fuerint:aut ſi alios apud ſe laudari au
dierint.Qui uero cum laudum appetentia huiuſ-
modi in docẽdi certamẽ prodierit, quàm multis

illum negotijs, quàm multis animi doloribus ob
noxium putas? Certe neq; mare unquam poteſt
undis carere, neq; illius animus curis atq; angu-
ſtia:nam ſi is fortè fuerit magna dicendi ui prædi
tus (hoc autem paucorũ quidem eſt hominum)
ne ſic quidẽ ab aſſiduo labore expedire ſe poteſt.
Etenim quãdoquidem non natura,ſed diſciplina
eloquentiã parit,quum ad illius etiam faſtigium
quis peruenerit, tum certe ab ea ipſe deſtituetur,
niſi continenti ſtudio atq; exercitatione uim hu-
iuſmodi excoluerit:quo fit,ut qui peritiores iam
ſunt,ijs maior q̃ imperitioribus labor ſit propoſi
tus.Neq; enim par atq; eadem iactura hos & illos
manet,ſi rem uterq; neglexerint. Verum tanto ea
maior eſt iactura, quanto inter ſe interuallo poſ-
ſeſſio utraq;, hoc eſt & peritia & imperitia diſſi-
dent.Imperitos quidem nullus in ius uocet, ſi ni-
hil illi attulerint quod eruditum atq; eloquẽs ſit.
At periti niſi ſemper è penu ſua uberiora quædã,
& quę eloquentiæ opinione,quam uulgo iam re
ceptam habent,maiora ſint,protulerint,nę audi-
torum omniũ criminationibus obnoxij ſunt. Ad
de quòd illi uel à mediocri eloquẽtia magnas e-
tiam laudes aſſequi poſſint:quum horũ ſermo ni
ſi apprime admirabilis,atq; adeo ſtupendus fue-
rit,tantum abeſt ut laudatores inueniat, ut etiam
accuſatores permultos conciliet.Neq; enim audi
torum conſeſſus magis ex præiudicata iam dicen
tium exiſtimatione opinioneq;, quàm ex ijs quæ
dicuntur iudicium prolaturus eſt. Quapropter
quum quis cæteris eloquentia præſtiterit,tum de
mum illi in primis ſtudio,ac labore opus eſt: neq;
enim prætendere poteſt id excuſationis genus,
quod naturæ humanæ commune eſt:fieri ſcilicet
non poſſe,ut omnibus horis ſapias. Verum niſi u-
biq; dicta illius omnia exiſtimationis ipſius ma-
gnitudini reſponderint, infinitis certe cum ſcom
matis ac criminationibus à populo acceptis do-
mũ ſe recipiet.Quũ interim nemo exiſtat qui ſe-
cum reputet uel triſtitiã aliquã,uel angorẽ, uel ſo
licitudinẽ nonnunq̃, item & iram quæ in animũ
irruerit,ſolere mentis aciei tenebras offundere,
neq; ſinere ipſos animi fœtus puros ſyncerosq; e
uadere: præterea fieri omnino nequaq̃ poſſe, ut
qui homo ipſe ſit,ubiq; eundẽ ſe præſtet:ac quic-
quid tentauerit, id om̃e proſpere illi ut ſuccedat
at conſentaneũ quidẽ eſſe,ut & nonnunq̃ aber-
ret,ac ſe ipſe inferior appareat: Quarũ rerum om
nium nullã illi,quod iam dixi, cõſiderare uolunt,
quinimo ſic in illum crimina impingunt, ut ſi an-
gelo iudices eſſent.Quum alioqui etiã natura cõ
paratũ uideamus,ut alterius facinora atq; officia
quantũuis licet multa ac magna deſpiciamus: ſin
uel leue quippiã in eo deſideretur, iſq; uel ex lon
go interuallo aberrauerit, id plebs ſtatim perſen
tit,prõpte mordet,atq; ubiq; meminit. Atq; hoc
ipſum paruum licet ac tenue,multorum eorumq;
magnorum facinorum gloriam identidem eleua
uit. Vides ô bone maiori opus eſſe ſtudio, ei po-
tiſſimũ,qui dicẽdi præſtantia ualeat,ac præter ſtu
dium tanta item tolerãtia,quanta ne illis quidem

omni

oñibus,quos tibi prius nominaui,opus fuit.Etenim illum permulti temerè,ac nullo consilio idẽtidem adoriuntur,qui ipsi aliud habẽt nihil quod incusent,nisi quòd illum ægre ferunt apud oñes inclarescere:quo magis illorũ fortiter ac generose ferẽda est inuidia. Cuiusmodi odiũ execrabile quod temere illi collegere,occultare,ac dissimulare quũ ipsi nõ possint, clã cõuiciant, incusant, calumniãtur:malitiæ etiã suæ uirus palam diffundunt.Animus aũt is, qui ad illa singula dolorẽ alicui quem cõcipere,atq; inde iritari cœperit,non potest quin eo statim dolore arrodat, atq; cõficiat: neq; enim illum per sese ipsi ulciscũtur tantũ, sed id etiam aliorũ opera aggrediuntur:ac sæpe fit,ut unum aliquem ex eorum numero, qui dicendi facultate minime ualeant,eligant: eundemq; laudibus in cœlum extollentes supra dignitatẽ admirentur:alios ad id insania,alios inscitia,alios inuidentia impellente:non quidem ut illius eloquentiã admirabilẽ reddant,quæ talis etiã ipsa non sit: sed ut huius gloriã eleuẽt atq; extinguãt.Neq; uero cũ huiusmodi aduersarijs athletæ illi certamẽ modo propositũ est, sed & sæpenumero cum uniuersi populi imperitia.Nam quandoquidẽ ex elegantibus eloquentibusq; uiris auditorũ in unum coeuntiũ consessus haudquaquam conflatur:uerum bona concionis totius pars ex imperitis constat:sunt aũt reliqui & ipsi illis quidem prudentiores,ijdem tamen tanto ijs inferiores,qui de dicendi facultate iudiciũ ferre possunt, quãto ijsdem reliqui omnes: Sed quoniã unus tantũ aut alter in concione assidet,qui dicẽdi uirtutem huiusmodi obtineat:fit necessario,ut qui doctius, atque eloquentius dixerit,minus plausus reportet:aliquoties aũt,ne laudatus quidem discedat.Ac certe necesse esse puto animũ contra huiusmodi ineptias atq; absurditates generose præparare, ijsq; ignoscere,qui inscitia peccãt:eos uero qui inuidia adducti hoc facere sustinẽt,ut infelices ac miserabiles deplorare:neutro aũt horũ existimare episcopus debet, de sua dicẽdi facultate q̃q; detractũ. Neq; enim si pictor,qui optimus quidẽ sit, quiq; omnes pingendi arte præcellat, imaginẽ accuratissime à se expressam ab imperitis artificij illius uellicari uideat, conuenire putauerim, ut animũ statim despondeat,picturãq; ab imperitorũ iudicio ineptã cẽseat: quẽadmodum ne eam quidem quæ uerè inepta sit,ob eorũ stuporẽ, qui pingẽdi rudes ignariq; sunt,admiratione,amore,atq; amplexibus dignã censere debet. Sit enim optimus opifex suorũ quisq; operũ iudex,atq; is qui opera ea quæ facit,hac ratiõe uel uenusta,uel inepta iudicet,quum mens atq; ingenium, cuius industria opera ipsa deformata fuerint, tale de illis suffragium iudiciumq; tulerit: aliorum autẽ opinionẽ errantẽ, atq; arte carentẽ sic reijciat, ut ne in animi quidẽ cogitationẽ descẽdere permittat.Haud aliter sanè,qui aliorũ edocendorũ prouinciam susceperit,is ne de aliorũ laudibus dependeat,néue ab ijs animũ despõdeat.Quin orationes hoc cõsilio meditatus,ut deo Opt.gratę atq; acceptę sint, hũc unum sibi statuat canonẽ,ac terminum optimi illarum opificij,nõ etiam plausus ac laudationes. Laudat is ab hominibus, laudes ne reijciat. Laudes ab auditoribus illi negantur: eas ne ambiat,neu negatis indoleat. Abundãs enim illi fuerit laborum solatiũ, idq; omnium certe maximũ, si sibi ipse conscius esse potuerit,ad hanc se rationem, doctrinã, eloquentiamq; suam cõposuisse atq; adaptasse, ut deo illa placens acceptaq; fiat. Etenim si illius animũ iniquarũ laudum appetẽtia prius occupauerit,ei certè nihil sudores laboresq; illi improbi,nihil dicendi uis illa ac facultas profuerit.Humanus enim animus is qui temeraria ac cæca uulgi iudicia ferre minime potest,statim fathiscit,studiũq; ipsum literarũ abijcit.Quãobrem in primis erudiendus is est, in laudũ contemptu ac despiciẽtia:neq; eñ satis est eloquẽtia præditũ esse ad dicendi facultatẽ hanc cõseruandam,nisi hic ipse,quẽ dico,laudum contẽptus ad fuerit.Quod si quis rem ad calculos exactè exigere uelit,& illi quoq; qui facultate ista caret,cõperiet nihilo minus opus esse contẽptu isto laudũ, q̃ ei qui admodũ eloquẽs sit. Nam si à popularis auræ illecebris uinci se ille patiet, necessario fiet ut multis in rebus delinquat,ut qui quũ nõ possit claros illustresq; illos docendo æquare,non recusabit aliàs illis insidias parare,aliàs inuidere,aliàs iniuste detrahere,multaq; alia id genus præter decorum cõmittere:quinimo nihil nõ audebit, uel usq; ad animæ exitiũ,ut illorũ gloriã ad suæ tenuitatis humilitatẽ deducat. Adde quod à studiorũ sudoribus laboribusq; abstinebit, tanq; torpedine quadã illius animo circumfusa. Quisquis eñ post immensos labores susceptos laudis fructum inferiorẽ reportat,is nisi se prius ad laudũ contẽptum gnauiter cõposuerit, nimirũ animũ statim despondere,eundemq; ad altam quandã somnolentiã cõuertere solet: quãdo & agricola dum in sterilium locorum cultu ac labore uersatur, ac lapidosam noualem arare cogitur, statim labore supersedit,nisi illum uel agricolationis studium uehemens,uel famis timor ingruentis urgeat.Etẽ si quibus dicendi facultas magna inest,ut donum illud cõseruent,tanta opus est exercitatione: qui facultatis illius nihil comparauerit, sed in medijs dicẽdi certaminibus,in ipso concionũ agendarũ stadio meditari cogitur:is quantũ,quæso,subiturus est difficultatis,quantũ tumultus, quantũ turbulentiæ,ut magno suo labore tantillũ auræ popularis sibi concilieť:sin uero quis existet qui uel inferiorem Episcopo dignitatẽ atq; ordinem sortitus,hac sane in parte plus q̃ ille claresc̃ere possit, hic demum diuino quodam animo opus est, ut ne uel inuidia uincatur, uel animi desperatione opprimatur. Ab inferioribus enim dicẽdi gloria uinci eũ qui dignitate præcellat,remq; fortiter ac generose perpeti:id uero non cuiuslibet, neq; nostri sanè fuerit,sed adamãtini potius cuiusdam animi.Porrò q̃ sic excellit,hic si humano fortè ac modesto animo prędit̃us fuerit,malũ utiq; utcũq; tolerandũ.Sin & audaculus,& arrogans, & gloriolæ

riolæ ſitiens, nimirum mors aduerſario quotidie optanda: uſqueadeo amarulẽtam ei uitam riualis reddit, in propatulo exuperans, clam ſubſannãs, pleraq; de ipſius autoritate identidem uellicans, omnia ipſe eſſe cupiens: quarũ rerum omniũ maximum ſibi præſidiũ facit, tum eam quã in dicendo uſurpat libertatem, tum multitudinis in ſe ſtudium, tũ ſubditorũ erga ſe omniũ dilectionem. Ignoras quantus iam ornate copioſeq; dicẽdi amor, quãtum ſtudium in Chriſtianorum animos inuadat, ac tanquam debacchetur: quantoq; iam in precio habeantur, qui ſtudium id excolũt, non apud externos tãtum, ſed etiã apud eos qui Chriſtianæ pietatis partes ſequuntur? Quî igitur tantum dedecus quis ferat: quum ipſo ſcilicet dicente taceant omnes, ac ſeſe interturbari exiſtiment, tum uero orationis finem, quaſi laborũ requiem quãdam expectent: alterũ autem uel diu admodum orantem, patienter auſcultent, & dicendi finem facere uolentem ægerrime ferant: denique quo iam ſilere uolente iritentur, cõmoueãturq;? Hæc enim etiamſi tenuia tibi ac deſpicabilia inexperto uideantur, tamen eiuſmodi ſunt quę poſſint tum alacritatem extinguere, tum animũ eneruare atq; diſſoluere: niſi ſi quis à perturbationib. humanis omnib. ſeſe aſſerẽs ad incorporearũ potentiarũ exemplũ animũ ipſe ſuũ cõpoſuerit: quę quidem neq; inuidię, neq; glorię ſtudio, neq; alterii id genus morbo obnoxiæ ſunt. Proinde ſi quiſquã eſt mortalium omniũ talis, qui beſtiam hanc captu difficilem, indomitam, ac truculentam (aut rã dico populare) cõculcare, ac multiplicia illius capita excidere poſſit: imò uero ſiqs eſt, qui illã nullo enaſci modo permittat, hic ſanè facile poterit cõplures inſultus iſtos à ſe depellere, ac ſereno quodã portu tãdem frui: Qui ſi ab ea ſeſe nõ aſſeruerit, idem hic multiplex bellũ, tumultũ perpetuum, deniq; deſpõſionis animi reliquorũq; morborum turbam aduerſum ſe depugnaturam præparabit. Quorſum attinet reliquas difficultates perſequi? quas quidem nemo neq; docere, neq; diſcere poterit, niſi qui in rem preſentem uenerit, rerumq; ipſarum adminiſtrationem ſubierit.

A

B

C

LIBER SEXTVS

T certè hoc in orbe dum uiuitur, huiuſmodi res exiſtunt, cuiuſmodi ex me audiſti. Vita uero defunctis quemnam, quæſo, in modum ea à nobis ferentur, quæ tum ferenda erunt, quum nos uidelicet pro iis ſigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint, rationem reddere cogemur? neq; enim dedecoris tantum, atq; ignominiæ pœna, ſed etiam æterni ſupplicij mulcta nos illic expectat. Illud enim: Parete iis qui præſunt uobis, & concedite: nam illi uigilant pro animis ueſtris, tametſi prius iam à me dictum eſt, tamẽ ne nunc quidẽ reticebo. Huius em̃ cõminationis terror animũ mihi cõcutit. Nam ſi ei qui unum aliquem duntaxat offenderit, expedit ut mola aſinaria ſuſpendat̃ à collo ipſius, ac demergatur in profundum maris; Item ſi qui fratrũ ſuorũ conſcientiam

E

Heb. ult.

Matt. 18

D

offendunt, ij omnes in ipſum Chriſtũ peccãt: qui non unum, non duos, nõ tres tantũ, ſed tam multos etiã populos perdiderint, illis quid tãdẽ fiet? ac quamnã illi pœnã ſunt pẽſuri? neq; enim licet imperitiam excuſare, neq; ad ignorantiã cõfugere, neq; aut neceſſitatis, aut uiolentiæ ſpeciem obtendere: uerũ ſubditus potius aliquis, ſi modo id liceat, ſuis ipſius, & antiſtes aliorũ peccatis excuſandis, ſuffugio hoc uti poſſit. Quamobrem? quã doquidem qui delegatus eſt, ut alienam emẽdet ignorantiã, tum uero diabolicũ inſtare bellũ denuntiet, is profectò ignorantiã prætendere mini me poterit, neque uocem hanc uſurpare: Tubam non exaudiui, bellum nõ præuidi. Quippe in hoc ſedet ille, ut Ezechiel ait, ut alijs ſignum tuba canens det, & quæ futura ſunt incommoda prẽnũtiet. Quo nomine ſupplicium nulla excuſatione depellere poterit, quãuis unius duntaxat animæ iactura acciderit. Si em̃ cum romphæa imminet, populo tuba ſignũ non dederit, neq; prænuntiarit, inquit ille, ſpeculator, ac gladius animã inuaſerit: ipſa quidẽ anima à ſua iniquitate capta fuerit, ſanguinẽ autem ipſius ex ſpeculatoris manu exquirã. Deſine ergo nos obtrudere in ſic ineuitabilis iudicij aleam. Neq; enim nobis hic res eſt de ducẽdis militibus, aut de regno gubernando, ſed de functione angelicæ uirtutis indigẽte. Etenim ſacerdotis animũ ſolaribus radijs puriorem eſſe oportet: ut nequando ſpiritus ſanctus deſolatum illum relinquat, ut dicere illi liceat: Viuo equidẽ nõ amplius ego, uiuit aũt in me Chriſtus. Nam ſi qui eremũ inhabitant, quiq; procul tum ab urbe, tum à foro, tum à tumultibus illinc enaſcentibus ſecuri, liberiq; uiuũt: deniq; qui perpetua portus tranquillitate perfruuntur, tuto uitæ illius præſidio fidere nolũt, quinimo infinitas quoq; alias addunt cuſtodias, undiq; ſeipſos circunſepientes, magna adeo cum diligentia & dicere & facere omnia adlaborantes, ut cum libertate ac puritate quadã ſyncera, quantũ humanus captus ferre poteſt, ad dei conſpectũ accedere poſſint: quãtã putas ſacerdotẽ præſtare debere tum uim, tum potẽtiã, ut animã ſuãi plius ab omni uindicet fœditate, ut ſpiritualẽ pulchritudinẽ illæſam atq; incolumẽ ſeruet? Etenim multo maior uitæ integritas huic, q; illis neceſſaria eſt. Cui porrò integritas maior neceſſaria eſt, hic certè plurib. q; illi ijdem caſibus obnoxius eſſe cogitur, qui eum conſpurcare poſſunt, niſi continentẽ ſobrietatẽ, ac uehemens admodum ſtudium adhibẽs, animũ imperuium impenetrabilemq; præſtiterit. Nam & oris decor & motuum exquiſita mollities, & inceſſus affectatum ſtudium, & uocis cõfractio, & oculorum, & malarũ pigmenta, & cinçinnorũ compoſitiones, & capillitij tinctura, & ueſtiũ ſumptuoſarũ auratarũq; diuerſitas, & gemmarũ pulchritudo, & unguentorũ fragrãtia, & cætera oĩa, quæ muliebre genus affectare ſolet: talia ſunt quæ animum commouere poſſint, niſi is continentiæ auſteritate occalluerit. Proinde ab iis quę dixi commoueri, mirũ nequaq; eſt: at per alia quædã, quæ

Gal. 2

his

his cõtraria sint, diabolum ferire, humanas q; animas misso uelut telo configere posse, id uero admirationis ac dubitationis plenum est. Prídem enim nonnulli, qui retia illa quæ dixi euaserant, à lõge diuersissimis capti sunt. Nam & neglecta oris facies, & squallida coma, & sordida uestis, & habitus incõpositus, & morum simplicitas, & sermo simplex, & incessus inaffectatus, & uox minime figurata, & paupertatis contubernium, & sui contemptus, & libera item solitudo, ad misericordiam primum pellexerunt eum, qui ea cerneret, post aũt eũdem ad extremã perduxere pernicie: permultiq; inuẽti sunt, qui priora illa retia quum effugissent, retia, inquã, ex auro, ex unguentis, ex uestibus sumptuosis, cæterisq;, quę cõnumeraui, contexta, in hæc longe ab illis diuersa, facile inciderint, hisq; perditi tandem fuerint. Quũ ergo & per paupertatem, & per opulentiam, & per habitus elegantiam eiusdemq; negligentiã, & per mores tum compositos tum incompositos: uno uerbo, quum per ea quę dixi omnia, in spectãtis animo prælium accenditur: illumq; doli, fraudes, artificia undiq; circumsistunt, unde illi, quæso, respirare dabitur, inter tot laqueos medio? quasnam porrò latebras nancisci poterit? non dico ne ui ipse captus succumbat (hoc enim non admodũ difficile) sed ut suum ipsius animum à fœdis cogitationibus inconcussum asserat. Et quidem nihil hic loquor de honoribus, malorum infinitorum autoribus. Honores enim ij qui à mulieribus deferuntur, temperantiæ contentionem eneruant, ac pessundãt sępenumero, quoties quis assiduam uigilantiam aduersus huiusmodi insidias afferre nescierit. Rursus honores eos, quos uiri largiuntur, nisi quis magna cum animi constantia admiserit: morbis duobus contrarijs capitur, quorum alter est adulationis seruitus, alter arrogantiæ amentia: dũ hinc sui palpatoribus, adulatoribusq; sese summittere, hinc propter honores illos quos illi deferunt, aduersus tenuiores cristas tollere, atq; adeò in fastidij ac contumaciæ barathrũ præceps ferri cogitur. Dicta quidẽ à nobis sunt hæc: sed quàm detrimentosa ipsa sint, nullus planè, nisi qui expertus sit, rectè nouerit. Neq; enim solum hæc, uerum longe his tum maiora, tum periculosiora subire illum necesse est, qui ipse medius inter homines uersetur. At qui solitudine delectatur, is omnium horum immunitatem consequitur. Cui siquãdo absurda quæpiam animi cogitatio simile quid oculis repræsentauerit, infirma tamen imbecillaq; est imaginatio huiusmodi, ac talis ut statim extingui atq; interimi possit, propterea quòd extrinsecus materia nulla subest qua cogitationis flamma illa calescere possit. Ac monachus quidem sibi uni tantum timet: qui siquãdo aliorũ curã suscipere cogitur, certe paucissimi illi sunt. Illi aũt si fortè plures erunt, tamen pauciores ijs futuri sunt, qui in ecclesiis uiuũt: ijdẽ suijpsorũ curas, solicitudinesq; leuiores, ac minus molestas præfecto suo exhibentes, non tam propter paucitatem, quàm quòd omnes illi mundanarũ rerum A securi uiuunt, ac neq; liberos, neq; uxorem, neq; aliud quicquam id genus animo uersare possunt: Quæ sanè res facit, ut qui illis præfectus sit, eos sibi facile parentes, ac communi secum contubernio utentes habeat: intantũ ut illorum lapsus exacte tum intueri, tum emendare possit. Affert autẽ non modicum ad uirtutis studia incrementũ assidua magistrorum cura. Eorum uero hominũ, qui Episcopo subditi sũt, bona pars uitę humanę curis uincti distringũtur: id quod pigriores ignauiores q; illos reddit ad spiritus opera peragẽda. Vnde & Episcopum necesse est in singulos, ut sic dicam, dies sementem facere: ut ipsa saltem assuetudine doctrinæ, sermonem auditorum animi retinere possint. Nam & opulentia ingens, & potentiæ amplitudo, & languor à delicijs exoriẽs, itẽq; & multa alia his addita semẽtes semel iactas suffocant: nonnunq; autem & spinarũ densitas ne ad terræ quidem superficiem sementem ipsam deciB dere patitur. Adde quòd afflictionis magnitudo, & paupertatis uis, & molestiæ assiduæ, & alia id genus prioribus illis contraria humanos animos a diuinarum rerum studio abducũt. Peccatorum autem quæ subditorum quisq; cõmiserit, episcopo ne minima quidem pars nota esse potest. Qui enim nota foret? quum illorum complures ne de facie quidem ille nouerit? ac talem quidem, tantamq; episcopo populi regẽdi curam molestiã difficultatemq; affert. Quòd si examinare ea quis uolet, quæ illum prę stare erga deum oportet: quę dixi, præ illis nihil prorsus esse comperiet. tam ingens, tam solicitũ, tam exactum ea studiũ requirũt. Eum enim qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? imò uero pro uniuerso terrarũ orbe legatus intercedit, deprecatorq; est apud deum, ut hominũ omniũ, non uiuentiũ modo, sed etiam mortuorũ peccatis propitius fiat: qualẽ quæso esse oportet? Equidem neq; Mosis, neq; Heliæ fiduciã fore unq; satis putauerim ad supplicationẽ huiusmodi peragendam: quandoquidem quasi mundus illi uniuersus cõcreditus, atq; adeo omnium sit pater, sic ad deum ipse accedit, deprecans quicquid ubiq; bellorũ est extingui, turbas solui, atq; in horum locum pacem ac felicem rerum statum succedere: deniq; celerem malorũ unicuiq; immiD nẽtiũ qua priuatim, qua publicè defunctionẽ postulans. Porrò illum ipsum oportet tanto oĩbus in rebus ijs prę stare, pro quibus intercedit, quãto par est ut subditos præfectus excellat. Quũ autẽ ille & spiritũ sanctũ inuocauerit, sacrificiũq; illud horrore ac reuerẽtia plenissimũ perfecerit, cõmuni omnium domino manib. assidue pertractato: quæro ex te, quoto illũ in ordine collocabimus? quãtam aũt ab eo integritatẽ exigemus? quantã religionẽ? consídera eĩ quales manus illas administrãtes esse oporteat: qualẽ linguam, quę uerba illa effundat: qua deniq; re non puriorem sanctiorémue esse conueniat animã, quæ tantum illum tamq; dignum spiritum receperit. Per id tẽpus & angeli sacerdoti assidẽt, & cœlestiũ potestatũ uniuersus ordo clamores excitat, & locus altari uicinus in C

Matth.

nus in illius honorem qui immolatur, angelorũ choris plenus est. Id qd credere abunde licet, uel ex tãto illo sacrificio quod tũ peragitur. Ego uero & cõmemorantem olim quendam audiui, cũ diceret senẽ quendam uirum admirabilem, ac cui reuelationũ mysteria multa diuinitus fuissent detecta sibi narrasse, se tali olim uisione dignum habitum à deo esse, ac per illud quidẽ tempus derepente angelorum multitudinem cõspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgẽtib. uestibus indutorum, altare ipsum circumdãtium: deniq; sic capite inclinatorũ, ut si quis milites præsente rege stantes uideat, id quod facile mihi ipse persuadeo. Item & alius quidã mihi narrauit, non ille quidẽ ab alio edoctus, sed dignus habitus, q id & uidisset ipse, & audijsset, q; qui de uita hac emigraturi sunt, si mysteriorũ huiusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes spiritũ efflaturi, ab angelis illorum corpora satellitũ more stipãtibus, propter assumptũ illud sacrum hinc recta in cœlum abducuntur. Tu uero nondum exhorrescis talem hanc animam in tam sacrosanctũ introducens mysteriũ? eumq; qui sordidas uestes induerit in sacerdotum dignitatẽ collegiũq; cooptans, quem tamen à reliquo cõuiuarum choro Christus expulit? Luminis instar uniuersum orbem illustrantis sacerdotis animum splendescere oportet: noster autem tantum habet tenebrarum ex praua conscientia circũfusarum, ut uereatur ac reformidet, fixis intẽtisq; oculis cũ fiducia dominum suũ obtueri. Sacerdotes terræ sunt sales: nostram autem insipientiam omnibusq; in rebus imperitiã quotus quisq; est, qui facili patientiq; animo ferat, extra uosipsos qui me nimia quadã amoris abundantia prosequi consueuistis? Neq; enim solum, sicut dixi, purum mũdumq; sacerdotẽ esse oportet, ut qui tali ministerio dignus habitus sit, sed etiam in primis prudentẽ, atq; adeò multarũ rerum experientia instructum ornatumq;, intantum ut secularia mundanaq; omnia nihilo minus noscat, q; norunt ij qui in media hominum turba uersantur: rursus rerum omnium mundanarũ securior uiuat, q; monachi ij qui montes ipsos habitandos occuparũt. Nam cum illum necesse sit eorum hominum consuetudine ac cõgressione uti, qui & uxores habent, & liberos alunt, & seruos possidẽt: quiq; & diuites admodum sunt, & publice negotiantur, & potentia pollent, certè uarium esse conuenit. Varium autem dico, non subdolũ, non adulatorem, nõ dissimulatorem, sed magnatum libertate, tum fiducia plenũ, ac qui ex re sese summittere, atq; obsecundare sciat, quoties negotiorũ usus postulat, quiq; idem benignus sit & austerus. Neq; enim unum duntaxat in modũ subditis omnibus uti debet, quãdo neq; medicis conuenire uidemus, ut eos omnes qui morbo laborant, uno eodemq; modo tractẽt, neq; gubernatori, ut unam tantum artem calleat, qua aduersus uentos depugnet. Etenim sacerdotij nauem assiduæ tempestates circumsistunt. Huiusmodi autem tempestates nõ solum extrinsecus adoriuntur, sed etiam

Matth. 22

intrinsecus enascuntur: quo fit ut sacerdos diligẽter accomodare sese ad multos, ac de iure suo q̃dammodo concedere debeat: quæ omnia uel inter se pugnantia ad unum hunc finem spectãt, nimirum ad dei optimi laudẽ, atq; ecclesiæ ædificationem. Monachorum certamẽ ingens, ac labor multus est. Verũ si conferre quis uolet instituti illius sudores, cũ recte administrato sacerdotio, certè tantum esse inter illa duo discrimẽ comperiet, quantum est priuatum inter & regem interuallũ. Nam illic quanquam magnopere laborandũ, tamen labor cõcertatioq; huiusmodi, corporis atq; animi cõmunis est, seu, ut uerius dicam, labor huiusmodi maiori quidem ex parte corporis constitutione absoluitur. Quod quidem nisi ualens fuerit, animi promptitudo in se ipsa uertitur, ac uelut soliuaga & ieiuna manet, non habens quemadmodum in opus exeat. Quippe cõtento studio ieiunare, humi decubare, aduigilare, illoto esse corpore, multum sudare, & cætera id genus, quæ monachi ad durandum affligendumq; corpus sibi exercenda proponunt, statim omnia depereũt, nisi corpus quod castigandum est, sufferendis afflictionibus illis par fuerit. Hic uero nuda simplicis animi arte opus est, ac certè tali quæ corporis habitudine nihil indigeat, ut suam ipsius uirtutẽ prodat. Quid enim nobis præsidij corporis robur ad id cõferre possit, ut neq; præfracti, neq; iracundi, neq; procaces simus, sed sobrij potius, casti, honesti, alijsq; animi uirtutibus instructi, per quas beatus Paulus ineffabilis sacerdotis imaginẽ numeris suis omnibus absolutãesse uoluit? quod ipsum itidem dicere nõ possis de ea uirtute quam monachus præstare debet. Ac quemadmodũ præstigiatoribus necessaria quidem est instrumẽtorum, rotarum, funium, gladiorum copia, uarietasq;: contrà, philosophus uniuersam artem in animo recõditam habet, externarum rerum nihil indigẽs: sic & hic monachus eo amplius alieno indiget officio, eaq; benignitate quæ uice aliena cõmoueat: & conuenientia item rerum locorumq; ad uitam illam commodorum, ut ij loci neq; ita multũ ab hominum conspectu remoti, solitudinis tamẽ otium quietemq; habeant: neq; ijdem optima anni atq; aeris temperie careãt. Nihil enim esse possit intolerabilius ei, qui abstinentijs ieiunijsq; corpus suum macerat, quàm cœli atq; aeris intemperies, ut sileam hic quàm multa monachis negotia necessariò exhibeant, tum uestium confectio, tũ uitæ cura: quippe quum certatim etiam contendant omnia per se opera peragere. Sacerdoti autem quod ad ipsius usum pertinet, nihil his opus fuerit, utpote qui sese cùm minime curiosum, tũ promiscuum omnibus his in rebus quę damnum non afferant, præstare: tum uero scientiam omnẽ in animi sui thesauro reconditam habere debeat. Quòd si quis existet qui admiretur, laudetq; sacerdotem eum qui sibi ipse uiuens domi se contineat, ac multorum cõsuetudinem usumq; auersetur: equidem hoc patientiæ specimen aliquod esse dixerim: non tamen idoneum id argumentum

1. Tim. 3

uirtutis omnis eius quę illius animo ineſſe debet, affirmauerim. Nam qui intra portum ad gubernaculi regimen aſſidet, is non continuo ſufficiẽs artis periculum præbet. At uero qui medio in mari cum eſſet, nauem ſæuiente tempeſtate eripere potuit: hũc certè nemo eſt qui optimum gubernatorem eſſe neget. Proinde ne monachum quidẽ magnopere ac ſupra modũ admirabimur, q̃ is apud ſe uiuẽs, neq; commoueatur, neq; in multa ac magna peccata prolabatur. Neq; enim ei res illæ adſunt, quib. ipſe animo irritetur extimuleturq;. Sin uero q̃s ſe ipſe turbis uniuerſis tradiderit, ac multorum delicta hominum ferre coactus cum eſſet, incõcuſſus immotusq; perſtiterit, animum ipſum uel tempeſtate actum tanquam in malicia ac tranquillitate gubernãs: hic uero dignus eſt, quẽ omnes plauſu atq; admiratione proſequant: abunde enim ſuæ ille uirtutis periculũ fecerit. Ne te igitur admiratio ſubeat, ſi qui à foro atq; à populari cõſuetudine abhorremus, accuſatores multos nequaquam habeamus. Neq; enim ſi quum obdormirem, non deliqui, neq; ſi quum nõ colluctarer, non cecidi: neq; ſi quum non depugnarem, non percuſſus ſum, mirari oportuit: quis eñ obſecro, quis, inquã, deferre poterit, ac detegere flagitium meum? tectum' ne cubiculumq; hoc? at in uocẽ erumpere nõ poſſit. an mater potius cui uni in primis res omnes meæ notę ſunt? At ne cum illa quidem mihi quicquam commune eſt, neq; ipſi inter nos in rixam contentionemq; ullam uenimus. Id quod ut etiam acciderit, equidem nullam eſſe matrem exiſtimo ſic à pietate charitateq; alienã, ſic à liberorum amore abhorrentem, ut quem parturierit, pepererit, educauerit, nulla cauſa impellente, ac nemine cogẽte, eũ palàm uituperare ac criminari ſuſtineat. Nam ſi quis alioqui hunc animũ exquiſite excutere uelit, certè permulta in eo deſiderabit. Id quod ne tibi quidẽ incognitũ eſt, qui me tamen apud omnes laudibus in cœlũ efferre conſueuiſti. Ac ſanè quòd nõ extenuandi mei nomine hoc pronuntiem, recordare, ſi placet, quoties tibi dixerim, (quum huiuſmodi ſermo idem inter nos incidiſſet) ſi quis optionẽ mihi proponeret, utrum ego inſtitutũ ſequi, inq; eo clarescere mallẽ: in eccleſiæ alicuius præfectura, an in monachali ſolitudine, me prius illud uitæ genus mille calculis antepoſiturum. Neq; enim ceſſaui unquã illos apud te ſuſpicere qui munere illo iuſte defungi poſſent: me uero id munus non detractaturum fuiſſe quod tantopere magnificerem, ſi modo illi probe pertractando par fuiſſem, nemo planè contradicturus eſt. Verum quid facerem? Equidẽ nihil minus utile, minusq; aptum eſſe puto ad eccleſiæ prefecturam adminiſtrandã, quàm animi mei pigritiam hanc atq; ſocordiam, quam tamen alij exercitationem eſſe exiſtimãt. At ego illam quaſi meæ imbecillitati uelamen prętendo. Qua quidem ex ijs quæ in me deſiderantur, plura obtego, neq; ſeſe prodere patior. Quiſquis eñ tanti otij fructum capere, multaq; in quiete uitam trãſigere aſſueuerit, ut magno etiam ingenio præditus ſit: is ſanè ſi quid agendum eſt, in quo tyrocinium non poſuerit, animo ſtatim turbatur, ac percellitur, obtundũturq; magna quidem ex parte facultates uiresq; illius omnes, niſi eas prius ad id ipſum quod facturus eſt, probe exercuerit. Qui ſi fortè ſimul & tardo ingenio natus, & certaminũ huiuſmodi expers fuerit: ſuſcepta iſta ſacerdotij adminiſtrandi prouincia, nihil prorſus quod noſtrate uerbo dicitur, à ſtatuis diſtabit. Quãobrem pauci admodũ exiſtũt, qui ex palæſtra illa in hæc certamina deſcendant: quotquot autem deſcendunt, ex ijs plures ſeſe quales ſint, prodũt, tum uero animis cõcidunt, deniq; inſuaues atq; acerbas ſeſe res deuorare intelligunt. Nec ab re quidem illud. Quum enim non eadem ſunt, neq; ijſdem de rebus propoſita certamina exercitationesq;, tum fit ut qui decertat, ab eo qui prorſus inexercitatus eſt, nihil diſcrepet. Gloriam in primis contemnere eum oportet, qui in ſtadium iſtud decertaturus deſcendit, iram ſuperare, ac multa prouidentia abundare. Huic autem qui ſolitariam uitam amplectitur, nullus prorſus exercitationis campus propoſitus eſt. Nã neq; irritãtes habet multos, ut hac ratione meditetur, ac ſeſe exerceat in coercenda animi excandeſcentia, neq; rurſus palpatores, applauſoresq;, ut hac item ratione populare auram reſpuere diſcat. Prætetea hoc hominũ genus non admodum laborãt, eam ſibi parare animi prudentiam, quã eccleſiæ adminiſtratio requirit: quo fit ut quum in ea certamina deſcenderint, quorũ nullum antea periculum fecerint, hæreãt ipſi, hallucinentur, ineundi conſilij inopia laborẽt, atq; adeò præterquã quòd ad uirtutem progreſſionem nullam faciunt, eas etiam dotes quas ſecũ attulerant, pleriq; plerũq; deperdant. Tum Baſilius: Quid igitur? eos qui in media hominum turba uerſantur, qui uitæ huius cultum, negotia, curas ſequuntur, qui ad rixas, ad pugnas, ad maledicentias occalluere, ſexcentis ingenij facultatibus artibusq; inſtructi, delicijſq; affluẽtes, eccleſię regimini prę ficiemus? Bona uerba, inquam. Huiuſmodi enim hominum ne in mentem quidem tibi uenire debet, quum de ſacerdotũ delectu agetur. At uero ſi quis exiſtet, qui uel multorũ hominum uſum conuictumq; ferẽs, poſſit item animi puritatem, conſtantiam, ſanctimoniam, tolerantiam, ſobrietatẽ, cæteraſq; uirtutès quæ monachis inſunt, magis etiam incorruptas atque inconcuſſas ſeruare quàm ipſi etiam monachi ſeruent: næ hic tibi deligendus erit: quãdoquidem quiſquis uitijs multis quum laborat, eadẽ illa poteſt ſolitudine diſſimulare, atq; obtegere, ſicq; intra ſe cõtinere ne in opus erumpant, propterea quòd nullorum conuictu hominum utatur: hic certè ſi in medium acceſſerit, nihil inde lucri aſſequetur, niſi quòd tũ ridiculus futurus eſt, tum etiam maius periculum ſubiturus. Id quod nobis propemodũ accidiſſet, niſi dei optimi prouidẽtia ignẽ hũc à capite ſtatim meo defendiſſet. Neq; eñ diſſimulare ſe ipſe poteſt, qui moribus ijs fuerit, cum in luce hominũq; cœtu uerſatur. Verũ quoquò ſe ille uertat, ſtatim

BASIL.

CHRYS.

2. Cor.

proditur

proditur:ac quemadmodũ fit ut metallicas materias ignis probet,ita & cleri exacta probatio mortalium animos secernit,atq; internoscit: ac si quis est,uel iracundus,uel pusillanimis,uel gloriæ appetens,uel arrogãs,uel alio quouis animi morbo obsessus,id omne detegit, ac latentes statim morbos denudat:nec denudat solum, sed etiam tum asperiores,tum impotentiores reddit. Nã ut corporis uulnera si atteris, curatu difficiliora reddis: sic natura comparatũ uidemus, ut animi morbi, si irrites exasperesq;, magis ac magis rebellẽt, atque increscant, dominorumq; suorum peccata augeant. Etenim ad ambitionem statim attollũt, impelluntq; eum qui sibi cauere atq; imperare nesciat. Itemq; ad arrogantiam auaritiamq;:clàm autem ad delicias pertrahunt,ad animi demissionẽ, ad ignauiam:ac pedetentim ad alia deinceps indidem enascẽtia. Multa enim alia sunt uitia ijs quæ connumerauí interiecta, quæ animi uim eneruare,ipsumq; ad deum cursum interrũpere possunt. Atq; in primis mulierum usus consuetudoq;. Neque enim potest antistes,qui gregis uniuersi curã susceptt,uiris tantum curandis operam dare:mulierum autem curam negligere, qua in parte magna profecto opus est prouidẽtia, quòd facile ad peccandum quisq; procliuis sit,sed illum oportet cui administrandus episcopatus sorte obuenerit, pro illarum salute si non maiorem,at parem certè curam studiumq; impendere. Nam & eas inuisere ægrotantes,& solari lugentes,& increpare languentes,& adiuuare afflictas oportet, quæ omnia dum fiunt,plures irrumpendi aditus dæmon inuenire potest,nisi exactissima quis ac mũitissima custodia sese uallauerit,quippe animum ipsum ferit ac commouet non impudicæ tantũ, sed etiam pudicæ mulieris oculus: præterea & palpationes emolliunt,& honores mãcipant. Et simul charitas feruens, eadẽ bonorum omnium autor,ijs qui ea recte uti nesciunt,malorũ omnium autor fit. Aliquoties autem & solicitudines assiduæ mẽtis acumen hebetãt, eumq; qui animo uolucri ac pernici sit,plumbo grauiorẽ reddunt:deniq; & ira quæ in animũ forte inuaserit, fumi instar interiora omnia à se occupata inuoluit. Quis tandem reliqua enumeret incommoda, contumelias, uiolentias, incusationes,non solum quas uiri prudentes, sed etiam quas tum tenuiores,tum imprudẽtes intendunt,quæ hominum pars quum recto animi sensu ac iudicio careant, conqueri atq; expostulare nunquam cessant, excusationes quibus te defendas haud facile admittẽtes. Porrò & antistitẽ qui bonus sit, oportet ne istos quidem cõtemptui habere,sed multa cũ humanitate,facilitate, comitate omnium criminationes diluere,iniustas potius accusationes condonantem,quàm ob eas ægre ferentem ac succensentem. Si enim beatus ille Paulus ueritus est ne furti apud discipulos suspectus esset,quo nomine & alios in pecuniarum administrationem secũ assumpsit,ut ne quis, inquit, nos carpat in hac exuberãtia quæ à nobis administratur:quomodo non omnia à nobis agenda sunt,ut

2.Cor. 8

malas à nobis suspiciones amoueamus. quantum uis licet falsas, iniquas, & ab ea quam habeamus opinione alienas? A nullo enim peccato tantum absumus,quantũ à furto aberat Paulus. Attamen tantum ille cũ abesset à prauo hùiusmodi facinore,ne sic quidem negligendã sibi putauit communem multorum suspicionem, etiamsi admodũ iniquam atq; insanã. Insania enim mera tale quid suspicari de beato illo atq; admirabili Pauli animo. Nihilo tamẽ minus,quum huiusmodi suspicio sic iniqua atq; absurda foret,ut in nullius animũ, nisi eius qui mente alienata esset,influere posset, causas ille à se omẽs procul amolitur. Neq; uero hac se defensione tuetur: Quis tandem uestrum hoc ipsum de nobis suspicari sustineat, quũ nemo uestrum sit qui nos tũ ex signis miraculisq;, tum ex uitæ honestate atq; integritate non reuereatur atque admiretur? imò cõtrà & suspicatus ille est, & expectauit prauam hanc de se suspicionẽ, atq; id circo radicitus eã auellit,seu,ut uerius dicã, prorsus ne exoriri quidem eam permisit. quã ob rem? Procuramus enim,inquit,quæ honesta sunt, non modo coram domino,sed etiam coram hominib. Tantum certè oportet,imò uero longe maius studium adhibere, ut malas opiniones nõ solũ dum erumpunt,diuellamus arceamusq;, sed & procul unde erumpere possint,prospiciamus, atq; adeò causas ipsas è quibus enascantur, longo ante tempore interimamus,non etiam dum coalescant, & in uulgi ore uersentẽ, ac diuulgentẽ, expectemus. Tum emẽ haud procliue fuerit illas delere, sed admodum difficile:fortasse etiam nulla eas arte tum extinguere ualeas, neq; uero tũ res noxa careat, propterea quòd hoc ipsum fiat,quo tẽpore multorũ cõscientiã iam læseris. Sed emẽ quousq; tandẽ immorabor in persequendis ijs, quæ oratione quidem assequi minime ipse possim? quippe difficultates eas omnes recẽsere uelle, quas episcopũ tolerare oportet,prorsus nihil aliud fuerit,q; maris altitudinem emetiri. Nam ut etiam ille ab omni animi perturbatiõe uacet (id qd' assequi certè nemo potest)tamẽ emendãdis corrigendisq; aliorũ delictis, labores ærũnasq; infinitas ferre necessariò cogit. Quib. quidẽ si domesticos peculiaresq; morbos addideris,hic tu contemplare laborũ pelagus,curarũq; abyssum,& quæ episcopo tolerãda erunt,uolenti & domestica & aliena mala edomare. Atq; hic Basilius: Nũc uero,inquit,nullúsne tibi labor huiusmodi subeundus? nullæne animum tuum curæ in solitudine ista excruciãt?

BASIL.

Excruciant quidẽ,inquã,uel hodie. Quî enim potest is qui homo quidem ipse sit,ac uitam hanc ærumnosam uiuat,à curis,à laboribus angustijs sese expedire? Verum haudquaquã certè paria inter se sunt,immensum pelagus emetiri,& fluuium aliquem nauigio transmittere:tam ingens enim has inter & illas curas interiectum est interuallum. Equidem si hodie possim usui alijs esse,id utiq; desiderijs uotisq; omnibus concupiscam: sin id præstare non possim, at mihi certè factum satis putabo,si me seruate atq; à tẽpestate eximere dabitur.

CHRYS.

BASIL. Tu uero, inquit Basilius, hoc ipsum magnũ esse censes? Prorsus autem & te seruatũ iri putas, qui
CHRYS. alios nulla re iuueris? Bene ac recte, inquam, e-
locutus es: neq; enim id mihi persuasi, saluum fie-
ri quenquam posse, qui pro proximi sui salute ni-
Matth. 25 hil laboris impenderit, quum neq; miserum illum
quicquam iuuerit, talentum sibi traditum non im
minuisse: imò hoc ille nomine periit, quòd illud
non auxisset duplicasset q;. Veruntamẽ leuius mi
hi supplicium adfore puto, accusato cur & alios ip-
se non seruauerim, q; si & me item unà cũ illis per
diderim, tanta ista sacerdotij dignitate susceptа,
longe ipse deterior sceleratior q; effectus. Equidẽ
nunc mihi persuadeo fore, ut tantum mihi suppli
cium irrogetur, quantum peccatorũ à me perpe-
tratorum magnitudo postulat: qui si principatũ
hunc suscepero, tum me sanè pœnã pẽdere opor
tebit non duplam, triplámue, sed longe item gra-
uiorẽ: hoc ipso quod simul plures læserim, simul
post maiorem honorẽ à me acceptum, deũ opti-
mum qui me honore illo dignatus fuerit, offende
rim. Propterea enim deus Israelitas accusans, ob
hanc causam acrius ostẽdit maiori illos pœna di-
gnos, quòd peccauerint post honores ab ipso ac
ceptos, aliquoties in hæc uerba eos compellãs: at
qui uos cognoui ex omnibus terræ tribubus, pro
pterea uindicabo in uos impietates uestras. Aliàs
autẽ: Assumpsi ex filijs uestris qui essent prophe-
tæ, item q; ex adolescentibus uestris qui mihi san-
cti essent. Atq; adeò ante prophetarum tempora,
ostendere uolẽs deus hominũ peccata longe ma
iori supplicio expiari, dum à sacerdotibus quàm
dum à priuatis fiunt, mandat ut tãtundem pro sa-
cerdotibus, quantum pro uniuerso populo sacrifi
Leuit. 4 cium offeratur. Quod quidem quid aliud signat,
quàm sacerdotis uulnera maiori medicamẽto at-
que auxilio indigere, atq; adeò tanto, quanto cõ-
iũcta simul uniuersi populi uulnera indigẽt? Por
rò maiori nequaquam indigerent, nisi ea grauio-
ra forent. Atqui grauiora certè fiunt, non natura
ipsa, sed sacerdotis, qui ea commiserit conditione
1. Reg. 4 ac dignitate. Cæterum quid hic nos de uiris uer-
ba facimus, qui ministerium pertractantes sacris
operarẽtur? quum & sacerdotum filiæ quibus ip
sis nihil cum sacerdotio commune est, propter di
gnitatem paternam eorundem peccatorum pœ-
nam multo acerbiorem sustineant. Ac peccatum
quidem par æquale q;, tum quod illę, tũ quod pri-
uatorum hominum filiæ cõmiserint: mœchatio
enim utrunq;, at mulcta illis irrogata multo seue-
rior. Cernis quàm abunde deus declaret lõge ma
ius sese supplicium à principe quàm à subditis exi-
gere? Neq; enim qui in filiam propter eius patrẽ
grauius quàm in alias quasuis animaduertit, à pa-
tre certè, qui ipse auctarij pœnæ in filiam irrogan
dæ autor sit, parem eandem q; cum multis pœnã
exiget, sed multo sanè grauiorem. Id quod uel ma
xime consentaneum est. Non enim damnum in-
de exoriens in illum tantum recidit, uerum & in-
firmorum, & eorum item omnium quorum oculi
in illũ conuersi sunt, animos tentat. Hoc ipsum &

A Ezechiel docere uolẽs, separat secernit q; arietes Ezech. 34.
ab ouibus. Ecquid tibi nũc uidemur iusto terrore
percussi fuisse? Nã prẽter illa quę à me dicta sunt,
quanquam magnopere mihi adlaborandũ est, ut
ne penitus ab animi huius morbis opprimar, ta-
men laborẽ ipsum sustineo, nec certamen quidẽ
subterfugio. Etenim animus quidem meus ab ina
ni gloria uel hodie capitur. Sed tamẽ exerto capi
te sæpenumero resipisco, ac me captum esse intel
ligo, atq; adeò aliquoties captum, seruilem q; ani
mum increpo. Obrepunt mihi uel hodie absurdę
quædam appetentiæ, sed quæ remissiorem incen
dant flammã, propterea q; oculis extrinsecus ma-
teria nulla suppeditet, qua ignis conceptus fouea
tur. Vaco q;ũt prorsus ab oblocutionibus maledi
B centijs q;, quas uel in alios cõtorqueã, uel ab alijs
in me contortas audiam, cum nullos habeam qui
bus cum sermones ipse meos cõferre possim. Ne
que enim priuati hi parietes uocem edere ualeãt.
Sed nec iræ quidem moderari perinde possum e-
tiam si nullus adsit à quo irriter. Sępe enim quum
mihi in mentem uenit ineptorum quorũdam ho-
minum, facinorũ q; ab illis perpetratorũ, tum cer-
tè fit ut animo intumescam, commouear q;: qui ta
men animi motus non ad finem usq; decurrit. Sta
tim enim excandescentẽ illum compescimus, per
suadentes ut conquiescat, præsertim ubi illum do
cuerimus, iusulsissimũ esse extremę q; demum in-
felicitatis, domesticis malis incõmodis q; præter-
missis, in alienis curiosos esse. Qui si in multitudi
C nis consortium me cõferam, perturbationũ q; illa
rum infinitate occuper: iam nõ liceat admonitio
ne huiusmodi perfrui, neq; rationes eas commini
sci, quibus animus mihi meus sic instruatur, atq;
erudiatur. Sed quemadmodum fieri uidemus, ut
qui fluctu rapiente, aut alia ui in caput pręcipites
feruntur, possint quidẽ interitus sui finem prospi
cere, at salutis rationem inire nõ item: sic & ipse si
ingentem illum morborũ tumultũ irruero, pote-
ro quidem supplicium meum cõtueri in dies ma-
gis ac magis ingrauescens: mihi autem constare,
quemadmodũ & mihi nunc cõsto, ac morbos hu
iusmodi undiq; rapientes increpare, non perinde
facile atq; antea. Mihi em̃ animus imbecillis, exi
guus, & captu admodum facilis, non ab his tantũ
D morbis, sed & ab inuidentia, morbo omnium lon
gè molestissimo, qui animus neq; cõtumelias, ne
que honores moderate ferre potest, quin potius
supra modum ut his attollitur, ita illis deprimit̃.
Ergo quemadmodũ ferarũ immaniũ est, ut dum
læto saginato q; corpore gestientes luxuriãt, faci-
le eos uincant qui secum depugnent, prę sertim si
aduersarij imbecilli ac pugnãdi minime periti fue
rint: sin uero eas quis fame macerarit, strigosas q;
effecerit, tum fiet ut illarum furorem sopiat, ac ui-
rium bonam partem sic contundat, ut qui non ad
modum generosus fortis q; sit, possit cum illis faci
le decertare ac depugnare: sic & animi morbos
quisquis infirmos reddiderit, eos certè sub ratio-
nis gyrum facile reducit. Rursus quisquis exquisi
te educauerit, molestiorẽ sibi aduersus illos pug-

nam

Ezech.34.

nam constituit: atq; hac demum ratione sic aduer sum se terribiles efferasq; reddit, ut cogat in perpetua tum seruitute, tum in formidine uitam transigere. Quænam igitur beluarum istarũ alimenta? inanis quidem gloriæ alimenta sunt laudes, atque honores: Contumaciæ, potentiæ, atq; adeò ilcentiæ magnitudo: Inuidentiæ, alienæ famæ celebritas: Auaritiæ, largientium liberalitas: Intemperantiæ, delitiæ atq; assidui mulierum congressus: In summa, ne hic de singulis agã, alimentũ aliud, aliud peccatum alit. Proinde beluæ hæ omnes, me si in medium hominum cœtũ accesserò, magno impetu adorientur, animũq; hunc conturbabunt: tum uero & terrorem afferentes, molestiorem mihi contra se pugnam efficient. Cæterum tantisper dum solitudinem hãc colo, quanq; cum illis etiã luctãs, tamen dei optimi gratia adiutus, eas sic domo, sic subiicio, ut præter latratum nihil habeant. His de causis in hoc me ipse cubiculo contineo: his de causis alios quærẽtes, nemini ad me aditum patere, cõtuberniumq; ac conuictũ meũ cum nemine cõmunẽ esse, infinitasq; in me id genus criminationes congerentes facile fero: quas equidẽ lubens abstergerem, sed quum id nõ liceat, quod proximum quidem est, animum hunc dolore cõfligo, ac mœstitia excrucio. Necq; enim procliue mihi est uno eodemq; tempore tum hominũ consuetudine uti, tum hac in animi securitate ac præsentia persistere, quo fit ut te ego exhorter eũ potius miserari, quam calumniari ut uelis, qui tanta difficultate interceptus est. At uero ipse tibi qd uideo, nondum oratione mea persuasi. Itaq; appetere iam tempus reor, ut quod unum supereſt, mihi arcanum, id in sinum tandem tuum effundam, etiamsi multis id fortasse tale futurum sit, ut credi minime debeat: me uero quicquid id est, ne hac quidem ratione euulgare pudebit. Nam ut illud à me euulgatũ futurũ sit, tum malæ huius conscientiæ, tum infinitorum peccatorũ argumentum: tamen quum nõ alius quàm deus ipse (cui uni nihil certè occultum est) de nobis iudiciũ facturus sit: quid nobis tandem lucri, quid emolumenti ex hominũ ignoratione hac in parte accedere poterit? Quodnam igitur arcanũ hoc est? Ab eo ipsõ die quo tute mihi episcopatus suspicionem hãc iniecisti, factum est identidẽ, ut corpus hoc ab anima propemodũ dissolueretur: tam ingẽs pauor, tam ingẽs mœstitia animum meum occupauit. Nam cum apud me considerarẽ Christi sponsæ gloriã, sanctimoniam, uenustatem spiritualem, prudentiam, ornatum: tum uero animi mei uitia expẽderem, fiebat ut assiduis tum illam, tum etiã me gemitibus luctibusq; prosequerer, quo in animi angore doloreq; dum uersarer, hisce memet uerbis conueniebam. Quisnam cõsilij huius autor fuit? quid tandem tantũ peccauit dei ecclesia? quænã tanta res ipsius ecclesiæ dominum excitauit, induxitq; ut illam tanto cum eius dedecore mihi mortalium omnium ignominiosissimo regendam traderet? Hæc ipsa mecum identidem reputans, dũ absurditatis indignitatisq; huius ne cogitationẽ quidem animo sustinere ualerem, fiebat ut eorũ exemplo qui attoniti sunt, stupens, neq; cernere, neq; audire quicq; possem. Ab hæsitãtia autem ac consternatione huiusmodi quum animus tandẽ meus dimissus esset, (facessebat enim intermittebatq; illa nonnunq;) succedebãt lacrymæ ac mœstitia: tum uero post lacrymarũ satietatem rursus insinuabat sese timor, animum hunc cõmouens, conturbans, cõcutiens. In tanto ego æstu antea uixi, cum id tute ignorares, meq; in tranquillitate uitam degere existimares. Ego uero tibi hic animi mei æstũ detegere tentabo: hinc enim fortasse ueniã mihi dabis, meq; tandem insimulare desines. Quî igitur illum detegam? Nam si eum aperte oculis istis cernere uelis, id nimirũ haud aliter liceat, q; corde hoc tibi per me prius detecto, nudatoq;. Quod quia fieri nõ potest, tibi hic ego per obscuram quandam imaginem utcũq; potero, experiar mœstitiæ meæ fumum repræsentare. Tu uero ex ipsa imagine mœstitiã tantum nostram colligito. Fingamus puellam aliquã regis filiam, & eius quidem cui terra ea uniuersa quæ sub sole posita est, pareat, à proco quopiam expeti: tum uero demus nouam quandam in ea inesse formę uenustatem, quæ sic humanã naturam transcendat, ut per eam puella muliebre genus uniuersum magno admodum discrimine superet: præterea tantã illi inesse animi uirtutem, ut uirorum genus eorum, inquã, qui uel anteà fuere, uel futuri olim sunt, lõgo post se interuallo relinquat: tum autẽ & morum honestate tanta eãdem excellere, ut uel omnes philosophiæ terminos excedat: deniq; talẽ esse, ut propriũ aspectus gratia, oculorumq; uenustas uniuersam illam corporis totius elegantiã obscuret. Admodum item, si placet, ipsius procum, nõ ex iis tantum quę diximus, uirginis amore ardere, sed furore item nescio quo erga illam affici: quo quidẽ insanissimos quosq; qui antea unq; extiterint, amatores superet: postea procum hunc dum hoc philtro ac furore deflagrat, alicũde accepisset, futurũ ut puellam illam quam miro amore depereat, homuncio nescio quis humilis, abiectus, obscuro atque ignobili genere natus, quiq; idẽ corpore sit mutilo, deniq; mortalium omnium nequissimus, in uxorem ducat. Tibi ne hic exiguam doloris nostri partem repræsentauimus? satin' tibi à me factum putas, uel finita hic à nobis imagine? Equidem satis me fecisse puto, quod ad animi mei mœstitiam repręsentandã spectat, cuius unius rei gratia imaginẽ ipsam adhibuimus. Atqui ut tibi itẽ hic metus stuporisq; nostri modum oculis subiiciam, ad aliam rursus hypothesim descriptionẽq; mẽ cõfero. Ponito ante oculos exercitũ ex militibus, tum peditibus, tũ equitibus, tum nauticis uiris constantẽ, ac mare quidem obtegat triremiũ numerus. Rursum ipsas camporũ planities, ipsos montium uertices hinc peditũ, hinc equitum phalanges contegant: æs item armorũ oppositũ soli splendorem reddat, atq; à solaribus radiis, & galearũ, & clypeorũ coruscatio uibretur: hastarum fragor, equorumq; hinnitus in cœlũ feratur, neq;

mare,neq; terra appareat,ubiq; æs, ubiq; ferrum. Tum sint contra hos instructi armatiq; efferi quidam ac truces uiri. Instet iam & conflictus tēpus: postea rapiat quis derepente adolescentē aliquē in agro educatū, ac qui nullius prorsus artis alterius gnarus sit quàm lyræ pastoricę ac pedi, eundemq; armatura ærea quum induerit per totum illum exercitū circumiens deducat, ostendatq; manipulos,manipulorum ductores,sagittarios, funditores,cēturiones,duces,cataphractos,equites, iaculatores,triremes,triremiumductores,milites inibi confertos, naualium machinarum copiam: ostendat hostium procinctā aciem uniuersam, & auersandos formidolososq; quosdam in illis aspectus,& armorum apparatum ab aliorum apparatu diuersum,& immensam multitudinem, & convalles,& alta præcipitia & montium iniquitates: ostendat & aduersarios in equis uolantibus incātatione quadam insidere,& cataphractos per aerem ferri,explicata etiam ei incantationisillius uiac forma:Recēseat porrò &belli calamitates,missilium nubem,iaculorum niuis instar ingruētium impetum,multam illam caliginē & tenebras,obscurissimam noctem, quam sagittarū multitudo efficiat solis radios densitate sua auertens,puluerem tenebris nō minorem omnium oculos obcæcantem,sanguinis torrētes, cadentium gemitus, stantium clamores,iacentium aceruos,rotas sanguine tinctas, equos præ cadauerū multitudine unà cum suis sessoribus in caput præcipites, terram uniuersam mixtim hæc omnia continentem,sanguinem,arcus,sagittas,equorum ungulas,hominum capita simul iacētia,& brachia,& collum,& tibiam,& pectus transfixū,cerebella ensibus traiecta,iaculi cuspidem effractam,cui hominis oculus tanquam infibulatus hæreat. Recenseat item & classis mala atq; incommoda. Triremes alias in medijs aquis conflagrantes, alias cum cataphractis ipsis pessum euntes,fluctuum fragorem, nautarum tumultuationem,militum clamorem, spumam tum undarum tum sanguinis mixtam, eandemq; in naues simul omnes irrumpentem, cadauera alia super ipsa nauium trāstra iacere,alia submergi,alia adnatare, alia ad littora æstuantis maris impetu eijci, alia intra ipsos fluctus sic obrui, ut nauibus iter ueluti obsepiāt. Postremo cū exacte belli tragœdias omnes edocuerit:addat itē & captiuitatis calamitates, & seruitutem nulla non morte duriorem. At secūdum hæc omnia iubeat illum continuo in equum ascendere, uniuersiq; illius exercitus ducem agere. Hic tu adolescentulū illum censes uel nudæ harum rerum narrationi sustinendæ parem esse posse? ac nō potius uel à primo statim aspectu animo defecturū? Proinde ne me ipse hic putes rem oratione attollere,neq; hoc ipso quòd corpore sic ut carcere aliquo incluſi,nihil prorsus rerum inuisibilium cernere possimus, magna ea esse ducas,quæ à me dicta sunt. Videas enim eo prælio longe tum maius, tū horribilius, si tibi fortè caliginosissimam illam diaboli aciem, cōflictumq; insanū oculis istis cernere liceat. Nō enim illic aut æs,aut ferrum,nō equi, non currus, non rotæ,non ignis, nō iacula ista quę cernimus, uerum alia quędā machinamenta ijs quæ dixi lōge terribiliora,certè aduersarijs istis nequaquā opus est thorace,non scuto, neq; ensib.neq; hastis. Sed uel nudus execrādæ illius militiæ aspectus talis est,ut humanam animam à corpore ipso dissoluere possit,nisi ea admodum generosa fuerit,atq; adeò anteq; à uiribus ipsa suis auxiliū petat, diuinæ in se clemētiæ prouidentiam senserit. Ac sanè si liceret corpore hoc exuto, aut unà etiā cū ipso corpore perspicuè atq; intrepidè uniuersam illius aciem bellumq; contra nos instructum ipsis oculis coràm cōtueri, uideres utiq; nō sanguinis torrentes,neq; corpora demortua,sed animarum lapsus tam multos,sed uulnera sic grauia, ut tibi statim belli uniuersa illa pictura quam modo expressi,puerorum delectamēta, & ludicrum potius, q; bellum uideri possit,tam multi certè ac frequētes ij sunt qui in dies singulos feriuntur, quorum uulnera non idem mortis genus pariunt:sed quantū inter se dissident anima atq; corpus,tantū est certè inter mortem hanc atq; illam discrimen. Nam quoties plagam anima accipit,eademq; cadit,hîc prostrata quidem iacet malæ iam conscientię cruciatu contabescens: postea uero q; separata à corpore hinc emigrarit, per iudicij sui tēpus æterno cruciāda supplicio traditur. Quòd si quis existet qui diaboli plagas non persentiat,nimirum illius morbus ex ea indolentia ingraueſcit. Quemcūq; enim plaga una inflicta nō mordet,neq; attristat, is certè facile & alterā excipit: itemq; & hac accepta,tertiam:neq; enim intermittit ad extremū usque spiritum feriens nefarius ille,quoties inuenit animam supinam, prioresq; plagas cōtemnentē: qui si & cōgressus modum expendere uelis,hunc uero longe acriorem,ac magis diuersum comperies. Neq; enim quisq; est qui tam multas fraudis, doli,artificij formas norit, q; multas sceleratus ille hostis,qua quidē in parte maior illius uis ac potentia inest, neq; inimicitias quis tantas tāq; incōciliabiles aduersus hostes sibi infensissimos gerere potest,quātas ille aduersus humanā naturā gerit.Porrò si quis examinet quāta cum inhumanitate is depugnet, ridiculum certè fuerit homines hoc in loco conferre. Sin iracundissimas ac trucu lentissimas quasq; feras delegeris, quas cū huius furore atq; insania conferas, reuera mansuetissimas humanissimasq; eas à comparatione comperies,tantum ille in animas nostras furorem spirās euomit. Adde q; & pugnæ inter homines gestæ tempus breue quidem esse solet, qua etiam in tēporis breuitate multæ dātur inducīæ.Nam & natura sic comparatum uidemus, ut & noctis superuentus,& iugulādi labor, & cibi capiendi tēpus, & multa id genus alia militi respirandi potestatē sic faciant, ut & armaturam exuere, tū uero paulum respirare, secq; & cibo & potu reficere, multisq; rebus alijs pristinas uires recuperare ualeat: aduersus autem diabolum dimicanti nunquā licet arma ipsa ponere, somnum' ue ullū capere, ei præser-

præsertim, qui perpetuò inuulneratus prælio excedere uolet. Ex duobus enim necessario alterum consequitur, ut aut cadat quis ac pereat armis spoliatus: aut continenter uigilet, armatusq; stet. Siquidem ille cõtinenter cum sua ipsius acie stat, socordias nostras obseruans, ac maius quidem afferens studium ad nostrã internecionem, quàm ad nostram ipsi nos salutem afferamus. Postremo ut semel finiam, q; à nobis hostis ille minime cernat, quodq; derepente atq; improuiso nos adoriatur (quæ res ijs qui nõ assidue in excubijs uigilantes fuerint, infinitorũ malorũ causa esse solet) facit nimirum, ut bello hoc ægrius ac maiore cum negotio, quàm illo defungi possis. In hoc ergo campo uoluisti nos Christi militibus duces esse? Hoc ipsum uero quid aliud erat quàm diabolo potius duces esse? quũ enim is qui cæteros debet tum in ordines partiri, tum militaribus armis instruere, omniũ simul infirmissimus, simul imperitissimus fuerit, fit nimirum ut suæ fidei creditos prodat, & diabolo magis quàm Christo ducem agat. Tu uero quid ingemiscis? quid lacrymaris? neque enim rerum nostrarum cõditio lamentatione, sed gaudio
BASIL. potius ac lætitia prosequenda. Mea uero, inquit, non perinde se habet, quin potius infinitis digna ea est planctibus. Vix em̃ potui ipse uel hactenus animaduertere, quò me malorum præcipitẽ egeris. Siquidem ad te ipse eo solo nomine adieram, ut abs te edocerer, quid mihi tandem ijs post hac respondendum uerbis tuis foret, qui te insimularent: tu uero me ipse emendas, curam aliam pro alia mihi inijciẽs: neq; enim solicitus iam sum, qua te ego apud illos, uerũ qua tum me ipsum, tum dicta mea apud deum defensione, excusationeq; tuear. Atqui abs te ipse iterũ atq; iterũ peto & contendo, si qua tibi rerum mearũ cura, si qua in Christo consolatio, si quod dilectionis solatium, si qua uiscera, & cõmiserationes esse possunt (ipse enim nosti tua potissimum opera me in hocce adductũ periculum) manum mihi auxiliatricem porrigas, ea posthac in gratiam meam apud me tum dicẽs, tum faciens, quibus uita mea corrigi atq; emendari possit, neu tute quæso, uel breuissimum temporis punctum nos deseras: quinimò sit tibi hoc ipso magis tempore quàm antea cõmune nobiscũ cõsortium, atq; contubernium. Ego autem ad uerba CHRYS.
ista subridens: Et quanam, inquam, tibi in re Basili usui esse ualeam, qui te tanta ista negotiorũ mole pressum subleuare atq; adiuuare possim? Enim uero quandoquidem tibi id gratum acceptumq; uideo, bono amice animo esto. Id enim tẽpus omne, quo tibi à curis illis respirare dabitur, & tecũ ipse adero, & te consolatione mea reficiam, quantum in me erit, nulla tibi in re defuturus. Quæ uerba quum ille audisset, multo etiã quàm antea magis illacrymans surgit. Hic ego illum amplexus, caputq; deosculatus deduco, hortatus uti generoso, fortiq; animo id omne perferat quod accidisset. Talis enim, inquam, mea est in Christo, qui tibi ad se uocato, ouium suarum curam cõmisit, fides atq; expectatio, ut tu tantam tibi olim ex huiusmodi functione fiduciam apud illum compara turus sis, ut & me quoq; in die illo periclitantem æterni tui tabernaculi consortem efficias.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE COMPVNCTIONE CORDIS LIBER primus, incerto interprete.

QVVM te intueor beate Demetri frequẽter insistentẽ mihi, & omni cũ uehementia exigẽtem de cordis cõpunctione sermonẽ, admiror ualde, & beatã iudico syn- D ceritatẽ mẽtis tuæ, atq; animi puritatem. Neq; enim possibile est cuiq; in huiuscemodi sermonis uenire desiderium, nisi ei qui semetipsum prius purgauerit à uitijs, atq; omnibus secularibus curis superiorem sese celsioremq; constituerit. Cuius rei indicium haud difficulter assumitur, inde præcipuè, quòd si quos forte amor horum exigua saltem ex parte cõtigerit, tanta in eis repente efficitur cõmutatio, ut confestim terrena relinquere, atq; ad cœlum properare contendant: & uelut molestissimis quibusdã uinculis, seculi scilicet curis, animam resoluentes, uolatu celeri ad propria redire eam sinant, & ad cognita recurrere. Sed hoc alijs raro fortè accidit: te aũt, ô uenerabile caput, certũ est indesinenter hoc igne succendi. Testantur enim de his diurna studia tua, noctesq; peruigiles, lacrymarũ fontes, & amor quietis, silentijq; desiderium, non solum iugiter permanẽs in animis tuis, sed & semper increscens. Quid ergo tibi amplius addere poterit nostri sermonis oratio? Nã & hoc ipsum quòd cũ ad summum iam uirtutum uerticem perueneris, tamen cũ his temetipsum reputas, qui adhuc humi repunt, & uolantem profectibus animã lapideã uocas, ita ut frequenter tenẽs dexterã meã, & deosculans cum lacrymis cõteras, & emollias durũ & excæcatum cor meum: quantæ religionis esse ducam, quãtumq; in te existimem diuini ignis ardorem? Et siquidem dormientes nos cupiens excitare, ad istud opus ascire, ac pertrahere uoluisti: consilium sapiens & mirabile tuum miror, & amplector prudentiam tuam. Si uero aliquid tibi ueræ ex hoc utilitatis conferendum putasti, etiam in hoc nihilominus docuisti nos requirere, quid magis nobis quàm tibi desit. Verumtamen quoquomodo id tibi uisum est parebimus, uel propter

timorem & mandatũ dei, ne quid poſcẽti negare uideamur: uel propter amorem tuũ, quẽ erga nos plurimũ geris. Tu tamen nos pro his inuicem orationibus remunera, ut & uitam noſtram poſſimus rectã ſeruare de reliquo, & in opere præſenti dignum aliquid dicere, quod poſſit remiſſa & diſſoluta genua cõſtringere, & animas humi iacentes erigere. Vnde ergo nobis, unde uerbi huius ſumetur exordiũ? Quæ ei prima fundamẽta, quæ crepido ponetur? Ego nõ alia puto huic digna eſſe fundamenta & principia, niſi uerba dñi noſtri Ieſu Chriſti, quibus luget quidem ridentes, beatos aũt dicit
Matth. 5 lugentes. Ita enim ait in euangelio: Beati qui lu-
Luc. 6 gent, quoniam ipſi conſolabuntur: &, Væ his qui rident nunc, quoniam ipſi lugebunt & flebunt. Et meritò: Lugendum enim eſt, & uerè lugendũ præ B ſentis uitæ tempus, in quo tantam malorũ labem, tantaq; quotidie uidemus, flagitia cumulari: quæ ſi uelis conſiderare per ſingula, nunq; poteris à lacrymis temperare. Sic enim omnia cõfuſa, ſic ſunt cuncta reſoluta, ut ne ueſtigium quidem uirtutis uſquam uideas: nequitia uero & luxuria repleta eſſe cuncta perſpicias: & quod eſt infelicius, perurgentiũ nos malorũ iam nec ipſi ſenſum capimus, nec alijs præbemus, nec alios monemus: ſed ſumus uelut corpus extrinſecus quidem indumentis adornatum, intrinſecus uero tabe peſſimi languoris abſumptũ: & contingit nobis quod illis ſolet, qui uel phreneſim patiuntur, uel mente capti ſunt, à quibus cũ multa turpia & periculoſa uel dicantur, uel etiam gerantur, nec pudoris tamen a- C liquid, nec pœnitudinis capiunt: quinimo & magnifici ſibi ac ſapientiores ſanis uidẽtur & ſapientibus. Ita & nos, cum omnia quæ ſanitati cõtraria ſunt geramus, nec hoc ipſum quidem quod deeſt nobis ſanitatem nominamus. At enim ſi fortè in corpore parũ aliquid morbi pulſauerit, ſtatim & medicos adhibemus, & pecunias profundimus, & omni obſeruãtia quod cõpetit gerimus: nec prius ceſſatur, quàm quę moleſta ſunt, mitigent. Anima uero cum quotidie uulneretur, cum per ſingula lanietur, uratur, præcipitetur, & modis omnib. pereat, ne parua quidem pro ea nos cura ſolicitat. Sed horum omniũ cauſa illa eſt, q̃ omnes pariter hic morbus obtinuit: & tanq; ſi accidat, multis ſub uno morbo languentibus præſto eſſe neminẽ ſa- D num, certũ eſt q̃ omnes pariter corrumpat, & abſumat incuria, dum nemo eſt qui uel opportuna præbeat, uel importuna prohibeat: ita & in nobis dũ nemo ſanus eſt, ſed omnes languemus, alij maiore, alij minore ex parte, nemo eſt qui curet: omnes enim indigent cura. Etenim ſi quis extrinſecus undecunq; adeſſet, & præceptorum Chriſti, ac noſtræ conuerſationis confuſionem ac perturbationẽ uideret: neſcio ſi alios magis ullos q̃ nos inimicos eſſe, & contrarios præceptorum Chriſti iudicaret: & quaſi qui ſtudium quoddam habuerimus, contraria in omnibus gerere quàm ille mandauit. Sed ne quis fortè putet exaggerationis cauſa à nobis hæc uerba proferri, probamenta iã nũc adhibebo, non aliunde quàm ex ipſis Chriſti man-

A datis. Quid ergo dicit Chriſtus? Dictum eſt antiquis: Non occides: ego autẽ dico uobis, quia om- Matth. 5
nis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri ſuo, rhaca, reus erit concilio: qui autẽ dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Hæc quidem Chriſtus. Nos aũt plus quàm increduli & infideles calcamus hanc legẽ, & quotidie innumeris iniurijs fratres noſtros affi cimus: quodq; magis ridiculum ſit, nomen ipſum fatuũ dicere obſeruãtes, multo acerbiores, quàm ex hoc nomine uidentur cõferri, irrogamus iniurias, quaſi uero ille ſolus ſermo ſit, cui pœna deputata eſt, & non huius ſermonis iudicio, omne dictum quod ad iniuriã pertinet, reſecetur. Deniq; apoſtolus Paulus hunc eundẽ ſenſum latius expli- 1. Cor. 6
cans, ait: Nolite ſeduci, quoniam neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei poſſidebunt. In quo oſtendit, quia ſub generalibus nominibus uitiorum, multæ ſpecies peccatorum pariter concluduntur: & ſiue fatuum quis dixerit, ſiue uanum, ſiue latronem, ſiue quolibet alio nomine iniuriam uel maledictum fratri ingeſſerit, ex quolibet horum uocabulo ſub maledicti titulo gehennę ignis ſupplicio condemnabitur. Fatue enim & rhaca quod ait: hoc eſt quod oſtendit, quia ne leue quidem, & minimum in fratrem collatum conuicium relaxabitur: atq; ob id de leuioribus ſententiam dedit Chriſtus, ut de gra uioribus dubitare nõ debeas. Quòd ſi quis exiſtimat, ſicut ego quidem noui nonnullos putare, terroris cauſa etiam in paruis exaggerari minas præceptis, ſupereſt ut de cæteris omnibus mandatis, quorum pręuaricatoribus pœna adſcribitur, ſimilia ſentiant. Quòd ſi terroris cauſa, & non pro ueritate ſupplicia promittuntur, conſequens erit etiam, ut bonorum pollicitationes adhortandi tantummodo, & non ueritatis gratia promittantur. Et ſi ita de utraq; parte ſentiamus, reſoluta ſunt omnia religionis noſtræ dogmata, ſi nihil aliud in omnibus mandatis ac præceptis diuinitus datis agi dicitur, niſi ut aut bonorũ uana ſpes homines, aut pœnę terror inanis aſtringat. Sed dicis, quid ergo? Maledicus cum adultero, & auaro, & idola colente damnabitur? Si eandem quidem pœnam luent, nec qualitate, nec quãtitate diuerſam, alterius eſt requirere temporis. Quòd autem à regno cœlorũ ſimiliter arcebũtur, Paulo crede per ſpiritum dei loquenti, cui omnes uerè credere debemus, dicenti Chriſtum in ſe loqui. Illa enim diabolica deceptio eſt, quę hęc ad terrorem dicit hominibus ſcripta, ut reſoluat diuini iudicij ac futuri ſupplicij metum, & remiſſiores nos erga obedientiam reddat, & cuſtodiam mandatorum dei. Ob hoc enim tales diabolus ſuggerit ſenſus, & intelligentias huiuſmodi ignauas animas docet, ut præſentis interim temporis reſoluat uigorem, arguendas ſine dubio in die iudicij, ubi iam pœnitẽtia nihil proderit. Quid eñ utilitatis erit huic, qui nunc ſeducitur, ſi tunc intellexerit errorem ſuum, cum

pœnitendi

pœnitendi iam nō erit tēpus? Non ergo inaniter A decipiamus nosmetipsos, neq; circūscribamur in perniciem nostri, neq; aliam nobis pœnam incredulitatis crimine conquiramus. Non enim solum si inobedientes simus mādatis Christi, sed & si increduli existamus, supplicia nos manebunt. Non credere autem ex eo accidit, cū resoluimur ad explenda mandata: & ne fortè rei uideamur cōtemptus, & cōscientiæ pondere pregrauemur, ad abij ciendum præuaricationis metum, alijs nosmetipsos prauæ intelligētiæ laqueis irretimus, & desperantes de innocētia legum pœnas putamus posse conuelli, ut sæpe homines ægri cum multis febribus aguntur, si in aquas semetipsos frigidas iniecerint, ad præsens quidē aliquid uident sibi quæsiuisse solatij, multiplicatas uero corpori suo flammas febrium reparant: ita & nos agimus, cum stimulamur conscientia peccatorum, & in euripum nos uel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus. Ex hoc enim iam necessario quasi licitè peccamus, & non solum præsentibus irascimur fratribus, sed interdum etiam cum absentibus litigamus. Sic enim quasi per licentiam feritas increscit. Et maiores quidem nostros, ac potentiores, etiam si iniurijs nos & cōtumelijs agant, ferimus: & cū mansuetudine & subiectione portamus, uerētes nequid ab eis grauius patiamur. Erga æquales uero uel inferiores interdum, nec læsi cōmouemur & irascimur: intantū humanus metus timori dei præponitur. Et quę tandem spes erit nobis salutis, tantum defectum, tantumq; contemptū gerentib. in mandatis diuinis? Dic tamen mihi, quid graue à nobis exigit Christus, aut qd onerosum? Matth. 5 Noli, inquit, irasci fratri tuo sine causa. Nōne hoc multo leuius est, q̄ si tu alium feras irascētem tibi sine causa? Ibi enim iam ab alio cōgregata est iracūdię materia, hic uero qui urgeat nullus est, si nō ipse tibi flammas succendas iracundiæ. Nunquid simile est ab alio tibi ingestā facem iracundiæ tolerare, nec succendi, & nullo instigante quiescere & silere? Illud ferre posse, hoc est, alterius iracundiam, summæ philosophiæ est: ut autem tu nō inflammeris frustra ad iracundiā, laus quidem nulla est, quòd non irascaris sine causa: si uero irascaris inaniter, hoc est sine causa, summæ uanitatis ac stultitiæ nota est. Cum ergo, quod maius est, propter timorem hominū feras, propter timorē dei neminimum quidem & exiguum pateris? Et est qui in huiusmodi commissis semetipsum non statuat reum, aut iudicio diuino nō decernat obnoxium. Noli, inquit, irasci fratri tuo sine causa. Omnē ho- Gal. 3 minem fratrem tuum iudica. In Christo eī neque Iudæus, neq; Græcus, neq; seruus, neq; liber, neq; masculus, neq; fœmina, sed omnes unum sumus in Christo. Propter quod ne erga famulos quidē præceptum istud negligendum est. Sine causa enim nec cōtra ipsos quidem debemus irasci: quia & illi à Christo simili, ut tu, libertate donati sunt. Vide ergo iam quis erit immunis ab hac culpa: aut quis est, qui nō dicam penitus alienus, seu qui raro saltem non decipiatur hoc uitio? Et quando ad illud ueniet, ut omnino nunquam in hoc incurrat? Hoc nanq; sermo institutionis exposcit. Sicut enim qui fur non uult dici, nunquam omnino furatur: neq; adulteratur, ne fortè etiam ex uno adulterio adulter nominetur: Ita & maledicus tanquā ab adulterio refrenare debet à contumelijs linguam suam, ne eum pro uno lapsu maledicum faciat, & iniuriosum. Illud autē quod sequitur, quis non infidelium etiam fabulosum iudicet, cum tamen æterna dei uoce sancitum sit? Ait enim: Si Matth. 5 offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. At nos pugnas habentes adinuicem, & dolos tantum in corde uersantes accedimus ad altare dei: & cum deus tantam curam reconciliationis nostræ habeat, ut patiatur munera sua relinqui ante altare, & imperfecta manere atque interrumpi ministeria sua, donec tu eas, & resoluas iracundiam, & discindas inimicitias cum fratre tuo: nos nec hoc ipsum erubescimus, sed per dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus sicut funem longum discordias. Non enim iracundos tantum, & malitiæ memores punit deus, sed & eos qui irascentes, aut offensos fratres negligunt & cōtemnunt: quoniam quidem hi qui passi uidentur iniuriam, necessariò dolent & irascūtur: qui uero fecerunt, nec doloris aliquid nec iracundiæ gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracundia liber est, adducit ad illum qui in dolore est & liber non est: ostendens quia criminis huius noxa penes hunc magis est, qui & causas peccati dedit. Sed ne sic quidem emendamur. Persistimus enim etiam pro nihili rebus contristare fratres, & quasi nihil mali fecerimus, satisfactionem negligimus, & obliuioni tradimus culpam, atq; inimicitias in tempus longum protrahi patimur, ignorantes quòd tanto longior nobis erit pœna, quanto & discordia. Vbi enim amicitia permanet, nihil facile creditur, nihil facile recipitur quod dissidium operari possit. Si uero inimicitiæ semel occupauerint animos, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur: ita accipiuntur, & ita intelliguntur, ut ad maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico, non creditur: si quid autem mali, hoc solum creditur, & confirmatur. Iubet ergo dominus relinqui donum ante altare, & prius reconciliari fratri, ut ex hoc discamus, quia si nec illo tempore, quo ad ministerium dei uidemur accedere reconciliationem dissimulari, ac differri nō patitur deus: quanto magis curari hoc in alijs tēporibus iubet? Nos uero imaginem quidem colimus præcepti, ueritatem uero ipsam uirtutemq; negligimus. Nā osculum pacis porrigere tempore quo munera offeruntur in usu est: sed uereor ne fortè plures ex nobis labijs hoc tantummodo faciant, cum Christus pacem non ex ore, sed ex corde desideret, & affectu uelit proximum, non labijs salutari. Si enim pax non habetur in corde, quasi in scena res agi uidetur

uidetur & ludo: unde per hęc exacerbari deus credendus est potius, quàm placari. Puritas enim & ueritas est quæ placēt in conspectu dei: respuit autem & odit omne quod simulatū & fingitur. Et hęc agimus homines, qbus neq; irasci, neq; inimicos habere permittitur: aut si fortè irasci accidat, mandatur, ut sub die uel iracundias nostras, uel inimicitias finiamus. In hoc enim constringimur præcepto illo quo ait: Sol non occidat super iracundiā uestram. Nos contrà, ne hoc quidem contenti sumus, ut iracundiam ultra solis terminū producamus, sed, quod est deterius, & insidias inuicē struimus, siue uerbis, siue rebus supplātare proximos cupientes, mordentes inuicē & comedētes: quod utiq; apertæ insaniæ est. Quid enim aliud faciunt insani, & dæmone repleti, nisi membra sua morsibus laniant? Iam uero nec facimus mentionē eorum, quæ de aduersario præcipiuntur, uel de concupiscentia illicita, uel de uisione oculorum. Oculus enim dexter, & manus dextra non aliud indicant, nisi eos qui nos amant quidem, sed inutiliter amant. Sed & quæ de non relinquendis uxoribus præcipiuntur, quasi nec mandata, nec scripta sint contemnuntur. Nā de non iurando erubesco proferre in medium, non solum propter iuramenta, sed & propter periuria. Si enim uerè iurare, crimē est, & præuaricatio mandati: periurium ubi ponemus? Si, inquam, supra est & non, quicquid fuerit à malo est: supra hæc iam quæ proferuntur, à quo erunt? Post hæc ait, si quis te percusserit in dexteram maxillam, conuerte ei & alteram: &, Volenti tecum iudicio cōtendere, & auferre tunicam tuā, remitte ei & palliū: &, Si quis te angariauerit mille passus, uade cū illo alia duo milia: &, Petenti te da: &, Volēti mutuari à te, ne auertaris ab eo. Ad hæc quid dicemus? pro singulis enim his lacrymæ tantummodo proferendæ sunt, & cōfusio habenda est. Apertè enim contra hęc omnia militamus. Ad iudicia nanq; & rixas, ac bella consurgimus. Pati autem aliquid ex his quæ scripta sunt, ac ferre tolerāter, neq; in uerbis neq; in rebus ample ctimur. Sed & si in aliquo leuiter saltē pulsemur, continuo uelut feræ bestiæ insurgimus. Quòd si proferas mihi aliquos, qui fortè cōtempserint censum suum, & pauperibus largiti sint: post hæc uero despecti pro penuria, multa passi sint mala: paucos & ualde raros tales inuenies. Quòd & si ostenderis aliquem, non tamen talem, qualem euangelij sermo describit, philosophum demonstrabis. Hic enim euangelicus philosophus, non is tantū qui sponte dederit, describitur: lætus nanq; est, & exultat qui sponte largitur: sed qui inuitus & iniuste direptus sit, & constanter toleret ac patienter. Et quid dico, toleret patienter? Amplius aliquid & excelsius Christi sermo componit. Magnum nescio quid, & immensum est, quo sublimare animas uoluit, quas ad perfectionis culmen inuitat. Non solum, inquit, iniuriam patiens, nihil iracundiæ moueas aduersus eum, qui iniuriam fecit: & non solum pro his quæ abstulit non indigneris, sed & si quid tibi fortè subrelictum est, id sponte largire ei, qui abstulit totum. Cum enim is, qui ad diripienda quæ tua sunt, iniquo spiritu succensus aduenit, si te proniorem reperit in largiēdo, quàm ille uenerat in diripiendo: quamuis sit ille ferus, quamuis immanis & barbarus, erubescet bonitatem tuā, mitigabitur à furore, resipiscet continuo, ac facti pigebit: & suum quidem peccatum exhorrescet, tui uero animi uirtutem mirabitur, & amabit. Sed hunc ego ubi nunc inuenio? cuius talem uitam mirabor? cuius tales actus reperiam? solum scriptū fortassis hoc legere in diuinis paginis potero: geri autem, uel operibus impleri nescio si uidebo. Nolo enim nunc mihi aliquē proferas passum iniuriam, patienter tulisse. Hoc enim potest fieri, pro eo fortassis, quia uicem reddere qui passus est, ac similia referre nō potuit: aut etsi potuit, tempus fortasse non habuit: aut etsi tempus fortasse non habuit, aut si tēporis fuit, & per omnia potuit, sed propter dei timorem continuit se, demus ei patientiæ palmam. Nunquid nam & hoc facere potuit, ut cupiditatem nocentis non expleret solum, sed etiam superaret: & plus cederet, quàm expetebatur: ac uiolenter quæ sua sunt auferenti, offerret etiam reliqua, & uoluntas etiam ea largiretur, quæ iam cupiditas nō quęrebat. Amplius adhuc aliquid, & eminētius Christi philosophus docetur à Christo. Hunc, inquit, qui diripuerit quę tua sunt, qui læserit, qui nocuerit, non solū donis largioribus cumula, sed & dilige, & amicum habeto, & tota charitate constringe: intantum, inquit, ut & ores pro ipso, & deo preces pro anima eius fundas, quod utiq; indicium summæ & perfectæ dilectionis est. Verum ne iterum putes hęc cohortatiè magis quàm uerè dici, etiam necessariā huius dicti causam sermo diuinus exponit. Ait nāq;: Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quæ uobis merces est? nónne & publicani hoc idem faciunt? &, si salutaueritis eos qui uos salutant, quid amplius facietis? nōne & Gentiles hęc faciūt? Vides ergo quia uolēs discipulos suos Christus prę-stantiores esse cęteris hominibus, idcirco hęc eos facere docuit. Sed si nos in his nec publicanis nec Gentilibus efficimur meliores, nónne lugendi & plangendi sumus? Quinimò tantum nobis deest, & intantū longe sumus à diligēdis inimicis, ut nec amicis quidē amoris uicē charitatisq; reddamus: sed è cōtrario, odio habeamus etiā diligentes. Cū enim æmulamur, & inuidemus bonis, & omnimode uel in dictis, uel in factis existimationem eorū laudesq; obrui uolumus & obscurari: quid aliud est, nisi summi odij, & extremę inuidię indicium? In quo utiq; non solum à Gentibus & publicanis nequaq; differimus, sed etiā multo inferiores existimus. Christus enim nos orare pro calumniatoribus iubet, nos insidias & dolos etiā amicis concinnamus. Christus maledicentib. benedici iubet: nos è cōtrario, aut priores maledicimus, aut male dictis alterius multiplicata maledicta restituimus. Nōne tibi uidēt, ut dixi, omnib. modis cōtraria esse pręceptis Christi, quę gerimus: & magis pugnā esse nobis cōtra eū, q; obedientiā? Nam uanæ

Ephes. 4

Matth. 5
Luc. 6

Luc. 6

gloriæ

gloriæ iactantiam, & ſuperbiæ tyrãnidem quam ille quidem uerbis ſuis deſtruit, nos aũt geſtis noſtris & operibus ædificamus, quomodo exponã? cuius à nobis uexilla & in orationibus, & in ieiunijs atq; eleemoſynis præferuntur, & cæteris omnibus rebus geſtisq; noſtris aptantur: cuiq; uelut empta mancipia ſubiacemus, & ceruices noſtras omnibus eius ludibrijs ſubiugamus. Tãtus enim hominibus diuinorum præceptorum cõtemptus ineſt, ut etiam ſi quid facere uideantur ex mandatis, ne hoc ipſum quidem deo qui mãdauit impendant, ſed deceptioni, uanæ iactantiæ, & inani gloriæ quæ geſſerunt conſecrent: ita ut in utroq; modo pari damno feriantur, & cum facere uidentur quæ mandata ſunt, & cũ omnino non faciunt: ſic ex omni parte hominũ genus intra ſuos laqueos malignus innexuit. Quod etſi quis potuerit ab iſtis ſe nexibus exuere, cautiusq; & attentius, quæ mandata ſunt adimplere: malum ingens ſuperbiæ cõtinue obrepit, in qua eſt lapſus diaboli. Hæc enim etiam angelum deiecit, quanto magis hominem? quam qui incurrerit, non ſolũ ea quæ operatus eſt, ſed & ſemetipſum pariter perdet. Ego aũt noui plurimos eorũ præcipue, qui uidentur diſtribuere indigentibus pecunias ſuas, non ſolum ſuperbiæ uel iactantiæ incurriſſe laqueos, ſed & uitiorũ aliorũ multos. Nonnulli enim ob hoc largiuntur ut amentur, aut his certe quos amant, aut quorum perſonas erubeſcunt. Sed & alias his ſimiles occaſiones incurrunt, per quas non iam mandato dei opus quod factum eſt aſſignatur, ſed humanæ uoluntati. Cum ergo tot & talia ſint quæ corrumpant actus hominum, etiam bonos: quis facile ſaluari poteſt, qui in hæc mala inciderit? Iam uero id quod ſcriptum eſt: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: quiſnã eſt ex omnibus nobis, qui cum fiducia hęc audeat dicere deo? Quia etſi nihil mali faciamus inimicis & debitoribus noſtris, habemus tamen intra nos inſanabile uulnus offenſæ. Chriſtus uero non ſolũ uult nos ignoſcere delinquentibus, ſed ut etiam amemus eos, & oremus pro ipſis. Nam ſi tantummodo non lædas eum qui te læſit, aucrtas te tamen ab eo, nec libẽter eum uideas: manet ſine dubio uulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. Quod ſi ita eſt, nondum utiq; quod Chriſtus mandauit, impletur. Nunquid tu ita uis tibi propitium fieri deum, ut non quidem te lædat, auertat ſe tamen abs te, & peccatorum tuorũ memoriã gerat, & te uidere nolit? Igiť qualem uis erga te eſſe deũ, cum delictorũ ueniã poſcis: talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te, ſicut & ſapientiũ quidam ſcribit, dicens: Homo homini tenet iram, & à deo quærit ſanitatẽ? Et ſi ipſe erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodo pro peccatis ſuis exorat deum, cum ipſe caro ſit, & teneat iracũdiam? quis propitiabitur peccatis eius? Vellem ſilere iam, & huc uſq; progreſſus finẽ imponere ſermonibus meis: erubeſco enim & cõfundor ultra procedere. Bellũ nanq; hoc quo impugnamus mandata Chriſti, & inimicitias quas aduerſus eũ gerimus, magis ac magis prodit ſermo procedens. Sed quid iterum proderit tacere, cum rebus ipſis arguamur etiam tacẽtes? Quomodo autem latebimus eum, qui nouit corda noſtra, & iudicaturus eſt ea? Quid ergo dicã de mandato illo, quo iubemur non theſaurizare ſuper terrã? quod fortè quidem faciunt pauci, cæteri uero quaſi è cõtrario audierint præceptũ, & quaſi dictum ſit ad eos: theſaurizate uobis omni modo ſuper terram: ita relinquentes cœlum, adhæſerunt terræ, & inſaniunt erga pecunias cõgregandas, totoq; affectu deum quidem oderunt, diligunt autem mammonam. Quod autem dictum eſt: Nolite cogitare de craſtino, nec audire, ego ſcio aliquẽ nec omnino ſeruare, & propterea de hoc mandato dicere aliquid erubeſco: ſed cum confuſione prętereo. Etenim oportebat nos quocũq; pacto loquẽte Chriſto, & pronuntiante non dubitare, ſed credere. Nunc uero etiam cum & cauſas, & rationes adhibeat mandatorum ſuorum, atq; exemplis ea ualidiſſimis muniat, ne ſic quidem erubeſcimus. Propter hoc enim & auium quæ non arant, neq; ſeminant, & liliorũ quæ nõ nent, ſimilitudines poſuit, ut nemo dubitaret: & tamẽ nos ſicut Gentes, aut fortè etiam aliquid deſpicabilius Gentibus de his ſingulis cogitando cõſumimur: & cũ neq; pro his orare iubeamur, nos omne ſtudiũ erga hæc impẽdimus. Sed de hoc, ut dixi, mãdato erubeſcẽs plura dicere prætereo: ad ſequentia uenio, ſi fortè alicubi ſolatiũ qualecũq; mei pudoris inueniã. Quid ergo ſequitur poſt hęc? Nolite iudicare, inquit, ut non iudicemini. Ego ſolatiũ cõfuſionis meæ inuenire credebam, ſed augmenta nũc reperi. Si enim etiã nullũ peccatũ à nobis aliud fuiſſet admiſſum, pro hoc ſolo gehẽnæ nos tradi, ſatis abundeq; ſufficeret. Quippe qui in aliorũ delictis ſeueri & amariſſimi iudices reſidemus, noſtras autẽ trabes oculis infixas propriis non uidemus: qui aliena etiam minima ſolicite perſcrutamur, & ad condemnandũ cæteros omne uitæ noſtræ tẽpus abſumimus: à quo uitio neq; ſeculi hominẽ, neq; monachorũ ullum facile inuenies liberũ. Et quidem cũ tanta ſit in hoc poſita cõminatio, diuina enim ſententia dicit: In quo iudicio iudicaueritis, etiam ipſi iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, in eadem remetietur uobis. Cũ ergo mali huius pœna quidem tanta ſit poſita, libido uero aut uoluptas, ut in cæteris ſolet peccatis, ex hoc nulla ſumatur: omnes tamẽ feſtini ac præcipites huic ſe uitio ſubiugarunt, tanq; ſi ſtudium nobis & certamen eſſet propoſitũ, quis ad hoc malum prior omniũ perueniret. Si ergo non per unam, ſed per omnes, ut ita dicam, uias, & per omnes aditus currimus, & feſtinamus occupare gehennæ ignes: & non ſolũ pro his quæ laboris aliquid & continentię uidenť exigere proni in ea ruimus, ſed etiã pro ijs quæ leuia ſunt, & neq; neceſſitatis aliquid, neque illecebræ quicq; cõtinent aut uoluptatis, pari linea utrobiq; præuaricationis damnamur. Arguimur enim ex his facilibus & leuibus, quòd etiam in illis quæ uidentur laborioſa eſſe, propria ignauia deſidiaq; delin-

Matth. 6

Luc. 6

Matth. 6

Matth. 7

Eccl. 28

delinquimus. Nam, dic mihi, quid laboris habet, ut nõ iudices alium, neq; peccata aliena discutias, neq; condemnes proximum tuum? imò uero magis in discutiendo & perquirendo aliena cõmissa labor est, & iudicare de alterius mente summa difficultas. Quis uero hoc audiens credere aliquãdo possit, quòd cũ possimus sine labore seruare mandatum, laboramus & nitimur ut præuaricemus? Si per otium & negligentiã peccaremus, esset fortasse aliquid ueniæ his qui laborare nequissent. Vbi uero laboratur ut peccetur, studiumq; adhibetur & contentio quatenus prætereatur mandatum: quis est qui pro hoc malo ueniã speret? Hoc enim est contendere aduersus eum, qui præcepta dedit, & bellum legibus eius inferre: quia & reuera ipse pronuntiauit de præceptis suis, quòd nihil in eis laboriosum sit, & nihil oneroſum, dicens: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Et nos è contra grauia efficimus, quæ ille leuia cõstituit: & quæ ille suauia posuit, nos facimus amara peccãdo. Quòd si laboriosum aliquid esset in præceptis, decenter & merito uirtutem labor comitaretur, præmia enim proposita sunt post laborem. Nunc uero infelix anima ne hãc quidem reuerentiam diuinis legibus dabit, ut sileat & quiescat, ne ad prꝫuaricationem laborando perueniat, quamuis sint aliqua in quibus paululum laboris est adhibendum, in his dũtaxat, in quibus Paulus dicit: Nam quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę, supra modum immensum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Vides ergo etiam quicquid in præsenti est, leue esse, etiam si tribulatio sit. Quomodo leue? Quia immensum pondus futuræ gloriæ leuem facit præsentis temporis tribulationem, etiam si sensibus nostris grauius uideatur. Denique & ipse causas in consequentibus exponit, ut omne id duci leue debeat, quicquid passio præsentis tẽporis intulerit. Ait enim: Non respicientibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quę enim uident, temporalia sunt: quę autem non uidentur, æterna sunt. Sed uideamus quid & alia domini mandata contineant. Nolite, inquit, dare sanctum canibus, neq; proijciatis margaritas uestras ante porcos. At nos laudis amore, & iactantiæ uitio corrupti, etiam huic præcepto contraria gerimus, atq; hominibus neq; intellectũ purum, neq; sanam fidem gerentibus, insuper etiã peccatorũ maculis innexis, sine ulla discretione mysteriorum secreta nudamus, & priusquam mentis propositum à nobis, uel sensus capacitas explorata sit, diuinorum dogmatũ ueneranda eis arcana cõmittimus: & quibus prima rudimenta uix dum tradi oporteret, interna eis adyta diuinæ scientiæ diuinæq; sapientiæ patefacimus. Propterea denique nonnulli ubi immundis, ut ita dicam, pedibus sancta nostra calcarunt, & pleno sordibus pectore hauserunt purum diuinę scientiæ poculum: nõ solum euomuerunt quod hauserant, sed & contradixerunt, & transuersi sunt, & insurgentes in eos iniurijs & maledictis, atq; accusationibus eos opprobrijsq; ruperũt: Et ita ne nobis quidem ipsis, & uitæ atq; existimationi nostrę parcimus, dummodo præuaricemus diuina præcepta: & non solum in hoc, sed interdum & in eo præuaricamur præcepti huius uim, cum eos quos nouimus immundæ uitæ homines uiolentos, rapaces, impuros, & per omnia porcis & canibus similes, diuini eos sacramenti participes effici patimur. Multum est, si uelimus singula quæq; mãdata discutere, quæ omnibus modis in cõtemptu habent ab hominibus, ut illud quod in sequentibus dicit: Quodcũq; uolueritis ut faciant uobis homines, ita etiam uos illis facite. Nos è contrario omnia facimus hominibus, quæ ipsi nolumus perpeti: & rursum, qui sumus iussi per angustam uiã incedere, per latam semper incedimus. Et quidẽ q homines seculi latam uiam spatiosamq; gradiantur, non ualde mirum est: eos autem qui uidentur crucem suam sustulisse, & sequi Christũ, per hanc latam & spatiosam uelle incedere, non tibi prodigiosum uidetur? Denique monachi cũ de monasterijs, & locis habitationum percontantur, ante omnia requirunt, si requies sit in loco, si abundent omnia, si aquarum copiæ fluant. Sed etsi de eremo requirant, etiam ibi ante omnia de requie tractãt, & de opportunitate ministerij corporalis. Iam uero si ad aliquam dispensationem uocaueris, aut aliquid ministerij diuini iniungere uolueris, prima statim solicitudo est eius, & prima ista uerba sunt. Si est ibi requies quò eundũ est, si inueniant quæ necessaria sunt abundanter, si nihil desit eorũ quę lata ac spatiosa uia deposcit. Quid ais ô homo, quid loqueris? arctã uiã & angustã iussus es ambulare: ut quid de requie, ut quid de abundantia percontaris? Per angustã ianuam trãsire iussus es, ut quid amplos requiris ingressus? Est aliquid ista permutatione nequius? Est aliquid ista peruersitate deterius? Verũ ne existimes me hæc dicentẽ alios incusare, iam nunc tibi de me, de meipso inquã narrabo. Etenim cũ sedisset in animo quondã relicta urbe transire ad habitaculũ monachorũ, ego scio q̃ solicite perscrutabar, unde nobis in illis locis quæ necessaria sunt corpori præberentur: & si possibile esset, & recentis, & diurni panis habere quotidie copiã. Sed & illud nõ segniter requirebã, ne fortè eodem oleo olla & lucerna esset aptãda, si nõ leguminis grauis & solitarius cibus sumi iuberet. Sed & ne operis aliquis grauis esset exactor, ne fortè fodere terrã cogerer, aut ligna deferre, aut aquã humeris portare, uel cætera huiusmodi exhibere ministeria: ita omni solicitudine p requie corporis percontabar. Et quidẽ qui principibus seculi ministrant, ac reipublicæ negotijs inseruiunt, horũ nihil requirunt, sed tantũ si aliquid lucri temporalis habeat eius militiæ locus. Quòd si hoc solũ esse cognouerit, iam nullus refugitur labor, nullũ periculũ uitatur, nulla indignitas excusatur. Seruilia etiã si ab ingenuo deposcãtur officia, nõ negãtur, peregrinationes longissimas, periculosissimasq; non respuet, contumelias, cruciatus, permutationesq; temporũ feret: omnem sustinet laborem spe lucri, nec timet, ne fortè ab ipsa misera-

Matth. 11 — Matth. 7 — 2. Cor. 4 — Matth. 7

miſerabili ſpe decipiatur ac decidat, nec immaturam peregrinis in locis mortem, & ſubitam pertimeſcit: ſeparationem quoq; ſuorum, & coniugis etiam ac liberorum abſentiã tolerabiliter patitur. Non denicq; patriæ, non charorum mollitur affectu, ſed deſiderio & cupiditate pecuniæ, uelut amens agitur, & amore eius incenſus, nihil laboris ſentit, nihil doloris intelligit. Nos è cõtra, qui non pecuniam quærimus, ſed ſapientiam: nec terram, ſed cœlũ petimus, & ad cœli diuitias feſtinamus, quas neq; oculus uidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt: hæc, inquam, quærentes, & pro his cœlo ipſi uim parantes inferre, de requie corporis percontamur? Vide quãto miſerio res illis ſumus & molliores. Quid dicis ô homo, quid agis? Cœlum paras aſcẽdere, & regnum cœli inuadere: & interrogas, ne qua tibi difficultas occurrat in itinere, ne quid aſperũ tibi in uia accidat aut laborioſum: & non erubeſcis, non pudore oppreſſus ſub terra temetipſum defodis? Si enim omnia mala tibi occurrerẽt, ſi conuicia, ſi iniuriæ, ſi ignominiæ, ſi calumniæ, ſi gladius, ſi ignis, ſi ferrum, ſi beſtiæ, ſi præcipitia, ſi fames, ſi ægritudo, & cuncta quæ uel dici, uel excogitari poſſunt mala, ſuper te irruerent, dignum aliquid erat? Non tibi hæc omnia pro tantis ac talib. cauſis ridenda prorſus & ſpernenda penitus uiderẽtur? Anilis animę eſt metus hic & effœminatę. Erit ergo ita abiectus aliquis & infelix, erit ita degeneris animi, ut cœlũ cupiens aſcẽdere, de terrena requie cogitet: quam non ſolum requirere, ſed etiam paratam recipere indecorum eſt. Aut non tibi uidetur abſurdum, ut hi quidem qui humano amore flagrãt, totã mentem ſuam, totamq; cogitationem in illis habeant quos amant: & ſi abſentes corpore ſint, cogitatione tamen cum illis ſunt: nec aliud aliquid ſibi dulce eſſe in præſenti uita deputãt, niſi aut ipſos uidere ſi liceat: aut ſi id non poteſt, de ipſis abſentibus cõgitare: nos autẽ qui amore ſancto incorruptoq; flagramus, omiſſa cura & ſolicitudine eius quem amamus, requirimus ea quæ amorẽ noſtrũ nõ ſolum nil iuuare, ſed & impedire plurimũ poſſunt. Nõ uideo chariſſime, quòd aliquis noſtrum uera & perfecta cupidine cœleſtium teneat, alioquin omnia quæ uidentur eſſe grauia, umbras putaret & riſum. Et hoc nõ ego ex uerbis meis, ſed illius qui huiuſmodi amore exarſit, incendio ſalutari docere tentabo: illum dico Chriſti amatorem, qui tanto igne amoris eius exarſit, ut moras uitę huius, et dilationem profectionis ſuæ qua redire morabatur ad Chriſtum, ingemiſceret, & doleret, & querelas ſuas per hæc uerba ſignaret: Poſiti, inqt, in tabernaculo iſto ingemiſcimus. Et iterũ: Deſideriũ habens diſſolui, & cum Chriſto eſſe, multo em melius eſt. Sed quoniam, inquit, hoc placet illi quem amo, permanere in carne neceſſariũ propter uos. Vt enim fides Chriſti prædicetur, & ut ipſe ab omnibus ametur, propterea & famem, & ſitim, & nuditatem, & uincula mortesq; ſuſtineo, & maris pericula, & naufragia, cũctaq; omnino quę inferuntur in me, libens perfero, & non ſolum nihil mihi horum graue eſt, ſed & pro his omnibus glorior. Cauſa autem mihi gloriãdi pro his charitas Chriſti eſt. In his enim, inquit, omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Quòd ſi amor hominũ frequẽter etiam mortem ſubire perſuaſit, quomodo non amor Chriſti, nõ ſolum laboris patientiã, ſed & mortis tolerantiã perſuadebit? ſicut & huic amatori eius quem ſupra oſtendimus, omnia pro nihilo ducenti, dum nimis amori eius inhæreret. Neq; em uidebatur ſibi eſſe in terris, neq; præſentem hanc uitam cum hominibus ducere, ſed tanquam ſi iam eſſet in cœlis, & cum angelis haberet conuerſationẽ ſuam, & quaſi facie ad faciem conſpiceret bona futura: ita ſpernebat cuncta quæ in præſenti uita, uel delectabilia, uel triſtia uidebantur. Nulla ei cogitatio, nullus ſermo de requie erat, quod nos & frequentius & ſolicitius quærimus, ſed clamabat dicens: Vſq; ad hanc horam et eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cędimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manib. noſtris. Maledicimur, & benedicimus: perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemus: blaſphemati deprecamur, tãquam purgamenta huius mundi facti ſumus omniũ peripſema uſq; adhuc. Per ſingula enim oculos mẽtis ſuæ cõuertens ad cœlum, & decore cœleſtium tractus reuerti ad terrena rurſum recuſabat: ſed ſicut is qui in paupertate poſitus intra uile & humile tugurĩũ uixit, ſi forte regem uideat auro multo, & margaritis, ac purpura reſulgentem, ultra iam non uult tugurĩ pauperis recordari, nec penuriæ ſuæ ad animum reuocare memoriam, ſed agit omnia quatenus poſſit à ſplendore & gloria regis, quem contuens admiratus eſt & dilexit, inſeparabilis effici: ita & Paulus ubi perſpexit illa quæ in cœlis ſunt, cõtemplatus eſt iſta quæ egeſtatis & ſqualoris in terra plena ſunt: & cum hominibus quidẽ pro neceſſitate terreni corporis conuerſabatur, mente uero & ſolicitudine totum ſe illuc trãsferebat, quò eum amoris ſui ducebat intentio: etiam ſi triſte hic aliquid perferebat, animo ibi occupato non ſentiebat: & ſi delectabile & ſuaue aliquid uidebatur, illa delectatio & illa ſuauitas quam per ſpiritum cõtuebatur, delectationes huius ſuauitatis obſcurabat. Intantum enim ſuccenſus erat igne Chriſti, ut ei etiã ſi flammas mortales adhibeas, neſciat, nõ ſentiat, nõ uratur. Multo nãq; uehemẽtior eſt ignis Chriſti quo uritur per amorem. Non enim Paulus erat ſicut nos mercenarij, qui timore gehennæ regnũ Chriſti requirimus, ſed ille alio quodam pacto multo præſtantiore, & beatiore deſiderio conſtrictus, ita fert omnia, ut ex his quas patiẽ pœnis, ſolatia magis amoris ſui capiat, quàm dolorem corporis ſentiat. Ita enim totam eius mentem deuinxit amor Chriſti, ut etiam hoc quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat, eſſe cum Chriſto: rurſum idipſum, quia ita placeret Chriſto, contemneret: ſed et cœlorum regno quod uidebatur laborum eſſe remuneratio, pro Chriſto nihilominus carere pateretur, ab ipſo etiam Chriſto anathema effici pro Chriſto optabile haberet. Sed fortaſſe minus pla-

Matth. 7
1. Cor. 2
2. Cor. 5
Philip. 1
Rom. 8
1. Cor. 4

num uidetur esse quod dico: quod tamen si explanare uoluero, tunc iam non obscurum, sed incredibile fiet, his duntaxat ipsis quibus prius uidebatur obscurum. Quod tamē etiam beatus ipse, quia incredibile futurum esse prospexit, cum quadam
Rom. 6 id protestatione signauit, dicens: Veritatem in Christo dico, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniā tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabā enim ipse anathema fieri à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secūdum carnem, qui sunt Israelitæ. Et tamen cum protestatus sit, & conscientiam suam ad testimonium invocauerit, adhuc minus credibile uidē apud homines, quòd ab ipso uelit anathema fieri, pro quo uult & anathema fieri. Quid uero illud, quod cum
Ibid. 8 disputasset de his quæ in hoc seculo agerentur malis, addit & dicit: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et enumerans omnia quæ in terris sunt, ascendit etiam in cœlum: ostendere uolens quia nihil magnum est, si cōtemnat terrena supplicia propter Christum, adiecit etiam hoc: Quia neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; præsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quod autē dicit, tale est: Non solū homines abstrahere me non possunt ab amore Christi, sed ne angeli quidem, neq; omnes simul cœlorum uirtutes, si conueniant in unum, ab eius charitate separare me possunt: nec si à regno decidere me necesse sit, aut etiam in gehennam trudi pro Christo, ne hoc quidē mihi metuendum est. Quod enim ait, Altitudo & profundum, uita & mors, non aliud mihi indicare uidetur, quàm regnum cœlorum & gehennā. Hæc autem dicebat, nō quòd angeli affectare possent eū aliquando à Christo separari, sed etiā ea quæ impossibilia sunt, uerbi gratia fieri posse dixit, magisq; se à Christi amore seiūgi, ut per hęc quāta in eo uis esset charitatis ostenderet, atq; omnibus ante oculos poneret. Hic enim amantium mos est, ut amorem suū silentio tegere nequeant, sed necessarijs suis & charis efferunt, & produnt, & flammas suas intra pectus cohibere non possunt. Enarrant frequētius, ut ipsa assiduitate narrandi amoris sui solatium capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic, & eximius amator Christi. Omnia quæ sunt, & quæ erunt, quæq; accidere possunt, & quæ omnino non possunt, simul sermone uno complectitur, uisibilia & inuisibilia, omnem requiem, cunctaq; supplicia, & quasi nō sufficientibus bonis solis, ad amoris sui uim & magnitudinem complectendam assumit & tristia. Sed & ea quæ nō sunt, commemorat, ut ostendat quia etiam si essent ea quæ non sunt, se tamen mouere à proposito, aut mutare nō possent. Nam creatura alia utiq; de his dicit quæ nō sunt. Quòd si illi non sufficiunt omnia quæ sunt, ut moueatur à charitate dei, quæ est in Christo Iesu, sed & ea quæ non sunt, prouocat quodammodo ad certa men, & ad tam excelsa conscendens: nos qui iubemur eius esse imitatores, ne istas quidem ferimus tribulationes, quę cōmunes nobis habentur cum cæteris: sed dissoluimur & relaxamur, & quasi febribus defatigati deficimus, tanquā longa & diutina ægritudine consumpti, & de omni sanitatis spe penitus desperamus? Sed & si aliquis nobis exempla apostolorū adducat in medium, & dicat, sequi nos debere, & imitari uitæ eorum propositum, gestorumq; regulas custodire: respondebimus statim, ga nobis impossibile sit illos imitari, & uirtutis eorū tenere mēsuras. Quòd si etiā causam percontetur quis, nos cōtinuo stultam illam responsionem absurdamq; proferimus: Ille Paulus erat, ille Petrus erat, ille Ioannes erat. Quid est ille Paulus erat, dic mihi: quid est, ille Petrus erat? Nónne eiusdem naturæ erant cuius & nos? Nónne eadem uia ingressi sunt hunc mundum qua & nos? Nónne eisdem cibis utebantur, atq; eundem respirabant aerem? Nónne eisdē uitæ usibus agebantur? Nónne aliqui ipsorum etiam coniugia experti sunt, & liberos procrearunt? Quidam uero ipsorum etiam opifices cōmunium artium erant. Alij uero & lapsus perpessi sunt peccatorum, atq; in ultimum malorum barathrum deciderunt. Sed multum, inquis, gratiæ illi acceperunt à domino. Siquidem mortuos suscitare iuberemur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leprosos, aut claudos erigere, aut dęmones effugare, aliasq; his similes sanare ægritudines: si operationum uirtus quæreretur, locum haberet ista responsio: si uero uitæ à nobis obseruantia cōuersationisq; requiritur, & obedientiæ ratio, quid facit ad hæc ista narratio? Et tu enim accepisti gratiam dei per baptismum, & participiū spiritus sancti consecutus es, etiamsi non ad hoc ut signa faceres, sed quantum sufficeret ad hoc, ut rectæ uitæ obseruantiam custodires. Et ideo perditionis nostræ causa nulla alia est quàm negligētia nostra atq; desidia. Sed & Christus in illa die remuneraturum se promittit, non eos qui signa & prodigia, sed eos qui sua pręcepta fecerint, dicēs: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est à constitutione mundi. Non dixit, quia mirabilia fecistis: sed quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: peregrinus fui, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere, & uenistis ad me. Sed & beatos non dicet eos qui signa & mirabilia fecerunt: sed humiles spiritu, mansuetos, lugentes, esurientes & sitientes iustitiam, pacificos & mundos corde, atq; eos qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nusquam itaq; in signorū opere & mirabilium beatitudo ponitur: sed in expletione mandatorum, & perfectione uirtutum. Nam & illijpsi beati qui hæc fecerunt, non ideo nobis in admiratione sunt, quia signa ostēderunt & prodigia, hoc enim totum gratiæ dei fuit: sed pro animi uirtutibus magni habentur & clari. Quod utiq; nutu quidem diuino, & gratia cœlesti, proprio tamen studio ac
Matth. 25

dio ac labore operati sunt. Non ego sum qui hæc dico, sed ille ipse imitator Christi. Cum enim aduersum pseudoapostolos scriberet, atque indicia probæ doctrinæ, minusq; probæ, discipulos edoceret: non dixit ex mirabilibus & signis intelligi
2. Cor. 11 debere ministros Christi, sed ait: Ministri Christi sunt, & ego, tanquã minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carcere abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi: ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci, die ac nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & fatigatione, in uigilijs frequenter, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus in me concurrunt, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarũ: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ uror? Vides pro qualibus & quibus gestis mirandi sunt apostoli? nam qui signorum & mirabilium gestis probari uolunt, non possunt probi uideri, quia & ipse dominus & saluator noster non dixit, ex signis & mirabilibus cognoscetis eos, sed ait:
Matth. 7 Ex fructibus eorum cognoscetis eos: & iterum dicit: Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc dicam eis: Quia nõ noui uos, discedite à me operarij iniquitatis. Propter hoc autem & discipulos monebat,
Luc. 10 dicens: Nolite gaudere, quoniam dęmonia uobis subijciuntur: sed in hoc gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Vita enim bona & actus probi etiam sine signis & mirabilibus merẽtur coronam: iniqua autem conuersatio etiam si signa & prodigia fecerit, supplicia non euadet, & ideo superfluo hæc quæruntur, imò & periculose. Nã possumus etiam ex his hæreticis occasionem dare, si dicamus, quia apostoli & omnes sancti non
Matth. 25 ex proposito suo & labore mirabiles facti sũt, sed ex dei gratia sola. Dicunt enim: Et quid ergo prohibet omnes fieri tales? Si enim gratia dei nihil requirit à nobis, sed ipsa est quæ facit unumquenq; perfectum: cur nõ omnibus ex æquo infunditur,
Act. 10 & fiunt omnes repẽte perfecti? Non enim est personarum acceptor deus. Sed quoniã non sola gratia dei hoc agit: requiritur enim ut & nos, quod in proposito nostro & uirib. nostris est, expleamus: idcirco uenit quidem ad unumquenq; gratia dei, sed apud eos qui digne explent ea quæ mãdata in ipsis sunt, permanet: & ab his uero qui minus digne agunt, cito discedit: ad eos aũt qui nec initium faciunt conuertendi ad dominum, omnino nõ uenit. Rectas enim mentes diligit, & sine fuco propositum. Quod etiam in Paulo prospiciens, licet alio adhuc itinere uideretur incedere, tamen quia
Ibid. 9 pposito recto, & zelo dei hoc agebat, dicit de eo dominus: Quia uas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filijs Israel. Hęc autem testatus est de eo priusquam ei gratia daretur. Non ergo nosmetipsos seducamus, dicentes, impossibile esse ut sit aliquis sicut Paulus. Siquidem signorum & mirabilium, ac sapientiæ gratiæq; eius cõtemplatione nullus poterit esse Paulus: uitæ autem ratione, & conuersationis diligẽtia pręstò est uolenti imitari illum: quod quia non fit, uoluntas in culpa est. Sed nescio quo modo in hoc stultitiæ decidi, ut Paulo similes aliquos ex his qui nunc uiuunt homines requiram: utinã uel tertio, uel quarto post ipsum loco inueniri possit aliquis. Et ideo lugendũ est, & ideo flendum, & per totam uitam plangendũ, ut uel sic occupata in luctu, & lacrymis anima erubescat aliquando peccare. Deniq; requiramus à lugẽtibus, istos dico pro charorum suorum amissione lugentes, & in egestate positos, & non qualescunq; homines, sed illos ipsos potentes & diuites, & in delicijs agẽtes, qui uentri & uoluptati uiuũt, qui prandia usq; ad uesperam, cœnas in medium noctis extendunt, qui aliena diripiunt, & propria profundunt, istos ipsos interrogemus: si quãdo aut unicũ pater filium, aut uxor ereptũ citò plangit maritũ, quõ uelut fulmine quodã icta anima aufugiũt cõtinuo, nec usquã apparẽt omnes illæ molles & dissolutæ deliciæ: nusquam uentris cura, aut solicitudo carnis habetur, sed acerrimæ cõtinentiæ introducitur philosophia: abstinetur ab omnibus, agũtur extenta ieiunia, iuges uigiliæ, humi requiescitur, summum silentiũ, quies magna, humilitas ultima, mansuetudo ineffabilis, miseratio immensa, etiamsi auferantur omnia, etiamsi diripiantur, nihil pro his animus curat, nihil mouetur: etiãsi igne concrementur uniuersa, & census pariter cum domibus pereat, non indignatur, non irascitur. Multos ego noui post amissionem charorũ, nec urbes habitare uoluisse, sed commigrasse ad agros, atq; ibi ieiunam & sobriam duxisse uitam cum omni silentio & quiete. Alios memini in ipsis defunctorũ suorum sepulchris habitaculum posuisse, atq; inibi uitam similem mortuo trãsegisse. Sed hæc post modum. interim donec dolor in augmentis est, nihil curat anima, nihil cogitat, procul omnis illa insania congregandæ pecuniæ, procul omnis cupiditas possidẽdi: honoris autem & ambitionis omnis apud eos gloria tũc uere ut fœnũ & uelut flos fœni uidetur, & talis quasi quam flamma tristitiæ in cinerẽ uerterit: & ita ex omi parte anima transfertur ad philosophiam, ut deliciarum atq; suauitatum uitæ huius, ne ratio quidem ulla habeatur: imò potius si quid prius delectabile uisum est, si quid gratum, id nunc amarissimum & odibile ducitur. Nullus famulorum, sed ne amicorum quidẽ quisquam & familiarium aliquid in auribus ei loqui audebit de his quæ huic uitę uidentur necessaria esse, sed tantummodo de humanarum rerũ caduco & fragili statu, de incertis uitæ huius & lubricis rebus sermo habetur, & uarietas ac mutabilitas mortalis uitæ philosophicis assertionibus exponitur, atq; omni ex parte anima per dolorẽ lu-

ctus,tanquam in quodam sacrario collocata, no-
uis nunc de natura humana imbuitur disciplinis:
ut agnoscere incipiat,& sentire præsentis seculi fra
gilitatem,quàm instabilis sit, & quàm citò fugiat
omne quod in eo magnum uidetur: quãq; fluxus
& corruptibilis sit mundi status, utq; omnia tan-
quam in scena agantur & mimo. Et quidem tunc
uere miseræ & probrosæ apparẽt diuitiæ,tunc fœ
da uidetur iactantia.Inuidia uero & ira & concu-
piscẽtia ac libido ne ad extremas quidem ianuas
lugentis accedit, sed hæc omnia fugantur, omnia
exterminantur, ita ut ne odor quidem horum ul-
lus occurrat. Vna sola cogitatio lugenti, unus in-
tuitus imago defuncti est. Ille uultus ante oculos
ponitur, ille aspectus mẽti atq; animo exhibetur,
ipse ei cibus,ipse potus est:quod si somnus fuerit,
somnia inde ducũtur,ibi omnis requies,ibi omne
solatium,ibi gloria,ibi diuitiæ, ibi potẽtia,ibi om
nes deliciæ collocantur. Sic oportebat & nos salu
tem nostram lugere perditam,atque animam no-
stram mortuam lamẽtari, ut nihil amplius dicam.
Exhibeamus animæ nostræ quod illi exhibẽt car
ni alienæ. Aut non extremæ miseriæ est, ut hi qui
dem qui filios aut uxores lugent,ad nihil aliud oc
cupent mẽtem suam, nisi ut defunctos suos quasi
intueantur, & illos semper animo ac cogitatione
conspiciant: nos uero quibus salus mortua,& re-
gni cœlorum spes extincta est,omnia magis quam
inde cogitamus. Et illi quidem etiam si regij gene
ris sint, nemo tamen erubescit solennitatẽ luctus
implere:sed & humi residẽt,& cum amaritudine
lamentantur, & uestem lugubrem sumunt, & o-
mnia faciunt quæ ad afflictionem animæ & cor-
poris spectant:& neq; quod in delicijs nutriti sunt
cogitant,neq; florem sui corporis respiciunt,neq;
metu futuræ ex afflictione ægritudinis deterren-
tur,sed omnia ferunt, & infatigabiliter perferunt,
& non solum uiri, sed & multo magis fœminæ,e-
tiamsi ualde fuerint delicatæ. Nos econtrà qui nõ
filios,ut dixi,aut uxores,sed animam lugemus, &
animam non alienam, sed nostram, recogitamus
ægritudinem corporis,& recordamur quòd in de
licijs educati sumus. Atque utinam hoc solum ma
li esset: nunc autem ne hoc quidem est quod nos
impedit aut retardat. Quid enim,dic mihi,corpo-
ris uiribus opus est, cum cor conterere debea-
mus? Quid necessariæ sunt uires corporis,ut pura
deo fundatur oratio, ut peccatorum fiat recorda-
tio, ut humilitas assumatur, & superbia depellat?
Quid requiro corporis firmitatem ad arroganti-
am reprimendam? Ista sunt enim in quibus pla-
cetur deo. Quid laboris ista,quid afflictiõis requi
runt? Et tamen quasi quidam intolerabilis labor
sit,omittuntur à nobis. Non requirit deus cilicio-
rum pondus, neq; concludi inter angustias cellu-
læ,neq; in obscuris antris & tenebrosis sedere iu-
bet:hoc solũ est quod exposcitur à nobis, ut sem-
per recordemur, & ad animum reuocemus mala
nostra, & conscientiam gestorum nostrorum ha-
beamus ante oculos,ut pro his supplicemus,deo,
ut gehennam ponamus in cõspectibus nostris,&
A angelos qui in die iudicij ubiq; discurrunt & con
gregant de omni orbe terrarum eos qui trudendi
sunt in gehennã ac supplicijs tradendi. Ponamus
etiam & illud ante oculos, quãti doloris est exclu
di ac proijci à regno cœlorum,quod,ut mihi uide
tur, grauius est ipsa gehenna. Nam & si ignis ille
non arderet, & immortalis illa pœna non esset pa
rata,hoc solum quòd alieni efficimur à Christo,&
excludimur à bonis æternis, nónne omni pœna
cruciabilius diceretur? Quòd si non sufficiũt hæc
ad erigendas animas,& incitandas ad spem, illud
saltem ad memoriam reuocemus exemplũ quod
de uirginibus referẽ, quæ exclusæ à thalamo spon Matth.25
si sunt,propter olei defectum. Ponamus nosmet-
ipsos in illis quæ excludũtur, & uideamus qui do
B lor,& quæ pœna sit, si cogitemus eadem posse &
nos pati,si negligimus. Est ne aliquis ita lapideus
qui hoc exemplo non moueatur, & timeat ne si-
milia incurrat? Potuissemus quidem sermonẽ pro
lixius producere, sed quia obedientiæ magis, q;
usus alicuius causa hæc à nobis dicta sunt, etiã ul-
tra quàm debuimus,uagati sumus. Bene enim nó
ui,quia si quis cordis cõpunctionẽ requirat,hanc
uere & integre apud te haberi inueniet,& à te me
lius doceri,etiamsi sileas. Sufficit enim ad cõpunc-
tionem cordis uideri te, & intelligi crucifixã ui-
tam tuam. Itaque melius docebo de compunctio
ne cordis, si nunc quidem uiuentibus habitaculi
tui iter ostendam, & eos ad uidendum te dimittã.
Si uero de posteris quæritur,sufficiet eis si tua ge-
C sta cognoscãt,propter quod obsecro te redde mi-
hi iam obedientiæ meæ uicem orationes tuas, ut
non tam loquamur compunctionẽ cordis, q; pa-
tiamur. Quoniam docere,& non facere,non solũ
lucri nihil,sed etiam damni plurimũ confert. Grã-
dis enim cõdemnatio est sermonem quidẽ suum
cõponenti,uitam uero suam atq; opera negligẽti.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE compunctione cordis,liber secundus.

ET quomodo fieri poterit ô homo dei,
quod imperas Stelechi, ut anima in-
firma & frigida compunctionis uer-
ba pariat? Ego eñ puto quòd is, qui
in hac materia uult aliquid dignum
proferre,ipse ante omnes debet hoc calore ferue-
re,& salutari hoc incẽdio primus igniri, quò pos-
sint etiam sermones qui ab eo proferuntur, igni-
re & accendere animas auditorũ. Sed nobis horũ
nihil adest: ,pcul eñ procul à nobis ignis iste, nec
flãma ulla intra nos,sed emortuus cinis est. Vnde
ergo unde charissime accendimus in nobis hanc
flammam, qui nec scintillam aliquam intra nos ui
gere sentimus, nec spiritum quo perflari possit &
accendi? Quomodo enim spiritus dignetur ades-
se animæ confusionis plenæ, quam peccatorum
multitudo contexit? Sed ego quidem non noui:
sed tuæ solicitudinis erit,qui imperare uoluisti,ut
opusculum nostrũ cõgruum mereatur effectum.

Ego

Ego neſcio ſi dignum aliquid ex nobis poſſit exi
re, tu uideris qui opus tantum minus ualidis impe
ras miniſtris. Nos quidem præbebimus officium
linguæ: tu autem precare eum qui ſanat contritos
corde, & qui dat afflictis patientiam, quiq; erigit
de terra inopem, ut ipſe in nobis accendat ignem
illū, per quem poſſit omnis infirmitas animæ de-
coqui, & omne quod aggrauat corpus exuri, quò
ſubnixa pennis ſuis anima tēdat ad cœlum: utpo-
te leuior reddita, atq; in illo uertice poſita intueri
de altiſſimis ſedibus, & deſpicere poſſit uniuer-
ſam uitæ huius, quæ in terris agitur uanitatē. Niſi
enim quis ad illam celſitudinem uolatu animæ di
uino munere conſcenderit, nō poterit terram de-
ſpicere: neq; ea quæ gerūtur in terris. Liber enim
ei de ſupernis debet eſſe aſpectus, liber auditus, ut
& lingua poſſit liberum uerbo præbere miniſte-
riū. Oportet ergo boni huius uolentē adire prin-
cipia, prius animo & mente ſecedere ab omni per
turbatione ac fluctuatione uiſibilium, atq; ad illa
conſcendere & penetrare ſilentia, ubi quies ſum-
ma, trāquillitas iugis, pura ſerenitas, & nihil pror-
ſus quod moueat, nihil quod intētum ſolicitet a-
nimum, aut indaginem cogitatiōis irrumpat: ſed
ſit immobilis oculus mentis, & in deſiderium dei
tota intentione defixus, ſit auditus ſilens, quietus,
intentus, in hoc ſolum directus, ut audiat uerbum
dei, & conſona diuinorum ſenſuum modulatiōe
lætetur: cuius tāta uis eſt, ut ſi ſemel obtinuerit a-
nimam ac poſſederit, neq; cibū ultra, neq; potum,
neq; ſomnum requirat. Horum enim omnium uo
luptas ad deſiderium translata eſt diuinorum uer
borum ſenſuumq; cœleſtiū. Hoc ergo eſſe decet
animę inſtitutum, uolentis de compunctione cor
dis uel dicere aliqua, uel capere, ut aliena ab omni
perturbatione & ſolicitudine uitæ huius effecta,
ſpiritualis philoſophię altitudinē, & cœleſtis pu-
ritatis uerticem teneat, quo nequaquam poſſit ab
aliquo ſenſu eorum quæ geruntur in terris, omni-
no pulſari. Nam corpus, uel corporis ſenſus ani-
mam, donec terrenis rebus intenta eſt, innumeris
uinculis onerant, & undiq; ei nubes corporalium
cōgregant uoluptatum. Ad hęc miniſtrat auditus
& uiſus, ad hæc odoratus, ad hæc etiam tactus &
guſtus, cunctorumq; quæ extrinſecus gerunt ma
lorum perturbationes, uelut in ſentinā, ita in ani-
mam conuectant. Quòd ſi ſubſtrahere uoluerit à
terrenis, & ſtudia ſua ad ſpiritualia inſtituta con-
uertere, excludet à corporalibus ſenſibus aditum,
per quem ſibi miniſtrare atq; introducere ſolebat
imagines malorū. Excludet autem non ipſis ſenſi
bus obturatis, ſed intentionib. eorum ad ſpiritua-
lia cœleſtiaq; conuerſis. Sicuti enim domina quę-
dam terribilis, ſatisq; ſeuera, uolēs aliquod unguē
tum conficere neceſſarium & pretioſum, pluribus
adhoc indiget miniſtris, multasq; manus requirēs
ſuſcitat famulas ſuas, atq; ad ſemetipſam congre-
gat, imperat aliæ tenere libram, ut æquis ponderi
bus unaquæq; ſpecies miſceatur, & neq; amplius
aliquid, neq; minus quàm oportet, habeat: ſciens
non poſſe utile effici quod cōponitur, niſi ſumma
libationis menſura ſeruetur: aliæ terere iniungit
quæ duriora ſunt, & ſummo cum labore leuigare,
ne quid durum inueniatur aut aſperum: aliam diſ-
cernere cum cribellis quod tundit iubet, ut craſ-
ſiora quæq; pigmēta à minutis & mollioribus ſe-
cernat ac ſegreget: aliam iubet miſcere, & in unū
conſpergere quæ ex diuerſis præparata ſunt: alia
cum alabaſtro adſtare præcipitur, & aliud aliæ in-
iungitur: atq; hoc modo ſenſibus earum & animis
ac manibus occupatis, & operi propoſito affixis,
nō permittit ſenſus uſquam euagari, intentionēq;
operis propoſiti irrumpi, imminens iugiter, & in-
ſiſtens, nec prorſus indulgēs oculum ſaltem aſpe-
ctumq; diſpergi miniſtrantium famularum: ita er-
go & anima quæ pretioſiſſimum unguentū iſtud,
compunctionē dico cordis, componere ac ſeruа-
re deſiderat: omnes corporis ſui ſenſus ad ſemetip
ſam congreget, ſegnitiemq; ipſorum ac negligen
tiā deturbans, tota ſolicitudine uigilare, & in hoc
tantum quod propoſuit, cogat intendere. Denicq;
ſi quando acciderit, ut ad ſemetipſam conuerſa de
liberet agere aliquid eorum quę placita ſunt deo,
idq; prorſus profunda & intenta ſatis cogitatione
pertractet, neq; dicētem ſibi aliquid audit, ſed ne
occurrentes quidem, & in oculis ſtantes uidet, nō
q; caruerit oculis uiſu, aut auris auditu, ſed quia in
ſecretis agēs anima, & in diuinioribus occupata,
nuntios nō recipit ſenſuum & corporalium mini
ſtrorū. Et quid dico, quòd in his poſita anima cla-
mantem non audiat, aut non uideat tranſeuntem:
cum ſæpe etiam pulſantes ſe & trahentes omnino
nō ſentiat? Per quod intelligi utiq; datur, hāc eſſe
animæ uirtutem, ut ſi toto affectu deſideria ſua ex
tendat ad cœlum, degere ſe obliuiſcatur in terris,
atq; inter homines conuerſari, etiam ſi trahat ali-
quis corpus, etiāſi propellat. Talis erat beatus Pau
lus, qui intantū abſens erat ab his inter quos con-
uerſari uidebatur in urbibus, quantū mortuis cor
poribus nos uidemur abſentes. Quum em̄ dicit:
Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: emor Gal. 6
tuam mihi uidetur in ſemetipſo corporalium ſen-
ſuum efficaciam proteſtari: imò non ſolū hoc, ſed
duplicare in ſemetipſo iſtam, ut ita dicam, inſenſi-
bilitatē. Non enim dixit hoc ſolū, quia mihi mun-
dus crucifixus eſt: ſed addidit, Et ego mundo. In-
gentis nāq; philoſophiæ eſt, ut & hūc ipſum mun
dum ſibi putet aliquis crucifixum: multo aūt ma-
ioris eſt, ut & ſeipſum quis crucifixū putet mun-
do, quem ſibi mortuum prius eſſe crediderat. Hoc
ergo in ſemetipſo Paulus oſtendit. quia nō tātum
abeſſet à terrenis ſenſibus, quantum uiuentes ho-
mines à corporibus mortuis: ſed quantū abſunt,
nec ſentire poſſunt mortui mortuos. Qui enim ui
uit, etiamſi ipſe non poteſt mortuū conſpicere: ta
men uel ſentire poteſt, uel mirari adhuc ſpeciē de
coris defuncti, uel miſereri poteſt & lacrymas fun
dere. Qui autē & ipſe defunctus eſt, erga mortu-
um ne hunc quidem habebis affectum. Et hoc eſt
quod mihi uidetur dixiſſe Paulus, quia mihi mun
dus crucifixus eſt, & ego mūdo. Vides ergo quan
tum longè erat, & quantū peregrinabatur ab his

quæ aguntur in terris? Vides quomodo super ter
ras incedens, ipsum tenebat uerticem cœli? Nolo
enim putes quòd uel mõtes, uel deserta, uel inuia
ita possint animæ conferre silentium, perturbatio
nesq; perimere, ut ignis iste quẽ in ea Christus ac-
cendit. Hic ignis in anima Pauli per dies singulos
flante spiritu sancto, magis ac magis accendebat,
& ad superna tendens, secum eum usq; ad ipsum
perduxerat cœlum: imò, ut uerius dicã, impoſue-
rat eum non usq; ad primum cœlum, neq; usq; ad
secundum tãtum, sed usque ad tertium raptus est
cœlum. Amor autem eius & desiderium quod ha
1.Cor.12 bebat erga charitatem Christi, non solum tres pe-
netrauerat cœlos, sed & omnes omnino transcen
derat, & usq; ad ipsum peruenerat Christũ. Et pu-
to quòd non delinquat aliquis, si sanctum hũc ta-
li cuidam conferat similitudini, ut si, uerbi gratia,
flamma quędam immensa uniuersam repleret ter
ram, & inde ascendens repletis omnibus usque ad
ipsa peruenirent cœli fastigia, sed & inde superãs o-
mnia, etiã illum qui supra cœlũ est, aerem trãscen
deret, siue aer ille dicẽdus est, siue quid aliud: atq;
ubi etiam illa quæ ibi sunt, spatia compleret, ne il-
lic quidem flãma hæc incremẽta finiret, sed ascen-
deret adhuc usq; ad tertium cœlum, & omnia hęc
uno atq; eodem igne compleret, ita ut nec terrę ul
lum, nec cœli, imò nec cœlorum spatiũ relinque-
ret uacuum. Et ne putes me hęc ad gratiam Pauli
dixisse, relege quę ad Demetriũ super hac ipsa ma
teria scripsimus, & inuenies hæc eadem rebus ibi-
dem demonstrata esse, non uerbis. Ita debet ama-
ri Christus, ita oportet animam à rebus affici præ-
sentibus & uisibilibus alienam. Tales erãt animæ
sanctorum prophetarum, quæ ob hoc acceperũt
etiam oculos alios quibus possent uidere futura.
Etenim renuntiare præsentibus rebus, & alienum
effici ab eis, propriũ hoc humanæ industriæ opus
est: posthęc uero accipere oculos quibus uentura
prospicias, diuini muneris est donũ. Talis fuit He
lisæus, qui quoniam omnia mundana reliquit ne-
gotia, & amauit propheticam uitam, regnum cœ
leste, & supernam gloriam in terris adhuc positus
uidit. Vidit enim quæ nũquam mortalis uisus in-
spexerat, montem curribus igneis, atq; equis flam
meis plenum, armatorum turmas, & castra cœle-
stis exercitus. Nemo ergo potest eorum qui dele-
ctantur præsentibus & caducis, cœlestia ac spiri-
tualia contueri. Qui uero ista contempserit, & ue
lut umbram hæc & puluerem duxerit, uelocius ad
illa perueniet. Nã & apud homines hic mos est, ut
tũ thesauros suos & reconditas diuitias patefaciãt
filijs suis, cum eos iam adultos uiderint, & puerilis
lasciuiæ uitia respuisse: donec eĩ his dediti sunt,
non possunt eis parentum secreta committi. Ita er
go & anima, nisi prius didicerit terrena cõtemne-
re, cœlestia mirari nõ poterit: & econtrà donec ter
rena miratur, necessariò cœlestia spernit ac despi-
cit. Hoc erat quod beatus Paulus aiebat: Quia ani
1.Cor.2 malis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei.
Vt ergo dicebamus, requirenda sunt silentia, re-
quirenda est quies, non solum locorum, sed & ani
A mi ac propositi, & ad huiusmodi secreta inuitãda
est anima. Si enim propositum quietis gerat quis,
nec in urbis habitatione turbabit: sicut & beatus
Dauid, qui non solũ in urbe positus erat, sed & re
gni curas solicita administratione tractabat: & ta
men multo ardentior in cõpunctione erat cordis,
quàm hi qui solitudines uidentur habitare. Illas e-
nim lacrymas eius, & illos tam uberes fletus, qui-
bus & in die flebat, & in nocte nunquã cessabat:
uix aliquis habet nunc eorum qui Christo crucifi-
xi uidentur. Non eĩ solum hoc consideres, quòd
lugebat & flebat: sed quis erat ille qui flebat, &
quid agens lugebat. Non eĩ ęquale est in tãta po
situ potestate humiliare se, & curuare in cõspectu
dei, tot adstantib. atq; officia deferẽtibus, ubi qui
B timeat nullus est, omnes uero pręsto sunt metuen
tes. In hoc, inquam, statu positum humiliare se, &
incuruare in conspectu dei, & indesinẽter afflige-
re: non est tale, quale si hoc faciat ille, cui nihil ho-
rum præsto est, sed ab omnibus is liber est & alie-
nus. Etenim in regno positus quis multa habet
quæ ad luxuriam atq; effusionem prouocent. Ne
cessitas ipsa conuiuij affluentis, & regij, quantum
segnitiei, quantum putat resolutionis, conferat a-
nimæ? Tum deinde uis potestatis, quãtum elatio-
nis, & rursum quantum rigoris imponit? Sed &
gloriæ cupido erigit necessariò animos ad super-
biam. Libidinis quoque innumera confluunt in-
citamenta, quam gignit quidem potestatis auto-
ritas: nutriunt uero & fouent deliciarum fomen-
C ta, & super omnia regalis luxus inflammat. Cura-
rum uero, ut diximus, frequẽtia uelut imbrib. in-
fundítur & perturbatur. Inter hæc ergo omnia, u-
bi habebit locum cordis compũctio, tot obstacũ-
lis repulsa, tot murorum circumuallatione secluſa? Contrà uero qui sibi uacat ab omnibus his per
turbationibus alienus est, nisi sit proposito ac uo-
luntate peruersus: & tamen raro quenquam inue-
nies huius boni munere gaudẽtem. Interim, ut di-
ximus, qui liber est, & uacat: facilius si intẽdat ani
mo, poterit adipisci, quàm ille qui in potẽtia posi-
tus est, & in principatu ac negotijs constitutus.
Quia sicut impossibile est, ut ignis inflãmetur in
aqua: ita impossibile est compunctionem cordis
uigere in delicijs. Cõtraria enim hæc sibi inuicem
D sunt & perẽptoria. Illa enim mater fletus, hæc ma
ter est risus: illa cor constringit, hæc dissoluit: illa
animæ alas annectit, & uolare facit ad cœlũ: hæc
ei plumbi pondus imponit, & demergit in infer-
num. Sed & illud cõmemorationem nostram nõ
effugiat, quòd tanta cordis compunctio illo tem-
pore etiam in regibus fuit, quo nihil ita magnum
& eximium lex tunc posita à cultoribus suis depo
scebat. Nostri uero agonis tempus in quo adscri-
pti uidemur, etiam pro risu pœnam habet, laudẽ
uero pro luctu, & pro tribulationib. salutem con
ferț. Et tamen ille beatus Dauid (ipsius enim pro-
posuimus exemplum) cunctis quæ eum circũstа-
re & constringere uidebantur, abruptis, ita erat in
potestate positus, tãquam omnibus esset ipse sub
iectus, & in solio regali erat, ut uinctus in carcere,

& in

& in purpura quasi in cilicio iacebat, cinere con- A
sperſus, & corde compunctus: aula regalis erat ei,
tanquam eremi uaſtiſſima ſolitudo. Hæc aũt om
nia agebat in eo cordis compũctio: ſola enim eſt
quę facit animam horreſcere purpuram, deſidera
re ciliciũ, amare lacrymas, fugere riſum. Sola eſt,
inquam, cordis compunctio, quæ ſicut ignis om-
ne animæ uitium perurit & adimit, & quantacũq;
in ea repererit mala, abſtergit uniuerſa, & penitus
delet. Cõcupiſcentiarum flammas ſi inuenerit, ut
fluuius inundans extinguit & enecat: curarũ mul
titudines & perturbationes ſi uideat, uelut flagel
lo quodã exturbat & effugat, & procul eſſe à do
micilijs animę iubet. Ac ſicut puluis nõ poteſt ſta
re ante faciem uenti, ita nihil malarum cogitatio
num in anima reſidere poteſt, ubi cõpunctio cor B
dis affuerit. Si enim corporalis amor ita deuinctã
ſibi tenet animam, ut ab omnibus eam neceſſarijs
actibus cogat abſcedere: & illi ſoli quem amat o-
peram dare, atq; in eius cogitatione fixam teneri:
quomodo non amor Chriſti ab omnibus reliquis
abſtrahit animã ſibiq; cõſociat, ac deſiderij ſui uin
culis ſtringit? Hæc aũt ita ineſſe animæ ſuæ etiam
Pſal. 41 Propheta teſtatur, cum dicit: Sicut ceruus deſide
rat ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad
Ibid. 142 te deus. Et iterũ: Anima mea ſicut terra ſine aqua
Ibid. 62 tibi. Et rurſus: Adhæſit anima mea poſt te. Sed &
idem ipſe iterũ dicit: Dñe ne in furore tuo arguas
Ibid. 6 me, neq; in ira tua corripias me. Et nolo mihi di-
cas, quòd propter peccatum ſuũ, quod ei acciderat, hæc ſcripſit in hoc pſalmo. Non eſt hoc uerũ. C
Nõ enim permittit intelligi ita ipſa pſalmi attitu-
latio. Huius enim culpæ ſatisfactionem alius con
tinet pſalmus. Hic autem aliam habet attitulatio-
nis ſuæ cauſam. Non confundamus diuinas lite-
ras, neq; ſancti ſpiritus ſententias proprijs ſenten
tijs peruertamus. Huius etenim pſalmi ſuperſcri-
ptio habet, pro octaua. Quæ eſt autem octaua, ni
ſi dies illa domini, illa, inquam, dies magna & ter
ribilis, quæ eſt ut clibanus ardens, quam tremunt
etiã uirtutes cœleſtes? Ita enim ſcriptũ eſt: Quia
Luc. 21 uirtutes cœlorum mouebũtur: in cõſpectu enim
eius ardebit ignis. Octauam uero eam appellauit
propter cõmutationem ſtatus ſeculi huius, oſten
densq; in futura uita innouationem fore. Præ-
ſens nanque tempus ſeptimanam habet deputa- D
tam. Omnis enim præſentis temporis curſus à pri
ma quidem incipit die, & terminatur in ſeptimã:
& rurſus ijſdem circulis ſpatia præſtita uoluũtur,
eidem initio reddita, atq; in eoſdem terminos re-
uoluta. Dominicam uero diem non octauam ap-
pellamus, ſed primam: quia non poteſt in octa-
uum numerum reuolui circulus ſeptimanæ. Cum
ergo hæc omnia ceſſauerint, & curſus hic tempo
rum fuerit reſolutus: tunc iam ſeptimana depul-
ſa, ogdoas, id eſt octaui numeri curſus, produce-
tur in medium, qui non iam rerum cauſas reuol-
uat ad initia, ſed omnia conſequentibus radat, &
perurgeat in futurum. Propheta ergo hæc intuẽs
& ex his omnibus corde compunctus, ac iudicij
futuri intra ſe memoriam retexens, diem quoque

illum ſemper in oculis habens, nunquam à tribu-
latione animi & compunctione cordis uacabat:
quoniam quæ nos uix aliquando, & ſatis raro ad
memoriã reuocamus, illius mens & cogitatio ha-
bebat ſemper intra ſe, & dei iudicia totis ſenſibus
intremebat. Ob hoc ergo ſic dicit in pſalmo: Dñe Pſal. 6. & 37
ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corri-
pias me: iram dicens, & furorem pœnæ continua
tionem: ſcit enim diuinã naturã carere omni paſſi
bilitatis affectu: & quidem cum in multis cõſcius
ſit ſibi, ex quibus non pœnam ſperare debeat, ſed
coronã. Erat nanq; in eo fides tanta, ut muros ac
turres deſtrueret alienigenarũ, & uniuerſam gen
tem ſuã de portis mortis ipſius (ut ſic dicam) reuo
caret: erat in eo etiam inde grandis fiducia conſci
entiæ, q nõ reddiderat inimico malum pro malo,
quin imò & beneficia pro iniurijs reddidit. Sed &
illa diuina ſententia, quæ dicit: Inueni Dauid filiũ
Ieſſe, uirũ ſecundũ cor meũ: nónne ab eo omnẽ ſu
ſpicionem noxæ alicuius, aut reprehenſionis ab-
ſtergit? & tamẽ poſt illud de eo dei iudiciũ, poſt
tot animi operum q uirtutes non ceſſat tanq; reus
& pœnæ obnoxius loqui, & quaſi nihil habeat fi
duciæ apud deũ, ut illud euãgelicũ cõpleat, quod
ait: Cum feceritis omnia quę præcepta ſunt uobis, Luc. 17
dicite: quia ſerui inutiles ſumus, quod debuimus
facere, fecimus. Quid tale locutus eſt uel publica
nus ille, q uerè mille malis repletus, & neq; reſpi-
cere ad cœlũ poterat, neq; orationis ſuæ prolixũ
cõtinuare ſermonem, ſed ne adſtare quidẽ prope
phariſæum audebat. Exprobrabat enim eum pha
riſæus, dicẽs: Quia nõ ſum ſicut cæteri homines, Ibid. 18
raptores, iniuſti, adulteri, ſicut etiam publicanus
hic. Ille uero quaſi nihil horũ audiens, in nullo in-
dignatur, ſed & amplectitur opprobrium: & non
ſolũ non indignatur, ſed & cõfitetur peccata ſua,
pectusq; ſuum uelut peccatorũ ſuorum cõſcium
tundens dicit: Deus propitius eſto mihi peccato
ri. Hæc ergo peccatorem facere non eſt magnũ,
quia pondus peccati, etſi uelit etſi nolit, peccato-
rem humiliat & incuruat: iuſtum uero hæc facere
qui ſibi cõſcius eſt bonorum multorum, & ita de
ſe pronuntiare, ut pronuntiabat ille, qui uerè mul
torum reus erat malorũ, hoc eſt mirabile, & hoc
eſt uerè cõtriti & humiliati cordis indicium. Imò
uero & amplius adhuc in humilitate iuſti, quàm
in confeſſione publicani peccatoris intueor. Ille
enim quod ait: Propitius eſto domine mihi pec-
catori: ſermo ipſe uidetur eſſe quaſi pœnã uolen-
tis effugere. Quod autẽ dicit iuſtus, Domine ne
in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias
me: non eſt nolẽtis argui, neq; corripi recuſantis,
ſed orantis, ne in ira, id eſt, uehementer arguatur,
neq; in furore, quod eſt abſq; uenia, corripiatur.
Ex omni ergo parte animi eius humilitas intuen
da eſt, & ex eo quòd ſemetipſum cum ſit iuſtus,
pœna iudicat dignum, & ex eo quòd non audet
hoc petere à deo, ut ex integro ſibi uenia conce-
datur: quod utique eorum eſt, qui ſe ingentibus
quidem ſupplicijs dignos iudicant, aliquid tamẽ
in ipſis ſupplicijs optant adipiſci, quod paululũ

ſubleuet,ac temperet pœnas. Sed maiorẽ adhuc mentis ſuæ humilitatẽ docet,quòd & hanc ipſam miſericordiã,id eſt, ut paulò leuius crucietur, ita petit à deo, non quaſi qui releuari mereatur, ſed quaſi qui deficiat in tormentis, & ferre plurá non
Pſal. 6 poſſit. Ait enim:Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. Quid eſt hoc? Iſte qui tale teſtimonium meruit à deo, & qui iudicia eius non eſt ob
ibid. 118 litus, ſic ẽm dicit:Iudicia tua non ſum oblitus. Iſte inquam, qui ſolis ipſius ſplẽdore lucidior eſt, huiuſmodi uerba proloquitur? Ita eſt. Hoc enim uere magnũ & mirabile eſt, quia is qui uere magnus eſt, nihil de ſe magni ſentit, aut loquitur, ſed omnium ſe ultimũ iudicat, & ſalutẽ de ſola dei miſericordia ſperat: ueluti ſi diceret, Dignus quidem ſum pœna, dignus æternis ſupplicijs: ſed quia iã B ferre tormenta nõ poſſum, rogo mihi ueniam dari: ut ſæpe famuli in multis cõprehenſi delictis, dicere quidem & non peccauerint non audent, ſed pro nimietate uerberum, aliquantulũ ſibi remitti flagella rogant. Ego tamen puto de alia eum infirmitate nunc dicere, illa ſcilicet quæ ex triſtitia & mœrore uenit. Solet ẽm mœroris nimietas, ſi pertinacius incubuerit, cõſumere uires animi: quod puto accidiſſe iuſto huic, dũ nimis incuſat ſemetipſum, & nihil ſibi promittit lætũ, & hoc arbitror
Pſal. 6 indicari ex his quæ ſequũtur. Ait enim: Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine, quoniã conturbata ſunt omnia oſſa mea: & anima mea turbata eſt ualde. Quod ſi is qui tanto rum ſibi bonorũ conſcius erat, deprecatur domi- C nũ, ne intret ſecũ in iudiciũ, néue diſcutiãtur opera eius: quid faciemus nos, qui tot malis inuoluti ſumus, & bonorum nobis operũ nulla fiducia eſt, quibuſq; cum abundent delicta, nulla ſatisfactio eſt, nulla confeſſio? Ob hoc igitur beatus hic tali
ibid. 142 utitur cõfeſſione. Sciebat enim, & didicerat, quia nemo iuſtificabitur in conſpectu dei: ſciebat quia iuſtus uix ſaluus fiet, propterea dicebat: Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. Sed in omnibus intuere, quomodo nuſq; bonorũ ſuorũ meminit, ſed ſemper ad miſericordiam dei confugit, & in ipſa ſola collocat ſalutẽ ſuã. Hęc eſt enim humiliati cordis uera cõpũctio, magna agere, & humilia loqui: iuſta operari, & ſuper peccatores timere ac tremere. Et uis ſcire, quantus in eo ſit ti- D
Pſal. 129 mor diuini iudicij, audi quid dicit: Iniquitates ſi obſeruaueris domine, dñe quis ſuſtinebit? Nouerat enim, & ualde nouerat, quia in multis criminibus obnoxij ſumus deo, & quia etiã parua pecca ta, & ea etiã de quibus nec ſuſpicamur, deducent ad iudicium. Deniq; & ea quæ ſaluator poſtmodum ſtatuit, ille iam in ſpiritu præueniens impleuit, & non ſolum legis mandata, ſed de iniurijs cõuicijsq;, & cogitationibus malis obſeruantiam tenuit. Riſum etiã importunũ, aut ſcurrilitatẽ in iudicio dei cogitabat eſſe plectẽdã. Propter hoc &
1. Cor. 4 Paulus dicebat: Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Cur aũt hoc? Quia etiamſi nil mali operis egit, ſicut certe nec egit: ſed honoris quantũ deferri deo debuit, ſcit à ſe nondũ eſſe delatũ: quia etſi millies moriamur, etſi omnes uirtutes animi expleamus, nihil dignum gerimus ad ea, quę ipſi percepimus à deo. Vide enim quomodo cũ in nullo ipſe noſtri indigeat, in omnibus ẽm ſufficit ſibi: tamẽ cum non eſſemus, eſſe nos fecit, animamq; inſpirauit talem, qualem nulli ex omnibus animantibus quæ ſunt ſuper terram. Paradiſum plantauit, cœlũ extẽdit, terramq; ſubſtrauit, luminaria accendit in uniuerſo mundo ſplendentia, & terrã quidem fontibus fluminibusq; & ſtagnis repleuit, camposq; uirgultis & floribus adornauit, cœlũ uarijs aſtrorũ choris depinxit, ut nobis noctem die ipſo faceret gratiorem, ſimul & ut ſomnorũ ſalubritas per quietem uires corporis repararet, quas labor diurnus abſumit. In tantũ aũt B muneris huius neceſſaria humano generi dona collata ſunt, ut abſq; cibo audeãt nonnulli plures tranſigere dies, abſq; ſomno uero nec paucos. Idcirco deniq; & hybernis frigoribus longiora ſpatia noctiũ poſuit, ut prolixior requies intra tecta hominibus fieret, & laboribus ſpatia breuiora remanerent. Propter quod & conuenienter tempora hæc, quæ ad requiem dedit, tenebris inuoluit. Sicut enim piæ quæq; matres, aut nutrices cũ forte natos ſuos ad quietẽ prouocant, in gremijs poſitos cõplecti brachijs, & ad ſe cõſtringere, ac tunica operire faciem & oculos ſolent, ut obſcurior eis aer redditus, ſomnum per quietem facilius inuitet: ita & deus tanq; uelamẽ quoddam per uniuerſum mundum tenebras obducens, hominum genus ad ſilẽtiũ gratiſſimæ quietis inuitat. Quòd ſi non ita tempus iſtud muniſſet deus, ut eſt genus hominũ negotijs & cupiditatibus atq; omni auaritiæ ſemper intentum, nõ ſolum ſubiectos ſibi læderẽt, ſed & ſemetipſos laboribus operibusq; cõ ſumerent. Nunc uero & inuitos nos à nimijs laboribus retrahit, & nõ ſolum corporibus indulget, ſed & animos ipſa uiciſſitudo reſuſcitat. Nã inde quid dicam, quomodo noctis tempore cũcta trã quilla ſunt, & ſilent uniuerſa, quies ubiq;, & per totum orbẽ ducuntur longa ſilentia, nullus clamor, ut in tẽporibus diei, nullæ uoces quibus alij propenuria, alij pro uiolentijs clamant, alij damnis et calũnijs afflicti. Hæc omnia quieſcere facit nox, & uelut fluctibus quibuſdam atq; undis malorũ ereptos homines, ad portum quietis adducit: & hæc quidem noctis munera: diei uero tanta ſunt, ut de his dicere nec temporis, nec ſtyli huius ſit. Quid uero maris uſum, & nauigandi utilitatẽ loquar? per quam omnem penè orbem, qui longis à ſemetipſo dirimitur ſpatijs, non ſolum ſibi inuicem notum, ſed ſocium quodammodo & cõmunicabilem facit, ut unuſquiſq; ſi quid apud ſe gignitur boni, hoc etiam ad proximos ſuos procul poſitos deferat: & cum unuſquiſq; paruum apud ſe poſſideat terræ ceſpitem, per iſtud mercandi miniſterium, quaſi totius mundi per omnia dominus efficitur, & uniuerſæ terræ fructibus utitur. Et quid plura dicam? Vniuerſus orbis efficitur tanquã menſa una omnibus, nullo prohibente ſumere quod ubique eſt, ſed parua ſunt hæc in

muneri-

muneribus dei. Quid deinde dicam? quòd notã fecit deus sapientiam suã hominibus, & capaces eos esse uoluit huius tam ineffabilis muneris? Et hoc fecit cum ipsi nondum aliquid apud deũ meriti collegissent. Cumq; eis intellectum cõcesserit diuinorum, rerumq; æternarum eis præstiterit habere notitiam: homo tamẽ erga tanti muneris autorem extitit ingratus, & ne sic quidem eũ respuit diuina clementia, sed & hoc ipsum quod uidetur pœna præuaricationis imposita, remediũ fuit, no lentis ultrà procedere malum, sed feruorem temeritatis atq; audaciæ reprimentis. Hæc & horũ similia ex diuinis beneficijs reminiscens iustus, & multo magis ea, quæ ad dispensationem spectant unigeniti filij dei, quæq; per eũ futura promittuntur bona per horas singulas & momenta considerans, & in corde suo discutiens, atq; ad immẽsum bonitatis & beneficiorũ eius pelagus attendens dicebat: Quid retribuã dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Et peccata quidẽ propria sine intermissiõe dijudicat, & retractat, iustitiæ uero suę in nullo penitus meminit: nõ sicut agimus nos, qui de peccatis quidem nostris, quæ multa sunt & grauia, ne mentionem quidem facimus, non dicam cogitamus aut ingemiscimus: sicubi uero parũ aliquid boni operis agere uidemur, hoc sine intermissiõe & dici uolumus & audiri, nec desinimus prorsus tumidi incedẽtes, & elati, donec & ipsum parũ, si fortè gestũ est boni operis, per iactantiam euacuetur & pereat. Hæc & horũ similia intuens iustus, dicebat: Quid est homo quòd memor es eius? Et iterũ humanæ uecordiæ ignauiã notans, aiebat: Homo cum in honore esset nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hic est affectus serui fidelis, ut beneficia domini sui, quæ cõmuniter data sunt oĩbus, quasi sibi soli pręstita reputet, & quasi ipse sit omniũ debitor, & pro omnibus ipse solus habeatur obnoxius. Hoc fecit & Paulus, qui mortẽ domini, & saluatoris nostri, quæ pro uniuerso expẽsa est mũdo, sibi soli præstitã dicit: quasi enim de se solo loquens, ita scribit: Quòd enim nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui tradidit semetipsum pro me. Hæc autem dicebat, non coangusta re uolens amplissima & per orbem terræ diffusa Christi munera: sed quasi qui, ut diximus, pro omnibus se solum iudicaret obnoxiũ. Et reuera quid interest, si & alijs præstitit, cum quæ tibi præstita sunt, ita integra sint, & ita perfecta, quasi nulli alij ex his aliquid fuerit pręstitũ? Ideo denique & in illa boni pastoris parabola non dicit, quia uenit oues multas quærere, sed unã. Vna nanq; est, quia sic omnibus quasi uni diuina beneficia conferuntur. Hæc ergo sunt, pro quibus affligebat Dauid & lugebat. Etenim qui pecuniam mutuã sumũt, si non habeant unde restituant, sed multo fœnore opprimantur, neq; cibum capere, neq; quietẽ possunt, excruciati solitudine, consumptiq; uigilijs. Quomodo ergo iustus non excrucietur, considerans non se in pecunia, sed in morum actibus esse debitorem? Sed nos non ita, imò uero si uisi fueri-

Psal. 115

Psal. 8

Ibid. 48

Gal. 2

Psal. 34

mus, uel parum aliquid ex multis debitis soluere, iam uidemur nobis nõ tam soluisse debita quàm opes plurimas, & largos in cœlis recõdidisse thesauros: imò quod est infelicius, nec hoc quidẽ parum quod agere uidemur, ita honeste & emẽdate gerimus, ut decet liberos: sed prius requirimus, si mercedem habeamus, an nõ: & si grandis sit merces in eo quod facere uidemur, & si reputetur nobis ad mercedem. Inuerecunda satis, & non tam libero digna uox quàm mercenario. Quid agis ô homo? Quid ineptis? Ad hoc creatus es, ut conditori tuo placeas, ut dño tuo seruias: & tu de mercedibus cogitas? Si enim te agentem quod tibi præceptum est, conijci iubeat dominus tuus in gehẽnam: aliqua tibi datur cõtradicendi potestas? Tu enim seruo tuo operanti quæ iubes, mercedes paras. Si omnino dignus fueris agere aliquid quòd deo placeat: aliam adhuc præter hoc ipsum quòd placere meruisti, mercedem requiris? Verè ignoras quantũ boni sit placere deo, si enim scires nunquam aliud aliquid extrinsecus mercedis aut muneris expeteres. Nescis quia maior augeẽ tibi merces, quando nõ spe mercedis operaris, sed studio placendi. Aut nõ uides quomodo & apud homines illi maximè famuli diliguntur, qui nõ tam accipere aliquid à dominis, q̃ placere eis, & obedire gestiunt? Et si homines ita erga sibi similes agunt: tu qui tanta à deo beneficia consecutus es, & alia nihilominus speras bona, si quid pro salute tua egeris, prius etiam penè quàm geras, de mercedibus percontaris. Propter hoc miseri sumus in omnibus & frigidi, nec in aliquod opus bonũ parati. Ob hoc neq; compunctionem cordis unquã meremur accipere, neq; colligere intra nosmetipsos animæ nostræ sensus, & humilitatem eius fragilitatẽq; perspicere, neq; peccata nostra ante oculos habere, neq; è contra diuina beneficia cõsiderare. Hinc est q̃ neq; ad illos, qui præcipuam et districtam uitam ducunt respicimus, neq; ad studium boni operis incitamur: sed neq; hoc quidẽ quod frequenter uidemur nosmetipsos peccatores pronuntiare, cum ueritate & affectu animi loquimur. Deniq; ex eo arguimur, quia si hæc ab alio audiamus, quę ipsi de nobis pronuntiare uidemur, statim indignamur & irascimur, & iniuriam nobis factam cõquerimur. Sic ficta in nobis, & si mulata sunt oĩa, ut ne illum quidem publicanũ possimus imitari: qui cũ peccata sua audiret sibi ab alio exprobrari, non solum patienter tulit, sed addidit confessionem suam. Vnde discessit iustificatus magis, quàm pharisęus, qui exprobrauerat. Nos uero neq; exomologesis ipsa quid sit nouimus, cum mille malis repleti simus. Sed oportebat nos non solum scire, & cõfiteri, quia multa in nobis delicta sunt: uerum & unumquodq; peccatum & maius & minus quasi in libro, ita in corde nostro habere descriptum: idq; frequentius recensere, atq; ante oculos ponere, & tanq; hæc nuper admissa lugere. Ita enim & animæ arrogantiã frã geremus, frequentius eam de malis suis & uitijs cõmonentes, & cautela nobis ne ultra in eadem

Luc. 18

deli-

delicta inciderem⁹,acrior naſceretur.Tantũ ete nim boni confert, meminiſſe frequẽtius hominẽ peccati ſui, ut etiã Paulum apoſtolum uideamus ea quæ abolita iam fuerant,& deleta,adducere ta men in medium:& cũ culpam de præſentibus nõ haberet, tamẽ quoniã recordatiões peccatorũ & luctum gemitumq; ſciebat animæ prodeſſe, etiã illa cõmemorat,quæ per ignorantiã cõmiſſa, gra tia baptiſmi & cõfeſſio fidei aboleuerat. Sic deni
1.Tim.1 que dicit:Quia Chriſtus Ieſus uenit in hunc mun dum peccatores ſaluos facere,quorũ primus ego ſum.Et iterũ: Et fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterium,qui prius fui blaſphemus,& perſe cutor,contumelioſus ſupra modũ perſequens ec cleſiã dei,& expugnans eam, & qui non ſum dig nus uocari Apoſtolus. Etẽ licet reatu abſoluamur,pro peccatis tamen prioribus ſi adducantur ante oculos, ſufficienter incutere poſſunt animæ uerecundiã,& prouocare eam ad amorẽ eius,qui tam multa & tam magna cõceſſit.Nam & Simon cũ interrogatus à dño, quis ex illis duob. debitoribus,quibus fœnerator relaxauerat debitũ, plus eum diligeret:reſpondiſſet,quia ille cui plus dimi
Luc.7 ſit,audiuit à dño:Recte reſpõdiſti. Oportet ergo recordari nos priora delicta,etiam ea pro quibus ueniam cõſecuti ſumus,ut intuentes quàm ingen tẽ modũ debiti remiſit nobis deus, & amplius eũ diligere poſſimus,& uerecundiã pudoremq; cõcipere,atq; ex his corde cõpungi:cõſiderantes,q; niſi miſeratio ipſius ſubueniſſet,tantũ illud pecca torum pondus ſine dubio in imis nos inferni pœ nis ſupplicijſq; preſſiſſet. Paulus etiam illa memi nerat,quæ peremerat indulgentia: nos uero nec iſta recordamur, quæ poſt baptiſmũ cõmiſimus, in quib. utiq; periculũ nobis ſaluũ eſt,& reos nos atq; in uinculis poſitos tenet. Quòd ſi aliquando ad recordationẽ uenerimus, & uiſi fuerimus pau lulũ inde cogitare & eſſe ſoliciti,ſtatim effugit co gitatio,& trãſimus ad alia:& nec integra quidem hora patimur animam noſtram afflictione mœro ris huius adſtringi.Hęc igitur cauſa eſt, quòd ma lis addimus mala, dum priorum memoria nõ per manet,nec dolor aliquis inuritur pro conſcientia delicti.Hinc eſt, unde nec ad confeſſionẽ accedi mus.Quomodo enim confitebimur, quorum ne memoriam quidem tenemus? Et ſic cõſuetudine contemnendi,dum de prẽteritis dolor nullus eſt, facilius ſuperueniẽtib. malis locũ damus. Quòd ſi omnis ex anima ſtimulus auferatur, & cũcta ei ſecuritatis frena laxentur:quis eam poſthæc tene bit,aut quis eum de præcipitijs reuocabit? Quid prohibet ubi nihil metuitur, ubi nihil uerecũdiæ, nihil pudoris admittitur, ut non in omnes perditionis foueas demergatur? Pro his ergo lugẽt ſan cti, & gemitus ſuos conferunt in conſpectu dei. Sufficit enim ſanctis & magnis,ſicut & uos eſtis, ad compunctionẽ cordis recordari diuina beneficia,& operum ueſtrorum gloriam non uobis ipſis aſſignare,ſed deo. Sufficit ſicubi uel parũ aliquid uos latuit, quanto uos magni eſtis, tanto id uelut à magnis uiris cõmiſſum grauius iudicare.

A Sufficit conſiderare illorum uitas, qui ſummã iuſtitiæ & ſanctitatis regulã ſeruarunt, & per omnia placuerunt deo: ſed & naturã peccati cogitare uelocẽ,rapidam,ſubreptiuam, & ob hoc incer ta eſſe quæ futura ſunt,& ualde dubia, & tam periculoſa, ut ea etiam magnus ille metuat Paulus. Hoc enim indicat,cũ dicit ſe timere ne forte cum 1.Cor.9
alijs prædicarit,ipſe reprobus fiat. Et iterum cum ait: Qui ſe putat ſtare, uideat ne cadat. Sic autem Ibid.10
& beatus Dauid beneficiorum dei, munerumq; eius memoriã recolens,cõpunctionẽ cordis quæ rebat,in quo dicit: Quid eſt homo,q; memor es e- Pſal.8
ius,aut filius hominis,quoniam uiſitas eum? Minuiſti eũ paulo minus ab angelis,gloria & hono re coronaſti eũ,& cõſtituiſti eum ſuper opera ma
B nuum tuarum.cum uero operũ meritorumq; ſuo rum oſtendit confidentiam non habẽdam, dicit: Quis ego ſum domine mi, & quæ eſt domus pa- 2.Reg.7
tris mei?quoniã dilexiſti me uſq; in his,& nõ ſunt pro nihilo habita hæc in cõſpectu tuo dñe, & locutus es pro domo ſerui tui in longitudine. Hæc aũt lex hominis dñe mi dñe ad te. Et quid adijci et Dauid domine adhuc loqui ad te? Sed & maio rũ memoriã facit,& ſemetipſum quaſi lõge ab eo rũ uirtute conſtituit. Cũ enim dixiſſet:In te ſpera- Pſal.21
uerunt patres noſtri, de ſemetipſo in poſterioribꝫ ait,Ego aũt ſum uermis,& non homo.De futuris aũt quaſi trepidus & incertus hoc modo ſemetip ſum ſuſcitat,& dicit:Illumina oculos meos,ne un Ibid.12
quã obdormiã in morte. Incuſat aũt ſemetipſum
C ſuper multitudine peccatorũ,hoc modo,& propi Ibid.24
tiaberis peccato meo: multũ eſt enim. Vobis ergo maioribus iſta ſufficiant:nobis aũt cum his adhibenda ſunt etiã alia medicamenta fortiora:& quę poſſunt deſtruere quidem arrogantiã,inſerere uero dolorem cordis,& animi mœrorẽ.Recordandæ nanq; ſunt nobis multitudines peccatorũ, recordanda conſcientia maculata, quæ utiq; cũ ſtimulare nos cœperit, nequaq; elationi aut arrogãtiæ locũ relinquet.Propter quod rogo, & deprecor per illam ipſam,quam pro uitæ tuę merito ac quiſiſti fiducia apud deũ, ut porrigas nobis manum,ſæpius interpellans pro nobis dominum,ut poſſimus lugere noſmetipſos,& peccatorum noſtrorum pondus reſoluere multitudine lacrymarum:& ita poſt hæc(non enim ſemper flendũ eſt,
D & nihil agendum)apprehendere aliquam uitam deo placitam,& ad cœlum ducentem,ne forte cũ malis noſtris deſcẽdamus in infernum, ubi nemo eſt qui confiteatur ei,& ibi patiamur ea, quæ patiuntur impij, cũ nullus fuerit iam qui exoret pro nobis. Dum enim ſumus in hac uita & nos iuuari à uobis poſſumus,& uos poteſtis in nos conferre beneficia:cum autẽ abierimus illuc, ibi neq; amicus,neq; frater,neq; pater idoneus erit ad liberandum eum,qui ſupplicijs deputetur æternis. Quomodo enim qui in luce eſt,accedat ad eum qui in tenebris graditur? ubi cũ nullum ſit nobis ex ſanctorũ collatione refrigeriũ,æternas tamen expẽdimus pœnas,effecti cibus inextricabilibus & immortalibus flammis.

DIVI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE PROVIDENTIA DEI AD STAGIRIUM monachum arreptitium, Liber primus.



PORTVERAT QVIdem ô amantissime omniũ Stagiri, fueratq; sanè cõueniẽtissimũ, nos tibi nunc adesse, atq; in ærumnarũ tuarum consortium transire, ac partim uerbis exhortãdo, partim fouẽdo ministerio, cunctaq; reliqua inferendo obsequia iuxta modulũ uiriũ nostrarũ, partẽ aliquã lenire mœroris: quoniã uero & corporis mala ualetudo, & inuectus in caput nostrũ acerrimus dolor, domi nos manere cõpulerunt, nobisq; tanti lucri ministeriũ abstulerũt: iam qđ reliquũ est pro cõsolatione tua, & pro utilitate nostra hoc inferre nõ negligã. Profuerit enim id fortasse magis ad præsentes aduersos casus fortissime ferẽdos. Sin uero nihil tale perfecerimus, certe uel in nullo nos officiũ deseruisse, nihilq; omisisse diligentiæ nos consolabit, meliorique animo esse in reliquũ faciet. Is em̃, qui cuncta impleuerit quæq; ad leuandos dolores maxime cõferre arbitratus fuerit, etiãsi nihil aliud peragat, uel cogitationis saltẽ atq; conscientiæ accusatione liberat, criminumq; onere depositio, sola mœstitię pondera perferre cogitur. Si igit ex illorũ essem numero, qui deo familiarius cõiuncti, plurimũ apud illũ possunt, nunq; profecto orare & obsecrare pro mihi coniunctissimo charissimoq; capite desisterẽ. Quoniã aũt huiusmodi uires, atq; confidentiã mihi scelerũ meorũ multitudo abstulit, uerborũ cõsolationẽ, ac fomenta tibi afferre conabor. Nã & in his qui corporea mala ualetudine laborant, cũ medicorũ sit fugare dolores, infirmitatemq; cõpescere: nõ tamẽ famulis qui sunt in ministerio interdicit uerborũ consolatio: imò uero hi maxime sunt, qui plurimis in consolando utuntur, atq; eo pluribus, quo dominis suis maiore beneuolentia afficiunt. Si quid itaq; dictũ fuerit à nobis, quod maximũ hunc atq; immensum dolorẽ tuũ possit extinguere, factũ erit ut uolumus, ac uehemẽter optamus. Sin uero huiusmodi nihil inuenire aut loqui potuerimus, uoluntatẽ tamẽ nostrã, ac propositũ ille approbabit, qui per beatũ Paulũ flere cũ flentibus humilibusq; consentire iussit. Videt itaq; una esse causa mœroris tui, nequissimi scilicet huius dæmonis insania. Verũ ab hac ueluti radice plurima tristia oriri, si quis recte perspexerit, animaduertet. Quod non ex meipso modo colligo, sed ex uerbis illis tuis, quæ dũ adesses coram, querimoniæ ac doloris plena familiarius exposuisti. Aiebas em̃ primò ea te consideratione turbari, ac fere in desperationẽ præcipitari, q cũ priore tempore laxius & negligentius uiueres, nihil huiusmodi perpessus sis: postea uero q teipsum mundo crucifixisti, tunc demũ iste morbus inuaserit: Secundo q quamplurimos noueris dũ delicatè uiuerẽt, hac peste correptos: eos tamẽ paruo post tempore ita ea infirmitate liberatos, ut perfectæ integritati restituti & uxores ducerẽt & plurimos procrearent filios, omnibusq; uitæ præsentis uoluptatibus diu ac iucunde fruerent, nihilq; postmodũ tale paterent: contrà, tu cum tantũ tẽpus in ieiunijs ac pernoctationibus, & reliqua ppositi & uitę austeritate contriueris, nullã ærumnarum tuarũ liberationẽ, nullũ finẽ hactenus inueneris: Tertio, quòd cum sanctus ille uir tantam in reliquis aduersus dæmones potentiam ostẽderit, nihil eiusmodi potuerit in tua dilectione perficere, neq; ipse, neq; hi qui cum illo erant, illo etiã in hoc genere potentiores, uerũ omnes re infecta abs te cũ rubore discesserunt. Ad hæc alia ex parte nimium te angi dicebas, quòd ita animũ tuum incredibilis uis mœroris occupauerit, ut sæpius ad laqueum ferè, fluuiumq; & præcipitium proueharis: Quarto deinceps loco quòd æquales tuos & contubernales, qui tecum sacram hanc, cœlestemq; conuersationẽ inierunt, tranquillè agẽtes aspicis: te uero sæuissimæ procellæ expositum, & quod omnium profecto miserrimũ est, carceri ad dictũ. Neq; em̃ his qui ferro uincti sunt ita lacrymandũ asserebas, ut his qui huiusmodi catena colligati fuerint. Aiebas & aliud esse præterea, quod maxime te turbaret: uereri enim ac tremere, ne si ista pater sentiat, maximis iniurijs atq; incõmodis afficiat sanctos illos, q te à principio susceperũt. Quippe summis uiribus atq; opibus fretum, mœroreq; & indignatione cõcitatũ, cuncta aduersus eos summa audacia moliturũ, parciturũ nemini, qui sibi ex illorũ numero occurrerit. Et hactenus quidem potuisse matrem rem gestam notitiæ patris subducere, repulisseq; illum sæpe, ac fregisse cum de te solicitè inquireret: fore aũt ut processu temporis deprehendatur cauta hæc matris simulatio, iamq; ille & ipsi, & monachis omnibus acerrime immineat. Postremo quod omnium malorũ supremũ culmen est, nullam tibi certam esse futurorum confidentiam dicebas, neq; apertius scire, si quando futura sit morbi huius absolutio, neq; liberatio, cum sæpius hac expectatione suspensus, rursus in eandem miseriã incideris. Dura sunt profecto ista, & quæ animũ maxime perturbare possint, ingentiq; implere tumultu, sed animũ remissum, imperitũ ac desidem. At uero nos si respirare paululum, ac respirare uoluerimus, cogitationesq; pacis admouere, has omnes mœroris causas ueluti tenuissimũ puluerẽ excutiemus. Caue aũt putes me modo ista idcirco tãta facilitate policeri, q extra dolorẽ hunc, uexationẽq; persistã.

Rom. 12

Etsi

Etsi enim quibusdã fortassis incredibilia dicere uidebor, dicam tamen: neq; enim cum reliquis tu mihi quoq; fidem nõ adhibebis. Cum inuasit animam tuã sceleſtus ille dæmon ab initio, atq; orantem cum cæteris proſtrauit, non quidẽ tunc ipſe præſens aderã, gratiasq; ago clementiſſimo deo, didici tamen omnia diligẽtiſſime, nõ ſecus quaſi ipſe affuiſſem. Nã Theophilus Epheſius utriuſq; noſtrũ amantiſſimus profectus ad me, cuncta mihi per ordinẽ triſtis ac mœrẽs retulit, diſtortas manus, toruos oculos, oris ſpumam, horrendã illam & cõfuſam uocem, diabolicum tremorem, ſenſus per multam horum priuationem, uiſuq; terribile, quod ea nocte oſtenſum eſt. Suem enim quendã ferociſſimum maxima ui iuuí inquinatũ in te inſilire iugiter, atq; infeſtiſſime peruadere uiſum aiebat. Cumq; is qui iuxta obdormiebat, ea uiſione turbatus, experrectus eſſet, inueniſſe te acriter cõcuti, atq; à dæmone uexari. Cũ igitur hæc ille nuntiaret, tantam fateor mœroris nebulam mihi effudit, quantam hic ipſe duriſſimus dæmon charitati tuę. Poſtea uero quàm me ex acerbo ac diutino dolore collegi, nihil mihi iam niſi triſtis humanarum rerum, inaniſq; occurrebat facies. Non iam dura aduerſa, non blanda læta quæq; uidebantur: ſed cum olim uanitatem ſeculi contemptui habuerim, ac reprehendere ſolitus ſim, tũc maxime id paſſus ſum, maiorq; affectus, ac deſiderium ſubijt dilectionis tuæ: quippe ea eſt caſuum triſtiũ natura, quæ amicitiã peraugere cõſueuit: idq; ex eo liquet, quòd inimicitias quoq; facile reuocare in gratiam poſſit. Nullus enim ferè tam immanis, tamq; lapideus ac ferreus eſt, qui ſi uideat graui aliquo caſu angi inimicum, aduerſus illũ ſeruare odiũ poſſit. Quòd ſi inimicis quoq; miſeremur, eosq; amicorũ habemus loco, cum graue aliquid atq; inſperatum illos perpeti uidemus: conſidera quæſo diligenter quid me pati, quóue eſſe animo neceſſe fuerit, dum eum, quem ex omnibus maxime diligo, quemq; non alium quàm me alterũ duco, uexari acerrime, ac mœrore deficere audirẽ? Noli itaq; putare nos uexationis tuæ immunes, ac exortes, fomenta tibi cõſolationis admouere. Etsi enim à perturbatione illa, ac deiectione, colliſioneq; diaboli ſum dei gratia liber, huius tamẽ mœſtitiæ ac doloris æquas partes mihi tecũ uendico: atq; iſtud mihi credẽt, qui ita ut oportet diligere nouerunt. Age ergo excutiamus hunc puluerẽ: ita enim erit tolerabilis, ac leuis huiuſce uis mœroris, ſi noluerimus cedẽdo protinus perturbationibus trudi ad præcipitia, ſed reſpicere potius, atq; ut conuenit, uel tantiſper uti ratione cura uerimus. Plurima enim ex his quæ uidentur acerbiſſima, priuſq; examinantur diligentius, grauia putantur, & intolerabilia: ſi quis tamen ea admota ratione diſcutiat, inueniet eſſe longe opinione leuiora: quod modò quoq; futurum nõ deſpero, tu tantum teipſum erige, neq; ſtultæ atq; inaniſſimi uulgi opinioni acquieſcens, fortiorem contra nos inimicũ ſtatuas. Igitur ſi quidẽ ad aliquẽ infideliũ mihi ſermo eſſet, qui fortuito, uel caſu ferri omnia exiſtimant, nequiſſimisq; dæmonijs mundi curam atq; prouidentiam aſſignant, plus mihi negotij incumberet, repellẽdaq; prius erronea opinio fuiſſet, atq; ueritate prouidentiæ oſtenſa, tũ demum admonitio ſalubris, atq; cõſolatio ſubinferenda. Quoniam uero Chriſti gratia inſtructus ab infantia ſacras didiciſti literas, ueraq; & ſaluteria dogmata pius hæres ex maiorum tuorũ ſucceſſione ſuſcepiſti, credis profecto abſq; ulla hæſitatione deo curam eſſe de omnibus, & de his maxime, qui ſibi fide iuncti ſunt: itaq; omiſſa hac parte aliunde ſumamus initium. Principio cum angelos crearet deus, imò uero ut priora cõplectatur oratio, antequam angelos cõderet, cœleſteſq; reliquas uirtutes, deus erat ſine ullo unquã ſuæ ſubſtantiæ principio. Cũ uero nullius rei egens ſemper eſſet, id quippe proprium diuinitatis eſt, creauit angelos, archangelos, omnesq; reliquas incorporeas immortalesq; ſubſtãtias. Creauit uero ob aliud nihil, niſi ſola bonitatis ſuæ cauſa. Quorum enim obſequio non indigebat, nunquã eos profecto creauiſſet, niſi ſupremè bonus atq; clemens eſſet: poſt uero illorũ creationem fecit hominẽ, ipſa ſcilicet atq; eadem cauſa, mundumq; hunc omnem, quem cum innumeris bonis, omniq; ornatu ac decore inſignijſſet, paruum illũ atq; uiliſſimũ puluerem his omnibus præfecit, hoc illum in terra conſtituens, quod ipſe eſſet in cœlo. Quòd enim ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, nihil aliud profecto, quàm ſub ditione eius poſita terrena cuncta ſignificat. Cũ igitur ita illum conditum in tanto honore locaſſet, ueluti regi regiam paradiſum ſibi terrenorũ omnium pulcherrimam ſedem aſſignauit. uolẽs præterea ſibi alia quoq; ex parte oſtendere, quantum animantes reliquos honore tranſcenderet: adducit ad illum omnes, ac nomina ſingulis imponere iubet, nullumq; ex his in adiutorium dat ſibi, cauſamq; protinus adijciens: Nõ enim, inquit inuentus eſt adiutor ſimilis ſibi. Cum uero hæc per omnia mediũ utriuſq; naturæ eum ſtatuiſſet, utq; omnibus eſſet ipſe clarior & honoratior, nihilq; ſibi eſſet ſimile, quod in tanta rerũ multitudine illum decuiſſet: tũc iam & mulierem creat, & in hoc illũ rurſus honorans, manifeſtumq; faciens, quòd illã ꝙq; ipſius gratia creaſſet. Sicut & Paulus ait: Nõ, inquit, creatus eſt uir propter mulierẽ, ſed mulier propter uirum. Non autem his tantum illum honorauit, uerum & ſermonem illi ex omnibus largitus eſt, ſuiq; illũ notione dignatus eſt, ac ſuo dedit frui contubernio, quãtum frui homo poterat. Immortalitate præterea donandũ promiſit, ſummaq; impleuit ſapiẽtia, ſpiritualem illi gratiã adijciens, adeò ut nonnulla etiã prædiceret. Itaq; illi omnia largitus eſt, cum tamẽ ab eo nulla ante recte facta manauiſſent. Quid igitur ille? Poſt tãta, tamq; ſingularia beneficia, fideliorem parente ac donatore ſuo inimicũ arbitratus eſt, ſpretoq; mãdato conditoris, fallaciã illius prætulit, qui ſe perdere omnino, bonisq; omnibus eijcere, atq; honore omni expoliare cupiebat. Prætulit autem, cum tamen

Gen. 1

1. Cor. 11

Eccle

Exod

Deut

tamen nullum neq; magnum neq; paruum beneficiũ ab eo esset consecutus, solaq; uerbũ eius aure percepisset. Num uero deleuit illũ deus tãta ingrati animi signa ab initio statim, atq; ab ipsis, ut ita dixerim, lineamẽtis præ se ferentẽ? Hoc em̃ iustitiæ ratio poscebat, ut is q; innumeris antea affectus beneficijs ab inobediẽtia statim, atq; ingratitudine uitæ initia cepisset, deleret, atq; de medio auferret. Deus uerò non minus q̃ antea bene illi facere perstitit, ostendens per hoc, & liquido cõprobrãs quòd nos & si millies peccemus, illumq; auersemur, ipse tamen saluti nostræ prospicere nunq; desistit, ut si quidem cõuersi fuerimus, seruemur: sin autem in uitijs perseueraverimus, ipse tamen quod suum erat, fecisse aduertatur. Itaq; uidetur quidẽ electio illa paradisi lignique uitalis inhibitio, mortisq; mulctatio cruciãtis esse, atq; punientis: sunt autem profecto ista omnia signa clementiæ, & quidem non minus quàm priora. Etsi enim mirabile id quod dicimus uidetur, uerissimum est tamen: ea quippe quæ fiebãt cum diuersa uiderentur, atq; disiunctissima, uno tamen concordiq; fine sibi inuicẽ consentiebant. Exẽpli causa: Quòd illum exclusit à paradiso, quòd cõtra paradisum collocauit, quòd uetuit, quòd mortalem fecit, q̃ interim ea sententia superbior asperiorq; uisus est: hæc oñia, prioraq; illa molitus est. Atq; anteriora quidem illa sola hominis causa condita fuisse, illiq; & ad decus, & ad commodũ adiecta ita manifestum est, ut inde uerba facere opus non sit: posteriorum potius ratio reddenda est, ut ea quoq; homini sint utilitati, atq; ornamẽto. Quónam ergo modo scire id, & planè perspicere poterimus? Si consideremus diligẽtius quid illum pati necesse fuerit, nisi hæc ita contigissent: nam si pollicente diabolo æquales illos deo se ostensurũ post præuaricationis reatum in eodẽ honore perstitissent, tria profecto incurrissent suprema scelera. Primo enim deum maleuolum, & iniustum, seductoremq; & mendacem existimassent: secũdo uero seductorẽ, maleuolentiæq; & mendacij & inuidiæ parentẽ, beneficum atq; amicũ putauissent: Postremo peccare immortaliter, & absq; ullo fine perstitissent. his aũt hominẽ tunc oñibus eiectũ paradiso liberauit. Ita ferè & medicus si uulnus neglígat, ac deserat, purulentũ amplius reddit: sin uero id cõtractum iugiter depurare persistat, ulterius progredi saniem, ac morbi uirus uetat. Quid igitur? Num his tantum cõtentus fuit? Minime, imò, & sudores illi adiecit & labores: nihil enim minus otio, & quieti natum est, q̃ homínis natura. Si enim his addicti, ne sic quidem peccare desistimus: quò scelerum progressa nõ esset audacia nostra, si nos affluere delicijs & otio constituisset deus? Omnia enim, inquit, mala otiositas docuit. Attestantur aũt nostræ huic rationi & quæ quotidie fiunt, & quæ maioribus nostris cõtigerunt. Sedit, inquit, populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Ac rursum: Incrassatus est & impinguatus & recalcitrauit dilectus. Consona his quoq; beatus Dauid loquit̃, dicens:

Gen. 1

1. Cor. 11

Eccle. 35

Exod. 31
Deut. 32

A Cum occideret eos tunc exquirebant eum, & reuertebant̃, & diluculo ueniebãt ad eum. Ad Hieruſalem quoq; per Hieremiã loquitur deus: Per omnia erudire Hieruſalẽ, ne recedat anima mea à te. Quod aũt non solum malis, uerũ & bonis humiliari atq; incuruari salutare sit, rursum significat propheta, cum dicit: Bonũ mihi domine, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Post hunc & Hieremias hæc eadem sed nõ eisdem uerbis exclamat: Bonũ, inquiens, uiro, si iugum tulerit graue à iuuentute sua, sedebit solitarius, & tacebit: & de seipso deum obsecrat dicens: Non sic tu mihi parcens in alienationẽ, in die mala. Beatus item Paulus, qui tanto munere gratiæ cœlestis effulsit, tantũq; naturã excessit humanã, boni tamẽ
B huius utilitate indigebat, quocirca etiã dicebat: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter dominũ rogaui, ut recedat à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Poterat certe sine persecutionibus, & pressuris, laboribusq; & sudorib. prædicatio perfici: sed tamen id noluit Christus prædicantibus parcens, ipsorumq; cõmodis per omnia cõsulens. Quocirca dicebat illis: In mundo pressurã habebitis. Cupientibusq; cœleste regnũ ingredi, angustam uiã arripiendã iubet, quasi nõ aliter intrare liceat: ideo pressuræ & tentationes, & quæcunq; nobis tristia contingunt, nõ minus dei prouidentiã, summãq; clementiã inducunt, q̃ læta &
C iucunda. Quid aũt dicam pressuras huius temporis, cum non minus ipsa quoq; gehennæ cõminatio, q̃ promissio regni ineffabilem ipsius clementiam commẽdet? Nisi enim ille gehennam minatus esset, non facile quispiã cœlestibus bonis potiretur. Neq; em̃ sufficit sola gaudiorum repromissio ad excitandos ad uirtutem animos, nisi etiam eos pœnarum timor impellat, qui negligẽtius affecti ad illam sunt. Quocirca primum hominem quoq; à paradiso expulit, quia ex honore sibi præstito deterior effectus esset, si post spretum, uiolatumq; mandatum immotus ille, stabilisq; durasset. Iam uero ut Adam omittamus, quid nõ fecisset Cain in paradiso degens, tantisq; delicijs fruens, quando his omnibus priuatus, patrisq; supplicium ante oculos habens, ne sic quidem emendatus est, in tantumq; nequitiæ prorupit, ut homicidium ipse primus inuenerit, ausuq; nefario impleuerit? Homicidium uero non qualecunq;, sed
D omnium sceleratissimũ: neq; enim paulatim, neq; ex longæuo, diuq; meditatus nouum hoc facinus aggressus est: sed repente ac simul uerticẽ & culmẽ iniquitatis occupauit: eumq; qui ex eodẽ utero processerat, qui eadem suxerat ubera, qui in nullo ius naturæ uiolauerat (nisi honorare deũ, id sit uiolare ius) appetijt insidijs, ac protinus necauit. Velim hic rursus consideres clementiã dei. Patitur ipse iniurias, & uerbis iniuriam corripit, tristemq; consolatur. At ubi insania fertur in fratrem, tunc iam seuerus ulciscitur, cruciatumq; statim infert. Et certe priora illa eodem digna erant

cruciatu,imò uero longè grauiore. Si enim in hominib.conseruus aliquis q meliora quæq; sibi seruat,ac domino suo deteriora offert,rem indignissimã,plenamq; contumeliæ facere arguitur,multo id magis in deo. Cain uero non in hoc solum, uerum in alio quoq; deliquit, quod fratris honorem ægre ac indigne tulit. Nam si ex prioris peccati pœnitentia uultũ demisisset, accepta profecto fuisset hæc illius optima mutatio. Nunc uero non pœnitentiæ erat illa confusio, uultusq; deiectio,sed zeli ac liuoris,quod rei exitus docet. Nã deo quodammodo irascebatur,quòd iniurijs affectus non se honoraret.quòd moderato intemperantem non præferret. Verum cum hæc illius scelera uehementissima animaduersione punienda essent, large clementius quàm merebatur delinquente utitur, tumentesq; animos illius comprimere nititur:erat em̃ indignatione plena illa deiectio:idcirco loquitur ad illum: Quiesce.Hoc autem cum diceret, sciebat quidem quò progressurus esset zelus,cæterum ingratis occasionem omnem amputare uolebat: si enim ab initio ille punitus esset,huiusmodi multi plurima dixissent: Nõ poterat admonere uerbis, & corripere,ac terrere prius, atq; tunc demum si perseueraſſet in malis, irasci,& supplicium inferre: Ingentis crudelitatis est iste cruciatus,idcirco igitur suas æquanimiter iniurias tolerat, ut una & illorum obstruat os, & ipsius Cain parentem quoq; sola bonitate se corripuisse ostendat:prætereaq; ut eiusmodi benignitatis exemplo cæteros ad pœnitentiã prouocet. Postea uero q̃ secundum duritiã suam,& cor impœnitẽs thesaurizauit sibi iram,ille tunc iam ulciscitur in criminosum: sin uero post scelus homicidij mansisset impunitus,etiã ad aliud maiusq; flagitium progressus esset. Neq; enim dicere possumus per ignorãtiam illum primo deliquisse:nam qd' iunior intelligebat,ipse maior natu quî ignorare poterat? Esto autem per ignorantiam peccauerit prius,postquam audiuit,quiesce,postquam prioris culpę uenia potitus est,ex qua ignorantia ad parricidium prorupit? Vidésne ut prior etiam culpa nõ de ignorantia,sed de malignitate & nequitia,supremaq; sceleris audacia uenerit? Quænam uero fuit huius pœna? Profugus eris ac tremens super terram. Videtur tamen dirus & acerbus esse cruciatus: sed si peccatum cõsideremus, non iam ita uidebitur: & ipsum uero supplicium diligẽtius intueamur. Cum em̃ ille offerret, mœstus atq; demissus incessit: cũ uero post iniuriam dei honoratus ab illo non est,corripientẽ respuit, parricidiumq; primus inaudito scelere patrauit: imò uero facinus parricidio longe sceleratius:parentes enim incredibili dolore cõfodit, ac deo etiam mentitus est.Num enim, inquit, custos sum fratris mei? & pro his omnibus solo timore ac tremore cruciatur Equidem dei benignitatẽ non ex eo solum manifestari dixerim,quòd mitiorẽ pœnam tanto scelere adhibuit: sed ex eo maxime,q̃ in ipsa pœna lucrum haud spernendum in se habere uideat̃.Id uero lucrum est,quod ex ea ipsius castigatione cuncti postmodũ admoniti sunt resipiscere à malis fieriq; meliores. Idcirco ergo non occidit illũ,quia par utilitas profecto non fuisset, audiri quòd Cain fratre interempto, morte mulctatus esset,& uidere parricidã ipsum pœnas exsoluẽtem.Fortasse enim id auditum, ob immanitatem sceleris creditum minime fuisset. Nunc uero dum uidet̃,dum coram adest,lõgoq; superstes tempore,plurimos pœnæ suæ testes reliquit:manifestum certe ac credibile,& suæ ætatis hominibus,& postea futuris omnibus id facinus constituit.Quid ergo,inquies,hoc illi contulit? Maxime quidem illius saluti prospiciebat,cum eius rabiem quantum in se fuerit,coerceret castigatione uerborum. Verum ne ipsa quidem illata sibi pœna,si quis diligentius inspiciat, maxima ipsius utilitate uacat. Si enim statim illum occidisset, nullum sibi pœnitentiæ tempus, per quam melior euaderet,dedisset. Nunc uero cum metu ac tremore uitã ducens,nisi nimis insensatus, ac belua potius q̃ homo esset,ex huiusmodi uita plura capere potuit emolumenta.Præterea futurum cruciatum leuius atq; tolerabilius præsentis tẽporis pœna constituit:ea enim quæ nobis in hac uita inferuntur supplicia, diuinitus futurorum cruciatuũ partem haud exiguã succidũt. Atq; harũ rerũ testimonia de scripturis diuinis afferre facile possumus. Nam Christus dominus cum discipulos alloquens, de diuite & Lazaro dissereret, Abrahã retulit, cum rogaretur à diuite ut mitteret Lazarum,qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti linguæ instillaret,dixisse ad illũ:Fili, recordare quia recepisti tu bona tua, & Lazarus mala: nunc autem hic cõsolatur,tu uero cruciaris. Paulus quoq; (Paulũ uero quoties dico, rursus Christi præcepta replico:Christus enim profecto,mea quidem sententia, beatissimã illius mouebat linguam)dum Corinthijs scriberet,aliquando iubet eum,qui grauissime fornicatus fuerat, tradi satanæ in interitum carnis,ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Rursusq; cum eosdem de his qui indigne sacra & uenerãda mysteria percipiebãt,admoneret:Propterea, inquit, inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nam si nosipsos iudicaremus, nũquam profecto iudicaremur. Cum iudicamur autem à domino, corripimur,ut non cum hoc mundo damnemur. Vidistine ineffabilem clemẽtiam, immensasq; diuitias benignitatis? Vidisti ut omnia agat atq; moliatur deus,ut post peccatũ quoq; mitiore, quàm debuimus,plectamur pœna,aut etiam omnino liberemur? Porrò si quis id curiosius inquirat, cuius rei gratia ueteranum illum seductorẽ non cõtinuo deleuerit, id quoq; pro summa in nos cura factũ fortasse cõperiet.Si enim sceleratus ille obtineret,esset fortasse irrationabilis ista inquisitio: sin autem hac potentia priuatus, tantum persuadere atq; allicere potest: illius uero suasiõis illecebras renuere in nobis est:cur tu materiam abscindis coronarũ,industriæq; probitatis occasionem tollis? Ad hæc si illum sciens fore insuperabilem, cun-

Gen. 4 Luc.16 1.Cor.5 Ibid.11

cunctosq; deuicturum, ita illum dimisisset deus, ne sic quidem ista hæsitatio locū habuisset. Nam tum quoq; quòd ille obtineret, quòd uinceret nō reluctantes, sed sponte sibi cedentes atq; succumbentes, à nobis profecto manasset. Quòd si plurimi quidem illius potentiam ac uires frangunt, cō plures item posthac illum superaturi sint: quid tu futuros probatissimos, clarissimaq; uictoria insignes, tanto priuas honore? Idcirco enim illum dimisit, ut eum deijciant qui fuerant ab eo priùs superati, quod illi omni supplicio grauius ac durius est. At non omnes, inquies, illum superaturi sunt. Quid hoc ad rem? Profecto enim multo melius, multoq; cōuenientius est iustis occasiones suppeditari, quibus ad uirtutem se exerceant, uoluntatemq; ostendant suam: eos uero qui non sunt huiusmodi, ex propria puniri negligētia, quàm istorum causa illis etiā coronas suas adimi. Nam modo is qui malus & socors est, non aduersarij uiribus, sed suo pōtius torpore superatur: quod indicat uincentium illum multitudo. Tunc uero studiosi quiq; atq; alacres malorū causa meritis honoribus fraudati fuissent, non habentes ubi uires exercerēt suas: ueluti si agonotheta quis athletas duos nactus, alterum quidem aduersario congredi paratum, omnemq; tolerantiam ostendere, coronamq; ex certamine referre: alterum labori illi & ęrumnæ otium deliciasq; preferentem, comparet, atq; aduersario de medio sublato, ambos re infecta dimittat. Sic em̄ strenuus ille, propter alterius ignauiā grauí iniuria affectus uideretur. Ignauus aūt non fortissimi socij causa malus esset, uerum ob socordiā suam. Sed enim hæc istorū quæstio, cum de diabolo agitari uideat, si suo ordine procedat, plurimis in rebus dei prouidentiā insimulat, cunctamq; simul creaturam perimit. Accusat enim oris atq; oculorū factionem: quippe cū per hæc quæq; illicita concupiscant, atq; in adulterium corruant plurimi: per hoc autem blasphemēt alij, atq; pernicioſa dogmata proferāt. Num ergo sine oculis & lingua debuerunt homines fieri? Pedes quoq; abscindere, & amputare manus necesse erit, cum istæ plenæ sint sanguine, illi uero prompti ad malum currāt: nec ipsæ quidem aures immanitatē rationis huius effugere poterunt. Nam inania quæq; & praua percipientes, corruptionem dogmatum ad animam mittunt: itaq; & istæ auferēdę erūt. Quòd si dabimus, cibos quoq; ac potus, cœlum, terram, mare, solem, lucem, lunam stellarumq; chorum: atq; omnium animantium genera tollamus necesse erit. Ad quid ista enim omnia erunt necessaria, cum is cuius causa facta sunt, adeo miserabiliter truncus conscissusq; iaceat? Vides ne qui risus, quæ ineptiæ, quæ deliramenta rationē istam necessario sequantur? Diabolus nempe sibijpsi, non nobis est malus. Nos enim si uelimus, plura etiam cōmoda per illum, perq; illius nequitias consequimur, illo etiam inuito ac renuēte: quod est profecto mirabile, & in hoc diuinę bonitatis magnitudo conspicit. Nam si cum meliores efficimur, mordet id quidem ac per se solum angit excruciatq; diabolum, quando hoc ipsum per eum, atq; illius causa nobis suppeditatur, ferre iam sua detrimenta, aut seipsum capere præ doloris magnitudine non potest. Quomodo autē ex illo proficimus? Dum illius astum, immanitatē, perpetuasq; insidias, ac fraudes uarias soliciti metuimus, somnum immodicum excludimus, uigilamus sobrij, semperq; dei reminiscimur. Quòd autē ista mea ratio non sit, sed beati Pauli, ipsum audias licet, eisdem ferè uerbis fideles dormientes excitātem. Nam Ephesiis cum scriberet, sic ait: Non est nobis colluctatio aduersum carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum huius seculi, aduersus spiritualia nequitię in cœlestibus. Hæc autem cum diceret, non deijcere studebat auditorum animos, sed potius erigere. Petrus item: Sobrij estote, & uigilate: quia aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiēs circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Promptiores profecto atq; fortiores nos ista faciunt, persuadentq; familiarissimos deo fieri. Qui enim imminere sibi cernit inimicum, maiori ad illum currit desiderio, quò se tueri possit. Ita ferè infantes pueri, cum quid horrēdum uiderint, ad matrum sinus protinus fugiunt, illarumq; pendentes uestibus, eis se tuentur ac protegunt, atq; ita ut sæpius retrahentibus plurimis inde auelli non possint. At uero quando nihil eiusmodi perturbat, ne uocantes quidē illas exaudiunt neque trahi patiuntur: imò blanditijs allicientes respuunt, & cum plurima illæ moliātur, ut ad se eos pertrahant, semper eas auersantur, appositamq; mensam despiciunt. Quocirca matrum plurimæ, cum nihil obsecrādo proficere se uiderint, laruas quasdam horrorisq; figmenta parant, atq; illos demum ad reditū impellunt, persuadentq; ad se iterum recurrere. Hoc autem non in solis pueris cōtingit, sed etiā in nobis. Quādo em̄ malignus ille perterret nos atq; perturbat, tūc frugi efficimur, tunc nosipsos agnoscimus, tunc ad deum omni studio recurrimus. Quòd si deletus ab initio nequā ille fuisset, atq; sublatus è medio, fortasse nec præterita credidissent plurimi: puta quòd hominem illum fefellisset, quòd bonis illis innumeris eum eiecisset, deumq; hoc inuidia & liuore commotum fecisse arbitrarentur. quādo enim ne modo quidem desunt, qui post tanta illius seductionis indicia id audent dicere, si non illius nequitiæ & astus experimēta cepissent, quid nō dixissent? quid non oblocuti fuissent? Quod si penitus, atq; diligenter his quæ fiunt animum intendere uelimus, inueniemus minime ad omnia nos diabolū impellere: sed cum plurimorū ille nobis lapsuum sit autor, plurima item nosmetipsi per nostram solam socordiam ac negligētiam patimur. Vbi em̄, ut ad priora reuertamur, ad Cain diabolum accessisse, fraternamq; cædem suggessisse legimus? Nam matri quidem illius uisus est loquens, fraudemq; concinnans: huic autem minime, nisi fortè quispiam malas illum cogitationes dicat immi-

Luc. 16

1. Cor. 5

Ibid. 11

Ephes. 6

1. Pet. 5

sisse. Quod etsi nec ipsi renuimus, id tamẽ totum illius culpa contingit, qui suggerentem admisit, illiq; paruit, atq; principium in se inuadendi præstitit. Attamen nec sic illum dimisit deus, uerum ex his per quæ punire uidebatur, admonere potius atq; corripere non desinit. Quid autem Cain uiri unius supplicium dico? quãdoquidem etiam diluuium, in quo tot periere uiri dei nobis prouidentiam aptissime potest asserere. Primum enim non repente neq; insperatè mortalibus uim illam inundationis induxit, sed fore prædixit: idq; non ante breue tempus, sed ante centum & uiginti annos. Tum uero ne ex longitudine prædictiõis in obliuionẽ ac negligentiã inciderent, ædificari arcam in oculis omniũ instituit, uoce omni clarius clamantem, deiq; minas omnibus annũtiantem. Cain quippe sanitate mentis exciderat: illa uero ante omnium oculos posita iugiter imminẽtium sibi malorum illos admonebat: nec sic tamen illi emendati sunt, sed in uitijs perseuerauerunt, supplicia sibijpsis conscientes atq; attrahentes. Deus enim diluuium ipsum neq; comminari, neq; inferre uoluisset, sicuti nec gehennam ipsam quidem. Verum istorum omnium nosipsi nobis causa sumus, quod & sapiẽtissimus quidam uiderat, cum diceret: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuentium. At deus ipse per prophetam ait: Nolo mortem peccatoris, sed ut cõuertatur & uiuat. At uero nos nisi cõuertamur, damnationẽ nobisipsis ultro mortemq; congerimus, nõ is qui nos perire noluerat, quiq; uiam effugiendi nobis ostenderat. Ergone id solũ habemus, quod de diluuio dicere possumus, nullaq; ex eo prodisse emolumenta docemus? Dici profecto non potest, quãtum utilitatis & his qui illa inundatione periere, & cæteris postea futuris inde cõparatum sit. Illi enim ulterius in uitijs ac flagitijs progredi permissi non fuerunt: qui autem post illos secuti sunt, maiora etiam quàm illi, atq; excellentiora lucra retulerunt, fermẽto (ut ita dixerim) materiaq; malorum è medio sublatis extinctisq; peccatoribus. Nam si etiam sine exemplis mala homines per se facile inueniunt: quid nõ facturi existimentur, si plurimorum exemplo ad pernicios os actus inuitentur? Quod utiq; ne fieret, ne tot scelerum magistros hi, qui postea futuri erant, intuerẽtur, eos omnes una perdidit. Verũ eñ uero, quænam est illorum sapiens, imò plena stultitiæ ratio, qui cum nihil boni agere uelint, oñia uerbosis ac uẽtosis quæstionibus agitãt, ut suorum delictorum causas ad deum referant? Nisi permisisset deus, aiunt, nequaquam accepisset diabolus, nunquam decepisset ab initio, sed neq; cognouisset Adam, quantum boni ante habuerit, neq; suam illam arrogãtiam unquam deseruisset. Qui enim seipsum in tantum culmen honoris erexerat, ut fieri se deum expectaret, quò non prorupisset audaciæ, nisi digna fuisset animaduersione castigatus? Dices nihil diabolum consuluisse, nihilq; penitus Heue de ligno locutum fuisse: num sine peccato perstitissent, si istud non ita contigisset? Minime uero: nam cui mulier tam facile quod uolebat persuasit, ipse etiam diabolo absente, ex seipso quamprimum in peccatũ corruisset, quo maiori quoq; pœna mulctari meruisset. Præterea ne nunc quidem diaboli solius est omnis illa seductio, sed sua etiã concupiscentia mulier corrupta corruit, atq; hoc scriptura sacra indicat, quæ dicit: Viditq; mulier quòd bonum esset lignum ad edẽdum, gratumq; oculis ad uidendum, ac speciosum ad considerandũ, & accipiens de fructu illius comedit. Neq; uero ego nunc ista loquor, quasi diabolum insidiarum criminibus purgare intendens, sed indicare uolens eos, nisi sponte cecidissent, à nemine unq; potuisse deiici. Nam qui tam facilem propinatam sibi ab altera deceptionem suscipit, is profecto et negligenter, & laxi fuisse affectus ostenditur. Neq; enim tantum ille potuisset, si sobrium uigilantẽq; animum allocutus esset. Sunt autem plurimi, qui cum ad hanc partem differendo perueniunt, diabolo omisso ad mandatũ transeũt, & cũ à peccante homine abstineant, deo crimen impingunt, dicentes: Quid enim eis præceptũ dabat, quos peccaturos nouerat? Ista re uera sunt diaboli uerba, & impiæ mentis inuenta. Nam quòd præceptum dare longe maioris dispẽsationis sit, q̃ non dare, clarissimè constat. Si enim Adam uoluntate, & animo tam negligenti, q̃ fuisse ostenditur, nullum suscipiat mandatũ, sed in delicijs, & securitate persistat: ex huiusmodi licẽtia imbecillitas tanta atq; negligentia ad meliorane, an ad deteriora prorũpet? Liquet profecto illum ad summũ fastigium uitiorum euasurum, si absq; cura sit. Nam si necdum de immortalitate securus, eamq; spem dubiã pendere non ignorans, in tantam arrogantiã atq; amentiam elatus est, ut deus fieri speraret: istudq; cum id promittentẽ nulla ex parte fidelem cerneret, si firmam ac securam immortalitatem cõsecutus esset, quo nõ progressus esset arrogãtiæ? quid non peccasset, quando ille deo obtẽperasset? Tu uerò dum ista criminaris, idem profecto facis, ac si quis fornicationem & libidinẽ interdicentem simularet, ideo quòd plurimi ista audiẽtes fornicaturi essent. Nónne sunt ista extremæ demẽtiæ? Si enim nullo mandato suscepto diabolus ad illum accedens, recedere à deo consuleret, id quoq; illi & quidem facile persuasisset. Nam qui post acceptum mandatũ præcipientem sic leuiter contempsit, si nihil ab illo penitus audisset, cito se etiã esse sub domino nesciret: idcirco anticipat deus, & ex his quæ præcipit, docet habere illum dominum, cunctaq; illi parere oportere. Et quid amplius cõmodi est ex hoc secutũ, inquiũt? Etiã si nihil aliud secutũ esset, non id docenti deo esset imputandũ, sed potius non suscipiẽti homini optimã hanc salubrimamq; disciplinam. Verũ usqueadeo inutilis fuit, etiã post preuaricationem præcepti exhibitio. Nõne illę latebrę, illa cõfessio delicti, illa uiri ad mulierẽ, mulierisq; ad serpentẽ studiosa cautæ traductio: illa, inquã, omnia metuentium sunt atq; trementiũ, deiq; autoritatem agnoscentium? Potrò quantum lucri inde consecutum sit ex diabolica

bolica illa expectatione, in tantum timoris illos fuisse translatos nullus ignorat. Qui enim æqualitatem dei prius meditatus fuerat, ipse iam ita cõ trahebatur humiliter, ut pœnã cruciatũq; tremẽs metueret, ac peccatũ cõfiteretur suũ. At uero nõ absq; sensu peccare, delictumq; recognoscere minimum, non est negligendũ: sed uia quædam est ad emendationẽ atq; ad immutationẽ in melius ducẽs. Omnẽ itaq; in nos dei benignitatẽ neq; cogitatione cõprehẽdere, neq; narrare possibile est. Eorũ tamen quæ nouimus, summũ dicturus sum. Nempe eñ post adeò insignẽ cõtumaciam, post talem inobedientiã, post tãta scelera, cum iam orbis totus tyrãnide peccati premeret, cũ extrema iam luenda pœna esset, cum delendũ omne mortalium genus, nomenq; ipsum hominũ, merito ex pectari posset: tum uero maximũ omnium beneficium & clementiã ostendit unigenitum suũ pro inimicis, pro alienatis à se, pro se odientibus atq; aduersantibus morti tradens, ac per eam reconciliationẽ nostrã operans, cœlorumq; regnum et æternã uitam, aliaq; bona innumera nobis se daturum spondens, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderũt. Quid igitur huic dispensationi, huic clementiæ, huic bonitati cõparari aut simile excogitari possit? Propterea & ipse dicebat: Quantum distat cœlũ à terra, tantũ distant uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitatiõibus uestris. Dauid quoq; mitissimus, cum de clementia illius loqueretẽ, aiebat: Secundũ altitudinẽ cœli à terra corroborauit dominus misericordiã suam super timẽtes se. Quantum distat Ortus ab Occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se: quod non cõparans dicit. Quæ enim humana clementia diuinę bonitati cõferri possit? sed quia exemplum summæ affectionis nullũ nos maius nouimus, q̃ patris ad filios: Nisi fortassis Esaias maius aliquid docuit, qui matris potius exẽplo usus est, quæ erga natos suos longe misericordius afficitur, quàm pater. Dixit enim: Nũquid obliuiscẽtur mulier infantuli sui, ut nõ misereat filio uteri sui: sed etsi illa oblita eius fuerit, ego tamen tui nõ obliuiscar dicit dominus: ostendẽs dei misericordiam affectus omes naturales longissimè excedere. Et propheta quidem sic: Ipse aũt dei filius cum Iudæis loqueretur, aiebat: Si aũt uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris: quãto magis pater uester cœlestis dabit bona petẽtibus se? Nihil profecto aliud per ista significãs, nisi tãtã esse diuinæ prouidẽtiæ & gubernationis paternę differentiam, quantũ interest inter bonos & malos. Verũ neq; hactenus iterũ stes uelim, sed mẽte ad interiora progredere. Nam id quoq; pro captu, et modo tuo dictũ est: quippe cuius est infinita intelligentia, bonitatẽ quoq; & clementiam fine nullo terminari necesse est. Quòd si hanc per singula quæ fiunt non perspicimus, & hoc signũ illius infinitatis est. Plurima eñ & magna quotidie pro nostra salute disponit, quæ sibi soli sunt cognita.

Esa. 55

Psal. 102

Esa. 49

Matth. 7

Quia enim sola bonitatis suæ gratia mortalibus per omnia prospicit, nihil nostris indigens laudibus, nullaq; alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Sed & si aliquando hęc reuelat, & illud nostræ utilitatis causa facit, ut gratias illi semper referentes, ex hac gratitudine nostra amplius nobis attrahamus illius auxiliũ. Nõ igitur de his solum quæ nouimus, gratias illi referamus: neq; enim uolentes solum, uerum inuitos quoq;, & nolentes beneficijs consueuit afficere. Quod Paulus optime nouerat, qui semper & in omnibus gratias agere monebat. Quòd autẽ non cõmuniter solum omnium curam gerit, sed seorsum singulorum, ipsum audias licet dicentẽ: Non est uoluntas coram patre meo qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis, de his dicens, qui in illum credunt. Cupit ipse quidẽ & eos qui nõ credunt saluos fieri, mutariq; in melius, & credere, sicut Paulus ait: Qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et ipse ad Iudæos: Nõ ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiã: &, Misericordiam uolo, nõ sacrificium. At uerò si post tantæ curæ ac prouidẽtiæ fruitionem noluerint meliores fieri, ueritatemq; recognoscere, ne sic quidem illos deserit: sed quoniã æternæ uitæ participatione ipsi se sua sponte priuauerunt, uel præsentis uitæ bona illis omnia largitur, solem suum oriri faciens super bonos & malos, & pluens super iustos & iniustos, aliaq; præstans, quæ ad præsentis uitæ consistentiam pertinent. Quòd si inimicis quoq; tanta cura prouidẽtia prospicit, fideles suos, & qui totis ei uiribus seruiunt, quomodo unquam contemnet? Non ita, non ita est: Verum istos maxime ex omnibus fouet atq; cõplectitur. Vestri enim, inquit, & capilli capitis omes numerati sunt. Quoties ergo tibi in mentem uenit, parẽtes te, & patriã, domum, amicos, propinquos, opesq; innumeras, & gloriã illam ingentẽ abiecisse atq; excussisse propter Christum de manibus, postq; ista omia huiusmodi uexationem pati: noli deijcere teipsum, noli mœrore deficere. Nam ex quibus cogitationibus hæsitatio gignitur, ex eisdem rursus sopita restringit. Quonã modo? Impossibile est mentiri deũ, promisit autem ille uitam æternam ista relinquentibus. Reliquisti tu omnia ista, & abiecisti: quid igitur prohibet de huiusmodi cõfidere promissiõe, & esse securum? Num ea qua nunc probaris tentatio? & hæc ad promissionem quid? Nõ hic æternam repromisit uitam: imò uerò si in terris quoq; eiusmodi promissio implẽda esset, ne sic quidem ægreferre debueras: quippe quòd fidelem, ac religiosum uirum adeò constanter & firmiter promissa dei tenere cõuenit, ut quantũlibet effectus contrarios aspiciat, ne sic quidem perturbetur, neque desperet euentũ. Intuere deniq; fidelis Abraham cuiusmodi pollicitationẽ acceperit, & qualia facere sit iussus. Nam promissio quidem erat, ex Isaac implendum esse orbem uniuersum, iussio autem hũc ipsum Isaac immolare urgebat, ex q̃ orbis totus erat implẽdus. Quid igit? istud ne

Ibid. 5

Ibid. 10

perturbauit iustum uirũ? Minime uero, imò cum tanta dissonantia & repugnãtia esset præcepti & promissi, in nullo penitus turbatus est, neq; hæsitauit, neq; aliqd huiusmodi locutus est: Quid hoc est? Alia promisit mihi deus, alia facere iubet? Ex puero isto nepotum ingentem multitudinem mihi promiserat, & hunc ipsum modo necare mihi præcepit. Quomodo igitur hoc erit excisa radice? Fefellit me igitur, atq; delusit? Nihil prorsus huiusmodi locutus est, sed ne cogitauit quidem. Et merito sanè. Cum enim deus aliquid pollicitus fuerit, etiam si milia sunt quæ pollicitationem huiusmodi obtundant, atq; intercipiant, turbari minime conuenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maxime dei potentiam commẽdat, dum in rebus ambiguis finem certum, atq; exitum reperit: sicuti tunc beatus secum reputabat. Quocirca fidem illius maxime admirans Paulus, aiebat: Fide obtulit Abraham Isaac dum tentaretur, unigenitũq; offerebat, qui promissiones acceperat, hæc ipsa scilicet insinuans, atq; significans. Non modo autem ipse, uerum ipsius quoque pronepos Ioseph, cum per longum tempus, & uarios casus promissionem periclitari perspiceret, rigidus atq; immobilis perstitit: sola enim promissa intuebatur, neq; humanis cogitationib. motus, de fine desperauit. Nam & ostensa sibi uisio, & fratrũ & patris adorationẽ pollicebatur. Quę uero illi cogitabãt, nõ erãt huiusmodi, sed ab his longissimè remota. Primum enim illi ipsi fratres, quos se præuiderat adoraturos, in lacum illum inijciunt, ac barbaris hominibus uenditum in alienam ac remotissimam regionem emittunt, atq; adeo cõtraria promissis ea quæ contingebant uidebantur, ut miseri illi dicerent: Ecce somniator ille uenit, nunc ergo uenite occidamus eum, & proijciamus in lacum, dicemusq; : Fera pessima deuorauit eũ, & uidebimus qd somnia sua sibi proderunt. Postea uero hi, qui illum emerant, non saltem libero homini, sed seruo illum regio uendũt iterũ. Neq; hactenus aduersa steterunt, sed petulãtis dominæ calumniam incidit, damnatusq; carceres annos plurimos habitat, & effugientibus cæteris ampliore illic tempore ipse perdurat. Cumq; tanta essent quæ illius animum perturbare possent, constans tamen perseuerat, atq; inuiolabilis. Eiusmodi uero etiam nostra sunt, imò uero longe perplexiora. Quæ enim promissa sunt nobis, regnum cœlorum est, & uita æterna, & incorruptio, & infinita illa bona atq; immortalia. Quæ autem interim cõtingunt, valde ab his remota, atque aliena sunt. Mors enim nos & corruptio sequitur, & pœna & supplicij, & tentationes uariæ, atq; perpetuæ. Huius ergo rei gratia hoc facit deus, permittitq; cõtraria promissis aduenire? Non planè absq; ratione, uerum ex hoc duo maxima bona elicit, dũ ex altero certissimum potentiæ suæ argumentum capimus, quòd scilicet possit desperatissima promissa sua, spe atq; opinione melius perficere. Ex altero autẽ nostros animos erudit, cuncta sibi credere fideliter, & si dictis facta cõtraria uideant emergere: quippe spei uirtus eiusmodi est, ut eum qui synce re sustineat, nunquã confundi permittat. Si enim hi, qui promissa in hoc seculo acceperunt, ita insigniter affecti sunt: quid nos facere necesse est, qui non in præsenti uita, sed in futuro seculo bona illa sempiterna expectamus? In hoc eñ seculo pressuræ nobis angustiæq; ꝓmittunt. Quid ergo est ꝙd te perturbet? Qua ratione induci potes, ut suspecta habeas promissa dei? Nempe enim cum dicis te ab eo negligi, cuius causa mundum omnem despexisti, liquido ostendis te illi non credere, atq; suspectum habere, fallacemq; promissionem eius existimare. Id autem uerè est a dæmone corripi, ac sempiternos ignes promereri. Sed sunt qui seculi negotijs diditi, quiete ac licenter uiuunt. Et istud quoq; prædixit Christus: Amen amẽ dico, inquit, uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus aũt gaudebit. Sed & in prioribus generationibus hoc fermè uideas contigisse. Quippe Babylonij cum deũ ignorarent, opibus potẽtiaq; pollebant: Iudæi uero captiuitatis atq; seruitutis premebantur iniurijs. Et Lazarus ille, qui regnis cœlestibus, æternisq; gaudijs potiri meruit, ulceribus plenus canũ linguis erat expositus, atq; perpetuo cum fame pugnabat: diues uero in honore ac frequenti constipatione seruorum, & requie, & delicijs uitam ducebat. Verum ut huic nihil apud inferos profuere deliciæ, atq; illa omnia: ita nec Lazaro fames, aut ulcera, nec oñia simul cõgesta incommoda uitæ præsentis obstiterunt: sed ueluti quidam athleta fortissimus in æstu grauissimo, & algore luctans, & pręclare uicit, & coronatus immortaliter est. Quocirca uir quidam sapiẽtissimus aiebat: Fili, si accedas seruire domino, præpara animã tuam ad tentationem, dirige cor tuũ & sustine, & ne festines in tempore inductionis. Et post pauca: Quoniã, inquit, igne probatur aurũ, homines uero acceptabiles in fornace humiliatiõis. Rursumq; alio loco scriptũ est: Fili noli negligere disciplinã dei, neq; deficias quũ ab eo corriperis. Qui enim aurum in fornacẽ mittit, nouit quatenus illud incẽdi atq; ignescere, & quando igne oporteat educi. Ideoq; alter ex his: Ne festines, inquit, in tempore inductionis, alter: Neq; deficias, inquit, quum ab eo corriperis. Magnum reuera magnum, & excellens pressura est, ad probandum uirum, atq; ad docendum patientiæ uirtutem. Quid ergo inquies, si illius nos magnitudo cõuellat, atq; dejiciat? Fidelis est deus, qui nõ patietur nos tentari supra quàm possumus, sed faciet cum tentatione exitum, ut possimus sustinere. Nam si ex dilectione correptio, ex odio uero derelictio est: neq; eiusdem est quempiã simul & amare, & odisse, neq; corripere quidẽ & derelinquere. Quomõ ergo, inquiũt, multi corruerunt? Seipsos illi deo priuauerunt, non autẽ à deo derelicti sunt. Ecce enim, inquit, qui elongãt se à te peribunt. Elongant se uero à deo, qui correptiones illius non sustinent, sed irascuntur atq; indignantur, ac ueluti mali & peruersi filij, cũ a patrib. traditi magistris uel impatiẽtes laboris, uel fugiẽtes uer-

Heb. 11 — Gen. 37 — A — B — C — D — Ioan. 16 — Eccle. 2 — Prou. 3 — 1. Cor. 10 — Psal. 72

uerbera, parentum aſpectus declinant, ab eis reſiliunt: nihil inde lucrantur, niſi q; plurimis, & grauioribus incommodis ſe implicant, atq; in aliena regione famis & erroris ac morborum, ignominiæq; & ſeruitutis iniurias ſubire coguntur: Ita & qui dei diſciplinam ingrate ſuſcipiunt, indignanturq; & grauiter ferũt, præterquam quòd nihil ex ea lucrantur, ſummis ſe calamitatib. afficiũt. Quo circa tolerare admonemur, & dirigere cor noſtrũ. At multa grauiora te perpeti dices. Ne pædotribæ quidem omnes æqualiter atque eodem modo exercent, ſed imbecilliorib. imbecilles, fortioribusq; ſui ſimiles comparãt. Nam qui ſuis uiribus minorem comparem fuerit nactus, etiãſi tota die ille congrediatur, inexercitatus tamen permanet. Cur ergo, inquies, non omnes qui eãdem elegere uitam, eiſdem etiã laboribus certare facit? Quia nõ una apud deum eſt exercitationis ſpecies, neque omnes qui eiſdem opus habent, eiuſdem ſtatus ſunt: quippe & plurimi cum eiſdem morborũ incommodis laborent, non eiſdẽ tamen indigent medicamẽtis, ſed alia quidem iſtis, alia illis apponuntur. Atq; adeo & flagellorum modi uarij ſunt atq; differẽtes. Et alius quidem morbo perpetuo probatur, alius grauiſſima inopia, ui atque iniuria alius, hunc iuges atq; perpetuę liberorum propin quorumq; cæterorum orbitates excruciant, hicq; ab omnibus abijcitur, nulliusq; rei dignus æſtimatur: ille quòd ſibi in his derogetur, quorum nihil ſibi ſit conſcius, grauiſſimum putat: atq; alius aliter affligitur. Neque eñ poſſibile eſt omnia nunc examuſſim numerare. Videtur tibi horum ſingula, ſi tuis ęrumnis conferantur, leuia ac nulla eſſe. Verum tu ſi hæc expertus eſſes, addiſceres profecto quanto id quod nunc te angit, his omnibus leuius, ac tolerabilius ſit. Sed & ſi qui ſunt quorum ſit leuior quàm noſtra caſtigatio, nihil penitus miremur, aut perturbemur. Nam adiectio laborum, incrementum meritorum eſt, ac firmiſſimum munimen noſtrum, quo freti nunquam, ſiue ſponte, ſiue etiam inuiti corruamus. Nanq; faſtum ac tumorem animorum comprimit, negligentiam auertit, prudentioresq; ac religioſiores efficit. Prorſus uero ſi quis omnia enumerare uelit, plurima tentationum emolumenta reperiet, nullusq; unquam ex his, qui deo maxime chari atq; acceptabiles fuerunt, ſine preſſuris uixit, etiamſi non ita nobis uideatur. Nam ſi beatus Paulus tantum negotij ſuſtinuit, nullus uero Paulo maior eſt, aut etiam æqualis: qua tandem ratione illi credantur huiuſmodi auxilio non indiguiſſe? Sin autẽ quidam ex iſtis tribulationibus emendati non ſunt, non hoc illi imputandum eſt, qui cauſam emendationis præſtitit, ſed illorum potius negligentiæ & ſocordiæ. Nam ſi illis non fuiſſet adhibitum medicamentum, per dei negligentiam periſſe uiderentur. Nunc uero non parum actum eſt, cum nemo medicum accuſare poſſit, ſed ægrotos potius, ipſorumq; cõtemptum. Si qui uero antequam tentarentur gradientes recte, poſt tentationem corruerunt: alijq; cum omnibus eſſent peccatis A inuoluti, nulla tribulatione uexati ſunt, atque alij à prima ſtatim ætate uſque ad ultimam afflictionem animæ innumeris calamitatibus contriti: nihil horum nos penitus perturbet, aut noſtros animos deijciat. Nempe enim ſi omnem prouidentiæ illius diſpenſationem ſcire ualeremus, aut deberemus, iſta quoque ignorantes, mœroris ac perturbationis non immerito cauſam habere uideremur. Sin uero is qui tantorum arcanorum effectus particeps, ad tertium cœlum raptus fuerat, ad hanc tamen abyſſum hærens ſubſtitit, inſpiciensq; in profundum diuitiarum ſapientię ac ſcientiæ dei obſtupuit ſolum, atque inde reſilijt: quid nos ipſos fruſtra cõcidimus, perſcrutantes inſcrutabilia, atque inueſtigabilia curioſe inquirentes? B Certe cum medicus contraria his quæ nobis ſalubria uidentur præcipit, ſiue algens membrum pro fluo fonti ſubijcere iubeat, ſiue alia huiuſmodi efficere, nonnunquam reluctamur: ſed cum nobis antea perſuaſerimus, artis illum ratione cuncta facere, prompte ac libenter cedimus, idq; cum ille ſæpius fallatur: Deum uero cuius uiæ in omnibus, incredibiliter à nobis diſtant, qui eſt ipſa ſapientia, qui nunquam falli poteſt, punienda curioſitate perſcrutabimur? Cumq; illi ſimpliciter cedamus, à quo facti rationem exigere iure noſtro poſſemus, ab illo, cuius ſolum cedẽdum eſt nutui, eorum quæ geſſerit cauſas ac rationes requiremus, atque huiuſmodi indigne ignorantiam feremus? Hæccine ſunt religioſæ mentis, ac piæ? Ne, quæſo ac ſupplico, ne ad tantam uæſaniam progrediamur, ſed in omnibus in quibus ambigimus, illud potius nobiſcum pia cogitatione uoluamus: Iudicia tua abyſſus multa. Nã & hoc ipſum, quòd non omnia aperte ſcimus, diuinæ ſapientiæ atque prudentiæ profecto eſt. Si enim omnium quæ fiunt, cauſa & ratione cognita, ita demum deo pareremus, non magni meriti eſſet, neque fidei oſtẽſio ea res uideretur. Cum uero nihil horum penitus noſcentes, ita quoque ſumma affectione mandatis eius omnibus cedimus, ex legitima obedientia fideq; integerrima, maxima animabus noſtris emolumenta conquirimus. Hoc enim ſolum nobis perſuadere debemus, omnia nobis utiliter à deo inferri, non iam modum inquirentes, neque D huius ignorationes grauiter, uel cum mœrore ferentes. Neque enim poſſibile eſt iſta ſcire, neque utile: illud, quia mortales ſumus: hoc, quia cito in arrogantiã extollimur. Plurima nos facimus, quę cum liberis noſtris noxia eſſe uideãtur, utilia ſunt tamen. Quorum neque illi cauſas quærunt addiſcere, neque nos illis antea perſuadere ſtudemus, id expedire quod facimus: ſed hoc ſolum illos admonemus ut in omnibus cedant, quæcunq; præceperint patres, nihilq; ulterius inquirant. Quòd ſi parentibus noſtris, qui nobiſcum eiuſdem naturæ ſunt, ita prompte, ita libere obtemperamus, neque ulla ratione indignamur: deo indignabimur aut grauiter feremus, quòd non illius omnia nobis explorata ſunt, qui tanta excellentia hominibus præcellit, quantã ipſi capere non poſſumus?

Et quid hac impietate grauius ac durius excogitari possit? Aduersus huiusmodi sanè beatus Pau
Rom. 9 lus indignãs dicebat: Alioquin ô homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentũ factori suo, cur me ita feciſti? Equidem filiorũ exemplar proposuerã, ipse uero multo aliqd maius posuit, figuli scilicet, atq; ab eo formati luti. Sicut enim lutum quocũq; manus se formãtis duxerit, sequitur: ita hominẽ quæcunq; deus iusserit, ea se qui, & quæ ille intulerit, grato animo perferre cõuenit, nihil omnino reluctando, uel curiose addiscere quærendo: neq; enim nobis solis ista ambigua sunt: uerum & his qui ante nos fuerunt sanIob. 21 ctis illis ac moralib. uiris. Ait enim Iob: Vt quid enim impij uiuunt, diuitijsq; ueterascunt? Beatus
Psal. 72 aũt Dauid: Paulo minus, inquit, effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidẽs. Quia nõ est respectus morti eorum & firmamentũ in plaga eorum. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagella
Hier. 12 buntur. Post hũc Hieremias quoq;: Iustus es, inquit, domine, ueruntamen iusta loquar ad te. Quid est quòd uia peccatorum prosperatur? Ambigebant isti quidem atq; inquirebant, sed non ita ut faciunt impij. Neq; enim accusabant deum, neque ex his quæ fiunt, illius iustitiam reprehendebãt. Sed
Psal. 35 alius quidem aiebat: Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. De alio cum tanta passIob. 1 us esset, scriptum est: Non dedit insipiẽtiam deo. Et in libro ipse suo incomprehensibilem sapientiam illius & dispensationem enarrans, cum de opificio disseruisset: Ecce, inquit, istæ sũt partes uiæ eius, & adhuc humorem uerbi audiemus in eo. Idipsum quoq; Hieremias prouidẽs ne quis unquã suspicaretur, interrogationi iudicium suum præposuit, dicens: Iustus es domine, hoc est, scio quidem à te omnia fieri iuste: modum autem ignoro, quo fiũt. Quid igitur amplius illi didicerũt? Nempe de his nullum responsum retulerunt, quod beaPsal. 62 tus Dauid indicat, cum dicit: Et existimabam ut cognoscerem, quia hoc labor est ante me: idcirco autem responsa super his non acceperunt, ut posterioribus seculis futuros homines docerent etiam ipsi interrogatione abstinere. Atq; priores illi quidem unum tãtum inquirebãt, cur scilicet impij in copia rerum omnium, & prosperitate uiuerent, & ne sic quidem didicerunt. At uero isti longe plura, quàm illi temeraria curiositate scrutantur. Ea enim quæ proponuntur, nunc multo grauiora & maiora sunt. Itaq; manifesta horum ratio illi permittatur, qui nouit omnia antequàm fiant. Si tamen pro captu nostro his qui huiusmodi curiosi sunt, respondere necessarium sit, rationemq; aliquam afferre, illud primum dixerim indignum esse quærere, cur boni in pressuris, mali contrà in requie persistant, cœlesti iam reuelato regno, futuriq; seculi præmio nobis ostenso. Nam cum illa uita singuli digna suis meritis recipiãt, quid iam eis rebus perturbamur, quæ hîc bonis aut malis contingunt? Eos nempe qui sibi intentius ac deuotius obtemperant, ueluti fortissimos athletas huiusA modi laboribus exercet: imbecilliores uero ut qui nihil durorum laborum perferre possunt, prius ad bona opera hortatur. Quòd si contrà nõnunquã euenit, plurimiq; iusti hic in requie uitam cum honore agunt: mali uero in ignominia summisq; aduersitatibus perdurant, interim quidem prior illa obiectio, quæ affligi bonos, malos uero iugiter esse in delicijs conquerebatur, hac ratione euersa proflígatur. Sin autem & huius rei causam inquirere uelimus, id profecto dicimus, deum nostra omnia non uno modo solitum esse disponere, sed cum sit misericordissimus ac potentia affluentissimus, plures nobis salutis uias scindere. Cum itaq; plures sint, qui futuri seculi ac resurrectionis rationem admittere pertinaciter renuant: ueluti in breB uí tabula hîc iudicij futuri imaginem ostendit, cũ punit malos, bonos remunerat. Quod cum in iudicio illo supremo generaliter futurum sit, etiam nunc ex parte aliqua ideo fit, ut qui longinquum illud iudicium fore desperant, uel his quæ in hoc seculo continguñt admoniti, mansuetiores atq; meliores fiant. Siue enim nullus hîc omnino puniretur malus, nullusq; honoraretur bonus: plurimi ex his quibus resurrectionis ratio incredibilis uidetur, uirtutem ueluti malorum causam aspernarentur ac fugerent, uitiositatem uero ueluti bonorum lætorumq; omnium occasionem persequerentur: siue rursum hîc singuli iuxta merita reciperent, superfluam iam falsamq; existimassent resurrectionis rationem. Itaq; ne huic non crederetur, neC ingens uulgarisq; turba & contemptu deterior fieret, nonnullos hîc peccatores ulciscitur, quosdamq; pro recte factis in oculis omnium præmijs donat, ut ex eo quòd nõ id omnibus facit, resurrectionis asserat fidem. ex eo uero quòd ante iudiciũ quoq; malos aliquos supplicijs afficit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nam et malorum quidem punitione, plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem. Ex eo aũt quòd non omnibus pro merito hîc retribuitur, cogitare cõpellũtur huiusmodi præmia in aliud tempus esse reseruata. Nunquam enim profecto cum iustus sit deus, tot sperneret, siue malos impunitos ex uita migrare, siue bonos hîc innumeris incommodis & cruciatib. affici, si non utrisq; uaria in futuro seculo præmia pro meritis parasset. Quocirca non omnes uel supplicio, uel honore afficit, sed quosD dam, sicut & in Persarũ rege, & in Ezechia contigit, quanquam fuerint plurimi, & Assyriorum impietate, & Ezechiæ pietate ac uirtute pares. Cur autem non in omnibus hoc agat deus, causa iam suprema memorata est, quòd scilicet nõdum adsit iudicij tempus. Quòd autem ista mea ratio nõ sit, sed eius qui nos tunc iudicaturus est, dominũ ipsum audias. Nam cum profecti ad eũ quidam, mortem illorum qui sub turre occubuerant, Pilatiq; uesaniam annũtiassent, quam in his qui mortui fuerant ostẽdit, sacrificijs illorum sanguinem miscendo, quum ait, Putatis quòd hi Galilæi peccatores præ cæteris Galilæis fuerint, quia talia passi sunt? Non dico uobis, sed nisi pœnitentiam egeritis Luc. 5

egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decẽ & octo super quos cecidit turris Siloe, & occidit illos, putatis quòd ipsi præ omnibus qui habitant Hierusalẽ, debitores fuerint? Nõ dico uobis, sed nisi pœnitentiã egeritis, omnes similiter peribitis. Hæc dilationis ratio, hæc causa est. Idcirco nõ omnes qui eisdem supplicijs sunt digni, una punire cõsueuit, ut reliqui eorũ casibus admoniti, meliores fiant. Atq; ista quidẽ interim expedisse suffi ciat. Sed enim tu fortassis ea etiã quæ paulo ante proposuimus, multo etiã perplexiora, ut similiter enodemus, inquiris. Sed cum priora pro uiribus patefecerimus, ad illa etiã soluenda, fundamenta quædam iacta fuisse arbitramur. Quid ergo illud est, in quo hæres & fluctuas? Quòd plurimi ex primordijs ætatis ad finem usq; uarijs calamitatibus affecti. Ego & de his & de prioribus dixerim, præcipue quidem illos ob propria uitia puniri, de inceps uero ut alij quoq; illorũ exemplo emendẽtur. Quod si nõ in omnibus fit, nihil est quod mireris: nõdum enim iudicij tempus aduenit. Quid ergo de illis, inquies, qui antequã per ætatẽ bona uel mala discernere possint, quasi maxima peccauerint, supplicijs subduntur? Huius quidem rei non una causa est, sed plurimæ ac uariæ. Nam & ex parentum intemperantia & scelere, & ex nutritiorum negligentia, & ex intemperie atq; inæqualitate aeris, & ex alijs plurimis huiusmodi casibus id contingere potest. Propterea cum plurimos illorum futuros nequam præsciuerit deus, omnes ueluti compedibus quibusdam huiusmodi supplicio coercet. An non uides & mendicorum plurimos inter pressuras ipsas, & angustias innumera perpetrãtes scelera, quorum tamen omnium causa non afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Audiui ego quosdam aliquando, cum dicerent huiusmodi homines mulierem quandam honestam & forma liberali in solitudine nactos, ei uiolẽter ac petulanter illusisse. Atqui cuius hoc necessitatis, cuius afflictionis opus fuit? Quæ isti scelera non admisissent, si nõ huiusmodi quasi nodis, ac uinculis continerentur? Eorum uero qui carceribus inclusi sunt, quis facile uesaniam & rabiem proferre possit? At hi qui à dæmone corripiuntur, nihilo minora his faciunt: nõ autem ea modo memoro quæ tunc agunt, cũ ab eiusmodi peste apprehendũtur, sed posteaq; illa uexatio cessauerit, admittunt. Nam & edacitatem sequuntur, & furantur, & inebriantur, & plurima huiusmodi etiam flagitia turpiora admittunt. Deniq; sicut malefactorum plurimos carcerẽ diutissime incolere permittit iudex, adeo ut plerunq; uitã illic finiant, & cũ ex multis aliquos puniri uult, unum ex illis, aut etiam duos eminentiori loco statuens circumstãtibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, atq; ad terrorem cæterorum sic utendum sibi omnibus censet: Ita deus quoq; cum nos emendare uult, non omnes unà malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis quos nunquam corrigẽdos nouit, potentiam atq; iram ostendit suam, plurima ex hoc utilia mo

liens atque conficiens. Quippe & malos execranda, si uelint, uitia hortaẽ, & bonos intentiores atq; cautiores efficit, & longanimitatem ostẽdit suam resurrectionisq; rationem, ut ante diximus, omnibus insinuat. Quid ergo hæc, inquies, ad eos, qui primam ætatem omnem nutriti in calamitatibus, priusquam bona uel mala per ætatem discernere possint, è uita migrant? Et quid mali, queso, isti patiuntur, qui necdum quid patiantur, sentiunt: neq; dolere aut gaudere didicerunt? Ego non hoc solum pro huiusmodi soluenda, quæstione dixerim, uerum parentes ipsos, etiam & fratres, & propinquos huiusmodi liberorum cladibus emendatos noui. Id uero non minimi lucri est, ita quempiam affligi, ut ex his quæ nesciens patitur, alius maxima emolumenta cõsequatur. Fieri autem potest, ut sit alia causa & oratio secretior, quam solus nouit rerum opifex deus. Vnum uideo reliquum esse explicandum, quam scilicet ob causam, hi qui recte priusquam tentarentur, incedebant, post tẽtationem lapsi sunt. Quis, oro, plane nouit qui recte incedant, nisi qui corda nostra singulariter finxit, intelligitq; omnia opera nostra? Fit enim sæpius, ut plurimi ex his qui boni esse uidebantur, peiores omnibus sint, atq; id quidem & in hoc seculo manifestum est in nonnullis iam casu aliquo ac necessitate ingruente. Cum uero is, qui corda & renes probat, uiuus & efficax, & acutior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ & corporis, artuum & medullarum, discretor cogitationum & intentionum iudicans sederit: tunc uero non paucos ex pluribus, sed omnes omnino qui sunt eiusmodi uidebimus: neq; tunc ouina pellis lupum, neq; sepulchri dealbatio internã inquinationem tegere atq; occultare poterit. Nulla creatura est inuisibilis coram eo, qui tunc iudicaturus est: sed nuda & aperta sunt omnia oculis eius, quod Apostolus indicat cum Corinthijs scribit: itaq; nolite ante tempus quicquam iudicare, quousq; ueniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium. Vt autem simulatoribus omissis, ad eos tandem qui recte reuera incedunt ueniamus: unde nobis constat quòd etiamsi bona reliqua uirtutesq; subierint, summum tamen omnium uirtutum culmẽ humilitatem nõ neglexerint? Quòd si dicat quis melius fuisse illos cum recte agerẽt extolli, quàm post lapsum humiliari: is mihi maxime uidetur iactantiæ detrimenta atq; humilitatis lucra ignorare. Nosti enim planè hominem arroganter bona operantẽ (si tamen bona facere arrogans possit) quamprimũ in summam perniciem lapsurũ. Is uero qui labi permissus fuerit, atq; ex ruina humiliari didicerit, resurget: ac si quidẽ uoluerit, lapsus sui damna cito reparabit. Porrò is qui cum iactantia recte putatur operari, nihil patiens aduersi, ne sensum quidem ullum propriæ iniquitatis recipiet aliquando, sed augebit scelera: atq; dum nescit, hinc uacuus efficietur: sicuti pharisæus ille qui ascendit in templum, putans se bonis omnib. esse locupletem, descendit uero, publicano pauperiorem

Heb. 4

1. Cor. 4

Luc. 18

Luc. 51

rem meritis se esse percipiens. Est & alia species pestis, quæ plurimũ roboris habet ad hauriẽda ac penitus euacuanda bona nostra, quam multo sudore colligimus, uentus scilicet inanis glorię. Nã reuera uenti instar ingressa thesauros omes uirtutis exsufflat. En & secunda nobis occasio, plapsionis apparuit, recte, ut tu dicebas, gradientiũ. Plurimi enim ex his qui apud nos ingentes uidentur uirtutis causa tolerasse labores, ac reuera tolerãt, cum omnia ad honorem hominũ non pro dei gloria facerent, permissi sunt in tentationem labi, ut multitudinis opinione & gloria nudati, per quam detrimenta omnia perpessi sunt, eiusq; gloriæ naturam in nullo flore fœni esse meliorẽ addiscentes, iam deo soli uacent, atque ipsius causa gerant omnia. Sunt præterea & aliæ causæ atq; rationes & quidem longe his plures: cæterũ, ut dixi, nobis obscuræ & incognitæ, sed omnium opifici deo bene notæ. Non igitur in his quæ contingunt indignemur, non ea grauiter feramus, sed in omnib. gratias agamus. Hoc enim gratorum fideliumq; seruorum est. At uero tu dũ admiraris, cur non antea potius cum delicate uiueres, excelsaq; illa seculi gloria, ac pompa stipatus incederes: sed nunc potissimũ, quãdo abiecisti illa omnia, ac teipsum totum deo deuouisti, pessimus te ille dæmon inuasit: idem prorsus facis ac si admireris, cur spectatoribus nullus molestus esset, sed qui in pugilum numero adscriptus exercitatusq; certamen descẽdisset, hunc solum ex omnibus colluctator & cõpar expeteret, percutiens caput faciẽq; concidẽs. Nõ hoc ergo aut miraculo, aut mœrore dignum est, si nos ille tantus aduersarius pungit, premit, instat, angit, urget: quippe ista est pugnantium lex. Verum si ille deiiciat atq; prosternat ac præmia laborum tollat: hoc graue & intolerabile putãdum est. Quandiu uero ille nõ præualet, nõ solũ nobis nihil nocuit, sed profuit plurimũ cõflictu illo suo, summa nobis ornamẽta conquirens. Nanq; & in castris ille præstare cæteris putat, qui plura uulnera aduersa frõte susceptа præ se ferre potest, ac singularia certamina aduersus quoslibet hostiũ fortissimos suscipere. Eos itidẽ athletas maxime miramur, qui immundis (sic enim appellant contentiosiores quosq; aduersarios & cõpares) summis uiribus cõgrediunt. Sed & uenatori illi maxime applaudit, qui ferocissimas beluas sustinens superat. Impudẽs est atq; imperterritus hic dæmon: at ego propterea te mirari ac stupere nõ desino, quòd huiusmodi aduersariũ nactus tã uiolentũ, lapsus non es, neq; in deditionẽ uenire toleraſti: sed rectus rigidus perstitisti, nulla ex parte illius improbitati cedens, aut loco motus. Porrò q; non assentandi studio nunc ista loquar, sed ex animo: atque ut ostendam q; maxima ex huiusmodi afflictione ceperis emolumenta, patere, quæso, nos fiducia tantisper in loquendo uti: neq; enim aliter huius rei documenta afferre possemus. Nosti sanè ac memoria tenes priorem tuam conuersationem, eam scilicet, qua ante huiuscemodi tibi immissam tẽtationem degebas. Hanc itaq; uelim diligenter exa

A mines, ac præsenti, qua nunc uiuis, componas: aspicias profecto quantũ lucri ex isto cõflictu consecutus sis. Nũc enim ieiunijs, uigilijs, lectioni orationibusq; perpetuis intẽtissime incumbis, grauitatemq; & humilitatem excellenter consecutus es. Antea nulla tibi laborum ratio, nulla cura erat, sed studium omne & labor hortuli curæ pomarijq; arboribus deuoueras. Audiui ego tunc plurimos, qui te obiurgantes, arrogantem ac superbum dicerent, atq; in hac parte nobilitatem generis patrisq; claritudinem, & quòd in opibus plurimis nimia parentum indulgentia fuisses educatus causarentur. Vigiliarum uero quam tunc negligens fueris, ipse melius nosti. Sæpe enim alijs profunda nocte statim exurgentibus, ipse graui somno mersus dormiebas, & cum te alij ad collectas excitarent, indignabaris, ac molestissime ferebas: at nunc ex quo bellum hoc & pugnam subiuisti, illa omnia soluta sunt atq; in melius mutata. Quòd si quæras ex me, quamobrem cum in delicijs ageres, ac mundi rebus omnino intentus esses, non tunc tibi dæmonem istum instar frẽni immiserit deus? illud ego respondebo, hoc quoq; singulari illius actum esse prouidentia. Sciebat enim tunc te imbecillum superandum facile ac mature periturum. Atq; ideo ne tunc quidem statim ad hanc luctam uocauit, cum ad monachorum uitam accessisses, sed exerceri prius te permisit, ac, plixo tẽporis spatio durare: iam uero posteaquam robustissimus factus es, tunc ad laboriosum hoc studium pertraxit. Adhuc igitur eorum qui sunt in seculo mentionem facis, famulumq; tuum in medium adducis. Illum enim te significare uoluisse reor, cum diceres plurimos seculares uiros, cum in hunc morbum incidissent, celeriter atq; integerrime fuisse liberatos. Verum enim famulus tuus ô amãtissime, & quicũq; huiusmodi cura cũ illo potiti sunt, non eadẽ ex causa cum huiusmodi peste congredi permissi sunt, qua tu modo. Illis enim ac cæteris similibus, sola terrendi eos causa, ut ex huiusmodi timore meliores fierẽt, hãc beluã immisit deus. Tibi uero non ea quæ cæteris causa est, sed ut pugnares fortiter ac strenue, dummodo uinceres, coronamq; patientię referres. Porrò uictoria tunc est, non cum quis adhuc theatro constanter luctando seipsum aduersario subducit: sed cum se præsentẽ iugiter exhibet, congrediq; atq; luctatorem suum suscipere paratũ, ac demũ cogitationes omnes nequã, quas ille per mœrorem suggerit, à se omnino excutit. Quòd uero res ita se habeat, sic collige. Cõstat profecto omnibus, quantũlibet tu te per humilitatẽ deijcias, à serui tui uita tuam longissime differre ac esse meliorẽ: deo itaq; maior tui q; illius cura sit necesse. Hoc autem dato, id quoq; similiter cõstabit non esse odij permissionem illam. Si enim esset odij, nunquam profecto quem magis diligeret, illi addixisset: cũ eum qui longe fuerat deterior, tam cito illi eripuisset. Neq; enim ex hoc solũ id asseueraueriṁ, sed ex quibus à deo te desertum putas, ex eis maxime illi curam tui summã esse conabor ostẽdere. Nã si nõ studiosissime

sissime cuncta hactenus egisses, quæ ad hanc liberationem pertinerent: si non peregrinationes lõginquas, ac laboris plenas, ut sanctis illis uiris, atq; ad eiusmodi soluendos nodos potentissimis congredereris assumpsisses, merito fortasse quidam dubitassent, cum non satis aperta uideretur esse causa, cur tãtum temporis afflígi te dominus permitteret: postea uero quàm martyrũ loca frequens adisti, ubi plurimi ex his quoq; qui concita ti rabie homines comedunt, sæpe sanati sunt: plurimumq; temporis apud uiros illos mirabiles ac strenuissimos, quicq; nunquam non potiri orationum suarũ fructu antè cõsueuerant, huius rei gratia fecisti: nihilq; omnino obmisisti, quod ad hanc absolutionẽ cõferre posse ulla ratione uideretur, reuersusq; es ferens tecum inimicũ, apertũ ac certissimum diuinæ circa te prouidentiæ documentum, & eis quoq; qui ualde insipientes sunt & hebetes conspicuum retulisti. Nunquam enim profecto tantam impendisset deus gratiam, nunquã tot in cassum labores effundi, nunquam seruos suos ita mœrore suffũdi passus esset, nisi id & tuæ probationi & utilitati uehementer expedire cognosceret. Itaq; quod tu diuinæ derelictionis signum putas, id in primis summi in te affectus & amoris certum augmentum est.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD Stagirium monachum de angore animi, Liber secundus.

ITa ista quidem de prouidentia dei, utcq; ille nõ aduersans & execrans, sed & nimiũ indulgens ac diligens hoc te exercet modo, dixisse sufficiat. Quoniã uero alia etiam ex parte uehementer te angi questus es, ut sæpenumerò dæmon uel pelago, uel præcipitio, uel alio quouis informis leti genere uitã tibi extorquere fere persuadeat: age de huiusmodi quoq; cogitationibus, paucis differamus, Nempe enim solius dæmonis non est illud cõsilium, sed etiã mœroris: imò uero plus mœroris q; dæmonis, fortasse uero mœroris solius. Quod ex eo profecto constat, q; plurimi etiã ab huiusmodi infectatione liberi, dolore solo ac mœrore agitati, mortẽ sibi ultro cõsciuerũt. Hũc igit ex animo tuo fuga ac penitus elimina. Videbis nullã uim restare dæmoni, non solũ ad persuadendũ ista, uerũ ne ad suggerendũ quidẽ. Nã quẽ admodũ hi, qui parietes suffodiũt, noctis tẽpore, extincto lumine, & furari opes, & earũ dominos cum omi facultate iugulare possunt: ita & hîc per cæcæ noctis horrorẽ ac tenebras mœrorẽ effundens, cogitationes oẽs, quæ ad munimẽ nostrum esse possunt, subducere prius ac furari nitit, ut desertã & sine adiutorio animã inuadẽs, plagis eam innumeris cõfodiat. At uero cũ quis summa & intentissima in deũ spe assurgens has tenebras discerit, atq; ad Solẽ iustitiæ cõfugiens, clarissimum illius iubar totis animæ sinibus haurire & recondere studuerit, protinus cogitationũ suarũ tumultum in latronẽ illũ impurũ trãsfundet. Nã & qui furta noctu aucupant, cũ quis illos deprehenderit, ac lumẽ ostenderit, tremũt, fluctuant atq; perturbant. Et quõ, inquies, possit qs hoc dolore liberari, nisi prius eripiat à dæmone agitatore eiusq; doloris incentore? Nõ dæmon est, qui mœrorem mouet, sed mœror potius uires dæmoni administrat cogitationesq; malas suscitat. Attestat huic rationi nostræ beatissimus Paulus, qui cũ de lapsis in sceleris ruinã Corinthijs scriberet, nõ dæmonẽ aliquẽ metuere, sed mœroris magnitudinẽ timere deprehendit. Ne forte, inquiens, abundantiori tristitia absorbeat, qui talis est. Cæterũ ut cõcedamus dæmonẽ acrius instare, pulso ex animo mœrore: quid iam erit ex hoc incommodi, uel detrimenti? Quid hic per seipsum aut paruum aut magnum possit contra nos? At uero mœror absente dæmone multa per se horrenda efficit, plurimosq; eorũ qui sibi uel nexuerũt laqueos, conscíuerunt gladios, uel fluuij se undis, uel flammis donauerũt, uel alio quouis genere perdidere seipsos sola doloris ac mœroris ui ad ita occumbendum impulsos reperiemus. Quòd si inter eos quispiam fortassis fuerit arreptus à dæmone, huius quoque perditio non dæmoni, sed mœroris tyrannidi ac uiolẽtiæ, meritò imputanda erit. Et quõ, inquies, possum non mœrore afficí? Si à multitudinis opinione, quam habeas de huiusmodi re, longissimè recedens sola superna sentias. Nunc enim idcirco ea res grauis atq; horrẽda uidetur, quia uulgares turbæ ita existimãt. Atq; si obmissa inani fallacíq; existimatione ipsam rem diligentius considerare uolueris, inuenies nullam inesse ei mœstitiæ occasionem: quod iam sæpe superius ostendimus. An uero æqualiũ tuorũ, & in religione sociorũ gratia afficeris? Reor enim te intuentẽ illorũ lætitiam ac fiduciam cum fratribus confundi, atq; ex tristitia cõfundere. Atqui ego id ueraciter dixerim, si quidem his in summa cõtinentia & sobrietate, atq; in reliqua uitæ philosophia degẽtibus, ipse in ludis & in aleis, & comessationibus tempus omne cõsumeres, rationabilis profecto esset hic mœror tuus. Sin autem eandem incedis uiam, eius causa quid angeris? quid anxius tabescis? Equidem si mihi ad aliquem ex his sermo esset, qui facile extolluntur laudibus, ea quæ modo dicere intendo profecto tacuissem. Quoniam uero ea mihi de te spes & confidentia est, quòd quantumlibet quis te laudet atq; admiretur, nunquã humilitatẽ deseres, ac ex eis laudibus potius humiliaberis atq; in ter extremos teipsum statues: cuncta, nihil metuens, aut dissimulans loquar. Tanta didici tibi accessisse religionis incrementa, tamq; singulares profectus, ut non iam cũ adolescentulis illis, sed cũ magnis admirandisq; uiris uirtute contendas. In nullo te illis inferiorem aiũt. Non ratione ieiunij. Quo enim pacto, cum panem & aquã tantum in cibum sumas, idq; post biduũ uel triduũ? Non uigiliarum prolixitate, cum ut ipsi plures unà noctes insomnes orans transigas. Non diuturno instituto, quo te quoq; plurimos illorũ trãscendere fama est. Audio admirans, ut tibi omne tẽpus in lacry-

lacrymis perpetuisq; orationibus cõsumitur. Sic enim referunt, qui à te ad nos proficiscuntur. Et quemadmodũ hi, qui silentio se deuouerunt, seq; ipsos tugurio breui incluserunt, nihil loquuntur: ita & te aiunt in tanta conuersantem multitudine persistere. Porrò contritionem cordis tui, squalorem ac dolorem, & hi qui enarrant exhorrescunt, plurimosq; hic dum tua narrarent instituta compunxerunt. Nullum unquam ingredientiũ, aiũt, respicit, nihil ex consuetis laborib. relaxat. Sæpius orauimus, ut parceret oculis, ne eos perpetuis lacrymis contereret, ne tempora uigiliarum nimi etate, irremissoq; & iugi lectiõis studio fatigaret, neque id sibi persuadere potuimus. Hoc ergo te mœrore conficit atq; perturbat, quòd æquales tu os tanta excellentia superas, quòd acerrimum & infestissimũ nactus aduersarium, tanto spatio tecum pariter currentes excessisti. Ergóne nõ merito dicebam mœrorẽ hunc præsumptæ solũ esse opinionis, quęsitum uero & perspicuum summas nobis lætitiæ ac trãquillitatis materias præbere? Quæ enim utilitas, quæso te, à dæmone nõ corripi, si omnis conuersatio & diligenter exacta, & ri te cõclusa fuerit? At fortasse confunderis ac erubescis, cum te sub oculis quorundam deiecit? sed hoc tibi ex eadem occasione cõtingit, quòd multitudinis opinione negotiũ hoc, non ratione metiris. Nanq; cadere non id tantum est, quod tu te pati dicis, sed in peccatũ corruere. In hoc sanè casu dolere, in hoc erubescere conuenit. Nos contrà in his, quæ nullam habent uerecundiæ rationem, confundimur: quæ autẽ reuera sunt turpia, execrationeq; ac supremo digna cruciatu, ea dũ perpetramus, nihil nos mali pati arbitramur. Atque anima quidẽ singulis diebus corruente, nullus est qui lugeat: si quando uero corpus hoc aliquid patitur, id uero durum atq; intolerabile esse iudicatur. Nõne id potius est à dæmone corripi, si adeo mirabiliter animus afficiatur, atq; ita circa rerum iudicia fallat? Nam si quidem ex ebrietate patereris, confundi merito ac mœrere debuisses: quippe id uoluntatis crimen esset. Sin autem ex alterius uiolentia id fit, non is qui deiicitur atque eã uiolentiã tolerat, sed is qui illam infert, erubescere & cõfundi debet. Nã & in platea & si quando non cõmissa pugna alter alterũ impellens deiicit, non cadentẽ, sed impellentem causamur omnes. Vtile quidẽ est erubescere, sed tum profecto, cum aliquid gesserimus, quod ille dignũ cruciatu iudicet, qui nos iudicaturus in fine est. Quandiu aũt nihil huiusmodi nobis cõscij fuerimus, cuius rei gratia cõfundimur? Neq; em̃ si quis te sine ratione, nihilq; abs te læsus cæderet, aut in terrã deiiceret, tuq; omnia mansuetudine tolerans abires, cõfusionis ea res esset, sed supremæ philosophiæ, maximarumq; laudum. Quòd si hominibus iniurias inferentibus, perferre glorioſum est, eo qui mortales omnes astu & nequitia transcendit, hoc ipsum faciente, qui illius uesaniam fortiter tulerit, quasi rẽ uituperatione dignã fecerit, rubore confusus perfundetur? Et quid hac contrarietate dici irrationabilius possit? Siquidem enim ex casu illo exurgens turpe aliquid aut facere inducereris, aut loqui, ne ipse quidẽ super his te lugere ac dolere prohiberẽ. Sin aũt omnia cũ gratiarũ actione toleras, atq; ad orandũ te statim conuertis: quid est qd̃ tibi uerecundiã aut confusionẽ faciat? Sed fortassis dura & dolenda iudicantur probra, ab alijs in os coniecta. Et quid eiusmodi hominibus dici uituperabilius possit, qui neq; digna exprobratione rite possunt discernere? Isti enim reuera insani sunt, ac dæmonio pleni, qui rerum natura ut sese habeat, intueri nunq; didicerunt: sed ea quæ sunt laudibus dignissima, uituperant: & quæ sunt exprobranda, in laudabilium transferunt ordinem. Plurimis & phrenetici præsentes maledictis insectantur: sed hi, qui illa audiunt, nullas se pati contumelias existimant. Et tu igitur cũ amentes illos ita loqui audis, noli cõtumeliam aut cõfusionem eam rem existimare, ne tunc maxime probris te dignum cõstituas, dum contra te deum per tuam impatientiã prouocas. Quoties enim ea quæ pro nostra emendatione & utilitate à deo inferuntur probro tibi esse arbitraris, uide quò hæc pestis emerget. Quod si uis qui sint reuera confusione & exprobratione dignissimi perspicere, paucos è multis tibi conabor ostendere. Eos ergo inspice, qui mulierũ formæ omni studio addicti sunt, qui pecunijs usq; ad insaniã inhiant, qui potentiæ ac glorię sũt cupidissimi, dũq; ista cõsequant̃, agere omnia & pati sustinent, qui liuore & inuidia tabescunt, qui insontibus insidiant̃, qui semper atrambilem patiuntur, qui uitæ præsentis cõmoda summa rabie sectãtur. Ista reuera atq; his similia uesaniæ sunt opera supremisq; cruciatib. dignissima. Ista probris omnibus & confusione atq; irrisione insectanda. Porrò si quis dum perturbat̃ à dæmone, sic quoq; summã philosophiã per omnẽ uitæ ordinẽ ostendit: non solum non exprobrandus, uerum admirandus laudibusq; merito extollendus est, qui tot tantisq; præditus uinculis, cursum adeo laborioſum currit arduãq; & asperã cõscendit uirtutis uiam. Cæterũ nescio quo pacto me penè & aliud effugerit, quod ipse plus habes q̃ fratres reliqui. Id autẽ est huiusmodi: Si quid tibi antea peccatum est, facile per hanc pressuram id omne deletur ac remittitur. Atque à nobis hoc antea ostensum est, cum de Lazaro, & de illo qui apud Corinthios fornicatus, sermonẽ haberemus. Sed patri, inquies, timeo: etsi em̃ omnia mea modeste ac leuiter perferre possim, quomõ illius cladẽ ac uesaniam feram, si quãdo quid horũ illum explorare contigerit? Hactenus quidẽ nihil persensit. Est aũt maximę pusillanimitatis, eorũ gratia, quæ necdum cõtigerunt, incertũq; est an euẽtura sint, mœrore iam nos ac dolore conficere. Vnde enim nobis cõstet hęc ad illius peruentura notitiã? imò uero sit hoc planè perspicuũ cõcedamusq; si uis cuncta illum nosciturũ, plurimaq; furiosè & atrociter facturum. Laudo te equidẽ, si illius indoleas uicẽ, cæterum nolo id cum tuo detrimẽto facias. Quippe eos qui superna, nõ terrena sapiunt, non

solum

ſolum ira & cõcupiſcentia, cæteriſq; perturbationibus, ſed mœrore etiã abſtinere cõuenit. Hic em̃ longe pluribus q̃; perturbationes illæ nos incommodis afficit: prorſusq; neceſſe eſt aduerſus illum nos fortiſſime inſurgere, niſi omnino perire uelimus. Nam ſiquidẽ ipſe huiuſmodi calamitatũ patri autor fuiſſes, recte ſanè trepidares ac tremeres qui tantæ illi perditionis cauſa eſſes: ſin autẽ ipſemet ſummis malis atq; incommodis affici uult, nihil te horũ penitus tangit, niſi inquantũ patri pie condolendũ eſt. Prẽterea neſcimus quõ huiuſmodi rumores ille laturus ſit. Pluríma enim ſæpe contrà quàm ſperabatur, emerſerũt. Toleraturũ autẽ illum ſine moleſtia præſumi facile poteſt. Cur id? Habet adulterinos filios, quos & plurimi facit, & maxime diligit. Porrò hæc illius amoris uis eiuſmodi mœrorẽ facilime lenire poterit. Ne igitur te ipſum curis excrucies. Nam ſi dolendum eſt, eius profectò rei gratia dolendũ eſt, q̃ irrationabilib. ſumptibus, quòd comeſſationibus, quòd faſtu & tyrãnide, q̃ præſenti inceſtu, opinioni ſuæ maculam inducit: & quod omnibus grauius eſt, periculo ſe æternæ mortis exponit. An tu modicũ ſcelus exiſtimas uxore illius matre ueſtra uiua atq; in cõlumi, alterius maculari cõcubitu, filioſq; ex illicito procreare matrimonio? Iſta luctu digna, iſta lacrymis & omni cõploratione miſeranda, quæ aperta ſunt, atq; in finem peſſimũ excedunt. Quæ uero tui gratia futura ſunt, fieri poteſt ut grauia ſint: fieri item, ut opinione leuiora. Summæ uero eſſet amentiæ in rebus adeo incertis certo ſe iã cruciatu conficere. Vt autẽ concedamus interim illum uehementiſſima indignatione concitatũ: at citiſſime illius iſta cõmotio ſedabitur, & antequã planè incendat, extinguetur. Homo em̃ tot delicijs accubãs, maximarũq; rerum curis implicitus, paraſitos & aſſentatores nutriens, puellãq; illam tam uehementer ardens, ex qua filios habet, ueſtros ex dimidio fratres, etiã ſi tuos caſus percepe rit, dolorem minimũ capiet. Idq; non ex his ſolum quæ dixi, ſed ex præteritis conijcio. Noſti em̃, pla nè noſti, cũ te ille nimiũ antea diligeret, totusq; in te quieſceret atq; ex te pendere uideret, ex quo te ad monachorũ uitam atq; inſtituta intuliſti, affectus omnis ille q̃ refrixit. Rem em̃ ille te facere turpiſſimã, & maiorũ ſuorũ gloria indignã, opinionemq; & claritatẽ generis obſcurare obteſtãs clamabat. Itaq; (niſi tamen nimis ineptum quod dicam uideat) arbitror illum rem geſtã cum uoluptate auditurũ, quaſi pœnas dederis, q̃ orante illo ſæpius, atq; à uitæ iſtius tolerãtia te remouere cupiente, cõſilium ipſius nunquã paſſus ſis admittere. Et de patre quidem ac timore tuo, quòd de illo maxime ſolicitus es: iſta habui quæ dicerẽ, ſuffi cientia, ut reor, ad omnẽ huiuſce metũ excludẽdũ. Quoniã uero malorũ tuorũ ſummã eſſe aſſerebas quòd neq; de futuris poſſes certius cõfidere, neque ſcires huiuſmodi ne unquam uinculis ſoluendus eſſes, an in finẽ uſq; pugnare te ille decreuiſſet, qui tibi certamẽ hoc ꝓpoſuit, ne ipſe quidem exploratũ ac certũ aliquid dicere, aut futurorum

A euentus aperire poſſum. Illud tamen ſcio manifeſte tibiq; perſuaſum cupio, utrumuis horum contingat pro tua utilitate & gloria futurum. Quod ſi hoc animo fueris, cito ſupremũ hunc malorũ, ut ais, uerticẽ abs te arcebis. Ad hæc illud quoq; tibi cogitandũ eſt, præmiorũ & coronarũ tempus eſſe futurũ ſeculum, colluctationũ uero ac laborũ præſens. Quod nobis apertius inſinuare uolens beatus Paulus dicebat: Sic curro nõ quaſi in incertũ: ſic pugno, nõ quaſi aerem uerberans: ſed caſtigo corpus meũ, & ſeruituti ſubijcio, ne forte alijs prædicans, ipſe reprobus efficiar. At uero cũ ad finẽ certaminis ueniſſet, tũc demũ beatiſſimã illã emiſit uocem: Bonũ certamẽ certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, iam repoſita eſt mihi corona
B iuſtitiæ. Oſtendens uitã omnẽ in certaminibus & laboribus nobis eſſe agendam, ſi cupimus æterna requie bonisq; illis perfrui. Sin aũt aliquis ita delicatus, ac negligẽs ſit, ut putet ſe & huius uitæ uoluptatibus, & præmijs ac gaudijs cœleſtib. iuſtis præparatis frui poſſe, hic ſeipſum prorſus fallit ac decipit. Nam ſicut in athletis, qui intẽpeſtiue certaminum requiẽ & abſolutionẽ quærit, confuſionem ſibi atq; ignominiã parat: qui uero in ſtadio labores omnes fortiter tolerat, coronã & gloriam & laudes, & in ipſo certamine, & poſt ſolutũ theatrum à ſpectatorib. conſequit: Ita in nobis quoq; fit. Nã is qui laborũ tẽpus quieti dedicat, tunc immugiet & ſtridebit dentibus, quãdo inſeneſcibili
C illa & æterna requie debuiſſet requieſcere, extrema & immortalia ſupplicia luere coget. Qui uero preſſuras omnes prompte ac libenter tulerit, & hic & in futuro ſeculo clariſſimus erit, uera q; & immortali gloria beatus. Nam ſi in ſecularib. qui rerum tempora confundit, omnib. ſibi propoſitis cõmodis excidit atq; innumeris ſe calamitatibus exponit, longe id magis in rebus ſpiritualibus patitur, qui temporũ ordinẽ ignorat. Dixit em̃ Chriſtus: In mundo preſſuram habebitis. Beatus enim Paulus: Et oẽs, ait, qui pie uolunt uiuere in Chriſto, perſecutionẽ patiuntur. Non ſolas hominum perſecutiones dicẽs, ſed & dæmonũ inſidias. Iob quoq;: Tentatio, inquit, eſt uita hominis ſuper terram. Quid ergo angeris? quid grauiter fers, quid in ærumnæ tẽporibus uexaris? Tunc enim dolendum, tũc ingemiſcendum eſſet, ſi quod Chriſtus preſſuræ tempus deputauit, id nos deliciarum & quietis faceremus: ſi quod tempore pugnare ac laborare iuſſi ſumus, eo torperemus: ſi latam incederemus uiam, cum ille per anguſtam præceperit eundum. Ita enim neceſſario iam nobis relinqueretur cruciatus ille ſempiternus. Quid ergo, inquies, de illis dicit, qui & in iſto ſeculo gradiuntur in latitudine, & in futuro æternis præmijs felicijſſimaq; requie donandi ſunt? Quem tu mihi talem dabis? Ego enim ſolius Chriſti uerbis acquieſco dicentis: Anguſtia & arcta uia eſt, quæ ad uitam ducit. Quòd autẽ per anguſtam uiam late iri non poſſit, omnibus profecto liquet. Si enim in exterioribus certaminibus nullus abſq; ſudorib. coronam referre poteſt, atq; id cum eiuſdem na-

1. Cor. 9

2. Tim. 4

Matth. 7

Ioan. 16

2. Tim. 3

Iob. 7

turæ consortem habeat aduersariũ ubi nobis uirtutes illæ nequam obluctant, quo pacto sine summis laboribus pressurisq; & angustijs illarũ insaniam superare poterimus? Sed enim nos quandiu rationibus ista uentilamus, cum liceat confugere ad beatos illos ac fortissimos qui prioribus fuere temporibus. Examina diligẽtius eos, qui fuerunt nominatissimi, uidebis oẽs primo aduersitatibus probatos, ita demum diuina familiaritate dignos habitos fuisse, maximamq; ad illum habuisse confidentiam. Atq; primo, si placet, primum tẽporis inspiciamus filiũ, agnum Christi secundum Abel.
Gen. 4 Is cũ in nullo ius uiolasset, ea passus est quę meren tur hi, qui grauissime peccauerint. Nos eñ dum flagellis erudimur peccatorũ nostrorũ pœnas damus. At uero iustus ille nulla causa cruciatus est, nisi quia iustus erat. Atq; is quidem quandiu nullum excellẽs uirtutis suę documentũ dedit, agnoscebat illum frater: ubi uero ex sacrificio placuit clarusq; meritis eluxit, tũ iam naturã quoq; ipsam ille ignorauit, inuidia scilicet cæcatus. Vnde uero nosti an modo quoq; eadem causa diabolũ aduersum te cõcitauerit, uitæq; tuæ fulgor illũ ad hanc pugnã euocauerit? Rideas placet ista loquẽtem, laudo equidẽ humilitatẽ tuam, non tamen ab hac sententia desistam. Si eñ ille adipẽ offerẽs ita deo charus acceptusq; fuit, is qui nihil extrinsecus, sed seipsum totũ obtulit deo, multo profecto magis aduersum se prouocauit inimicũ. Deus autem te illum inuadere permisit, sicuti & tũc cædem illam tam immanẽ haudquaquã impediuit: sed passus est sanctum illum atq; innocentissimũ uirũ in scelerati paricidæ manus incidere, neq; eum eripuit, qui propter se atq; ob gratiam honoris sui mactabatur. Noluit enim illi coronas suas minui. Quo circa ad finẽ usq; illũ excurrere permisit. Et quis, inquies cruciatus est mors? Vtinam quidem hũc & ego subirẽ cruciatum. Ista nunc dicis amantissime, At prius res omniũ grauissima esse putabat omniq; supplicio immanior. Deniq; in lege Mosi hi, qui maxima quæq; deliquissent, ac uenia indigni, morte multabant. Sed & apud ipsos quoq; externos legumlatores, hi qui in maximis turpissimisq; flagitijs deprehenduntur, non alio supplicio afficiuntur, sed tamen perditissimorum hominum supplicium iustus ille perpetitur, imò uero eo grauius, quo & fraterna dextra percussus occu
Gen. 6 buit. Quid autem de Noe dicimus? qui & ipse iustus ac perfectus fuit, cunctisq; corruptis ac perditis, solus placuit deo, reliqs omnib. illũ offendentibus. Innumera planè iste aduersa pertulit, pressurasq; plurimas ac uarias. Neq; enim ut Abel cõtinuo mortuus est, neq; id passus quod tibi leuissimum uidetur, sed lõgissimam uitam tolerauit, tot annos his qui ferunt onera, grauissimoq; semper pondere premunt, nihilo leuius aut quietius affectus. Hoc autẽ statim apertissime probabo, hinc initium sumens. Annum integrũ iste carceri addictus fuit, carcericq; peregrino & horrendo. Vt eñ ferarum serpentium multitudinem omittam, quibus cum tanto tempore communiter uixit, in tantis relictus angustijs: quid illum animi habuisse putas inter adeo ingẽtes tot tonitruorũ mugitus fragoresq; nimborum? Quippe inferior abyssus disrumpebat, superior summa impetus ui demittebatur, cum intrinsecus ille cum liberis sedebat solus. Et si enim de fine quieto securus erat, per eorum tamen quæ fiebant uehementiam, metu fere præmortuus fuerat. Vbi enim nos cũ habeamus firmissimas sedes, ac domus in terra altius fundatas, urbesq; septas mœnibus inhabitamus: tamen si uideamus pluuiam uel modice uehemẽtius soluto demitti, cõcidimus metuq; cõstringimur: quid ille passus æstimet, cũ solus intus esset, abyssumq; illam horrificam, ac uaria discriminum genera cõsideraret? Deniq; sufficere solet ad feriendos summo pauore animos, urbem unam, uel domum etiam ui aliqua inundationis absorptam undisq; opertam cernere. At uero quando id orbis uniuersus passus est, dici nõ potest, quanto uir ille iustus mœrore, quo metu, cũ in medijs fluctibus circunferret, affectus sit. Totũ ergo annũ illum in eo metu ac dolore egit. Cum uero tandem diluuium cessasset, paulatim quidẽ iam cedebat metus, sed plene mœror augebat, prodientẽq; ex arca tẽpestas alia excepit priore non minor, cũ intueret horrendam illam solitudinẽ necẽq; illam uiolẽtam, atq; interfectorũ corpora limo ac luto permixta, cunctosq; pariter homines, & asinos, & cætera his etiam ignobiliora animantiũ genera, uno prorsus miserabili sepulchro obruta. Nam etsi nimiũ peccatores fuerant, qui talia perpessi erant: homo tamen erat Noe, gentilesq; suos non poterat nõ miserari. Quippe & Ezechiel cũ iustus esset sciretq; Israelitas iniquissimos ex omnibus, uidens tamẽ illos iugulari, & corruere, hoc idem passus est, atque illacrymauit: & certe anticipãs deus omnem sibi illorum impietatẽ reuelauerat, atq; ipsis oculis intuendam prębuerat, ut cum illos puniri inspiceret, eam calamitatem fortiter perferret. Sed tamen cum tanto præscientiæ solatio præparatus esset, ita quoq; angebatur eorũ cladibus, corruẽsq; pronus in terram, clamabat: Heu mihi domine, de Ezech. 9
les tu reliquias Israel? Non semel autem solũ perpessus est, sed & secundo cum Iechoniam regem gentis suæ cerneret occisum. Itaq; & Noe, tametsi innumera sciebat illorum esse scelera, non tamen Ezechiel siue Mose fortior erat: quippe & ille sæpe eadem quæ Propheta passus est, peccantes intuens Hebræos, tunc eos maxime miserabatur, quando puniendi erant, magisq; ipse quàm qui puniebantur, angebatur. At uero calamitas hæc longe erat grauior: quippe dum tot premeretur angustijs, solitudine horribili, miseria gentis suæ, pereuntium multitudine, mortis genere, terræq; totius desolatione, atq; undiq; mœror incresceret, qui se uehementissime concuteret. adijcitur continuo consolationis loco nati contumelia, res quidem intolerabilis, uerecundięq; & doloris incredibilis. Quanto enim amicorum probra grauiora quàm inimicorum sunt, tanto iniuriæ à filijs acceptæ, quaslibet amicorum quoq; iniurias ratione

tione doloris exuperant. Cum enim quem genue A
rat, quem educauerat, quem erudierat, cuius gratia labores plurimos ac dolores curasq; toleraue-
rat, eum præ cæteris contumelioſiſſime ſe tracta-
re cerneret, ne ferre quidem animi dolorem pote
rat. Contumelia quippe libero homini, tum per ſe
eſt intolerabilis, tum ſi à filijs manauerit, in ſtupo
rem animi conuertit. Tu uelim non id modo faci-
nus conſideres, ſed ex eo ipſo conijcias, quàm ille
contumelioſe priori omni tempore patre uſus ſit.
Qui enim ante oculos recentis timoris imagines
atq; iudicia uerſabat, ac nuper horrido ex carcere
illo proruperat, orbiſq; totius clades hauriebat o-
culis, ne ſic quidem correptus ſiue emendatus fue
rat, ſed eum quem minime omniũ debuerat, con-
tumelijs afficiebat, neq; omniũ mortalium nece, B
neq; ſolitudine, neq; dei ira, neq; alia ulla earũ re-
rum quæ tum contigerant melior effectus fuerat,
cuiuſmodi ille ante diluuium fuit, cum plurimos
haberet, qui ſuapte natura pronũ hortarentur ad
uitia? Tunc enim profecto, tunc moleſtiores flu-
ctus iuſtus ille pertulit q̃ fuerint qui pòſt in dilu
uio contigerunt, & huiuſmodi ipſius filij, & reli
quorum omnium gratia. Nam in diluuio quidem
ſola illum aquarum multitudo anguſtabat: ante
diluuium autem undique uitioſitatis abyſſo com
primebatur, undiq; cunctis uehementius inſidijs
nequiſſimorum hominum, ac ſceleribus collide
batur. Solus enim relictus in tanta ſceleſtorũ ho-
minum flagitioſorũq; multitudine, etſi nihil aliud
patiebatur, irriſiones tamen plurimas, ac iurgia C
quotidie ferebat. Idq; cũ aliàs antea, tum maxime
quando illis de futuris cladibus uerba faciebat.
Iſtud uero quantam uim habeat ad perturbãdos
animos, teſtat̃ q̃ ex utero matris ſanctificatus eſt
Hieremias, qui ꝓpterea prophetiam quoq; ipſam
Hier. 20 relinquere meditabat̃. Dixerat em̃, inquit, ut non
prophetem. Præterea id ſolũ, quòd nullus illi erat
unanimis, nullusq; ſuis moribus conformis, quan
tum illi tædij, quãtum putas mœroris offuderat?
Neq; hoc tantũ angebat̃ uir fidelis, uerũ ex illorũ
Ezech. 9 miſeratiõe cruciatus innumeris horis ſingulis pa-
tiebatur. Non enim tunc ſolum mœrent uiri iuſti,
cum iuſtos morientes aſpiciunt, ſed etiam cũ pec-
cantes uidẽt. Imò uero multo amplius morte iſta
animarũ q̃ corporũ anguñt̃, quod ex prophetis D
facilime animaduerti poteſt. Alius quippe illorũ
Mich. 7 amarè ingemiſcens: Vę, inquit mihi, quia perijt
pius ac religioſus de terra, nec eſt in hominibus,
qui quod rectũ eſt faciat. Alius ad deum loqueba
Abac. 1 tur: Quare oſtendiſti mihi labores & dolores? Et
de his qui iniurijs opprimebant̃ nimiũ condolẽs
lugebat dicens: Facies homines ut piſces maris
nõ habẽtes ducem. Quod ſi tunc iſta cõtingebãt,
cũ leges cõſtitutæ eſſent, & principes, & iudicia,
& ſacerdotes, & prophetæ, & cruciatus: cõſidera
quanta impudicitiæ magnitudine ſub Noe cun-
cta ſcelera admittebant̃, cũ nullo horũ adhuc ho-
mines quaſi freno continerent̃. Et ſub prophetis
quidem non ualde longæua erat uita ætas q; mor-
talium: ſed ſeptuaginta uel octoginta annis termi

nabatur: tunc uero ultra ſexcentos annos huma-
na uita tẽdebat̃. Vt igit̃ alia omittã, quot labores,
quot negotia ſubire cogebat̃, qui adeo prolixum
iter gradiens currebat, ac uiribus totis intẽdebat,
in tanta uiæ longitudine ne parũ quidẽ diuertere
cũ plurima eſſent quæ ꝓhiberẽt? Et qd dico pluri
ma, cum tota prorſus uita à finibus ad fines terræ
eſſet huiuſmodi, tota ſcopulis, ſentibus, beluis,
ſqualore, peſte, algore, maleficijſq; omnibus plena? Equidẽ facilius exiſtimauerim anguſtiſſimã
ſemitã ꝓfundiſſima nocte ſemper incedere, quã
illis tẽporibus uirtutis uiã: tot & tanta erant, quæ
greſſus illius rectos conarent̃ euertere. Cũ enim
omnib. quæcunq; uelint agere licitũ ſit, unus ue-
ro ſolus contrariã omnibus incedat uiam: quan-
do is ad finẽ peruenire poterit, cunctis illũ retro
impellentibus, atq; à cœpto excludentibus itine-
re? Cuius enim difficultatis ſit cũ plurimis degen-
do recte operari, documẽto nobis ſunt hi, qui mo
do quoq; ſolitudines occupant: cum tamen recte
uiuendi formã, ubiq; diſſeminatã, concordiãq; &
ſummã ad inuicẽ beneuolentiã, charitatisq; con-
ſenſionẽ cernere in promptu ſit. Tunc uero nihil
horum inueniri poterat, ſed aduerſum uirũ illum
omnes unà feris omnib. immaniores erant. Quid
igitur hac uita triſtius, quid luctuoſius, quid labo-
rioſius dici aut fingi poteſt? Equidẽ oſtenſurum
me promiſerã illum nihilo meliore cõditione fu-
iſſe his, qui ſemper onera ferunt, nunquam requie
ſcunt, ſed ratio aliquid amplius efficit. Nõ ſolum
enim non meliore, ſed & longe grauiore ac dete-
riore conditione fuiſſe nobis patefecit. Videt̃ plu
rimis Abrahã ætatẽ omnẽ proſpere ac tranquille
uixiſſe. Quocirca feliciores quoſq; & undiq; flo-
rentes illi cõparare ſolent. Age ergo inquiramus
diligentius, quæ illi contigerunt. Hic mihi uideri
ſolet longe grauiora q̃ Noe, quamq; Abel per-
peſſus: ſed ego ſatius eſſe ac melius iudico nihil
interim dicere, quòd rerum diligens diſcuſſio ſen
tentiã ferat. Quæ igitur illi in Perſide & uſque ad
ſeptuageſimũ annum contigerunt triſtia, nullus
aperte ſcire poteſt: neq; enim beatus Moſes eius
nobis temporis hiſtoriam tradidit, ſed omni hac
ætate omiſſa, à ſeptuageſimo anno narratiõis ſuæ
cepit initium. Quòd tamen & ipſe non diſſimilia
Noe perpeſſus ſit, ualde rationi conſentaneum
eſt, cum inter tot impios ac barbaros ſolus pieta-
tem coleret. Hoc ſanè incertum, ut reliqua, obſcu
rumq; non eſt: imò ita clarũ, ut id tardiſſimi quiq;
facile cõiectare poſſint. Verum iſta quoq; modo
omittamus: atq; à peregrinatione ſua ordiamur,
illud primo inquirentes diligentius, quanto itine
ris ſpatio Chaldæorũ prouincia à Paleſtina ſepa-
rata ſit, aut quę nam fuerit uitæ illius cõditio, quõ
tunc ſibi miſceri illi potuerint: qui fuerit uiuendi
atque conuerſandi modus. Non enim quia facile
tunc iuſtus ille obediuit, res & continuo facilis
exiſtimetur: neque quoniam cito ac breuiter Mo
ſes rei geſtæ digeſſit ordinem, opus ipſum uerbo-
rũ breuitate putes imitatum. Iſta em̃ dicere & nar
rare facillimum eſt: agere autem, laboris difficul-

tatisq; pleniſſimam. Viæ igitur iſtius longitudinem locorumq; intercapedinem diligentius nobis enarrare poſſent, qui inde ad nos profecti eſſent. Nos hactenus illorum quidem nemini congreſſi ſumus: unum uero ex his, qui ex citeriore prouincia aduenĩunt nacti, cum ab illo inquireremus quò iter agere coactus eſſet, triginta & quinq; dierum numerum audiuimus: & Babylonem quidem ille nũquam ſe uidiſſe ait, audiſſe tamen ab his, qui ibi fuerant, tantundem itineris reſtare conficiendum, ut eò peruenĩretur. Atque huiuſmodi diſtantia locorũ & tunc erat & nunc eſt. Porrò itineris conditio non ea modo eſt, quæ tũc fuiſſe creditur. Nunc enim & manſionibus perpetuis diſtinctũ eſt, & urbibus ac uillis frequentib. ornatũ, uiatoresq; plurimos offendunt, qui illuc proficiſcuntur, quod non minus ad ſecuritatis rationẽ ualet, q; manſiones, urbes atq; uillæ. Præterea & ex prouincia ciuitatũ principes deligunt uiros, corporis magnitudine & robore cunctos excellentes, iaculoq; & funda tãtum ualentes, quantũ uel ſagittarij ſagittis, uel armati pilis, ſtatutisq; ducibus quibus illi obtemperẽt, hoc eis unicum iniungunt munus, ſolamq; itineris tuendi curam cuſtodiamq; permittunt. Ad hæc aliam longe his omnibus diligentiorẽ curam excogitarunt. Habitacula enim mille paſſibus ab inuicem diſtincta, itinere toto fabricantes, nocturnos illic ſtatuere cuſtodes, per illorum labores & uigilias maximũ contra latronũ impetus munimen uiatoribus cõſtituentes. Tunc uero nihil horum erat, non uillæ perpetuæ, non urbes, non diſcretæ dierũ ſingulorum manſiones, non crebra diuerſoria, non commeantium ueſtigia, non aliquid deniq; huiuſmodi. Libet nunc omittere ſemitæ aſperitatẽ, aeriſq; inæqualitatẽ, quæ & ſi deſint, & alia per ſe uiatoribus ſunt moleſtiſſima. Teſtes mihi ſunt, qui cũ uehiculis iumentisq; inuehunt̃: & ne ſic quidem conſueta itinera audẽt incedere, niſi prius ea ſtrata lapidibus uiderint, foueasq; impleuerint, atque cuncta complanauerint. Cæterum tunc inhabitabili regione erat uia illa deſertior, ipſisq; montibus & collibus aſperior: præruptisq; omnibus & præcipitijs periculoſior. Nondum id quod eſt omnium grauiſſimum dixi, quo pacto Barbaris, ferisq; nationibus nouus ſemper hoſpes iungebatur. Hoc enim maiora illi, atque difficiliora indies negotia præbebat, cũ omnes tunc per gẽtes, imò uero (ut uerius loquar) per ciuitates diuiſi eſſent atq; ſeparati. Neq; em̃ ſicuti nunc in maxima orbis parte fieri cernas, uni imperio, uniusq; ditioni mortales oẽs ſeruiebãt, eiſdemq; gubernabantur legibus: ſed ueluti corpus unũ in multa mẽbra cõciſum, ita hominũ genus diſperſum erat atq; diſſipatum, hoſtesq; ex hoſtibus iuſtus ille mutare indies cogebatur, etiã anteq; priores effugeret, rurſus in alios incidens, cum alibi quidem confuſe plurimi dominarentur, alibi nullus dominationis ordo ſeruaretur. Quid igitur hoc uitæ genere moleſtius? Non enim ſibi ſoli metuebat ac pauebat, uerum patri & uxori & nepoti. Seruorum quoq;

A non exigua nec contemnenda erat cura, etiã cum domi requieſceret, nedum tunc quando uagus per aliena ferri cogebatur. At ſiquidem exploratum ille habuiſſet, quando hic error finẽ fuiſſet habiturus, nõ adeo graues illæ curæ fuiſſe uiderent̃: nunc uero cũ ſimpliciter atq; indefinite audiſſet; Gen.12
In terram nõ iſtam, uel iſtã, ſed quã monſtrauero tibi: omnia mente circumibat ac perluſtrabat, ingentesq; tumultus animo accipiebat, cum nunquam ſiſtere cogitationẽ poſſet, ſed ſuſpicari plurima, curisq; angi cogeretur. Credi enim poteſt ad orbis terræ fines, Oceanumq; ipſum ſe profecturum expectaſſe. Itaq; etſi non omnem perluſtrauit terram, curam tamen huiuſce ſibi perficiendi itineris ſuſtinuit. Neq; enim animo ita paraB tus erat, quaſi ſolam uſq; Palæſtinã profecturus: ſed quaſi ubiq; iubẽtem ſecuturus, etiamſi orbem totum peruagari iuberet̃, etiamſi ad eas quæ extra orbem ſunt inſulas accedere. Quòd ſi ſperare contrarium præceptum indefinitum ſuaderet, id rurſus erat moleſtiſſimum. Is enim qui graue aliquid ac oneroſum toleraturus eſt, multo feret leuius, ſi aperte ſciat, quid ſibi ſuſtinẽdum ſit, & ad quid ſeſe præparare debeat, quàm ſi per omnia cogitationibus iactetur ambiguis, & nunc læta, modo triſtia expectet: nec poſſit cuiquam horum firmiter hærere, cum utrunq; pariter ſperari aut credi poſſit. & iſta quidem antequam in repromiſſam terram peruenĩret. Cum uero tandem Palæſtinam ueniſſet, & quaſi iactis ancoris ſe iam quieC turum ſperaret, tunc uero maior illũ in portu tempeſtas excepit. Eſt aũt ea nõ minima doloris pars cum quis aduerſis ſe ereptũ putans, atq; ad finem ipſum peruenĩſſe, cura iam omi & cogitatione ſolutus, rurſus initium aliud malorum cõgredi compellitur. Nam qui ad ferenda fortiter aduerſa adhuc paratus eſt, æquiore animo iſta cum ſibi inferentur, excipiet. At uero ſi poſitis curarũ cogitationibus, dum ſe quieturum ſperat, aliquid huiuſmodi contingat, duabus ex partibus turbatur, ac facillime dolore capitur: quippe dũ præter ſpem & expectationem uritur curis, & animo iam ſolicitudine uacuo, ſeſe præparare deſiit. Quænã ergo iſta tempeſtas fuit? Fames ita ualida Palæſtinã occupauerat, ut inde continuo exurgere coactus D ſit, atq; in Aegyptum proficiſci. Quò cum peruenĩſſet, ueluti malorum finem inuenturus, alia illũ rurſus fame triſtior atq; acerbior clades inuaſit adeò ut periclitari de uita cogeret̃: atq; eò timoris deductus eſt, ut quod humana exiſtimatione grauiſſimũ eſt omniũ, uxorem ſcilicet alienæ libidini exponere, metu coactus eligeret. In tantam enim tunc neceſſitatem deuenit, ut etiam hypocriſi ſub mitteret̃: quo quid dici miſerabilius poſſit? Quo enim animo illum fuiſſe exiſtimas, cum uxori ita conſulere cogeret̃, & diceret: Scio ego, quòd mu- Gen.12
lier decora facie ſis. Erit ergo cum te uiderint Aegyptij, dicturi ſunt, quia uxor illius eſt, & interficient me, & reſeruabunt te. Dic ergo quia ſoror illius ſum, ut bene mihi ſit propter te uiuatq; anima mea ob gratiã tui. His uerbis uſus eſt, qui propter

pter deum & patriam, & domũ, & amicos, & cognatos, aliaq; omnia dimiserat, qui huiusmodi ęrumnam, tantumq; laboris tam prolixo tempore in itinere perpessus fuerat: & tamen nihil huiusmodi locutus est, puta, reliquit me deus, & auersatus est, suaq; cura & prouidentia excluſit: sed fortissime solum ac fidelissime omnia pertulit: & qui maxime omnium uxore per summam uim contumelijs affecta, irasci atq; indignari debuerat, agebat omnia ne cõtumelia tam grauis manifesta fieret. Hoc uero cuiusmodi mœroris ac doloris sit, nego ego sermone posse explicari. Norunt id omnes, qui uxores duxerunt, atq; in zelotypiæ unquam suspicionem inciderunt. Sed & Salomon
Prou. 6 quænam sit hæc passio testatur, dicens: Plenus enim zelo furor uiri eius, non parcet in die iudicij, neque ullo pretio inimicitias soluet, neque bonis
Cant. 8 plurimis reconciliabitur. Et rursus: Fortis ut mors dilectio, durus ut infernus zelus. Quòd si zelotypus ita excandescit: is qui tantis pressus incommodis, ut cogeretur eis quoque adulari, qui se cõtumelijs afficerent, & in quos ulcisci debuerat, cuncta facere, ut libidines explerent, suaq; uxore fruerentur, quo non dici potest miserabilior? Interea cum ista quoq; tristia finem accepissent, alia rursus aduersa gignebantur, famiq; illi bella successere grauissima. Omitto nunc rixas & iurgia pastorum, distributionem cũ nepote substantiæ: quamuis ista quoq;, si cum cæteris examinentur, mœrorem facile inferre possunt. Cum em̃ is, qui seruatus ab eo fuerat, tantisq; per illũ potitus commodis, quem sibi cedere per omnia, pastoresq; suos increpare decuerat: hic optione proposita, fertiliorem sibi regionem elegit, incultã illi ac desertiorem relinquẽs: quis oro, facile ferret, non dico detrimentum: sed iniuriam, cum uideret se qui honorasset, parum grate atq; honorifice tractari? Id quidẽ omni detrimento grauius censetur: sed hæc tamen uniuersa prætereo. De Patriarcha enim, non de quouis homine nobis sermo est. Successit illi fami Persicum bellum, cogiturq; aduersus hostes uictoria elatos militem ducere is, qui principio non affuerat belli, integris adhuc utrisq; partibus: sed uictoria iam potitis hostibus, cum eos nemo ferre potuisset, sed alij quidem passim interfecti essent, alij se latebris & fugæ dedissent, & reliqui in seruitutem abducti fuissent. Sed tamẽ cum tantæ undiq; difficultates premerent: num illi ut domi maneret, quietem'ue ageret, persuaderi poterat? Minime uero, imò rei gestæ nuntio perculsus, profectus est, ipse quoq; eiusdem calamitatis particeps futurus, seq; ipsum haud dubiæ neci expositurus. Nam uelle cum trecẽtis seruis suis, uel modice pluribus, aduersum hostem numerosissimum, ac uictoria ferocẽ dimicare: nihil aliud profecto erat, q̃ se & captiuitati, & supplicio, & morti acerbissimæ exponere. Profectus itaque est, ut ipse quoq; barbaricam immanitatẽ experiretur. Verum dei clementia seruatus, confusis hostibus prædę ac nepotis cõpos cũ remeasset, sua rursus incommoda flere cogebatur, cum ob defectum

A liberorum nullum reliquerit hæreditatis successorem. Noli enim cum eum audis cõqueri, & ad deum dicere: Quid mihi dabis? Ego aũt sine liberis pereo: hoc illi recens fuisse ac nouum existimare. Hæc em̃ cura & solicitudo cũ spõsa una in domũ iusti illius introierat, imò uero ante ipsum ingressum sponsæ. Quippe omnes consueuimus, cum incipimus de uxore cogitare, iam tunc rei ipsius curis omnibus tentari, quarũ omniũ suprema est, gignendorum filiorũ sterilitas, metusq; ille ex ea die nostros animos excruciat. Quòd si contingat post matrimonium solẽniter peractũ, primũ & secundum, siue tertium annum sine liberis transire: tunc iam auget dolor, ac læta spes minuit. Rursus alio adiecto anno omnino spes nos illa deserit, so
B lumq; mœror animum occupat, per omnia uitæ iucunda simul obnubilans, nullũ nobis uoluptatis sensum permittit. Itaq; & si nihil contigisset ad uersi, cunctaq; fœcundissime & ad uotum successissent: ista liberorum desideratio lætis illis rebus admota, cunctam illam prosperitatem obnubere ac deijcere sola potuisset. Nam promissio illa diuina ad extremam senectutem, quando maxime desperabatur impleri posse, facta est. Priori autem toto tempore à luctu & mœrore nunquam uacauerat: quantoq; amplius augeri diuitias uidebat, tanto lugebat uehementius, cũ hæres illi nõ esset, qui his omnibus succederet. Quid uero illum tũc passum putas, quando audiuit: Peregrinum erit Gen. 15
C semen tuũ in terra nõ sua, & in seruitutẽ eos redigent & affligent, atq; humiliabunt annis quadringentis? Vxor autem ancillam suam nunc uiri amplexibus iungens, nunc post eam cõiunctionem criminibus illum & querimonijs agitãs, deumq; aduersus eum inuocans: & quæ thori particeps fuerat, cum iam filium paritura esset, domo deturbari cogens, quem constantis licet animi, in mœrorem ac dolorem acerbissimum non præcipitasset? Ista si cui fortasse leuia uidẽtur, is cum cogitauerit familias & domos integras harũ rerum causa sæpius euersas, maxime iustum istum admirabitur. Etsi enim timoris diuini causa fortiter ferebat omnia, homo tamen erat, & his rebus non poterat non angi atq; cruciari. Rursus autẽ in domini domum ancilla regreditur, illiq; filium parit, effi-
D citurq; Abraham pater post illud adeo prolixum tempus: habereq; ea res nonnihil uoluptatis uidebat̃, sed ea ipsa uoluptas maiore ui mœroris premebatur. Nothus ille filius legitimi eum admonebat, maiusq; illius desiderium inijciebat. Quod em̃ illi dictũ erat, Non erit ille hæres tuus, sed qui egredietur̃ ex te: de Hismaele dictum fuisse arbitrabatur: nullũ enim eatenus de Sara responsum acceperat. Cum uero iam clariorẽ ac euidentissimã de Isaac promissionẽ accepisset, tempusq; partus definitum esset, rursus antequam eius spei uoluptatem ullam sentiret, Sodomorum clades ingentem illi mœroris nebulã offudit. Nam ꝙ res ipsa iustum uirũ immodice turbauerit, ex uerbis illis ac prece, quam pro eis fudit, omnibus profecto constat. Cum uero lapsum cœlo imbrem illum

igneum,atque omnino terribilem cerneret, cunctaq; in puluerem & cinerem cõuersa: neq; in ipso iam erat. Nam si cũ de longe domos aliquas conflagrare incendio uidemus,deficimus, stupore q; & mœrore ac metu rigescimus:quid illũ passum arbitramur, urbes integras & regiones cum habitatoribus, incendio non consueto sed nouo ac terribili ardere conspicientẽ? An tibi nõ uidentur iusti huius clades, æquoreos perpetuosq; fluctus imitari? Sicut enim in mari antequam fluctus alij quieuerint, alij rursus montis instar intumescunt:ita & per totam uiri uitam cõtigisse perspicies. Nam cum adhuc Sodomorum recẽs esset illa desolatio,rex Geraræ eadẽ que Pharao in Saram cõmittere conatus est, rursusq; mulier miserandam simulationem confingere compellitur: atq; in opus prorupisset ea contumelia, nisi prohibuisset deus.Cum autem in partu illius & uxor simul & filius,ac tota familia lætaretur, solus ille in tanto omnium gaudio tristis esse, ac mœrere cogebatur,ancillam cum filio eijcere ui cœlestis oraculi compulsus. Etsi enim nothus erat,atq; ex ancilla natus Hismael, naturalis tamen uis amoris ex ea indignitate nihilo minor erat,neq; imbecilliorem paternorũ uiscerum dolorem fecerat ignobilitas matris. Istudq; ex ipsa historiæ serie possumus addiscere.Ille enim fortis,ille seueríssimus & qui unigenitum propriis manibus postea mactandum susceperit,uxore sibi hoc præcipiente ægre ferebat:nunquamq; illi cessisset, nunquã obtemperasset(etsi tunc maior accessisse uideret autoritas, iustaq; ab eo postularet) nisi illum timor dei uehementer impulisset. Itaq; cum audis illum deo iubente ancillam emisisse cum filio, caue putes doloris sensu caruisse. Hoc enim erat impossibile, uerum illius potius singularem admirare obedientiam, quòd cum etiam miserationis affectu retraheretur,emisit tamen cum filio matrem, quorsum profectura esset nesciens. Tolerabat aũt atq; sustinebat mœrens: neq; enim ille natura superior euaserat.Hoc aũt & in legitimo passus est filio: nullus enim eum nõ doluisse dicat, neq; paternis affectibus fuisse cõmotum, ne dum ultra modum illius ostendere nitatur philosophiam,illum summa laudum omnium priuet. Nam si in flagitijs terrimis quosq; deprehensos, ac longissimo tempore uita potitos ignotosq;,& quos nunquam antea uidimus , cum repente conspicimus ad mortẽ duci miserícordia ac dolore conficimur, sæpe autem etiam illacrymamur : is qui unigenitum atq; charissimum filium,qui præter spem,qui post tantum temporis, qui ad extremã senectutem natus erat, (hæc enim omnia excitant maiorem doloris flammã) hunc iam adultum suis manibus mactare & incendere iussus,nihil humanũ passus existimetur:quid ista dicentibus ridiculosius? Nanque si lapis esset, si ferrum, si adamas deniq;,posset ne non molliri,non flecti, non frangi ad decorum amantissimi filij aspectũ? Erat enim ad ipsum ætatis florem iam sapientia maturus, & animi religione perfectus,deniq; audiuit: deus prouidebit sibi ouem in holocaustum fili mi, nihilq; perquisiuit amplius.Aspiciebat patrem se ligantem, nec reluctabatur: impositus rogo,non resiliebat: uidebat gladium contra se uibrari,neque omnino terrebatur.Quid hoc animo religiosius,quid deuotius dici aut excogitari potest? Audebit ne ergo quisquam adhuc dicere,nihil in huiusmodi omnibus, perpessum esse Abraham? Si enim inimicum, si hostem interfecturus esset, etiãsi belua fuisset immanis: num ista sine dolore perpetrasset? Non est ita,non est. Noli iustum uirum ita crudeliter arguere, dolebat profecto atq; disrumpebatur.Deus, inquit, prouidebit sibi uictimam in holocaustum fili.Quanta miseratione uerba ista plena fuisse arbitraris? Continebat se tamen,ac premebat acerrimi doloris uim:atq; ista omnia ea deuotione & alacritate patrabat,qua facerẽt qui nullo istiusmodi impedimento continerentur. Immolatum interea filium(quippe deuotiõe illum immolauerat) sanum rursus atq; incolumem restituit matri: quẽ illa suscipiens antequam affatim dulci nato fruerétur,excessit è uita:id iustæ illi maximo mœrori fuit. Etsi enim longo simul uixerant tempore nihil tamẽ persuadere poterat, ut eum casum leuius ferret: imò uero hoc ipsum ampliore illum dolore conficiebat.Nanque consueuimus eos,qui plurimo nobiscum tempore uixerunt, summaq; uirtutis suæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maxime omnium, ac summo desiderio requirere.Quodq; ista sic se habeant, ipse Patriarcha nobis indicat,qui fletu ac lamentatione solẽni illi debitas persoluit inferias. Quis iam reliquas curas prosequi possit,quas filij gratia suscepit,uxorẽ illi exremotioríb.locis conscíscendo,ac per omnia illius ornamentis & gloriæ prospiciendo, quasq; pro illius fratríb. necessario subiuit, aliaq; omnia: quæ qui adamussim considerare uelit atq; discutere,longe laboriosiorem iusti huius uitam, curisq; cumulatiorem perspiciet, quàm ipsi nunc ostendere possimus.Principalia nanque tantum,ac magis necessaria scriptura restringens,reliqua nobis omnia examinãda reliquit,quæq; diebus singulis ueriſimile est in ea domo contingere, ubi seruorũ erat multitudo, uir, uxor ac filij, multarũq; rerum cura ac solícitudo.Ita sanè, inquies, sed illi solatiũ ferebat in singulis huiusmodi aduersis,quòd propter deum illa omnia patiebat. Et teipsum igitur illud nõ consolabitur? Nullus enim profecto, nisi deus tibi hanc inferri tentationem permisit. Nam si nec porcos quidem inuadere nequissimi dæmones ausi fuerant,nisi prius ille permitteret: multo minus mortalibus cunctis rebus excellentiorem animam.Sicut igitur omnium fortis toleratio,atque in omnibus gratiarum actio maxima causa præmiorũ fuit:ita erit tibi, tu modo non grauiter atq; indignanter feras, sed in omnibus gratias referas clementissimo deo . Nempe enim & beatus Iob ea quæ passus est, deo permittente perpessus est:coronis tamẽ nõ ideo donatus est,quia passus fuit:uerum quia cõtra aduersa omnia fortis,atque inuiolabilis perstitit. Admiramurq; illum omẽs,

non

non quòd priuatus oĩbus fuerit, ſed quia inter A hæc omnia nõ peccauerit, neq; in labijs ſuis. Quoniam uero de Iob mentionẽ fecimus, uellem quidem longa ipſius lamenta, paſſionũq; uehementiam perſequi: uerum ne in longiſſimum tendatur liber, ad Iſaac redeat oratio. Porrò ſi tu cupis illius omnia diligentius addiſcere, librum ipſum in manibus ſumens, aſpice in abyſſum altiſſimam calamitatum uiri, plurimaq; in conſolationẽ tuis caſibus inuenies. Quanto enim melior, quantoq; præclarior meritis iuſtus ille eſt quàm nos, tanto aduerſus eum numero & magnitudine maiori ui dimicauit, eoq; uehementius contra illum tunc nequiſſimus ille concitatus eſt. Cæterum rectè facta non tam tentationum numero & magnitudine, q̃ rerum uirtute æſtimantur. Itaq; etſi inferius B ac minus iſtud certamen eſt, nihil id tuas coronas poterit minuere: nam & is qui duo talẽta tulit, nihil minus retulit, quàm is qui obtulerat quinque. Cur id? Quia etſi non idem reditus, eadem tamen deuotio & alacritas fuit. Quocirca & eodem honore uterq; potitus eſt, audiẽs: Intra in gaudium Matth. 25 domini tui. Quid ergo Iſaac? peregrinationẽ qui dem illam longiſſimam, ac difficillimam ſubire exemplo patris, terramq; ſuam derelinquere coactus non eſt: ſed planè ſupremum malorum omnium ipſe ſuſtinuit, metum ſcilicet ne ſine liberis decederet. Poſtea uero quàm oratione ad deũ fuſa, eo metu liberatus eſt, alius continuo eum excepit timor lõge illo grauior & maior. Neq; em̃ par metus eſt cõiugis pro ſterilitate, & pro radice ipſa trepidare. Sic em̃ partus doloribus diſrũpebatur, ut uita ipſa morte omni illi eſſet acerbior. Et hoc ipſum audias licet dicentem: Si mihi ita futurum erat, ad quid mihi uiuere? Famis autem & Gen. 25 iſte experimentum cepit, etſi non ut pater in Ægyptum deſcendit: ſed quod ille uere in Ægypto pertulit, & iſte pati periclitabatur, uxorem ſcilicet amittere. Et patrem quidem uenerabantur omnes, hunc uero non ſecus q̃ inimicũ & hoſtem exagitabant, neq; propriis illum laboribus perfrui ſinebant: uerũ cum illum anguſtijs undiq; cõcluderent, licenter ipſi laboribus ipſius fruebantur. Tandem uero cum ſibi illos amicos conquiſiuiſſet, filioſq; adultos cerneret, tũc iam, tunc quãdo ſummam ſe conſolationem inuenturum ſpera D bat, optimoſq; ſenectutis ſuę cuſtodes, ac nutritores habiturum, in ſupremum corruit mœrorem. Primum enim maior natu filius uxorem ſibi alienigenam cõtra patris uotũ cepit, & eo ipſo quòd pugnam & bellum in domũ introduxiſſet, illum ſumma & incredibili ui doloris affecit. Innumeris em̃ iniurijs mulieres illæ ſoceros afficiebant: quæ omnia ſcriptura deuitans, uno uerbo cuncta ſignauit, cum diceret: Cum Rebecca cõtendebãt: reliquitq; id dictum eis intelligẽdum, qui domos habent, ac filios iam uxoratos. Illi maxime omnium nouerũt diligenter quantũ mali ſit, quãtumq; detrimenti, ſi ſocrus oderint nurus: idq; maxime tunc, cum ambæ eandem inhabitent domũ. Hoc autem iuge illis erat incommodum. Ad hæc illi grauior quoq; moleſtia adiecta eſt, oculorũ caligo ſcilicet, ac luminis priuatio: quę cuiuſmodi ſit, illi ſoli ſciunt, qui patiuntur. Præterea ne illud leue incommodum exiſtimetur, quòd dum benedi ceret filijs, contra quàm uolebat matris aſtu & arte, minorem pro maiore benedixit. Qua in re ita indoluit, ut amarius quàm is qui paſſus fuerat clamaret, excuſaretq; ignorantiam, quòd non illum ſciens benedictione fraudaſſet, uerum fratris arte circumuentus. Hæc autem omnia ſcenę tragœdiam præcurrebant, fabulamq; Thebanorũ adoleſcentium ſignabant. Nam & hic etiam ſenectutem, occæcationemq; patris maior natu contemnens, iuniorem fratrem deturbauit domo. Etſi enim non ille necauit, id matris impediuit ſapientia: & hic enim cõminatus eſt cædẽ, patriſq; mortem opperiebatur. Quod cum mater cauta didiciſſet, patriq; retuliſſet, illum protinus eius manibus eripuit. Et eum quidem qui ſe uenerabatur, quiq; ſibi ſumma beneuolentia ac pietate iungebatur, parentes fugæ cõmittere coguntur: improbum autẽ per cuius intemperantiã uiuere illi niſi in amaritudine ſumma ac dolore nõ poterãt (hoc enim ipſa Rebecca indicat) apud ſe iugiter tenebant. Igitur cum ille effugiſſet, qui ſemper in domo educatus (erat enim innocens habitãs domi) plurimumq; cum matre conuerſatus fuerat: quibus lamẽtis, quo dolore, quo gemitu Rebeccam iam affici neceſſe fuit, mœrore ſemper chariſſimi ac dulciſſimi filij, uirumq; intuentẽ, & per ætatẽ, C & per infirmitatem nihilo meliore conditione, q̃ mortuum? Quibus item luctibus ſenẽ detentum putas, dum cõmunes & ſuas, & uxoris clades flere cogeretur? Cum uero illa moritura eſſet, quid non dixit? quid non locuta eſt? Etiam lapides ipſius uerba liquefacere potuiſſe puto; cum nõ uideret prope adſtãtem filium, atq; illacrymantem, oculoſq; ſibi excęcantem, atq; mœrore ſuffuſa ora contrahentem, atq; alia omnia agentẽ, quæ parentibus morte ipſa uidentur grauiora. At uero Iſaac, dum illam ita efflare animam cerneret: quo animo fuiſſe putandus eſt & tunc, & poſt ipſius mortem? Talis ille nobis fuiſſe oſtẽſus eſt, quem multis fuiſſe feliciorem putabamus. Iam uero Iacob ipſius uitam cuiuſmodi fuerit, abſq; diſcuſſione aliqua ipſius uerba indicant, qui cum Pharaonem alloqueretur, aiebat: Dies mei parui & mali, Ibid. 47 & non peruenerũt ad dies patrum meorum: hoc eſt, & breuiorem & laborioſiorẽ uixi uitam. Verum & abſq; hac illius ſentẽtia ita ſunt apertæ clades eius, ut pauci admodum ſint, qui illas neſciant. Auus nanq; eius etſi longinquiſſimam peregrinationem emenſus eſt, iuſſu dei hoc fecit. Quę res maximo ſibi ſolatio fuit. Hic autẽ fratrem fugiens inſidiantem, parricidiumq; meditantẽ, ſummos itineris labores paſſus eſt. Atq; ille quidem neceſſario uictu, & quidem abundanti nunquam indiguit: huic uero uoti res erat, indumento ac pane ſolo non indigere. Seruatus autem, atq; itineris fatigatiõibus liber, cum tandẽ ad affines ſuos peruenisſet, qui in tanta rerum copia nutritus fue

rat,ſeruire cogebatur.Non ignoras autem, ſeruitutem cum ſemper moleſta ſit, tum maxime uideri moleſtiſſimã,cum quis propinquis, ac paribus ſeruire cogitur: idq; cum eius rei nunquã periculum fecerit, ſed priorem omnem ætatem in delicijs egerit.Quod cum intolerabile eſſe uideretur, forti tamen & magno animo ferebat.Porrò quid ærumnarum in uita illa ſua paſtorali paſſus ſit,ipſum audias licet dicentem:Ego perſoluebã à me- Gen.31
ipſo furta diei,& furta noctis.Per diẽ urebar ęſtu, & nocte gelu, receſſitq; ſomnus ab oculis meis, iſta mihi fuerũt annis uiginti. Hæc ille paſſus eſt, qui uitam uixerat ſimplicem, qui ſemper fuerat domi.Poſtq; tot labores,tot incõmoda, poſt longum illud ſeruitutis tempus, fraudem illam amariſſimam pertulit, qua ſibi altera alterius loco tra B
dita uxor eſt.Nam ſi non ſeruiſſet annis ſeptem,ſi non ea paſſus fuiſſet, quæ auunculo conqueſtus dixit:ſi non amauiſſet puellam,hoc ipſum tamen q; ſibi meliore,ac formoſiore promiſſa, tradita ſibi pro illa deterior fuit:quantum putas mœroris, quid indignationis, quid doloris beato illi tunc preſtitit? Sanè ſi quis alius id paſſus eſſet,nunquã eam fraudem atq; iniuriã tuliſſet: ſed omni prius ſocerorum euerſa domo, tunc demũ ſe ipſe cum illis unà interfeciſſet,aut alio quouis modo perdidiſſet.Quoniam uero patientiſſimus ac longanimis erat Iacob, nihil penitus huiuſmodi fecit,ſed ne initium quidem eiuſce cogitationi dedit: imò uero ſeptem annos alios iterũ ſeruire iuſſus prompte obediuit,adeo mitis erat ac manſuetus:quòd C
ſi puellæ amor manſuetudini morum obſecundabat, rurſus mihi mœroris magnitudinem aſſeris. Conſidera eñ, quæſo, quantũ ille doloris paſſus ſit,cum eius quam ita uehementer diligebat, fraudatus amplexibus illiusq; connubia deſiderans, ſeptẽ rurſus annorũ dilatiõe cruciatur, frigora & æſtus & uigilias,& detrimenta perpetua patiens. Ea tamen ipſa potitus tandem,uiuensq; apud ſocerum uitam ærumnis & laboribus plenam : ſic quoq; inuidiæ patuit,ſecundam fraudem in mercedibus paſſus,ut ipſe quoq; illũ arguerit,dicens: Immutaſti mercedem meam ſeptẽ uicibus. Vnà uero cum ſocero affines reliqui,magis etiã aduerſus illum efferati excandeſcebant. Quod autem erat oñibus grauius, uxor illa tam dilecta, cuius D
gratia bis ſeptem annis ſeruire delegerat, præ moleſtia ſuffocabatur,cum ſororem ſuam parientem cerneret:ſe uero omni pariendi ſpe deſtitutã, atq; in tantam tunc amentiam ex animi mœrore deuenerat, ut criminibus & querelis agitaret uirum,mortemq; ſibimet cõſciſcere minaretur, niſi pareret,Da mihi,inquiens, liberos, alioqui moriar ego. Quomodo igitur ille lætari poterat, cũ ea,quam diligebat,ſic affecta eſſet, fratresq; illius ſibi inſidiarentur, omniaq; molirentur, ut ille ad extremã deueniret inopiam? Nam ſi ea, quæ ſine ſudore dotis nomine traduntur uxoribus, cum quis tulerit,maximo mœrore afficimur: is qui periclitabatur ea quæ ſummis laboribus quæſierat amittere, quo animo ferre ea detrimẽta poterat?

A Cum autẽ haud obſcure ſuſpectus eſſet, eosq; ſe intuentes cerneret, clam fugam iniens diſceſſit. Quo quid dici miſerabilius poſſit? Nam & expaterna domo & ex aliena,cũ metu ac periculis migrãs,in eadem pręrupta rurſus cogebatur incidere.Quippe fratrem fugiens,ſe ad ſocerũ contulerat,à quo iterum exagitatus, ad fratrem redire cogebatur,propheticũ illud paſſus, quod de die domini dicit Amos, Veluti ſi quis fugiat à facie leo- Amos 5
nis, & irruat in eum urſus, ingreſſusq; in domum ſuam,& parieti manus applicans,mordeatur à colubro.Quis autem eum tremorem enarrare poſſit,quem perpeſſus eſt cõprehenſus à Laban, itineriſq; anguſtias cum ſe tam numeroſum pecus filijſq; ſui ſequerentur? Cæterum cum fratris faciẽ eſſet inſpecturus,nónne idem paſſus eſt, quod apud poetas, qui fictum caput Gorgonis uident? Nónne ita per oñia affectus erat, ut hi q ad mortem ducunt? Audi ſanè illius uerba,atq; ex eis inſitam illius animo timoris flammã addiſce. Deus Gen.32
erue me, inquit, de manu Eſau fratris mei, quia ualde eum timeo,ne fortè ſuperueniẽs interficiat me,ac matrẽ cum filijs.Tu aũt mihi dixiſti, quòd bene mihi faceres. Quam nõ lætitiam hic metus excluſiſſet,etiã ſi priori omni tẽpore tranquilliſſime uixiſſet? At nunc omnis illi uita,ex qua die benedictionem accepturus, metu penè fuerat mortuus, per calamitates uarias inſidiasq; texebatur. Tantus denicq; tunc illum timor inuaſerat,ut poſt congreſſum fratris, quantũlibet ille præter ſpem benigne & humaniter eo uſus eſſet, confidere neſic quidem poſſet, anxietatẽq; deponere. Denicq; cum obſecraret ille,ut ſecũ ſe ire permitteret,non ſecus q; à fera aliqua liberari cupiẽs, ut recederet orabat,dicens:Noſti domine,quia infantes teneriores ſunt,ouesq; & boues mecum fœtæ, quas ſi plus in ambulando laborare fecero, moriẽtur una die cũcti greges.Præcedat dominus meus ante ſeruũ ſuũ,& ego ſequar paulatim ueſtigia eius, ſicut uidero paruulos meos poſſe,donec ueniam ad dominũ meum in Seir.Reſpiransq; ex illis periculis modicum,in alium longè maximum timorem incidit. Rapta quippe illius filia, primũ quidem puellæ iniurias & contumeliã ægre ferebat: ſed cum id facinus leniſſet, quòd eam regis filius ducturum ſe uxorem polliceretur,eamq; ſententiam laudaſſet Iacob,fœdera uiolauit Leui fratribus adiunctis,ciuesq; uiritim ad unũ iugulantes, in id tremoris patrem induxerunt, ut inde protinus migrarent,eòquòd omnes aduerſum ſe bellaturos timeret.Dixit enim(ait ſcriptura) Iacob ad Simeonem & Leui: Odioſum me feciſtis, ut iniquus ſim omnibus habitantibus terram, Chananæisq;,& Pherezæis.Ego autẽ ſum minimus numero,congregatiq; contra me ſimul obiurgabũt me,deleborq; ego & domus mea. Quippe oñes illos unà finitimi neceſſent,niſi illorũ indignationem dei clementia continuiſſet finemq; cladibus impoſuiſſet.Factus eſt,inquit, timor dei ſuper omnes per circuitum ciuitates, neq; perſecuti ſunt poſt Iſrael.Quid ergo cum hoc metu liberatus eſ

ſet?

Gen.35

Ibid.45

Ibid.37

Gen.34

set: Num tandem uel parum respirauit? imò uero tunc supremus eum malorum omnium uertex inuasit, mors scilicet amantissimæ cõiugis & immatura simul & uiolenta. Peperit enim, inquit, Rachel, parturiens*q*; laborabat. Factum est autem cum parturiens periclitaretur, dixit illi obstetrix: Confide, & hic enim tibi filius est. Et cum efflaret animã (moriebatur enim) uocauit nomẽ eius, Filius doloris mei. Cum*q*; luctus adhuc recẽs esset, adiecit mœrori Ruben, patris thorum contumeliose impetẽs. Quod ille tam grauiter tulit, ut moriens quoq; mala imprecaretur filio, tum scilicet, quando filijs parẽtes misericordius affici consueuerunt. id*q*; cum ille primogenitus esset omniũ, quod etiã affectus nomine non parum ualet. Sed tamen hæc omnia uis mœroris excluſit, uocãs*q*; illum dixit: Ruben primogenitus meus, fortitudo mea, & initium filiorum meorum, durus ad ferendum, durus*q*; & audax, effusus es sicut aqua, non crescas. Ascendisti enim in cubile patris tui, tunc maculasti stratum ubi ascẽdisti. Cum autem adoleuisset amãtissimæ uxoris filius, solari*q*; illius desiderium huius præsenti & iugi contubernio speraret, tunc sibi multiplices parãtur clades: fratres enim illius tunicam intinctam sanguine patri ostendentes, uario illum luctu confecerunt. Nec*q*; enim solam lugebat mortẽ, sed ipsum quoq; mortis genus: plurima*q*; erant quæ illius animum cõfunderent, ac penè in desperationem præcipitarent, quòd amatæ illius filius, quòd melior reliquis, quòd maximè dilectus, quòd in ipso ætatis flore, quòd ab eo missus, quòd nec*q*; in domo, neque in lecto, nec*q*; patre coram assistente, nec*q*; dicens aliquid & audiens: quòd nõ communi morte omnium, quòd uiuens à ferarũ immanitate discerptus fuerat, quòd ne reliquias quidẽ illius reperire poterat, & humo condere: quòd ista illi nõ in iuuentute contigissent, quãdo melius ferre potuisset, sed senectute ultima. Erat*q*; miserandum omnino spectaculum, uidere canos uerẽdos puluere fœdatos, senile*q*; pectus discissa tunica nudatum, lamenta*q*; admittẽtia consolationẽ nullam. Scidit, enim inquit, Iacob uestimenta sua, & circumposuit cilicium lumbis suis, lugebat*q*; filium diebus plurimis. Congregati sunt autem omnes filij eius, & filiæ, & uenerunt cõsolari eum noluit*q*; consolari, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernũ: quasi uero possibile non esset uacare à mœrore animum ipsius. Cum cœpisset ea plaga curari, fames ualida incũbens terram*q*; uniuersam occupans, primum quidem uehemẽti illum mœrore turbauerat. Cum autem reuersi ex Ægypto filij, rei frumentariæ copia famis incommoda solati essent, aliam item cõsolationi illi mixtam doloris causam attulerunt, uoluptatẽ*q*; quã & ex famis leuamine tulerat, absentia filij premebat atq; obscurabat. Nec*q*; id solum, sed Beniamin ipsum postulabant: quo ille unico solatio & uxoris defunctæ, & à fera deuorati filij lenire mœrorem consueuerat. Erat autem nõ ea sola causa detinendi Beniamin secum, uerum ætas quoq; ipsa, & educationis ratio. Non ascendet enim, inquit, filius meus uobiscũ, quoniã frater eius mortuus est, & ipse solus derelictus est: contingetq; illum lassescere & deficere in uia, qua uos pergitis, deducetis*q*; canos meos cum dolore ad inferos. Primũ igitur omnino renuebat, illum nunquam se daturum asserens. Cum uero uehementissima uis famis urgeret, grauiori*q*; necessitate tangerentur, quanquam nimium mœrens: Quid enim, inquit, me afflixistis, nuntiantes homini, quòd esset uobis frater? uerba*q*; illa miseranda locutus: Ioseph, inquiens, non est, Simeon non, & Beniamin hũc assumetis: in me uenerũt ista omnia: dolens scilicet q; post Ioseph & Simeon, etiã Beniamin à se nitterentur auellere: ostendens*q*; omnia se potius passurum, quàm dimissurum à se filium: uictus tandem suis eum manibus tradidit, dicens: Et fratrẽ uestrum assumite, surgentes*q*; descendite ad uirũ. Deus autem meus det uobis gratiam in conspectu uiri; emittat*q*; uobiscum fratrem uestrum unum & Beniamin. Ego enim sine liberis effectus sum. Ita uehementer summis illis angebatur incõmodis, ut uisceribus etiam discerptis, paulatim*q*; imminutis filijs, uniuersa deteriorum metu tolleraret. Maiore enim ex huiusmodi aduersi dolore angebatur, quàm ante ex Ioseph. Quippe ea clades, quæ meliorum spe & expectatione caret, si uehementiore dolore nos cruciat, ille tamẽ ipse dolor protinus lenitur, dum animo desperatio huiuscecladis corrigẽdæ semper ingerit: quę uero suspẽsa, hactenus animũ requiescere non sinit, futurorum incerto anxietatem iugiter nobis augens & renouans: id*q*; ex beato Dauid facile animaduertere possumus, qui cum adhuc uiuente plangeret filio, eoipso mortuo se à fletu cõtinuit: quod cum serui illius mirarentur causam*q*; requirerẽt, hanc ipsam rationem allegauit, quam ego modo. Merito igit Iacob in his casibus metuebat magis atq; tremebat. Sed aspectus ille desiderabilis, ac Ioseph facies uoluptatẽ illi, & quietem postmodũ præbuit. Et quid inde uoluptatis consecutus est? Sicut enim uehemẽtissimo igni adusta membra quantũlibet quis refrigerare moliatur, nihil profecit: ita & illius mœstum animum nimij*q*; doloris flammis adustum, nihil erat quod recreare ac refouere posset, maxime cum ea ętate nullus ferè sit uoluptatis sensus: quod Berzelai Galaadites excusans, dicebat ad Dauid: Quot dies annorũ uitæ meæ illic erunt mihi, ut ascendam cum rege in Hierusalẽ? Filius octoginta annorũ sum hodie, num discernam inter bonũ & inter malum? Num gustabit seruus tuus quæcunq; comederit aut biberit dominus meus? Num audiet seruus tuus cãtantium uirorum aut mulierum uoces? Et quare seruus tuus grauis sit domino meo regi? Verum quid hoc ex alijs conijcimus, cũ liceat ipsum audire de se profitentẽ? Postea enim quàm filium uiderat à Pharaone de uitæ suæ annis interrogatus: parui sunt, inquit, & mali dies mei, & nõ peruenerũt ad dies patrum meorum: adeò uiuacem rerum gestarũ memoriã secum semper gerebat.

Sed

Amos 5

Gen. 34

Sed enim filius iſte clariſſimus & glorioſiſſimus A
Ioſeph, cuius clades non ſuarũ magnitudine glo
riarũ operuit? Nempe enim pater eius unum tan
tummodo inſidiatorum paſſus eſt, hic autem por
rò plures: atq; ille quidem priorem omnem æta-
tem in ſumma rerum copia & requie nutritus eſt:
hic in alienam puer adductus regionẽ, itineris æ-
rumnas perferre cogebatur. Atq; illi quidem ma-
ter, inſidias leniens: hic adoleſcentulus quando il
li matre opus erat, tunc maximè iſto adiutorio de
ſertus & deſtitutus eſt. Adhæc Eſau quidem uſq;
ad comminationem tantũ Iacob perterruit: at ue
ro Ioſephi fratres inſidias in apertũ opus perdu-
xerunt, atq; ante inſidias inuidia commoti detra-
here illi nunquam deſtiterunt. Porrò quid acer-
bius eſſe poſſit, quàm eos quibus cum iugiter in- B
habitas, inimicos pati? Videntes enim, quòd à pa
tre cæteris liberis ſuis plus diligeretur, oderant e-
um, nec poterant ei quicquã pacifice loqui. Neq;
enim ego, quòd ſub negotiatorũ regij q; ſerui ma
nu fuit, tam graue illi fuiſſe dixerim, quàm quòd
in illorum impias incidit manus. Multo enim iſti
clemẽtius illo uſi ſunt, quàm fratres. Attamẽ nec
ſic quidem quieuit calamitatũ ſæua hyems, quip-
pe uehementior procella irruens, ipſum rurſus fe
rè demerſit. Fortaſſe me quiſpiã hoc in loco inſi-
dias dominæ dicturum exiſtimet. Ego ante eam
quoq; tempeſtatem aliam ſæuiorem dicam. Grau
e, quidem, reuera graue atq; intolerabile, calum
nias huiuſmodi criminum pati damnariq;, & car- C
cerem tam prolixo tempore incolere puerum, li-
berum, nobilẽ eiusq; neceſſitatis hactenus igna-
rum. Sed ſanè grauius his omnibus, ac difficilius il
li uiſum puto, fluctus ætatis cõpeſcuiſſe. Si enim
nulla flagranti concupiſcentia turbatus, illius a-
mores blanditiasq; reſpuiſſet, nõ mihi ita laudan-
dus atq; admirãdus uideretur, Chriſti ſcilicet ſen-
tentiam tuẽti. Neq; enim ille eos qui natura ſunt
eunuchi, ſed qui ſeipſos abſciderũt, dignos regno
cœlorum dixit. Sin uero aliàs, quàm ille uictoriã
tuliſſet, aduerſus quem dimicans uictoriã repor-
taret? Quonã hoſte ſuperato buccinaretur, ſi nul
lus eſſet qui obluctaretur, eumq; ſumma ui nitere
tur deijcere? Neq; enim eos qui à domitorum ani
mantiũ coitu abſtinuerunt, caſtitatis ratione præ
dicamus, quòd naturæ inſita nõ ſit huiuſmodi cõ D
cupiſcentia. Si igitur beato illi adoleſcẽti eiuſmo
di ignis nihil moleſtus fuit, quid eſt quòd illius ca
ſtitatem ita admiramur? Quòd ſi eo tẽpore, quo
uehementius huiuſmodi flamma ſuccenditur (a-
gebat quippe iam fermè uigeſimum ætatis annũ)
& cum nullis admotis alijs fomentis incendij, in-
tolerabilis per ſe eſt iſta uis, tunc maxime impudi
ca mulier caſtiſſimo adoleſcenti inſidiata eſt, tan
tum huic flammæ uirũ ex ſuis illecebris & orna-
mentis adijciens, quantũ illi erat per naturã: quis
iam tũ illius fluctus tumultus, & anxietatẽ enar-
rare ſufficiat, cũ intrinſecus quidẽ & natura illum
& ætas perturbarẽt, arsq; & decor Ægyptiæ ex-
trinſecus pellicerent: iſtudq; non uno die, uel duo
bus, ſed plurimo tẽpore perferret? Equidem reor
ipſum tunc non ſibi tantũ timuiſſe, ſed illi etiã in-
doluiſſe, quòd ad tantũ præcipitiũ tãto ſtudio per
uenire curaret feſtinaretq;. Atq; illud ex uerbis,
quæ mulieri plena grauitatis & modeſtiæ reſpon
dit, nobis conſtare poterit. Etenim licebat illi pro
fecto iure ſuo, ſi uoluiſſet, & cõtumelioſius & au
dacius ad illam loqui: ſiquidem illa per nimiam
amoris uim facile cuncta toleraſſet. Verũ nihil hu
iuſmodi locutus eſt, aut cogitauit: ſed pijs religio
ſisq; cogitationibus admotis, ea ſolummodo lo-
cutus eſt, per quæ putabat à ſcelere illam poſſe re
uocari, nihilq; amplius adiecit. Ecce enim, inquit, Gen. 39
dominus meus, præter me nihil ſcit eorum, quæ
ſunt in domo ſua: & omnia quæ ſua ſunt dedit in
manu mea, nihilq; in domo ſua plus habet quàm
ego: neq; aliquid quod non dederit in poteſtate
mea, præter te, eò quòd uxor illius ſis: & quomo-
do faciam hoc uerbum malum, ut peccem coram
deo? Et tamẽ poſt tantam modeſtiam, tantaq; ca-
ſtitatis indicia, falſi criminis calumniam ſubiuit,
deusq; iſtud fieri permiſit. Vinctus eſt, nec ſic pro
didit inſidias, iniuſtãq; mulieris calumniam coar-
guit. Studebat eñ copioſiora præmia, coronasq;
clariores præparare, atq; ideo ipſis quoq; ſeruis
regijs dimiſſis ipſe incluſus perſeuerabat. Tu no-
lo mihi cuſtodis clementiam obijcias, uerũ ipſius
uerba diligentius examines, inſpicies profecto
ſummum animi dolorem. Nam cum ſomnium in
terpretatus eſſet, regio pincernę dixit: Sed memẽ Ibid. 40
to mei per temetipſum, cum tibi bene fuerit, fa-
ciesq; ſuper me miſericordiam, & ſuggeres Pha-
raoni de me, & educes me de lacu iſto, quia furto
ſublatus ſum de terra Hebræorum: & hic non fe-
ci quicq;, ſed innocentem iniecerunt me in domũ
lacrymarũ. Etſi enim clauſtra carceris facile fere-
bat, cum eis hominibus uiuere, puta ſepulchro-
rum uiolatoribus, furibus, paricidis, adulteris, ho
micidis, & reliquis eius generis hominibus (his
enim atq; huiuſmodi plenum erat illud habitacu
lum) grauius illi ac moleſtius erat. Neq; id ſolum,
ſed quòd plurimos intueretur fruſtra & inaniter
illic aggregari, atq; uelut in ſalſuram mitti. Sed ta
men id quod tute modo quereris, ſeruus quidem
uinculis eripiebatur, liber autem in ærumnis per-
ſiſtebat. Quòd ſi quis regni mentionẽ faciat, hic
mihi rurſus curarum examen, uigiliarum & mille
negotiorum difficultates uelim in medium addu
cat. Quæ omnia eis qui quietam curisq; uacuam
uitam diligunt, non nimium iucunda, aut grata
ſunt. Præterea ſanctis illis quidẽ ſi quid lætum cõ
tingebat, mirum profecto non erat, cum necdum
cœleſte regnũ planum & apertũ eſſet, futurorũq;
bonorum manifeſta promiſſio. Hic uero quando
tanta bonorum copia proponitur, resq; cunctis
manifeſta eſt, audebit ne obſecro iam quiſpiã do
lere, ſi in præſenti uita iucundis nullis perfruatur:
aut prorſus in hac uita dulce aliquid exiſtimabit,
qui præmia futura nouerit? Et quid hoc animo di
ci abiectius poteſt, ſi ſperans & expectans paulo
pòſt in cœlũ ſe migraturũ, huius mũdi requiẽ in-
quirat, ac trãquillitatem membro nullo meliorẽ?

Vani-

Eccl.1 Vanitas enim uanitatũ, inquit, & omnia uanitas. Quòd si is, qui præsentis uitæ uoluptates præ cæteris hominib. fuerat expertus, hãc aduersus illas sententiã tulit: multo magis nos ita affici & sentire cõuenit, quibus nihil est cõmune cũ terra, quibusq; in superna inscribi ciuitate festinare, totũq; illuc animũ transferre iussum atq; imperatũ est.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, DE Prouidentia dei, ad Stagirium monachum Liber tertius.

Gen.39 SVfficere quidẽ & ista poterant, quę dicta sunt, ad extinguendam mœroris flammam, atq; persuadendũ meliore ac trãquilliore esse animo. Verum ut consolatio sit cumulatior, & hunc librũ adijcere instituí, illud abs te primum inquirens: Dic, oro, si quis te ad regnum terrestre & imperium uocaret atq; ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus esses, in stabulum diuertere necesse esset, ubi luti ac fimi plurimũ uiatorumq; tumultus esset, & latronum perturbatio summaq; pressura & angustia: num ad illa tristia cogitatione cõuertereris, an illa omnia quasi nihil essent, gaudio & spe regni contemneres? Perquã igitur ineptum & indignum est, terrenis mortalibusq; rebus potiturum, nihil his quę interim incíderint contrahi, æterni autem regni spe elatum & erectum atq; ad cœlos accersitũ, per singula quæ in diuersorio contingunt tristia decidere atq; perturbari? Profecto em̃ in hoc diuersorio ac stabulo nihil præsentis uitæ status melior est, idq; cum sancti patres nostri nobis indicare cuperẽt, hospites ac peregrinos seipsos appellabant, his uerbis nos erudiẽtes, & lęta seculi præsentis, & tristia parimentis altitudine contemnere, atq; à terra longissime remotos, toto animo cœlestia ambire, atque ad ea totam transferre cogitationem. Age itaque ad sanctos ipsos ueniamus, à Ioseph ad Mosen orationem transferentes. Hic enim omnium, qui in terra uersabãtur, mitissimus gignitur, gentilibus quidẽ suis ui durissimæ seruitutis oppressis: alienatus autem à parentibus, ignorãsq; à quibus genitus esset, priorem omnẽ ætatem à Barbaris uiris educatur. Quo quid grauius Hebræo, singulariq; prudentia prędito adolescenti potuit cõtingere, & si millies regis filius esse putaretur? Non autem hoc solo angebatur ille tunc, uerum quòd intueretur gentẽ suam summis calamitatibus opprimi, grauissimum sibi uidebatur. Qui enim præter illorum salutem ne uiuere quidem, neq; in dei libro conscribi patiebatur, quando aulæ regiæ, regnicq; bonis frui potuisset, cum tanta omnes tẽpestate iactari gentiles cerneret? Nam si nos quoq; post tam multa secula exortos, nullũq; huiusmodi priuilegiũ ad Iudæos habẽtes, tãta subijt miseratio, cũ infantiũ illam immanissimam iugulationẽ audimus aut legimus: quid beatus ille pati potuit, qui tam singulari affectu gẽti suæ adstrictus, ipsas eorum clades hauriebat oculis, ac eos præterea qui tantis illos incommodis afficiebant, parentum titulo honorare cogebatur? Reor ipsum miseros illos tunc infantes plus luxisse, quam fecerint parentes ipsi. Quod ex his liquet, quæ post ea gessit. Cum em̃ eum qui pater esse putabatur, nec suadẽdo flectere, neq; cogere ualeret, ut ferà lem tyrannicamq; iussionem remoueret, ipse unà malorum cõmunium pergit esse particeps. Neq; istud est quod ego nunc admiror, sed ex cæde illa conijciens, quam præterito tẽpore mœroris flammam in intimis animi recessibus aluerit, stupeo. Nã qui ex maxima doloris ui ad homicidiũ protinus erupit, ex eo opere quid prius animo doloris tulerit, apertius ostẽdit. Neq; enim tanta illos uehementia ultus fuisset, nisi plus quam patres ipsi eorum incõmodis tabesceret. Quid igitur postea quam illos ultus est, num uel parũ animus ex mœrore illo relaxatus est? Potuit ne diutius frui dulcedine illius iustissimæ ultionis? Vix dies altera illuxerat, cum beatũ illum dolor alius, & quidem priore longe grauior excepit, tantusq; metus, ut ipsum Ægypto tota deturbaret. Durum quidem ac molestũ est, à quouis homine maledictis lacessiri: uerũ cum beneficijs quispiã affectus, beneficia ipsa exprobrauerit: nunquid occidere me tuis, inquit, quemadmodum Ægyptiũ heri occidisti? tunc iam tunc efficitur ea cõtumelia intolerabilis. At uerò Mosæ præter hæc aliud quoq; tertiũ inerat, regis uidelicet metus, qui adeo iusti occupauerat animũ, ut uniuersa illũ regione exturbaret. Efficit itaq; fugitiuus regis filius, ut si quis regiæ illius educatiõis indulgentiã beatã arbitraba, is modo mœrorẽ prioris abũdantiæ animaduertat, illũ iusto uiro doloris incredibilis ac difficultatis causam extitisse. Neq; em̃ idẽ quempiã in priuata nutritũ domo, plurimis iam laboríb. multisq; peregrinationibus & ærumnis exactis, longos iterum labores, atq; ea incõmoda, quæ extra patriũ solũ necessario subeũda sunt, perpeti: & eũ qui ista nunquã uel breuiter fuerit expertus, sed contra penitus in regia magnificentia omne tempus educatus, idipsum pati. Multo em̃ grauior fuga uidebitur, cq; illi, si quãdo experiri hãc necessario cogetur: quod illi quoq; tunc cõtigit. Itaq; profugus effectus, alienigenæ uiri hospitio fruitur, quod ratiõe mœroris haud exiguũ est. Dęmonijs quippe hospes ille suus sacra exoluebat, diuersatusq; est apud illum longissimo tempore. Tradita aũt sibi pascendi gregis custodia, quadraginta annis ita perstitit. Porro si hoc durum, aut difficile non esse alicui uideatur: is uelim eos examinet, non qui metus, aut timoris causa peregrinantur, latebris abduntur, sed qui sponte sua domo se uel parum abdicant, quàm molestè, q; grauiter eam peregrinationem ferunt, quãtumq; commodi ac dulcedinis in reditu reponunt. Cum uerò illi nec metus defuerit, nec uita ęrumnis plena, istaq; onerosa & molesta reditu illo suauissimo leuiora iudicauerit: considera, quæso, diligentius calamitatis eius uarietatẽ. Neq; enim simpliciter audias, pascebat, sed recole nunc Iacob uerba, quæ ad socerum cõquerens dixit: Ego à meipso reddebam furta

Ibid.40

Exod.3

furta diei, & furta noctis: die urebar æstu, nocte gelu, recedebatq; somnus ab oculis meis. Hæc enim omnia ista illi etiam contigisse putãdum est, & annis pluribus, & maiori cũ difficultate. Quippe est ea regio longe desertior atq; incultior, quàm Mesopotamia. Quòd si non ita querebatur Moses, nec beatus quidem ille questus unquã fuisset, nisi summa necessitate compulsus, atq; soceri ingratitudine in hæc uerba prorumpere necessario coactus esset. Sufficit quidẽ & ipsa per se longinquæ peregrinationis habitatio eum humiliare uirum, qui necessitatis tantũ causa peregrinat. Sicut eñ auis cum ex nido suo auolauerit, facilius, capitur: ita & homo cũ à sedib. propriis lõgius profectus fuerit, in seruitio subijcit. Tunc uero nec de propria salute securus esse poterat ille, sed ut seruus aliquis crudelissimum dominum effugiẽs, pauet semper ac trepidat ne capiatur: ita & beatus Moses nunquam sine timore esse poterat. Idq; ex eo maxime liquet, quòd deo post tantum temporis præcipiente, ut rediret in Ægyptum, hæret ac titubat: idq; cum audisset, defunctus est qui quærebat animam tuam. Postea uero cũ uxorem ac liberos relinquere coactus est, rursus querimoniæ & contumeliæ & minæ ab eo qui tunc regnabat in Ægypto, criminaq; & maledicta ab eis ipsis quos
Exod. 5 beneficijs fouebat. Ille enim aiebat: Quare Moses & Aaron auertitis populum à laboribus suis? Israelitæ autem: Videat, aiebant, deus & iudicet uos, quia execrabilem fecistis odorem nostrũ coram Pharaone & coram seruis suis, ut daretis gladium in manus eorum ad interficiendũ nos. Grauia quidem sunt hæc & molestissima: sed illud omnibus grauius, quòd ingressus ad suos, innumeraq; promittẽs bona, libertatẽ, incumbentiũ malorũ ereptionẽ, fallax esse & seductor putabatur. Non solum enim illis tunc leuatum non est immanitis seruitutis onus, uerum grauius est adiectũ: & qui gẽtem omnem liberaturus sperabatur, idq; promiserat, is cruciatuũ & uerberum causa esse, insidiator & corruptor putabatur. Quis non facile mœrore tunc fuisset absorptus, cum pollicitus tot malorum ereptionem, post pollicitationẽ diriora uideret cumulari? Dolebat quidem quantũ par erat, cum talia audiret & uideret: non ea tamẽ perturbatiõe deijciebat, sed manebat immobilis & quidẽ cum promissionib. ea quæ contingebãt nõ solũ non cõsentirent, uerũ & maxime oblucta rentur. Accedens aũt ad deum, & de his loquẽs, ac multũ ingemiscens: Domine, inquit, quare tu afflixisti populũ tuũ, & quare memisisti? Ecce eñ ex quo ingressus sum ad Pharaonem, ut loquerer in nomine tuo, afflixit populũ tuum, nec liberasti eum. Hæc ergo cũ ille lamẽtatus esset, atq; eadem iterũ quæ prius audisset, annũtiat quidem ea rursus Israelitis: sed illi minime tolerant, eo quòd animæ illorũ labore premerentur, ac mœrore deficerent. Non, inquit, audierunt Mosen præ angustia
Ibid. 6 & laboribus duris. Hoc autem haud parum illum affligebat. Vt uero ad signa uentum est, sæpius à Pharaone delusus, eã irrisionẽ fortiter tulit: cum uerò liberatus tandem ex Ægypto, atq; una cum populo iam ferè securus uideretur, antequam plene respirasset, peiore, imò uerò lõge graviore metu comprehensus est. Vix enim tertia effluxerat dies, cum repente Barbaros omnes armatos cernunt super se irruere: atq; idem passi sunt, quod fugitiui serui, dum in aliena regione repente dominorum oculos offendunt: uel certè quemadmodum si illijpsi aliquando somniassent se lætari, & esse ea seruitute liberatos, ac demum experrectos in Ægypto, atq; in eisdem pressuris inuenissent. Imò uerò nescio quid illi somnium reputasse existimandi sunt potius, tridui ne illam liberationẽ, an præsentem rerum faciẽ horrendam ac pauendam nimis: tanta oculis omnium offusa erat mœroris nebula. Interea Moses multo maiorib. tenebris cõtinebatur. Non enim solos Ægyptios metuebat, ut reliqui, uerũ ipsos unà Israelitas: utraq; enim gens illum iam ut seductorem ac uersutissimum oderat, Ægyptij quidem irridentes atq; inuadentes, Israelitæ uerò carpentes ac mœrore cõfecti. Sed quid me necesse est dolores angustiasq; uiri coniecturis colligere, cum possimus ex illa ipsa superna uoce cunctum ipsius dolorem intelligere? Tacenti enim illi, neq; labia referare præsumẽti, dixit deus: Quid clamas ad me? Tumultum Exod. 14
animi ipsius nobis hoc uerbo significans. Postea uerò quàm is etiam solutus est metus, maiora iterum parabantur aduersa. Nam per omne illud iter sæuius atq; immanius illo usi sunt hi, qui ab eo regebantur, innumerisq; per illum bonis fruebantur, quàm fecisset Pharao ipse & Ægyptij: ac primum quidem instabant uehementius illum suffocantes, Ægyptiasq; carnes requirentes, ingratiq; præsentia fastidiebant, & præterita desiderabant, quod erat sanè omnium grauissimum. Quid enim pati poterat acerbius si amentium insanientiumq; hominum gubernacula sibi credita fuissent? Et tamen omnia beatus ille fortiter ferebat, & nisi illos summo affectu dilexisset, toleraſſet æquanimis illorum aduersos casus, ac pro suis tantum doluisset iniurijs: nunc uerò cum illis non secus quàm filijs afficeretur, ex huiusmodi affectu adeò eximio aliam rursus molestiam subire cogebatur, cum illorũ peruersitatem ac uæsaniam auctiorẽ indies fieri intueretur. Neq; enim illum angebant contumeliæ, sed quòd eas ab illis pateretur, quos tanta charitate diligeret. Graue quidem reuera fuerat, etiam ante cibi illius mirabilem largitionem ingratos esse: uerum illi inter media miracula nequitiã ostendebãt suam, iniquitatem & infrenatã cupidinem, quam legẽtes illum cibum præferebant, atq; cum parum processissent, rursus ingrati murmurabãt, rursus dei beneficijs ingrati querebantur. Cum uerò per singula quotidie peccarent, beatus ille lugebat, ac mœstus perdurabat. Nam cum uitulum fecerũt, ipsi quidem ludebant ac lasciuiebant: Moses autem lugens, ac mœrore affectus, maledictum illud terribile sibi imprecabatur, nihilq; omino persuadere poterat ut à miseratiõis affectu abstineret. Cum igitur sic di-

sic dilectos in deteriora semper progredi conspiceret, quãto illum dolore, quibus lacrymis iugiter obuersatum putas? Si enim unũ quis tantum habens filium, uiuere sine dolore nõ potest, cum illum semper in uitia pronũ animaduertit, etiamsi ipse omnib. nequior sit: is qui tot milia hominũ in filiorũ ordine locauerat, imò uero plusquã filios amabat: nullus enim pater cũ filijs unà perire cupit, cum præcipue nihil peccauerit: is, inquã, qui tot habet filios, mala auersans, ac bona studiose diligẽs: quid pati potuisse putandus est, cũ eos omnes ueluti ex quodã signo & cõdicto, ad uitiorũ prærupta & præcipitia currere intueretur? Profecto nisi obtenebrasset uehemẽter, atq; ex intimis recessibus animam ipsius mœroris ipsius magnitudo turbasset, tabulas de manibus nunquam abiecisset atq; cõtriuisset. Sed cito clades illa sedata ab eo est. Quonã, quæso, remedio? Nempe enim etiamsi curationis illo genere sanatũ fuerat præsumptum facinus, ipse tamẽ erat semper in lacrymis. Nullus enim ferè ita esset lapideus, qui nihil pateretur, fratres & cognatos à suis interfici, atq; ad uiginti trium milium numerũ eam cædem progredi cõspiciens. Nos deniq; cum liberos nostros in aliquo peccasse deprehendimus, tormẽtis quidem ac flagris illos subdimus: uerum id non sine dolore facimus: imò uero magis ipsi, q̃ qui patiũtur affligimur. Cum ergo & illum & castra omnia maximus luctus occupasset, alia rursus anxietas adiecta est. Deus enim se nõ iam illis parciturum, sed eos derelicturum, angeloq; daturum eam curam minabatur. Id uero Mosi uisum est omnibus grauius atq; intolerabilius. Audi deniq; quid ille ad deum locutus sit: Nisi ipse uenias mecũ, nõ educes me hinc. Vidésne ut timorib. timores mœroresq; mœroribus semper successerint? Neq; tamen hactenus steterunt aduersa, uerũ cũ id quoq; persuasisset deo, annuisset q; clementius ac præstitisset gratiam, alijs rursus doloribus affligit. Deũ iam propitium illi irritantes, sese summis doloribus exposuerunt: nam post cædem illam lacrymabilem ita deum rursus offenderunt, ut cõtra se incendium illud prouocarent, ex quo omnes ferè consumpti periere. Mosen uero duplex semper mœstitia angebat, q̃ & illos perire, & reliquos corrigi nolle, nihilq; ex pereuntiũ casibus lucrari cõspiceret. Necdum clades illa finem acceperat, cum hi qui reliqui fuerãt, ceparũ memores, datas sibi diuino munere escas ægre ferebant, dicentes: Num. 11 Quis nos cibabit carnibus? Recolimus pisces, quos in Ægypto comedebamus, cucumeresq; & pepones & porros, & cepas & allia. Nunc aũt anima nostra arescit, nihilq; oculi nostri intuentur nisi manna. Hic iam nõ tulit ingratos Moses, imò uero dolore superatus, illorũ regimẽ recusat, moriq; optat potius, q̃ in tanta amaritudine uiuere. Audi deniq; ipsius uerba. Et dixit, inquit, Moses ad deum: Quare afflixisti seruũ tuum? & quare nõ inueni gratiam in oculis tuis? & cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? Num ego in utero accepi omnem populũ istum? quia tu mihi dicis, accipe illum in sinu tuo, ueluti nutrix lactẽtem, in terram quam iurauí patribus eorum. Vnde mihi carnes, ut dem omni populo isti? quia flẽt aduersum me dicentes: Da nobis carnes ut comedamus. Non potero ferre populũ istũ solus, quoniam graue mihi est uerbum hoc. Quòd si non ita facis mihi, obsecro occide me, si inueni gratiã coram te. Ista ille locutus est, qui dixerat: Et nunc siquidem dimittis eis peccatũ, dimitte: sin aũt, dele me de libro quẽ scripsisti: adeo illum mœror auerterat. Quod & parentes sæpe patiunt̃, cum his indignãtur, quæ à filijs fiunt. Nam q̃ nec postea unquam desierit illorum misereri, liquet ex his quæ postea gessit. Cum enim illum exploratores occidere tentarent, ipsumq; lapidibus obruere, effugiens illorum manus, rursus ad orandũ pro eis conuertebatur, deumq; illis propitiũ fieri, qui se necare cupiebãt, precabatur: adeo quoq; naturali amore uehemẽtior illi inerat affectus. Itaq; exploratoribus mortuis ac ingentis adhuc luctus necdũ hora præterita, rursus illi alias nectebant mœroris causas. Primo enim pugnare prohibenti nõ obtẽperauerunt, secundo uero pugnantes ab Amalechitis concisi sunt, & ante bellum istud & bilis & gulæ causa maxime cõsumpti sunt. Nam occidit, Psal. 77 inquit, plurimos eorũ, cũ adhuc esca esset in ore eorum. Ingenti autem hac illorum cęde inspecta, cum necdũ hic dolor quieuisset, alio rursus inuadit̃ luctu, tãtaq; necessitate cõstrictus est, ut istos ipsos tam dilectos atq; amãtissimos, nouo aliquo ac peregrino mortis genere uitã finire precaret̃. Ita alij quidẽ erũpente igne repente incendio cõflagrauerũt, alij repẽtino terrę hiatu absorpti sũt. neq; pauci aliquot, sed plura q̃ quindecim hominũ milia ista passi sunt. Quo facto, q̃ animo illorũ cognatos & amicos aduersum Mosen fuisse putandũ est? Quo itẽ Mosen ipsum cũ cerneret pupillos filios, & uxores uiduas ex ea calamitate fieri uideret: item fratrẽ suum ac sororẽ uita excessisse, illiusq; filios pręuaricationis causa ignis ustione perisse? Horum sanè singula, nihil etiam antea perpessum animũ afficere dolore potuissent, nedum tot iam incõmodis, tot malis exercitũ & fatigatum. Vt autẽ Chananæo superato longum iter circumire cogebantur, rursum murmurauere Iudæi, rursumq; periere: non iam quidem morbis ut prius, non igne aut hiatu terræ, sed uenenatorum serpentiũ morsibus: qui profecto oẽs perijssent, nisi rursus accedens deũ Moses precibus suis eius auertisset iram. Postea uero q̃ de hac peste liberati sunt, uastasq; imprecationes effugerũt: rursum seipsos per durissima prærupta iecerunt, atq; post benedictiones Balaam, imò uero dei, (neq; enim illius uoluntatis ea uerba fuere, sed implentis se atq; mouentis diuini afflatus) fornicati sunt cum alienigenarũ filiabus, & initiati sunt Beelphegor. At Moses huiusmodi scelus, confusionẽq; non ferens, eos rursus se inuicẽ concidere ac necare iussit. Interficite, inquiens, unusquisq; proximũ suũ, Num. 25 qui initiatus est Beelphegor: nõ secus q̃ in uulnere horrendo, qd̃ plurimis sectionib. ustionibusq;

ſuſceptis, nihil melius habuerit, iubet quiſq; rurſus, quod reliquũ eſt ſecare atq; urere. Cæterũ tu cũ has difficultates audis, noli putare iſta tãtũ cõtigiſſe: ſiquidẽ & ipſe ex his quæ ſcripta ſunt non pauca prætereo, puta bella, inimicorũ obſtacula, lõgiſſima itinera, ſororis cõtumeliam, eiuſdẽ cruciatũ, quo mitiſſimus ille Moſes tũc maxime indoluit. Sed ea tamẽ omnia ſi quis diligẽtiſſime in unũ congerat, ne milleſimã quidem partẽ ex his quę cõtigerunt, ſcriptã fuiſſe reperiet. Si enim qui in una domo uel paucis præeſt ſeruis, innumeras quotidie & irritationũ & mœroris occaſiones habet, qui tot milibus quadraginta annis moderari coactus eſt, idq; in deſerto, ubi neq; aer, neq; aqua erat: quot negocia ſingulis diebus, quas difficultates obire cogebat? quot curas, q̃t mœrores & uiuentib. illis, & uita functis? Vides enim omnes quos ex Ægypto duxerat mortuos, præter duos uiros ſolũ: eosq; qui ex illis nati fuerãt, dignus habitus nõ eſt in terrã repromiſſionis inducere. Cæterũ uidit quidem eam terrã ex uertice mõtis Nabo, naturãq; illius optime didicit, frui autẽ illa cũ reliquis Iſraelitis permiſſus nõ eſt, ſed extra eam mãſit ac mortuus eſt, idq; ipſe Iſraelitis cõquerẽs, dicebat: Et dominus deus iratus eſt mihi de his, quæ dicebant à uobis, iurauitq; ut nõ tranſeã Iordanem iſtũ, uos aũt tranſibitis, & hęreditate poſſidebitis terrã hanc optimam, quam dominus deus tuus dat tibi in hæreditatẽ. Quodq; omnibus erat acerbius, ipſum in infernũ deduxit, dum illi ſcelera & futura Iudæorũ mala præoſtẽdit, idolorũ ſcilicet culturã, captiuitatesq; illas ineffabiles: ut nõ ſolum his quæ intuebat, ſed eis etiã quæ nec dum cõtigerãt, affligeret animo, ac penè deficeret. Deniq; à prima ſtatim ætate ita dolere ac mœrere incepit, ut nunq; deſiſteret, uitãq; cum mœſtitia finiret. At uero ſucceſſor eius Ioſue omniũ, ut ita dixerim, triſtiũ, cũ eo unà periculũ fecit. Si quid tamen illum, eo q̃iunior eſſet, effugit: hoc ſanè poſt mortẽ illius, in eo cumulatius impletũ eſt. Non ſolum autẽ dũ uiueret Moſes, ueſtimẽta ſcidit, cinerẽq; capiti aſperſit: ſed etiã poſtq; ille defunctus eſt, imò tũc lõge maxima neceſſitate id facere coactus eſt, non breui tẽpore, ſed die tota pronus in terra iacens: audi deniq; uerba etiã illius & ploratus: Et ſcidit, inquit, Ieſus ueſtimenta ſua, ,,pciditq; in faciẽ ſuper terrã coram domino uſq; ad ueſperam, ipſe & ſeniores Iſrael, miſerũtq; puluerem ſuper capita ſua, & dixit Ieſus: Obſecro domine, ut quid traduxit puer tuus populũ hunc trans Iordanem, ut traderes eũ Amorrhęo ad perdendũ nos? Vtinã permanſiſſemus, & collocati eſſemus circa Iordanẽ. Et quid dicã? Poſtq; uertit Iſrael terga inimico, audietq; Chananæus, & oẽs qui habitant terrã, & circũdabunt nos, & cõterent de terra. Talia orantẽ audiẽs deus, cauſam illi cur ſuperati fuerant, aperuit: quã ille cũ didiciſſet, perdidit unà omnes, nõ eũ qui peccauerat ſolum, ſed cognatos quoq; & propinquos, omnẽq; familiam cũ pecorum multitudine. Id autẽ haud parũ illius perturbauit animũ. Nam ſi nos cũ alienos quoq; puniri cernimus, nec uidere quidẽ toleremus: quid ille paſſus eſt, qui cõtribules & cõmilitones tantis afficiebat incõmodis? Quid aũt Gabaonitarũ fraus tribuũq; trans Iordanẽ habitantiũ ſuſpicio? quid perpetua bellorũ atq; pugnarũ exercitatio? Quẽ iſta ſtatum animi, rectiſſimũ licet, nõ euertiſſent? Etſi enim uincebat iugiter, uictoriæ tñ uoluptatẽ reliquorum bellorũ cura obfuſcabat: ſortiũq; diſtributio ſummos illi labores, ingentesq; difficultates pariebat. Norunt iſta qui uel ſubſtantiã fratribus, aut quibuslibet alicuius aliàs hæredib. diſtribuendã ſuſceperunt. Plebis aũt reliquas deinceps calamitates nec referẽdas exiſtimo. Neq; enim eſt propoſiti noſtri ærũnas ſingulorũ numerare, ſed eorũ tantũ, qui deo familiares & chariſſimi fuere. Quocirca, ſi uidẽt, Heli omiſſo, quippe & is per filiorũ uitia, imò uero per ſuã negligẽtiã offendit deum. Neq; eñ ideo q̃ malos haberet filios puniebat, ſed quia ultra debitũ increpationi pepercerat: & cũ dei leges uiolarent, ſeuerius in illos ultus nõ eſt. Cuius rei & ipſe ſibi cõſcius poſt ingentes illas & terribiles minas aiebat: Dñs eſt, 1.Reg.3 quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Eo, inquam, omiſſo ad Samuelẽ ueniamus. Is à puero nutritus in tẽplo, deo ſemper charus & gratiſſimus fuit, tãtaq; uirtutis indicia à prima ſtatim ætate prætulit, ut anteq; ad uiriles annos euaderet, inter mirabiles prophetas inſcriberet: idq; cum ea res tunc defeciſſe oñino uideret. Nõ enim erat, inquit, uiſio dirimẽs, uerbumq; precioſum. Hic ergo Samuel qui poſt multas matris lacrymas conceptus fuerat, primum quidẽ cum intueret magiſtrũ in mortem illam miſerabilẽ deuectum, ita confuſus atq; turbatus eſt, ut decebat gratũ amabilẽq; diſcipulum. Interea & Iudaicas calamitates flere cogebatur. Porrò filij ipſius, cũ iniqui & mali eſſent, atq; ad culmẽ iniquitatis peueniſſent, & hoc ipſo mœrore illum incredibili afficiebãt, & ſibi pręſtiti honoris hæredes eſſe nõ poterãt. Succeſſit huic mœrori, imò uero nõ ſucceſſit (quo enim pacto, cum prior nondũ quieuiſſet?) ſed adiectus eſt alius, Iſraelitarũ ſcilicet iniuſtiſſima petitio. Qua in re ita cõcidit, ut ingenti cõſolatione indigeret: audi deniq; q̃d illi dixerit deus: Nõ te ſpreuerũt, ſed me. 1.Reg.8 Poſt hæc tamẽ iſte parcebat illis, & ita miſerabatur, ut diceret: Mihi aũt abſit ut peccẽ, & deſiſtam ,,p uobis orare. Iſtos igit̃ ita dilectos à ſe cũ opprimi cõſpiceret atq; à bellis ſuperari, deũq; cõtra ſe prouocare: quã ſentire uoluptatẽ poterat? q̃ tẽporis abſq; mœrore, & lacrymis uiuere? Cum uero Saul cõſtituiſſet regẽ, alterni ſibi perpetuiq; gemitus adijciebant. Nãq; cũ ſacrificiũ ille præter dei uoluntatẽ obtulit, & cum ſuperatis Amalechitis, illorũ p̃epercit regi, idq; cõtra iuſſionẽ dei: ita animo perculſus eſt, ut ex eo iam nõ uiderit uirũ, ſed uſq; ad ultimũ diẽ luxerit, & lacrymatus ſit, quando etiã ob doloris uehementiã à deo increpatus eſt. Quouſq; eñ, inquit, tu luges Saul, & ego re- 1.Reg.16 puli illum? Si aũt his ita contingentibus lugebat, quo animo tunc fuiſſe exiſtimandus eſt, cum tot ſacerdotes fruſtra, & ſine cauſa interfecit? quãdo eum

Deut. 4

Ioſue 7

eum qui se multis beneficijs nullis q̃ iniurijs affecerat, secũdo ut interficeret profectus est: quãdo nondum illum prophetantem, ac deridentem uidit, cum audiuit Dauid in familiari cõgressu multa contra illum cõquerentem? Postquam uero de Dauid mentionem feci, nescio quid agam, lamen táne illius longa & assidua quæ in Psalmis scripta sunt, in mediũ adducam: an ista tibi in ocio recensenda permittens, ipsius potius calamitates explicem? Is igitur pluríma quidẽ cũ greges pasceret aduersa perpessus, aduersusq̃ aeris intemperiem, & beluarum feritatẽ reluctatus est. Quorum alterum ex his quæ Iacob cõtigerunt, alterum ex his quæ ad Saul locutus est, possumus animaduertere. Postea uero quàm omissa uita illa pastorali belli negocia intẽpestiuus miles arripuit, omitto fratrum inuidiam, etsi molestissima ea res fuit, cum clarissimam illam, admirabilemq̃ uictoriam adeptus esset, uehementiorem deiecto Goliath inuenit inimicum Saul, eum scilicet, quẽ minime debuerat, cũ à se beneficijs omnibus affectus esset. Necq̃ enim palam aduersus eum prælíabatur, sed amantium sibi personam assumẽs, ipsiusq̃ honorí & dignitatí prospicere se uelle simulans, ita aduersus illum immaniora inimícis omnib. moliebatur. Porro q̃ graue, quàm molestúmue sit pro bonis mala recípere, audire licet beatum Prophetam lamentantem iugiter, & ægre ferentem ac di
1.Reg.24 centem: Sic redduntur mihi mala pro bonis. Illud erat molestissimum, illud erat lacrymis & lamentatione dignissimum, quòd dux exercitus suspectum se cerneret regi, cum se ille minime lætis oculis intueretur. Quid autem timoris, quid solicitudinis, quid angoris ea res habeat, documẽto nobis sunt serui nostri: quos si modice suspectos habemus, ferre æquanimiter non possunt. Longe ergo id magis passus est fidelissimus dux, suspectus regi. Cum uero insidiæ præterea cõtra suspecti caput adiectę sint, quid hac eius grauius uita, atq̃ amarius dici potest? Ferebat tamẽ ille omnia & tolerabat, aderatq̃ illi iugiter qui se perimere meditabatur, atq̃ illius bella ducis præstantissimi fide & uirtute bellabat. Postea uero quàm insidias regis declinans recessit, atq̃ à belli curis seipsum remouit, hoc ipso quidem q̃ se insidijs subduxerat, apertasq̃ inimicitias regis constituerat, habebat nonnihil aliud ratione fiducię: uerum cum aduersus tantas copias cũ quadringentis uiris dimicare cogeret, metu ampliore q̃ prius tenebat. Nam cui necq̃ urbes, necq̃ castella, necq̃ socij, necq̃ reditus inerant: cõsidera quo animo erat, cũ aduersus fretum his omnibus pugnare cogeretur: nec præter deserta & speluncas, quò confugeret, reperire posset. Nam cum urbem Ceila nomine occupasset, ex ea protinus resilijt, sacerdotis responsis admonitus: quòd si illic manere pergeret, deus illũ Saulis manibus haudquaquã eriperet. At uero sacerdos ille ipse erat, qui impias regis manus effugerat, & qui cladem luctuosissimã, quæ in Nobe contigerat, annũciauit regi, quãdo in amarissimã quoq̃ illã erupit uocẽ: ego enim sum causa mortis cunctarũ animarũ domus patris tui. Itaq̃ cum illo iugiter cõgressus, nihil aliud erat q̃ luctus illius ac mœroris monimentũ. Cum enim in illum intuebatur, semper uersabatur illi ante oculos necatio illa sacerdotũ. Porrò ipsius necis memor, ac tam sceleratæ cædis causam sibi imputans, reis omnibus ac damnatis infelicius degebat. Etsi enim nihil aliud illum perturbasset, sufficere id poterat ad uulnerandum suffocandũq̃ animum, quòd se ipsum tot sacerdotũ peremptorem impiũ existimaret. Hac uero cogitatione saucius, quæ diu noctuq̃ plusquam tinea ipsius corrodebat animũ, & alia deinceps uulnera alterna ac perpetua suscipiebat: quippe cum Nabal per seruos suos contumelijs afficeret, fugitiuumq̃ ac refugũ atq̃ ingratum seruum appellaret, nõ sine dolore uerba tam iniuriosa percepit. Et cum ad Achis profectus, in sanũ se simulans cõcideret, uersaretq̃ oculos atq̃ spumæ plurimũ ex ore demitteret, lõge profecto amplius cruciabatur, q̃ illi qui re uera corripiuntur à dæmone, cũ secum reputaret in quam ille se necessitatẽ deduxisset, quẽ summis beneficijs fouerat. Cum uero paululum apud hostes quieuisset, essetq̃ in hostem illorũ deducẽdus exercitus, inuidia cõmoti aduersum eum satrapæ, atq̃ illi apud regẽ suũ detrahentes, suo illũ exercitu deturbant, ueluti inutilem sibi & insidiatorẽ proditoremq̃ futurũ. Irati sunt, inquit, aduersus illum satrapæ alienigenarũ, dixeruntq̃ regi: Emitte uirũ, *Ibid.29*
& reuertatur ad locũ, ubi tu illum statuisti, nec ueniat nobiscum ad bellum, & nõ sit insidiator in castris. In quo enim iste recõciliabitur domino suo, nisi in capitibus uirorum illorũ? Quibus ille uerbis percussus, accepta summa cõtumelia recessit mœrẽs, ac domum rediens tanta mala, tot clades offendit, ut penè mœrore suffocaretur. Quæ emm tunc contigerunt aduersa, ea erant, ut possent prę uisa etiam & præmeditata illius animũ tenebris obducere. Porrò ex insperato superuenientia duplo q̃ erant, grauiora uidebantur, necq̃ iam tolerabilia. Iuerat enim ille quasi quieturus domi, mœroris præteriti consolationẽ inuenturus, uxores scilicet ac liberos: cum repente audiuit illos in seruitiũ ab hostibus abductos, hausitq̃ oculis ignẽ, fumum, sanguinem, cadauera, atq̃ antequã istos lugeret captiuosq̃ defleret, irruũt ad eum feris omnibus immanius, habitatores ciuitatis quærentes singuli casuum suorũ consolationem ex illius capite. Et ueluti cum uenti cõtrarij in mari irruũt, ingens & sæua procella ex ea pugna cõcitatur: ita & tunc tristitia & metu iusti huius perturbãtibus animum tempestas maxima, tumultusq̃ harum passionum inuicem se collidẽtium iugiter inerat. Fretus autem copijs, & dolore concitatus, cũ uxores ac natos captiuitatẽq̃ omnem recepisset, antequam uictoriæ illius uoluptate frueretur, mœstissimo percussus est nuncio, mortẽ Ionathæ cõperiens: quæ illius animum tãto dolore prostrauit, quantus ex illius lamentatione cognoscit. Incidit enim, inquit, super me dilectio tui, quasi dilectio mulierum. Quid autẽ lamentationes prosequar? *2.Reg.1*

Qui enim patrem illius insidiatorem suum atque A
inimicum, & qui millies illius mortem concupie
rat, ita fleuit & lacrymatus est: quid passus exisți-
metur, cum illum qui sibi in illis periculis semper
adstiterat, ac sæpissime patris insidijs eripuerat, se
cretorumq; suorum particeps fuerat: qui cum pa
cta plurima inierat, ante uita defecisse cognosce-
ret, quàm illi acceptorum beneficiorũ uicem resti
tuere ualeret? Cum adhuc urgeret illa perturba-
tio, alio rursus mœrore dux illum suæ militiæ ex-
cruciat, dum Abner qui sine dolore ac uexatione
aliqua, imò & cum facilitate omni totum illi ex-
ercitum præbiturũ pollicitus fuerat, ante imple-
tam pollicitationem occupans, fraude interimit.
Cui cædi intantũ condoluit, ut ex tunc mala Ioab
imprecaretur, & ipso mortis suæ tempore filio im B
peraret, ut ultionem ab eo tanti sceleris exigeret:
at præterita uerba ipsa lamentationis suæ pertur-
bationem animi illius sic ile nobis insinuare pos-
2.Reg.3 sunt. Eleuauit enim rex, inquit, uocẽ suam, ac fle-
uit super tumulo Abner: Si secundum mortẽ Na
bal, morietur Abner. Manus tuæ non fuerũt uin-
ctæ, neq; pedes tui in cõpedib. neq; audisti, sicut
Nabal coram filio iniquitatis corruisti. Quid igit
post hæc? Dolo interficitur Miphiboseth, succes
sitq; hic mœror: quippe & illum ita luxerat, ut in-
terfectores eius morte mulctaret: claudorũ adie-
cta reluctatio, quæ illum immodice turbauit. Eis
tamen alijsq; hostibus nonnullis superatis, arcam
ingenti cum lætitia reducere instituit. Verũ cum
ea reduceretur, gaudentibus omnibus, in medio C
lætitiæ cõmunis res contigit, quæ uoluptatẽ ob-
scuraret omnium, regisq; animum ingenti metu
ac dolore cõfoderet. Oza enim cum uellet arcam
labantem corrigere, dei confestim iracundia per
cussus ac mortuus est: atq; diutissime adeo regis
animũ metus iste cõmouit, ut non prius auderet
arcam ad se introducere quàm addisceret quonã
modo ea uteretur, qui illam susceperat ab Hede-
ra. Interea mortuo Ammonitarũ rege, rem boni
ac benigni hominis faciens, misit qui consolaren
tur superstitem filium, persuaderentq; patris obi-
tum patiẽter tolerare. Tum ille pro honore susce-
pto, summis iniurijs abeuntes prosecutus, atq; tur
piter dehonestatos remisit ad regẽ. Parumne hoc
tibi uidetur ad feriendum deijciendũq; animum? D
At inde secutũ utriusq; bellum quãto dolore per-
tulerit, ostẽdit quòd nullum aliud initium cepit,
atq; in tantũ uehementiæ progressum est, ut innu
meris illum incõmodis afficeret. Sufficere quidẽ
& ista poterant, etiamsi eis quispiã ille iucũda per
misceat, illius uitam inter eos numerare, qui sem-
per in luctu & miserijs uixerunt. Nunc uero talia
postmodũ secuta sunt, ut nec olim tristia pati cœ-
pisse uideatur. Quippe fabulas omnes, omnemq;
tragœdiam uicerunt regis huius clades: adeo illi
monstruosa, & inuicem sibi succedentia, domuiq;
suæ contigerunt, cum clades cladibus succedere
semper pergerent. Consydera, quæso, Adamauit
sororem Thamar Ammon frater, amatam ui op-
pressit, oppressam odiuit, camq; uiolationem ne-
fariumq; concubitum, prior ipse patefecit alicui
ex seruis mandans, ut inuitam pelleret domo, ac
per plateam emitteret clamantem, ploratuq; & la
mentis omnia implentem. Id cum didicisset Abs
alon, ad prandium fratres inuitat uniuersos, inter
quos & stuprator ille sororius aderat, edentem il
lum atq; bibentem cum cęteris inter conuiuandũ
per seruos iugulat. Inde quispiã exurgẽs, nec ple-
nè rei gestæ ordinem noscens, regi mortuos om-
nes illius filios annunciat. Quo ille percepto, se-
dens filiorum, quæ nõ erat, lugebat cædem. Post-
quam uero ille rem gestam apertius audiuit, filio
quidem cõminatus est, eumq; se morti addicturũ
asseuerauit. Cum uero ille effugisset, totũq; trien-
nium in aliena uixisset regione, toto illo tempo-
re rex permansit iratus: & ne tunc quidẽ illum ac
cersisset, nisi eum ducis sui sapientia flexisset. Eo
autem accersito, nec sic quidẽ extincta est doloris
flamma, sed duos rursus annos illũ aspectu re-
mouit suo. Vixq; post adeo prolixũ tempus à du
ce exoratus, suis illum aspectibus dignatus est. At
uero ille harum rerum memoria indignatus, siue
aliàs tyrannidem gestiens, insurgit in patrem, il-
lumq; rursus ad fugas erroresq; perpetuos, quos
perpessus erat sub Saul, reuocat: imò uero mul-
to illi molestior ea fuga, quàm prior fuit. Nam pri
us quidem dux cum esset, ista perpessus est: nunc
autem cum annis plurimis regnasset, hostesq; fe-
rè omnes superasset, migrare cogebatur, ac profu
gus fieri. Qui autem illum conditione tam misera
bili profugum agebat, non alienus quispiam, siue
hostis erat: sed qui ex ipso natus fuerat, sicut & ip
se cum excederet à terra sua, lamentabat plorans.
Et tunc quidem cum in feruore esset ætatis, ferre
uniuersa fortiter poterat: nũc uero florido illo tẽ-
pore emenso, quãdo senectutis suæ solatium sce-
lestum illum habere debuerat, tunc maxime insi-
diosum, sibiq; infestissimũ sentiebat. Egrediebatur-
q; cum paucis nudis pedibus rex ille sublimis
mœrens, ac lacrymas fundens, pudore ac dolore
plenissimas. Bellum quippe illud non calamita-
tis tantũ, sed confusionis quoq; materia illi & cau
sa erat. Tanto enim cõtumelio sius q; Saul impius
filius beato illo tũc utebatur, ut patris quoq; tho-
rum uiolaret: idq; nõ clam, sed in tecto domus ui-
dentibus omnibus, ac iura naturæ legesq; concu
bitus per nimiã qua in patrem ferebat insaniam
peruerteret: atq; amẽtia ebrius, bello necdũ cõfe-
cto, quasi iam uicisset captiuosq; duxisset aduersa
rios, ista audebat, ac præ se ferebat. Sic igitur mœ
stum & metuentem Sibas cum inuenisset, turba-
uit amplius, contra dominum mentitus suũ asse-
rensq; illum tyrannicè sentire. Huic successit Se-
mei uir quidã sceleratus & ingratus, innumerisq;
illum probris respersit, uerbis lapides admiscens.
Egredere, inquiens, uir sanguinum, & uir nequã. ibid.16
Conuertit in te dominus omnem sanguinem do-
mus Saul, quia regnasti pro eo, & dedit dominus
regnum in manu Absalon filij tui, ostenditq; tibi
malitiam tuam, quia uir sanguinum es tu. His ille
auditis atq; toleratis, tabescebat quidẽ: quod ex

ipsis

ipſis lamentis manifeſte cõprobatur: uerum nihil ultra facere audebat. Sed cum dixiſſet inſurgenti in illum, ac domini ſui iniurias ulciſci cupieti, Dimitte illum maledicere mihi: dominus enim dixit illi, ut uideat humilitatẽ meã retribuatq; mihi dominus bona pro maledictione uiri huius, uiuum ab ſe abire permiſit. Ipſe autem Chuſi aduentum præſtolabatur, ſolicitusq; ac tremens rei expectabat exitum. Vt autem & iſta nũciata ſunt bellum inſtruebatur, bellis omnibus quæ unquam contigerunt peregrinius, ſignificationi q; ueritati ſimilius. Eum enim qui cauſa fuerat malorum omnium, eiusq; belli totam materiã præbuerat, & quo mortuo aduerſa omnia finiebantur, hũc ducibus ſuis tota prouidentia & cura commendabat, iſta illis iugiter replicãs: Parcite, aiebat, filio meo Abſalon. Quid hac hæſitatione & ambiguitate deterius? Quid ea miſeratione miſerabilius? Suſcipere bellum cogebatur, in quo & uincere, & uinci æque illi moleſtum erat. Nam neq; ſuperari uolebat, qui tantas copias emiſerat: neq; rurſum ſuperare, qui belli autorem necari prohibebat. Verũ diſcreto bello, ac fine quem uoluit deus conſecuto, ac parricida illo interfecto: reliquis omnibus in lætitia & gaudio agentibus, ſolus rex lugebat & lacrymabatur, ac ſeipſum includens defunctũ appellabat filium: ferebatq; grauiter, quòd pro illo ipſe nõ occubuiſſet. Quis emi, aiebat, mihi mori pro te dabit Abſalon fili mi? Quid hac clade perplexius unquam auditum eſt? Quando fratrẽ ille necauerat, ipſum interficere quærebat: quando autem contra ſe uæſanus ferebatur, tunc filio parcebat. Neq; flere quidem deſtitiſſet mortuum, niſi ingreſſus Ioab indignitatẽ rei arguiſſet, ac uehementius alloquẽs erexiſſet illum, exercitumq; decenti facie & habitu ſuſcipere perſuaſiſſet. Nec tum quidem clades ſuæ finem acceperunt, ſed primo quidem aduerſum ſe uerſi in ſeditionem milites diuiſiq; ſunt. Poſtea uero quàm uix & per ſummas blanditias ceſſarũt, reſilientes rurſus adiecti ſunt Sabee, bellũq; aliud conflari cœpit, cũ adhuc prioris reliquiæ remanerent. Quibus rebus perturbatus Dauid, coactis copijs eas cũ ducibus misit. Ioab autẽ & ex hoc bello peracta uictoria nõ permiſit uictoriæ uoluptatem ſine mœrore cõtingere. Nanq; ducem unà ſecum conſtitutum Amaſan, qui omnẽ populum ſubiecerat Dauid, innocentem, & qui in nullo ſe læſerat, inuidiæ ſtimulis agitatus occidit. Quę res ita grauis ac moleſta fuit regi, tantoq; illũ confudit mœrore, ut filio moriens mãdarit, eius uiri ſanguinem ulciſci, oraueritq; ne tãti ſceleris autorẽ impune mori pateret. Et quod lõge grauius eſt, ita affectus eſt, neq; mœroris ſui cauſam dicere audebat, eo q aduerſus in numera incõmoda iam obluctatus eſſet. Etenim poſt bellorũ fremitus, fames cũctam prouinciam depaſta eſt: & cũ eius incõmodi abſolutionẽ quęreret, cogebat filios Saul ad mortẽ tradere. Quippe hoc cœleſte oraculũ præcipiebat: Super Saul, inquiens, & ſuper domũ eius hæc iniuſtitia, eo q Gabaonitas morti addixerit. Quòd ſi qs recolat quantum Saul inimiciſſimi mortẽ defleuerit, animaduertet quid tum quoq; paſſus ſit, cũ filios innocuos tradidit Gabaonitis. Attamen & iſta tolerabat, ulteriusq; clades procedebãt. Nam poſt famem protinus inſurrexit peſtis, ceciderũtq; in dimidio diei ſeptuaginta milia uirorum, quãdo miſeranda illa uerba locutus eſt rex. Cũ enim uidiſſet angelum diſtrictum gladiũ tenentẽ, dicebat: Ecce ego paſtor peccaui, & ego paſtor malefeci. Iſti qui ſunt grex quid fecerunt? ſit in me manus tua, & in domum patris mei. Deniq; ipſius aduerſos omnes caſus mœroriſq; cauſas diligẽtius enumerare poſſibile non eſt: neq; enim omnes cõſcriptæ ſunt, uerum ex ipſius lamentis & gemitibus poſſumus cõijcere calamitatum quoq; omiſſarũ magnitudinem, utq; iuſtus ille nunquam plangere ac dolere deſierit. Quid enim ille ait? Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & quod in his eſt amplius, labor & dolor. Sin uero tu dixeris, per hæc illum uerba non ſuam ſolum, ſed communem uitam omnium deprehendiſſe: plus aliquid quàm ego uelim concedis, plurimisq; nos cõtrouerſiis liberas, ipſe cõſentiens non illius ſolum, ſed ne alterius quidem cuiuſquam uitam inueniri poſſe, cuius non multo ſint plura triſtia ac difficilia, quàm læta & iucunda. Siquidẽ ille, ut tu quoq; rite confiteris, non ſuas ſolum calamitates, ſed aliorum quoq; in cõmune conſiderans: itadem hanc ſententiã tulit, eadem fere quę Patriarcha locutus, niſi iſte maiori cum uehemẽtia. Quã emi ille de ſe, hic de omnibus protulit. Aiebat ille: Parui & mali ſunt dies mei: hic autẽ, Dies annorũ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni: hoc eſt, omnium hominum, & quo plus his eſt, labor & dolor. Verũ enim hæc, ut dixi, tibi diligentius in ocio examinanda relinquens, ego ad prophetas rẽliquos ueniam. Et ſi nuſquam uitã ſuam illi nobis conſcriptam reliquerunt, ob malorum tamẽ quæ illos obtinuerunt magnitudinem, uel ex uno uerbo omnem illos uitam in laboribus, erũnis, & doloribus egiſſe reor oſtendi poſſe. Ac primũ, quod cõmune illis omnib. fuit, ludibrijs & uerberibus affecti, lapidibus obruti, carceribus incluſi, ſerrati, in occiſione gladij morientes, circumeuntes in melotis & pellibus caprinis, egentes & preſſi, afflicti per omnem uitam perſtiterũt. Ad hęc aliam quoq; mœroris adiectionẽ his omnibus acerbiorem habuere, q illorum nequitiam qui ſe ita afficiebant, ſemper ad deteriora progredi intuerentẽ. Qua ex re lõge plus quàm ex incõmodis ac preſſuris angebantur. Et alius quidem aiebat: Execratio & mẽdacium, & furtum, & adulterium, & homicidium effuſa ſunt in terra, & ſanguinem ſuper ſanguinem admiſcẽt: per hæc uerba malitiæ licẽtiam perplexitatẽq;, & copiam nobis inſinuans. Alius rurſus clamabat: Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut racemum in uindemia, cũ non adſint botri: per hęc raritatẽ bonorum hominum deplorans. Item alius alia ſimilia queritur. Porrò armentarius ille non

Pſal. 89

Gen. 47

Oſee 4

Mich. 7

Amos 7

eorum uitiâ lugebat ſolum, uerũ plus in illorũ ca A lamitatibus, q̃ in ſuis tentationibus mœrebat, ac deum obſecrabat, dicens: Propitius eſto domine, quis ſuſcitabit Iacob, quia paruuluseſt? Pœnitere domine ſuper hoc. Et ne ſic quidem precũ ſuarũ effectu potitus eſt. Dixit enim, & nõ fiet, dicit dominus. Eſaias uero cum audiſſet, quia deſerta erit omnis terra, ne cõſolari quidẽ uoluit, ſed aſſidue
Eſa.22 lugebat, dicens: Dimittite me, amarè flebo, nõ poteritis conſolari me. Hieremiæ autem lamentationes & ſeorſum conſcriptas, & per omnẽ prophetiæ textum diſperſas, partim de ſeipſo cõpoſitas, quis poſſit ſine lacrymis legere? Nam nunc quidem
Hier.9 aiebat: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lacrymarum, & plangam populum iſtum die ac nocte? nunc autẽ: Quis dabit mihi in B deſerto manſionẽ extremam, & derelinquã populum iſtũ, & recedam ab eis? Omnes enim adulteri ſunt. Nonnunquã uero indignans ac mœrens cla
Ibid.15 mat: Vę mihi mater, ut quid me genuiſti uirũ, qui diſcernat & dijudicet omni terræ? Aliquãdo dieí
Ibid.20 quoq; natiuitatis ſuæ maledixit, dicens: Maledictus dies, in qua natus ſum in ea. Sed & cœni lacus, & uinculorum preſſuræ, & uerbera, & inſidię irriſionesq; perpetuę ita illũ excruciabant, ut iam pene deſperaret. Quid autem quãdo capta urbe, prouidentia & honore à Barbaris dignatus eſt? Num iſta ſentiebat? Imò uero tũc maxime amara illa lamenta conſcripſit, mortuos & abeuntes lugens. Neq; minora illi uiſa ſunt ſequẽtia mala pręteritis, cum hi qui ex bello reliqui fuerant, rurſus C per ſua ſcelera deum irritarẽt. Cum enim pollicerentur ſe illi per omnia obtẽperaturos nihilq; reluctaturos, in Ægyptũ rurſus deſcenderunt, oraculo contraria præcipiente: prophetamq; ſecũ deduxerunt, ac per ſuã ingratitudinẽ illum ſibi longe grauiora prioribus dicere, atq; imprecari coegerũt. Quid uero Ezechiel? Quid Daniel? nónne in captiuitate tempus omne uixerunt? Quorum quidem prior fame, ac ſiti pro alienis cruciabatur malis, uxoreq; defuncta eũ caſum abſq; lacrymis perferre iubebatur. Porrò quid grauius dici poſſit, q̃ in ſuis aduerſis caſibus ne flere quidem per-
Ezech.4 mittit? Omitto enim modo, q̃ ſuper ſtercus bubalorum panem ſuum comedere coactus ſit, & q̃ ſuper unum latus centũ & nonaginta diebus iacere, aliaq; huiuſmodi tolerare ſit iuſſus. Etſi em̃ illi ex his, quæ uel diximus, uel omiſimus, nihil triſte cõtigiſſet: certè id ſolũ q̃ inter hoſtes ac Barbaros impuroſq; homines uir iuſtus & ſanctus iugiter uerſatus ſit, omni erat illi ſupplicio acerbius. At uero Daniel uidebat quidem ſummis honoribus frui, & quaſi captiuitatis & ſeruitutis inurijs non tangi, cum in regia iugiter obuerſaretur aula, eſſetq; potentiſſimus. Cæterũ ſi quis illius orationẽ audiat ieiuniũq; cõſideret, faciei q̃ immutationes, ac iuges precationes, agnoſcatq; diligẽter quorũ gratia iſta faciebat: animaduertet hũc ex omnib. maxime in doloríb. angoribusq; uixiſſe. Neq; enim illum præſentia tantũ mala excruciabant, uetum & futura perturbabãt: quæ etiam cũ necdum contigiſſent, prænoſcere dignus eſt habitus, atq; propheticis oculis aſpicere. Cumq; necdũ præſenti ſeruitute liberatos Iudæos cerneret, aliam illis rurſus captiuitatem præuidere cogebatur: & quę nondum ædificata fuerat, eam urbem capi cernebat, ſacrificijſq; contaminatum templum ac deſolatum, omnemq; euerſam ſanctificationem, idcir co lugebat & lacrymabatur, dicens: Nobis autẽ Baruch 1
confuſio faciei, & regibus noſtris, quia peccauí- Dan.9
mus tibi domine. Verum neſcio quo pacto me 3.Reg.19
penè inter prophetas effugerat cœleſtis ille animus, qui ſic in terra uerſabatur, ut in cœlo ſemper eſſet. Nihil enim illi terrenum præter meloten erat. Quid igitur ſummus iſte atq; admirabilis uir, ſi uirũ illũ uocare oportet? Nam poſt ingentẽ illam fiduciã qua aduerſus Achab uſus fuerat, poſt ignis illam è cœlo demiſſionẽ, poſt necẽ ſacerdotum, poſteaq; clauſerat & aperuerat cœlum, quo tẽpore utrũq; uoluerat, poſt tanta ac talia rectè facta & ſigna fiduciæ, ita metu mœroriſq; magnitu
dine detinebat, ut hæc uerba loqueret: Tolle aní 3.Reg.19
mam meã à me: nõ enim ſum melior ego q̃ patres mei. Iſta ille, qui hodieq; necdũ mortuus eſt. Neq; iſtud ſolũ, ſed in deſertũ profectus obdormiebat, præ doloris ac mœroris onere laſſus ac fatigatus. Porrò huius diſcipulus nõ ſolum ſpiritũ magiſtri 4.Reg.2
duplicẽ accepit, ſed & preſſuras longe etiã maiores. Hoc denicq; paulo ante beatus Paulus oſtendens illorumq; ærumnas enumerans, aiebat: Qui Heb.11
bus dignus non erat mundus. Peropportune nũc Pauli fecimus mentionem. Qui enim per ſe ſolus inſpectus ad cõſolãdum ſufficere poſſet, hic poſt alios ueniens, cuius non dolorẽ ac mœrorem eua neſcere facit? Eius nempe famem, ſitim, nuditatẽ, naufragia deſertiq; habitationes, timores ac pericula, inſidias, carceres, uerbera, uigilias innumeras, mortes, & alia quæ prædicationis cauſa perpeſſus eſt, ne referẽda quidem arbitror. Iſta enim etſi preſſuras illi exhibebant, nõ tamen erat abſq; uoluptate quadam. At uero quando illum Aſiatici omnes auerſati ſunt, quãdo Galatæ peruerſi, gens integra & eatenus grata, quando eccleſiam Corinthij plurimas in partes ſciderunt, fornicatoriq; teterrimo per ſuas blanditias pudoris quoq; ſenſum abſtulerunt: quid illum perpeſſum putas, D quãtas illius animo tenebras obfuſas arbitraris? Sed quid nos iſta coniecturis colligimus, cum illius uerba audire liceat? Corinthijs enim ſcribẽs, dicebat: Quoniam ex multa tribulatione & angu 2.Cor.2
ſtia cordis ſcripſi uobis per multas lacrymas: Et rurſum: Ne forte cum uenero, humiliet me deus, & lugeam multos qui ante peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiam. Galatis uero: Filioli, inquit, Gal.4
mei, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in uobis. De Aſiaticis uero ſcribens ad diſcipulum, queritur & ingemiſcit. Neq; enim iſta ſolum tunc illum mœrore afficiebant, ſed & datus illi ſtimulus ita eum uexabat atq; affligebat, ut ſæpe pro huius abſolutione deum deprecatus ſit. Quòd enim hic ait, ter, ſæpius ſignificat. Prorſus uero quãdo ille reſpirare potuit, qui fratris quoq;

abſen-

absentiam lugebat? Ex eo enim, ait, quòd non inueni Titum fratrem meum, nō habui requiem. In
Philip. 2 alterius item morbo hoc idem passus est: Deus enim misertus est eius (de Epaphra scribens Philippensibus) non illius autem solum, sed & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Et de seductoribus, ac sibi reluctantibus grauiter mœrens,
2. Tim. 4 ad Timotheum scribit: Alexander, inquiens, ærarius multa mihi mala ostendit, reddat illi deus iuxta opera sua. Quam igitur iste uel breuem mœroris ac doloris habere requiem poterat? Neq; enim ea sola quæ dicta sunt obsidere animum suum poterant, sed & alia quæ mœrorem illi assiduum præbebāt. Et ea rursus ipse aperuit, cū dicat: Præter ea
2. Cor. 11 quæ foris sunt instantia, mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizat, & ego non uror? Si igitur ille per singulos eorum qui scandalizabantur urebatur, profecto ea adustio extingui ex illius animo non poterat. Neq; enim unquam deerant qui scādalizarent, ignicq; illius materiā subministrarēt. Nam si & urbes & gētes sæpe integre more deciderūt, multo sanè magis unū semper & alterū qui hæc paterētur, inueniri necesse erat, cū tot essent ecclesiæ per orbem. Concedamus autē, si placet, neq; scandalizatū fuisse aliquem, neq; ab eo disiūctū aliquādo, neq; aliud aliquid huiusmodi tristiū illi contigisse, ne sic quidem mœrore uacuū inuenire poterimus. Qua in re nullus iterum testis aptior ac fidelior occurrit, cq; ipse qui passus
Rom. 9 est. Quid enim ille ait: Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis secūdum carnem, qui sūt Israelitę. Quod aūt dicit, huiusmodi est: Optabilius mihi erat in gehennā incidere, cq; Israelitas infideles & incredulos uidere. Hoc enim est, optabam anathema esse à Christo. Is autē qui eligebat gehēnæ cruciatū, ut Iudæos omnes ad fidem posset inducere, liquet profecto q nō potitus uoti sui grauius afficiebatur, cq; hi qui in gehenna cruciantur: quandoquidem hoc potius quàm illud cupiebat. Tu uelim per singula quæ dicta sunt, non solum materiam cogites, ex qua mœstitia uiris illis gignebatur, sed mensuram etiam doloris ac mœroris, multo illum maiorē aspicies, quàm tuus sit. Quod enim modo quæritur, hoc est, grauius ne, an leuius illi angebantur: porrò mœstitiæ mēsura nō ex occasione qua nata est solum, sed ex uerbis etiam & rebus probari consueuit. Nam plurimi cum solum amisissent pecunias, magis quam modo charitas tua doluerunt, atq; ex his alij se aquis suffocauerunt, alij laqueo sibi uitam extorserunt, rei pecuniariq; detrimenta non ferentes. Aliorum uero etiā oculos mœroris huius uis ac magnitudo cæcauit. Et certè lōge leuius ac tolerabilius uidet pecunias amittere, quàm perturbari à dæmone: sed tamē plurimi cum hæc fortiter tulissent, ab illo superati sunt. Neq; enim uelim ista nunc ex animo tuo metiaris, neq; quoniam tu pecuniarum detrimenta irrides, alios etiam ita affectos arbitreris. Quippe earum amissio plurimos in stuporem animi, & summa detrimenta perduxit. At em̄ fortem & illustrem animum, neutrum horū deiicere
A prævalet: imbecillis uero ac seculo addictus, illo potius quàm isto cruciatur. Cur id? Quia idē non est, famem metuere, & paucis diebus agitari hoc morbo. Nam hic quidem breui temporis parte sit uiolentia omnis, non secus quàm febris cuiusdā, aut rigoris, uel alterius imminentis pestis, imo uero multo minus temporis occupat, quàm ista omnia. Sed fortasse uicit uehemētia? Atqui plurimos tibi possem equidem ostendere laborantes febribus, qui cum eo igne corripiuntur, multo magis quàm hi qui perturbantur à dæmone, stupent atq; obrigescunt. At uero indigentiæ metus, ne desint necessaria, ueluti uermis assiduus iugiter perturbans atq; assidens, pauperū corrodit animum. Et
B quid ego paupertatem dicam? Omnes hominum calamitates si dinumerare uelimus, non ipsi solū, sed tu quoq; lamenta tua ac ploratus fortasse ridebis. Deniq; nō solum omnes, sed ne breuissimam quidem earum partem eloqui nobis possibile esset. Neq; enim scimus illas, neq; si sciremus, tempus omni narrationi sufficeret. Verum paucas ex plurimis pro uiribus colligens, ex his tibi eas etiam quæ dictæ non sunt, conijciendas relinquam. Memento, quæso, senis illius optimi atque amantissimi Demophilum dico, ex magna illustriq; familia. Hic iam quintum & decimum annum agit, ex quo nihil agere plus potest, quàm mortuus, ni si quòd tremit iugiter & loquitur, sensumq; disertissimum suorum habet malorum. Cæterū in sum
C ma paupertate uitā agit, ministro tantū uno adolescente comitatus, bono quidem, ac domini sui studioso: non tamen calamitatem illam sedare ac solari idoneo. Neq; enim inopiam iuuare potest, neq; resolutionis illius tremorē sistere, sed buccellam tantum ori domini apponere (quippe neq; ad hoc illum iuuare possunt manus) & offerre calicem, & purgamenta narium abstergere prævalet, aliud autem plus inferre nihil. Et iste quidem, ut dixi, quindecim iam annos in eiusmodi ærumnis degit. Ego autē illum de euangelio consídero, qui Ioan. 5
triginta & octo annis hoc morbo cōsumptus fuerat. Tu uelim præterea Aristophemū quoq; ex Bithynia cogites, Huic enim corpus nondum resolutum est, ut illi seni, uerū languor alius imminet,
D longe paralysi illa molestior & grauior. Nanque alui cōtractiones quædam doloresq; tormētis omnibus acerbiores, nunc quidem uerubus omnibus acutius pungentes, nunc igne uehementius urentes, diebusq; singulis ac noctibus eum exagitantes, apud ignaros eius morbi uæsanum illū uideri faciūt, adeo torquēt illius papillas, adeo manus pedesq; contrahunt, mutumq; illum per multam horā constituunt. Porrò clamores illius, ac gemitus (nam post illam priuationem uocis nōnunquam in clamorem erūpit) lamenta parturientiū superant, adeo ut sæpius hi etiam, quibus longinquius ab illius habitaculo remotis infirmi sunt, præ uigiliarum tædio & nimietate turbati mittāt culpantes quòd ex illius clamoribus infirmis suis deterius sit: quod illi non ex longinquis inter-

uallis, ſed ſæpius diebus ſingulis ac noctibus con
tingit. Sextusq; iã hic annus uertit, ex quo mole-
ſtiſſimo huic flagello permiſſus eſt, neq; ſeruus ul
lus adeſt, qui curã eius habeat, neq; medicus, qui
cõſoletur: id, propter inopiam: iſtud, quia ſuperat
omnẽ artis induſtriam is morbus. Plurima enim
plurimi cũ egerint (erat enim antea pecuniis fre-
tus) nihil profecerunt. Quodq; his omnibus grau-
ius eſt, neq; amicorũ aliquis eum iã uidere uult,
ſed eum omnes deſeruerũt, & hi qui plurimis an-
tea ab eo beneficijs fuerãt affecti. Quòd ſi quis un
quam ingredit, protinus reſilijt: tanto fœtore do-
mus illa plena eſt, eo quòd nullus adſit, qui curam
eius gerat. Vna enim & ſola illi ancilla aſſidet, tã-
tum illi miniſtrans, quantũ poteſt mulier, cum ſit
& ſola, & ex opere manuũ uiuens. Quẽnam ergo
dęmonũ uexatio illius cladibus cõparari poteſt?
Etſi enim eum horum nihil perturbaret, quid nõ
pateretur, conſiderans adeo prolixũ tempus, quo
iam in lectulo decubat, ingẽtesq; ſumptus, qui ſe
in ſupremam iniecerunt inopiam, amicorum con
tẽptum, famulorum atq; obſequentiũ ſolitudinẽ:
& id quod maxime te nunc perturbat certãq; nul
lam fiduciam habet, an finem clades iſtę habiturę
ſint: imò uero ſummam confidentiam, q; ſe uiuen
te ac ſpirante nunquã finientur. Quippe eius mor
bi uis, & quotidianus in deteriora progreſſus hoc
pollicentur. Verum ne per ſingulos enumerans
eos, qui huiuſmodi aduerſis caſibus afflicti ſunt,
faſtidium legentibus faciam: perge quæſo, ad illũ
cui xenodochij cura permiſſa eſt, ac iube te ad ibi
iacentes introduci, ut omnium morborum inſpi-
cias radicem, nouaq; infirmitatũ genera omnesq;
materias mœroris. Inde te ad carcerem conuerte,
cunctisq; illius habitaculi diligenter exploratis,
proficiſcere ad balnearum propylęa, quo in loco,
ſimo & ſtipula p ueſtibus utentes, iacent nõnulli
nudi, frigore, morbo fameq; perpetua obſeſſi, aſ-
pectuq; ſolo, ac tremore corporis, & ſonitu ſe col
lidentium dẽtium, prętereũtes ad miſericordiam
flectentes. neq; uocem emittere, neq; manum ex-
tendere ualentes, eo quòd iam his malis penitus
attriti ſunt. Neq; hactenus perſiſtas uelim: ſed ad
pauperum diuerſorium, quod ante urbẽ eſt, egre-
dere: perſpicies profecto eum, quo nũc detineris
mœrore portum eſſe tranquilliſſimũ. Quid enim
dicere neceſſe eſt, uel elephãtia cõſumpta uirorũ
membra, uel cancro mulierũ? Ambo enim iſti &
longi ſunt, & inſanabiles. Horum uero alter quos
occupauerit, ſuis urbibus elimínat, neque lauacri
eos, neq; fori, neq; alterius cuiuſpiã illorum loci
participes fieri fas eſt. Neq; iſtud ſolum graue &
acerbũ eſt, uerum illud lõge grauiſſimum, q; neq;
cõfidere certe poſſunt, neceſſaria uictui ſibi nõ de
futura. Quid uero illos memorem, qui fruſtra ſæ-
pius ac ſine cauſa ad fodiẽda metalla dãnati ſunt?
Nempe iſti omnes multo grauiore dolore cruciã
tur, q; qui à dæmone corripiuntur. Si uero nõ cre-
dis, nihil mirum eſt. Nõ enim eadẽ ſententia, no-
ſtra, qua aliena incõmoda iudicare conſueuimus:
cum illa quidẽ uerbo ſolum & aſpectu, noſtra ue-
ro experimẽto, ac ſenſu cum noſtri ipſorum miſe-
ratiõe cõiuncta didicerimus. Atq; idcirco iſta gra
uiora eſſe, minusq; tolerabilia. Sin uero quiſpiam
omnium libere illorum naturam diligentius con
ſideret, & eos qui in illa inciderũt animaduertat,
hic profecto nobis de huiuſmodi fert incorruptã
integerrimãq; ſentẽtiam. Sed fortaſſe dicturus es,
omnes illos morbos circa corpus uerſari ſolum,
hanc autem peſtem intimos animi receſſus attin-
gere, illisq; omnibus eſſe diriorem. Nempe hoc
ipſo in primis eam inuenimus illis omnibus eſſe
leuiorem. Neq; enim hęc ut illi corpus iugiter cor
rumpit & perimit, ſed ſolum animam breui tem-
pore excruciat. Cæterum illijpſi morbi, quos mo-
do numerauimus, cum in carne gignantur, eam
omnem peſtem non eatenus ſiſtunt, uerũ ad ani-
mam emittũt, anguſtantes illam iugiter, & per do
lores ac mœroris aculeos ſummos corrũpentes.
Vt enim, inquit, ulceri acetum minime conuenit,
ita & morbus inuectus perturbat cor. Non igitur
id ſolum dixeris, hos tãtum gigni ex corpore: ſed
illud potius oſtẽde, quo pacto peſtem omnem &
corruptionem ad animam nõ mittant. Quippe &
fames cum non gignatur ex corporibus corrum-
pit & perdit corpora, uirusq; ſerpentum cum ex
eis prodeat, perdit itẽ nos: ita & in his morbis ſen
tiendum eſt, qui cum gignantur ex corpore, mali
tiæ ſuæ uenena in animæ noſtræ ſubſtantiã tranſ-
fundunt, penetralibus effundunt. Omni de-
niq; actione diabolica potentior eſt ad nocẽdum
mœroris magnitudo. Nanq; & dæmon quoſcũq;
ſuperat, per mœrorem ſuperat. Eum ſi auferas, ni-
hil à dæmone quiſquam lædi poterit. Et quomo-
do, inquies, fieri poteſt, ut mœrore uacem? Ego
contrà te interrogabo, qua tu ratione mœrore af-
fici debes? Nempe enim ſi adulterium, ſi homici-
dium, ſi ſcelus aliquod huiuſmodi perpetraſſes,
quod te regnis cœleſtibus excluderet: rectè mœ-
reres ac iuſta tibi cauſa lugendi eſſet, nullusq; te à
lacrymis & fletu prohiberet. Quòd ſi per dei gra-
tiam ab his omnibus lõgiſſime remotus es, quid
fruſtra teipſum concidis ac perimis? Mœrorem
quoq; deus inſeruit naturæ mortalium, non ut ab
re, & intempeſtiue illo in rebus contrarijs uta-
mur, neq; ut noſipſos perimamus, uerum ut ex eo
maxima emolumenta conſequamur. Quonã ue-
ro modo illa conſequemur, ſi illum intempeſti-
ue aſſumamus? Porrò mœroris tempus non tunc
eſt, cum aliquid patimur aduerſi, ſed cum male o-
peramur. At uero nos ordinem peruertimus tem
poraq; immutamus: qui cum innumera mala per
petremus, ne breuiter quidem dolore contrahi-
mur: ſin uero quippiam à quoquã patiamur ma-
li protinus concludimus, hæremus, titubamus, li-
berariq; & cedere ex uita feſtinamus. Grauis igi-
tur & onerosa ea res uidetur, non ſecus quàm ira-
cundia & cõcupiſcentia. Nam & hæc niſi quis ea
rite ac tempeſtiue utatur, deijcit ac maculam indu
cit. Cõtingitq; idem quod in medicamentis, quę à
medicis traduntur: quippe & illa ſi non ſuo ordi-
ne & tempore, ac pro quibus morbis parata ſunt,
ſed

sed pro alijs imponantur alia, nõ solum infirmos A
languore non liberant, sed infirmitatẽ potius aggrauãt. Ita prorsus & mœror facit, ac merito sanè. Nam cum austerum corrodensq; medicamẽtum, atq; (ut ita dixerim) uitiorũ quæ in nobis sunt purgatio, si admoueatur ocioso ac delicato animo, ingentiq; peccatorum põdere oppresso, maxima suscipienti, curisq; oppresso, & plurima perpesso adhibeatur: præterquam quòd nihil prodesset, maxime nocet, imbecilliorẽ illum faciẽs, atq; ad desperandum facilem. Quocirca stantibus & acriter pu
Philip. 4 gnantibus Paulus cum scriberet, dicebat: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Porrò
1. Cor. 5 dissolutis ingentẽq; habẽtibus tumorem: Et uos, inquit, inflati estis, & non potius fleuistis. Itaq; is quidem qui peccatorũ sagina impinguatur, extenuetur ac siccetur hoc medicamẽto. Qui uero bonæ habitudinis est, atq; in decẽti statu seipsum seruat dei gratia, per mœrorem bonam suam ualetudinem non corrũpat. Adeo est enim ille acer atq; efficax, ut etiam ope sua indigentibus, si plus temporis q; necesse sit immoretur, maximorũ malorum causa sit. Quod & beatus Paulus metuẽs, cito illũ, postquã fecerat quod suum erat, auferri iussit, cau
2. Cor. 2 samq; protinus adiecit eam: Ne fortè, inquit, absorbeatur abundantiori tristitia. Porrò si nimius mœror irruẽs, eos etiam quibus erat necessarius, sæpius perdidit: quid illis faciet, qui cum non indigeant, sponte illũ sibi cõscisc unt? ita sanè inquies Noui hoc & ipse: sed quo pacto illum excludam, atq; ab animæ meæ recessibus amoueam nescio. Et cuius hoc difficultatis amãtissimi? Nam si concupiscentia esset aliqua, si corporũ turpis atq; insanus amor, si inanis gloriæ pestis, uitium profecto superatu difficillimum, aut aliquid perturbationũ huiuscemodi, merito hæreres, & esses de huiusmodi liberatione solicitus. Eos em̃ qui his capti fuerunt, non quidem est impossibile: difficillimũ tamen ea retia diffugere. Cur id? quia uoluptas his cooperat, atq; illa adiuuat. Ea uero est, quæ semel captis funes plurimos innectit. Istudq; primũ difficultatis pleniss imũ est, persuadere animo sic irretito, ut plane ac penitus uelit, ac cupiat hisce nodis liberari: fitq; simillimũ, ueluti si quis scabiem ac pruriginem depositurus, morbo suo delectet, ac passioni huiusmodi expositus, ea liberari quæ- D
rat. Cæterum ad effugandum mœrorẽ id parum nõ confert, si interim ingrate illum admittamus. Nam qui re aliqua grauatur, cito illam ab se excutere & abijcere studebit. Porrò si quis eam ab se eijcere studeat, nec possit: non remittat studium, & cito poterit. Certum est enim Christianum, si quãdo tristetur, duas tantum habere mœroris causas, uel cum ipse, uel cum proximus offendit deum. Quum uero præsens mœror tuus nullam huiusmodi occasionũ radicem habeat, cur teipsum frustra discrucias? Et unde id constet, inquies, q̃ non offensionum nostrarum pœnas exoluamus? Id quidem maxime liquet, sed hoc interim non asseramus. Verum sit, si uis, id non incertum, sed maxime manifestum, ut tu dicis, hanc esse peccatorum tuorum retributionem: Num quæso, idcirco mœres & doles? Atqui gaudere potius, & meliore animo esse debes, quod hic peccata tua tibi remittantur, ne cum seculo isto damneris. Qui enim dolet, non quia cruciat, sed quia offendit deum, dolere debet. Peccata enim separant à nobis deum, constituuntq; nobis illum inimicum. Cruciatus uero nobis illum reconciliat præparatq; propitium ac propinquum fieri. Quòd autem non sit peccatorum retributio, sed coronarũ potius, præmiorumq; materia sudor iste tuus, ac dolor, hinc sanè manifestum est. Si enim prius turpiter ac luxuriose uixisses, atq; ita te ad monachorum cõuersationem contulisses, ne sic quidem hæc suspicio locũ habuisset. Nam si ob hoc pœnas infert, ut in B
malis perseuerantes ad pœnitẽtiam prouocet, ostensa pœnitentia, superflua iam erit pœna. Intantum enim abest, ut nos punire uelit deus, ut cum sæpenumero pœnis digna faciamus, summaq; cõuersione opus habeamus, cõminatione solũ, uerbisq; terribilibus nos castigare malit: idq; facile quilpiam animaduertet, & in Israelitica plebe, & in Niniuitarum ciuitate: non solum enim supplicia intentata nõ intulit, cum pœnitentiam ostenderent, sed & minas ipsas remouit. Longe enim uult ipse nihil nos pati mali, q̃ nosipsi, nullusq; sibi ita parceret libenter, ut omnibus deus. Deinde is qui sæpius peccãtes uerbis tantum exterret, nec punit pœnitentes, eosq; hac formidine liberat: te qui tanta religionis, tanta uirtutis & probitatis indicia præ te tulisti, nõ solum his minis, atq; C
hoc terrore non eripuit, uerum & opera ipsa supplicijs exposuit. Et quomodo credi hoc potest? etiã si prior illa tua conuersatio corruptissima fuisset ac perdita, ut dixi: qs id uel suspicari auderet? Cum uero deterior illa fuerit quàm præsens sit, ornata tamẽ & ipsa, summaq; honestate pollens, profecto nobis omni ex parte constabit colluctationes has tuas, coronarum tibi, maioriq; gloriæ occasionem esse. Oportet igitur, ut dixi, & has & huiusmodi cogitationes amouere. Cõuenit item & cum his una, imo ante has, orationibus perpetuisq; precationibus, has tenebras dispergere & dissipare: Nam & beatus Dauid magnus ille uir atq; mirabilis, his medicamentis semper usus est, hisq; plurimos dolores pressurarum remouit ac repulit. Nunc quidem orans, ac dicens, Tribulationes Psal. 24
cordis mei s multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me. Nunc pijs ac religiosis cogitationibus admotis, inquiens: Quare tristis es anima 41
mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi. Rursumq; ex cogitationibus huiusmodi ad orationes conuersus: Remitte, inquit, mihi, ut refrigerer priusquam abeam, & ultra iam non ero: atque ab orationibus ad 38
cogitationes. Quid enim, ait, mihi est in cœlo, & 72
à te quid uolui super terram? Ita & Iob uxori, quę uerba diabolica suggerebat, pijs cogitationibus reluctabatur, illamq; increpans, dicebat, Quasi u- Iob. 2
na stultarum mulierum locuta es: si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non susti-

ſuſtinebimus? Ad deum uero precibus utebatur. Beatus uero Paulus utríſque his armis eos qui in preſſuris ac tentationibus erant, iuuabat: nunc quidem dicens, Si autem extra diſciplinam eſtis, ergo adulterini, non filij. Quis em̃ filius, quem nō corripit pater? Nūcq; orans, Fidelis, inquit, deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: & rurſum, Siquidem iuſtū apud deum eſt, retribuere retributionē his qui uos tribulāt, & uobis qui tribulamini requiē. Si igitur armis his ipſe quoq; uſus fueris, ac teipſum plecte undiq; armaueris: cogitationibus pijs mœroris retundens impetum, orationibus uero tam tuis, quàm aliorū te ueluti uallo fortiſſimo muniens, celeriter diſciplinæ iſtius percipies fructus. Non enim hoc ſolum lucraberis, q̃ preſentia fortiter feres: uerū his exercitationib. robuſtiſſimus effectus, nullis iam uitæ huius aduerſis caſibus frangi, uel deijci poteris.

Hcb. 12
1. Cor. 10
2. Theſ. 1

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE PROVIDENTIA, ORATIO PRIMA,

Ioanne Checo Cantabrigienſi interprete.

MVLTIS referta eſt perturbationibus uita noſtra, & tumultuum plena præſens cōditio eſt. Atqui non in eo moleſtia eſt, uiri dilecti, ſed quòd tumultus iſtos & perturbationes, quum queamus uel ad moderatiorem formam traducere, uel patiēter & ſine dolore ferre, in neutro horum elaboramus, ſed iactatam multis curis uitam degimus. Atq; alius quidem paupertatem, alius ægritudinem queritur: alius curarum magnitudinem, & rei familiaris procurationem: alius liberorum educationem, alius orbitatem. Ac uide ſanè inſignem amentiam: non enim ijſdē in cauſis, ſed in contrarijs ſimiliter omnes lamentamur. Atqui ſi rerum natura nobis lamentationum cauſa eſſet, haud par eſſet, contrarijs in rebus ſimiliter cōmoueri. Sed ſi paupertas malū, idq; intolerabile, qui cum diuitijs uiuit, nunquam uexaretur: & ſi carere liberis, malum, qui liberis abundat, tranquillo animo eſſet. Rurſus: ſi rempublicam adminiſtrare, honoribus uti, & multos ſubiectos habere, in bonis numeratur, uita hæc quieta, & tranquilla, fugienda eſſet, & ab omnibus hominibus aſpernanda. Nunc uero quum uideas locupletes, ac tenues ſimiliter perturbari, diuitē uero ſæpe etiā plus: atq; itē honoribus uſum, & ſubiectum, & multorū liberorum patrem, & qui nullos omnino habet liberos, non rerum cōfuſionem, ſed eos qui opportune ijs uti, ac omni perturbatione ſeipſos liberare nequeant, accuſemus. Non enim in illarum rerum euētu, perturbatio ac tumultus eſt, ſed in nobis atq; in animis noſtris: qui ſi bene cōſtituti fuerint, quāuis ſexcentæ undiq; orianṫ tēpeſtates, in trāquillo, ac portu perpetuo requieſcemus. Quēadmodū contrà, non bene affectis, quāuis omnia nobis ſecūda fiēt, nihilo melius, his qui in naufragio ſunt, cōparati ſumus. Licet hoc & in corporibus cernere. Qui enim confirmato eſt corpore ad ualetudinē, quāuis inæquabili cœli uarietate oppugneṫ, non modo nihil mali accipit, ſed etiā acceſſionē roboris exercitatione & intēperiei conſuetudine facit. Sin imbecillum & corpus habeat, quāuis optima cœli fruaṫ temperatione, nullus tamen illi fructus ex hac cœli æquabilitate erit, cum hæc inteſtina imbecillitas, cœli etiā bonitate lędatur. Hoc quidē & in cibarijs cernimus. Quādo enim firmus, & corroboratus nobis uēter totus eſt, quodcūq; receperit, quāuis id graue, quāuis ad cō coquendum difficile ſit, in bonū illud transfundit ſuccū, naturali tēperatione, cibi malitiā ſuperāte. Quādo uero firmitas eius eneruata quodāmodo & languida eſt, quāuis cibū optimi ſucci adhibeas, in peius illum uertit, ac corrumpit, imbecillitate uim eius omnē labefactante. Itaq; nos quando rerum perturbationē cernimus, non deum accuſemus, uiri dilecti. Hoc enim eſt, non remediū inuenire uulneri, ſed uulnus addere uulneri. Non dæmonijs attribuamus mundi gubernationem, non prouidētia uacare humana putemus, nō originis cuiuſdam, ac fati dominatū, à prouidentia diuina extruamus. Hæc omnia, cōtumeliarū plena ſunt, & uera perturbatio, atq; cōfuſio, nō in rerū eſt motu, ſed in animo ita affecto. Qui quāuis cæterarū rerū aptā deſcriptionē habet, uſq; dum cōfuſionē ac perturbationē in ſeipſo coercuerit, nullū illi ex aliarū rerum apta deſcriptione præſidiū erit. Sed quemadmodū oculus ęgrotus, etiā clariſſimo meridie, tenebras obtueṫ, atq; alia pro alijs, nullūq; rà diorū ſolis fructū habet: ſanus uero, ac firmus, etiam ueſpere poterit corpus, quaſi manu ducere ſine ulla offenſiōe: Sic & mētis noſtrę oculus, quādiu firmus eſt, multa quamuis cōfuſa clare tamen uidebit. Deprauatus aūt quamuis in ipſum cœlū attollas, multā ibi eſſe perturbationē, & confuſionem rerum iudicabit. Hoc ita eſſe, permultis tibi tum antiquis, tum recentibus exemplis adhibitis cōfirmabo. Quot paupertatē toleranter ferunt, & deo propterea gratias agere nō ceſſant? Quot diuites, rebusq; omnibus affluentes, nō modo non gratias agūt, ſed maledictis etiam dominū figūt? Quot etiā nihil graue perpeſſi, uniuerſam prouidentiā accuſant? Quot in cuſtodia omne tempus ætatis degentes, hanc miſeriam ſedatius ferūt, ijs qui omni terrore ſollicitudineq; uacantes uiuūt?

Vides

Vides igit animũ ita constitutum, & suam cuiusq; mentẽ, tum horũ, tum illorum esse causam, nõ aũt rerum ipsarũ naturam. Itaq; si menti cultũ diligentem adhiberemus, nulla perturbatio, nulla confusio, nulla molestia inueheret, quãuis Euripo quouis turbulentius, sursum & deorsum, uita nostra iactaret. Age uero, dic modo, qua de causa Paulus gratias agit? Atqui is inter cęteros, & optimã uitã traduxit, & uirtutẽ omni tẽpore coluit, & minime molestias huiusmodi pertulit. Nemo ex omnibus qui solẽ aspiciunt illo iustior, neq; post hominum memoriã asperiora illo quisquã perpessus est. Et quidẽ quũ uideret multos, cũ ne quitia uiuere, & læto animo esse, pecuniarũ abũdantia frui, gratias tũ ipse deo egit, tũ cæteris hoc omnib. præscripsit. In illũ intueamini. Tu igit, quũ animo securũ, quũ elatũ, quũ hostes prosternẽtẽ, uexatores suos ulcisscentẽ, incõmodorũ minime patientẽ, quũq; undiq; pecunias illi affluẽtes, omnes illũ adulatione, omnes honore, psequẽtes uideris: te uero ipsum cõtrà, in statu diuersissimo, cõtumeliis, calũniis, insidiis appetitũ, ne te abiectũ putes, sed in Paulũ intuẽs, tecũ in eadẽ parte hærẽtẽ, erige animũ, reuoca mentẽ, neq; ullo animi languore cadas. Amicũ deo, atq; hostẽ, nõ ex rebus prosperis, aut aduersis æstimabis: sed si rectè uiuere, ægritudine carere, pietatẽ spectare uideris, beatũ illũ, & fortunatũ iudica, quãuis sexcentis uinculis constringat, carcere ppetuo includat, hero indigno seruiat, inopia premat, in latumias cõijciat, aut aliud quiduis graue patiat. Beatus enim hic, etiã si oculos effossos, corpus ambustũ, aut paulatim absumptũ habeat. Sin alterũ uideas, nequitia, & luxu diffluentẽ, & in extremis sceleribus uiuẽtem, omni honore abũdantem, regiũ solium ascendentẽ, diademate redimitum, purpura indutũ, & uniuersæ cõtinentis dominũ, ingemisce, ac propterea talem etiã miserũ ducito. Nihil em miserius animo ita affecto, quãuis uniuersam sibi subiectam Continentẽ habeat. Quid em utilitatis adfert, maximis pecuniis locupletari, quãdo omniũ quæ ad uirtutẽ spectãt, inanis fueris? Quod emolumentũ est tam multis præesse, quãdo tibi, tuisq; affectionibus imperare nequeas? Atqui si corpus uideamus male affectũ, & febre, aut pedũ dolore, aut tabe aliqua, aut aliquo quouis insanabili morbo urgeri, lacrymamus, etiamsi admodũ locuples sit, imò uero, tãto magis, quãto ille locupletior fuerit. Sẽsus enim asperior malorũ est, quãdo quis in abundantia omniũ fuerit, quæ sunt ad uiuendũ necessaria. Hic enim cum propter paupertatẽ, fructu eorundẽ caret, necessitate ipsa se consolat. Ille uero in cuius manu est omni affluentia uti, & infirmitate ualetudinis prohibet, animo propterea magis urit. Quidni aũt absurdũ esset, corporis morbo cum urgetur aliquis, infortunatũ iudicare, quãuis locuples fuerit: animo aũt male affecto, quo nihil nobis neq; par, neque præstabilius est, beatũ ducere, ppter exiguã pecuniã, aut caducũ honorẽ, aut propter aliud qd ex ijs, quæ hic nobiscũ permanent, & post hãc uitã, imò uero persæpe etiã ante uitæ exitũ, deserũt?

A An nõ hæc quæso perturbationis, hæc tumultus nobis efficiẽtia sunt? Propterea deũ accusant multi, ppterea mundũ nullo cõsilio administrari, nulla sapiẽtia regi putãt. Quòd si scirent, in hoc uitæ cursu nihil bonũ, nisi uirtutẽ solã, nõ pecunias, nõ sanitatẽ, nõ potentiã, nõ aliud quippiã, nihilq; malũ in hac uita, nisi maliciã solũ & improbitatẽ, & peruersitatẽ animi, nõ paupertatẽ aut ęgritudinẽ, contumeliã, aut calumniã, aut quæ sunt eius generis, quæ horribilia esse putant: non hęc loquerent quæ nunc faciũt, nõ ita animũ abijcerent, non ita beatos iudicarẽt, quos infelices putare oportuit, nec cõtra infelices putarẽt, quos beatos existimassent: Deniq; nõ ita de reb. humanis statuerẽt. Nã propter optimũ habitum corporis, & delicatũ pa
B stum, & largũ somnũ, homines in beatis habere, quid aliud est, q; hic de illis ut de bestijs cogitare? Quoniã in eo illarũ felicitas cõstituta est, imò uero etiã in bestijs hoc nefariũ est. Multi em tum asini, tũ equi cessatiõe ac edacitate perierũt. Atq; si in efferatis bestijs, quarũ omis uirtus in corporis bona cõstitutione ponit, hæc noxia sunt: in hominibus, quorũ omis stabilitas in animi nobilitate collocat uirtutẽ ducemus? nec cœlũ ipsum, neq; animorũ nostrorũ cognatos angelos reuerebimur? Nõ erubescis ipsam corporis naturã, & descriptionẽ? Non em quemadmodũ feris, sic nobis corpus deus figurauit: sed sicuti par fuit, q; animo ratiõis
C particípi, atq; immortali obedire possit. Cur enim bestijs omib. deorsum in terrã deiectos fabricauit deus oculos, tibi uero in capite tribuẽs, eos quasi in arce collocauit? An non qm illis nihil cũ cœlo cõmune est, tibi uero cũ à deo, tũ à natura ut maxime cœlestia suspiceres, lege à principio sãcitũ est? Quare tibi corpus celsum & rectũ fecit, illis uero cõtrà, ad terrã abiectũ? An nõ hac uia, & corporis præterea formatiõe, instruit te, ut nihil habeas cõmunę cũ terra, neq; fluxis rebus adhęrescas? Neq; igit nobilitatẽ nostrã prodamus, neq; ad bestiarũ ignobilitatẽ dilabamur, ut ne de nobis dicatur illud: Homo quũ in honore esset, nõ intellexit. De- *Psal. 48*
licijs em atq; opibus, & gloria, & reb. mortalibus, uitæ modũ terminare, hominũ est, nõ suã nobilitatẽ inquirentiũ, sed eorũ qui equi, asiniq; efficiunt. Absit aũt ut hoc loco tales reperiãt, in sancto cœ
D tu, in theatro hoc spirituali, in cõuẽtu hoc religioso. Propterea em quotidie diuini uerbi auditione fruimur, ut hac oratiõe quasi falce, syluescẽtes animi affectiões precidamus, & frugiferę arbores simus, fructusq; tẽpestiuos feramus in horreũ regium reponẽdos, qui gloriã quidem dabũt cõmuni domino, & cultori animarũ nostrarũ: nobis uero, uitam sempiternã, quam utinam nos omnes cõsequamur, gratia & humanitate &c.

EIVSDEM DE PROVIDENTIA ORAT. II.

QVI maledicit patri, aut matri, morte, inquit, mulctet. In ueteri testamento hoc sancitũ est, quãdo nõ absoluta optimæ reipub. formæ perfectio, quando diuinitatis inductio fuit, quando puerilia præcepta, quãdo lac, quando pædagogus, quando lucerna, quando *Exod. 21*

quãdo figura & umbra. Quid igit̃ dicemus de his qui nũc in gratia, & rerũ ipsarum ueritate, & tanta in cognitione sunt, nõ patri aut matri maledicentibus, sed ipsi uniuersitatis rerũ deo? Quo em̃ supplicio accipient̃, qualis animaduersio, quis igneus amnis, quis uermis sempiternus, quæ tenebræ exteriores, quæ uincula, qs stridor, quis ploratus, scelerũ magnitudini satis esse possit? Omnes cruciatus, qui nũc sunt, quiq; futuri sunt, minores iusto sunt animo ita affecto, ac eousq; improbitatis prolapso. Verborũ cõtumeliæ multæ, uarięq; sũt, itaq; necesse erit eas omnes hodierno die exponere, ut neq; sponte in partẽ eius aliquã incurramus, neq; aliquẽ uel amicũ, uel inimicũ incurrere permittamus. Nõ est enim, nõ est hoc, peccatũ ullum deterius, sed neq; par. Nam in eo, & accessio omniũ malorũ est, omnisq; confusio, inexpiabile supplicium, & intolerabilis pœna. Qui sunt autẽ qui deo male dicũt? Qui ex sapientia prouidẽtię eius, fati confusionem, & necessitatẽ rerum extruunt. Atqui infideles, & in ligna ac lapides inhiantes, eaq; uenerãtes, hoc laborare morbo minime mirandũ est. Eos uero qui hoc errore, & seruitute liberati, & omnium supremi, ac ueri, re uera, dei cognitione digni habiti sunt, quadã quasi reciproca tione, in illud salũ atq; insaniã animo trahi: hoc est grauissimũ & multis re uera lacrymis, & lamentis prosequendũ, cum qui Christũ se dicant uenerari, & tantis dignè mysterijs effecti, & reconditarũ institutionũ, ac sapiẽtiæ cœlitus nobis demissæ sint participes, post tantũ honorẽ quem acceperunt à deo, uolũtarij seipsos de libertate præcipitẽt, quã deus illis cõdonauit, magnaq; cũ temeritate seipsos dejciãt, & seruituti asperrimæ seipsos submittant, & crudelissimũ dominatũ qui nullus est, animo fingant, omnẽ spem bonã præcidãt, & neruos omniũ uirtutis cultorũ elidere cõtendant. Quem admodũ in bello milites strenuos, ac animam profundere paratos, inimicus aliquis intuẽs, qui illos nulla ratione lædere, neq; à studio in regẽ auocare, neq; ad timorẽ traducere, neq; machinis superare potest, hac uia tamẽ suadẽdo corrũpit, frustra illos, ac temere, & nulla de causa tãtos suscipere labores, ut sic robur labefactet, animi ardorẽ extinguat, ut à bellicis curis amotos, nudos, & inermes cernẽs, captiuos trahat: sic & diabolus facit. Post eaquã uidet dei gratia, per magnã Continẽtis partem, Græcorũ errores irridere, omni animo ac uolũtate sermones de pietate antiquissimos habere, ex eoq; magnã uirtutis consectationẽ, magnã improbitatis depulsionẽ fuisse: nõ ausus est procedere, ac palam dicere: deficite à Christo, illius instituta irridete, fabula illius sunt atq; error omnia, malus est & crudelis. Nouit em̃ ita magis à suo imperio recessuros, & uehementius illũ exosuros. Propterea recta uia ad accusandũ nõ pergit, sed circuitione quadam perreptans, uenenũ impiarum opinionũ clanculũ spargit, hoc relinquẽs, ut uideant̃ quidẽ homines in fide permanere, re aũt uera radicitus eã extrahit, & oña ueritatis instituta perfringit, & multam apud homines sibi obediẽtes, A deo calumniã offundit. Propterea ab illo hoc uenenũ hæc mortifera fatalis necessitatis apparabãtur pharmaca, ut oña quæ dicit tectè inuehat, ut inanes cogitationes, inanẽ fidẽ faciat, & malã de deo suadeat hominib. sententiã habere: quod initio etiã fecit apud Adam, quasi maleuolũ quendã ac inuidiosum, deũ exagitans. His enim penè uerbis præcipiẽdo usus est. Nouit deus uestros oculos aperiẽdos esse, nouit futuros quasi deos, inuidit uobis, maiorẽ uobis honorẽ indignabat̃. Quã uis em̃ hæc uerba nõ adiecit, ex his tamẽ quæ cõmemorauit, hęc cõjcienda reliquit. Ac uide illius improbitatẽ. Cnm labefactasset dei decretũ, & dixisset maxima illis futura cõmoda, si ei non parerent, cuius generis sunt apertio oculorũ, deo par esse, recti cognitio, non his adiecit, malũ esse qui hæc, phibebat, ut ne quasi hostis atq; inimicus sententiã dicere uideret̃, sed personã cõsiliarij ac cognitoris suscepit, ut malũ hoc cõsiliũ redderet explicatius. Quod etiã usu uenit. Nihil em̃ aliud his dictis cõfirmare uoluit, nisi ut recederetis à deo fabricatore uestro. Indignãs est & inuidus. Maxima uobis bona inuidet. Hęc manifeste uerba non posuit. Tũ enim illũ inimicũ suspicati, declinassent: sed ista prætermittẽs, atq; dissimulans, hoc perniciosum consiliũ dedit. Itaq; nunc non dicit à Christo recedite, quasi diuina præcepta damnatiõe digna essent. Quiuis enim illũ mentiri cognosceret, sed callide uidet̃ quidẽ nos in ijs esse sinere, & cũ ueritate cõsentire: sed clam imprudentes exæterna hæreditate ejcit. Quemadmodũ si quis puerũ ingenuũ ac liberũ, sed simplicẽ et incallidũ, dextra prehẽsa, è domo paterna nõ ejceret, sed ea præciperet facienda, quibus designatis uolens nolẽs filius paternorum bonorũ exhęres esset. Fieri, inq;, fieri nõ potest, ut qui fato animũ attentum habet, cœlũ consequat̃. Omnino uero fieri nõ potest, ut gehennã & supplicijũ effugiat. Nam cõtra dei decreta, oñibus obedire præcipit. Deus dicit: Si uolueritis, & me audiueritis, bonis terræ uescemini: sin nolueritis, neque mihi auscultaueritis, gladius uos cõsumet. Os em̃ domini hæc loquutũ est. Vides quemadmodũ deus loquit̃, & quales leges ferat. Audi nũc & fatũ quẽadmodũ etiã ipsum loquitur, & quemadmodũ contrariũ scitũ facit, ac attende ut illa à dei spiritu, plata sint, hæc à malo, ac prę terea etiã à dæmone quodã efferato. Dixit deus: si uolueritis & si nolueritis, in nostra potestate uirtutẽ, ac uitium collocãs, & in arbitratu nostro ponẽs. Ille uero quid ait? quod fato cõstitutũ est, uitari nõ potest, quãuis uoluerimus, quãuis cõtenderimus. Deus dicit: si uolueritis, bonis terræ uescemini. Fatũ dicit: si uoluerimus, neq; nobis id datũ fuerit, nulla utilitas est hoc uelle. Deus dicit: si nolueritis auscultare uerbis meis, gladius uos cõsumet. Fatũ dicit: si noluerimus, datũ uero nobis fuerit, oñino seruabimur. An nõ hęc fatũ dicit? Quid fieri potest hac pugna clarius? Quid bello hoc euidẽtius, q; tã impudẽter aduersum diuina oracula susceperũt, improbitatis magistri dæmones? Sed ut initio dixi, minime admirandũ est dæmones, & Gen. 3 Esa. 1

& homines alios dæmonũ ęquales, Græcos dico, istis rebus fidē adiungere: uos uero tam diuinæ ac salutaris doctrinæ participes, hæc refutare, & ad illa quæ impurissima sunt, & animi pernicie continent, uos ipsos aggregare, hoc lōge est asperrimũ. Quid enim mea interest, externos iudicare? Mihi apud uos sermo est, qui mēbra Christi, filij ecclesiæ, paterna in domo cōstituti, cœlestis doctrinæ participes, tāto honore affecti estis. Propterea ingemisco, propterea lacrymor, ac lamētor. Digna em̄ lamentis sunt, quādo quis in errores uenia nō dignos, labit̄. Quæ enim uenia, dic mihi, esse potest, ubi cū deus affirmet, dæmones contradicant, fide digniora uident̄ etiā apud seruos dei, ea quæ ab illis, quā quæ à deo dicta sunt? Neq; uero rationes cōturbemus nunc, sed paulisper animũ ad audiendũ proiectũ, eorũ qui his obtēperant demonstremus. Deus dicit: Appositi tibi ignē, & aquā, uitā, & mortē, quo uolueris intende manũ. Dæmon dicit: Nō est in te situ porrigere manũ, sed necessitate quadā & ui hoc fit. Et fide digniora tamē hæc tibi uident̄, neq; cū longũ interuallũ sit inter cōsultores animaduertis dei, ac dæmonis, neq; consilij differentiā exquiris, alterius salutaris, & ad uirtutem uocātis, alterius diabolici & ad nequitiam, ac improbitatē impellentis. Non quæ à deo data tibi sunt, quæcq; à dæmone cōsideras, quod hic ita adamauerit, ut filiũ unigenitũ pro te daret, quo nihil patri precio sius est, atq; etiā nūc amat, ut & te per apostolos quoq;, tua pro salute aduocet, denicq; omnia faciat: ille uero tam magnũ odiũ habuit, atq; etiā adhuc habet, ut omnino te expugnare, & non modo non boni aliquid dare, sed etiam his quæ à deo acceperis, te exuere conetur. Hic quidem angelis te parē facere cōtendebat: ille uero humi serpentibus bestijs abiectiorem te effecit, & illos uenerari persuasit. Hic ad regnũ cœlorũ & reliquos honores te euexit: iste uero hinc tibi datũ honorē inuidit, nec prius desistit donec euerterit. Quāuis em̄ hæc decreta illius perspicere nō potestis, quæ etiā sole clariora sunt, his qui nō admodũ degenerant, (ita illustrē habent illa uirtutē, ac salutē, hæc improbitatē) ista tamē si per uos cognoscere nequeatis, ab his qui consiliũ uobis dāt, noscite quid salutare, quidq; noxiũ sit. Quidni em̄ absurdũ sit, aliarũ in rerũ delectu, hunc habere animũ, ut si medicus cibũ alicui det, nō in eo curiosus sit, sed quasi sanitatis efficientē accipiat: sin uenefic us aut impostor sit, non multũ laboret, sed quasi uenenũ ac pestem auertat, de deo aũt hoc iudiciũ nō adhibere? quāuis lōge maius interuallũ, inter deũ & dæmonem sit, q̄ inter medicũ & ueneficũ. ac tale quidem, quale nō modo uerbis, sed ne mente quidē, ac ratione cōprehendi potest. Extremę em̄ amentiæ est, ubi minima differētia est, ut in his qui cibũ adhibēt, non multũ laborare, sed hominũ cōditione uniuersæ doctrinæ loco uti: Vbi uero tantũ discrimen est consiliariorũ, ibi adhortatione opus habere, ut intelligat̄ quid salutare sit, & quid noxium. Ne quæso, ne simus bestijs ipsis immaniores, sed resiliamus, neque aures admoueamus. Mores bonos, corrūpunt sermones mali, neq; uenia assequent̄ qui decepti sunt. Quur em̄ si pestilētē locũ, & cōtagiōis plenũ uideris, cōsuetudinē illius loci fugis, quāuis sexcēties ad domicilium illud trahāris, & corporis ualetudinē cæteris rebus omīb. anteponis? Vbi uero opinionibus pestilētibus, quidam cōplentur, ac ægritudinibus quę non modo corpus corrūpunt, sed animā quoq; perimunt, ac deteriorē, uilioremq; reddūt, nō omino refers te. Audi, inquit quidā sapiens uir: Ne steteris, resili, ne tardaueris, uel breuissimā hic metuas moram. Hæc dicimus nō stabilitatē illarũ opinionum ueriti, sed imbecillitatē uestram metuētes. Nobis enim dei gratia fide fundatis, imbecilliores aranearũ telis uident̄. Et quāuis plus millies auribus nostris obganniāt, à nobis quasi insani, atq; extra se positi, risu explodunt̄. Neq; aduersum omnes hęc loquor, sed aduersus eos, qui horũ rei sunt. Nā & Paulus qui cæteris anteibat, nō doctrinā solũ adhibēdā pręcepit, sed etiā discipulo Timotheo cōtra aduersarios tũ uerborũ certationes, tũ inanitates auferēdas mōstrauit. Exiguũ nostræ uitæ tempus, breue salutis huius curriculũ. Si igitur breue hoc tēpus, qd̄ ad discendũ utilia nobis datũ est, in superuacaneas atq; inutiles, & noxias disciplinas insumamus: de cętero quā opportunitatē habebimus, ad hæc necessaria atq; idonea cognoscenda? Nā si uel lōgissimũ esset, uniuersum ipsum ad utilia cōquirenda cōsumendũ foret. nūc uero cū breue, atq; exiguũ sit, an nō extremę demētię est, tempus tam breue, in opiniones mentiũ nostrarũ corruptrices, insumere? Quid medicina opus est? ne omino plagā accipias, ne tēpus absumas in his sanādis, quę ab alijs & accipis, & habes uulnera. A diuinis scripturis sanitatē cōquire. Sin interuenerit quis, ac aliud quippiā attulerit, obstrue aures, resilito statim, ne cūcteris: si regnũ cœtus sit, ne cōmittas ut eius cōsessus in societatē uenias, ut quāuis nullus assensus tuus fiat, cōmunitate tamē auditionis omnino pericliteris. Quādo cōtra deũ dicit̄, & opinio plena reprehēsionis illius afferet̄, nō aufugies, non uexantē cōtumelijs linguā odio habebis, nō impia ora obstrues? Quō enim poteris libera animi inductione deũ uenerari, quũ contumeliarũ omniũ quæ cōtra illum intentant̄, sis socius? Quod ne fiat precor. Hæc à me non ad præsentes, imò uero potius ad pręsentes dicta sunt. Si em̄ uos culpa uacatis, quos tamen ægritudine uexari intelligitis, eam his ac alijs cōpluribus exhauriētis uerbis, ut radicitus hoc malũ extirpetis. Precibus uero sanctorũ, amicorũ dei, quorũ precādi libertas multo plus habet, q̄ sermones nostri, fiat, ut omnes nos, ac quicūq; ad plenitudinē ecclesiæ pertinent, his liberati malis, pro tribunali Christi cū libera securitate stemus, cui sit gloria, Amen.

Gen. 3

Eccl. 15

1. Cor. 14

Esa. 1

EIVSDEM DE FATO, ORATIO III.

NOVI equidē, nuper apud uos de fato uerba me fecisse, nihil tamen prohibet, etiā hodie de eodē argumēto sermonē instituere: nō quoniā hæc affectio admodum insita sit in animis ue-

1. Tim. 6

ſtris,ſed quoniã ſocordia ueſtra incredibilis quædã eſt, quæ uel minimas ægritudines, permagnas facit.Nam & cęco natura,hoc perſpicuũ eſt,fideli homini ad mali huius depulſionẽ, neq; doctrina, neq; uerbis opus eſſe.Quemadmodũ em̃ qui eandem terræ cõtinentem nobiſcum incolit, & legibus nobiſcũ tenetur eiſdem, & regibus ſubiectus eſt eiſdẽ, minus à nobis perſuaderi debet, ſed uetari ſolũ, ut ne Perſarũ reipublicæ formã quotidie inuehere conet: ſic hoc loco fit. Errorũ enim quidam ratione ac diſciplina egent, quidam ita manifeſti ac plani ſunt,ut timore ac ſupplicio ſolũ coerceri debeant.Huius generis ſunt occidere,adulterari,furari,quæ oratione nõ egent. Itaq; & legiſlator, nõ doctrinã aliquam his de rebus explicauit,
Exod. 20 qua aures noſtrę perſonarẽt,hæc mala eſſe(hoc enim quaſi anticipatũ animis noſtris eſt)ſed ſolum uetuit,nõ adulteraberis,nõ occides. Vbi uero de uiduarũ deſpicięntia,ac depoſitorũ fraude,nobiſcũ diſputat, ibi etiã rationes adiũgit: Cõmiſerare in-
Deut. 5 quit uiduã, & aduenam, etenim tu aduena fueras
Exod. 22 in terra Aegypti.Sabbatum requiete cole,inquit. Deinde cauſam adfert. Atqui hoc,fatalẽ neceſſitatem aſpernari,nõ eius generis eſt quod ratione egeat,ſed ex illis perſpicuis eſt.Quemadmodũ em̃ clare cernitur,malum eſſe occidere, & turpe neca re:ita per ſe lucet,fato ſe adiũgere malũ eſſe,& uetitũ.Neq; uero idcirco putetis,quod à quibuſdam exiſtimat eſſe,ideo non uetitũ eſſe.Nam & cædes ſuſcipitur,quãuis legibus prohibeatur, & adulteria ac rapinæ in uetitis ſunt,quãuis à multis admit tant.Quod uero etiã in legibus Græcorũ,quẽadmodũ cædes, ſic notationi diei natalis credere, uetitũ ſit,ex eo liquet,quod qui alicuius uxorem ſtuprauerit,& accuſatus in iudiciũ uenerit,& dixerit: nõ ego hęc,ſed ſtella natalicia:ego em̃ temperans eſſe uolui,illa uero labefactauit,& deiecit. An nõ propterea aſperiores dabit pœnas, quaſi ridiculè cauſã defenderit? An ueniã impetrabit aliquã? Nihil minus.At illorũ ſentẽtia, maxime id oportuit. Si em̃ ſtella natalicia ac nõ arbitratu noſtro omnia gererent,hac nulla melior eſſet defenſio. Si em̃ firmior ualentiorq; q̃ natalicia ſtella,noſtra eſſet electio,nulla eſſe deberet natalis diei notatio.Sin q̃uis res mille excogitet,complere illius præſcripta neceſſe eſſet,ſine cauſa hic coerceret,& iure ueniã
D impetraret. Sed nemo illũ neq; defendentẽ, neq; ueniã impetrantẽ audiet: ita res ab omnib.exploſa eſt,& cõmenticia quædã fabula uidet.Apud multos magiſtratus,ſi quis cui uim adferat, ad defenſionẽ ſatis eſt reo, dicere ſe hoc inuitũ feciſſe, atq; adeo nulla accuſatio reliqua eſſe uidet. Multi uero magiſtratus propter ſceleratas cædes accuſati, ſupplicio afficiunt:carnifices uero adminiſtroſcę dis,q; morte homines mulctãt, neq; ad ſubſellia rapiũt,neq; de illis omnino quærũt, neceſſitate pro illis cauſam dicente,& magiſtratus autoritate, & ſubiectionis timore. Quòd ſi homini prudenter ignoſcunt,abs tribuli ſuo,& cognatione quadam iũcto,aliquid agere coacto,an nõ multo magis cõdonare par eſt,ſi quis fato pellit? Atqui aufugere
A oportet.Illius uero ſicuti prædicãt, ſic inexpugnabilis dominatus eſt, ut quãuis in ſolitudinẽ, q̃uis in mare, q̃uis in alias quaſcũq; oras te cõferas,pręſcripta eius miníme effugias.Quid ni igitur abſurdũ eſt,eũ qui barbarorũ ui ad aliquid rapit,ita facilẽ ueniã obtinere,ut ne omino accuſet quidẽ:hũc uero qui uiolẽtiore quadã ui cõpellit, pœna perſoluere,neq; orationẽ eius ad cauſam dicendã admittere? Nemo em̃ cauſam maleficij fatũ adferẽs, pœnas effugit,nõ in iudicijs maleficus,nõ in familia ſeruus,nõ in ludo puer, nõ in artificio diſcipulus.Qua ratione igitur uel fatum probãt,qui id ſic abijciunt,ut ne neceſſitati quidẽ eius ueniã dent? Ita ueritate & cõſcientia ſua freti,uehementer perſuadent ſibi uniuerſam hãc rem fabulã eſſe. quando uero in peccata inciderint grauia, tum illud adB ferũt, quaſi hoc modo conſtitutũ illis ſupplicium effugituri ſint, & nõ grauiores pœnas daturi. Nõ em̃ tam tetra res eſt peccare, q̃ poſt peccati nõ pudere,& ꝓpter ſcelera ſua ipſum deũ accuſare.Hoc omni peccato funeſtius eſt.Hoc etiã diabolus facere cõtendit,ut non ſolũ ad uirtutẽ remiſſi, & ad uitia procliues ſimus, & omniũ cauſã deo aſſignemus, ſed etiã ut animo ac lingua ad maledicendũ apparatis,defenſione adferẽda,deũ accuſemus,& à nobis hęc patrãtib.reprehenſionẽ deoneremus, & in eũ qui autor nõ eſt culpã traducamus.Atqui ſi quis tale quid in hominib.deſignauerit,ad accuſationẽ eius,& internitionẽ hoc ſatis eſſet.Quãdo em̃ alterũ calumniat, etiãſi nihil præterea mali patrauerit, hoc tamẽ facinus eodẽ ſupplicio plectit quo reliquorũ ſontiũ. Vide igit quantũ mali diabolus è fato excitauit,uirtutis contemptũ.Labefactat em̃ animũ etiã ſatis incitatũ ad ſudores ꝓ uirC tute ſuſcipiẽdos, quãdo perſuadet ex his quę fiũt, nullũ factũ noſtrũ pro uitio haberi poſſe. Quãdo em̃ aduertit quis, neq; adulterũ,neq; ſicariũ, neq; murorũ effoſſorem accuſatione dignũ, nõ deſinit quaſi in pręcipiti loco cũ impetu ruẽs, prouidentię calũniatores alios facere,& ipſe quoq; calũniator dei eſſe,quo q̃ quęſo malũ pnicioſius eſſe poteſt? Fugiamus dilecti hũc ſimulacrorum cultum, mors enim reuera in lebete eſt, omnẽq; q̃ inde uel minimũ peruerſarũ opinionũ haurit,omino mori neceſſe eſt,niſi iterum recurrat,& ſanitate integra fruat. Vt ne igit poſtea hoc infructuoſe lamentemur, cũ pœnitẽtię nobis cõſtitutũ tẽpus,poſt noſtram hinc demigrationẽ pręcidat, dũ habiles ſumus, q̃cũq; hoc morbo correpti ſumus,mutemus ſentẽtiã noſtrã, nosq; ipſi reficiamus. Qui uero ſani ſumus ſanitatẽ incorruptã conſeruemus,& hoc morbo affectis manũ porrigamus.Si em̃ corporibus laborantib. tantã induſtriã adhibemus,animi ægritudine ꝓpoſita, an nõ omnia faciemus, omnia ſuſtinebimus, ut fratrẽ in ſocietatẽ mẽbrorũ eadẽ cooptatũ, & in perfectionẽ corporis eccleſiaſtici aſcitũ recuperemus? Omnia igit huius cauſa ſuſcipiamus,omnia huius cauſa pręſtemus,canes,lupos abigamus,neq; noſtri ipſorũ ſalutẽ ſatis nobis eſſe pſal. 49
putemus.Quemadmodũ em̃ dictũ eſt:q̃ ſi uideris furẽ ſimul cõcurrebas, & in adulteris partẽ tuam

pone-

ponebas:Ita hic quoq; audiamus,quãdo aliquem e fratribus noſtris circũuenientem rationibus, & ſuſurrationib.decipientẽ uiderimus, iſta inaudiamus.Domus herilis, eſt eccleſia, uaſa precioſa ſũt fideles.Vbi igitur aliquẽ exterum uideris,aliquid e uaſis diripere conantẽ, quãuis hoc uitio captus non fueris, tu tamen qui furem uides ſuffodientẽ, & neq; per te,neq; per alium prohibes, reus necis illius es: tum quia in periculũ uenire permiſeris, tum quia nõ ad eos retuleris,qui iſta corrigere potuiſſent.Neq; uero hæc dico,q; omnino impende retibi periculum putem, ſed ut cautiores reddam alios, atq; efficiã,tum de ſua ipſorũ,tum de aliorũ ſalute, magis ſolicitos. Ita enim poterimus promiſſa conſequi bona,gratia Chriſti,&c.

EIVSDEM DE FATO, ORATIO IIII.

Philip.3 IADEM ipſa dicere mihi quidẽ graue nõ eſt,uobis uero tutũ. Quod ſi Paulo,qui cum gratia ſpiritus docuit, & cum imperio inimicos abegit,& perturbatiões animi omniũ ſuſtulit, qui ſummo in honore fuit,quẽ quaſi angelum de cœlo deſcẽdentem, imò uero quaſi Chriſtum ipſum omnes audierunt,perpetua doctrina opus fuit, & eadem cõtinenter dicere neceſſariũ:multo magis nobis qui nullo in loco aut numero ſumus. Tutũ uero re uera eſt uobis, ijſdẽ de rebus ſæpe audire, neq; uero de ijſdẽ rebus ſolum, ſed eadẽ etiam de ijſdem.Ne grauet igitur aliquis, neq; uexari à nobis ſe putet, ſi de eodẽ argumento eadem iterum dicamus.Si em̃ cõfidere liceret, uos ſemel iſta audiendo,hanc animi ægritudinem depoſituros, ne ſic quidẽ ab hoc argumento recederemus, ſed de ijſdem rebus adhuc uerba faceremus, ut ſtabilem ac firmã efficeremus ſanitatẽ,& cautos uos reddemus,ne in hęc facinora iterũ dilaberemini.Quoniã uero quaſdã huius mali reliquias, in auditorũ animis eſſe ſuſpicamur,neceſſaria nobis eſt, & rationi cõſentanea,aſſidua harum rerum pertractatio.Hodie aũt dicendum eſt, quõ iſta effugiamus. Quomodo aũt effugiemus? Primum precibus & acceſſu ad deũ:deinde rationibus pijs.Si enim uideris quæ futura,& quæ præſentia ſunt,& rectum de utroq; ſuffragium tuleris,nunq; animum tuum hoc malum attinget.Quãdo enim uideris, præter dignitatem ſuã aliquem locupletẽ, ne felicẽ eum, ne beatũ iudicaueris, ne dei prouidentiã condemnes, ne temere ferri aut incõſulto res humanas putes,quia hic præter meritũ ſuum locuples eſt. Ve-
Luc.16 niat tibi in mentẽ Lazari & diuitis, ut hic ad ſummas opes, & affluentiã rerum peruenerit, crudelis,præfractus & inhumanus, & ipſis canibus effera tior. Siquidẽ hi pauperem commiſerabãtur, & accurabãt,& nõ grauatè linguã ulceribus per omne corpus fuſis, admouebant:Ille uerò, ne micarũ quidem ſuarum participẽ faciebat. Tecum igitur reputa quemadmodũ hic omĩb.opibus affluebat. Pauper ille qui re uera diues,re uera locuples fuit, in id extremæ paupertatis incidit, ut & neceſſario
pſal.49 uictu deſtitueret,& ægritudine ac fame perpetua uexaret. & hic quidem pauciora quã uſus tulit habebat:ille uero ſupra modũ omnib.rebus abundabat.Nõ moleſte ferebat tamen,nõ impiũ uerbum proferebat,non deũ accuſabat,cum nullo,ne ſecũ quidem hæc uerba uſurpabat: Ego quidẽ qui nullum inſigniter flagitiũ patraui, tales pœnas do, & extremum ſuſtineo ſuppliciũ,fame cõtabefactus, morbo grauiſſimo abſumptus, paulatim exhauſtus & deletus:Hic ditat & deliciat,alienis calamitatibus oblectat,meas in miſerias debacchat,hũc autem tam inhumanũ, immitem, crudelem,ſaxeum,tãtæ pecuniæ dominũ fecit deus, me uero qui ne uerbo tenus illũ prouocarim, tantis laboribus & doloribus excruciari permittit.Quomodo hęc iuſto illius iudicio, quõ hæc eius prouidentia & procuratione noſtri digna ſunt? Nihil horum omnium dixit ille. Quid ni igit abſurdũ ſit, illos qui tanta mala patiunt,ita de deo in omnibus bene loqui: te uero qui extra iſtã penitus controuerſiã es, illorum cauſa cõtumelioſe de deo loqui, quorum gratia alij bene loquuntur? Qui enim malum aliquod patitur,ſi uerbum aliquod odioſum aut moleſtum dixerit, quamuis non tãtam quantã alius, aliquã tamen paruã ueniam habet. Qui uero ipſe extra pericula eſt poſitus, & aliarũ rerum cauſa animam ſuã proijcit,quali uenia dignus eſſe poteſt in ijs de deo male loquẽs, in quibus qui mala ipſa accepit,gratias agit,& perpetuo illum laudare nõ deſinit? Quãdo igitur uideris iuſtum mala patientẽ,hoc exẽplum animo repete. Neq; enim iuſtiorem illo quenquã potes dicere,quod tũ ex patientia,tum ex præmio ſatis liquet. Nam & primũ reſurrectiõis ſortitus eſt locum, cum patriarcha Abrahã in honore poſitus: neq; contra maiora perpeſſum mala,neq; ita deſpectui habitũ. Quod em̃ maius malum cõmemorare potes, quum neq; ex ijs quæ de menſa deciderũt,expleri potuit? Quando igitur ſummã improbitatẽ uideris, quid enim crudelius iſto qui hunc in tanta calamitate præterierit? uel quid affluẽtius eſſe poteſt menſa illa & ueſtitu, in quibus maximæ deliciæ ſplendidiſſimæq; fortunæ fuerant? aut cõtrà quum ſummã uideris iuſtitiã;quid enim deo amabilius eſſe poteſt animo talium patienti,& extremã miſeriam generoſe perferenti? aut quid miſerius fame ac ægritudine tam inſanabili? qualem dabis mihi ueniã qui in alijs offenderis? Nunquid uitæ huius exitu res terminãtur? expecta finem, & tunc uitæ uniuſcuiuſq; dignã cõpenſationem uidebis. Ne ante præmium,ne ante coronã tumultueris. Quãdo igitur uideris utrunq; in iudiciũ uenire,& ſententiam iudicis accipere, tum & ipſe iudicium de unoquoq; feras.Quot nũc in uijs inſidiant, quot muros effodiunt,quot mortuorũ loculos diripiunt, quot toris inſidiant alienis,quot mortiferis uenenis complures perdiderunt? Nunquid in ijs accuſamus iudicẽ? nequaq;. Si enim illos in iudicium uenientes ſic abire ſineret,ut eum qui mala accepit puniret, qui uero intulit iniuriã honoraret, & corona impoſita dimitteret,accuſatiõe & extremis reprehẽſionibus re uera dignus eſſet: quãdo uero nõdum in iudiciũ adductus fuerit, neq; tempus iudicij in-

ſtet,neq; dum ille pœnas repetit,tu anticipãdo cõ demnabis? Atqui oportuit,inquit,admiſſorũ ſcelerũ pœnas dare. Vitã tuã ô homo animaduerte, in tuã ipſius cõſcientiam deſcende,& hanc mutabis ſententiã,iudiciũ illud nõ laudabis,ſed perhumanũ deũ propter eius quaſi lentitudinẽ admiraberis. Si eñ ab unoquoq; propter flagitia ſua, pœna admiſſorum ſcelerũ poſceret, certatim genus noſtrũ funditus direptũ fuiſſet. Quis eñ gloriabit ſe purũ habere cor,aut quis cõfidenter dicit, ſe purũ eſſe à peccatis? Sed quũ propter hanc dei quaſi lentitudinem animo excruciaris,exquiſite animo pertractes,quę abs te patrata ſunt flagitia, & de iſtac patiẽtia gratias illi habebis,& tolerãtiã illius admiraberis. Tumultuaris,angeris, omnia perturbationib.cõples, quod hic præter dignitatẽ locupletat,& à multitudine colit: An non audit Pſalmorũ ſcriptorem dicentẽ? Ne timeas quãdo ditefcit homo,quoniã in morte nihil ex omnibus accipiet,neq; ſimul deſcẽdet cũ eo gloria eius. An nõ audis prophetã magna uoce clamantẽ: Omnis caro fœnũ,oñis gloria hominis quaſi flos fœni? An nõ uides prophetarũ dictis atteſtantẽ rerum ipſarum ueritatẽ? an nõ uides experientiã & exitũ rerum ijs dictis ſuffragantẽ, nihil illũ in morte ex omnibus capturũ? Audi Iob,hoc idem dicentẽ. Nudus exij ex utero matris,& nudus deceſſurus ſum. nihil eñ in morte ex omnibus quis capturus eſt. Audi Paulũ in hac eadẽ materia philoſophãtem. Nihil inuexímus in hũc mundũ, certũq; nihil nos deportare poſſe. Tu uero beas hominẽ, qui nihil hinc auferre potuit ex ijs quæ expediũt illi præſto eſſe in die iudicij. Sed quæ alia maior miſeriæ deſcriptio & infelicitas eſſe poteſt,q; quũ ſummis in delicijs hic uixeris, ſumma cũ ignominia hinc diſcedere? Tu uero ſi quenq; horũ diuitũ ſuperborũ,& in foro faſtuoſe obambulantiũ uideris, foris honoribus abundantẽ, aſſentatione paraſitorũ uſum, ubi domum ſuã redierit, nihil iſtorũ habere, ſed deſtitutũ, ingloriũ, mendicis egentiorẽ uilioremq; eſſe: igit hũc prædicabilẽ eſſe arbitraris? an nõ potius cõmiſeraris,ac lamẽtaris? Hoc idẽ delocupletibus facito. Sũt uero quidã, qui poſteaquã hos de religione ſermones cõmouerimus, ſuum hircorũq; inſtar,abdomini affixi,& in res præſentes inhiantes, nihil reſtare poſt noſtrã ex hac uita demigrationẽ arbitrant. Alij quidẽ,quædã reſtare putãt,ſed præſentia futuris anteponũt. Nam ad uerſum eos qui nihil remanere iudicãt, ſed animũ noſtrũ quaſi extinctũ nullã redditurũ rationem, neq; pœnas perſoluturũ, ridiculum fortaſſis eſſet, quẽadmodũ cõtra inſanos, & è poteſtate ſua exeũtes,dicere. Neq; eñ ſi quis in die cõtendat diem nõ eſſe,& de reb. in prõptu poſitis dubitet,opportunũ erit ratione huic perſuadere, & ad opinionẽ ſuã adducere. Atqui ueſtræ charitatis cauſa cũ illo diſputabimus quẽadmodũ nobis dei dederit gratia. Quid dicis ô homo? nihil eſſe putas poſt hũcuiq; curſum? hoc eñ dicere neceſſe eſt. Quõ? Quaſi malorũ quorundã gradibus, ad deteriorẽ ſemper opinionẽ proijcit diabolus, quẽ ſemel à ueritate auerterit. Ecce aũt perſuaſit,temperantiã,æquitatem, reliquãq; uirtutẽ negligere, improbe uiuere fecit,de cætero perpetuã habere labẽ cõſciẽtię,& pręcipuũ facinorũ improbe admiſſorũ in alios dimouere, quũ improbitatẽ ipſã potius dimouerẽt. Sed hoc nõ faciũt,& opinionẽ ſibi falſam,de fato, & ſexcentorũ malorũ plenã affingunt. Deinde in hoc reprehẽſi,& fateri tandem coacti,nullius eſſe momẽti hæc præſentia: futura tollũt, omnẽ de reſurrectione ſermonẽ eludunt. Nũc uero quod in manibus eſt cõfutemus. Nihil ne eſt ô homo poſt hanc uitam? & huic niteris opinioni? Multis in rebus delirauerũt Græci, huius tamẽ opinionis ueritati nõ reſtiterũt. Quòd ſi illos ſequaris,dabis certè aliqua poſt hãc eſſe uitã: rationes, iudicia apud inferos,ſupplicia,honores,ſentẽtias,iudicata. Sin Iudæos interroges, aut hæreticos, aut aliũ quẽuis hominem,reuerebit opinionis huius ueritatẽ, ac quãuis in alijs diſſenſerint,in hoc tamẽ oẽs conueniunt, & dicũt rationẽ eorum quæ hic geſta ſunt, ibi debere reddi. Sed nulli horum obtẽperari uis, ſed cum impudẽtia quadã magno teipſum errori obijcis. Atqui ſobriorũ hominum cauſa de ijs ſermo inſtituẽdus eſt. Ei uero qui nihil deinceps fatetur eſſe, ne deum quidem eſſe fatẽdum eſt. Vides quemadmodũ dixi,cõſequentes opiniones prioribus deteriores eſſe,quod iſtis quoq; uſu uenit. Si eñ nihil eſt poſt hanc uitam,ne deus quidẽ eſt: ſin deus eſt,iuſtus eſt: quòd ſi iuſtus ſit, pro dignitate tribuet unicuiq;. Sin nihil poſt hanc uitam ſit,quõ quod par eſt, recipiet unuſquiſq;? Attende uero. Multi præter meritũ ſuum,quemadmodũ ipſi initio cõfeſſi ſunt,multa bona accipiũt in hac uita,& cũ honore ſunt: alij uero ſupplicijs afficiunt, qui cum iuſtitia uixerunt. Quòd ſi nullus ſit locus his poſt hanc uitã,iniuria affecti diſcedẽt iuſti,& præter meritum bonis fruent iniuſti. Quod ſi ſit,quomodo eſſe iuſtitia poſſit? Vel eñ aliquẽ locũ eſſe neceſſe eſt, qui pro meritis ſuis redderet unicuiq;: in hac uita eñ hoc nõ inuenit: uel ſi talis locus nõ ſit, quomõ pro meritis ſuis recipiet unuſquiſq;? Sin nemo ſecundũ merita recipiet, ne deus quidẽ tua ſentẽtia iuſtus eſt. Sin nõ deus iuſtus ſit,ne deus quidẽ erit. Sed hæc loquẽdi contumelia. in caput illorũ qui hęc in nos cõferunt,reuertat. Videte uero quo uerborũ cõtumelię oratio illorũ prouecta eſt. Deũ eſſe res oñes clamitãt,atq; adeo iuſtũ eſſe. Sin iuſtus ſit,pro dignitate ſua reddet unicuiq;: ſin pro dignitate ſua reddat unicuiq;, neceſſe eſt aliquẽ poſt hanc uitã eſſe locũ,in quo pro dignitate ſua recipiet unuſquiſq;, & uel pœnas dabit,uel in honore erit,propter illa quæ ab eo geſta ſunt. Sobrij igit ſimus dilecti: ignorantiã eñ quidam dei habent: ſobrij ſimus, uigilemus. Peccaſti, ne inſiſtas amplius peccare. Peccaſti,deſine: peccaſti,ne cõnectas bis peccata. Nos uero tripla atq; etiã quadrupla connectimus taliũ opinionũ onere mentib.noſtris impoſito. Peccaſti. Agnoſce dominum miſericordem, humanũ, bonum, medicum, cõdonantem,exorabilẽ,placabilem. An nõ audiuiſti quod decem milia quidã talenta cũ deuoraſſet Matth.

set,& herilia bona omia uastasset,ac dissipasset,cũ uxor,cũ liberi eius,proscribẽdi fuerãt,ut fleuit solũ,ut pedes illius solũ attigit, uniuersi debiti illius remissionẽ & dissolutionẽ inuenit? Sin dicas illũ postea tortorib.traditũ,nouerunt qui historiã sciunt,te alterũ mihi dicere humanitatis argumẽtũ. Nam & tũc illum cõmiseratus absoluit, & rursus eum ipsum, alterius misertus, in carcerẽ coniecit. Atqui hoc quidẽ ut huic opem ferret effecit:illud uero,ut illi prȩsidiũ afferret, cõstituit:ut hũc erudiret ne crudelis aut inhumanus esset,illum uero,ut ui & crudelitate alterius liberaret. Videte dilecti, bene mihi inter dicẽdum uenit in mentẽ hȩc cogitatio,ut nõ solũ cupiditas alieni,bonorũ direptio, uerumetiã uacuitas misericordiæ gehennæ nobis efficientia sit. Hic em̃ nõ ꝙ aliena iniuste acceperit,sed ꝙ sua ipsi us crudeliter repetierit, tortorib. tradebat̃.Nam debitorẽ fuisse illũ scriptura cõmemorat.Quãuis ille debitor fuit,tu idẽ debitũ debebas,& eadẽ ȩquitas in utrisq; cõseruanda fuit.Propterea tibi debitã pecuniam cõdonauit, ut suã humanitatẽ demõstraret,ut imitatorẽ herilis mãsuetudinis te efficeret.Quoniã uero ubi bona accepe ras,melior non fueras,altera te corrigit uia,pœnȩ ac supplicij.Itaq; & hȩc quidẽ beneficẽtiæ species est. Tortorib. tradidit, ut quasi medicus optimus nequitiã animi depelleret. Valenti medicinæ nõ cesseras,ferro tibi opus de cætero & igne fuit.Nouit ille qui decẽ milia talenta cõdonauit,te crudelem & inhumanũ esse.Sed tardauit, ut ex rerũ euẽtu,quod sæpe facit,respõsionẽ adhiberet,sciens se iuste facere.Postq; respõdisset tibi,facit quod Sodomis faciebat.Nõ cõfestim iniecit ignẽ,neq; ciui
Gen.10 tates illas diripuit.Sed quid? Clamor Sodomorũ & Gomorrhorũ,& neq; adhuc,sed descendens uidebo.Et neq; hic cõstitit,sed misit angelos, ut mõstrarent tibi incolarũ ciuitatis improbitatẽ, ut ne impudens quisq;, ullis possit uerborũ cõtumelijs uexare deũ,ꝙ inhospitos, ꝙ crudeles, ꝙ nepharios,ꝙ æquitatis iura ignorãtes,cõmunes naturæ lẽges euertẽtes,malitia plenos, iam deleturus esset. Quid tã humano ac miti deo par cogitari potest? Nos enim quũ aliquẽ punimus, uix dignamur sæpe causas dicere.Ille uero,nisi prius te docuerit,nisi prius tibi persuaserit,nisi tuũ ipsius cœperit suffragiũ, illum iuste suppliciũ inferre, nõ punit eos qui iam diu supplicio atq; animaduersione digni erãt,& rationẽ sæpe reddere paratus est,& cũ accusat̃ abs te,in iudiciũ etiã uenire non grauat̃. Vides pphetas istorũ plenos sermonũ. Vbiq; cõtrouersia dei cum hominibus, ac sȩpe ipsos iniurioſos ut causam dijudicẽt,aduocat,sæpe creaturã ad suffragiũ ferendũ collocat, iudiciorũ suorum splẽdorẽ demõstrans,quũ neq; aduersariũ suũ neq; res sensus expertes repudiet deus, ad dijudicãdam rẽ uocare,quod nobis in cõsuetudine quoq; est positũ,
Mich.6 quando iusta causa freti sumus. Audite ualles fundamẽta terrę,quoniã causa quædã domino est.Et
Esa.1 rursum.Audi cœlũ,& auribus cape terra, quia do
Matth.4 Mich.6 minus loquit̃.Sȩpe uero illos ipsos,ut,Populemi quid feci tibi,aut qua in re iniuriã tibi feci? Et Hie

A remias,Quodnã inuenerũt in me delictum patres uestri? Neq; uero in ciuitatib. ac natiõibus hoc solum facit,sed etiam in certo quouis homine.Cum Dauide contendebat per Prophetã, & Ionæ reprehendenti Niniuitis prædicare, respondit deus per cucurbitã.Siquidẽ tu parcere uolebas cucurbitæ, ego nõ parcam Niniuæ. Et multorũ taliũ inueniemus scripturas plenas. Hæc quũ sciamus, adoremus illũ,admiremur, colamus quantũ à nobis fieri potest: digne em̃ nõ possumus.Curã habeamus præsentis uitæ & credamus deũ præesse, & prouidentiã cũcta gubernare,& post hȩc omnia,ex hac uita demigrãtibus, promissis nos bonis frui posse, quibus nos oẽs precor gratia Christi,&c.

Hier.2
Ionæ 4

EIVSDEM DE FATO, ORATIO V.

B NVLLA est omnino tam deprauata disciplina, neq; tã insanabilis tabi plena, q̃ est hȩc de fato & diei natalis notatione opinio. Præterq; enim quòd cõtumelioſam disciplinã, atq; impiã, & pernicioſam,in animis eorũ inserit,qui decipiunt̃, atq; adducit ut de deo talia loquãt̃ quæ ne dedæmonib.quidẽ quis diceret, & uitã cõfundit nostram, & omnia tumultu magnaq; perturbationẽ cõplet,& quæcunq; ad doctrinã & correctionẽ,à deo,& natura,per prophetas,& sanctos uiros,introducta sunt,euertit & labefactat, ac superuacanea ea demõstrat,& perinde facit,ac si quis corpore laborãti,ac medicina egẽti, præsentibus medicis,& medicinã apparãtibus persuadeat,nullo horum uti,neq; ab ægritudine liberari, sed negligentia ac socordia languentẽ totum miserabilissimã
C præstolari perniciem? An nõ hæc quæso dicit fatum? Nemo prȩcipiat quicq; utile, nemo præcipienti audiat.Frustra leges,& iudices, frustra reprehẽsiones & admonitiões, frustra supplicij timor, frustra honores & prȩmia,frustra palma bene rem gerentibus cõstituitur.Neq; enim si in aliquo elaboraueris,utilitas erit:neq; si ociatus fueris, offensio erit. Neq; ad ludum literariũ puer proficiscat̃, nec uir effectus,leges audiat,neq; cõsilijs atq; admonitionib.utilibus obtẽperet.Quid enim poterit afferre labor? Quasi disiecta nauis, nautis & gubernatoribus destituta,tempestatis magnitudine,clauũ mentis suæ relaxãs ita feratur. Cupis ne,
D quæso,obtẽperemus,& nihil efficiamus quę ad uitæ nostræ custodiã pertinent? Prætermittatur aũt ad tẽpus,quod ad mentẽ nostram pertinet,de prȩsentis uitæ statu disputemus. Obtemperabimus ne fato hæc dicenti,& neque seruos delinquentes puniemus, neq; lasciuia corruptos reuocabimus, neq; iniurioſos in iudiciũ ducemus, neq; legibus obediemus? Vellem quidẽ certè ad breue tẽpus hæc fieri,ut re uera pernicioſam istam,& nocentẽ malorum magistram, perspicere possitis. Si enim necesse sit omnino quæ fatalia sunt, tum laborãtibus,tum dormientibus nobis fieri,nullus agricola boues iũgat,neq; aratrũ trahat,nullus sulcũ imprimat,nullus sementẽ faciat, nemo anni tempus accõmodatũ obseruet,nemo gelũ toleret, aut perpetuã pluuiã,aut miserias,aut ærũnas,aut ad con-

ſtitutũ anni tempus falcem attingat, aut ſegetẽ de
metat, aut ſpicas tribulet, nõ plãtet, nõ ſtirpes ac-
curet, omnẽ agriculturæ induſtriã abijciat, domi
ſedeat, & omne tẽpus dormiat, omnino fatale illi
hoc eſt & fixũ, ſuapte ſponte domũ bona uenient.
Sin in contrariũ fuſũ traduxerit Clotho, q̃uis ſex-
cẽties laboret, nullus tamẽ finis laborũ illi, nullus
ſudorum erit. Cuius igit̃ rei gratia, nõ hęc prę cipi
tis faciẽda, ſi prorſum fato cõfiditis? Cuius rei cau
ſa nõ præcipitis, ut re uera cognoſcatis quæ bona
ex fato orianꝰ? Vis mihi quid re uera fato ſtabilitũ
ſit oſtẽdere? Auſer agriculturã, tolle nauigãdi ar-
tem, abijce omẽs artes quę ad uitæ cultũ pertinẽt,
nullus neq; architectus, neq; ærarius, neq; textor,
neq; alius quiſpiã, eorũ quæ ad uitę uſum cõferũt,
artem attingat, & tũc clare uidebis, qualis fati effe
ctus, & quale illud ſit, exquiſite cognoſces, tum e-
tiam illius immutabilitatẽ perſpicies. Sed quid ar
tes dico quę uitã noſtrã cõtinent? Stent artes nul
laq; labefactet̃, ſed oẽs ſuo loco maneãt, & ſinguli
quiq; nihil ſuorũ accurent, nullã partẽ familiæ ad-
miniſtrẽt, ſed fato permittãt res ſuas oẽs guberna
ri. Tũc illius utilitatẽ intelligẽt, quãdo quę ſtiõ ib.
ac plagis acceptis, uectigal ab illis quæriꝫ, quod
cũ non habeãt, ad fati quidẽ defenſionẽ confugi-
ant. Illis tamẽ nemo attẽdit. Quãdiu pueri animo
erimus, quouſq; nõ ceſſabimus delirare, quouſq;
non agnoſcemus cõmunem dominũ? Si malos ac
bonos fatũ facit, quare liberis præcipis, quare ad-
mones? Oĩa temere ac nequiq̃ fiũt. Si diuites
ac pauperes facit, ne ad ludos literarios mittas, ne
pecuniã ſuppedites, nihil agas ex ijs quę amplifi-
care illorũ opes poſſint, ſed res eorũ oĩes fato p
mitte. Atqui hęc nõ in animũ inducis. Vides ut in
rebus minorib. illius poteſtati diffidas, in maiorib.
uero illius autoritati nitaris. Si em̃ re uera fatũ eſt,
permitte ut puer cum malis hominibus conſuetu
dinem habeat, cũ deprauatis hominibus depraue
tur: hoc em̃ fato prorſus cõſtitutum nexũq; eſt, ac
tibi cũ primis utile eſt. Atqui fatũ ais re uera, fatũ
re uera eſt. Quare igit̃ negocia tũ tibi faceſſis, tum
alteri? Sed quid de liberis loquor, quãdo ne in ſer
uis quidẽ hoc toleras, ſed minitaris, perterrefacis,
oĩes rationes cõmoues, ut tibi bonus atq; hone-
ſtus ſeruus ſit, neq; diei natalis notationi confidis.
Cur uero malũ uerberas? Nõ eſt em̃ illius hoc pec
catũ, ſed pellẽtis diei natalis. Cuius cauſa bonũ lau
das? Non em̃ hoc illius recte factũ, ſed diei natalis
eſt. Atq; adeo neq; bonus erit, neq; malus q̃ſquã:
qui em̃ per ſe nihil horũ facit, ſed aliũde neceſſita-
te obiecta pellit̃, neq; hoc ille, neq; illud erit. Qua
igit̃ de cauſa uiros laudamus? qua de cauſa uitupe
ramus? Quamobrẽ alios execramur, alijs uero be
ne precamur? Vides ad quas peruerſiſſimas ratio
nes nos prouexerit hæc de fato ſententia. Nullus
modeſtus, nullus intẽperans, nullus cupidus, nul-
lus iuſtus. Tollit̃ omnis uirtus atq; improbitas, &
temere ac ſine cauſa in prę ſentẽ hanc uitã deducti
ſumus, imò uero nõ temere, ſed ad malũ. An non
quę ſo abſurdũ eſt, propter diei natalis notationẽ,
in improbitatẽ conijci, & hac iterũ eadem ui im-
probitatis extremas pœnas perſoluere, cũ cõmiſe
randi ac potius lamentãdi eſſemus, & odio ac ſup
plicio afficimur, ubi honore potius afficeremur?
Cui em̃ iniuria fit, et uis infert̃, nõ ſupplicio is, ſed
honore proſequendus eſt. Nos uero ſimul & iniu
ria uexamur, et ſupplicio punimur. Quid hoc eſſe
miſerius poteſt, q̃ in quibus miſeri nos in impro-
bitatẽ cõijcimur, propter hęc ſupplicio coerceri?
Parricidã te fatum fecit, & te morte mulctat, quia
obtẽperabas ei. Quę hac opinio pernicioſior eſſe
poteſt? Quẽadmodũ ſi quis in præcipitẽ locũ ali
quẽ impellat, ac poſtea eundẽ præcipitatũ offen-
dẽs, pœnã huiuſce facti expoſcat. Aut quẽadmo-
dũ ſi quis efferatę alicui dñæ plectendũ aliquẽ, ac
omni malorũ genere coercendũ tradat, hũc tamẽ
ipſum, ppter hoc ſeruitiũ, & captiuitatẽ, depoſcat
iterũ ad ſupplicium. An uero uel immanius uel mi-
ſerius, quæſo, genere hoc quiq̃ poteſt eſſe? Hęc
quũ ita ſint, & inimici, atq; hoſtes, ſuis ipſorũ hoſti
bus norũt ueniã dare, quãdo inuiti, & prę ter illorũ
uoluntatẽ, aliquid quod moleſtiã afferat faciãt: fa
tũ ſubiectis ſuis, ac penitus obediẽtibus, imò uero
coactis nullã dabit ueniã? ſed de his ad quæ faciẽ-
da illos cõpulit, pœnas repetet? Qualis colluuies,
qualis Labyrinthus, quale ſalũ hanc imitari cõfu
ſionẽ, quę ſo poteſt? Nõ ſatis mihi eſt unus iniuſti
ciæ modus, q̃ cũ nihil peccauerim, in improbitatẽ
tamẽ cõiectus ſim, & quòd alius, qui nullũ habet
recte factũ bonus eſt & honoribus utit̃: Non ſatis
hæc eſt una iniuſtitia, q̃ ſimpliciter, quòd temere
fatũ me malũ fecit, & illũ bonum, ſed & aliã quoq;
adiũgit, neq; hominũ iuſtam iuriſdictionẽ imitat:
ſed homines quidẽ ita humani benigniq; ſunt, ut
uolũtaria ab inuitis ſeparent: hęc uero humanarũ
rerũ gubernatrix furia, & malus quaſi genius oẽs
res humanas cõfundit. Quod ſi deus nõ eſt, qui in
hæc intuetur, redargui utrinq; hęc ſentẽtia poteſt.
Fieri em̃ nequit, ut in tam conſtãti rerũ ordine, p-
uidẽtia nulla ſit. Quòd ſi deus nõ ſit, quõ tandem
hæc omino cõſtẽt? Sin ſit, qũo hęc deſpicit? Si em̃
ille hæc non fecit, uide quò impietatis, ac uerborũ
cõtumeliæ procedat oratio. Sin fecerit, & quæ fa
cta ſunt negligat, nõ minor iterũ hæc eſt, q̃ prior
fuit, reprehẽſio. Vides ut omni ex parte ſollicitat
diabolus, ut pertrahat homines ad aliquã contra
dominũ inſaniã. Vis mihi perſuadere q̃ ſuadere
fatũ neceſſe eſt? & aliquid ualere hãc opinionem
putas? Ne accuſa adulterantẽ mulierẽ, ne ira effer
ueſcas, ne pro tribunali iudicis adulterũ adducas:
ſi murũ ſuffoſſum uideris, ne cõprehendas eum q̃
ſuffoderit, ne pœnam expoſcas. Inuitus fecit, quẽ
admodũ tu prædicas. Omnino em̃ ſua ſponte ad
te fatũ affluit. Proijce quãtum habes auri, familiã,
forũ, mãcipia negligas, tua hac ſocordia, fati igna-
uia non lædetur. Atqui nihil horum facis, quaſi re
ipſa perſuaſus, hãc uniuerſam de fato opinionem
cõdemnari debere. Cuius igit̃ rei cauſa, eam quã
ubiq; cõdemnas, in admiſſis facinoribus, ad excu
ſationẽ adhibes? Vides certè, nõ aliunde hãc opi-
nionẽ introductã, quã ignauia, cõtemptione, & a
nimi lãguore ad laborẽ aliquẽ pro uirtute capien
dum

dũ. Si diei natalis notatio aliquid ualeat, iudiciũ nullũ est, fides nulla est, deus nullus, uirtus nulla, nulla neq̃tia est. Si diei natalis notatio aliquid ualeat, omnia temere, omnia nequicq̃ tum agimus, tũ patimur. Nulla laus, nulla uituperatio, nullus pudor, nulla ignominia, nullę leges, nulla iudicia sunt. Vnde hic inges locupletat, unde ille in pau pertate est? Si harũ rerũ causam ignoraremus, per manendũ potius in ignorãtia esset, q̃ noua aliqua opinio assumenda. Melius est em̃ bene ignorare, q̃ turpiter scire. Illud enim nullã reprehẽsionem habet, hoc uenia omi carere debet. Atqui nũc dei gratia nobis perspicuũ est, unde hic diues, ille pau per sit: uel em̃ paternã hęreditatẽ adit: uel mercatura, aut quęstu utit: uel aliorũ bona diripit, et uim adfert: uel nuptias quæsiuit diuites: uel agriculturã, aut artificiũ, aut aliqd huiusmodi coluit. Multæ nãq̃ sunt rationes, ut diues quis fiat: aliæ iustæ, aliæ iniustæ. Eadẽ ratio est paupertatis: uel em̃ aliorũ calumniis, uel accusationibus, uel direptionibus, uel sua ipsius abliguritione, uel ocio, uel amentia, aut alia quauis eiusmodi ratione (multæ enim sunt ad paupertatẽ uię) eò peruenit. At qua de causa, inquies, illi qui meretrices alit & parasitos, & adulatores, & qui alienis sese ingerit negociis & diffluẽtẽ hãc & dissolutã uitã traducit, qua si è fonte quodã affluunt diuitiæ? Alter probitati, tẽperantiæ & iustitię, & reliquis uirtutibus perpetuo adhæresces, uix necessariũ uictum habet: cũ hic bonus sit, & laborioſam uirtutis elegerit uiã, ille uero malus & dissolutã hãc remissamq̃ ingressus sit nequitię uiã. Cuius igit rei causa malus hic diues, bonus ille pauper est? Vt hic maiorem habeat coronã, si ista perferat, & patiẽtia utatur: ille uero maius supplicium, maiorẽ pœnã, nisi uitã mutauerit, nisi melior fuerit, nisi dñm suũ agnouerit. Dilatio enim à deo proposita, eos qui in nequitia permanẽt, magis grauat, & rerũ affluẽtia à deo data, his q̃ nõ opportune utunt, magna ad dãnationem accessio est. Sic & asperitas rerũ & anguſtię, bonis uiris accessio coronæ sunt, etiã si interdũ ꝓ labant. Mediocris em̃ uenia tũ dat. Nõ enim simpliciter peccata iudicãt, sed alio modo diues, alio modo pauper. Hic quidẽ cũ uenia, ille absq̃ omi uenia. Ponat aũt fur & ambitioſus, tum diues esse tum pauper. Hic em̃ quamuis frigidũ, aliquod tñ habet perfugiũ, paupertatis necessitatẽ. Ille uero nullã probabilẽ aut iustã habet excusationẽ. Itaq̃ quãto inferior est pauper in hac præsenti uita, tãto superior est in futura: hic quidẽ recte factis, diues uero maleficijs. Ne igit putes uel iniuriã pati pauperem, uel pręstare diuitẽ. Quemadmodũ uero in malis, qui pœnas hic persoluũt, uel oẽs penitus abstergũt, uel minores pœnas dant, qui hic magnã calamitatũ mulctam sustinent: sic & in bonis qui hic honorib. fruũtur, & in nequitia tamen permanẽt, magnũ compendiũ ad supplicium, honorẽ habent. Vide igitur quemadmodũ deus, malis, istos honores refutat. Dedit tibi inquit omnia domini tui. Et rursus, sacerdotib. tẽpore Eli, honorem: & alibi. Dedi uobis ex adolescentulis uestris in prophetas, & ex filijs uestris in sanctificationẽ. Et ea quæ in solitudine facta sunt, oẽmino repetit. Itaq̃ quãdo diuitẽ uideris iniurioſum, cupidũ, direptorẽ, ꝓpterea magis illũ ingemisce, quia diues cũ sit, hęc facit. Maiores em̃ pœnas dabit. Cũ uero pauperẽ uideris multã iustitię curã habere, ꝓpter ea magis illũ admirator, q̃ cũ pauptate talis sit. Si em̃ hæc abs te exq̃site animo pertractata fuerint: si in futura intuearis: si nullius momẽti præsentia putaueris: si illa speres semp, si ab istis abhorreas, nũq̃ præsentib. reb. cõturbaberis. Vt uero gratia Christi oẽmia nos bona assequamur, precor, Amẽ.

EIVSDEM DE FATO, ORATIO VI.

EDAMVS & bibamus, cras enim morimur: apud prophetas multi è Iudęis dicũt. At Iudæos hoc dicere, quorum deus uẽter, & gloria in ignominia eorũ, haud mirabile est. Esse uero quosdam, qui post acceptã gratiã, post præsentiũ rerũ despicientiã, post hãc perfectionẽ atq̃ absolutionem, quanq̃ hoc uerbis nõ efferant, factis tamen hoc idẽ personẽt, quãta putas reprehẽsiõe dignũ est? Sunt em̃, sunt plane, qui propterea putãt se editos in hanc lucem esse, ut delicijs diffluentes & corpore adipato, & abdomine distento, ita exeãt è uita, uermib. sui ipsius corporis delicatius epulũ apparãtes. Vt inã uero hęc sola offensio esset, q̃ temere, quòd incõsulto, q̃ nequicq̃ præsentia cõsumerent. Atqui hoc reprehẽsione & accusatiõe uacare nõ potest. Quãdo em̃ quæ ad corporis alimentũ, & ad earum rerũ quibus egemus præsidia pecuniæ nobis à deo dant, per luxuriã & lasciuiã & extremã socordiã effundimus, non integer esse potest hic effusissimus sumptus, sed reddituri plane rationẽ sumus. Parabola uero quę de quinq̃talẽtis, duobus, & uno, habita est, ad pecunias & alias res accõmodari potest. Quod igit initio dixi, si q̃ maxime temere, ac nulla de causa hic in uita uersaremur, ne sic quidẽ integrę nobis tales actiones essent. Nũc uero etiã alia quędã iuste cõsequẽtur. Qui enim in delicijs perpetuo uersat, & ebrietati indulget, & parasitos alit, atq̃ adultores, & cibo potioneq̃ cõpletur, nolens uolẽs persæpe necessario peccat, tũ opportunitate quadã loci præsentis, tũ etiã post eius inde discessum. Quẽadmodum em̃ nauis cum maiorẽ merciũ copiã habet, q̃ pro iusta magnitudine, grauitate ponderis oppressa demergitur: ita anima, corporisq̃ nostri natura, copiosiorẽ capiens cibum, deprimitur, & onus ingestorũ ciborũ non ferens, in perniciei dimergitur pelagus, & nautas, gubernatorẽ, proretam, & uectores, & uniuersum onus cum omnib. perdit. Quemadmodum igitur in ita affectis nauibus, nõ tranquillitas maris, nõ scięntia gubernatoris, non nautarũ multitudo, non apparatus cõmoditas, nõ anni tempestiuitas, nõ aliud quippiã, ita periclitantẽ iuuat nauem: ita in his qui delicate ac molliter uiuũt, nõ rationũ uis, nõ doctrina & institutio, nõ admonitio & cõsilium, nõ aliud quippiã, nõ timor futurorum, nõ pudor, nõ accusatio præsentiũ, cõseruare poterit ita fluctuatẽ animã,

ſed immoderatio omnia exuperat, & uolentẽ no A lentem, de cætero eũ qui hac ægritudine laborat, & madidũ deprimit, & naufragũ eò proijcit, unde ſeſe referre difficile eſt Neq; ad res futuras, & rationes ibi reddendas, ſed ne ad pręſentẽ quoq; uitam, iſte utilis aut ad quicquã idoneus eſt, ſed omnino deridẽdus, tum ciuilibus, tum priuatis in rebus. Et ſi aliquid quod urget cõficiendum ſit, nullam prouiſionẽ, nullam adminiſtrationẽ rerũ habere inuenietur, ſed facile ab inimicis capiẽ, amicis autẽ & propinquis omnibus inutilis. Neq; ſolum in periculis, & rerũ aſperitatibus facile euertiẽ, neq; rebus pacatis & trãquillis tantũ intolerabilis, ſed etiam in rebus afflictis, & perturbatis, ꝓpter animi immodeſtiã, unicuiq; obiectæ rei ſuccũbet. Hîc eñ, in his rerũ perturbationibus dico, B ignauia, exanimatio, & formido ingẽs, ac temeritas magna occupabit. Illic uero audacia, ſocordia luxuria, immodeſtia, ſuperbia, & arrogantia, ſuperioríb. intractabilẽ facit. Nõ ſolũ eñ corpora eorum qui ſic afficiunt deformata, languida, & fluẽtia et odoris grauitate intolerabili undiq; cõpleta ſunt: ſed anima multo magis corpore deformata eſt, multo maiores, q̃ corpus, ægritudines ex hac mollitie ſuſcipit. Quemadmodũ enim corpus nõ modo ſecundũ naturã excremẽta emittit, ſed oñi ex parte uberrime multa profundit. Nã & oculi & nares, & ora eorũ qui hac abundãtia grauant, halitu teterrimo & corruptione complent, & ipſa carnis natura flaccidior, q̃ pro naturali tẽperatione, quaſi cœno & inquinatiſſima illuuie expleta, C putida & iners exiſtit, atq; ad omne bonũ factũ inexercitata. Nã & terra ipſa tali copia cũ ſuperat, calorẽ ſuũ ac naturalẽ deperdit, ſimul robur etiã amittit, & neq; ad culturã, neq; ad fertilitatẽ ſuam idonea eſt. Ibi grauibus & inſanabilibus morbis corripiunt, qui in delicijs perpetuis uiuebãt, tremore, diſſolutiõe membrorũ, tabe, grauedine, pedũ manuũq; cruciatibus, & alijs cõpluribus, quibus medici afferũt illos obnoxios eſſe. Itaq; ſi neque gehẽna, neq; animaduerſio, neq; extrema dãnatio à deo eſſent, neq; ab homínib. reprehenſio, neq; ſumptus importunus, neq; alia ſexcẽta quę à delicijs oriunt, ſed hæc ſola adeſſent, an non ſatis eſſet ad oẽs auertẽdos? Mortiferis eñ uenenis ni D hilo melius hæ mẽſę cõſtitutę ſunt. imò uero ſi uerũ dicendũ ſit, multo peius, multo deterius. Venenũ eñ ſumẽtẽ cõfeſtim è medio tollit, & ad uitæ exitũ ſine ullo cruciatu deducit, ut neq; hoc ipſo q̃dẽ cruciet moriẽs. Delicię uero, uitã multis mortib. miſerabiliorẽ his afferũt, qui illas plurimi faciunt, nõ modo miſerabilẽ, ſed turpẽ etiã & aſperna bilẽ. Reliquæ eñ ægritudines permultos habent qui unà mœreãt. Quę uero ex delicijs & ebrietate oriunt, ne eos quidẽ qui intuent permittũt, ut uelint mœrere ꝓpter ea quæ ab illis gerunt. Sed magnitudo mali ad miſericordiã inflectit: materia ęgritudinis ſcientẽ exaſperat, itaq; media quadam ægritudine tenemur, neq; cõmiſeramur illos, cauſa eñ malorũ hoc nõ permittit: neq; iraſcimur, magnitudo enim malorũ hoc nõ ſinit: ſed inter reprehenſionẽ & ueniã ſtatur. Neq; enim à natura perturbant, quemadmodũ illi, neq; ab hominibus in ſidijs appetũtur, ſed ipſi autores harũ ægritudinũ ſibi ſunt, & uolũtarie ſeipſos in malorũ uoraginẽ pręcipitãt. Quemadmodũ igit eos qui laqueo gulam ſibi frãgunt, & qui per pręcipitẽ locũ ſeipſos deijciũt, & qui diſtricto gladio ſeipſos cõfodiũt, nõ admodũ cõmiſeramur: ita neq; iſtos. Quanq̃ ſi uenia dãda ſit, etſi minimã oñino ueniã merentur, facilius tñ illi, q̃ hi, eã aſſequerent. Illi eñ uel calũnijs uel pecunijs mulctati, aut imminẽs malũ plagásue metuẽtes, aut aliud quippiã terribile expectantes, ut maioribus ſe malis eripiant, quaſi in tranquillũ aliquem portũ, ab imminẽtibus tẽpeſtatibus ſumma cũ feſtinatione cõtendunt. Hi cũ nihil tale pro ſeipſis afferre poſſint, uitæ ſexcẽtis uiolentis mortibus aſperiori, ſeipſos tradiderũt. Opportune igit hoc loco cõmemorari poteſt illud ſapientis. Quis cõmiſerat eũ qui incantat, ſi à Eccl.12 ſerpẽte mordeat, aut ullũ aliũ qui ad beſtias ſe accõmodat? Beſtia eñ quędã difficilis, & intractabilis delicię ſunt: neq; ſcorpius aut uipera in uiſcerib. noſtris inhęreſcens ita perpetuo nos uexat, ut hæc deliciarũ cupiditas omnia euertit atq; conſumit. Beſtiæ enim illæ corpori tantũ inſidiant, hæc ſicubi ſe collocauerit, corpus unà cũ anima etiam uaſtat. Quare, uobis iam prudentibus loquor, fugiamus ab illa. Quòd ſi utilitates cõtinet hæc opinio, ne iſtam orationẽ perferamus, ne perſuadeamur. Sin uera ſunt quæ dicũtur, & omniũ pernicies in hac reponit, & extrema illuſio ſequitur, parcite iam uobiſipſis, parcite corporis robori, parcite animę, parcite ſanitati. Nõ id pręcipio, niſi tuid uolueris, ut ad uitã aridam noſipſos adducamus. Tantum quod ſuperfluũ eſt detrahamus, quod ſupra uitæ uſum eſt, præcidamus. Quali eñ hoc uenia dignũ eſt, quãdo alij quorũ intereſt, ne rebus quidẽ neceſſarijs potiant, nos pluſq̃ opus eſt omnib. affluẽtijs incedere? Noſtri uictus nobis terminus ſit, quod nõ lędat, qd' famẽ ſine offenſione depellat, ac nil ulterius requiramus. Quòd ſi q̃d admirabile liceat dicere, & uerũ, ſed præter uulgi opinionẽ: ſi uoluptatẽ quærimus, in eo q̃ ſatis potius q̃ in delicijs inueniemus. Audi quõ in eo maior, q̃ in his & uberior uoluptas eſt. Hæc eñ modo derari ſeipſum de cætero nõ poteſt, neq; naturam ſanguinũ idoneã ſibi inuenit, Illa uero contra ſibi moderari poteſt. Quis hoc ait? Qui maxime ex omnib. ea fruebatur. Animæ, inquit, uacuæ, quæ Prou.17 amara ſunt, dulcia uident: anima ſatiata, etiam cũ fauo ludit. Vides ut illa tum in paucis, tum in omnibus, facile ſibi ipſi moderari poteſt: hæc nullo modo poſſit. Si enim ne fauũ quidem expetimus, quid poteſt eſſe uolupe de cætero? ſi id quod ſuauiſſimum eſt, afferre uoluptatẽ non poteſt, quid poteſt nos in uoluptate conſtituere? Quare ſi uoluptatem quęrimus, hic magis illam inueniemus. Extremæ igitur amentiæ erit, uoluptatem, quæ ſanitate & omnibus bonis cõtinetur, & deo amabilem mẽſam, fugere: alterã uero apparare, quę infinitis referta calamitatib. iniucũda, moleſta, morborumq̃

borumq́ efficiens est, & quod omniũ est grauissimũ, deũ contra nos prouocat. Si enim uidua deli
1. Tim. 5 catior, etiã cum uiuit, mortua est, quid de uiris dicemus? Si in ueteri testamento multa cũ cura hoc uetitũ est, & magna cõtra delicias affluẽtes uehemẽtia usus est propheta: quanq́ genus ipsum deliciarum nõ admodũ sumptuosum, neq́ opiparũ
Amos 6 posuit: dicit enim, qui uescũtur hœdis cũ ouibus, & uitulis lactẽtibus: qui bibunt uinũ defœcatũ, et pręcipuis unguẽtis perfundũt: qui in lectis eburneis dormiũt, & in stratis suis lasciuiũt. Si hæc reprehẽsione tum digna erãt, quando omnia carnalia, quãdo cœlestiũ rerum ratio nulla, quando ludaica omnia, introductio quædã erant: quid dicemus de hac præsenti rerũ mollitie? Si enim hœdorum, & uitulorũ lactentium esus, profluẽtis & immoderatę uitæ reprehensionẽ habet: qd dicemus de his, qui oms recessus maris, extremas terrarũ oras indagãt, & auiũ ac pisciũ omnis generis uenatores undiq́ cõquirunt? Si qui uinũ defœcatũ bibũt, in reprehẽsione sunt: quid dicemus de his, qui peregrinatiões maritimas pro uino suscipiũt, & omnia cõmouent, ut nullum genus uitis eos lateat, quasi si rationẽ reddituri essent, & extremæ impietatis condemnarent, si nõ omnis generis uino cõplerent? Si eburneo lecto uti, reprehẽsione nõ uacat: qui multo sese argẽto circũuestiũt, imò uero ex argẽto omnia fabricant, non lectos solũ, sed scabella etiã, sed lebetes, sed uasa & matulas, qualẽ ueniæ locũ habebunt? quid uel minimũ ad defensionẽ suam afferre possunt? Ego uero etiam hoc adiũgo, quod ex alienis calamitatibus cõgrẽgarunt. Atqui propheta hoc non posuit, sed delicias solũ reprehẽdit. Quãdo igit culpa adest delicijs ipsis intolerabilior, q̃s ab extremo supplicio eos qui talia patrãt eripiet? Quis Nochus? quis Iobus? quis Daniel intercedere possit? Nullus omnino certè. Sed in eos dici potest: Exuret animus, quasi fumus. An nõ, quæso, iure quis ira, atq́ excã descẽtia efferuescat, ac cõpleatur, quãdo alius ne ijs quidem quę ad uictum necessaria sunt fruit: tu uero temere, ac nequicquã, ad nullũ usum, imò ne ad ostentationẽ quidem, tantũ argenti fabricaueris? Neq́ em ad hoc ipsum tibi cõducibile esse potest, imò uero in contrariã partẽ potius traducit. Tu enim ut spectabilis atq́ illustris fias, hæc facis, sed contrariũ illius tm usuenit. Nõ em spectabilis atq́ illustris propterea es, sed propter crudelitatẽ ac plurimarũ rerũ cupiditatẽ, & extrema flagitia, omnes te reprehẽdũt. Quãta enim inuidia, quãta indignatio, quantũ odium, quãta cõuersionis tuæ cupiditas apud omnes est? Verborũ cõtumelias in deũ prętermitto, quas diuitię istæ pariunt. Atqui hoc lõge grauissimũ est, qd uero hoc antecedit, grauius etiã eo est, & ut ita dicam, quo magis progrederis, singula singulis deteriora inuenies. Sed nõ tẽperantẽ & modestã, q̃ nõ ꝓpheta illudit, nõ homo reprehẽdit, non deus accusat, nõ ignis punit, nõ quis auersat, non odit, nõ inuidet, sed approbat deus, participãt angeli, homines laudãt, cœlũ capit. Hę mẽsę angelos recipiũt, his & nõ illis, Christus adest. Tales prophetarum mẽsæ: tales apostolorũ: tales iustorũ fuerũt. Regũ uero mensæ & aliorũ, qui in terris nephariè locupletant, quę saltatores habẽt, & alios qui ad labẽ, & perniciẽ aliorũ uiuunt, hæ latronũ, & prestigiatorũ, & eorum qui sepulchra suffodiũt, mẽsę sunt. Quando igit talem apponis mẽsam, angelus resilit: exasperat deus: gaudet dæmonũ princeps: auersant, oderũt, cõtabescunt non inimici solũ, uerum etiã spectati atq́ honesti homines, & inuidię epulis potius cõplerẽtur, q̃ hisce pręsentib. fruerent. Quando igitur illam quis apponit mensam sobriã ac modestam, nullaq́ efferuescẽtia cõtentam, suauis ea & oblectabilis omnibus, & deo, angelis & hominibus. Adest præterea dei unigena filius. Quemadmodũ enim fastum fugit, ac elationem, perturbationẽq́ omnem: sic humili amicus est, & cũ illo perpetuo uersat, omni ex parte illũ circũuallat, atq́ undiq́ munit: Christo uero præsente, nil ulterius quærẽdũ est. Hoc quũ sciamus, dilecti, illa fugiamus, hęc persequamur, ut tũ præsentibus, tum futuris bonis fruamur, gratia &c.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
ac D.D. Maximiliano à Burgũdia Abbati Mittelburgensi, Des. Erasmus Roterodamus S.D.

INTER multa cõmoda, quæ literis debemus, reuerẽde Pater, illud non arbitror esse postremũ, q̃ in orbe penè dixerim alio cõstituti, per eas tm cũ amicis colloqui possumus. Emiseramus nuper libellũ de modo orandi deũ: talib. enim argumentis quæ nõ multum adferunt laboris, & ad pietatẽ maxime cõducunt, senectutẽ nostram exercemus, iam, ueluti solent athletæ cũ in grauescit ætas, missionẽ ambientes. Is ubi per manus omnium uolitaret nõ sinẽ gratia, cõmodùm inter Chrysostomi lucubrationes reperi duas orationes eadem de re, nondum Latine uersas. Illico mihi gestijt animus uidere, q̃ inter nos cõueniret in eadẽ materia uersantes. Sic opinor affici pictores quoties deprehendũt aliquẽ non uulgarẽ artificem in eodẽ laborasse argumẽto, in quo laborarunt ipsi. Iuuat em hic collatis tabulis animaduertere, ubi par fuerit artis facultas, ubi superior, ubi inferior. Verũ hac collatione mihi quidẽ adeo nõ placui, ut si licuisset, meam tabulã prorsus abolitã uoluissem. Rutubam diceres cum Apelle cõmissum. Quis enim illius eloquentiã plus q̃ auream assequat, etiamsi propositũ exemplar conet ęmulari? Et tamen multum uigoris addere solet ingenijs æmulandi contentio, quo magis mihi uisus sum formica cũ camelo cõpositus, cum nullus ad fuisset stimulus, qui meã oscitantiã expergefaceret. Sed hac de re tuum potius expecto iudicium, idq́ quò certius facias, mitto simul & Græca, ne quis causari possit, me male uertẽdo hoc egisse, ut mea minus displicerẽt: Verum utcũq́ huius æstimationis cadet alea, uicisse mihi uidebor, si sen-

sero

sero quãplurimos hoc meo labore ad frequenter orandum, uel redditos alacriores. Nã tuæ quidẽ pietati sciebam huiusmodi stimulis nequaquam opus esse, qui pietati, quam alij uix multo diutinoq; studio possunt discere, natus esse uidearis. Etenim iuuenis ex aula subito translatus ad monasterium, sic in hoc uitæ genere te gessisti, ut modestia, sobrietate, castimonia, religione superares & illos qui in schola religionis cõsenuerunt. Nusquam in tuis moribus ullum iuuentutis tuæ uestigium, nusquã aulicæ consuetudinis reliquiæ, nusq; generis quod à Philippo Burgundionũ duce, cui Boni cognomen additum accipimus, clarissimum ducis, ullum superciliũ. Nimirum hæc erat A naturæ tuę synceritas, quã nec aulæ consuetudo potuit corrũpere, cũ sint tam multi, quos in mundo humiles ac frugaliter educatos, nõ dicam Abbatis dignitas, sed monachi cultus ac uictus corrumpat. Quid aũt eo cõcentu potest esse iucundius, cum uestẽ undiq; candidã niueus uitæ candor uel æquat, uel superat? Pertractus es ad istud uitæ genus, quod intelligeres tibi nõ fore licitũ, ut prius esses monachus q̃ Abbas. Talibus ingenijs tuto cõmittunt̃ episcopi munia, quibus nõ alia functio sanctior inter mortales, qui nequaquam sibi dignitatem uindicant ex munere, sed incorruptis moribus ipsis dignitatem muneri suscepto conciliant. Bene uale.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE ORANDO DEVM LIBER PRIMVS,

Des. Erasmo Roterodamo interprete.

A auth hor dagnatus hoc tamen ex eius opus permititur

DVPLICI nomine par est dei famulos & laudibus uehere, & suspicere. Primum quòd spem salutis in sanctis precibus collocarũt: deinde quòd laudes reliquósque cultus, q̃s deo cum gaudio simul & tremore consueuerunt offerre, intercidere passi nõ sunt, sed literis prodita superesse uoluerunt, quò suum thesaurũ, in nos uelut hæreditaria successione, transfunderent, quò uidelicet omnem posteritatem ad sui prouocare possent æmulationem. Conuenit enim, ut & præceptorum mores ad eos dimanent, qui cum ipsis habent consuetudinem, & prophetarum discipuli, eorundẽ iustitiam referre uideantur. Id aũt fiet, si per omne tempus, precationibus, ac dei cultui, studioq; pietatis dediti uiuamus, hanc uitam, hãc sanitatem, hanc opulentiam, hanc bonorum omniũ summã existimantes, uota nostra offerre deo, syncero puroq; corde. Etenim quemadmodũ sol lucem præbet corpori, sic animæ lumen est precatio. Proinde si cæco damnosum est, nõ intueri solem: quanto grauius damnũ est homini Christiano, si nõ assidue deprecet̃, neq; Christi lucẽ orando in animũ suum inducat? Iam uero quis nõ obstupescat & admiretur, tantã benignitatẽ ac beneuolentiã, quã in nos homines declarat deus? qui mortalibus tantũ honoris largiat̃, ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloquamur, nostraq; uota apud ipsum deponamus. Nã uerè profecto cũ deo confabulamur, quoties uacamus deprecationi, per quã simul & angelis copulamur, & societatem quam cum brutis animantibus habebamus, procul effugere uidemur. Angelorũ enim opus est deprecatio, superãs interim etiã illorum dignitatẽ, si tamen maius est angelorũ dignitate colloquium miscere cum deo. Atqui q̃ id sublimius sit, ipsi nos docẽt, multo quidem cum tremore uota sua offerentes, cæterũ nobis exemplum præbentes, unde sciamus ac discamus, q̃ quisquis deum adit, multo cũ gaudio multoq; rursum cũ tremore, id facere oporteat. Tremore quidẽ dum metuimus, ne uideamur indigni qui deũ precibus alloquamur: rursus gaudio repleamur, reputantes honoris magnitudinẽ, quòd deus mortaliũ genus, C tanta ac tali sua cura dignatus sit, ut assidue diuino colloquio frui liceat: per quod etiam illud assequimur, ut & mortales & temporarij esse desinamus, natura quidẽ mortales, sed colloquio conuictuq; quẽ agimus cum deo, ad immortalẽ uitam transeuntes. Necesse est enim, ut qui cũ deo familiaritatẽ habeat, superior euadat, & morte, & omnibus quæ corruptioni sunt obnoxia. Et quemadmodũ nullo pacto fieri potest, ut qui solis radijs fruitur, nõ effugiat tenebras: ita nulla ratiõe fieri potest, quin qui cum deo consuetudinẽ agit, desinat esse mortalis: siquidẽ ipsa dignitatis sublimitas, nos ad immortalitatẽ transfert. Etenim si qui cum Cęsare miscẽt sermones, familiariterq; cũ eo D uersant̃, & hoc honoris ab illo sunt adepti, nõ possunt esse pauperes: multominus fieri potest: ut q̃ deũ deprecant̃, cum eo familiariter colloquẽtes, animas habeãt mortales. Nã mors animæ est impietas, ac uita pugnãs cũ lege diuina. Ex quo consequit̃ animæ uitã esse dei cultum, ac uitam eo cultu dignã. Porrò uitã piam, ac dei cultu dignã, miris modis oratio cõciliat, cõciliatam auget, ac ceu thesaurũ recõdit animis nostris. Etenim siue quis uirginitatis amore tenet̃, siue quis studet amplecti honorabilem cõiugij castimoniã, siue quis meditat̃ inijcere frenũ iracũdiæ, & cũ mansuetudine familiaritatẽ habere, siue quis cupit ab inuidẽtiæ lue purus esse: deniq; si quis aliud quippiã facere studet, quod ad rectè uiuendũ pertinet, duce precatione, ac huius uitę uiam pręparãte, cõmodum simul

simul & facilẽ habiturus est pietatis cursum. Neq; enim fieri potest, nõ potest, inquã, fieri ut qui postulãt à deo pudicitiã, iustitiam, mansuetudinem ac benignitatem, nõ assequant id quod petũt. Petite enim, inquit dominus, & dabit uobis, querite & inuenietis, pulsate & aperiet uobis. Quisquis enim petit, accipit: & qui querit inuenit: & pulsanti aperietur. Et rursus alibi: Quis est, inquit, ex uobis à quo si filius petat panẽ, det illi lapidem? aut si piscẽ postulet ille, porrigat ei serpentẽ? Quòd si uos cum sitis mali, nostis bona munera dare filijs uestris: quanto magis pater uester cœlestis, dabit spiritum sanctũ his qui nunc ab ipso petunt? Talibus quidẽ dictis, ac tali spe prouo cauit nos ad orãdum uniuersorũ dominus. Nos uero decet obtemperantes deo, semper omnem uitam in laudibus dei precibusq; transigere, maiore studio curam agẽtes diuini cultus, q; uitæ nostræ. Sic enim contigerit, semper uiuere uitam homine dignam. Quisquis enim non orat deum, nec diuino colloquio cupit assidue frui, is mortuus est, & uita carens, expersq; sanæ mentis. Nam hoc ipsum euidentissimũ est argumentum amentiæ, non intelligere magnitudinẽ huius honoris, nec amare deprecandi studium, nec hoc habere persuasum, q; animæ mors sit non prouolui ad dei genua. Quẽ admodum enim corpus hoc nostrũ, si nõ adsit anima, profecto mortuũ est ac fœtidum: sic anima, nisi se ipsam incitet ad orandũ, mortua est, ac misera, & grauiter olens. Quin insuper quòd oporteat quauis morte tristius existimare, si qs deprecatione priuet, pulchre nos docet Daniel ille propheta magnus, qui maluerit emori, q; triduo duntaxat arceri ab orãdo. Nec enim hoc ab eo exigebat rex Persarũ, ut impietatẽ admitteret: tantum illud obseruabat, si quis intra triduum quicquam petere deprehẽderetur ab ullo deorum aut hominum, prẽterquã ab ipso. Sed Propheta ne tantulũ quidem temporis sustinuit ab orãdo cessare: propterea quòd nisi deus propẽsus sit in nos, nihil omnino bonorum in animas nostras uenire possit: dei uero propẽsio simul adiuuat labores nostros hosq; pulchre subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si cõtinenter orare deũ, si uiderit expectantes, omnia bona nobis illinc defluxura. Itaq; cum uidero quempiam nõ amantẽ orandi studium, nec huius rei feruida uehemẽtiq; cura teneri: cõtinuo mihi palàm est eum nihil egregiæ dotis in animo possidere. Rursus ubi quẽ conspexero, insatiabiliter adhærentẽ cultui diuino, idq; in summis damnis numerantem si nõ continenter orauerit, coniecto talem omnis uirtutis firmũ esse meditatorẽ, ac dei templum. Etenim si uestitus hominis, si pedum incessus, si risus dentiũ declarat qualis sit, quemadmodum sapiens dixit Salomon, multo magis deprecatio cultusq; dei, signum est totius iustitiæ, cum sit ornatus spiritualis ac diuinus, multam pulchritudinẽ ac decorem cõcilians mentibus nostris, dum uniuscuiusq; uitam cõponit, nec sinit quicquã sordidũ aut absurdum dominari nostro animo, dũ persuadet reuerì deum, & honorẽ quẽ illi debemus præstare, dũ docet uniuersam mali spiritus imposturã rejicere, turpes & absurdas cogitationes profligans: denicq; dum cuiusq; mentẽ constabilit in contemptu uoluptatũ: Nã hæc superbia sola decet eos q Christum uenerant, uidelicet, nulli seruire turpitudini, sed mentẽ seruare in libertate morũq; puritate. Arbitror itaq; cunctis esse manifestũ, q; simpliciter impossibile sit, absq; precationis præsidio cum uirtute degere, cumq; hac huius uitę cursum peragere. Etenim quî fiat ut quis uirtutem exerceat, nisi cõtinẽter adeat, & supplex ad genua accidat ei qui uirtutẽ omnem suppeditat ac largitur hominibus? Rursum quî fiat, ut aliquis concupiscat esse temperatus ac iustus, nisi lubens cum eo consuetudinem, & colloquiũ habeat, qui cũ hæc, tum his etiam plura exigit à nobis? Quin & illud paucis demonstrare uolo, q; etiam si nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter purgatos reddit. Quid itaq; maius aut diuinius obtinere possit, quàm deprecatio, cum hãc animis ægrotantibus pharmacum quoddã esse liqueat? Itaq; primi occurrunt Niniuitæ, quos clarum est deprecationis præsidio plurimorũ scelerum, quibus diuinam iram in se prouocarãt, remissionẽ accepisse. Simul enim atq; illos cepit deprecãdi studium, illico iustos reddidit, ac ciuitatẽ quæ iam assueuerat lasciuiæ, malitiæ, breuiter uitã exlegem & impiam uiuere, statim correxit: nimirũ potẽtior diutina peccandi cõsuetudine, cum ciuitatẽ illorum cœlestib. legibus impleret, pariter secũ trahebat temperãtiam, humanitatẽ, mansuetudinẽ, curãq; pauperũ. Nec enim sustinet deprecatio absq; his uirtutibus uersari inter pauperes: sed in quoruncunq; pectore sibi domiciliũ delegerit, eos reddit plenos omnis iustitiæ, erudiens & exercẽs ad uirtutem, ac malitiã omnẽ propellens: & sanè si quis tum ingressus fuisset ciuitatẽ Niniuitarũ, qui prius eãdẽ probe nouisset, nequaquã agnouisset eã: adeo repẽte à turpissima uita ad pietatẽ resilierat. Quẽadmodũ emim si quis mulierẽ mendicã, sordidis pannis uestiri solitã, post aureis uestibus ornatam uideret, nequaq; agniturus sit mulierculam: ita si quis eam ciuitatẽ prius nouisset mendicam, hoc est uacuã omnibus thesauris spiritualibus, nimirũ ignorasset quænam esset illa ciuitas, in qua transmutãda tantũ ualuisset deprecatio, ut & mores & uitam ad uirtutẽ reduceret. Iam uero & mulier quædã, quæ totũ uitæ tẽpus in lasciuia & impudicitia peregerat, simul atq; se, piecit ad pedes Christi, salutẽ assequuta est. Proinde deprecatio non solũ purgat à peccatis, uerũetiam ingẽtia pericula depellit: Siquidem ille rex simul & Prophe ta mirabilis Dauid, multos ac sæuos inimicos effugit precationis ope, non alijs armis exercitum muniens, atq; ita tradidit suis militibus potiri uictoria, quietis interim ac securis. Quemadmodũ alij quidam reges incolumitatis suę spem ponere cõsueuerunt in militũ peritia, & arte belli gerẽdi, in sagittarijs, in cataphractis, in equitibus: ita magnus ille Dauid, sanctis precib. mœniũ uice sụ cinxit

Matth. 7

Luc. 11

Eccle. 19

cinxit exercitum, nequaquã respiciens imperato A rum, tribunorum, ac centurionũ ferociã, neq; pecunias colligẽs, nec arma cõparans, sed orãdo diuinam armaturã è cœlo deportans. Nã uere cœlestis est armatura deprecatio, quæ deo fundit, solaq; firmam custodiã præbet his qui sese deo tradiderunt. Siquidem cataphractorũ & robur & peritiam, tum sagittariorũ experientiã, atq; in prodendo hoste calliditatẽ, sępenumero ludit ac frustrat uel ipsa belli facies, uel hostiũ fiducia, cũq; his alia permulta: cęterũ deprecatio armatura est inexpugnabilis, ac tutissimũ, nec unquam fallens munimentũ, pari facilitate uel unum repellens militẽ, uel innumerabilia hostium milia. Quandoquidẽ admirandus ille Dauid, de quo modo diximus, 1.Reg.7 Goliath illũ immanẽ, cum ueluti dæmon quispiã B formidandus irrueret, non armis, neq; gladijs, sed precibus deiecit: usq; adeo regibus quidẽ aduersus hostes in prælijs ualida arma sunt deprecatio. Quin eadem & nobis æque ualida sunt arma, ad uersus dæmones. Sic & Ezechias rex superior e- 4.Reg.19 uasit in bello, quod illatũ est à Persis, non cum armaret exercitũ, sed preces tantum opponeret hostium multitudini: itidem & mortẽ effugit, ubi cũ Esa.37 qua decuit religiõe se deo prosterneret, solaq; deprecatio regi dedit, ut reuiuisceret. Iam uero q; animã peccatis obnoxiã, deprecatio facile puram Luc.18 reddit, docet nos publicanus ille, qui petijt à deo remissionẽ peccatorum, & impetrauit. Docet & leprosus, q; simul ut procidit ad pedes dei, mũdatus est. Quòd si deus corpus morbo corruptũ celeriter sanauit: multo magis animã, quę morbo teC neť, humaniter sanabit. Etenim quãto precios̃ior est anima corpore, tanto magis cõsentaneum est, hanc deo maiori curæ futurã. Quanq; innumera recensęri possint exempla tum uetera, tum noua, si quis uelit omnes enumerare, qui deprecationis beneficio seruati sunt. Verũ aliquis forsitan ex eorum numero, qui socordiæ segnitiæq; dediti nolunt attente ac diligenter orare, persuasurus sit, in Matth.7 hoc deũ illa uerba dixisse: Nõ omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorũ, sed qui facit uoluntatẽ patris mei qui est in cœlis. At qui ego si crederẽ solam precationẽ ad salutẽ nostram sufficere, non iniuria sermonẽ hunc nobis obijceret aliquis. Nũc cum profitear deprecatio- D nem caput esse bonorũ omnium, basim ac radicẽ uitæ frugiferæ, non est q; quisquã illis uerbis abutatur ad excusationẽ suæ socordiæ. Neq; em̃ sola temperãtia potest homini salutẽ adferre, si cætera desint bona, neq; cura pauperũ, neq; benignitas, neq; quicquã aliorum quæ cum uirtute gerũtur, sed oportet ut omnia simul concurrant in animas nostras. Cæterũ precatio, ceu radix & basis, omnibus cęteris substernit. Neq; secus ac nauem & domum, ea quæ substrata sunt, ualida reddunt, ac ne soluat, continent: ita nostrã uitam orandi studiũ & continet, & ubiq; firmam reddit, adeo ut absq; hoc nihil nobis boni possit cõtingere, neq; quod ad salutẽ conducat. His de causis Paulus tãto studio nõ cessat huc adhortari nos, dicens: Precatione instate, uigilantes in ea cum gratiarũ actione. Col.4 Atq; alibi iubet, ut citra intermissionem oremus, in omnibus gratias agẽtes: hæc est enim, inquit, uolũtas dei. Ac rursus alio in loco: Orate omni tẽpore, in spiritu in hoc ipsum uigilantes cũ omni instãtia & obseruatione. Adeo multis ac diuinis uocibus ad orandũ nos assidue prouocat ille apostolorũ princeps. Decet igit̃ nos ab illo doctos, cũ precatiõe uitæ cursum peragere, atq; hac mentẽ assidue rigare: Siquidẽ hoc omnes homines non minus opus habemus, q; arbores aquarũ humore. Neq; enim ualent illæ fructus producere, nisi bibant humorẽ radicibus: neq; nos precio sis pietatis fructibus poterimus esse grauidi, nisi precibus irrigemur. Quapropter oportet, & stratis relictis, diuino cultu pręuenire solis exortum, & cum ad mẽsam accedimus, & cũ nos ad nocturnam quietẽ recipimus: Quin potius oportet, singulis horis unã precationẽ offerre deo, ut orandi cursus diei cursum ęquet. Cæterũ hyberno tẽpore decet etiã noctis maximã partem precibus impendere, ac flexis genibus, multo cũ tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimãtes, q; dei cultui uacamus. Dic mihi qua fronte solem intueberis, nisi prius adoraueris qui lumẽ illud dulcissimũ oculis tuis mittit? Quo pacto fruęris mẽsa, nisi prius adoraueris eũ qui tibi tantũ bonorum largit̃ ac suppeditat? Qua spe trades teipsum nocturno tempori, qualibus cũ insomnijs putas tibi rem fore, nisi teipsum præmuniueris orando, sed incustoditus ad somnũ accesseris? Nimirũ contemptibilem captuq; facilẽ teipsum prębebis sceleratissimis spiritibus, qui cõtinenter obambulant, obseruantes nos, ut si quem deprehenderint nudatũ deprecationis præsidio, protinus abripiant. Si nos cõspexerint deprecatiõe cõmunitos, illicõ resiliũt, nõ aliter q; prædones ac facinorosi, ubi conspiciũt militis gladium in caput suũ uibrari. Quòd si cõtingat aliquem esse nudum precationis præsidio, hic auulsus deportat̃ à dęmonibus, & in calamitates uariaq; mala impellitur. Oportet igitur ut hæc omnia metuentes, precibus & hymnis semper nosipsos circũuallemus, ut deus omnium misertus dignos efficiat regno cœlorum per unicum filium suum, cui gloria, &c.

DE PRECATIONE LIBER II.



VOD omnis boni caput sit deprecatio, quodq; salutis ac uitæ æternę cõciliatrix, nullus est omniũ qui ignoret. Attamen operæpręcium est, ut adhuc pro uiribus de hoc negocio differamus, quo qui iam assueuerũt in precibus uitã agere, ac diligenter cultui diuino animum aduertere, oratio nostra reddat magis attentos. Rursum qui hactenus incogitantius uixerunt, atq; animum neglexerunt, precationis presidio destitutũ, simul & anteacti temporis iacturã cognoscãt, nec in reliquum uitæ tempus seipsos pergant priuare salute. Protinus igit̃ illud occurrit

rit omniũ maximũ quod de precatione dicere poſ
ſumus, ꝙ quiſquis orat, cũ deo colloquit̃. Quantę
enim dignitatis ſit hominẽ cum deo miſcere ſer-
monem, neminem latet: cæterum eã dignitatẽ ora
tione cõſequi, nemo prorſus ualeat: quãdoquidẽ
hic honos etiam angelorum ſuperat maieſtatem:
quod ipſi probe intelligentes, apud prophetas de
ſcribuntur omnes multo cum tremore, laudes &
cultum domino offerentes, facies quidem ac pe-
des ob ingentem reuerentiã tegentes, uolatu ue-
rò dum non ualent in quiete manere, magnũ tre-
morem declarantes: nimirũ & nos illud interim
docentes, ut tantiſper dum oramus, humanæ na-
turæ obliuiſcamur, ſed occupati mentis alacritate
ſimul & tremore, nihil reſpiciamus rerum præſen
tium, ſed exiſtimemus nos in angelorum medio
conſiſtere, idemq; ſacrificium cum illis peragere.
Nam in reliquis multum diſcriminis eſt inter con
ditionem illorum & noſtram: ſiue naturã expen-
das, ſiue uiuendi genus, ſiue ſapientiã, ſiue intelli-
gentiã, ſiue quicquid aliquis recenſere poſſit. Cæ
terum orare cõmune eſt opus angelorum pariter
& hominum, neq; quicquã intereſt inter noſtram
naturam & illorum, dũtaxat quod attinet ad de-
precationẽ. Hæc te ſeparat ab mutis animãtibus,
hæc te ſociat angelis: Quin facile fiet, ut quis in il-
lorum ciuitatem transferat̃, in illorum uitã & con
ſortium, ad illorũ honorem, nobilitatem, ſapien-
tiam, & intelligentiã, qui per omnem uitam preci
bus ac diuino cultui uacare ſtuduerit. Quid enim
poſſit inueniri ſanctius his, qui cum deo cõmer-
cium habent, quid porrò iuſtius, quid ornatius,
quid ſapientius? Etenim ſi qui cũ ſapientibus ui-
ris colloqui ſolent propter aſſiduam conſuetudi-
nem, breui ſic tranſmutantur, ut illorũ prudentiã
referant: quid dicere cõuenit, de his qui cum deo
colloquia miſcent, ei ſua uota deferentes? Quãta
ſapientia, quanta uirtute, quanta prudentia, quan
ta bonitate, quanta ſobrietate, quanta morũ æqui
tate replet illos precatio & obſecratio? Proinde
nequaquã aberrarit à uero, ſi quis affirmet depre-
cationem eſſe cauſam omnis uirtutis & iuſtitiæ,
neq; quicquã eorum quæ cõferunt ad pietatẽ, ue-
nire poſſe in animum, cui non adſit deprecatio &
obſecratio. Sed quẽadmodum ciuitas quæ muris
cincta nõ eſt, facile uenit in poteſtatem hoſtium,
propterea ꝙ prorſus abſit id quo fuerat hoſtiũ in-
curſus arcendus: ſic & animã non munitam preci
bus, diabolus facile in ſuam redigit ditionem, nec
multo negocio omni genere ſcelerũ implet. Nam
primum quidem ad animã precibus cõmunitam
nõ audet propius accedere, metuens robur ac for
titudinem, quã illi deprecatio ſubminiſtrauit, ma-
gis uegetans animũ, q̃ cibus uegetat corpora. Ad
hæc, quia precant̃ ſerio, nõ ſuſtinent quicq̃ admit
tere indignũ precatione, ſed reuerẽtes deum, qui
cum modo collocuti fuerant, cito repellunt om-
nem mali ſpiritus molitionẽ, apud ſe reputantes
quãtum ſcelus ſit eum, qui paulo antè ſermonem
cum deo miſcuerit, quiq̃ ab eo pudicitiã ac ſancti
moniã petierit, extemplo ad diabolũ deficere, fœ

A dasq̃ uoluptates in animũ admittere, ac diabolo
præbere aditum in illud pectus, quod paulo ante
deus inuiſerit, ac dæmoniis cõcedere irruptionẽ
in animas, in quas ſpiritus ſancti gratia plurimã
exercuit benignitatẽ ac ſolicitudinem. Verunta-
men illud auſculta: ſupra uires hominis eſt, ſerere
cum deo colloquium, niſi adſit uis & actus ſancti
ſpiritus: ſed oportet illo præſente, ſanctiſq̃ cona-
tibus auxiliante, ita demũ ingredi, ac flectere ge-
nua, poſtremo orare ac deprecari. Poſtq̃ eñ ma-
ius eſt hominis uiribus ſermonẽ miſcere cũ deo,
opus eſt ut gratia ſpiritus ueniens in nos, confir-
met, addatq̃ fiduciam, ac doceat nos honoris ma
gnitudinẽ. Igitur ubi iã cognoueris ꝙ & cũ deo
loqueris ac ſpiritus in te operantis uim ſenſeris,
B oraturus & cum deo collocuturus, nullum diabo
lo prębebis aditum in animã per ſpiritum ſancti-
ficatam. Etenim quemadmodũ qui cum rege col
loquuti ſunt, & ob hoc ſermones placidos hono
remq̃ ſunt cõſequuti, non dignantur in cõtuber-
nium uenire mendicorũ & abiectorum hominũ:
ita qui cum deo confabulatus eſt, eiq̃ ſua uota ꝓ
tulit, nequaquã dignabitur mali & impĳ ſpiritus
familiaritatem admittere. Nã uerè profecto quiſ
quis uoluptatibus ſeruit, cum dæmonibus habet
familiaritatem, atq̃ eorũ inſaniam imitatus eſt. Si
cut è diuerſo, qui temperãs eſt, ac iuſtitiã exercet,
cum angelis habet cõmercium, & illorum æmula
tur dignitatem. Iam uero ſi quis dicat animæ ner-
uos eſſe deprecationem, mea quidẽ ſententia, ui-
C debitur uerum dicere: nimirũ quemadmodũ cor
pus neruis coheret, currit, uiuit, ſtat, & cõpactum
eſt, adeo, ut ſi neruos incideris, uniuerſam corpo-
ris harmoniam diſſolueris: itidem animę per ſan-
ctas preces ſibi conſtãt, & cõpinguntur, ac pieta
tis curſum facile peragunt. Quòd ſi teipſum deſti
tueris precatione, perinde feceris, ac ſi piſcem ex
aquis extraxeris. Vt enim piſci uita eſt aqua, ita
tibi deprecatio: per hanc datur uelut ex aquis ſub
uolare, cœlumq̃ tranſcendere, ac proximum fie-
ri. Itaq; quæ hactenus dicta ſunt, ſufficiunt ad de-
clarandum quanta ſit uis ſanctæ deprecationis.
Sed fortaſſe pręſtiterit, ut ad diuinas ſcripturas ue
niam, ut ex ipſius Chriſti uerbis diſcamus opes,
quas deprecatio cõparat his, qui ſtudent per om
nem uitam in ea uerſari. Dicebat aũt, inquit, eis e-
tiam parabolam huc ſpectantem, ꝙ oporteat ſem
per orare. Iudex quidam erat in ciuitate quadam, Luc. 18
qui neq; deũ metuebat, neq; hominem reuerebat̃:
uidua aũt erat in ciuitate illa, & uenit ad illum, di-
cẽs: Vindica me de aduerſario meo, & nolebat ali
quãdiu: poſtea uero dixit apud ſeſe, Tametſi deũ
non metuo, nec hominẽ reuereor, tamen quia mi
hi moleſta eſt uidua, uindicabo eam, ne tandẽ ue-
niens ſugillet me. Dixit autẽ dñs: Audite quid di-
cit iudex iniuſtus: Deus uero an non faciet uindi-
ctam electorũ ſuorum clamantiũ ad ipſum nocte
ac die, & patientiã habebit ſuper illis? Dico uobis
ꝙ faciet uindictam illorũ cito. Diſcamus fratres ſa
pientiam in ſermone ſpiritus recõditam, perſcru-
tantes pro uirili noſtra, nõ quanta eſt, ſed quantũ

nobis datur assequi. Itaq; qui uitam agunt in mari, in ipsum profundum sese demittunt, ac precioſos lapillos his qui uersantur in terra deferũt. Nos uero diuinarũ scripturarũ mare scrutantes, in ipsum spiritualis sapientiæ profundũ, quantum quidem in nobis est, decurramus, & uobis adferamus thesaurũ bonum melius ornantẽ animas, & ornãt regum capita è gemmis cõtextæ coronę. Nam harũ quidem pulchritudo, simul cũ ipsa uita marcescit. Cęterum qui doctrina spiritus coronat animã, cũ hic interim cum omni mentis securitate uitæ tempus exigit, tum post huius uitæ finẽ, cum fiducia accedit ad tribunal Christi, plenus uirtute, & ab omni uitio purus. Quem igitur thesaurum è profundo scripturarum adducimus? Non ipsum profundum attingentes sapientiæ, sed eo usq; descendentes, quousq; cõcedit Christus, qui homines in uitans ad orandum, & utilitatem hinc proficiscentem commendare uolens animis nostris: iudicem quendam inducit improbũ ac sęuum, qui pudorẽ omnem ex oculis abiecerat, quiq; dei timorem ex anima propulerat. Atqui satis erat iusti clemẽtisq; iudicis personã proposuisse, ut huius iustitia collata cum dei bonitate, demonstraret quãtum uale at deprecatio. Etẽ si benignus ac mãsuetus homo placide recipit, qui supplices accedũt: quanto magis idem facturus est deus, cuius tanta est erga mortalium genus benignitas, ut nõ solum nostrã excedat intelligentiam, uerumetiã maior sit & ut huius magnitudinẽ, angeli ipsius possint animo cõplecti? Itaq; satis erat, ut dixi, iusti iudicis personam inducere. Nunc aũt iudicẽ proposuit immitem, impium & inhumanũ: in cæteris quidem implacabilem, ad preces uero benignum ac mansuetum uidelicet ut intelligas, q̃ omnis precatio ingenium etiam malum, facile ad misericordiam & clementiã pertrahit. Quam igitur ob causam hoc fecit Christus? Ne quis omniũ ignoraret, quãtam uim habeat deprecatio, atq; idcirco posth& iudici omniũ immanissimo adhibuisset uiduam, eumq; præter naturã ostendisset factum ex improbo humanum, ad patrem suum parabolam transfert, ad illum, inquã, bonũ, mansuetũ, mitem, humanum, misericordia sua uincentẽ peccata mortaliũ, condonantem errata plurima, tolerãtem quotidie in se dicta cõuicia, dissimulantẽ honorem haberi dæmonijs, se contumelijs affici, filium suum innumeris incessi cõuicijs, aliaq; ferentem atrocia, dicenda pariter ac silenda: & tamen sic cõuicijs affectus adeo mansuete tolerat. Quòd si uiderit, eo quo decet tremore accedentes sibi, an non protinus miserebitur? Audite, inquit, quid iudex iniustus dicat: Tametsi deum non timeo, nec hominem reuereor, attamen quoniam mihi negocium facessit, uindicabo illam. Quid ais? Quod non potuit metus, hoc potuit deprecatio? Ac minę quidem & ultionis expectatio, non cõmouerunt hominem ad iustitiam: cæterum ubi prodijt uidua supplex, iudicem ex feroci mansuetum reddidit. Quid igitur coniectandum est de benigno deo, si iudicem crudelem, adeo mansuetũ reddidit uidua supplicãs?

A Quantam bonitatem, quantã humanitatem erga nos exhibebit deus, qui non modo semper cupit misereri, punire nunquam, uerumetiam ob insignem erga genus hominum charitatem, & supplicia cõminatur nobis, & ingentia præparauit præmia, ut & metus suppliciorũ arceret à uitijs, & præmij spes extimularet ad uirtutem. Non possum ab iniquo iudice cogitationẽ auertere, contemplans in illius præter naturam mansuetudine, ineffabilem dei bonitatem. Etenim si is qui nũquam cogitarat quicquam humanitatis cuiquã pręstare, subito mutatus, misertus est uiduę rogantis: quantã erga nos dei solicitudinẽ è cœlo deportabit deprecatio? Ad hæc quantũ ualeat ac possit sancta precatio, uel hinc cognoscas licebit, si cõsideret, quã-
B tum bonorũ singulis diebus, ac singulis horis accipiant hi, qui iugiter deo supplicãt. Quem enim fugit, q̃ solis lunæ stellarumq; lumen, quòd cœli temperiem, ac uariam alimentorũ copiam, quòd opes, quòd uitam, deniq; quòd alia innumera bona cũcta ex æquo mortalibus largitur deus, iustis pariter atq; impijs, uidelicet ob immensam suam humanitatem qua afficitur erga nos. Porrò si nec rogãtes nec postulantes, tanta quotidie misericordia prosequitur, ac refocillat, quãtis bonis probabile est fruituros eos, qui omnẽ uitam precibus & obsecrationibus uacarunt? Age iam & illud exponamus uobis, q̃ multis sanctis datum sit, deprecationis præsidio seruare, non solum gentes ac ciui-
C tates, uerumetiam orbem uniuersum. In mentione uero deprecationis primus occurrit Paulus, dignus cuius mẽtio fiat: Paulus, inquam, ille insatiabilis dei cultor, & communis pater ac progenitor seruorum Christi. Ille igitur custos orbis terrarũ, per deprecationẽ ac assiduam obsecrationẽ, omnes gentes saluas fecit, semper illud dicens nobis: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo oĩs cognatio in cœlo & in terra nominatur, ut det uobis iuxta abundantiam gratiæ suæ uirtute corroborari per spiritum ipsius, ut in homine interno, inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris. Vides quãtam uim habeat precatio & obsecratio? Ex hominib. facit templa Christi. Et quemadmodũ aurum, lapides precioſi ac marmora cõstituunt domos regũ: sic deprecatio templa Christi, ut inhabitet, inquit, Christus in cordibus uestris. Quid sublimius ad laudem deprecationis adferri possit, q̃ quòd templa facit dei? quem cœli non capiũt, is in animam ingreditur, uiuentem in precibus: Cœlum, inquit, mihi sedes est, terra uero scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis erit locus requiei meę? Quam domũ Paulus ædificat sanctis obsecrationibus? Flecto, inquit, genua mea, ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris. Quin & illinc intelligi poterit, quanta sit uis sanctarũ precum, quòd Paulus per totũ orbem terrarum uelut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gestans catenã, uiuens in sanguine ac periculis, insuper & dæmo-

Ephes. 3

Esa. 66

nes

nes eiiciens, ac mortuos excitãs, morbos abigẽs, in harum rerum nulla fiduciam posuit seruãdi homines, sed precibus communiit orbem: postq; miracula, post excitatos mortuos, ad deprecationis præsidium accurrit, non aliter q̃ athleta à corona ad palæstrã: quandoquidem & mortuorum excitationẽ, reliquaq; omnia suppeditat deprecatio. Quam enim uim habent in arboribus aquæ, hanc in uita sanctorũ habet deprecatio. Paulus hac medio noctis rigans animam omnia facile perpessus est quamlibet acerba, nõ aliter præbens terga uerberibus, q̃ si fuisset statua. Sic in Macedonia carcerem concussit: sic, ceu leo quispiam, precatione disrupit uincula: sic carceris custodem eripuit ab errore, sic dæmoniorũ tyrannidẽ discussit. Quin & alia nouimus, quæ scribit ad uniuersos homi-
Ephes. 6 nes: Deprecationi instate, uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, ad libere prolo quendum mysterium euangelij. Quid ais? Tantam nobis fiduciã deprecatio præbet, ut pro Paulo non uereamur orare? Quis miles ausit pro magno duce interpellare Cæsarem? Quãquam sanè nullus dux tã charus est Cęsari, q̃ Paulus deo: atta men ad tantã dignitatẽ nos prouehit deprecatio, ut ausimus ꝓ Paulo supplicare deo. Sic & Petrus ille magnus, ille cœlo splẽdidior, carcerẽ effugit, maxime quidem ob propriam uirtutem, & cõmunem hominũ salutẽ, sed tamẽ interim ecclesiæ deprecatio occlusas carceris fores uelociter aperuit. Nec eñ temere addidit Lucas: Deprecatio aũt fiebat assidua totius ecclesiæ pro Petro: uerũ ut nos disceremus, quantã uim in cœlis obtineat deprecatio, uidelicet ut Paulum ac Petrum à periculis liberaret, columnas ecclesiæ, principes Apostolorum, claros in cœlo, murum orbis terrarum, com-
Ephes. 3 mune præsidium totius terræ ac maris. Dic mihi, quomodo Moses Israeliticum populum in bellis seruauit? An non arma quidẽ cum exercitu discipulo tradidit, ipse uero deprecationẽ opposuit hostium multitudini? Nos interim docens preces iustorum plus ualere, q̃ arma, q̃ equitatũ, quam pecunias, quam multas copias, eoq; uniuersus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione prophetæ spem salutis habebat. Siquidẽ orante Mose, superabant Iudæi, eodem ab orando cessante, inferiores erant hostibus. Itidem & nos orantes facile diabolum superabimus, cessantes uero scelestum illum in nos instruimus. Iam & populum ad impietatem prolapsum, orando seruauit Moses, orando meruit dei cõspectu frui, aliaq; innumera bona consecutus est non alia re quam orando. Nam deprecatio & hoc illi præstitit, ut uitam ageret adsimilem ijs qui cœlum inhabitant. Deprecatio incendij uim exercuit, leones mites reddidit, hoc quidem in Daniele, illud uero in tribus pueris, per quos nimirum declaratũ est omnibus, quod quoscunq; deprehenderit in periculo cõstitutos, facile exurgẽtibus malis eripiat deprecatio, salutis causa immortalitatis animæ concilia trix, ecclesiæ murus, qui rumpi non possit, munimentum incõcussum, dæmonibus quidem formidabile, pijs uero, nimirũ nobis salutiferum. Hæc eadem sanctum Prophetam Samuelẽ produxit. Etenim cum natura matri esset aduersa ad gignendum, exorta deprecatio mox correxit naturæ imbecillitatẽ. Talis est deprecationis fructus, talem edidit deprecatio prophetam. Quapropter in cœlis illustre nomen consequutus est Samuel, supra quam fert humana conditio, quũ homo sit potius angelorũ admirator. Nimirũ talem decebat ostendi, deprecationis culmen & spicam, qui reliquos anteiret bonitate, uirtutibus ac moribus, tantoq; interuallo omnes retro sanctos antecellere uideretur, quantũ in segetibus felices eminent spicæ. Deprecationis auxilio Dauid tot ac tales hostes propulsauit, nõ arma mouens, nõ hastam uibrãs, non gladium educẽs, sed deprecatiõe septus. Huius præsidio Persarum copias Ezechias celeriter uertit in fugam, atq; hostes quidem machinas admouebant mœnibus, sed ille muros deprecationis uallo sepsit: simulq; per deprecationẽ sine armis solutum est bellum, cum tuba quidẽ non clangeret, exercitus conquiesceret, arma non mouerentur, nec terra sanguine rubesceret, cęterum deprecatio sufficiebat ad terrorẽ hostibus incutiendum. Quin & Niniuitis ea saluti fuit, quæ cito depulit iram cœlitus imminentem, citoq; uitam corruptam emendauit. Tantam uim, tantum robur habet deprecatio, ut cum Niniuitę uitam omnem turpiter ac scelerose peregissent, tamen simulatq; in ciuitatem ingressa est deprecatio, illico uerterit in diuersum omnia, ac temperantiam, iustitiam, amicitiam, cõcordiam, egenorum curam, denicq; uniuersa bona secum induxerit. Etẽ quemadmodum ubi regina quæpiam ingreditur ciuitatem, necesse est, ut omnis opulentia pariter consequatur: sic uidelicet, posteaquã deprecatio uenit in animam, omnes uirtutes simul ingrediuntur. Nam quod in domo est fundamentum, hoc in anima est deprecatio: hanc ubi primum ceu basim ac radicem in anima fixerimus, tum oportet diligenter superstruere, pudicitiam, mansuetudinem, iustitiam, pauperum curam, breuiter omnes Christi leges per quem & cum quo, patri cum sancto spiritũ, gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

DEVM LAVDEMVS FIDE FORMATA exemplo sanctorum: dignus est enim omni laude. Sermo.

IMITEMVR & ipsi Patriarcham illum: nec secus atq; ipse solebat, deũ laudibus prosequamur. Quid enim ille deo gloriam dedit, nisi cum diuinam iustitiam, infinitãq; potentiam commemorasset? esset q̃ de deo pleraq; decentius meditatus, de promissiõe fieri certior promeruit: idcirco & nos eundem tum fide, tum re & opere laudemus, ut gloria tandem donati, id laudis huiusce præmium uẽdicemus: inquit enim, Qui me fuerint uenerati, & ipse honorabo. Quòd si nulla esset alia nobis pro ea re proposita merces, illud

tamen uel maxime nobis ad gloriam ualeret, si di
uinis in laudibus uersari non indigni haberemur.
Siquidem & qui principum laudes eloquunt, uel
hoc uno si nil reliqui esset mercedis, q principem
magnificiunt, satis uidentur ornamenti assecuti.
Cogita itaq quàm sit glorioſum, quam uere magni
ficum dominum nostrum per nos uenerari: uti &
contrà quàm detrimẽtoſum illud & ſupplicij ple-
num, cum reliquis in eum conuiciandi occaſionẽ
damus. Exigit em, etſi minus hoc munere egeat,
hanc ille à nobis laudem. Quãtum ipſe exiſtimas,
deum inter hominẽq distare? certè dixeris, quan
tum inter uermiculos & homines ipſos. Verũ id
dictu adhuc nihil eſt satis, ſi dixerim illos hoc pa-
cto differre, quando nequeat quantum inter ſe di
ſtent explicari. Num optaueris gloriam tibi apud
uermes, etſi magnã aut præclaram parere? Si ergo
tu qui gloriæ es cupidior, uelle te tale aliquid ne-
gaueris: quonam pacto qui huiuſcemodi cupidi-
tatis uitio caret, & adeo reliquis præſtantior eſt,
his tuis laudibus indigebit? quarũ etſi minus eſt
indigens, laudari tamen à te cupit: nam ſi tua gra-
tia ſeruitutem tolerauit, quid mirum ſi pleraq alia
eadem ratione patitur? nihil enim indignũ ſe pu-
tat, quod nobis conferat ad ſalutem. Quocirca cũ
ita ſe habere hęc ſanè intelligamus, peccatũ omne
quo deus maledictis inceſſit euitemus: inqt em,
delicta nobis non ſecus ac ſerpentis aſpectus de-
fugienda. Quippe appropinquãtem te morſu pe-
tent, quando non illa ſe nobis offerũt, quin ea nos
ultro adimus: quod deus ita fore conſtituit, ne uio
lẽtia diabolus ſuperaret, ſi nemo illius conatibus
obſiſteret: eoq illum quemadmodum prędonem
quempiã eiecit, qui neminem aggredi audeat, niſi
quem ſuis in latebris nudum deprehẽderit, & ſo-
lum: neq inuadere audebit, niſi eũdem uiderit ere
mum peragrantẽ. Eremo nanq & ſolitudine dæ-
mones inuerſantur, quarũ interpretatio nihil ali-
ud exprimit, quàm malum facinus & peccatum.
Opus itaq nobis cum fidei ſtabilimento & cardi
ne, tum ſalutis caſſide, & ſpiritus gladio, ut nõ ſo-
lum mors non male per nos ſit obeunda, ſed quo-
uis modo inſultanti illi deſecãda eſt ceruix. Opus
itaq perpetua prece, ut noſtris poſſit pedibus cõ
culcari: impudens nanq eſt & ſceleſtus, tametſi de
loco inferiori inferat bellum, uictor tamẽ plerũq
euadit, cũ eius ictus paruifacimus ſuperare & pla
gas: neq enim illi licet magnum in modum efferi,
quin humi ſerpit, cuius figuram uel anguis præ
fert: qui dæmon & ſi ab initio ea ſit cõditione crea
tus, longe magis nos hoc tempore oppugnabit.
Quòd ſi ignoras quid ſit de loco inferiori pugna-
re, enitar id bellãdi genus interpretari. Bellũ itaq
de loco inferiori gerere, à rebus infimis eſt aliquẽ
impugnare, uti à uoluptatibus, diuitijs, & præſen
tibus his uitæ bonis: uerum ſi quem uiderit ſubuo
lantem ad cœlum, & ſuperiora tenentem, primũ
neq hunc ſubſequi ſurſum uerſus ſaliendo pote-
rit: deinde ſi id facere fuerit eniſus, celerrime ca-
ſurus eſt: caret enim pedibus, caret alis, humi re-
ptat, terrenis in rebus uerſatur, in quibus ſi nihil
erit tibi cum eo commune, eris ſanè labore ua-
cuus: nec enim nouit ille in aperto, uel in faciẽ pu
gnare, nec ſecus atq anguis latitans, diuitiarũ ſe il
lecebris occulit. Itaq deſectis dumetis timore per
culſus dilabetur, ferieturq ſtatim, ſi diuinis fueris
illi carminibus imprecatus. Chriſti enim Ieſu do-
mini noſtri, & crucis uirtus noſtra ſunt carmina,
quæ non ſolum draconem hũc ſuis è latebris edu-
cent, in ignemq impingent: uerum uel ſi quæ no-
bis inhæſerint ulcera, ſanabunt: quę ſi quis hoc pa
cto fuiſſe ad ſanitatẽ redacta negauerit, exiſtimet
illud ob exiguam incãtantis fidem, non explorati
carminis impotentia eueniſſe. Siquidẽ qui Ieſum
urgebant, nihil ſunt utilitatis aſſecuti: at quæ ſan-
guinis fluxũ patiebatur, Chriſti corpore nec præ-
tentato, cum ueſtis duntaxat fimbriam attigiſſet,
ſanguinis diutinos fontes continuit. Hoc Ieſu no-
men tum inferis, tum morbis & uitijs terrori eſt:
ex eo itaq ornatum nobis, uiresq uẽdicemus. Sic
enim & Paulus magnus euaſit, qui etſi fuerat no-
bis natura proximus, fide tamẽ accepta lõge fuit
à priſtina conſuetudine immutatus: nam adeo il-
le gratia excellebat, ut uel eius amiculũ uim non
mediocrem habere uideretur. Qua igitur erimus
nos excuſatione digni, quorum precibus nec ui-
tia reprimuntur, cum talium uirorum uel umbra
& ueſtis mortem repellant? Quid igitur in his cau
ſæ eſſe uidetur, niſi permagna quædam animorũ
diuerſitas? nam quæ ad naturam pertinent nobis
cum Paulo & paria ſunt, & communia, cuius or-
tus & educatio noſtro haud abſimilis: ſiquidem
terram ille incoluit, & aerem eundem ſpirauit: in
reliquis uero feruore, id eſt fide & charitate præ-
ſtantior nobis fuit. Hunc itaq imitemur, redda-
musq nos Chriſti colloquio non indignos, cuius
rei longe eſt ille cupientiſſimus: ſiquidem ſermo-
nis huius habẽdi gratia organum in hoc corpore
fabricauit: quod quidem ut torpẽs inexercitatũq
maneat haud cupit, quod habere ſemper inter ma
nus deſiderat. Cur itaq non illud promptum red-
dis, paratumq ut capi per opificem ipſum, tracta-
riq poſſit? uerum per laſciuiam adeo organi huiu
ſce chordulas & laxas & lentiores facis, ut citha-
ram planè omnem inutilem pares, cum eius eſſet
potius & ſonus obfirmãdus, & ſale ſpirituali mo-
derandus: quam Chriſtus citharam ſi concinnam
hoc modo, cõparatamq cõſpexerit, per animam
hanc noſtrã edet uocem. Deinde angelos, archan
gelos conſpicabimur, & cherubinos præ gaudio
deſilire. Precandum ergo erit, ut manibus illis im
maculatis eſſe tractabiles poſſimus, & Chriſtus
ipſe cor noſtrũ oppulſet. Atqui neq prece eſt o-
pus, ſi illud ipſe ei tactu dignum effeceris: ſequet
nanq ipſe, & prior inuadet: ſolet nanq futura ac-
celeratius præuenire: ſiquidem nec Paulo cũ non
dum eò eſſet magnitudinis prouectus, haud prius
laudes cõtexuit, quàm eundem magnum in mo-
dum profeciſſe conſpexit: poſtea uero nihil reli-
qui fecit quod eius ad laudem pertineret. Quòd ſi
Chriſtus nobis inſonuerit, & ſpiritus ſanctus præ
ſto fuerit, erimus utiq cœlo potiores, neq ſolem
ipſum

Matth.

ipsum, aut lunam effigiatos: quin horum, hominum & angelorum principem obambulantē nobis habebimus, & cohabitantem. Hæc autē dixerim non ea propter ut mortuos suscitemus, aut lepra affectos reddamus mundos: sed quod horum omnium maius est, & præstantius, charitatē præferamus. ubi enim id boni inerit, ibidē mox cum patre una & Iesus aderit, & sancti spiritus gratia subsequet. Vbi enim duo uel tres fuerint in meo Matth.18 nomine cōgregati, ibi & ipse adsum inter eos medius: quæ uerba & uehementioris præferunt animi affectum, & amoris non mediocre indicium, cum eos quos amat, habere se circa cōcupiscit. Dicet quispiam quis erit adeo calamitosus & miser, qui uelle se deum neget habere medium? Hi profecto quos inter seditio est. Irridebit me fortè aliquis dicetq́, Quid ais? nónne sub eisdem nos mœnibus cōspicaris, sub uno eodem templo, eodem in grege concordi animo permanere? nostrū neminem uides dissidentem, sub eodem pastore uocem unà edimus, simulq́ dicta hæc tua audimus, simul etiam deum cōprecamur: quid ergo discordias nunc & seditiones cōmemoras? Ipse uero & si dissidia narro, haudquaquam uideor propterea insanire, uel à meipso alienus: quod enim cerno, non me fugit, nec clam me habet uos sub eodem esse nūc templo, sub eodemq́ pastore: sed eò magis queror, tot rebus uos ad concordiā prouocantibus, discordes tamen & seditiosos esse. Dicet aliquis, quam hic seditionem spectasti? hic equidem nullam: at hoc soluto conuentu, cum erit abeundi facultas facta, tum is illum criminatur, alius in faciem conuiciatur, inuidia flagrat: rapit alius, aut uim infert: alius turpi amore irritatur, & dolos nectit: quæ omnia rectius conspicerent, si retegi animus ipse posset, esset sanè hoc pacto apud uos cōpertum me compotem mentis esse, non insanum. Nónne præterea milites cōspicamini per pacem & ocium, armis depositis, & imparatos hostiū castra adire, in eisq́ tuto uersari? Verum cum armis ijdem muniūtur, & custodijs dispositis noctes insomnes ducūt ardentq́ ignes cōtinenter: bellum, non pacem, præ se ferunt. Possunt sanè in nobis hæc recognosci, siquidem ab inuicem nobis cauemus, nec deest suspicio aut timor, cum quisq́ proximi auribus uerba insusurrat, obticeturq́ statim si quis propius accedat, & de medio tollitur occeptus sermo: quod certè non fidentium est, sed planè cauentium. Dicet aliquis, nō alios fallendi gratia id agitur, sed ne ipse fallar: eoq́ magis id mihi censeo deplorandum, quādo & uitam unà ducentibus cautione opus sit, tantūq́ ignis incēdimus, unasq́ & item alteras locamus excubias, ne fallacijs circumuenti, iniuriam patiamur. Quorū omnium causa mendacium est, fallaciæ plurimæ, charitatis interitus: & sine inducijs bellum, unde cōplures reperies gentili potius, q̄ Christiano se credere. Proh pudor, quo hæc sunt rubore, quibus lacrymis, qua lamētatione digna? Dicet quispiam, Quonam id pacto duxerim tolerandū, si fuerit aliquis peruerse instructus? ubi ergo sapientiæ stu-

A dium, ubi & apostolicæ leges, quibus cauetur altè rius tolerari onera oportere? Si enim fratri præsta re te morigerum nescies, quid facies alieno? uel si propris membris facere satis haud noueris, quo pacto poteris externa pellicere, pellectaq́ corpori tuo copulare? proh dolor non facilis sum lacrymas fundere, abūdantissimos equidem (ut inquit Propheta) lacrymarum fontes, ex oculis laxarē: uideo enim in nostris hisce regionibus prælia geri infinita, & his proculdubio grauiora, quæ propheta præuiderat. Is nanq́ cum barbaros Iudęam inuasuros longe ante uidisset, uentris dolore angor clamitabat. Ipse uero cū homines sub eodem duce constitutos sibi inuicem insurgere, cōuertereq́ in seipsos morsus & laniatus, idq́ partim pe-
B cuniarum cupiditate, partim gloriæ, frustra nonnūquam & occasione nulla factitare, ignominijs seipsos notare, ultro citroq́ inferri uulnera infinita, morte insuper affici & horridiori, q̄ qui bello trucidantur, fraternumq́ nomen tenue admodū, & exile reliquum esse uideam: nullus profecto huiusce tragœdiæ occurrit condignus luctus. Vereamini inquam, uereamini mensam hanc, cuius omnes sumus participes, quæue desuper uictima illa iacet, Christus scilicet, qui nostri causa occisus est. Prædones enim, ut primum apud quempiam salem degustarint, prædari desinunt, apud quos sal ille præsumptus sit: quinetiam perditissimorū hominū mores hæc mensa immutat, efficitq́ ex his, qui feris bestijs sæuiendo fuerint immaniores, o-
C uibus ipsis mansuetiores. At nos talis mensæ & cibi participes facti, in nos inuicem arma cōuertimus, cū potius id in nostrum illum & cōmunem hostem moliri oporteret. Qua ex re ille nobis infirmioribus effectis, fortior reddit: non enim nos ipsi eum aduersis cōmunimus: quin mutuo quodam insultu, potius ipsi nos iuuāte aduersario oppugnamus: eodēq́ utimur ad huiuscemodi in nos aciem instruendam duce, cum bellū illi inferre esset decentius: nunc uero hoste omisso, in fratres sagittas intendimus. Quas, inquiet aliquis, sagittas narras? illas dico, quæ ex ore emittūtur & lingua: siquidē non solum telis & spiculis, uerū & uerbis acriora uulnera infligūtur, q̄ solēt sagittis infligi. Dicet aliquis, quonā pacto poterit istiusmodi per
D me bellum dirimi? poterit utiq́, si intellexeris, cū fratri fueris cōuitiatus, cœnum ex ore profudisse: si noueris, inquam, cum in illum contumeliam dixeris, Christi te membrū uituperasse: quippe cum in carnem tuam uoracitatē exerces, integerrimū illud concitas acrius & horribile in te dei iudiciū: emissa nanq́ sagitta, destinanti tibi, non saucio futura exitio est. Fuit tibi quisquā iniurius, aut malo affecit, ingemisce, ne maledictis incesseris: funde lacrymas, non iniuriæ gratia, sed ob iniuriam inferentis interitum: quemadmodū & dominus tuus Iudam deplorauit: non enim q̄ cruci suffigeretur deflebat, sed q̄ se ille esset ad sui perniciem proditurus. Læsit te quispiam, aut cōtumelia insectatus est, deū precare, uti mox illi concilietur & parcat: frater enim est, tuum est membrū, eodem quo tu

partu genitus,ad eandem uocatus est mensam.Di cet aliquis.At si id egero, maiorē mihi in modum aduersarius insultabit.Ergo & maiora te,& plurima manebūt præmia, eoq; iustius ira mittēda est, cum illū uideris uulnere mortali affectū.Dæmon enim plagam illi inflixit: idcirco neq; erit rursum per te exulcerandus,uel aliquo modo calcandus, quē uideris per dæmonē consternatū:si quidē licebit tibi,stanti illi & erecto, opem & salutē afferre. Quòd si in reddēda iniuriarū uice & ipse corrues, cui erit uos subleuandi facultas? num saucio illi? Minime.Num tibi æque atq; ille concidisti? Quo enim pacto qui tibīpsi facere satis nequieris, opē alteri tuleris? cōsiste itaq;, & animi quadā magnitudine scuto prelato, fratrē uel mortuum è prælio subtrahe,percussumq; ita haud irritabis,quin potius affixū ei spiculū auellito.Cuiusmodi uitæ consuetudo si fuerit per nos seruata,statim optima erimus ualetudine cōmuniti. Verum si fuerimus in nos semper armati,nulla erit dęmonum industria ad nostrū exitum necessaria: etenim si ciuile bellū existimandū est,magis tamen nostrū hoc eò molestius esse apparebit, quò nostræ huius societatis humanæ, uel potius necessitudinis iura potiora sunt.Necauit Cain quōdam germanum Abel, & propinquitatis sanguinē fudit,quæ cædes tāto iniquior habenda est,quāto cōsanguinitas ipsa sublimior.Is utiq; corpus ferro trāsfodit: tu uero in animam gladiū acuis. Cain fortè prior malo affectus est:at nō male pati,sed facere improbe,hoc est male perpeti.Attendite itaq;,occidit Cain, Abel ene catus est:uter horum extinctus est? illéne qui post
Gen. 4 mortē ad deū clamitans questus est, Vox inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: an is qui uitā omnem transegit trepidus? Is sanè,is erat quouis mortuo calamitosior. Vides itaq; q̄ longe præstet illatæ iniuriæ tolerātia, uel si fuerit aduiq; interitum peruentū.Edisce præterea q̄ sit cōditione inferior,qui illam intulerit. Percussit germanū Cain,è uitaq; sustulit:horū tamen coronatus est alter,alter pœnas pro scelere luit: iniustius Abel occisus est,mortuus tamē cędis fratrē insimulans uexabat,& cōprehensum manibus tenebat.Cain uero tacēs,& à deo increpitus pudore afficiebat,cōtraq; q̄ superaret effecit: fratrē enim quē deo gratum spectasset interemit,existimans hoc pacto divinum illi amorem, quē auxit magis, intercludere:siquidē mortuū deus diligentius conquirebat, dicens: Vbinā Abel frater tuus? nō enim dei desideriū extinxit inuidia,quin potius auctum reddidit.non enim tua hac cæde Cain sunt Abel honores imminuti,sed aucti magis &ampliati: quia etsi ante hac illū tibi subiecerat deus,nūc tamen de te uel extinctus suppliciū sumet: plurimum enim is deū colebat. Vter igit horū de cæde sentētiā laturus est, qui sumpserit, an qui dederit pœnas? qui tanto fuerit apud deū dignus honore habitus, an qui noua quadam sit & exquisita pœna affectus? Viuentē Abel nihil es Cain ueritus,mortuum ergo pertimesce:cū ferro hunc esses inuasurus, nihil trepidāsti, formidine tamē sanguine profuso per-
A petua capiere.Hunc cū in humanis ageret,tibi uel morigerū haud toleraſti,mortui ergo acerbior hu ius erit in te dominatus.His itaq; omnibus cognitione perceptis,inuidia cauēda erit,& nequitia extinguenda, reddēdaq; mutuo charitas ut per eam nobis tū uitæ huius, tum futurę bona uēdicemus.

DE AMORE DEI, ET TOLERANTIA in aduersis,Sermo.

SECTEMVR & nos supernas illas potestates, neq; solum ut throno adstare propinquiores possimus enitendum, quin illū potius qui eo insidet, nobis habeamus inhabitantem: ille nanq; se odientes dilexit,& in amore perseuerat. Solis em ut probis,ita & improbis ortū præbet, iustisq; æque atq; iniustis pluuiam dimittit. Tu ergo amantem te deū cole:ob hunc enim in te amorē,inquit, gehēnam cōminatus est,& supplicia. Nequitiam quidē intercidens, ac tanquā frenis sistens tuū ad peiora prolapsum, prospera aduersaq; obiciēdo, nihil intermittit quatenus te cōprimat ruituru: nam & te nō solum sibi adiungit, sed omni improbitate,quæ quauis gehēna grauior habenda est, liberū reddit.Quòd si hæc dicta irriseris, libueritq; nequiter potius uitam ducere,q̄ ad diem unū tormentis uexari, nihil est mirū:id enim est tum mentis nō integræ,tum temulētiæ,& insanabilis morbi indiciū.Nam & pueri minutiores cū medicum spectant, uel ustionē, uel incisuram aliquā illaturum, diffugiūt gemebūdi, & se lacerantes exiliūt, malūtq; sanie cōtinua & tabe interire, quam momentaneū dolorē ferre, ut in reliquū conualescāt: uerū qui mētis sunt cōpotes, non ignorant aduersam eam corporis ualetudinē fore cauterio quouis & scissiōe grauiorē: nec minus improbū esse, quouis suppliciū malignitate excedit.Sanitas illam medelā consequit:at morbi incuriā & neglectum,interitus uel assidua ualetudo. Quòd aūt sānitas languore sit potior, latet neminē: siquidem prædones haud tantū sanè cū latus transfodiunt, sunt deplorandi,sed cū muros perforant, & homines enecant.Nam si anima corpore prēstātior est, eius potius est deplorandus interitus: idq; eò magis dolendum,quò nullū ex uulnere dolorem sentit.Enimuero & qui perdito detinent amore, maiore sunt uenia digni, q̄ qui grauiori febri uexantur:uinoq; graues, q̄ qui torquent amore. Dicet aliquis,si adeo hæc(ut inquis)grauia sunt,cur illa optamus? Respōdebo equidē,quoniam pleroq;, ut aiunt,hominū peiora delectant,ita ut malis electis potiora prætereant:quod & in epulis rebusq; publicis,ac uitæ huius actionibus, fruendisq; uoluptatibus, in fœminis ipsis, ædibusq;, & mancipijs,agris,& reliquis in rebus spectare licet. Quid enim delectabilius, mulierine an maribus cōmisceri? fœminis an iumentis? inueniēs tamen nōnullos fœminis reiectis cū beluis habere congressum,mariūq; corpora summa iniuria cōspurcare: tametsi quæ naturā sequunt multo magis, q̄ quæ cōtrà fuerint,uoluptatē afferunt. Sunt tamen plericq;

riq;, qui res ſupplicio & irriſione dignas, minuſq; delectabiles pro ſuauibus & amœnis cõſectant. Dicet aliquis, at iſtiuſmodi res cõſueuiſſe nõnullis eſſe uoluptati. Idcirco magis ac magis eos dixerim calamitoſos, q; inſuauia pro ſuauib. ducãt; pœnãq; acerbiorẽ q; peccata ipſa cõſtituãt: quod longe aliter eſſe cõſtat: nam ſi peccantibus pœna obeſſet, neq; mala deus malis ingereret: nec enim diuinę fuerat uolũtatis, quos creaſſet, malos fore: neq; is nequitiã auxiſſet, qui eam extinguere maximum ſit in modũ eniſus. Non igitur illata peccanti pœna pro malo habẽda eſt, quin male cũ eo fuiſſet actum, ſi nullo eſſet ſupplicio affectus: foretq; ægrotãti illi haud abſimilis, cui nulla pro eius ualetudine cura adhiberetur. Nihil iraq; adeo officit, q; abſurda & immoderata libido: abſurdũ autem dixerim deliciarum, inanis gloriæ, potentatus, & reliquarum rerum, quæ fruſtra appetuntur, cupiditatem. Qui enim molliorem hanc ſolutamq; uitam duxerit: etſi omnibus appareat eſſe beatior, cunctis tamen eſt profecto miſerior, quãdo quidem graues animæ ſuę heros tyrãnosq; inuexit. Eò nãq; deus uitã laborioſam effecit ut eius nos ſeruitute liberaret, abſolutamq; in libertatẽ induceret, propterea q; & ſupplicia cõminatus eſt, & labore molliciem cõprimendo, uitę huic cohęredes effecit. Nam & Iudæi cũ luto eſſent & lateribus operandis aſtricti & humiles erãt, & deũ frequẽtius inuocabãt: poſtq; uero libertate ſunt uſi, dominũ querulí ad iram cõcitarunt, & malis ſunt innumeris circumuenti. Quid igit̃ de his dixeris, qui calamitatibus & preſſuris nonnunquã ſuccũbunt? reſpondebis fortaſſe illos non ob calamitatem, aut aduerſam fortunam, ſed propria quadã imbecillitate ſuccubuiſſe. Nam ſi quis adeo languẽti ſit ſtomacho, ut amarã aliquam medelam, quæ illum ſanare queat, nõ patiatur, ita ut hauſta offeciſſe potius q; profuiſſe uideatur: non eſt profecto potio iſta, ſed affecti ſtomachi ualetudo, culpanda: nec ſecus ea in re animi leuitas quędam incuſanda eſt: nam qui fuerit aduerſis animo cõſternatus, eandem uel maiorem in proſperis iacturã patietur: quippe qui uinctus conciderit (id enim preſſuram & infortuniũ dixerim) facilius cum ſolutus fuerit & liber, lapſurus eſt: ſi cõſtrictus itaq;, & calamitate preſſus cõuincit̃ quiſpiã, longe magis, cũ ea uacuus aut miſſus fiet. Quo, inquiet aliquis, pacto potuerim non uinci, infortunio & calamitate oppreſſus? Poteris quidem, ſi te nõ fugerit, uolenti tibi uel inuito aduerſa omnia eſſe toleranda: quę ſi animo patienti tuleris, plurimũ lucrifeceris: ſi iniquior, cõtumaci, & maledico, calamitate nihil imminuta maiorẽ in te procellam concitabis. Quæ cũ ita ſint, faciamus ex neceſſitate uoluntatem ſeu uirtutẽ. Exempli gratia, Proprium quis amiſit filium, ſubſtantiã alius omnem, & fortunę bona: ſi noueris, quod ſemel peractũ eſt nec deleri amplius nec ſolui poſſe, licebit ex ea inſanabili calamitate utilitatis aliquid cõparare: ſi magno ac uirili animo aduerſos tuleris fortunæ caſus, proq; maledictis domino laudẽ referas, hoc

A pacto quæ ſpem præter obuenerint mala, in uolũtatis officium cõmutabis. Spectaſti filium immature ereptũ, dicito: Dominus dedit, dominus abſtulit. Vidiſti rem tuã imminutã, illud in ore habeto: Nudus exiui de uentre matris meæ, nudus decedam. Verũ ſi improbis uideris rem bene ſuccedere, iuſtos aũt infelices eſſe, multaq; & grauia pati, & eiuſmodi infelicitatis cauſam ignoras: dices: Beſtia factus ſum apud te, uerũ ego ſemper tecũ. At ſi quæſieris cur res hoc pacto ferri permittat deus, intellige ſtatutũ eſſe per eum iudicij diem, quo mundũ ſit iudicaturus: hoc modo nihil poſtea hæſitabis, nihil amplius: tunc enim pro meritis quiſq;, non ſecus ac Lazarus & opulentus ille, recepturus eſt prẹmiũ. Reminiſcere quemadmodũ
B apoſtoli cum cæſi eſſent, & diuerſis tormentis plerisq; affecti, ſummopere lætabant̃, quòd dignarentur pro Chriſti nomine iniurias perpeti. Ipſe uero cum in aduerſam inciderís ualetudinem, feres æquo animo lãguorẽ, deoq; ob id gratiã dices: hoc modo parẽ illis recipies mercedem. Poteris præterea ualetudine & dolore affectus deo gratias reddere, ſi eũ ex animo colueris: nã ſi in ignẽ tres illi cõiecti pueri, alijq; carcere & uinculis detenti, uel malis innumeris obducti, nihil intermittebãt deo gratias laudesq; referre: multo magis qui corpore ſuerint inſano & affecto. Nihil eſt em̃, nihil inquam, tam horridũ tamq; tremendum, quod hi qui uel morbo, aut pœnis diſcruciãtur, non ſuperent, ſi diuino ſint amore incenſi, & ita ut neq; i-
C gnis, neq; ferrũ, neq; inopia, neq; languor aliquis, neq; mors, neq; aliud quippiã iſtiuſmodi, graue aut moleſtum appareat ei, qui hũc ſit erga deum amorẽ conſecutus: quinetiã aſpernatus cũcta, & irridens ſubleuabitur ad cœlum, ubi pari cũ reliquis eodem diuerſantibus utetur beatitudine: terris inſuper & ponto repudiatis, in diuinæ gloriæ ſplendorem duntaxat & pulchritudinẽ firmabit obtutum: illiq; adeo animũ intẽdet, ut rebus uitæ huius haudquaquã aliquam in partẽ aduerſis flecti queat, uel proſperis & iucũdis efferri. Afficiamur itaq; amore eiuſmodi, quẽ æquiparare nihil poteſt, nec ſolum præſentiũ aut futurorum bonorum gratia, quin his omiſſis ob ipſius amoris naturam. Sic enim ſumus tum in hac uita, tum in futura, ſupplicia euaſuri & pœnas, ac regnum cœleſte illud uẽdicaturi. Verũ neq; gehennę euitatio, neq; cœleſtis imperij fruitio, pro magnis habẽda ſunt, ſi cum his quæ dicturi ſumus, cõferantur: ſiquidem omnium præſtantius eſt deũ colere, eundemq; tui habere amatorẽ, cuius amor etſi mutuo
D inter homines eſſe contigerit, omnẽ ſuperat uoluptatem. At ſi idem & deo ineſſe comperitur, quæ mens concipere, uel quæ eloquẽtia poterit cõcupitæ animæ beatitudinẽ, quam uel ſola tolerantia promerebitur, explicare? Vt itaq; experiẽtia ipſa tum ſpiritalis iucunditatis huius, tum uitæ beatioris, & dei in quo uniuerſæ ſunt opes, haberi per nos cognitio poſſit, relictis cæteris, diuino huic amori, & noſtri oblectãdi cauſa, & dei qui & colendus & efferendus eſt gratia incumbamus.

DE GRATIIS REDDENDIS DEO NON A SOLUM UERBIS SED ETIAM OPERIBUS, SERMO.

GRATIAE sunt per nos deo habendæ, quãdo cũ his qui saluí sunt facti, & ipsi annumeremur: & eam quam ex nostræ uitæ actionibus haudqua quam essemus salutẽ emeriti, dei sumus munere singulari cõsecuti: idcirco ut gratias illi reddamus, non solũ uerbis, uerum erit & opere enitendũ: poteritq; tum uera quædã gratitudo dici, si nostris ex actibus deus laudẽ consequat, cauerimusq; ne in eadẽ illa recidamus, quæ ante improbata euasimus. Nam si ipsi fortè imperatorem aliquem fuerimus cõuicio & probris insecta ti, iscq; nos cõtrà pro pœna emerita honoribus au xerit: nónne & merito supplicia prioribus acrio- B ra essent ferẽda, si rursum quemadmodum ingratitudinis & procacitatis conuicti, eundem conui tijs incesserimus? Neq; enim adeo nos prior illa in principem illata contumelia, q; quæ post susce ptos honores, & cõmoda iniuria ingratos argue ret. Quocirca fugiẽda erunt, quibus antehac libe rati fuerimus díscrimina: neq; ore duntaxat sunt gratiæ deo habendæ, ne fortè de nobis illud pro-
Esa. 29 nuncietur: Populus iste labijs me honorat, corde autem longe à me abest. Verũ quo pacto non ab surdum illud uideri debet, cũ & cœli ipsi dei gloriam prædicent: ipse uero cuius ob gratiã sunt illi effecti, ita te gesseris, ut tui & fictor & creator deus te propter male plerũq; audiat? cui sceleri non solum qui maledixerit erit obnoxius, uerũ & ipse C qui maledicendi causam dederis fores pœna mul ctandus: utq; & cœli etsi non magis taciti deũ laudibus prosequũtur, q; eius cœlesti facie ad diuina præconia mortales inuitant, dicuntur tamen deo laudem pronunciare: sic & qui uitam dixerint puriorem, uel ore silenti deum extollere uidebũtur, quãdo sui quodã exemplo & reliquos homines eundem ut laudibus efferant, pelliciũt. Siquidem deus non tantũ admirationis & laudis ex cœlesti hac formata machina uẽdicat, quantũ glorię sibi ex optimis uitæ huius humanæ actionibus cõparat: quippe cum de fide aduersus gentes oritur dissceptatio, nullũ cœlũ quin homines ipsos proferimus, qui cum antea fuissent feris bestijs trucio-
res, angelorũ sint diuino impulsu imitatores effe- D cti: qua uitę immutatione producta, cõfestim illis ora occludimus: eo magis cũ homo sit cœlo præstantior, liceatq; eum animo parere cœlesti quouis splendore micantiorẽ. cœlũ enim etsi tandiu sit ad uisum expositum nõ eam habet persuadendi uim, quam Paulus est tam breui Christi fidem uulgando assecutus, ut ad se terrarum orbem traheret uniuersum: cuius & anima uel cœlo digna est habita, cũ nostra nec terra dignanda sit: cumq; & cœlum suis terminis præstet, huius tamen animi celsitudo uel cœlum superans Christo obuersatur, tantumq; decore prętat, ut uel diuina sit laude dignatus. Item & angeli cũ essent creati, astra sunt ipsi & stellas demirati: hunc uero ille qui pro
Act. 9 tulit, Vas mihi electionis est iste, mirandũ effecit. Cœlum præterea hoc nebulæ plerunq; obducũt: at Pauli animũ nulla unquã rerum obtexit angustia, qui aduersantibus cunctis, tranquillior quauis meridiana luce uidebat, eamq; animi constantiam & nitorẽ in turbida tẽpestate seruabat, quã in sereno seruasset: siquidẽ sol qui in eo fulgebat, nec tam infirmos radios emittebat, ut ex molestiarum concursu hunc sineret obũbrari, quin ea propter magis ac magis clarescebat. Vnde respõsum illi est: Sufficit tibi gratia mea: uirtus enim in infir 2. Cor. 12
mitate perficitur. Imitemur itaq; & ipsi Paulum: non enim (modo libeat) cœlum ipsum & sol, uel orbis uniuersus alicuius esse momẽti apparebũt, si nobiscum conferantur. Hæc quippe nostri sunt gratia effecta, nec ipsi sumus illorum causa creati: idcirco ostendamus non immerito cũcta hæc extitisse nostri cõtemplatione edita, quorum si nec creationem, nec cœleste uidebimur emeruisse imperiũ, nec solem ipsum intueri, his proculdubio indigni erunt quotquot in dei cõtumeliam uixerint. Ergo rebus ad dei laudem enũciandum creatis indigne fruẽtur, qui fuerint in opificem rerum cõtumelioſi: siquidem & filius si patrem lacessit, nec dignus quidẽ iudicabitur, qui seruis anteponatur in dispẽsando non improbis. Cur id? quoniam creata hæc cũ plurima sint gloria potitura, nos supplicia & tormenta merebimur. Quãtę igitur illud ærumnæ fuerit, cũ ea quæ ad nostri sunt gratiam condita, & dei filiorum, & libertatis figuram præ se ferant: nos uero in dei liberos & habi- C tos, & creatos præ ignauia quadam iri perditum, per quos reliqua, quæ fuerint creata, cœlestẽ sint beatitudinẽ habitura? Ne igit illud eueniat à nobis, qui animo fuerimus puriori, curãdum erit, ut idem ille statu perstet integer & immotus, augeatur q; splẽdore, & lumine illustretur: nec nobis tamen desperandum, si illum simus sordidũ & squalentem sortiti. Quando, ut ille inquit, si fuerint de Esa. 1
licta uestra ut coccinũ rubentia, quemadmodum niuem dealbabo: si rubra, in uelleris speciem candida reddam. Nil itaq; erit de diuinis pollicitationibus hæsitandum, quin ita uiuendũ, ut pellectæ in cõmodum cedant, cui sunt grauius pleraq; cõmissa. Quorsum hæc? nondũ tibi paratum spectaculũ dimissum est, nondũ uallum excessisti & fos- D sas, licet adhuc extremæ palęstræ uictoria priorũ certaminũ damna sarcire: nondũ eò peruentũ est, ubi & dives ille cruciatur, ut audire queas Chaos inter nos esse immensum. Nondum spõsus aduenit, ut oleum quisuereatur impartiri, datur adhuc illud emendi, & seruandi facultas, nondum quispiam est qui id dixerit: Ne fortè nobis & uobis sit haud satis. Extãt enim adhuc opulenti cõplures, supersunt nudi, famelici, ualetudinarij, & carceris incolæ: hos ale, illos induito, iacentis & ęgroti curam suscipito, fluet hoc pacto & tibi oleum quibusuis fontibus uberius: nondum rationis reddendæ aduenit dies, utere hoc ad opportunitatem tempore, præcide debita, ac missa facito, debentiq; olei cados cẽtum, dicito: Accipe librum, quinquaginta inscribe: itidem tum in re pecunia-

ria

2.Cor.12

Esa.1

ria, tum dictis factisq; tuis, & reliquis actionibus egeris uelim, optimum illum dispensatorem imitatus: eadē hæc ut teipsum, sic & necessarios, sanguineq; cōiunctos cōmonefacito: dum loquendi facultas suppetit, dum nulli sint in tui locū necessitate aliqua, ut id exequantur, surrogādi: dum habes ut tibi, sic & ceteris, cōsulendi arbitriū. Quippe cum illò adueneris, neutrum horum facere cō mode licebit, & merito quidem. qui enim tantum temporis spacium acceperis, nec tibi interea, nec alteri cuiquam profueris: quo pacto cū fuerit in iudicis manus peruentū, cōsequi istiusmodi gratiam quiueris? Quæ omnia si in unum contulerimus, enixius erit nostræ saluti inhærēdum, neq; uitæ huius opportunitas intermittenda. Possunt, inquam, possunt uel in ipso ultimo spiritus efflatu gratiæ deo haberi, licebitq;, & si non pari facilitate, ex testamēto cum deo in gratiam redire. Dicet quispiam quonam id pacto fiet? fiet quidē si Christum tuis hæredibus cohæredem adscripseris, & portionem illi hereditatis totius imparties: quem & si uiuens non aueris, moriens saltē è tuo aliquid illi relinquito, uel tūm maxime cum desinunt tuæ esse ditionis quæ possides. Nam ut ille natura clemētissimus, nec paruo per te oblata pē sabit: quamuis qui eum uiuens aluerit, & meritis maioribus, & amore ampliore sit dignus: quod si non egeris, saltem quod reliquum est aggredere, eundem scilicet tuis facito cohęredē: uel si id facere pigebit, animaduerte hinc te per eius genitorē hereditatis effectū esse participē, eoq; inhumanitatē hanc tuam, & fœuitiam perdendam censebis. Qua enim ipse fueris ratione excusandus, si eum ad hæreditatis cum filijs unà non admiseris communicationem, qui tibi & cœlos communicauerit, qui mortem tui ob causam non obligatus, sed gratiam facturus subierit, pro quibus suis immensis in te beneficijs magnum es illi in modum obnoxius? hæc cum ita se habeant, non ut debitum exacturus coronat te, & palma donabit, sed uti munus à te, aut gratiam susceptur us. Præbe itaq; illi abunde pecunias, nec usui tibi futuras in posterum, neq; ultra in tua potestate permāsuras: ut tibi imperium largiatur perpetuo ualiturū, & donet item præsentibus his fortunæ bonis. Proinde cohæres per te constituius, & liberorum leuabit orbitatem, insidias soluet, & molestias propulsabit, & calumniantium ora occludet: quodq; uel si lij nequeunt, testamentum tutabitur, corrumpiq; haud sinet: uel si permiserit, quæ fuerint per te ex scripto relicta, propriis facultatibus compēsabit, liberalitate summa & munificētia, eo magis quò fuerit per te huiusmodi honore dignatus, ut hæres adscriberetur. Conscribe itaque hunc cohæredem: is enim est cum se adieris, omniū quę uiuens gesseris causam cogniturus. Eò accedit, quòd hominum plericq; miseri quidem & calamitosi, cum nullos susceperint liberos, id tamen facere nec patiuntur, quin parasitis malint, assentatoribus huic illiúe eorum fortunas, quàm Christo optime de se merēti impertiri. Quo quid fieri potest à recto magis alienum? Cuiusmodi homines siue cū beluis, siue cum lapidibus ipsis cōtulerit quispiam, nihil profecto afferet, quod horum hominum socordia sit & insensibilitate dignum, neq; quauis rerum similitudine istorum quiuerit uæsaniam & furias explicare. Quam igitur hi uenia assequent, qui cum in humanis agerent, nullam Christo alimoniam dederint, nec demum uita excessuri, ex his pecunijs, quarum nulla est eis amplius certa aut futura possessio, aliquid uelint illi uel tenue & perexiguum dono deferre: quin adeo se maleuolè in eum & hostiliter gerunt, ut ne ea quidem, quæ nulli sunt sibi usui obuentura, Christo impertiātur? Num haudquaquam aduertis plerosq; hominum ne tali quidem fuisse uiuendi fine dignatos, quin repente morbo correptos excessisse è uita, cum tibi deus & propinquos cōsulendi, & propalandi fortunas, domui etiā uniuersæ disponendi facultatem cōcesserit? Quam ergo afferes, quę purgare hāc tuam possit pertinaciam, rationem? Siquidē pro accepta gratia dei sis beneficio abusus, longoq; ablis interuallo tum tua, tum maiorum tuorum fide. Illi enim dum uiuerent, cuncta quæ habebant, ad pedes apostolorū conferebāt: tu uero uel moriēs tuarum rerum partem egenis demanda, idq; si facere neglexeris (tametsi alienę inopiæ subleuatio potior sit, dum spiritus hos regit artus. & fidentiorem facit) morti tamen proximus ede aliquid, quod animi præferat magnitudinem, amorisq; erga deum, etsi non immensi, mediocris tamē indicio sit futurū. Ita fiet, quòd si primas non fueris cū agnis sedes habiturus, nō parui possit existimari si post eos secundas obtinueris, nec tibi sit ad sinistram cum hœdis cōmorandum. Quòd si ne id quidem erit per te peractum, qua poteris ratiōe excusari, quādo nec dei timor neq; inutilis & superuacanea pecuniarum futura possessio, neq; liberis relinquenda securitas, ampla illa, & proposita tibi & seruata uenia reddere te humanum queant? Quas ob res uos equidem hortari uelim, ut uestras hasce facultates & bona, maiorem in partem dum auram hanc spiratis, facereq; id uiuendo licet, egētibus relinquatis: q; si fuerint nonnulli adeo pusillo animo, & abiecto, qui exequi id optimum facinus minime patiātur: in re tamen urgente, & uitæ discrimine pietatem seruent, eo magis quòd cum uitam hanc ducerēt, non secus atq; immortales futuri, his bonis fortunæ inhærebant: nūc uero certiores facti, ea fuisse se conditione natos, ut moriātur, desinant id opinari, cōsulantq; rei suæ uti mortales. Ipse uero etsi graue tibi illud, horribileq; uidebiť quod sum dicturus, dicendum est tamen, parem facito uel tuis Christum mancipijs: quæ ut per te nonnunquam libertate donantur, ita & is inedia erit, uinculis, inopia, & nuditate soluendus. cōtremuisti id forte audiens, uel hisce perculsus es uerbis, quin potius si ea nō egeris, magis erit contremiscendū: siquidem moriens illò concesseris, ubi & grauiora his multo exaudies, & insanabilia tormenta spectabis. Quid tū inquies? ad quē confugies? quem

tibi

quẽ tibi in auxiliũ,ut opem ferat, depoſces:num Abraham:Non te audiet.Num uirgines illas:ne hæ quidem olei tibi quicquam impartiẽtur:num genitorem:num proauos:nõ certè quiuerit horum quiſpiam,uel ſi ſanctimonia præſtet,latam in te ſententiam ſoluere. Quæ omnia tecum animo reputanti,ille & ſolus precandus erit, & exorandus, qui & ſcriptam in te delere damnationẽ poteſt,& incẽdium reſtinguere: quod proculdubio aſſequeris, ſi inopem continuo & alimonia iuueris,& amictu:ita fiet ut hinc ſpei plenus abſcedas, & illo profectus bonis futuris potiaris.

Ex Matthæo cap.V.De fugiendis iuramentis,& quòd deo gratias agere debemus &c. Vide,hoc tomo ad populum Antiochenũ,Homilia XXVIII.

DE ORATIONE DOMINICA HOMILIA.

DOMINICA oratio ex pontificali doctrina electis ad fidẽ debet. Et quia debitum ex debito à nobis exigitur, ultro uobis reddimus ore, quæ à nobis exigitis corde.Oratio dominica ita dicta eſt credentibus, ut operibus & moribus cõueniat:& ne in multiloquio incurreremus peccatum,collecte uoluit dominus noſter leſus Chriſtus diſcipulos ſuos orare. Alia eſt enim propria oratio,alia dominica. Vos ergo qui accepiſtis orationẽ in confeſſione,aſſignandam deo,debetis corde credere,opere perficere. Dictum eſt enim,
Eccl.18 Ante orationẽ præpara teipſum. Quid eſt,Ante orationem præpara teipſum,niſi expoliatus cogitatione praua ſic accedas ad dominicã orationẽ?
Matth.6 Sic ergo orabis, Pater noſter qui es in cœlis.] Magna dignatio patris, magna dignatio creatoris,ut creaturã captiuatã peccatis faceret liberã, ille qui aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatẽ,dedit dona hominibus. Ergo uide,quis rogas,quid rogas, quẽ rogas:quis?homo:quid?indulgentiam:quem?deum. Ergo patrem noſtrum dicimus deũ. Non quęrit iſte pater proprie ſe uni dare,& alij ſe negare, ſed quomodo dicimus noſtrũ,ſic & nos debemus effici ipſius.Qui ſerui eramus,facti ſumus liberi: cæci,uidentes:febrientes, ſalui.Quia ergo pater & mater carnis huius creauerũt nos,ille ueniẽs dignatus eſt regenerare nos. Ergo patrẽ deum habemus, ad honeſtatẽ patris ambulate,in uoluntate eius proficite, ut eius promiſſionem accipiatis.Indignum eſt enim, ut ſi aliquis ſit adulter, bilinguis, inordinatus,ſubdolus, male agens,à fide recedens, tepidus in religione, ſine ſtudio uiuens,captiuatus errore,dignus ſit dici filius,aut ille audeat dicere,Pater. Ergo habete charitatem dei,ut ſit in uobis cor & anima una,ut digne dicatis ei,Pater noſter: & uidete ubi uocatis patrẽ,utiq; in cœlo. Ideo clamamus in cõſpectu ſacrificij, Surſum corda: Vbi cõfeſſio noſtra tenetur,cor quotidie ibi repræſentet. Cum cõſurrexeritis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt,quærite: ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, ut cũ fiducia dicatis,Pater noſter,qui es in cœlis. Sequitur oratio. Sanctificetur nomen tuum.] Quæ eſt A iſta ſanctificatio dei,niſi ut ſanctis moribus uiuẽtes in nobis deus ſanctificetur? Nam quicũq; puro corde & pacifico cum omnibus hominibus uiuit,loquitur ueritatem in corde ſuo, & doloſe nõ agit ſub lingua ſua: in hoc uidentes homines bona opera,clarificãt patrem qui eſt in cœlis. Dixit ipſe dominus noſter,Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Leuit.11 1.Cor
Quid eſt,Sãcti eſtote,niſi præcepta mea implete,uoluntatẽ meã facite,in uijs meis ambulate? Cũ iſta feceritis,ſanctificat pater noſter, qui eſt in cœlis.Sequit dicẽs, Adueniat regnũ tuũ.] Neceſſaria poſtulatio, quãdo fragilitatem carnis noſtræ regit rector & creator noſter.Adueniat regnum eius, ſed in nobis, non ad iudicium,ſed ad redemptionem.Nam quæ conſcientia eſt,quę ſit
B præparata ad regnum illud iudicij? Et quare dicebatur,Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo,quo- Pſal.142
niam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens? Ergo quomodo intelligimus, Adueniat regnum tuum? Aduenit,id eſt in me ueniat,ut et ego efficiar rex regens limum carnis meę,terram meam quæ fuit maledicta, ſpinis & tribulis plena.Ideo dictum eſt:Et nunc reges intelligite,eru- Ibid.2
dimini omnes qui iudicatis terrã. Qui iudicat terram carnis ſuæ,rex eſt carnis ſuæ. Sed non poteſt homo regere carnem ſuam,niſi rectus fuerit à rectore ſuo.Nam quandiu concupiſcit ſpiritus aduerſus carnem,caro aduerſus ſpiritum: quia hæc duo ſibi inuicem aduerſantur, ut non ea quæ uolumus faciamus, nondum uenit regnũ dei in no-
C bis.Sed quando ſubdita eſt caro ſpiritui, aduenit regnũ dei in nobis: Adueniat ergo regnũ tuũ, fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra.] Quæ eſt uolũtas eius,niſi dominus dei filius, qui ait patri,Non ueni facere uolũtatem meam,ſed uolun- Ioan.5
tatem eius qui miſit me? Quæ eſt uoluntas eius, niſi quòd dominus cecinit patri, Pater hoc uolo, ut ubi ſum ego,& iſti ſint mecum? Quæ eſt uolũtas eius,niſi obedientia,charitas,humilitas, manſuetudo,benignitas,caſtitas,longanimitas, pudicitia,ſimplicitas? Hæ uirtutes ex uolũtate dei deſcendunt.Quid eſt, Fiat uoluntas tua.] In anima mea, & in carne mea,in cœlo mentis meę fiat uoluntas tua,in carne corporis mei impleatur uoluntas tua. Eſt & alius ſenſus, Fiat uoluntas tua,
D ſicut in cœlo & in terra:Sicut in angelis tuis,quos feciſti in ſpiritu: Quia tu facis angelos tuos ſpiri- Pſal.103
tus,& miniſtros tuos ignem urẽtem.Ita dona nobis ſpiritualiter uiuere,quomodo angeli qui carnem non habent, ut fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie.] Magnus iſte panis, qui replet mentem & non uentrem.Iſte panis & noſter eſt, & angelorum:iſte panis manducat, & non finitur:iſte panis totum mundum replet, & integer manet. De ipſo comedimus, inde uiuimus, inde paſcimur,inde nutrimur, inde peruenimus. Et tamen quotidie illum quęrimus,ne deficiat fides noſtra, ne uires animæ noſtræ in iſta arcta & anguſta uia fatigatæ nõ perueniãt ad patriã.Ergo domine paſce nos quotidie pane cœleſti, uerbo tuo ſancto

quod

quod carnem fieri uoluisti,ut habitaret in nobis. Ipse panis est, qui fractus est illis ambulãtibus in uia,quem agnouerũt in fractione panis.Quid est enim frangere panẽ,nisi secretũ aperire, agnosce re deum & hominẽ? Ergo domine da nobis istũ panem quotidianũ. Nã primo mater ecclesia ex uberibus doctrinæ suæ lacte potat,dicẽs, Lac uo bis potũ dedi,non escam: nondũ enim poteratis, sed nec adhuc quidẽ potestis, adhuc em̃ estis carnales: Accipe lac,ut peruenias ad panẽ: accipe o rationem,ut peruenias ad perfectionẽ. Ergo pa nem nostrum quotidianũ da nobis hodie.Hodie dei intelligit̃,hodie dei noctem non habet,hodie dei lux lucis est,& fons luminis. Ergo domine il lumina corda nostra,ut mereamur quotidianũ pa nem.Hic modo uersiculus qui sequit̃ magnã ha bet conditionẽ,magnum nobis incutit timorem. Excutite ergo pigritiam de animis uestris, nõ est res leuis quã audituri estis.Sequitur dicens, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] Quę sunt debita? forte cautionũ debita,forte aliqd debemus deo. Quid debemus deo, nisi imaginem & similitudinẽ eius seruare illæsam? Quid debemus deo? honore mu tuo preuenire.Sũt alia debita,quæ debemus deo. Peccauimus illi grauiter,iniuste egimus, iniquita tem fecimus.Aut quis castum se gloriatur habere cor,aut mundum se esse à peccatis? Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus,ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nõ est.Ergo ista sunt debita: quia non est sine peccato, nec infans unius diei natus super terram. Nam quomodo potest mũdus esse de immundo cõceptus semine? quia in iniquitati bus concepti sumus,& in delictis mater nostra in utero nos aluit.Exinde cõtraximus peccata,non tantũ originalia,sed & propria cõmissa. De ipsis debitis clamamus : Dimitte nobis debita nostra, & profitemur professionem periculosam ut dica mus deo,Sicut & nos dimittimus debitoribus no stris.Ergo dimittis peccata peccanti in te,discute conscientiam tuam.Si sol non subijt cum iracun dia tua,si maledicentẽ te nõ remaledixisti,si iniu riam passus non es cõminatus:si ista feci sti, in errorẽ te non induxisti: nec enim deum fallere po tuisti, qui est ludex cõsciẽtię tuæ. Ergo nõ aliqua debita attendẽda sunt, sed peccata peccãtibus in se.Cõcludat Apostolus propositionem nostram: ipse dixit, Nemini quicquã debeatis, nisi ut inui cem diligatis.Ecce si diligendo dimisisti,uera erit cõfessio tua.Nam considera alibi quid dicit.Ho mo homini seruat iram, & à deo quærit medelã? Si uis ergo ut dimittant̃ tibi à deo quæ cõmisisti, dimitte peccanti in te, ne si non dimiseris,dicatur tibi,Serue nequam & piger, omne debitũ dimisi tibi,quia rogasti me,& te non oportuit dimittere conseruo tuo? & eris non dimittendo inutilis ser uus,& particeps pœnæ perpetuę.Dimittite ergo de cordib.uestris fratribus, ut dimittat uobis pa ter uester,qui est in cœlis. Vltima est ista oratiõis sententia, quam dicturi sumus: Et ne patiaris induci nos in tentationẽ, sed libera nos à malo.]

Leuit.15 · 1.Cor.3 · Psal.142 · Ibid.2 · Ioan.5 · Psal.103 · Rom.13 · Eccle.28 · Matth.18 · Mar.11

Quæ est ista tentatio,nisi illa, de qua rogat Apostolus,dicens:Fidelis est deus,qui non uos patie- 1.Cor.10
tur tentari supra q̃ potestis ferre, sed faciet tentationem etiam cũ exitu,ut possitis sustinere? Tentatio grandis est,fratres charissimi, impatientem patientia uincere: nõ uinci à malo, sed uincere in bono malũ: cibare inimicũ, necessaria ei submini strare,orare pro illo magna tentatio, magna exagitatio est.Est alia tentatio hæreticorũ, qui colloquio suo corrũpũt bonos mores.Est tentatio tertia, quando se transfert diabolus in angelũ lucis, ut decipiat,ut per bonum operetur mortẽ, ut fiat supra modum peccator peccãs per mandatũ.Ista tentatio est.ubi est legis prohibitio,ibi est magna tẽtatio.Ideo ergo clamat ecclesia, Ne nos inferas in tentationẽ,sed libera nos à malo. Sed quia uiri bus nostris nullus potest ista implere,dicamus ad iutori nostro, libera nos à malo. Quid est perfectum malũ, nisi diabolus princeps huius mũdi & autor operis mali? Cum ab ipso nos liberauerit, uere liberi erimus. Tenete orationem, ut nõ intretis in tentationem, & dicite uoce angelica de uestra liberatione: Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM EXPOSITIO

Homilia I.

VNIVERSALIS ecclesia gaudet in una regula charitatis Christi, & in fide nominis Christi exultat, maximè quã do credẽtiũ lucris locupletatur. Crescẽte ergo populo peculiari, dilatatur cor credentium ad iustitiam, ore autem celebrant cõfessionẽ ad salutẽ. Vos aũt genus electũ, grex nouellus dei, qui cõpetitis à rege regũ, & dño dominorũ munus gratiæ: qui baptismũ salutarẽ speratis uobis affuturũ, audite professionis uestrę uerba.Regularis ista doctrina cõfirmat credẽtes, adiuuat proficiẽtes, cõsolat̃ uiatores, cõfortat perseuerãtes, coronat peruenientes. Ergo audite hanc, ut dixi, regulam uestrę cõfessionis. Credo in deũ patrem omnipotentẽ.] Videte qui, cui, & quid loquamini. Dixistis, Credo, Quàm breue est, q̃ modicũ est: si adlatitudinẽ literarum rediga tis, quinq; literæ sunt: si ad syllabarũ numerũ duæ sunt syllabæ. Hæc credulitas si cõquadret morib. & uocibus fructũ inuenit salutis. Credulitas hæc in toto mundo sparsa est: credit Christianus in ecclesia dimitti sibi peccata, credit moribus compositis deo placere, credit indulgentiam mereri, credit uitæ æternæ promissionẽ, credit pœnam promissam peccatoribus: ergo creditis deo omnipotenti, qui posse ipsius nõ potest inuenire non posse, tamẽ aliqua nõ potest: utpote falli, fallere, mentiri, ignorare, initium & finem habere, nõ præuidere præterita, obliuisci præsentia, non attendere futura, nescire, ad ultimũ negare seipsum non po-

teſt. Ecce quanta nō poteſt: tamē eſt omnipotēs, quāuis ſuperius cōprehenſa non poteſt. Ergo credo in deum patrē omnipotētem. Ecce patrē deū uocatis. Ad honorem patris uenite, mores patris cuſtodite, eius uoluntatem implete, ſi uultis hæreditatem eius accipere. Quis eſt filius contemnēs patrem, qui mereatur eius accipere hæreditatē? Ergo ſi deſideratis ea quæ promittit mereri, uiuite ꝓ uotō eius, in præceptis eius permanete: quæ iubet fieri, facite: & quæ prohibet ne fiant, facere nolite. Ecce iſti qui hoc faciunt, libere dicunt, Credo in deum patrem omnipotentē. Sequitur, dicens: Et in unicum filium eius dominū noſtrum Ieſum Chriſtum.] Iſte quare unicus? quia alter filius non eſt. Quare primogenitus? quia in ſeculo nemo ſic natus eſt. Iſtum unicum dei filiū de ſubſtantia patris natum, & genitū cōfitemur, & initiū de patre habere dicimus. Patri coęqualis in deitate, deus & deus: ſed tamen nō duo dij, ſed unus deus. In poteſtate una poteſtas, in eſſe una eſſentia, in ſubſtātia una uirtus, una maieſtas: hoc credite, ne hæreticorum colloquia mala corrumpant mores ueſtros bonos. Dicunt enim patrem maiorem, filium minorē. Hoc anathematizat eccleſia catholica: æque dicūt ſpiritum ſanctū creaturam. Etiam hæc abominatur talem doctrinam.

Ergo iſte natus eſt de ſpiritu ſancto ex uirgine Maria.] Iſte ſpiritus uenit ad Mariā ingreſſus in eam, uerbum caro factum eſt. Creuit aluus uirginis, uirgo erat, & prægnans creuit, & uirginitatē non amiſit. Iſte ergo natus creuit, ad paſſionē per uenit. Crucifixus eſt ſub Pōtio Pilato.] Eia fratres in hac prædicatione nullus piger inueniatur. Quis ei rependat uiciſſitudinē? Crucifixus eſt in nocēs, pro nocentibus: nō reus pro reis, non indigens indiguit lucra acquirere patri. Iſte Pōtius Pilatus præſidatum gerebat, iuſſit eum crucifigi. Sepultus eſt poſtꝫ mortuus, ut nobis uitā donaret. Moriendo mortē occidit, leo de tribu Iuda rugientem leonē ſuperauit: pro peccatoribus patiuoluit, ne in peccatis mūdus totus moreretur: alapis cæſus, flagellatus, aceto & felle potatus: in ijs omnibus oſtendens patientiam, nō eſt iratus, ſed ecōtrario manſuetudinem demonſtrans clamauit patri, dicens: Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciūt. Luc. 23 Videtis quale exemplū nobis patiētiæ dimiſit. Et uos fratres chariſſimi qui ſuſpiratis ad gratiā peruenire, qui clamatis: Anima noſtra uelut terra ſine aqua tibi cito exaudi nos, imitamini caput ueſtrum Chriſtū, qui cum maledicereť, non maledicebat: cū iniuriam pateretť, non cōminabatur, tradebat aūt iudicāti ſe iniuſte. Ergo iſte crucifixus, ſepultus, tertia die à mortuis reſurrexit. Ecce quāta potētia. Et in iſta potētia eius, mētiti ſunt ei inimici eius, ut dicerent, Nobis dormientibus uenerūt diſcipuli, & furati ſunt eū. Impletū eſt quod dictum eſt: In multitudine potētiæ tuæ mentientur tibi inimici tui. Matth. 28 Pſal. 65 Sedet ad dexterā patris.] Cum auditis, ſedet, nolite credere ſeſſionē humanam. Genus eſt locutiōis. Sedere dicit permanere. Nā dicimus, Ille ſedit tres annos in illa ciuitate, id eſt manſit. Ergo manet ad dexterā patris, Æque cum auditis, patris ad dexterā, nolite putare deum corporeū eſſe, aut mēbris humanis cōpoſitū: ſed ſcitote quia deus ita de ſe uoluit dici, qđ poſſimus intelligere, nō quod ipſe eſt. Nā ſi dexterā habet corpoream, habet & ſiniſtrā: & ſi habet manū, eſt ubi non tangit: ſi oculos habet, eſt ubi nō uidet: ſi aures habet, in longinquo nō audit: ergo hoc nolite credere. Cū auditis, Sedet ad dexterā patris: Dextera eius, potētia eius: brachiū eius, magnitudo eius. Nam deus noſter ſpūs eſt, ubiq; totus, totus in cœlo, totus in terra, totus in cordibus ſanctis, pudicis, ſimplicibus, ſobrijs, immaculatis.

Ergo, ſedet ad dexterā patris, inde uēturus eſt iudicare uiuos & mortuos.] Hic geminū intellectū parit. Viui agnoſcunt, qui in corpore erunt in aduētu eius: mortui, qui ex hac luce migrauerūt. Æque alio intellectu uiuos agnoſcimus, ſanctos: mortuos, peccatores. Credo in ſpiritum ſanctum.] Iſte ſpiritus ubiq; totus eſt, ubi uult ſpirat. Ipſe eſt, qui dixit, Separate mihi Paulū & Barnabā in opus ad quod aſſumpſi eos. Iſte eſt ſpiritus procedēs de patre & filio, qui diuidit propria dona ſingulis prout uult. Ergo iſte ſpiritus cōſecrat, ſanctificat, benedicit, honorificat, gubernat, protegit, cōſolat, perducit ad ſanctam eccleſiā. Quia uelut nauis eſt in mari poſita, hæc eccleſia portat epibatas, portat credētes in una charitate, in una modulatione, in uno remigio ſanctitatis, in funibus charitatis, in uelo orationis, in arbore crucis, in pice pœnitentiæ, in ſtuppa caſtitatis, in talibus pacis, in anchora fidei. Iſta ergo eccleſia in una modulatiōe cantās peruenit ad portū ęternitatis, ad ciuitatē pacis. Ipſa eſt, quę dimittit peccata, exonerat oīa pōdera, eliquata corda perducit ad palmā promiſſam ſupernæ uocationis. Promittit carnis reſurrectionē, promittit uitā æternā: Quia mortale hoc induet immortalitatē, & corruptibile hoc induet incorruptionem. Credite carnis reſurrectionem, credite quia ſtaturi ſumus ante tribunal Chriſti, & reddituri rationem, quæ per corpus geſſimus, ſiue bonū, ſiue malū. Credite uitam æternam promiſſam pro iſta gratia data, ut gratuita gratia accepta perſeueret in uobis: ut cū perſeuerauerit, quæ audiſtis & uidiſtis, didiciſtis à nobis, hæc agite, & deus pacis erit uobiſcū, Amen.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM expoſitio alia, Homilia II.

SVPER fabricam totius eccleſiæ nihil aliud in fundamento ponunt ſapientes architecti, qui ſunt uerbi prædicatores, niſi Ieſum Chriſtū, de quo fundamento credulitas ſurgit. Et quia fides totum ſibi uendicat, de deo uos habere cōuenit hanc fidem dei electi, qui nuper ad ueram credulitatem confeſſionis accedītis. Sed quia corde creditur ad iuſtitiam, ore uerò confeſſio celebratur in ſalutem, fides primo nobis prædicanda eſt, ſecundo ſpes, tertio charitas. Nam de ipſa credulitate fit initium confeſſionis. Quid enim dicturi eſtis Act. 13 Rom. 10

estis? Audite & intelligite: quia cum audieritis & intellexeritis, lętitiã uobis acquiretis, dicẽte Pro-
Psal. 50 pheta: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiã. Dicite ergo quod à nobis auditis, Credo in deũ patrem omnipotentem.] Videte unde cœpistis, Credo dixistis. Hæc credulitas cõfert uobis præsentis uitæ securitatem, & futuræ uitæ æternitatem. Ergo ponite in fundamento cordis hanc credulitatẽ. Sed in quo? Videte in patre, quod dixi-
Matth. 6 stis in capite orationis, Pater noster, qui es in cœlis: hoc dicitis & in symboli cõfessione, Credo in deum patrem omnipotentẽ: totus in cœlo, totus in terra, totus in miraculis, totus in cordibus, totus in uirtutibus. Omnipotens dicitur, quia posse ipsius non potest inuenire nõ posse, dicente Pro-
Psal. 134 pheta: Omnia quæcũq; uoluit, fecit in cœlo & in terra. Ipsa ergo omnipotentia, ut totũ quod uult possit. Nam si dicimus de non posse ipsius, nihil dicimus: quia tantæ pietatis est, ut negare se non possit, præsertim credẽtib. Ecce quia de fide diximus dei patris omnipotentis, dicamus & de spe,
Act. 13 ut fides credat, spes accipiat, charitas iũgat. Ergo creditis in unicum filium eius dominum nostrum Iesum Christum: Iste unicus, qui semper fuit apud patrem, æternitatẽ habet cum patre, minor non potest esse à patre, sed unã habet cum patre potestatem. Iste unicus, quẽ cõfitemur genitũ sine initio de patre, qui semper fuit apud patrem, & prodidit illum uerbo suo, qui fuit apud deum, & ipse
Ioan. 1 erat deus, hoc fuit in principio apud deũ. Non dicatis minorem esse filium de patre genitũ, sed istũ qui natus est de spiritu sancto, & Maria uirgine. Non intelligatis patrẽ Christi secundum carnem spiritum sanctum esse: quia non omnis qui filius alicuius dicitur, de eo generatus intelligit. Nam dicimus filios adoptiuos regeneratos ex aqua & spiritu: nunquid filij sunt a quæ? Dicimus filios re-
1. Cor. 4 gni, filios ecclesiæ: sicut ait apostolus: Per Euangelium ego uos genui: nunquid filij sumus apostoli? Nam si uelimus de rebus indignis loqui, in iuriam facimus tanto sacramento. Dicimus filios
Ephes. 2 gehennæ, qui sunt filij iræ, apostolo dicente: Fuistis aliquãdo filij iræ, sicut & cæteri: licet talia tantæ magnitudini comparanda non sint. Ideo diximus ista, quia dictum est: Natus de spiritu sancto. Itaq; credendum est spiritum sanctum patris esse, & filij. Et quia deus spiritus uenit in Mariam, di-
Luc. 1 cente angelo: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: propter hoc quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei. Natus de spiritu sancto. Istum spiritum sanctum dicimus patri & filio esse coæqualem, & procedentẽ de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia
2. Tim. 2 mala corrumpant mores uestros bonos. Sunt em hæretici, quorum sermo uelut cancer serpit, qui filium minorem à patre æstimãt, spiritum sanctum inter creaturas esse ordinatum. Sed cum hæc audieritis, à peruersis nolite peruerti. Quod accepistis & didicistis à nobis, hoc tenete, hoc credite. Hæc credulitas cõfirmata sit in uobis, ut deus pacis regnet uobiscum. Ergo credite in unicũ dominum nostrũ Iesum Christum, natum de spiritu sancto & Maria uirgine. Sed dicturi uobis sunt Gentiles, deprauantes fidem uestram: Quomodo potuit uirgo concipere, uirgo parere, uirgoq; manere? contra naturam est hoc, dicturi uobis sunt: & uos econtrario respondebitis eis, Credulitas nostra quod uerbis explicare non potest, fide tenet. Nec em̃ ei qui ex nihilo fecit mundũ, cunctã creaturã disposuit, elementa cõstituit, mari terminum posuit, impossibile illi erat introire in uiscera hominis, & carnẽ fieri, & possidere pudica uiscera matris. Nã homines nati de masculo & fœmina, si interrogentur quomodo coagulati sunt in secreto matris, quomodo ossa durata sunt, omnis compago membrorum, artusq; omnes ordinati sunt in harmonia corporis dispositа: quis ex inde rationem reddit? Si ergo de natiuitate, quæ semper in isto fluuio seculi uenit & transit, rationem non reddis, de singulari natiuitate Christi rationem reddes? Quid dicturi sumus? si dicamus testimoniũ fidei nostræ, fortè non credunt Gentiles: sed quod illis non proficit ad salutẽ, nobis credentibus proficiat. Quomodo introiuit Christus ianuis clausis ad discipulos suos, super mare ambulauit, imperauit uento & tẽpestati, & facta est trãquillitas magna? quia ergo ista super nos sunt & rationem de talibus miraculis reddere non ualemus, fide tenemus. Ergo hoc credite, deũ in natiuitate unici filij sui facere quod nos cogitatione inuestigare non possumus. Ergo natus de spiritu sancto, & de uirgine Maria, crucifixus est sub Põtio Pilato. Quare hoc passus est innocens pro nocentibus, liber pro seruis? ut quia nos in transgressione per Adã primũ hominẽ mortui eramus, in patibulo crucifixi resuscitaremur. Fixus est cruci. Magnũ sacramentũ, magna altitudo crucis, magna latitudo, magna profunditas. Altitudo, ut ad patrem clamaret, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Latitudo, quia maiorem charitatem nemo habet, q̃ ut animã suam ponat pro amicis suis. Profundum, ut ecclesia ad deũ clamaret, De profundis clamaui ad te, domine exaudi uocem meam. Et exaudiretur pro filijs uox eius: Iste Pontius Pilatus præsidatũ gerebat apud Hierosolymã ciuitatẽ: ibi & Herodes erat, qui inimicitiã tenebat cum Pontio Pilato. Sed illa pietas Christi fecit ex inimicis in morte sua duos amicos, scilicet Pontiũ Pilatũ, & Herodẽ. Fecit etiã & nos amicos patri, tollẽs parietẽ inimicitiarũ, q̃ erat inter nos & deũ, ut recõciliaret nos patri. Nam ipse dixit: Si feceritis ea quæ mando uobis, iam nõ dicam uos seruos, sed amicos. Ergo iste crucifixus sub Põtio Pilato sepultus est, ut in morte sua nos uiuificaret. Ipse mori uoluit, ne nos moreremur. Ipse se obtulit, seipsum pro nobis hostiã & oblationem in odorem suauitatis, ut de captiuis liberos faceret, de superbis humiles, de inimicis amicos. Descendit ad infernũ, ut & ibi à miraculo nõ uacaret. Nam multa corpora sanctorũ resurrexerunt cum Christo, quæ postea mortua sunt, sicut Lazarus, sicut filia Archisynagogi, sicut filius ui-
Luc. 23 Ioan. 15 Psal. 129 Ioan. 15

duæ. Quod fecit in iſtis tribus, hoc fecit per propriam reſurrectionẽ in multis ſanctis. Nam multa corpora ſanctorũ reſurrexerunt cum Chriſto, de quibus dixit apoſtolus: Ex quibus plures manent uſq; adhuc, quidam autem dormierũt. Tertia die à mortuis reſurrexit: ne caro eius uideret corruptionẽ. Reſurrexit, iã nõ corruptibilis caro, non paſſibilis, ſed talis caro reſurrexit, qualis hodie cũ patre permanet in cœlo. Videte ubiq; ſacramentũ trinitatis. Ecce & in ſpiritũ ſanctũ credi
1.Cor.13 mus, q ſpiritus ſanctus ꝓcedens de patre & filio charitate coniungit. Manent em̃ fides, ſpes, charitas. Hæc fides in patre, una uirtus in filio. Iſte ſpiritus ipſe eſt, qui propria dona ſingulis tribuit, prout uult. Ecce uidete alia tria. In carnis reſurrectione fides, in uita æterna ſpes, in ſancta eccleſia charitas. Credite carnis reſurrectionẽ. Nam in
Ezech.37 Ezechiele Propheta oſſa arida legimus fuiſſe collecta, quæ ſparſa fuerant, & accepta carne membra ſingula ſe agnouerunt, acceperunt ſpiritum, & reſurrexerunt. Nullus uos ſeducat inanibus uerbis, dicens: Qui à feris comeſti ſunt, qui combuſti ſunt, qui in mari à piſcibus deuorati ſunt: unde reſurgunt, qui tumulati non ſunt, qui ſepultu ram non meruerunt? Ne mireris ad potentiã dei: quia non eſt impoſſibile ei reſtituere, quod erat, qui fecit id quod nõ erat. Credite ergo uitã æternam, ubi mors non nominatur, corruptio, uarietas, miſeria, & tentatio non accidit. Erunt homines in reſurrectione in uita æterna, ſicut angeli in cœlo, per ſanctam eccleſiam peruenientes, quæ mittit perfectos, quæ dimittit peccata, quæ candidatos in martyrio acquiſiuit, quæ caſtos & pudicos perfecit quæ neſcientes ad perfectã ſcientiã perduxit. Nam uox eius eſt, Imperfectũ meũ uiPſal.138 derunt oculi tui: ſed quoniam ipſos perfectos fecit, in libro tuo omnes ſcribẽtur. Quotquot ergo perfecti ſumus, hoc ſapiamus, ut credentes deus pacis ſit nobiſcum, Amen.

AD NEOPHYTOS HOMILIA.

Benedictus deus. Ecce ſtellæ etiã de terra micuerũt, ſtellis cœleſtibus clariores lucentes, in terra ſtellæ propter eum qui in terra de cœlis apparuit. Nec ſufficit ſtellas in terra monſtrari, ſed & die ſuo luce lucente fulgeſcũt: & hoc plus admirationis afferẽt, quòd fulgore ſtellarum noctiũ miniſtrarũ, à præſentibus lumina clariora redduntur. Illæ nanq; Solis aduentu ſuo perfunguntur officio: hæ luce Sole iuſtitiæ properante maiore luceſcunt, & illæ ſeculorũ confuſione depereunt, hæ temporũ fine ſeſe clariores oſtendũt.
Mar.13 De illis etenim dictũ eſt, ꝙ ſtellæ de cœlo cadent, ſicut cadunt folia de uite: de his aũt fulgebunt, inquit, iuſti, ſicut ſtellæ cœli. Quid ſibi uult, quod dixit: Sicut cadunt folia de uite, ſic ſtellæ de cœlo cadent? Sicut enim uites cum uuarum fructibus prægrauãtur, foliorũ auxilium neceſſariũ ut protegantur, expoſcunt: cum autem depoſuerint fructum, neceſſe eſt ut foliis denudentur: Sic ſe habet hoc ſeculum: quandiu habuerit in ſe humanũ genus, tenebit & cœlũ ſtellas, ſicut & uitis folia. Nam nocte pereunte, ſine dubio ſtellarũ utilitas ſimul cum nocte deficiet. Illarũ ignea natura ſtellarum eſt, & iſtæ edocent̃ igneã ſortiri naturam. Sed ibi quidem ignis, quem humanus ſenſus inuenit: hic aũt, quem ſecreta mentis oſtendũt. Ipſe nanq; uos, ait, baptizabit ſpiritu ſancto & igni. Matth.3 Vultis & utriuſq; nomina partis audire? Illis quidem ſtellis nomina hæc ſunt, Orion, Mazaroth, Arcturus, Veſperus, Lucifer. In his Veſperus nullus, ſed Lucifer uniuerſi. Benedictus deus, iterũ dicamus: qui facit mirabilia ſolus, qui facit uniuerſa, & conuertit uniuerſa. Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebãtur paulo antè captiui. Et ciues eccleſiæ ſunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: & iuſtitiæ in ſorte uerſantur qui fuerunt in cõfuſione peccati. Non enim ſunt tantum liberi, ſed & ſancti, non tantũ ſancti, ſed & iuſti, nec ſolum iuſti, ſed & filij, nec ſolũ filij, ſed hæredes, nec ſolũ hæredes, ſed & fratres Chriſti: nec tantũ fratres Chriſti, ſed cohæredes: non ſolũ cohæredes, ſed & membra: nõ membra tantũ, ſed & templũ, nec tantũ templũ, ſed organa ſpũs. Bene dictus deus, qui facit mirabilia ſolus. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates? Sed multis quidẽ uideꝛ cœleſtẽ gratiã in peccatorũ tantũ remiſſione conſiſtere: nos aũt honores cõputauimus decem. Hac de cauſa & iam infantulos baptizamus, ut non ſint coinquinati peccato, ut eis addaꝛ ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, ut eius membra ſint oẽs, ut ſpiritus habitatio fiat. Sed uos dilectiſſimi fratres, ſi tamẽ mihi concediꝛ fraterno ueſtro nomine gloriari. Et me quidem ſimilis beatitudo cõceperat, ſimilis ornauit gratia: ſed poſteriore negligentia firmum nexum cognationis amiſi: ſed date uos mihi fraterno uocabulo nuncupari, propter nimiam ſcilicet charitatem: & uos rogari permittite, ut tantę glorię honorem animoſitas conſequatur. Et tanto magis uos dignos gratia properetis oſtendere, quanto uos inſpicitis in culmine poſitos gloriarũ: etenim tranſactum tempus palæſtra fuit, atq; contentio, & lapſus facilè ueniam merebatur: ab hodierna uero die campus patet uirtutũ exercitationibus dedicatus. Agon inſtat, theatrum præparatur, & ad ſpectaculum cõuenit, non tantum hominũ genus, ſed & cœleſtis etiam cœtus angelorum. Spe 1.Cor.4
ctaculum enim, inquit, facti ſumus mundo, non hominibus tantum, ſed etiã angelis. Angeli ſpectant, angelorum dominus præſidet coronæ certaminis: hoc non tantũ honor, ſed & magna cautela, quando is qui pro nobis animã ſuam poſuit, ipſe ſit probamentum iudiciumq; certaminis. Olympiaco nanq; certamine, & friuolo perditoq; ſpectaculo, impoſitor coronarum, in ipſo contẽtionis examine præeſſe cõſueuit, & in medio certantium loco conſiſtens, nulli parti fauorabili nutu ſubuenire procurat, ſed ipſius certaminis expectat incertum, & ut mente ſic & loco medio continetur: inter noſtrũ aũt & diaboli certamen Chriſtus non media lance cõſiſtit, ſed totus noſter fautor

tor expectat. Et ut scias nostratũ partium spectatorem, peruide quomodo nos tanquã suos unxit oleo lætitiæ, illum ut impẽderet nobis instrinxit, ut cum illum peruiderit cecidisse, calcate, inquit, super ipsum. Nos autem & si cecidisse peruiderit, auxilio suæ releuat maiestatis, & dicit: Nunquid qui decidit, non adijciet ut resurgat? Et dormientes excitat. Exurge, inquit, qui dormis. Vis amplius admirationis inspicere? Nobis deus cœlũ post uictoriam præparauit, illi post uictoriam præparauit gehennam, minatur & pœnam. Ego si uicero, coronabor: ille si uicerit, punietur. Et ut scias maiora ei cum superauerit præparari tormẽta, uicit Adam & supplantauit. Quid igitur meret uictoriæ suę? Supra pectus, inquit, & uentrẽ ambulabis, & terrã mãducabis omnib. diebus uitæ tuæ. Si igit sensibilẽ ita puniuit damnauitq; serpentẽ, qua pœna inuisibilis punietur, si tãtis minister eius tormẽtis cruciatibusq; succubuit? Incunctãter autorẽ maiores stimuli atq; eculei consequent. Etenim si pijssimus pater sui filij reperire ualuerit occisorem: nõ solummodo dolorem suũ, iramq; cõuertit in eũ, sed etiã ipsum gladiũ quo filius perierat, particulatim cõminuit: ita & Christus noster cum à diabolo hominem interemptum esse perui derit: non solum eum tormentis afficit, sed etiam eius gladium obtundit, & ad nihilũ redigit. Confidenter igitur nos reparemus ad pugnã: etenim nobis arma suppeditant ultra splendorem totius auri fulgentia, & fortia, adamantis robore firmiora, totius ignis ardorem uincentia, cunctarũ pondere leuiora pennarum. Nec enim quisquã hæc arma portando quassatur, sed subleuãt membra; & in excelsa perducunt: & in cœlum, si cupieris, cum his sine dubio perfereris, penitus impedimẽto cessante. Rudis nanq; natura horum armorũ uidetur, quia nouatis nouus quotidie exercitatur, homo factus cum dæmonibus litigare compellor. Natus in corpore incorporales inimicos agnosco. Hac de causa mihi thoracem diuinitus non ære confectum, non arte compositum, sed iustitiæ simplicitate præparauit, fidei clypeo roborauit. Armat me gladius meus, uerbum teneo spiritus sanctitatis. Ille suis sagittis armatus est, ego meum gladium teneo: ille sagittarum iaculatione confidit, mihi arma diuersa nõ desunt. Et ut eius formido monstretur, comminus litigare non audet. Iaculorum longitudinem semper affectat, ut mittat si peruiderit negligentẽ. Et aliã mihi deus ultra tutelam donauit armorum. Quid illud? mẽsam præparauit, cibum satietatis ostendit, ut post epularum refectionem inimicũ possim robustius superare. Cum enim te egredientẽ post conuiuiũ dominicum uiderit inimicus, post cœlestes epulas tanquã ignem leonis ore flammantem fugit, & deserit omni uento uelocior, nec approximare contendit: & cum cruentã linguã tuam de longe ille crudelis perspexerit, mihi crede non stabit: & cum os tuum senserit rutilare, gressum suũ retro cum timore torquebit. Vis huius sanguinis audire uirtutem? Redeamus ad eius exemplũ, & priorem typum recordemur, & pristinam scripturam narremus: In Ægypto nocte media Ægyptijs de us plagam decimam minabatur, ut eorum primogenita deperirent, quia primogenitũ eius populum detinebant. Sed ne amata plebs Iudæorum unà cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat uniuersos, remedium discretionis inuentum est. Proinde exemplum mirabile ut discas in ueritate uirtutem, ira diuinæ indignationis sperabat, & mortifer domus singulas circũibat. Quid igitur Moses? Occidite, inquit, agnũ anniculum, & sanguine eius linite ianuas. Quid ais Moses? Sanguis ouis rationabilem hominẽ liberare consueuit? Valde, inquit: nõ eo quòd sanguis est, sed quia dominici sanguinis per eum demonstratur exemplum. Nam sicut regnantium statuæ, quæ sine causa sunt atq; sermone, nonnunquam ad se confugientibus hominibus, anima atq; rationibus decoratis subuenire cõsuerunt: nõ quia sunt ære confectæ, sed quia retinent imaginem principalem: ita & sanguis ille qui irrationalis fuit, animos habentes homines liberauit, non quia sanguis fuit, sed quia huius sanguinis ostendebat aduentum. Et tũc angelus ille uastator, cum linitos postes atq; aditus peruideret, transiecit gressus, et non est ausus intrare. Nunc ergo si uiderit inimicus non postibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore lucentem sanguinem ueritatis, Christi templi postibus dedicatũ, multo magis se subtrahit. Si enim angelus cessit exemplo, quãto magis terrebitur inimicus, si ipsam perspexerit ueritatem? Vis & aliam huius sanguinis scrutari uirtutem? Volo, unde primum currit incipias, & de quo fonte manauit. De ipsa primũ cruce processit, latus illud dominicum initium fuit. Mortuo enim, ait, Iesu, & adhuc in cruce pendente approximauit miles, latus lãcea percussit, & exinde aqua fluxit, & sanguis. Vnum baptismatis symbolum, aliud sacramẽti: ideo nõ ait, exijt sanguis & aqua, sed exijt aqua primũ & sanguis: quia prius baptismate diluimur, & postea mysterio dedicamur. Latus miles aperuit, & templi sancti parietem patefecit. Et ego thesaurũ præclarum inueni, & fulgentes diuitias me gratulor reperire. Sic & de illo agno factum est. Iudæi ouem occiderunt, & ego fructũ de sacramento cognoui. De latere sanguis & aqua. Nolo tam facile auditor transeas tanti secreta mysterij. Restat emẽ mihi mystica atq; secretalis oratio. Dixi baptismatis symbolũ & mysteriorum aquam illam, & sanguinem demonstrari. Ex his enim sancta fundata est ecclesia per lauacri regenerationem, & renouationẽ spiritus sancti: per baptisma, inquam, & mysteria quæ ex latere uidentur esse prolata. Ex latere igitur suo Christus ædificauit ecclesiã, sicut de latere Adam eius coniunx Heua prolata est. Nã hac de causa Paulus quoq; testatur dicens: De corpore eius, & de ossibus eius sumus, laus uidelicet illud significans. Nam sicut de illo latere deus fecit fœminã procreari: sic & de suo latere Christus aquã nobis & sanguinem dedit, unde repararetur ecclesia: &

Matth. 3

Luc. 10

Psal. 40

Eph. 5

Gen. 31

1. Cor. 4

Exod. 11

Exod. 12

Leuit. 1

Ioan. 19

Eph. 5

ſicut in ſopore quieſcentis Adæ deus lateris mẽbra patefecit: ſic modo poſt mortem aquã nobis donauit & ſanguinẽ. Et ſopor ille nunc mors eſt, ut diſcas mortẽ nulla ſoporis ſeparatione diſcerni. Videte quemadmodum ſponſam ſibi Chriſtus coniunxit, uidete quo nos cibo ſatietatis enutrit. Ipſe nobis cibi ſubſtantia eſt, atq; nutrimentum. Nam ſicut mulier affectionis natura cogẽte, genitum alere ſui lactis fœcũditate feſtinat: ſic & Chriſtus quos ipſe regenerat, ſuo ſanguine ſemper enutrit. Igitur quoniam nos tantis bonis agnouimus eſſe perfunctos, uitã congruam peragamus, & ſymbola illa atq; pactiones quibus ſumus conſtricti, cordibus noſtris inhæreant. Vobis proclamo, cautiones uel chirographa peccatorũ noſtrorum ſcinduntur: quia nũc eſtis recenti lumine illuſtrati. Sed & uos hac admonitiõe cõſtringo, quos olim quoq; ſimilis beatitudo ſuſcepit. Cõmunis etenim hæc ratio nobis eſt, idem ſermo, cõmunis obligatio: quoniã æque & fœdera nobis cũ illis communia: non atramento, ſed ſpiritus reçordatione conſcripta: non calamo, ſed linguæ puritate firmata: hoc enim calamo cum deo pactiones conſcribi conſuerunt. Et ideo Dauid ait: Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis. Confeſſi ſumus huius imperiũ, diabolicam negauimus tyrannidem. Hoc chirographum, hoc pactũ, hoc ſymbolum docetur eſſe conſcriptum: uidete ne chirographario inueniamur iterũ debitores. Venit Chriſtus, & paternis nos cautionibus inuenit adſtrictos, quas conſcripſit Adam. Ille initiũ obligationis oſtẽdit, peccatis noſtris fœnus accreuit: ibi maledictio fuit, & peccatum & mors, legiſq; condemnatio: & hęc omnia Chriſtus deleuit atq; conceſſit, & clamat Paulus dicens: Chirographũ peccatorum noſtrorum quod erat aduerſariũ & ipſum tulit de medio, affigens cruci: nõ dixit, delens, non cataractans: ſed crucí affigens, ut prorſus eius nec ueſtigia remanerent: ideo nõ deleuit, ſed cõſcidit. Crucis enim clauí diſſipauerũt illud, ut in eo nulla de poſtero remaneret utilitas. Et hoc nõ in angulo, nec ſecretim, ſed in mundo medio omnium uidentibus oculis, in excelſo ligno nexum eius euacuat. Inſpiciant quidẽ angeli, conſiderent archangeli, & cũ omni admiratione cœleſtes peruideãt poteſtates. Nec aduerſarios hoc lateat, nec dæmones, nec ipſum diabolũ, quí nos debitis obnoxios effecerũt. Scinduntſub fœneratoribus cautiones, ne nobis in poſterum moleſtię præparẽtur. Quoniã igitur prius chirographum omnibus uirib. caret, inuigilemus ne nos alia obligatio altercq; nexus adſtringat. Crux eñ ſecunda non eſt, nec altera remiſſio peccatorũ: per lauacrí regenerationẽ eſt nanq; remiſſio, ſed non conceditur per lauacrum. Et ideo inuigilemus, & arripiamus ſolicitudinẽ. Propter hoc enim de Ægypti finibus emigraſtis. Nec illius terræ iterũ ſeruitia cogitemus, ne ueluti lateris commemoratio habeatur: later etenim eſt iſtius uitæ dementia. Nam & ipſa ſpecies auri fulgentis nondum arte compoſita, nihil aliud niſi terra monſtratur. Vidiſtí mirabilia longè maiora, quàm Iudæi in illo tẽpore Ægyptum relinquentes: non uidiſtí armatum Pharaonem ſuffocatum, ſed uidiſtí diabolũ mole ſuppreſſum. Illí fluctus & pelagus tranſierunt, tu mortem tranſiſtí: illi Ægyptiorum ſeparatione alienati ſunt, tu dæmonũ liberatione gratularis: illi iugum amiſerunt barbaricæ ſeruitutis, tu quod durius eſt, à peccatorum ſeruitute liberatus es. Vis aliũde quoq; cognoſcere unde honor tibi eſt amplior attributus? Iudæis tunc Moſi uultum glorificatum nõ fuit uidere cõceſſum, Adæ conſerui, & Adæ ſanguinis neceſſitate cõiunctí: tu autem Chriſti uultũ in ſua gloria peruidiſtí. Et clamat Paulus dicẽs: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculamur. Illí tunc habuerunt Chriſtum ſubſequentem: ſed nos hodie plus meremur habere protegentẽ. Et illos quidẽ propter Moſi gratiam Chriſtus dominus ſequebat: nobis autem hoc non tantum nouelli Moſi cauſa conceditur, ſed etiam propter obedientiã ueſtrã. Illis poſt Ægyptum cuncta deſerta ſerpentibus plena, ſed nobis cœlum poſt Ægyptum præparatur diuerſis manſionibus plenum. Illí habebant ducem Moſen, nos dominum ſaluatorẽ. Hoc de iſto Moſe ſi quis dixerit, mihi crede, nõ errat. Nã & huius labia ſpiritus lenitatis amplexus eſt, huius animæ ſpiritus manſuetudinem tenet. Moſes tunc manus ad cœlum leuauit, & manna panem protulit angelorum: iſte Moſes dexterã tetendit ad cœlum, & protulit panem cœleſtem. Ille percuſſit petram, & fontes aquarũ protulit: iſte proximans menſæ petram percuſſit ſpiritualem, & fontes ſpirituales oſtendit. Ideo nanq; menſa ut fons in loco medio collocetur, ut undiq; circumſtantia ſatientur armenta: ut ſalutaris ille meatus abundanti largitate decurrens, nullum ſitis rabie deperire permittat. Quoniã igitur talis nobis hic fons eſt, taliſq; uita noſtra conceditur, & omnib. bonis menſa completur, ut undiq; nobis affluat largitio ſpiritualis: accedamus cum corde ueritate ſuffulto, cum pura conſcientia, ut accipiamus gratiam, & miſericordiam, & auxilium opportuno tempore, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſtí, per quem, & cum quo gloria patrí, cum ſpiritu ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 44

Col. 2

Exod. 34

2. Cor. 3

AD BAPTIZANDOS HOMILIA

Quòd ſacramentorũ traditio cathecuminis adſtantibus recitari non debet. Et cur lauacrũ iterũ regenerationis, & non remiſſionis dicit peccatorũ. Et quia nõ ſolũ peierare nõ cõuenit, ſed & bene iurare periculoſum eſt.

Quàm dulcis iſta fratrũ caterua conuenit. O quàm ſuauis dilectiſſimorũ cœtus inſpicit. Fratres enim uos & ante dolores partus, nomino: & ante cognatiõis affectionẽ, uocabulo charitatis appello. Noui etenim, optimeq; nõ neſcio: quantũ uos paulò poſt beatitudinis culmen excipiet, & quantã tenebitis poteſtatem. Quemadmodum

admodum autem eos precibus multi ambiũt sup
plices, quos spes est ad dignitatum fastigia eleuã
dos: & futuri potentatus gratia adulationibus eis
sese commendare festinant: & ante potestatis tẽ-
pus se sociant, ut futura mereantur: hoc & ego fa-
cio, hoc mihi præparo, hoc diligenter excogito.
Nõ enim ad simplicem gloriam eleuari speratis,
sed ad ipsam imperij potestatem: imò nec simpli-
citer ad ipsum imperium, sed cœleste. Et ideo uos
peto, ideo omni deprecatione uos posco: ut quan
do ad illud regnũ ueneritis, mei memores esse ue
litis. Et sicut Ioseph pincernarum principi dice-
Exod. 34
bat: Memento mei, cum benefactum tibi fuerit,
Gen. 40
Hoc & ego nũc peto, Hoc dico, Memẽto mei,
2. Cor. 3
quando uobis benefactum fuerit: nec uicem sicut
ille, somnij interpretationis exposco. Non enim
sum somniorum interpres, sed cœlestium secreto
rum, qualia nec oculus uidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis ascenderunt: talia sunt, quæ
præparauit deus diligẽtibus se. Et Ioseph quidem
ad Archicœnum dicebat: Adhuc triduum, & resti
tuet te Pharao ad Archicœniam: ego autem non
dico, post triduum ad officium tyrannici ministe
rij uenietis: sed post triginta dies nõ uos Pharao,
sed cœlorum dominus ad pristinam patriã reuo-
cabit, & Hierusalem cœlesti restituet. Et ille dice
bat, quia à te calicẽ manus tyranni suscipiet: ego
autem dico, quòd ipse imperator, ipse dominus,
tuis manibus terribilem calicem ministrabit, qui
honore utrancp superat creaturam, & omni uirtu
te decoratur. Norunt istius calicis uirtutem, qui
sunt diuinis consecrati mysterijs: sed & uos paulò
post poteritis addiscere. Mementote igitur mei,
quando uos illud suscipiet regnũ, quando regale
uos proteget indumentum, quando purpura do-
minico sanguine tincta decorabimini, quãdo co
ronam Solis radijs splendidiorem sentietis in ca-
pite. Talia enim illius sponsi dona esse consueue-
runt, quæ nostrum quidem meritum uincunt: sed
dantis sunt congrua pietati. Et ideo uos ante in-
gressum sancti thalami beatos appello. Nec solũ
beatos nomino, sed & benignitatis laudo, quòd
non sicut nonnulli, ad baptismi perceptionem fi-
nem uitæ expectare uoluistis: sed temporis formi
dantes incertum, tanquã boni serui domini præ-
cepta seruastis: & eisdem animæ colla cum omni
benignitate supponitis, & iugũ Christi cum omi
suauitate suscipitis, & sarcinã leuem sentitis. Nam
licet similem etiam illi consecrationem mereant:
sed non illis similis est uoluntas, nec rerum simi-
lis præparatio. Nam illi iacentes in lectulo perci-
piunt: uos aũt in ecclesiæ finibus, quæ mater om-
nium est, meremini consecrari. Et illi flentes, uos
læti & exultantes: illi ululantes, uos autem deum
glorificantes: illi ualetudinis omnino calentes ar
dore, uos spirituali suauitate cõpleti. Hic omnia
conueniũt gratiæ, ibi nihil conuenit gratiæ. Nam
ibi fletus, ibi lamentatio, & ipsa sacrorũ traditio-
ne circumstantium lacrymę, fletusq; cunctorum.
Adstant ululantes filij, cõiunx brachijs laceratis
ingemiscit, amici tristantur, lugent seruuli, & ipsa
A domus tristitia quadam imitatur infernum. Et si
ipsius cor iacentis inspicias: adstantibus eum re-
peries tristiorem. Nam sicut pelagus diuersis flati
bus agitatum, in multas diuidit partes: ita & lan-
guentes diuersis cogitationibus occupati, multis
solicitudinibus prægrauantur. Quando enim in-
fantes uiderit filios, eorum imbecillitate stimulat
annorum: quando matronam paulò post relictu
rus inspexerit, uiduitatis cogitatione conteritur:
quando familiam cogitauerit, eius separatione la
ceratur: quando seipsum inspexerit moriturum,
omnibus nebulis solicitudinum circũdatur. Talis
illius animus est, & in illa turbela domos sacer-
dos ingreditur, ipso languore circũstantibus exe
crabilior. Nam medici uoce, qui iacentem despe-
B ratum nuntiat, putatur illo tempore desperatior
sacerdotis ingressus: & mortis æstimatur indiciũ,
quòd æternæ uitæ materia est. Sed nondum mo-
lem calamitatis edixi: nondum malorũ cacumina
demonstraui. Nam nonnunquam cũ necessaria
præparantur, anima separatur, anima diuellitur
è corpore. Sæpius & adhuc in corpore constituta
nihil magnum cõmoditatis agnoscit. Nam quan
do nescit adstantes, quãdo uocem prolatam non
audit, quando illa uerba, quæ sponsionem com-
muni omnium domino facere cõsuerunt, profer-
re non potest, sed tanquam lignum aut lapis im-
mobilis actiuetur: quid utilitatis sacrorum tradi-
tione præstatur? Etenim in tanti perceptione my
sterij uigilare uos cõuenit, & totius solicitudinis
C uincula laxare, & mundam domũ tanquam ipsi
regi aduenienti præparare. Talis mentis uestræ
perceptio sit, talis animositas inuitetur. Et dignã
quidem uicem de cœlesti sperate subsidio, qui re
pendere cõsueuit eis, qui eius audire præcepta fe
stinant. Sed & quia conseruum cõdecet, quæ sua
sunt conferre conseruis, & nostra uobis confera-
mus: imò non nostra, quia & ipsa dominica sunt.
Quid enim, inquit habes, quod nõ accepisti? Sed 1. Cor. 4
& si accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis?
Et uellem hoc quidem primũ meo declarare ser-
mone, cur maiores nostri totius anni diebus præ
teritis hoc in tẽpore ecclesiæ filios consecrare uo
luerunt: & cur post nostrum magisterium imbuti
pedibus nudis, uno tãtum uestimento concesso,
D ad uoces exorcizantium accedũt. Non enim te-
mere nec sine ratione & hunc habitũ, & hoc tem
pus illi constituerunt. Sed hoc utrunq; habet my
sticam & secretam rationem. Sed, ut dixi, uellem
uobis hoc antè mõstrare. Sed quia necessario ser-
mone prouocamur, necessarium est hæc interim
præterire. Nam primo necessariũ est dicere, quid
sit baptismus, & cuius causa hoc ad nostrã uitam
peruenit, & quanta nobis bona præparat. Sed si
uultis, de ipsius mysticæ purificationis uocabulo
dicamus. Non enim ei unum uocabulum est, sed
multis & diuersis nominibus nuncupatur. Nam
hæc expurgatio lauacrũ iterum regenerationis
dicitur: Saluauit enim, ait apostolus, nos per laua Tit. 3
crum regenerationis & renouationis spiritus san
cti. Dicitur & illuminatio: & ita illud Paulus apo

Heb.10 ſtolus nũcupauit. Recõmemorate nanq;, ait, prio A
res dies, quib. illuminati multã colluctationẽ ſu-
Ibid.6 ſtinuiſtis paſſionũ. Et iterũ, Impoſſibile eſt eos,
qui ſæpe illuminati ſunt & guſtauerunt donũ cœ
leſte, & participes facti ſũt ſpiritus ſancti, & lapſi
ſunt: iterũ renouari ad pœnitentiã. Vocaẽ & bap
Gal.3 tiſma: Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis,
Rom.6 Chriſtum induiſtis. Vocatur & ſepultura: Conſe
pulti enim, ait idem, ſumus per baptiſmũ in mor
Col.2 tem. Vocaẽ circũciſio: In quo, inquit, & circũciſi
eſtis circumciſione nõ manu facta in expoliatio
Rom6 nem corporis peccatorũ carnis. Vocaẽ crux: Ve
tus etenim, inquit, homo crucifixus eſt, ut conuer
tatur corpus peccato. Eſt & alia uocabula multa
proferre: ſed ne omne tempus diuinæ gratiæ nũ-
cupationibus erogemus, ad prius dictum nomẽ B
redeamus, & huius ſignificatione monſtratũ ſer-
monem finiamus. Sed interim paulò ſuperius di-
cta tractemus. Eſt omniũ hominũ lauacrum com
mune, quod ſordes corporis lauare cõſueuit. Eſt
& lauacrum Iudaico illo quidem lauacro melius,
ſed quod cœleſti gratia ſuperaẽ. Nã & ipſum ſor-
des corporales extergit, ſed nõ ſimpliciter corpo
rales, ſed & imbecillem conſcientiã tangit. Nam
multæ res ſunt, quæ natura quidem ipſæ nõ ſunt
immundæ, ſed imbecillitate cõſcientiæ efficiunt
immundæ. Nam ueluti perſonæ tragicę arte qui-
dem feras repræſentant, quũ nullũ ſuapte natura
incutiãt terrorem: infantulis tamen formidabiles
conſpiciunt eſſe, idq; imbecillitate naturę cõtuẽ-
tium: ad eum modũ quæ iam diximus, puta ſi iam C
emortuũ corpus contingaẽ, id ſuapte cõditione,
immundum non eſt: uerũ ſi puſillanimi occurrit,
iam eum reddit immundũ, qui tetigit. Nam quia
non ipſa rei natura eſt immunda, ipſe Moſes, qui
iſta cõſtituit, demonſtrauit: qui Ioſeph mortuũ ſe
cum portabat, & mundus nihilo minus permane
bat. Ideo & Paulus de iſta non immunditia quæ
non ſui natura, ſed ex puſillanimi conſcientia ue-
Rom.14 nit, demonſtrans, dicit: Nihil cõmune per ſe: niſi,
qui cogitat cõmune. Vides immũditiam non ex
ipſa rei natura, ſed ex conſcientiæ imbecillitate
proferri. Et iterũ, Omnia quidem munda: ſed ma-
lum illi homini, qui cũ offenſione manducat. Au-
dis & hic quòd non edere, ſed cum offenſa edere,
cauſa immũditiæ eſt? Nunc igiẽ ſordes corporis D
Iudaicum lauacrũ emundabat. Diuinæ aũt gratię
lauacrũ nõ corporis, ſed animæ maculã, ſordesq;
mundare cõſueuit. Non eñ eos, qui mortua cor-
pora tetigerũt, ſed eos qui operibus mortuis præ
grauantur, efficit mundos. Etſi mollis, etſi forni-
cator, etſi idolis ſeruiens, & ſi quid aliud huiuſmo
di gerens quiſpiam reperiatur, etſi omni humana
deteſtabilitate fuerit prægrauatus, etſi totius ma-
litiæ nodis adſtrictus: cum ad illam natatoriã ue-
nerit, cũ illius fontis diuinos ſenſerit riuos, Solis
radijs mũdior eleuaẽ. Et ne putes ambitionis gra
tia hæc uerba proferri: audi Paulum, de huius la-
1.Cor.6 uacri uirtute dicẽtẽ: Nolite errare, nec hi q idolis
ſeruiũt, nec fornicatores, nec adulteri, nec molles
nec maſculorũ cõcubitores, nec ebrij, nec auari,
nec fures, nec ſuſurratores, nec rapaces, regnũ dei
poſſidebunt. Sed inquis, Quid hoc ad tractatum
propoſitũ? Nã hoc quęriẽ, ſi omia lauacri mũdan
tur uirtute. Et ideo accipe quæ ſequunt. Et hæc,
inquit, quidẽ eratis, ſed lauatieſtis, ſed ſanctificati
eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine dñi noſtri Ieſu
Chriſti, & in ſpiritu domini dei noſtri. Nos quidẽ
pollicemur uobis oſtendere totius malitiæ uincu
lis abſolui, & omni immunditia liberari eos, qui
hoc lauacrũ promerenẽ: uerũ ratio longè maiora
declarat. Non enim mundos tantũ, ſed & ſanctos
& iuſtos effectos oſtendit. Non enim dixit, lauati
eſtis tantum: ſed & ſanctificati, & iuſtificati. Quid
hac re mirabilius, quid inopinatius demonſtraẽ:
quando ſine certamine, quando labore ceſſante,
quando minimè ſudore decurſo, iuſtitia procrea-
ri cõſpiciẽ? Talis etenim diuinæ gratiæ miſericor
dia eſt, ut iuſtos faciat, ſudore ceſſante. Nã ſi im-
peratoris præceptio paucis cõſcripta literis mul-
torum criminũ reos liberare cõſueuit, alijs quoq;
præſtare culmina dignitatũ: multo magis dei ſpi-
ritus ſanctus & cuncta potens, omni uos malitia
liberabit, & multã iuſtitiam largieẽ. Et ſicut ſcin-
tilla ignis exigua in profundi maris pelagus ca-
dens aquarũ copia nõ paulatim, ſed ſtatim extin-
guitur, & illico nihilum eſſe demonſtraẽ: ita & o-
mnis humana malitia quando ad natatoriam cœ
leſtium fontium ualuerit peruenire, illius ſcintillę
facilius extinguitur ardore. Et ob quã cauſam, in
quis, hoc quod nobis peccata cõcedit, non laua-
crum remiſſionis peccatorũ dicitur, nec lauacrũ
purificationis, ſed lauacrũ regenerationis? Quia
nõ nobis ſimpliciter peccata cõcedit, nec ſimpli-
citer nos purificat malis actibus implicatos, ſed
tanquam è cœlo generatos efficit. Nam de cœlo
nos condit, & inde conficit: non de terra compo
nens iterum, ſed alio nos elemẽto, id eſt, per aqua
rum naturã progenerat. Non enim uas ſimplici-
ter purgat, ſed integrum nouat iterum. Nam cum
uaſa purgantur, & ſi diligentia multa terguntur,
quædam ueſtigiũ nihilominus retinent uetuſta-
tis, & priſtinã maculam nõ amittunt. Illa aũt quæ
conflatorio committuntur, cum flamma fuerint
renouata, omnem maculam præteritæ fœditatis
amittunt, & nunc primũ confectis non diſſimilia
proferunt æquali fulgore micantia. Vt igitur ſta-
tuam auri metallo confectam aliquanti temporis
metis, fumo & puluere & ęruginis ſordibus coin
quinatam, cum artificis manus acceperint, reno-
uant fornacis ardore, & ſplendidam nobis luci-
damq; demonſtrãt: ita & noſtrã naturã deus ęru-
ginatam mole peccati, & malorũ geſtorum fumo
uiolatam, & omni pulchritudine, quam primo ei
donauerat, denudatam, in illos aquarum fontes,
tanquam in purgatoriũ mittit: & pro flamma, ſpi
ritus gratiam ſubminiſtrat, & exinde rudes effe-
ctos etiam ſolis radijs eleuat clarius lucentes, ue-
terem hominem cõterens, nouum aũt oſtendens
longè meliorẽ: & iſtam nobis quaſſationẽ & my
ſticam purificationẽ obliquo ſermone olim Pro-
pheta demonſtrabat, dicẽs: Sicut uaſa figuli, con-
Pſal.2
teres

teres eos. Nam quia de fidelibus loquit: superius nobis manifeste declaratur, quũ ait: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ. Vidisti quemadmodũ ecclesiam gẽtium commemorauit, & ubiq; extentũ Christi nominauit imperiũ. Et propterea ait: Reges eos in uirga ferrea, non graui, sed forti: sicut uas figuli conteres eos. Ecce & lauacrũ sentitur mystice. Nõ enim dixit, sicut uasa fictilia: sed sicut uas figuli. Et ideo attendamus, & diligentius audiamus. Nã confracta uasa fictilia iam nulla emendatione corriguntur, semel figuram per flammas sortita: uasa autem figuli non sunt fictilia, sed argilla cõposita. Inde & si quo fuerint casu peuersa, facile ad figuram pristinam artificis reformantur industria. Et ideo quando calamitatem sine remedio dicit: Non uas figuli, sed uas fictile nominat. Nã quando Propheta monstrabat Iudæos cũ ciuitate supplicijs extremis traditos, & nullum eis remedium promittebat, iussit accipi uas fictile, & ante omnem confingere populum: & dicit, quia ita ciuitas peribit. Quãdo autem spem eis pollicetur, prophetam ad figuli uas adduxit: & illi non ostendit uas fictile, sed argillam ei, in manibus positã demonstrat artificis, quæ etsi ceciderit, reformatur tamen. Ideo sequitur, dicẽs: Si iste figulus, ait, hoc uas lapsum iterum renouat, nõ multo magis ego uos potero lapsos corrigere? Et possibile quidem deo est non solum de argilla factos corrigere per lauacrum regenerationis, sed & spiritus accepta uirtute, & lapsos post pœnitentiam ueram ad statum pristinum reuocare. Sed non nunc temporis est de pœnitentia nobis proferre sermonem, imò nunquam necesse sit talia uobis remedia demonstrare, sed contingat semper uos pulchritudinem, quam estis accepturi, intactã inuiolabilemq; seruare. Sed ut semper tales durare possitis, de conuersatione uobis pauca narremus. Nam in palæstra athletis semper cessante periculo exercitatio est, & lapsus facilè ueniam promerent. Nam suis certatur, & magistrorũ corporibus meditantur. Sed quando agonis dies, quando certaminis tempus aduenerit, quando stadium patet, quãdo omnes ad spectaculum fuerint congregati, quando agonotheta præsidet, quando monstratur corona uirtutis: tunc necesse est, aut lapsum pudore infamatũ, pœnas dedecoris suæ negligentiæ sustinere, aut solertiæ palmã sustinere uincentem: Ita & uobis horum dierũ trigínta spaciũ exercitatio & meditatio est. Sed exhinc discamus euincere, & aduersariũ dæmonẽ superare properemus. Nam contra illum, magnum nobis est certamen. Post lauacrum igitur, eum iam supplantare discamus: & unde nobis insidiatur, inuenire curemus: & unde facilè poterit superari, ut in agonis ipso certamine, nulla nouitate terreamur, sed eius insidijs agnitis, arte, fraudeq; comperta securi cum omni fiducia dimicare possimus. Vndiq; nobis insidias præparare cõsueuit, sed facilius lingua & ore peccante. Nullum enim æquè congruũ illi organum

Hier. 18 et 19

Psal. 2

A in ministeriũ est interitus atq; peccati. Nam inde nobis mors, inde lapsus, inde perditio, inde naufragium præparat. Nam & mentiũ lapsus ex linguæ garrulitate uenientes quidam declarans, ait: Multi ceciderunt per gladiũ: sed nõ tanti, quanti per linguam. Et grauem casum demonstrare festinans, ait: Lapsus de pauimento, aut lapsus de lingua. Quod dicit, tale est, Cõducibilius est, inquit, ruere & corporis sentire iacturam, quàm uerbum tale proferre, unde anima poterit deperire. Et sua det multã ori adhibere cautelam, dicens: Fac ori tuo ostium & feram. Non ut portas corpori faciamus, sed ut nõ facilè uerba proferantur, & ad incongrua dicenda sese lingua cum omni cautela contineat. Et alibi ostendens, quia ad hanc seram

B retinendam solertiæ nostræ, etiam diuinũ necessarium sit auxilium: unde & ad deum manum protendens, dicebat: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Et qui priora persuasit, ipse iterũ ait: Quis dabit ori meo custodiã, & labijs meis sigillum astutiæ? Vides hoc lapsos singulos formidare, uides omnes lamentari, omnes suadere, omnes orare, linguam suam cautela custodire ac retinere? Et cur, inquis, hoc membrum quod tantum nobis periculũ adfert, deus ab initio dedit? Quia & multum nobis hinc commoditatis est, & uolẽtibus nonnunquã prodesse consuescit: nec mortẽ habet, nec peccatum concedit inuito. Et audi quid ille ait: In manu

C linguæ uita & mors. Et Christus significans ait: De sermonibus tuis iustificaberis, & de sermonibus tuis adiudicaberis. Media nanq; utriusq; partis lingua est, & si utriusq; est, tu dñs es. Nã & gladius in medio positus, siquidẽ fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipienti reperitur: si uero tenentis uisceribus inferat, mortem præparat inferenti: nõ quia talis ferri natura, sed quia utentis tale cõsilium est: ita & lingua æstimetur gladius in medio positus. Armet aduersus peccata tua, non ad fratris plagã præparetur. Et ideo deus eam uelut muro duplici uoluit circũdari. Nam dentium tegmine, & labiorũ custodia continetur, ne uerba improuida garrulitate proferantur. Refrena igit linguam: & si non patitur reticere, dẽtium morsu quiescat, & tanquam carnifici tradatur dentibus.

D Nam hoc est eam conducibilius sustinere, q̃ postea aquæ stillationem nullatenus promereri. Et alia quidem multa peccata admittere consueuit: ut cum blasphemat, cum turpia uerba componit, cum calumniat, cum iurat, cũ peierat. Sed ne hodie uniuersa tractantes, mentes uestras latius occupemus: unã interim uobis indicimus legẽ, nequando uestrũ quispiam iuret. Nam hoc prænuncio atq; prædico, quòd si quis non dico periuria, sed etiam iurationes iustas de cætero nõ declinet, non promerebitur sermonẽ nostrũ. Nam ut stultum est magistros quidem puerilium studiorũ infantibus ante secũda magisteria narrare, nisi priora eorũ cordib. inhæsisse cognouerint: ita & nos nondum mentibus uestris nostro sermone affixo

Eccl. 28

Psal. 104

Eccl. 22

Prouer. 18

Matth. 12

alios uel tractatus offerre & facere, ut putidus è dolio liquor hauriatur. Ne igitur uos amara prohibitione tristemini: date operã, ut præceptis cõmodetur effectus. Nam hoc peccatum ualde crudele est, nec adeo ualde crudele putat: & hac de causa illud timeo, qa nullus illud pertimescit: sed sicut simplex sermo prolatus reatum non uidetur afferre, ita & iusiurandũ esse putatur, si cũ multa fiducia hoc profertur illicitum. Et si quis increpauerit, risus mouet, iocos narrare putatur: & ideo de hac re sermonem longius protraho. Funditus etenim hoc amputare festino: & multi temporis malum radicitus euellere cupio, non tãtum periuria, sed ipsas quoq; iurationes. Sed ille, inquis, iurat homo, qui mitis est, & cui est sacerdotiũ commendatum, & qui in multa castitate & reuerentia conuersat. Nolo mihi hũc sanctum, hunc mitem, hunc pudicum, hunc proferas sacerdotem: sed si Petrum mihi, si Paulum, si de cœlo angelum narres: nec sic personarũ dignitate terrebis. Nam legem non seruilem, sed dominicã de iureiurando lego: & quando imperiale constitutum recitatur, omnis seruilis dignitas conquiescat. Etenim, si Christum hoc mandasse poteris approbare, aut quia hoc Christus nõ punit, ostẽdere: acquiesco. Sed si cum tanta prouisione hoc fieri prohibet, ut iurantem maligno sociaret (nam superfluum, inquit, horum, diaboli est) quid mihi aliũ atq; alium commemoras, quid aliquorũ nominas facta? Nõ enim ex seruorũ negligentia, sed ex sua præceptione, sortem tibi deus attribuit. Iussit, inquit, præceptis obtemperare. Congruum est & non cuiuslibet facta memorare: nec aliena mala cõuenit imitari. Nam & magnus ille Dauid peccauit, & grande peccatũ. Quid ergo? Ideo nobis sine periculo peccare conceditur? Non. Nam hac de causa cauere debemus, & facta fortia imitari sanctorũ. Et si aliqua negligentia, legis præcepta uiolata sunt: cum omni festinatione transire nos cõuenit. Non enim ad cõseruos nobis, sed ad dominũ ratio est. Huic omnium gestarũ rerum necesse est nos reddere rationes. Ad illud igitur nos iudicium præparemus. Nam licet magnus & admirabilis ille sit, qui hanc legem respuit, pœnam sine dubio calcatæ huius præceptionis exoluet. Non enim est deus personarũ acceptor. Quo igit̃ modo, quoue subsidio, hoc poterimus declinare peccatum? Nõ enim solum conuenit crimen crudele monstrare, sed potius criminis ultione liberari. Est tibi coniunx, sunt filij, est amicus, est seruulus, est uicinus, est sanguinis cognatione sociatus: festina omnib. huius legis præcepta narrare. Sed, inquis, Dura res consuetudo, & quæ facilè mutari non possit: & quæ nos nonnunquam & inuitos trahit, & nolentes cõmittere cogit illicita. Igitur tãto te huius mali reatu liberare festina, quanto consuetudinis uim necessitatemq; cognoscis, & ad aliam consuetudinẽ migrare propera. Nam sicut te praua consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere, ut & uolentem te iurisiurandi lapsibus non permittat euinci. Nam reuera multum consuetudo præ-

Matth. 5

ualet, & iura didicit immutare naturę. Vt igit̃ nõ assiduè doleamus, ad aliam consuetudinem demigremus: & ab omnibus tibi singulisq; coniunctis hoc postula, hoc pete beneficium, ut te iurantem arguant, ut confundant. Nam cum te afficiunt tua confusione autorem, & sibimet similia largientur. Nam qui alterum, ne iuret, arguit: nec facile se præcipitare patietur in periurium. Etenim est iurandi peccatum: & nõ solum cum de rebus friuolis, sed etiam cum de maioribus celebratur. Nos autem & cum uilia comparamus, & cum de uno numo contendimus, & cum aduersus seruulum commouemur, deum testem inuocamus. Et hominis quidem ingenui & aliqua dignitate muniti, in publico ad huiusmodi res non audemus testimonium postulare, ne & iniuriarum contra nos uindicta procedat: deum aũt cœlorũ regem, angelorũ dominum, & cum contrahis, & cum loqueris & cum quibuslibet sermonibus delectaris, aduocas testem? Vt igitur hoc crimine liberemur, inuicem admoneamur, insitum tempus constituamus, & tempus dierum decem. Volentibus enim & uigilantibus & hi sufficiunt dies, quò penitus hoc crimine cõsuetudinis liberemur: & post decem dies nihilominus si illaqueati reperiamur, pœnam nobis constituamus. Sed inquis, Dicito pœnã, propone uindictam. Hoc iam non meum, sed uestrũ est: & si ita circa nos non solum iureiurando, sed & in alijs cõuersationib. præcauere uoluerimus, constituentes tempora, pœnas indicentes, mundi ad nostrum dominũ ire poterimus, ut de ignis gehenna liberemur, & cũ omni fiducia tribunal Christi uidebimus, quam omnes liceat obtinere per Iesum Christum dominum nostrum, &c.

DE MILITIA SPIRITVALI HOMILIA.

BONA quidem sunt & utilia regis ad eos, qui imperio eius subiecti sunt, legum statuta: sed maiora, & angustiora illa præcepta sunt, quę militantibus obseruanda decernit. At ergo nunc ad militiam spiritualem cœlestis regis mandata prædicantibus nobis diligenter attendat omnis, qui magnæ & supernæ dignitatis est cupidus, & qui semper Christo adstare desiderat: quicq; magnificæ illius & diuinæ uocis non ociosus auditor est: Si quis meus minister est, me sequatur: & ubi ego sum, & minister meus est. Vbi ergo est Christus rex? Vtiq; in cœlo. Illo ergo terreæ cõsuetudinis, & omnis carneæ delectationis, nemo qui militiæ accingitur, domum sibi construit, neque possessiones agrorum comparat, aut uilibus humanorum negociorum commercijs implicatur. Nemo, inquit, militans deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat à quo probatus est. Escas miles regius habet, & imperatoris annona pascitur. Nõ oportet eũ emere sibi cibum, neq; in eius prouidendi solicitudine occupatũ, studijs militaribus auocari. Vbiq; illi domus omnis prouincia liũ ex præcepto regali patet, ut nihil eũ de priuata domo laborare necesse sit: cui mansio in castris, &

Ioan. 12

2. Tim. 2

cibus

cibus ad expeditionem modicus & aqua potui, & tantum somni, quantum naturæ necessitas expetit. In uigilijs, in itineribus multi labores, & pro temporũ uicissitudine, in æstibus aut frigoribus confirmata patientia: pugnæ ad hostes, pericula usque ad mortem: uerum & si mors bellanti accidat, glorioſa est: uincẽtem uero honores & dona regia subsequũtur. Huic laborioſa in prælijs uita, in pace autem splendida & honorata, transigitur, & pro certaminibus prosperè decertatis gloriæ corona defertur, promotio dignitatis apponitur, iuxta regem familiariter stare conceditur, de manu imperatoris assidua remuneratione donatur. Cæteris principibus suæ gratiæ comitibus eminentem præponitur interuenire, & iam extrinsecus pro amicis suis, si uelit libẽter auditur: & tantum propria dignitate pro meritis uirtutis exuberat, ut etiam sodalibus honorandis autor existat. Nunc ergo tu miles Christi modica hæc de humanis actibus exempla tibi sumens, maiorũ rerum, hoc est, diuinorũ bonorum cõceptionem mente susci pe: ut libera tibi, & expedita mortalibus curis uita ducatur. Non te dominus auocet, nõ possessio impediat, non ciuitas & patria constringat: exutus enim & absolutus omni terrestriũ rerum solicitudine, melius diuina curabis. Non te illiget coniugis amor, necꝫ filiorum cura solicitet: impedimenta enim sunt diuinæ militiæ carnalium necessitudinum uincula. Arma enim nunc militiæ tibi non carnalia, sed potentialia à deo. Scito aũt, quia te non uincet natura corporis, necꝫ strangulabit inuitũ, necꝫ te obnoxiũ faciet ex libero, nisi uoluntaria declinatio. Longè diuersa est spiritualium affectionum conditio. Non quæras in terra relinquere filios, sed in cœlum perducere. Non ergo carnalibus te agglutinari nuptijs, sed spiritualibus oportet inhiare. Sume tibi coniugem sapientiam ueritatis, ut scriptum est, & eam dispositam dotibus cœlestibus tõto corde complectere. Filios genera spiritualiter, & æmulare cœlestem sponsum, per quem debellare possis insurgentes aduersus animam tuam inuisibiles inimicos. Dimicandum est enim tibi contra potestates, & principatus harum tenebrarũ, contra omnem diaboli uirtutem, & aereum nequitiæ spiritualis exercitum, qui te occultis machinis, & gladijs impugnare non desinunt, ut in teipso resistas eis, & ejcias eos primum de anima tua, ut nullam sortem habeant in te: deinde ut his, qui ad te confugerint, teꝫ sibi elegerint ducem & propugnatorem, eadem uirtute possis adesse qua tibiꝫ ipse profueris: id est, ut proximos tuos instruas uerbo ueritatis, conuersationis exemplo dirigas, orationũ interuentu destruas cogitationes extollentes se cõtra fidem Christi, & omnem impiũ malignumꝫ sermonem uerbo pietatis exurgentes, doctrinæ apostolicæ armis potens. Consilia, inquit, destruẽtes, & omnem altitudinem extollentem se aduersum scientiam dei: maximè autem cum fide summi regis inuicta manu, quæ facilè deterret, & in fugam uertit inimicos, si tantũ uel appareat eis. Si uero dominus, & periculi certamẽ agitare, uelit, & exercitum suum iubeat congredi exercitui aduersariorũ, hic tibi ad omnem laborem præparatio firma consistat, & contra omne periculum interritæ mentis cõstantia maneat: & si necesse sit de terra in terram, & de mare in mare libenter emigra, & patriam peregrinatione commuta. Quãdo enim, inquit, persequentur uos, fugite de ciuitate in ciuitatem. Et si in iudiciũ pertraheris, ut necesse sit te sisti ante principes, & potestates, & plebeiorũ seditiones excipere, & dirum carnificis uultum uidere, & duram uocem sæui persecutoris audire, ipsarumꝫ pœnarum horridam faciem sustinere, adhibitis etiam tormentis tentari: stare te fortiter, & usꝫ ad finem mortis certare oportet, nõ cedente constantia mentis, armata terroribus inimici, & doloribus corporis: quia nisi legitimè certauerit quis, non coronabitur. Vtinam præter hæc omnia ipsum ante oculos habeas, pro te in passionis prælio dimicantẽ Christũ, sciens quia propter te & Christus in isto agone uersabitur, & tu per ipsum agonis ipsius uictor existis: uictorem enim regem sequeris, eum qui te uictoriæ suæ uult habere participem. Necꝫ enim etsi mortuus fueris in hoc genere certaminis, uictus uideris: sed tũc magis palmã capies, si usꝫ ad finẽ inconuertibilem ueritatis fidẽ, & confessionẽ in corde tuo conseruaueris, & pro ueritate constantiam immobilem tenueris, à morte transibis ad uitam æternam: & ab hominibus iniuriã passus, ad dei gratiam transfereris: & à temporali, quam in hoc mundo pertuleris tribulationem, in æternam requiem transuolabis, & sanctorum angelorum consortio perfrueris. Terra te ciuem non suscipiet, sed cœlum: non incolam te suscipiet mũdus, qui te persecutus est, sed angeli te portantes præsentabunt Christo, & amicus dei uocaberis, & desiderabilem laudẽ ex ipsius domini uoce audies: Euge serue bone & fidelis, euge miles strenue, & imitator domini tui, & regis æterni comes: ego te meis remunerabo præmijs, ego uerba tua libenter exaudiam, quia & tu me diligenter audisti. Si petieris pro fratribus tuis similem patientibus persecutionem, socijs fidei tuæ, & sacramenti charitatis custodibus, ut saluentur & uiuant, percipies à rege cœlesti omnium bonorum cõmunionem: & hymnum dicens choris mixtus æternis, & inter angelos sanctos accinctus lætitia, regalem coronam portabis in conspectu regis domini, & coæternalis domino tuo factus, cũ ipso æternæ beatitudinis largitore lætaberis. Si uero in hoc mundo adhuc dimittere post acta certamina palmarũ tuarũ superstitẽ uelit, ut plures uarios agões dimices, ut multiplicẽtur coronæ tuæ de multitudine prẽliorum, multiciꝫ exẽplo tuo ab inuisibilibus & uisibilibus saluẽtur inimicis: magna erit tibi & in hoc seculo gloria, & apud amicos Christi eris honorabilis omnibus, qui te & præpositum, & adiutorem, & legatum bonum inuenerint. Isti pascent te sicut militem bonum: isti honorabunt te, sicut uirũ fortẽ: isti dexteras dabũt tibi, & cũ magna gratulatione

Matth. 10

Matth. 25

suscipient

Ioan. 12

2. Tim. 2

ſuſcipient te,ſicut angelum dei excipientes,ut ait Paulus:Sicut Chriſtum Ieſum. Hæc & alia huiuſmodi monita atq; præcepta ſermo diuinus annuntiat.Neq; enim tantum de uiris diſſerit, quia apud deum etiam fœmineus militat ſexus. Multi enim ſexus fœminei uirili animo militiam ſpiritualem gerunt, non pro corporis infirmitate reprobant, quòd interioris hominis uirtute uiros æquant, & in agonibus martyriorum multæ pares, quædam fortiores uiris extiterunt: quibuſdam uirorum & à fortiore ſexu ignauia muliebri degenerantibus, infirmum corporis ſexum uirili mente uicerunt, & amiſſas negantibus uiris obtinuerunt coronas, quæ in teſtimonio uirtutis victrices pœnarum uiris labentibus conſtiterunt. Ex ipſis ſunt quæ angelicum ſacratæ uirginitatis ſplendẽt chorum, ex ipſis & illæ quæ glorioſis confeſſionis prælijs, & martyriorum triumphis coruſcant: ſequebantur autem & ipſum dominum in præſentia eius nõ ſolum uiri, ſed & mulieres, & ex utroq; ſexu comi-
Mar.15 tes,ſicut ſcriptura deſignat:Et obſequebantur, & miniſtrabãt dño. His igit̃ talib. tãtisq; uirtutibus & honoribus militię Chriſti adiacẽtibus certatim oẽs,& patres filios, & matres filias offerunt Chriſto, & ſuam quiſq; progeniẽ regi cœleſti ad militandum probare feſtinant:gaudentes in ſpe æterna,quæ non confundit:quia charitas Chriſti diffuſa eſt in cordibus noſtris. Talia enim pignora nõ ſolum in conſortium ſalutis & gloriæ, ſed etiam in ornamentum, & in patrocinium perenne deuoti parentes habebitis. Et non ſimus circa filios noſtros puſillanimes, neq; timeamus, ſi nunc in militia ſpirituali laborẽt,ſed magis lætemur: quia ſi impenſius laborauerint,illuſtrius glorificabuntur.Nos tantum repræſentemus domino,quos ab ipſo accepimus,ut & probatorum ac militantium Chriſto filiorum efficiamur participes,nobiſcum eos adducentes,&ſtatuentes coram domino.His autem qui ita exhibere ſe ſtudent deo,& agonem iuſtum militiæ ſpiritualis legitime certare nituntur, ut apprehendant brauium ſupernæ uocationis,competenter illud ex pſalmis dicimus,Benedicti uos à domino,qui fecit cœlum & terram.Di
Pſal.113 gnè etiam pro his ſecundũ Moſen orabimus,Benedic domine opera ipſorum, & depone lumbos aduerſariorum eorũ. Viriliter agite ó probati milites,currite fortiter curſum ueſtrum, & decertate certamen bonum, ut capiatis æternas coronas,in Chriſto Ieſu,per quem deo patri gloria, cũ ſpiritu ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

DE MILITIA CHRISTIANA, HOMILIA.

OMNES homines, qui ſe ſtudent humo tollere, & inſerere cœleſtibus: quiq; naturã mortalitatis euincere angelicæ conuerſationis æmulatione nitũtur, ut ſtudio bonę uoluntatis angelorũ incorruptionẽ ſequentes,appropinquent deo:incorruptio enim,ut ſcriptũ eſt,hominem deo proximũ facit: remoueant ſe quantum poſſunt ſpiritu uirtutis à corpore, & penitus abſiſtant à carnali cõcupiſcentia,morientes quidẽ ſuper terrã huic uitæ ſecundum imitationem paſſionis Chriſti: uiuentes aũt angelicã uitã iuxta communionem uitæ domini,& reſurrectionẽ mortuorum. Qui enim Chriſti ſunt, inquit apoſtolus, hi Gal.5 carnem ſuã crucifixerũt cum paſſionibus & concupiſcentijs. His ergo talibus olera pro carnibus, aqua pro uino,& cibus modicus pro dapibus opimis eſt.Propter quod & uigiliæ gratiores,q; ſomnus:& noctes ꝓ diebus agunt̃, & crebriora apud deũ per orationes colloquia, & hymnis excubiæ, & uerè (ut apoſtolus dixit) in carne ambulantes, 2.Cor.10 non ſecundum carnem militant. Qui autem ad plenam huius exercitij perfectionem, ſicut in uertícem montis aſcendere non ualent, ſaltem in ſecundo uirtutis gradu conſiſtere ſtudeant, ut immoderatam carnalium concupiſcentiarum abundantiam circumcidant, ut ſanctæ ad dominũ uocationis non penitus alieni ſint: & de his quæ circa hunc mundum ſunt, occupationibus non omnino teneantur. Vbi enim uoluntates multæ, ibi & uacationes plurimæ, quæ à deo ſeparant, gula & ebrietas,quorum & comes eſt corporalium permixtionum delectatio. Hæc autem uitia magnas auaritię cauſas attrahunt, quia exuberantem rerum copiã exigit uita luxurię. Et ideo multa acquirendi neceſſitas ſtrangulat animas corpori ſeruientes, ne deſit effuſis affluens ſumptus impendijs. Ergo imitemur Loth illum beatum fratruelẽ Abrahæ, qui de terra Sodomę & Gomorrhę cũ igneis imbribus ardere cœpiſſent,manibus angelorum eductus exiuit. Et cum iuberetur in montem confugere, & illic ab incendio damnatarum urbium tutus manere,pigebat ut ſenex,ne deficeret in fuga, in montis aſcenſu, & ignibus apprehenderetur.Metuebat autem & angelos,ne contradicẽs præcepto dei, quod per ipſos acceperat, perimeretur ab ipſis, quia in montem confugere colluctabatur. Vnum ergo minimum de Sodomiticis urbibus oppidum ad ſalutis refugium donari ſibi popoſcit à domino. Et qui altiora petere uitauit,miníma aũt pro multis poſcere elegit: dat ei primũ quidẽ in ciuitate modica de magnis illis & optimis,& delicioſis urbibus liberata: ſalutẽ in magnis periclitãs,in exiguo obtinet: ꝓpter quod & ipſa ciuitas, quæ prius Balath uocabat̃, Segor appellata eſt, id eſt ſaluatrix: ex hoc autem munere dei, quo paruę ciuitatis habitaculum meruerat à domino, aſſumens audaciam, aſcendit in montem. Tales quidem & nos efficiamur, ut primum effugiamus copioſas, & circũfluentes huius mundi delicias, quę ſimiles ſunt Sodomitarum corruptis exubertate moribus terrarũ, de quibus dicit deus: Quia in ſaturitate panum luxuriabant. Ezech.16 Coarctemus autem multa in modica, ut nõ incendamur ex multis epulis,& comeſſationibus, & diſtentionem uentris ſubſequentibus intemperantijs: ſicut incenſę ſunt Sodoma & Gomorrha, & confines earum.Poſt uero moderata uirtutis, noſtrę fragilitate nutriemur anima procedẽte in melius refrenandi corporis cõſuetudinem: aſcendamus

mus ad perfectam abstinentiam castitatis, sicut in ipsum montem salutis, & uerticem uirtutis confugientes à seculi huius incendijs. Metue ergo delicias Sodomitarum, ne Sodomitica patiaris incendia: fuge fornicationem, discede ab omni luxuria, respue gulam, abdica ebrietatem, & omnem ignium Sodomiticorum fomitem in temetipso uicto extingue. Si enim, inquit, accenderis ignem, inflammaberis, & ipse tibi eris autor exitij, cum te uoluntarijs libidinibus excitata uitiorum flamma consumpserit. Non agemus similem infidelibus uitã, sed à quibus fide discernimur, ab eorum studijs etiam & moribus diuidamur. Declaret fidem tuam quotidiana actio tua, confirmet tuam ad Christum charitatẽ euidens, à carnalibus concupiscentijs discessio tua, ne quis te contra disciplinam, & decus nominis Christiani in deuijs ambulantẽ uidens, dicat: Iste est ille, qui cœlestis uitæ sectator, qui denicq; summæ ipsius pudicitię magistri discipulus habebat. Iste est ille selectus à mundo, qui iam cœlestibus angelis cõparabatur, qui se in aduentũ cœlestis regis præparabat, secq; eius lateri cominus adhæsurum præsumebat. In hæc ergo post laudẽ opprobria deuenire præcauens, ita age, ut glorificetur per te magis, quàm blasphe
Marci 8 metur Christus, qui dicit: Honorificantes me ho-
Luc. 12 norificabo, & annullãtes me depretiabũtur. Quẽ utiq; despicere, & pro nihilo habere conuinceris, etiam si uerbo honorare iudicaris, quando nõ secundum nomen fidei tuæ uiuis, per operum tuorum prauitatem blasphemari cogis in eum, cuius nomen præferre audes, & uoluntatem agere detrectas: sicut econtrà hi qui dignã Christo uitam agunt, manifestam uirtutem eius, & admirabilem
Matth. 5 gratiam apud omnes faciunt, ut illud domini uerbum impleant, Luceant opera uestra coram hominibus, ut uidentes ea, honorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Memento quia Christo sacrata sunt membra tua, non misceantur membris meretricis. Non polluas templum sacratum domino, ne fias ab spiritu eius alienus. Non enim capit quod sanctum est in templo polluto. Quæ, inquit, cõmunicatio lumini ad tenebras? Non abutaris natura contra naturam: filiorum enim generationem nouit lex naturæ, & propter sobolem procreandam coniungit mulieri: concubitum autem superfluæ uoluptatis etiam nuptiæ profugiunt, fornicationum sunt ista. Et mulier data est tibi in adiutorium. Ergo licito honestoq; consortio ob hoc tantum utere, ut commercium inhonestæ permixtionis effugias. Neque contemnas quòd non iam hodie in opera peccantium uindicat Christus. Quanta enim patientia sustinet, tanta & seueritate restituet. Nunquid enim irascetur
Ezech. 16 Psal. 7 per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrauit. Et quantum te peccantem ut conuertaris expectat bonitas indulgentis dei, tantum in te, nisi conuersus fueris, eiusdem iudicis censura procedet. Patientiæ quidem præsens tempus,
Iacobi. 2 sed futurum iræ est. Noli ergo de huius temporis spacio remissionem non timendi tibi ad pec-

candi licentiam sumere. Sic loquimini, inquit, & Iaco. 2
sic facite, sicut per legem libertatis iudicãdi estis.
Et si secundum carnem uiuatis, ut alter Apostolus dicit, Si secundum carnem uixeritis, moriemini: si uerò spiritu facta carnis mortificetis, uiuetis. Rom. 8
Adiungere itaque, & colloquere spiritui, & non
tibi præualebit caro. Nolite, inquit, inebriari ui- Epheſ. 3
no, in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, cantantes & psallentes in cordibus uestris deo. Ecce remedia animæ domesticæ deo. omnia autem hæc frequenter audiamus, sicut uerba sacra spiritualium canticorum. Reddamus uota, & impendamus orationes domino, uocanti nos ad uitam æternam. Omnis ergo homo dei indutus Christum, fuge omnia quæ sunt incentiua carnalium cupiditatum, uel conuiuia, comessationem, & temulentias crapularum: & non dico secundum humanum prouerbium, ne substantiam tuam perdas: carnalis enim hæc cura est, & secundum humanam utilitatem familiare cõsilium, sed dico ne spiritualem, quæ multo potior est, substantiam salutis amittas, & spiritualium diuitiarum inopem te facias. Non solum autem hæc baptizatis differo & prædico, sed etiam baptizandis præcipio Sicut enim is qui illuminatus est gratiæ dono, dignum se debet præstare accepto diuinitatis munere: ita qui adhuc eiusdem gratiæ candidatus est, & in eadem spe simili fide currit, dignum se facere debet gratiæ consequendæ.
Timeat enim, ne post agnitionem dei, cuius signa culo iam prænotatus est, si non dignus agnitione
percepta inueniatur, indignus etiam sanctifica- 1. Tim. 1
tionis munere iudicetur. Ideo, inquit, misericordiam consecutus sum, quia ignorãs feci in infidelitate: superabundauit autem gratia domini nostri Iesu Christi cum fide & charitate. Tu itaque si sciens peccasti in fide positus, metue ne gratiæ dono prioris, sed magis præpara te quotidie per omnem diem & noctem domino. Quis enim regem susceptur us, non parat & exornat domum, ut digna sit introitu & mansione regali? Nã quis audet in sordida & inculta domo regium aduentum susc ipere? Nec sanè sub una die domus adornetur Christo, sed per totam uitæ nostræ ætatem, æterno principi in reseranda humani pectoris aula componatur. Sed peccasti? pœniteat te. Emun- Luc. 3
dat enim pœnitentia peccatorem, & reparat ad sanctificationem. Ideo præuenit & Ioannes, præparans uiam domino, & præcipiens dignos fieri fructus pœnitentiæ, ut fugerent ab ira uentura, reconciliati per donum baptismatis in spiritu sancto: quod quia adeptus es, ne recurras ad peccata, quæ remissa sunt tibi: neq; in delictis frequenter offendas, relinquens ea, & rursus recurrens in ea: neq; enim ut canem ad suum uomitum, aut suem in uolutabrum contraria humanitati, irrationalium & immundorum animantium natura te ducat. Hoc enim profecto dicens tradit te uerbo dei, & sanctarum precum studio, ut naturæ carnalis immoderatas appetentias dei sermo contineat, & assidua ad deum oratio arceat, ut

& naturam

& naturam tuam opere diuino bonã competenter in sua mensura custodias, sicut equũ, eam temperans & refrenãs, agitatorijs disciplinis: atq; ita & domino non execrabilem facturã suã, in teipso iuxta naturam suam compositus exhibebis. Non enim uult opifex creaturæ nostræ corruptum in nobis uidere opus suum. Itaq; sanctitatibus, & remedijs spiritualibus integrum te conserua, ut & nunc & in illud infinitũ seculum domino creatori placitus assistas, & nõ per modicam & breuem in hac uita corporis uoluptatem æternæ beatitudinis detrimentum capias. Ipse autem dominus fabricator naturæ nostræ, & omniũ accidentium modo languorum medicus, & futurorum bonorum dator, dirigat uoluntates uestras in bonum, & perficiat cursum uestrum in salutem, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

DE ERVDITIONE DISCIPLINAE HOMILIA.

ERuditio disciplinæ custos est spei, & uinculum fidei, & dux uiæ ad salutẽ ferẽtis, quæ fouet & nutrit animã ad profectũ sensuũ, & spiritualiũ magistra uirtutum est. Ipsa igitur in Christo manet semper, & indeficienter secundũ deum uiuit, & ad cœlestes repromissiones perducit, & ad diuina præmia facit peruenire. Hanc ergo nos sectari oportet salutem, & auerti ab omni malitia.

Psal. 2 Dicit enim in psalmo spiritus sanctus, Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta, cum exarserit in breui ira

Ibid. 49 eius. Et iterum: Peccatori aũt dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meũ per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proie-

Sap. 3 cisti sermones tuos post me. Et iterum legimus, Qui abijcit disciplinã, infelix est. Et Salomonem

Prou. 3 ita nos admonentem accipimus: Fili, ne fias pusillanimus, neq; deficias, cum increparis à domino. Si autem dominus quẽ diligit, arguit & castigat, ut emendet ac dirigat uias eius: proculdubio fratres, & maxime sacerdotes non odiunt, sed diligunt quos corripiunt: ideo enim hoc faciunt, ut emendent quos arguunt. Quoniam & deus per

Hier. 3 Hieremiam prædixit hæc tempora nostra, significans & dicens: Dabo ipsis pastores secundum cor meum, & pascent eos pascentes cum disciplina. Et quidẽ cum sanctis scripturis frequenter, & ferè ubiq; disciplinæ mandata seruantur, & omne fundamentum pietatis, & fidei nostræ per custodiam mandatorum confirmatur, ut radicibus nostris fortiter complantatis, & domibus nostris super petrã firmiter fundatis, inconcussi procellis & fluctibus istius seculi resistamus, & ad diuina dona per obseruantiã mandatorũ eius peruenire possimus, considerantes simul quia membra nostra templum dei sunt. Ab omnibus ergo ueteris uitæ inquinationibus purgemur, mundati lauacro immortalitatis & uitę; quoniam qui templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Huius ergo uiui & rationabilis templi nos sacerdotes & ministri sumus. Et ideo seruiamus ei, sicut beatissimi Pauli sermo est, in mandatis eius, per quẽ nos ad beatum amorem cœlestis uitæ præceptis salutari-

1. Cor. 6 bus introduxit, dicens: Non emẽ estis uestri: empti emẽ estis pretio magno, glorificate & portate deũ in corpore uestro. Ergo glorificemus & portemus deum mundo & immaculato corpore, & conuersatione bona, & redempti sanguine Christi, in omni obseruantia mandatorum redemptori nostro pareamus, & studeamus nihil sordidũ & immundum in domum dei inferre, ne quando ipse qui fecit te, indignans relinquat domum, quam prius libenter habitabat. Hi sermones uiuificantes dei sunt, quibus docemur simul & curamur, & in memoriã castigationis redimus, ut de cætero flagellari caueamus. Ecce enim, inquit, sanus factus es, Ioan. 5 noli ultrà peccare, ne quid tibi deterius cõtingat. Confirmat & acuit nos ad curam & studium disciplinæ. Propter assequendam & obtinendam salutem legem dat, ut posteaquàm reddiderit homi-

1. Pet nem sanitati, non sinat eũ in eadem reuolui, propter quæ fuerat infirmatus & neq; resolui eum in securitate sanatum, neq; euagari fiducia sanitatis permittit: sed ex quibus eũ diligenter curauit, per eadem ipse curato homini uehementius cõminatur: quoniam quidẽ minus est peccatũ ei qui peccat, priusquam agnoscat disciplinã domini: nulla autem uenia est peccanti post agnitionẽ domini: nisi pœnitens reuertatur, quia deus mortem non fecit. Et non uult mortem morientis, sed ut reuertatur & uiuat: ne sit spiritus uadens & non reuertens: quorum damnatio iusta hæc. Hoc autem omnes simul uiri & mulieres, pueri & puellæ, & omnis omnino ætas obseruent, soliciti sint pro fide, & pietate cuius unusquisq; debitor est deo: ne quando hoc sanctum & mundũ quod misericors deus gratię suæ dono in nos cõferre dignatus est, sine cura & timore habentes amittamus. Ab hoc fratres dilectissimi periculo, consulens nobis dominus, ne quis zelans fratrẽ suũ, in laqueos mortis caderet, interrogãtibus discipulis, quis in ipsis maior esset? Qui minor, inquit, fuerit in omnibus Matth. 18 uobis, ipse erit magnus. Ecce fratres ubi præscidit omnem zelum responsione sua, quia omnem cau-

1. Cor. sam & substantiam inuidiæ sustulit & abscidit. Di dicimus unde possumus placere. Vnde & beatus apostolus Paulus adhortãs & docẽs nos, ut quicunq; illuminati sumus Christi lumine, tenebras nocturnæ conuersationis effugiamus, & in factis,

Ibid. & in operibus luminis ambulemus: Nox, inquit, Rom. 13 præcessit, dies aduenit: abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die decẽter & honestè ambulemus, non in comessationibus, neq; ebrietatibus, neque cubilibus & lasciuijs, nõ in rixa & zelo. Si autem discesserũt à pectore tuo tenebræ, & nox inde expulsa est: si illustrauit sensum tuum splendor dei, & homo lucis esse cœpisti, quæ bona sunt, Iesu Christo gratias age, quia lux & dies Christus est. Quid teipsum mundi huius caligine rursus inuoluis? Quid ad diabolũ cui renuntiasti, reuerteris? Quid Cain similis efficeris? Homicidij enim crimine reũ teneri eum qui

zelat

zelat & odit fratrem, Ioannes apostolus manifestat in epistola sua, dicens: Omnis qui odit fratrē suū, homicida est: & scitis quia omnis homicida non habet uitam æternam. & iterum: Qui dicit se in lumine esse, & fratrē suum odit, in tenebris ambulat, ipso scelere cęcatus. Vadit enim nescīes in gehennam ignis, & præceps fertur ad pœnam, se paratus à lumine Christi docentis & dicētis: Ego sum lux mundi huius: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumē uitæ. Sequitur autem Christum, qui insistit mandatis eius, qui per uiā doctrinę eius ambulat, qui per uestigia, & per uias eius currit, qui imitatur illa quæ Christus fecit & docuit: sicut & Petrus apostolus suadet & præcipit, dicēs, Christus passus est, p nobis, relinquēs uobis exemplum, ut sequamini uias eius, & in uestigijs eius ambulemus. Meminisse pręterea & cōsiderare debemus, quo nomine populū suū nuncupauit: Oues nominat, ut mansuetudo Christiana ouibus æquetur. Agnos uocat, ut agnorū simplicitatem castis innocentiæ sensib. æmulemini. Quid ergo in uestitu ouium lupus latet? Quid Christianum se esse mentiēs, gregem Christi infamat? Christi enim nomen induisse, & per uiam Christi ambulare, quid aliud est, quàm quod ipse docet, dicēs illum ad salutem uenire, qui seruauerit mandata eius, & illum esse sapiētem ædificatorem, qui uerba eius audiat & faciat, & illum magistrum maximum in regno cœlorū appellādum, qui faciat & sic doceat? Docet enim hic ordo doctrinę magistri, ut primum ipse perferat, quod docet esse faciendum. Si enim uideatur in actu eius quod probabile sit, prōptius recipitur quod prædicat. Adijcit enim doctrinæ autoritatē bona uita doctoris. Vnde frequēter discipulis suis dominus salutiferam & cœlestem doctrinā annūtiat, ut quæ audiendo percipiunt, agēdo custodiāt. In primis ergo obseruandum & custodiendum præcipit, ut ea charitate qua ipse dilexit nos, inuicem diligamus. Sic enim inquit Apostolus: Firmū & incorruptum charitatis uinculū custodiamus. adiecit & dixit: Charitas patiens est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, charitas non inflatur. Docens utiq; & ostēdens illum posse charitatem tenere, qui sit lōganimis, & mundus ab æmulatione liuoris. Et alio loco item cum prædicaret & doceret, ut homo repletus gratia spiritus sancti & regeneratiōis cœlestis filius dei factus, nihil nisi spiritualia & diuina sectetur: ita dicit: Et ego fratres non potui uobis loqui ut spiritualibus, sed ut paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed neq; adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Quādo enim in uobis inuidiæ & contentiones sunt, nónne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Et rursum idem Apostolus prouidēter & salubriter docens, dicit: Itaq; fratres debitores sumus nō carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secūdum carnem uiuatis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificetis, uiuetis. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Si ergo filij dei esse

1.Ioan.3 1.Cor.6 Ibid.2 Ioan.8 1.Pet.10 Ioan.5 Matth.10 1.Cor.13 Ibid.3 Rom.15 Rom.8

cœpimus, accipientes spiritum sanctū, sancte & spiritualiter uiuamus. Si de terra in cœlū oculos eleuauimus, si ad excelsa & diuina repletum deo & Christo pectus eximus, digna deo & Christo agamus, sicut & Apostolus exhortat, & dicit: Si ergo cum Christo resurrexistis, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in dextera dei: quæ sursum sunt, sapite, nō quæ super terram. Mortui em estis, & uita uestra absc̄dita est in Christo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tūc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Deus aūt omnīū det uobis spiritum compunctiōis, ut percipiatis quæ dicuntur à nobis secundū euangelium Christi dei nostri, per quē deo patri honor, gloria, cū spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Coloss.3

DE TVRTVRE ET ECCLESIA Homilia.

TVRTVR amatrix eremi, quando in desertis degit locis, delectabilibus blā dimentis arcessit cōparem uocis suæ, conuallia penetrans, & suum masculū in amœna & nemorosa pascentem cō uocat, & hinc auolare prouocans, hortatur ascensionem sui celerem facere. Vnanimi autem mente ad inculta & prærupta rupium cubile fundantes, exinde suos sine timore uolare prouocant pullos. Assueuerant quidā turturem castā, & amatricem cōparis esse: ita ut si quando euenerit eius masculum ab aquila, siue aucupe capi, non se cōmiscere alteri, sed ipsum cupere, & ipsius præstolari aduentū, & in amore eius expectatione pendere. Idcirco audite mulieres, quæ castitas in uolucribus reperiat. Quotcunq; igitur figuram turturis in uestra mente portatis, huius sobrie imitamini castitatē: talis etenim est omnis casta ecclesia: uiro quippe eius Christo crucifixo, & in cœlis ad dexterā patris sedente, alteri uiro non commiscetur, sed ipsum desiderat, ipsum expectat, & desiderio eius commori cupit. Sed ne forte uideamur charissimi scripturæ autoritatē prætergredi, turturem nominantes, uera ipsius scripturæ uerba texamus: testat nanq; beatus Dauid, & dicit: Etem passer inuenit sibi domū, & turtur nidū, ubi reponat pullos suos. Videamus ergo quem dicit passerem: ut ego arbitror, hominem intelligi uoluit: Anima nanq; nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiū. Quod & dominus idipsum uolens ostendere discipulis suis, quantum alios sanctitate præcellerent, dicit eis: Nolite timere, multis passeribus meliores estis uos. Propterea & Salomon proclamat, dicēs: Vt euadas sicut damula ex cassibus, & sicut auis à laqueo. Simile est regnum cœlorū grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod quidem minimū est omnibus seminibus: quando aūt creuerit, maius efficitur uniuersis oleribus, & fit arbor, ita ut ueniāt uolatilia cœli, & sedeāt in ramis eius: nam & hoc innumerabile hominū genus uolatilibus coæquauit. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidū sibi, ubi reponat pullos suos. Turturi comparauit omnem castam ecclesiā propter

Psal.83 Psal.123 Matt.10 Prou.6 Matt.13

multiplicem ſapiẽtiæ gratiam. Et quia uerum eſt quod dicimus, audi Dauid loquẽtem: Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circũamicta uarietate. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidũ ſibi, ubi reponat pullos ſuos. Hoc in confeſſione trophæi crucis enutriens illumina tos filios ſuos. Huius turturis Hieremias mentionem facit, dicens: Turtur & hirũdo, & cicada, agri paſſeres cognouerunt tempus aduentus ſui. Turturem dicit omnem caſtã eccleſiam, hirundinem uero Ioannem hominum amatorem, cicadam autem eloquẽtiſſimum Paulum, eccleſię organum. De iſta nanq; turture præcepit Abrahæ deus, dicens: Accipe mihi uaccam trimam, & arietem trimum, & capram trimam, turturẽ & columbã. Huius turturis meminit ſcriptura in Cantico cantico rũ, dicẽs: Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Vox turturis huius cœleſtem Chriſti nobis uerni temporis ſignificauit aduentum. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Audiamus igitur huius turturis uocem melleam decantãtem: Nigra ſum, inquit, & ſpecioſa filiæ Hieruſalem. Nigra propter priorem præuaricationem, ſpecioſa propter celebrem pœnitentiam: nigra propter luctum ruinæ, ſpecioſa propter ſplẽdorem baptiſmi glorioſum. Nigra ſum & ſpecioſa filiæ Hieruſalẽ. Filias Hieruſalem ſanctas patrũ animas dicit. Nigra ſum & ſpecioſa ex gentibus eccleſia: ne conſideretis me uos animę ſanctę, ne aſpiciatis in me, quoniã ego nigerrima ſum, quoniam deſpexit me ſol propter priora mea delicta. Et quis eſt ſol qui eã deſpexit, uideamus. Ille nimirum de quo Eccleſiaſtes dicit: Oritur ſol, & occidit ſol, & ad locũ ſuum reuertitur. Ortus eſt nobis ſol iuſtitiæ Chriſtus, de ſancta Maria ſecundum carnem genitus, Oriẽs quippe nomẽ eſt illi: occidit uero quãdo poſt crucem ad inferna deſcẽdit. Oritur ſol & occidit, & ad locũ ſuum reuertitur, ipſo dicente: Cum exaltatus fuero, uniuerſos trahã ad me. De hoc ſole iuſtitiæ & Malachias ꝓnũtiat, dicẽs: In diebus illis orieẽ ſol iuſtitiæ, & ſanitas erit in pennis eius. Veniente enim ſole iuſtitiæ Chriſto, ad tactum fimbriæ ueſtimenti eius fons profluuij ſanguinis exiccatus eſt. Nigra ſum & ſpecioſa filiæ Hieruſalẽ: Si qua hic peccatis anima denigrata eſt, ne timeat, tãtũmodo pœnitentiam agat, & dicat: Nigra ſum ego, & decora. Et ſi in nouiſſimo ſpiritu eſt, & (ut ita dicam) ſi in extremo halitu poſitus, ne formidet, tãtum cum fletu pœniteat, & compuncto confitea tur corde. Ad ueſperũ enim demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Imitare itaq; Ezechiam regem, qui ægrotatione cõſtrictus, & lectulo decũbens, audiuit ſanctum Eſaiam dicentem ſibi, Diſpone domũ tuam, quia morieris tu, & nõ uiues. Cõuerſus ad parietem amariter fleuit, & precib. ſuis pœnitens, deum ad miſericordiam prouocauit, & quindecim ad uitam annorum tempus illico à deo ꝓmeruit. Si quis eſt hic catechumenus, cõfiteatur peccata ſua, accedat ad deum, baptizetur in nomine Chriſti: lauacro aquæ regenerationis ablutus, adoptabitur in filium dei. Si quis eſt hic fidelis per negligẽtiam peccator effectus, naturali lachrymarum fonte abluat ſemetipſum, & per bonam pœnitentiæ confeſſionem prouocet, imò inuitet miſericordiam dei. Si ſic temetipſum adornaueris, ſi ſic animã tuam ad pœnitentiã prę paraueris, & cõtemptam reddideris: ſi correptionibus iuſtis fueris delectatus, amplectetur te ſermo diuinus, & inflammabit mentem tuam, & ad deſiderium te attrahet dei, & tunc dices & tu: Vę mihi, uæ mihi, uulnerata charitate ego ſum. Lege Eſaiam, & in ipſo inuenies quomodo ipſa ſagitta loquatur. Poſuit, inquit, me ſicut ſagittam electã deus: uerbũ dicit, & in pharetra corporis abſcondit me. Iſta ſagitta uulneratus Hieremias dicebat ad deum: Ego autem nõ laborauí ſequi poſt te, & diem humanum non cõcupiui. Iſta ſagitta uulneratus mente Dauid dicebat: Adhæſit anima mea poſt te, me autem ſuſcepit dextera tua. Iſta ſagitta uulneratus Petrus, dicebat Chriſto, Domine, tu noſti quoniã dilígo te. Iſta ſagitta uulneratus Paulus, & cõuinculatus Chriſto dicebat: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Iſta ſagitta uulnerata oñis caſta eccleſia dicebat: Væ mihi, uę mihi, uulnerata charitate ego ſum. O gemitus de medio cordis amabilis, bonitatis pullulãs fõtes, ô gemitus cœleſtem ſponſum Chriſtũ ad ſemetipſum adducens: propterea dicit: Oſculetur me ab oſculo oris ſui: deſponſata ſum cœleſti ſpõſo per legem & prophetas. Ego eccleſiam ex gentibus nõ iam uolo per Moſen & Eſaiam, aut Hieremiam, & cętęros uates: ſed ipſe ueniat, cũ ipſo uolo ore ad os loqui: ipſe ueniat, & oſculetur me ab oſculo oris ſui. Audio Hieremiã dicẽtem de ipſo: Graue cor eius præ omnib. & homo eſt, & quis cognoſcet eũ? Ipſum deſidero, ueniat, & oſculetur me ab oſculo oris ſui. Audio Amos dicentem de eo: Ecce homo ſtans ſuper murum adamãtinum, & in manu eius adamas: ipſum quæro, ueniat, & oſculeť me ab oſculo oris ſui. Et ſicut coniunx amatrix uiri abſente marito ſuo per feneſtras circumſpicit, ipſum requirens, & ubiq; ſpeculans in mari, & in terra: & ſi uiderit nauem uenientem, ibi ſuum putat eſſe uirum: & ſi uiderit uiatores procul uenientes, inter ipſos adeſſe exiſtimat, & occurrẽs eis interrogat, dicens: Dicite mihi ubi eum dimiſeritis, in qua regione, aut in qua ciuitate, quid dicẽtem, aut quid facientem, aut quãdo uenientẽ? In hunc modum omnis ſancta eccleſia conſtricta amore Chriſti, interrogat prophetas: Vidiſti eũ? putas uenit? putas non uenit? putas adhuc in cœlis eſt? putas adhuc nonaginta & nouem oues quæ non errauerunt, paſcit in cœlis, & non uenit ad erroneam ouẽ? Dicite mihi, ubi paſcit, ubi cubat, quẽ diligit anima mea? Interrogati prophetę per unũ reſpondentes Eſaiam, dicunt: Vidimus eum, ſi tamen ipſum expectas: ſiquidem uidimus eum, & non habebat ſpeciem, neq; decorẽ, ſed uiſio eius inhonorabilis, & minorata præ filijs hominũ. Reſpõdit omnis caſta eccleſia: Ipſe eſt, ipſum deſidero, ipſum quęro, ueniat & oſculetur me ab oſculo oris ſui. Reſpondet ad eam Eſaias: Ipſe eſt, ueniet

cum

cum dominatiõe:ecce merces eius cum eo, & opera in conspectu eius:sicut pastor cõgregat gregem suum,& in manu sua congregabit agnos,& in utero habentes consolabitur.Audiens hęc omnis casta ecclesia, q manifeste de eo narrauerit Esaias,dicit ad eum: Vbi pascit, & ubi cubat quẽ dilígit anima mea? Mittit eam ad Ioannem: Vade,inquit,interroga eum, quia ipse est præcursor eius,& uox clamantis in deserto,parans uiam domini,& dirigens semitas eius.Pergit ad Ioannem in deserto:Dicito,inquit, mihi, si tu es Christus? Cant.2
Ioan.1 Respondet Ioannes:Non sum ego Christus.Denuo interrogat:Si tu non es Christus, quare baptizas? Respondit ille:Ego quidem Christus non sum, sed post me ueniet qui fortior me est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Hier.17
Et adhuc tardante eo,dicit ad eum: Væ mihi, uæ mihi, uulnerata charitate ego sum. Et iterum dicit Ioannes ad eam:Sustine paulisper, noli ingemiscere,expecta,iamiamq; ueniet, ego illum tibi ostendam. Videt Ioannes eminus uenientem dominum,& dicit ad eam:Iam noli tristari,nec ingemiscas,quia uenit:Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.Et quum audisset agnum ab Ioanne,& pastorem ab Esaia,hæsitat,& putat, dicens ad semetipsam:Cui credã? putas huic, aut Esaiæ? Videt dominus quoniã dubitat, clamat & dicit: Ego sum pastor bonus.Et uno sermone soluit omnẽ hæsitationem eius.Accedit illa ad sponsum, amplectitur,& osculatur eum. Et cõpletur quod Pſal.48 in Dauid scriptum est:Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi,iustitia & pax osculatæ sunt se. Vt autẽ manifestius addiscamus,quoniã sponso spõsa coniuncta est,& spirituales factæ sunt nuptiæ:
Ioan.3 ipse Ioannes epithalamium dicit:Qui habet spõsam,sponsus est:amicus autem sponsi,qui stat,& audit uocem eius,gaudio gaudet propter uocem sponsi:illum oportet crescere,me autẽ minui. Ne cesse,inq;t,erat,sicut in nuptijs dotalia scribi spõsæ,charta quærebatur,& scriptor,& calamus. Di
Esa.8 cit spiritus sanctus ad Esaiam: Accipe tu calamũ nouum,& grandem,& scribe in eo. Quærebatur calamus,inuentus est apud Dauid.Dicit enim de
Pſal.44 eo:Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis.Speciosus forma prę filijs hominum,ipse eam desponsat,ipse eam adornat,ipse eam hortatur& docet,sicut mos est doceri hominibus à ꝓnubis. Audi filia & uide,& inclina aurem tuã,& obliuiscere populum tuum,& domũ patris tui: hoc est diaboli,cui prius seruiebas uarijs desiderijs,& uoluptatibus irretita.Ne desperes,inquit, quoniam similis tui est,quoniam dignatus est cõiungi tibi: quòd si temetipsam consideraueris,unde, quò ueneris,concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, & adora eum. Si me audieris filia, uultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Necessariũ quippe erat & iam quę ab unoquoq; offerebantur scribi,seruos uidelicet & ancillas: & à Christo quidem seruus ueniet Paulus,& Siluanus, & Timotheus serui Iesu Christi. Cant.1
Expetuntur & ab ipsa ancillę. Trãsit Dauid,& dicit: Adducẽtur regi uirgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.Fiunt igitur nuptię. Venit dominus mystice in Cana Galilęæ.Cana interpretatur possessio: possessio autem dei omne seculum est.Hic iam spirituales celebrat nuptias, hoc est Cana Galilææ. Et conueniunt omnes sancti, & unusquisq; secundũ uires suas dona offerunt spõso.Abraham offert uitulum, Sara panes similaceos,Isaac ligna portat, Iacob hœdos defert, Ioseph frumenta dispergit,Moses lampadem accẽdit,Esaias canit,Dauid chorum ducit. Et quia necesse erat ad tales nuptias & sanctas interesse mulieres,& ipsas quoq; congratulari & canere: Venit Iudith cõposita,& Hester,& Maria soror Mo
Exod.15 si tenens tympanum,& dicens: Cantemus domino,gloriose enim honorificatus est. Necesse etiã erat ut in talibus ipsis laudes & præconia scriberentur.Paulus collaudans nuptias,dicit:Honora
Heb.13 biles nuptiæ,& cubile immaculatum.Et quia mysticum erat quod dicebat, audi quemadmodum uerba Adæ interpretatur,dicens: Propter hoc re
Gen.2 linquet homo patrem & matrem,& adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Mysterium hoc grande est.Ego autem dico in Christo, & in ecclesia.Quod ergo ille interpretatus est, nos dubitare non conuenit:sed oremus deum, ut & nos gloriam ipsius uidere mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri unà cum sancto spiritu honor, gloria, & potestas per immortalia secula seculorum,Amen.

QVOD NEMO LAEDITVR NISI à semetipso,Homilia.

CIO quòd crassioribus quibusque, & præsentis uitæ illecebris inhiantibus, atque his qui per omnia terræ adhærent & uoluptati, propriæq; libidini deseruiunt, nec spiritualem sensum capere quærunt, nouus uideatur hic sermo noster ac mirus:& deridebunt nos fortasse, quòd in ipsa statim tituli fronte inepta satis,& quæ nulli uideantur ueri similia proponamus: sed non ob hoc nos à proposito cessabimus, quinimò & eoipso ad consignanda, & omnimodis comprobanda quæ promisimus,perurgebimus. Si tamen paulum nobis in principijs patientiæ tribuant hi quibus absurda uidentur esse quæ loquimur, nec in exordijs obturbent dicentem, sed finem propositæ orationis expectent. Scio enim quia post hoc nobiscum stabunt notantes semetipsos prioris erroris:&(ut dicitur)palinodiã canent,ac ueniam postulabunt, pro eo quòd minus rectam minúsque ueram tenuere sententiam: insuper & gratiam nobis habebunt, sicut ægri quique medicis recuperata sanitate. Nolo ergo mihi ingeras opinionem nunc illam quæ apud te hactenus inueterata permansit. Sed expecta paulum orationis huius nostræ luctamen : & tunc scio quòd rectam proposito negotio sententiam dabis,ubi spinosis opinionibus, quæ apud te sunt,rationum quæ à nobis dabũtur falce resecatis, rectum iudicandi tramitem potueris intuerí.

Quoniã quidem & iudices ſeculi huius negotio rumq; cõmunium, etiamſi uehementer uiderint eum qui primas negotij partes proſequit perorãtem, & largiſſimis dicendi fontibus inundantẽ: expectant tamen etiam reſpondentis ad hæc proſecutionem, & audiunt eum cum patiẽtia: nec prima allegatione mouentur ad ſententiam proferẽdã, etiamſi iuſtiſſima uideant eſſe quę dicta ſunt. Seruatur enim apud audientiam eorum ſecundo quoq; integer dicendi locus: quoniãquidem hęc eſt iudicũ diſciplina, prius ex utraq; parte cauſam diligenter agnoſcere, & ita ſentẽtiam promulgare. Igitur quia & nobis in preſenti negotio prima orationis pars proſecuta eſt, inueterata apud plurimos, & radicata multi temporis opinio, quę omnem penè orbem terrę perorat, & adſtruit dicẽs, cõfuſa eſſe omnia, nec aliquid recte iuſteq; ſeruari inter homines poſſe. Quotidie eñ uidemus lædi quàm plurimos, & affligi, & opprimi cũ omni iniuria: humiles & infirmos à potentibus, & fortibus, & pauperiores à ditioribꝫ. inuadi: & ſicut nõ eſt poſſibile numerare fluctus maris, ita nec hi q affliguntur, & iniuriam patiuntur, poſſunt numero cõprehendi: quibus neq; leges ullę ſubueniũt, neq; iudicũ metus, neq; ulla uis alia morbum hũc ac perniciem poteſt cohibere, quinimò & augeẽt per dies ſingulos, fletuſq; & gemitus malorũ ſemper increſcit. Ipſi eñ iudices qui ad hæc reprimẽda cõſtituti ſunt, grauiores tempeſtates, & pernicioſiores ſuſcitãt morbos. Et in tãtum labes mali huius augetur, ut nonnulli infelices, & ſtulti in id inſaniæ proruperint, ut etiam diuinam pro his, puidentiam culpent, uidentes eum quidem qui honeſtum & placidum uitæ propoſitum gerit, interdum trahi ad iudicia, uinciri, & perturbari, & pati extrema omnia: proteruum uero & improbũ, & peſſimi propoſiti uirũ augeri diuitijs, potẽtia, & honoribus cumulari, terribilem omnibus fieri, & innumeris modis excruciare & affligere, ac pedibus (ut ita dicam) conterere bonos & honeſtos uiros. Hæc aũt iniqua atq; iniuſta inæqualitas nõ ſolum in urbibus, ſed & in agris: & non ſolũ in terra, ſed & in mari committitur & exercetur. Quũ ergo huiuſmodi apud plurimorum mẽtes ferat opinio, oratione uetuſtæ perſuaſionis aſſerta, neceſſariò contra hæc hic noſter nunc introducitur ſermo, agones habiturus, quatenus falſę huius opinionis quamuis antiquas deijciat & ſubruat ſedes. Licet ergo, ſicut ſuperius diximus, nouũ qd aſſerimus, uideatur ac mirum, hoc tamen pollicemur, quòd uolentibus diligenter his quæ dicuntur intẽdere, & uera hæc noſtra & utilis inuenietur aſſertio. Hoc ergo eſt qd hic ſermo noſter pollicet oſtendere (ſed quæſo uos, nullus primo turbetur auditu) neminem poſſe lędi ab alio, niſi à ſe metipſo. Verum ut planior ſermonis intelligẽtia & apertior detur, primo diſcutiamus quid ſit hoc ipſum lædi, & erga quam materiam, quámue ſubſtantiam lædi contingat unicuiq;. Sed hoc ita demum lucidius fiet, ſi prius quæ ſit in homine uirtus, & ubi ſit, requiramus. Tũc enim uerius apparebit, unde & quomodo ei accidat lædi: & in quo quidem uideatur lædi, nec tamen lædat. Idq; etiã exemplis adhibitis clarius demõſtrabimus. Omne quod eſt in rebus, habet aliquid quo corrũpi poſſit ac lædi. Verbi gratia: Ferrum rubigo lędit, lanam tinea, ouium greges lupus, uinũ aceti permutatio, dulcedinem mellis amaritudo corrumpit: lolium ſegetibus nocet, grando uineã lædit, uirgulta ac diuerſa plãtaria locuſtę, ac bruchi exercitus uaſtãt, & ſingulis q̃buſq; corporib. (ut ne in enumerãdo omnia lõgius producatur oratio) uariæ morborum ſpecies inferunt corruptelã: ſic enim corruptela erga unũquodq; eorum habet, q̃ noceri poſſit, & ſtatus eius incolumitasq; corrumpi. Requiramus ergo nunc quid illud ſit, quo uirtus quoq; animi lędat ac uitietur humani. Alij quidem alia opinantur. Oportet enim nos etiam falſas opiniões adducere in medium, cõfutatisq; eis, ut ſe ueritas habet, edocere & oſtẽdere euidẽter, quòd nocere nobis uera noxa nemo alius poteſt, niſi noſmetipſi. Alij ergo putãt, quòd noceat homini paupertas, alij damna aut calumniæ, alij mors, & in his eſſe cunctas hominum miſerias iugiter deflent, multaq; miſeratione dignos ducũt eos qui in his poſiti uidentur, ac lachrymabiliter conquerũtur, dicẽtes adinuicem: Quid mali perpeſſus eſt ille? Subito direpta eſt eius uniuerſa ſubſtãtia. Et alius rurſus de alio: Ille ęgrotat grauiſſima ægritudine, & deſperat à medicis. Et alius eos qui in uinculis habent, deflet: & alius eos qui patria carẽt, & ad exilia propulſi ſunt: alius eos q in ſeruitutem ex libertate redigũtur: alius eos qui ab hoſtibus deprædati ſunt, atq; in captiuitatẽ ducti: alius eos qui naufragio decerpti ſunt, uel incẽdio conflagrarunt, uel ruinis oppreſſi ſunt. Iſti omnes planguntur, lugentur & deflentur ab omnibus: hi uero qui male agunt, & nequiter uiuunt, à nullo penitus flentur, ſed quod eſt infelicius, frequenter etiam iſti laudãtur ab omnibus, & beati dicũtur: quod certè totius mali cauſa eſt. Age iã nunc, ſi tamẽ (ut ab initio deprecatus ſum) nemo obturbet dicentẽ, oſtẽdamus quomodo nihil horum quæ ſuprà diximus, nocere prudenti uiro poteſt, nec corrumpere animi uirtutẽ. Quid enim, dic mihi, eum qui facultates calũniatoribus, uel furibus, uel latronib. obſeſſus amiſit, huiuſmodi damna læſerunt in animi uirtute? Sed, ſi uidetur, prius deſcribamus ut propoſuimus, quę ſit animi uirtus: eaq; ut euidentius poſſit agnoſci, coniecturam & ſimilitudinem ex corporeis ſubſtantijs capiamus. Et uideamus prius, uerbi gratia, equi quę ſit uirtus. Nunquidnam uidebitur in argẽteis frenis, pulchriſq; tapetibus ac ſericis flammulis, phaleriſq; gemmatis, iubaq; aureis intexta funiculis, equi uirtus & magnificẽtia iudicari? an in uelocitate curſus, & fortitudine pedum, greſſuſq; cautela ac pectoris firmitate, cæterisq; quæ aut cõficiẽdo itineri apta ducuntur, aut prelijs peragẽdis, ut uel interritus hoſtẽ petat, uel in aduerſis perniciter propriũ poſſit ab exitio liberare ſeſſorẽ? Nõne certum eſt in his potius equi uirtutẽ, quàm in illis

illis de quibus suprà dictum est, declarari? Quid autem & reliquorum animalium? nónne in eo omnis probitas habebitur, si uel ferre onera fortiter, uel robusta possunt mouere carpenta? Nunquid uolēs aliquis probare animal, ad ea respicit quæ ei superposita uiderit: an (ut diximus) si membris, si pedibus, si ungulis ualidū sit, inspiciet? Et item si uineam probare uolumus, nūquid ad hoc inspicimus, si latos habeat pampinos, aut flagella diffusa? an illud magis aspicimus, si densior ei fructus sit, & uua fœcūdior? Similiter & de oliua, atque aliis huiusmodi arboribus cōtemplamur. Igitur eodem modo etiam de hominib. agamus, discutientes quæ, aut ubi sit uera hominis uirtus, & tunc eum lędi putemus, quum in ipsa fuerit lęsus. Quæ ergo est uirtus hominis? Non sunt diuitiæ, ne timeas paupertatē: nec sanitas corporis, ne lāguorē metuas: nec fama & existimatio humana, ne te hominum maledicta terreant: nec uita hæc cōmunis, ne fortè metuas mortem: nec libertas, ne seruitutem perhorrescas. Sed quę est uirtus animi? Recte sentire de deo, & recte inter homines agere. Illa em̄ omnia quæ suprà diximus, auferri ab homine possunt, etiāsi nolit: hæc uero si habeat, auferre ab eo nullus omnino, nec ipse diabolus potest, nisi ipse ea q̄ possidet, perdat. Sciebat hunc rerum ordinem diabolus, & ideo quum expetisset beatum Iob, omnem substātiam eius perditum dedit, nō ut eum pauperem faceret, sed ut pro his dolens, impium aliquem sermonē proferret in deū. Propterea deniq; & omne corpus eius afflixit, nō ut eum faceret ægrum, in quo nihil lędebatur, sed ut per ægritudinis cruciatum, si fortè cōstantia eius fatigari potuisset, animi uirtute nudaretur. Ob hoc eum numerosa orbitate percussit: ob hoc & corpus eius tormentis multo grauioribus, q̄ si carnifices adhibuisset, afflixit: non em̄ ita tortores unguibus latera sulcarent, ut ille ea uermibus fodit. Ob hoc, inquā, hæc omnia, ut male aliquid de diuinitate sentiret. Ob hoc etiā amici qui ad consolandum uenerant, instigātur ad exacerbandum: aiunt enim: Nondum digne secundum ea quæ peccasti, flagellaris. Et multa alia huiusmodi incusantes eum, loquuntur. Ille autē urbe extorris & domo, & facultatibus simul affinibus q̄ nudatus, sterquilinium pro domo, pro strāmentis humum, fimum pro indumentis habebat. Sed in his omnibus nō solū nihil lædituṛ Iob, uerum & clarior per hæc ac magnificētior redditur. Cum enim cūctis eum facultatibus atq; ipsius sanitate corporis spoliasset, immensas ei uirtutū diuitias per patientiam congregauit. Neq; enim tāta fidutiæ apud deum erat Iob, antequam in hoc agone desudaret. Quòd si iste qui tāta perpessus est, & ab eo perpessus qui omnes homines nequitia & crudelitate præcellit, lædi in animi uirtute nō potuit: qs erit iam cuius uideat digna excusatio, cū dicit: Ille me læsit, ille offendit, ille nocuit, ille impediuit? Si em̄ diabolus, qui omni malitia repletus, commotis uniuersis uiribus suis, atq; omnibus telis armisq;, uel in domū iusti, uel in cor-

Iob 1

A pus eius directis, lædere omnino non potuit: sed magis eum, ut dixi, glorioſum, & spectabilē reddidit: quomodo digne quis ullum hominē culpabit, quòd ab eo lædi quiuerit, aut noceri? Quid ergo, inquies, non est læsus Adam à diabolo, & nō est supplantatus atq; eiectus de paradiso? Nō diabolus eum, sed ignauia sua læsit, dum erga obseruantiam mandati non uigilauit. Nam hic qui tot machinis aduersus beatū Iob, totq; fraudibus pugnauit armatus, nec tamen eum ualuit superare: quomodo ullis horū in Adam prolatis decipere potuisset, nisi per ignauiā suam semetipsum sponte perdidisset? Sed dices: Quid ergo? qui calumnijs circumuentus proscribitur, & amittit uniuersam substantiam, non est lęsus, quum paternis nu-

B datus bonis, ultima egestate cruciatur? Non: imò uero non solū læsus nō est, sed & lucri aliquid capiet, si uigilauerit. Quid em̄, dic mihi, apostolos Christi penuria rerum corporalium lęsit? Nónne in fame & siti, & nuditate degebāt, & pro his clarí magis & magnifici habebātur, atq; ingentē per hæc fidutiam quæsierūt apud deum? Quid autē & Lazarum? nōne ęgritudo & ulcera, & egestas ultima ad beatitudinem perduxit? & afflictio huius mundi coronas ei in æternum parauit? Quid uero Ioseph? nōne quòd opprobrijs domi & peregrè repletus est, eousq; ut adulter putaretur, & quòd seruituti subiectus est, parentibus & domo extorris effectus: Nónne ob hęc singula in admiratione est omnibus apud homines, & in magna

Gen. 3

Gen. 37

C gloria apud deum? Sed quid de exilijs, & paupertate, & opprobrijs illatis loquor? & quòd in seruitutē redacti sint mirabiles uiri? Mors ipsa, dic mihi, quid nocuit iustissimo illi Abel, & mors amara, & acerba mors, parricidio illata, non homicidio? Nónne ob hoc in omni orbe terrarum canitur, & celebrat Abel? Vides quomodo amplius ostendit nostra hæc etiam quàm promisit oratio. Non solum enim hoc aperuit, quod promisimus, quia nullus lædatur ab alio, sed & quòd lucra maxima capiant sancti homines in his quibus uidentur affligi. Cur ergo, ais, pœnę & supplicia, cur gehenna, quam ob causam minæ tam multæ, si nemo lædit, & lædit nemo? Noli confundere & permiscere sermonē: neq; enim diximus, quia nemo

D lædit, sed quia nemo lædítur ab alio. Et quomō, inquis, erit istud, si lædūt aliqui, ut nemo lędatur? ita ut iam ostendimus. Nam & Ioseph læserūt fratres sui, & iniquè egerūt in eum, sed ipse læsus nō est: & in Abel iniquè agit Cain, insidiatus est em̄ ei, sed ipse nō est lęsus, nec mali aliquid passus: ob hoc ergo pœnæ & supplicia. Non enim patiētiæ uirtus eorum qui patiuntur, illorum crimē abstulit, qui impio proposito iniuriā proximis irrogarunt. Quamuis enim ipsi clariores effecti sint per tolerantiam, non tamen illi eximūtur scelere per propositi sui malitiam. Et ideo quidē illos uirtus animi extollit ad gloriam: istos uero malitia animi demergit ad pœnā. Meritò igitur à iusto iudice deo illis quidē qui cōstāter philosophati sunt, & ad palmam uictoriæ peruenerunt, regnum pa-

ratur:his autem qui in nequitia propositi perdurarunt,gehẽna deputatur.Propter quod,si ablatę tibi sunt facultates tuæ: dic, Nudus exiui de uẽtre matris meæ, nudus & hinc abscedã. Adde & illud apostolicum:Nihil intulimus in hunc mundum,sed ne auferre quidem quid possumus. Audisti te maledici,infamari apud homines,& contumelijs onerari:recordare, & ante oculos pone
Luc.6 uerba domini, quibus ait: Væ uobis, quum bene uobis dixerint omnes homines.Et iterum, Gaudete & exultate,quum eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Expulsus es patria & domo, recordare quia non habemus hic patriam manentem, sed futuram inquirimus.Quid ergo te putas patriam perdidisse, qui in tota terra peregrinus es? Sed & si ægritudinẽ incurristi grauissimam, utere illo apostolico ser-
2.Cor.4 mone,quo ait:Nam et si is qui foris est homo noster,corrumpatur:sed qui intus est, innouatur de die in diem.In carcere conclusus es, & mors crudelis imminet: intende adhuc ante oculos Ioannem in carcere ceruicibus cæsum,& tãti prophetæ caput saltatrici puellæ in mercedem libidinis datum.Hæc ergo singula quum inferuntur iniuste,tu non consideres eorũ quæ inferuntur iniuriam:sed eorum quę pro his retribuentur,perpende gloriam. non solum enim peccatis absoluitur qui hæc patitur, sed & iustitias acquirit: tantum est ut fides eos constantiaq; non deserat.Quũ ergo neq; damna facultatum, neq; calumniæ, neq; opprobria, neq; exilia, neq; ægritudines & cruciatus, neq; ipsa mors quæ uidetur omnium horum esse grauior,lædat homines, quinimò & iuuet,clarioresq; reddat: unde iam probabis lædi aliquem posse, quum ex his omnibus non lædatur? Verũ ego & amplius adhuc quid assignare tentabo:quia illi soli læduntur qui lædunt, & nulli alij nocet noxa quam cæteris inferunt,nisi ipsis qui inferunt.Quid enim,dic mihi, infelicius erit, quàm Cain? Mors enim illa quæ manibus eius fratri illata est,illum quidem iustum reddidit per secula:ipsum uero qui intulit, haberi fecit per secula parricidam. Quid etiam Herodiade miserius,quæ caput Ioannis exhiberi sibi desiderauit in disco,ut suum caput perpetuis gehennæ ignibus flammisq; demergeret? Quid etiã ipso diabolo deterius, qui nequitia sua ita clarũ reddidit Iob, ut quãto illi gloria,tãto huic cresceret pœna? Vides quomodo & in his plus multo, quàm pollicitifueramus,ostenditur? Claruit enim non solum neminem lędi ab his qui iniurias inferunt, sed & illos tantummodo lædi,& male pati, à quibus irrogantur iniuriæ:quoniamquidem neq; diuitiæ, neque libertas,neq; sanitas, neq; alia huiusmodi quę suprà memorauimus,propria bona hominis sunt,sed sola uirtus animi. Et ideo quum erga ea quæ extrinsecus sunt,damnum, aut amissio, aut afflictio ulla superuenit,non lædituꝛ homo: quia omne bonum eius in animi uirtute cõsistit.Quid ergo,ais,si in ipsa quis animi uirtute philosophatur, & lædituꝛ? Nequaquam: in his enim si lædatur,non ab alio lædituꝛ,sed à semetipso. Quomodo, ais, à semetipso quis lædituꝛ? Si quando uerberatus ab aliquo, uel facultatibus spoliatus, aut alio quolibet modo afflictus, blasphemũ & impium ex ore suo protulerit uerbum: læsus in hoc,& ualde læsus est,non tamen ab alio, sed à semetipso,per impatientiam scilicet suam. Intuere enim(sicut & superius diximus) quanta perpessus sit Iob,nõ ab homine aliquo, sed ab eo qui omnium hominũ scelestior est & crudelior.Quòd si ille immanis & cruentus,tot machinis, tot fraudibus adhibitis,totq; supplicijs non potuit cogere ut peccaret Iob labijs suis ante dominum, & hoc quum neq; legem dei accepisset Iob,neq; redemptionis Christi ac resurrectionis eius fuisset gratiam consequutus: quanto magis tu his omnibus munitus,si uelis,& ex fide auxiliũ dei implores,non poteris superari. Vide enim Paulũ quanta passus est,quæ etiã enumerare difficile est:carceres,uincula,uerbera,flagella,supplicia:à ludęis lapidatur, uirgis cæditur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis & à falsis fratribus insidias perfert: intus timores, foris pugnas patitur: famem,nuditatem,calumnias, insidias, tribulationes,bestias tolerat.&quid opus est multa dicere? quotidie moritur,& tamen in his omnibus nõ solum nihil blasphemum ex ore suo profert, sed & gaudet,& gloriatur,atq; exultans dicit: Gaudeo autem in passionibus meis:&iterum:Non solum autem,sed & gloriamur in tribulationibus. Si ergo hic tãta patiens gaudebat & gloriabatur:quæ erit uenia,quæ excusatio his qui pro paruis iniurijs,uel uerberibus, aut qualibuscunq; tribulationibus,quæ utique illis longe inferiores sunt, blasphemant? Sed aliter, inquis, lædor:si enim non blasphemauero,facultates meæ auferẽtur, & ero iam inutilis ad misericordiam faciendam. Occasiones sunt istæ,& non bonæ. Si tibi opera misericordiæ,& eleemosynæ cordi sũt,audi: quia paupertas non impedit hominem ad misericordiam faciendam,hominem dico misericordem.Quamuis enim pauper sis, erunt tibi duo minuta, quæ quum obtuleris,super omnem diuitum cẽsum reputabuntur tibi: & erit tibi manus plena farinæ, quæ sufficiat tibi ad pascendum prophetam. Quòd si defuerit etiam hæc, nunquam tibi, crede mihi,deerit calix aquæ frigidæ, ex quibus omnes diuitias effusas pro misericordia superabis. Mentem namq; misericordem deus requirit,nõ pecuniæ quantitatem. Vides ergo quia nec in hoc quidem damnum passus es, quòd perdideris facultates, quinimò & lucri plurimum: nam & coronas immortalitatis, quas alij multa largiendo mercantur, tu duobus minutis (ut diximus) aut pretio aquæ frigidę comparasti. Hęc quidem his qui ueritati studeꝛnt, & salutis suę curam gerunt, manifeste euidenterq; patuerunt: apud eos autem qui uoluptatis uinculis alligati sunt, & quos obtinet libido captiuos, quibusq; omnis uita in luxuria teritur, superflua uidentur hęc & inepta,quoniamquidem summa auiditate ample-

Coloss.3 Rom.5

amplectuntur umbras, & ſtringunt uentos. Hæc enim quæ eis uidentur carnis & ſeculi bona, è manibus eorum tanquam uentus & umbra effugiũt ac labuntur. Et ideo ſi uidetur, aperiamus etiam ipſis interiores rerum cauſas: & imagine hac qua decipiuntur ablata, ipſam eis interiorem impuræ huius & immundæ meretricis, quam complectũtur, faciem reuelemus. Meretricem nanq; ego appello uitam hanc, quæ in delicijs, & affluẽtia diuitiarũ, & huius ſeculi potentia ac uoluptate tranſigitur. Et nõ ſolum meretricem eam nomino, ſed & turpiſſimam atq; obſcœniſſimã meretricem, cuius facies fœda, horrida, aſpera, amara, crudelis, & in hoc maxime eſt, in quo ſine uenia habendi ſunt cuncti, quos decipit. Quod cum tam turpis ſit uultus eius, & ferus, & tam barbarus ac truculentus: multi tamen ab ea capiuntur. Et cum uideant apud eam cruenta omnia periculis, mortibus, præcipitijs plena: cumq; ſtipari eam cernant ſodalibus peſſimis, cõtumelijs dico, opprobrijs, liuore, inuidia, inſidijs, criminationibus, & perniciioſiſſimis curis, metu iugi, tremore frequenti, & mille alijs huiuſmodi infauſtis conſortibus, uelut anguium corona circumdari: fructum uero in his nullum alium, niſi interitum eſſe, & pernicie pœnamq; perpetuam: expetitur tamen à pluribus, et amabilis habetur atq; exoptabilis. Tanta nãq; eſt eorum, qui decipiuntur ſtoliditas, ut cum eos ratio nulla ab hoc interitu reuocet: nec euidẽtia quidem indeſinenter pereuntium exempla deterreant. Non ergo iſtos ſtolidiores multo, quàm paruulos iudicem, quos puerilis ludus, ubi aut circulus uoluitur, aut turbo uel trochus uerberibus agitatur, & longis porticibus per curua ſpatia rotatur, ita intentos & inhiantes puerilibus annis tenet, ut auelli inde nullatenus queant, ignorantes penitus per ætatis fragilitatem, nihil in illo ludo utilitatis, nihil perfecti operis haberi? ſed pro illis ſatisfacit ætas immatura. Iſti quid habebũt excuſationis, qui in ætate perfecta puerilem, imò & puerili imbecilliorem ſententiam tenent? Cur ergo quæſo te, uidentur appetendæ diuitiæ? Hinc nanq; incipiendum puto: quia, inquit, & ſanitati, & uitæ ipſi, & famæ, & patriæ, & propinquis, & amicis, & omnibus omnino quæ ſunt, cõmodiores eas eſſe pluribus uiſum eſt. Et iſta ſententia nõ ſolum terra mariq; ſeruatur, ſed uſq; ad ipſas iam nubes aſcẽdit ac ſydera. Noui & ego q̃ non tam iſta ſententia, quàm flamma eſt, quæ & iſtum uaſtat orbem terrarũ: & qui extinguat quidem, nullus eſt: qui accendant uero, & magis magisq; inflamment, multi ſunt. Omnes enim fauẽt huic malo, non ſolum illi qui ab eo capti ſunt, ſed & qui nondum illud uidentur ingreſſi: & unumquenq; hominem uideas, ſeu uir ſit ille, ſeu fœmina, ſeruus aut liber, diues pauperue, pro uiribus ſuis incendio huic materiam atq; onera comportare, & die ac nocte in eius miniſterijs uigilare. Onera autem dico non ligni aut fœni: non enim talis eſt flamma quæ iſta cõſumat, ſed animæ ſuę, & corporis iniqua & iniuſta ei opera deferũt: his

A enim accenditur ignis iſte, et his paſcitur. Nam et ipſi diuites, etiã ſi totũ orbem poſſibile eſſet poſſideri à ſingulis, adhuc tamen in deſiderio eius arderent. Pauperes uero dum cupiunt diuitib. exæquari, inſanabilem rabiem patiuntur, inſaniunt, furiũt, & idem morbus diuerſos ſingulis generat languores. In tantum amor pecuniæ omnem animam fatigat, ut neq; amicitiarum, neque propinquitatis, interdum etiam nec coniugis, aut filiorum amori det locum, quibus affectibus inter homines nihil præfertur: amor tamen pecuniæ omnia hæc humi deijcit, & pedibus conculcat, ita ue
lut fera quædã, & crudelis domina omnium corda poſſidet, & tyrannica dominatione deuincit.
Sæuit ut barbarus, feruet crudeliter ut tyrannus,
B debacchatur impudenter ut meretrix, nuſquam miſeretur, nuſquam pudet: adeſt ubiq; dura, ubiq; terribilis, dira, inclemens, impia, truculenta: & cum lupis, & urſis ac leonibus ferocius ſæuiat, ſuauis tamen hominibus uidetur, & amabilis. Et q̃d dico ſuauis? Melle ipſo, & fauis dulcior. Cũq; his, qui eam deſiderãt & exoptãt, gladios acuat, q̃tidie foueas & præcipitia paret, ſcopulisq; eos mille & mille naufragijs illidat: expetitur tamen ab eis, ac deſideratur, & quæritur, ac per innumeras mortes ſuas lætantur ſe aliquando ad eius ſaltem ianuam peruenisſe. Volutari nanq; in cœno eius, tanquã ſues delectantur, & ut canthari ſtercus eius euoluere. Tales quodammodo omnes, qui auaritiæ huic manus dederint, infeliciores &
C turpiores etiam iſtis immundiſſimis animalibus fiunt. Et hæc eſt maior rei huius infelicitas, quòd quanto magis in his ſordibus uolutantur, tanto maiorem in his capiunt uoluptatem: idq; non rei natura, ſed uoluntatis uitio patiũtur. Quomodo ergo ſanabimus mentes huiuſcemodi languoribus occupatas, niſi uellẽt nobis aurem paululum commodare, atq; animos ad audienda dare, & ſuſcipere quæ dicuntur? Irrationabilia nanque illa quæ diximus, ut muta animalia, quæ ſe in huiuſcemodi ſordibus uolutant, trãsferri ab his non poſſunt, utpote intellectu & ratione carentia. Nobis uero ſermo nũc ad homines habetur, quibus intellectus, & ratio diuino munere data eſt: tantum eſt, ut audire uelint, facile & abſque multo labo-
D re de cœni huius fœtore & indignitate ſtercoris poterũt liberari. Age ergo iam nunc quaſi ad homines loquẽtes, & percontemur ab eis, cur expetendę uideantur eſſe diuitiæ. Reſpondebunt ſine dubio, propter uoluptatem primo uitæ & delicias corporis: tum deinde & propter honorem, qui habetur in uita, atq; officia quæ ab hominibus diuitiarum contemplatione deferuntur: & pro eo, quòd poteſt facile ulciſci qui diues eſt, in eos qui iniuriam inferre tentauerint, ut & timori ſit cæteris. Puto quòd alias, exceptis his, cauſas non habeas, uoluptatis dico, honoris, officiorum, timoris, ultionis. Nam neque ſapientiorem, neq; temperatiorem, neque clementiorem, neq; prudentiorem diuitiæ facere hominem poſſunt: non benignum, non placidum reddunt: non denique

iracundum aliquando in manſuetudinẽ commu
tarunt, nec incontinentem continentiam, nec uo
luptuoſum ſobrietatem, nec inuerecundum uere
cundiã docuerunt: neq; aliud aliquando uirtutis
genus animę per diuitias acquiſitum eſt. Quòd ſi
uirtutibus animi nihil conferunt, nec meliorẽ ho
minem ſecundum uirtutum titulum reddunt: dic
quæſo quam ob cauſam expetẽdę uideantur eſſe
diuitiæ? Imò uero nõ ſolum nihil uirtutis animo
conferunt, ſed & ſi paratũ aliquid & reconditum
inuenerint, ſubruunt, & econtrario uitia pro uir-
tutibus introducũt: ipſarum enim pediſſequa eſt
luxuria, ira, intemperantia, furor, iniuſtitia, arro-
gantia, ſuperbia, omniſq; irrationabilis motus.
Sed de his ſuis locis reſeruemus: quoniam quidẽ
nõ libenter hi, qui huiuſmodi ægritudine innexi
ſunt, ſermonẽ de uirtutibus ac uitijs audiunt. Par
tes enim luxuriæ agunt, & nihil aduerſus eam pa
tiuntur audire. Hinc ergo interim ſermo moueatur: ſi eſt omnino in diuitijs aliquid quod delecta
re poſſit, aut ſi eſt in illis aliquid honoris. Incipia-
mus itaque, ſi uidetur, à conuiuijs, & à menſarum
affluentia. In his enim diuitiarum magnificentia
prædicatur. Conferamus menſam diuitis, & me-
diocris, & diſcutiamus utroſq; conuiuas: qui ma-
gis quæſo ſint, qui puram ueramq; utriuſq; men-
ſæ capiunt uoluptatem. Illi nanque tota die attri-
tis, & laſſeſcentibus cubitis recumbunt, & cœnas
prandijs iungunt, quiq; uentris diſtentione rum-
puntur, atq; oppreſſione ciborum ſuorũ premun
tur: in quorũ corpore uini inundatiõe, uelut nau-
fragij cuiuſdam fluctibus obruta anima necatur,
ubi neq; oculus, neq; lingua, neq; pes propriis de
ſeruit officijs: ſed omnia mẽbra corporis uini uin
culis iacent uincta grauius, quàm catenis: ubi nõ
ſopor eis ipſe ad quietem datur, neq; ad ſalubrita
tem cedit, ſed exterriti ſomnijs inſaniẽtibus & fu
rentibus deteriores fiunt, & quaſi ſponte dæmo-
nes ſuperducãt animæ ſuæ, riſus, & ſpectaculum
omnibus etiam ipſis famulis ſuis fiunt: nihil agno
ſcunt eorũ quæ uidentur, nihil ſentiunt, nihil no-
runt, dicere aliquid & audire non poſſunt, ſed la-
tera fœdiſſima portantur de accubitis ad lectos.
In talibus igitur conuiuij magis uoluptas eſt, an
in illis ubi cibus potuſq; tantus eſt, quantus famẽ
depellat ac ſitim? Hunc modum uitæ natura do-
cuit, illum corruptela libidinis inuenit. Ideo deni
que in hoc etiam ſanitas adeſt, & ratio permanet,
& honeſtas cũ ſobrietate perdurat, nec grauatũ
corpus atq; oppreſſum leuatur de cõuiuio, ſed ad
iutum potius atq; auctum uiribus, totaq; alacrita
te ſubnixũ ſurgit incolume. Quòd ſi tibi parum
fidei habere ſermo noſter uidetur, utrorumq; cor
pora et animos cõſidera: et inuenies illa magis ro
buſta, & ualida, ac ſucci plena, quæ mediocribus
ac ſimplicibus utuntur alimonijs. Nec mihi nunc
adducas in medium, ſiqui forte ex accidenti ægri
tudine, aut qualibet debilitate fatigantur. Alia eſt
iſta cauſa, & alio in tempore requirenda. Hi uero
qui in delicijs & luxuria uitam ducunt, reſoluta
quidem corpora, & omni cera molliora circunfe

A runt, atq; agmine quodàm infirmitatum repleta,
quibuſq; ad cumulum malorũ podagræ, tremor,
& immatura ſenectus accedit, & eſt eis uita ſem-
per cum medicis & medicamentis: ſenſus aũt ipſi
tardi, graues, obtuſi, & quodammodo iam ſepul-
ti. Et ſi aliquid uoluptatis, aliquid iucunditatis ha
bent: quis hæc iucunda dicat & grata, qui tamen
nouerit, quid ſit iucũditas et uoluptas? A pruden
tibus eñ ita definitur, quia hæc ſit ſola uoluptas,
cum quis deſideriis ſuis fruitur. Vbi uero frui de-
ſideriis non poteſt, dum uel ægritudo non ſinit,
uel ſatietas ipſa deſiderari non facit, quæ onerosa
efficit abundãtia: ſine dubio & uoluptas eis pari-
ter & iucunditas perit. Deniq; conſidera ægros,
qui faſtidio perurgẽtur: quomodo, quamuis ſua-
B ues eis & lauti apponantur cibi, horrori tamẽ eos
magis accipiunt quàm uoluptati. Sic ergo cũ per
abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter et
uoluptas ac iucunditas perimitur: quia non tam
ciborum gratia, quàm deſiderij gignit ſatisfactio
uoluptatem. Vnde & ſapiens quis, atq; in horum
diſciplina philoſophari bene ſciens aiebat: Ani- Prou.27
ma in ſatietate poſita, fauis illudit. Oſtendens eti
am ipſe, quia uoluptas non in natura, ut diximus,
ciborum, ſed in deſiderij uigore cõſiſtit. Propter
hoc & Propheta mirabilia enarrãs, quæ in Ægy-
pto geſta ſunt, quæq; in eremo, inter cętera etiam
hoc dicit: De petra melle ſaturauit eos. Equidem Pſal.80
nuſquam inuenimus mel fluxiſſe de ſaxo: quid er
go eſt quod dixit? Quoniamquidem poſt multã
C itineris fatigationem, & laborem ſitientes, aquis
frigidis è ſaxo fluentibus fruebãtur, easq; multo
cũ deſiderio hauriebant: hoc ipſo ergo quòd dul
ciſſime & deſiderabiliter potãdi cupiditas exple
batur, aquas illas mel appellauit: non quòd natu-
ra aquarum fuerit commutata, ſed quòd dulcedo
poculi, inſtar mellis ſitientibus, & deſiderantibus
obtineret dulcorem. Igitur cum hæc ita ſint, nec
dubitari à quoquã de his poſſit, niſi ſit aliquis aut
cõtentioſus, aut ſtultiſſimus: nónne palàm eſt, &
in propatulo, quòd ſimplicior uictus, & menſa
mediocris plurimum iucunditatis habeat & uo-
luptatis: econtrà uero diuitum menſæ execrabi-
les quidem & horridæ ac morborum & contami
nationis plenæ: & ſicut ait quidam prudentium,
D in quibus moleſta ſunt etiam ea, quę delectabilia
uidentur? Sed honores, inquiunt, conferunt di-
uitiæ, & in inimicos ultiones facilius præſtant: &
ob hoc uidebitur neceſſarium eſſe opus diuitia-
rum, quia uitijs miniſtrãt, & iræ tribuunt effectũ,
atq; inanes ambitionum bullas inflãt amplius, &
extollũt in maius, quodq; ſuperbiæ malum tumi
dius erigũt: imo potius pro his omnibus maxime
erant fugiendæ diuitiæ. Hoc eſt enim feras quaſ-
dam beſtias in animis ſuis homines ſponte collo
care, & in pectoribus ſuis nutrire. Et iterũ diuitiæ
ſuadẽt, ut honore quidem uero cœleſtiq; careaẽ:
falſum uero hũc ueri illius colore ſolũ quodam,
& ſimulata imagine fucatum requiri honorẽ, nõ
ueritate ſed nomine. Sicut enim plerunq; meretri
cis uultus, cum turpis & fœdus eſt per naturam,

fucis

fucis & coloribus pigmẽtatus proſtituitur ad de- A cipiendos eos qui ignorãt, quæ fœditas ſub uela mine fuci illius contegitur: ita & diuitiæ faciunt, cum adulationem uolunt honorem uideri. Neq; enim uoces illæ populi, per quas iudicibus acclamatur, ex ueritate proferunt̃, ſed & ipſę ſunt, quibus fucatum nomen honoris depingitur. Nam ſi conſcientias interroges acclamantium tibi, inuenies apud unumquenq; eorum mille te capitibus accuſari. Denicq; ubi metus ceſſauerit poteſtatis, & publicæ põpæ fuerit ſcena reſoluta: tũc uideas quãti oblatrantes, quanti obloquentes, quãti inſimulantes: & hi omnes ex illis ſunt, qui prius acclamabant, & immenſis te laudibus extollebant: hæc tu honorem dicis? & hæc diuitijs quærenda credis, quæ etiamſi ſponte adeſſent, recuſanda e- B rant: plus enim odij quàm amoris acquirunt. Sed ſi uis, tibi oſtẽdam honorẽ uerum. Honor uerus, uirtus animi eſt. Hic honor neq; à Cæſaribus præſtatur, neq; adulatione conquiritur, neq; pecunia præparatur: nihil fucati in ſe habet, nihil ſimulati, nihil occulti: huius honoris ſucceſſor nullus eſt, accuſator nullus, nullus ingratus: hic honor temporibus nõ mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturam tabulæ metuit aliquando delendam. Sed uindictam, inquis, inimicorũ ſumere nõ poſſum. Hęc uero eſt maxima cauſa et prȩcipua: quia execrandæ diuitiæ ſunt, & amanda paupertas: iſtum enim gladium, quem dicis, aduerſum te acuũt: faciũt enim te præuaricatorem mandati illius, quo Deu.32 dicit: Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit do C Rom.12 minus. Vis aũt uidere quantum mali habeat uindictæ cupiditas? miſericordiam dei aufert ab homine, & cõceſſam iam gratiam infringit ac reuo- Matt.18 cat. Scriptum eſt enim in euangelio, q; is qui multorũ talentorũ debitor fuerat, & ueniã precatus à domino impetrauerat, cum cõuerſus ad ſeruum ſuum, qui ei parum pecuniæ debebat, hoc eſt qui in eum parum peccauerat, exigere eum cepit, uindictam ſcilicet ſumere, & ob quod immitis fuit erga indulgentiam conſerui, ipſe de ſe ſententiã tulit, ut nõ ſolum iam cõceſſa non frueretur indulgentia, ſed & tortoribus traderet̃, atq; uniuerſam debiti ſummam cum ſupplicijs pœnaq; perſolueret: & ita p uindictæ deſiderio munus diuinæ p- didit indulgentiæ. Pro his, quæſo te, uidentur expetendæ diuitiæ, ut tibi facilior uia pateat ad inD teritum? Nõnne pro his maxime oportebat eas ueluti inimicum grauiſſimum & hoſtem peſſimum ac totius mali autorem uitari? Sed paupertas, inquis, difficile negotiũ eſt: interdũ em̃ et blaſphemare cogit homines per penuriã, & multa inhoneſta & indigna cõmittere. Non paupertas hæc, Luc.16 ſed puſillanimitas facit: nam & Lazarus pauper fuit, & ualde pauper, cuius paupertati addebatur etiam ægritudo, & ægritudo amariſſima, quæ ipſam paupertatem redderet duriorem, cum & uis morbi ſolatia multa depoſceret, & nullũ penitus paupertas poſſet adhibere. Horum enim alterũ etiamſi ſolum ſit, graue eſt, & doloribus plenum: cum aũt ſimul iunguntur, nec adeſt qui ſubleuet, intolerabile efficitur malum. Ignis in extinguibilis, & dolor ſine remedio, tempeſtas plena naufragijs, animæ ſimul & corporis flamma. Erat tamẽ huic beato his omnibus malis aliquid adhuc amplius, uicinitas diuitis epulantis luxurioſe: & adhuc magis ac magis etiam inde in eum tormenta cumulantur, quòd & ad ianuã iacebat epulantis, ut eum multo amplius excruciarent opes in oculis poſitæ, quæ uetabant̃, quàm illæ quæ p penuriam deerãt. Multo enim grauius affligit animã, q; cogit̃ carere bonis, quæ uidet, quàm his egere quæ non uidet. Verum ne his quidem flectitur diues ille crudelis, ſed ſibi quidem præparari menſam ſolitis copijs iubet, & ornari miniſteria, uina diffundi, coquorũ exercitus, & alios miniſtrorũ cum paraſitorũ turmis duci, & cantorũ ſtatui cateruas, nec in aliquo luxuriã temulentiam q; fraudari: pauperem uero Lazarũ dira fames, & amaræ ægritudines uaſtabant: miniſter uero nullus: nec ullum miſero ſolatium ex menſa diuitis, quæ paraſitos & luxurioſos uſq; ad diſtenſionẽ & crapulam ſatiabat: ne micæ quidem quæ proijciebãtur, ad Lazarũ ueniebant fame periclitantẽ: & tamen ita pertulit hanc tam diram, tamq; teterrimã paupertatem, ut neq; amarũ ſermonem, neq; blaſphemiæ uerbũ proferret & illicitum: ſed ſicut aurum uehementius ignitũ, purius et ſyncerius redditur: ita etiam ille paſſionibus et cruciatibus examinatus, clarior & ſplendidior per patientiã reddebatur. Etenim ſi uidẽtes tantummodo diuites quoſq; affliguntur humiles, & tabeſcunt ac diſtẽduntur inuidia, & uita ipſa amarior redditur, etiamſi neceſſarius eis nõ deſit cibus, etiamſi mediocria uideãtur habere miniſteria: quid uero paſſus Lazarus, qui ita erat pauper, ut nullus alius fuit: & non ſolũ pauper, ſed æger, ut nullus alius æger fuit? Et qui nullum omnino, non dico miniſtrũ, ſed nec ſolatium quidem habuit in medio ciuitatis, ut in ultimis agens deſertis, famem patiens, omnium rerũ penuriam habens, ſed plus exabundantia uicinitatis eſuriens? Videbat enim diuitẽ copijs, tanquam fontibus & fluminibus inundãtem, ſe uero ab hominibus quidem refrigerium nullum capiẽtem: ſolis uero canibus iacere miſerandũ: ita enim erat ægritudine reſolutus, ut nec ipſos quidem canes ualeret abigere. Hic ergo, niſi fuiſſet ſummæ philoſophiæ, quomodo hęc omnia tam patienter, tamq; fideliter pertuliſſet? Vides quoniam qui ſeipſum nõ læſit, à nullo potuit lædi. Iterabo & repetã promiſſionis meæ ſermonem. Quid ergo, dic mihi, morbus corporis? quid penuria rerum omnium? quid irruentes ulceribus canes? quid uicinitas auari diuitis ac ſuperbi lædere potuit athletã dei? aut in quo exijs omnibus reſolutus, aut fractus eſt ab animi uirtutibus? Nihil oõmino: quinimo & anguſtijs rerum magis ſolidatꝰ eſt, & hinc illi coronę paratę ſunt, unde infelicior putabat̃: inde ei palma uictoriæ, inde æterna remuneratio, unde cruciatus multiplicabatur & iniuria. Fames illa abundantiam præparabat futurorum bonorum, ægritudo illa

uitam

uitam concili- .bat æternam:ulcera illa quæ canes lambebant ,iplendorem gloriæ per angelos mini strandu- .i ferebant. Inhumani & crudelis diuitis despe- .ctus,atq; ad ianuas eius cubile contemptũ, pa- .tris ei Abrahã pijssimos sinus, & beatitudinis eius cõsortia promittebant. Quid uero apostolus Paulus (non enim absurdum puto iterum uiri huius facere mentionẽ) nónne innumeris tentationum subactus est imbribus? & quid ex his omnibus læsus est, nõne per hæc glorioſior factus est? Quid enim fames, quid frigus, aut nuditas, quid flagella, quid uerbera, quid saxa nocuerũt? Quid detrimenti in naufragijs, quid in profundo maris passus est? Nónne permansit semper idẽ Paulus, & idem uocatus apostolus? Ecõtrà autem Iudas unus fuit & ipse de duodecim, & uocatus apostolus Christi: sed neq; quòd unus ex duodecim fuit, neq; quòd uocatus apostolus dictus est, prodesse ei quicquam potuit non habenti animum uirtutibus deditum. Sed Paulus quidẽ cum penuria & plagis cucurrit cursum, qui ducit ad cœlũ: ille uero cũ & prior uocatus esset in apostolatũ, & simili cũ cæteris gratia donatus, cœlestemq; edoctus esset philosophiam, & sacræ Christi mensæ, uenerandiq; sacramenti particeps extitisset, habuisset etiam donum spiritus sancti, ita ut mortuos susciaret, & leprosos curaret ac dæmones effugaret: cumq; de contemptu rerum secularium frequenter fuisset edoctus, adhærens lateribus Christi, atque indigentiũ sibi esset commissa dispensatio, quò scilicet auaritiæ per horum latens in eo uitium sanaretur (erat enim fur) tamẽ nec sic quidem proficere in melius potuit, cum erga eum tot tantisq; prouisionibus dominus uteretur. Sciebat enim Christus, quod auarus esset Iudas, & ꝓ amore pecunię periturus: & non solum non arguit eum pro hoc uitio, sed & latentibus medicamentis curare uoluit, ipsi committẽs dispensationem pecuniæ, ut habens in manibus quod desiderabat, pernicioſa passio expleta cupiditate cessaret: nec decideret in illam mortis foueam, sed minoribus malis maiora reprimeret. Sic in omnibus qui semetipsum non læserit, ab alio non potest lædi: & rursus, qui seipsum corrigere & emendare noluerit, & quod in ipso est atq; in potestate eius explere, nullus ei extrinsecus proderit. Prętera denique scriptura diuina tanquam in imagine quadam latissima & amplissima ueterum uitas & gesta depingit, ab Adam usq; ad Christum generatione producta, ut tibi ostẽderet aliorum lapsus, et aliorũ coronas, & ex utroq; erudiret doceretq; te: quia nisi quis seipsum læserit, ab alio nõ potest lędi: etiamsi omnis contra eum coniuret orbis, etiamsi permutatio rerum ac temporũ fiat, etiamsi potẽtium & principum cõtra eum furor sæuiat, & insidientur omnes, siue noti, siue ignoti, siue amici siue inimici, siue dolo, siue ui, uel fraudibus impugnantes, insidiantes: tamen commouere neparum quidem poterunt eum, qui constantiã tenet, & animi uirtutibus uigilat: sicut ecõtrario ignauũ & desidẽ, & qui semetipsum prodit ac deijcit, etiamsi mille adhibeas medicinas, mille munimenta conquiras, meliorem facere & emendare nõ poteris, nisi ipse prius quod in se est proponat ac proferat. Hoc est quod nobis indicat et illa parabola quæ de illis scripta est, quorum alius supra petram ædificauit domũ suam, alius super arenam: non ut arenam uel petram intelligamus, neq; ut ædificium ex lapidibus & lignis cõsidere mus extructum, neq; ut flumina & imbres, & uẽtos, qui impingũt in domos illas materiales putemus: sed ut hæc esse intelligamus uel uirtutem animi uel ignauiam: et ut ex his aduertamus, quòd nisi qui se ipse læserit, ab alio nõ potest lædi. Non ergo pluuia, neq; flumina cum impetu descendẽtia, neq; uenti ualidissimi cõmouere potuerũt domum supra petram fundatã: ut ex hoc intelligas, quia qui seipsum non prodiderit, nec à semetipso fuerit motus, nulla superueniens tentatio deijcere eum poterit aut mouere. Illud uero aliud ædificium facile subuertitur, non pro tentationum uiolẽtia, alioquin & illud aliud ædificium deiecisset: sed propter fundamenti, id est, propositi infirmitatẽ. Arena enim est res mobilis & fluens, quæ sine dubio instabilitatem atq; inconstantiã designat animorũ. Non ergo, ut diximus, lapsus & ruinæ causa tẽtatio est, sed instabilitas animi & ignauia, quæ etiam sine tẽtatione interdũ sponte deijcitur: sicut & illa fabrica, quæ super arenam fundata est, etiam si flumina uentiq; non urgeant, ipsa tamen paulatim effluens, instabilis arena ædificij crepidinẽ subruit & euertit. Nã & arenæ sponte rumpũtur: adamas uero nec malleis cæsus infringitur: ita ergo qui à semetipso non lædituretiamsi tundatur, ab alijs nõ potest lædi: qui uero animi sui ignauia proditur, etiam nullo perurgente, sponte defluit & resoluitur: sicut & Iudas ille, non solum nullo extrinsecus impellẽte delapsus est, sed ecõtrario pluribus adiutus remedijs stare non potuit. Vis ut hæc nõ solum per singulos gesta, sed etiam per populos doceam? Quanta erga Iudæorũ populum cura extitit diuinæ prouidentiæ: nónne omnis, ut ita dicã, creatura erga emendationis eorum ministerium præparata est? Nónne præ cæteris omnibus hominibus noua quædam & magnifica eis uitæ instituta sunt tradita? Nónne in medio mari siccum iter apertũ est eis, & in quo ipsis fuit salus, ibi inimicis eorum uenit interitus? Quadraginta annis in deserto non arãdo, neq; seminando uixerunt: laborem messis & areæ nescierunt, onus molæ eis & coquendi panis necessitas non fuit: fœminas quoque eorum nulla texendi solicitudo cõstrinxit, mercãdi causa nõ instituit, macellum nemo pro comparandis carnibus requisiuit: sed hæc omnia fuit eis uerbum dei, & parauit eis mensam in deserto, laboris & sudoris expertem. Hæc enim fuit natura mãnæ, cibus quotidie nouus, & saporem sui pro desiderio uescentium submini strans. Sed & indumenta eorum, & calceamenta, & ipsorum etiam corporum natura oblita est infirmitatis suæ. Omni nanque illo tempore neq; indumenta attrita

Exod. 14

sunt

Psal. 104

Iosue 6

Ionæ 3

sunt eis, neq; fuit in illis infirmitas, medico nullus indiguit, medicamẽta nemo quęsiuit. Eduxit eos in argẽto, inquit, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmans. Sed quasi qui iam reliquissent mundum hunc, & ad alium meliorem prestantio remq; transissent, ita eis cibus & potus absq; labore & solicitudine ex uerbo dei præbebat: & qđ fuit super omne miraculum, ne forte acrior eos radius solis adureret, umbra nubis per diẽ desuper tegebat: & cum ipsis quocunq; abiissent, circũferebantur tecta illa cœlestia. Sed nec noctis quidem tenebręabsq; solatio relinquuntur. Lampas nãq; eis ignis uerbo dei accensa lucebat, quæ nõ solum illuminandi, uerumetiam & itineris ostendendi ministerium præbebat in deserto. Quid uero de sequenti dixerim petra aquarum fluuios emittente? Quid multitudinem auium, quæ densitate sui terram texerunt uniuersam? Nam in Ægypto quę facta sunt mirabilia, quid repetã? quid etiam uirtutes quæ consummatæ sunt in deserto, bella orationibus gesta, & uictorias sola dei inuocatione quęsitas? Non enim ut pugnantes, sed ut choros agentes manuum protensione triumphabant. Illud autẽ quomodo narrabo, quòd qui Ægyptum aquis pro se pugnantibus transierãt, muros Hierico in uoce tubarum psalmorumq; deiiciunt: ita ut aduersariorũ psallentium magis chori, quàm exercitus uiderentur hostiles, & qui mysteria magis putarentur cõsummare, quàm bella. Hæc autem cuncta signa & prodigia non ob hoc solum fiebant, ut usus populo tantũ uideretur expleri, sed ut doctrina agnitionis dei, quam Mose tradente didicerãt, firmius eis & tenacius adhæreret. Hæc enim omnia uoces erant quędam deum cœli, & uniuersitatis dominũ prædicantes. Namut mare hoc clamabat, cum pedibus transiretur: hoc etiam cum extingueret aduersarios, hoc illæ aquæ in sanguinem conuersæ, hoc irruptio ranarum prædicabat, & exercitus locustarũ, hoc eruca & cinifes, omnia illa, quę gesta sunt, siue in Ægypto, siue in deserto prodigia nuntiabant. Manna ipsum, & columna ignis, & coturnicum multitudo, atq; omnia illa liber quidem erat eis, & literæ quæ deleri nunquam possent, nec de conscientiæ eorum paginis aboleri, quas legerẽt, & haberent semper in cordibus suis: & tamẽ post hæc omnia tã euidentia diuinæ uirtutis insignia, et post uniuersam gloriam, quæ eis supra cunctos mortales data est, infideles extiterũt & ingrati. Caput nanq; uituli adorauerunt, & deos quęsierunt sibi alios fieri, cum tantæ talesq; dei uirtutes, aliæ adhuc in oculis haberentur, aliæ uerò recentẽ & nuper gestam seruarent in corde memoriam. At uero Niniuitarum populus alienigena & barbarus, adhuc nullis prius diuinæ prouidentię beneficijs assuetus, non legibus, non mirabilibus, non præceptis ullis, aut operibus illuminatus, hominẽ uidit habitu naufragum, uultu peregrinum, nec unquam sibi prius cognitum, primo statim ingressu dicentem, Adhuc triduo, & Niniue subuertetur. Et ex istis solis sermonibus conuersi sunt ad timorem dei, abiectisq; cõtinuo prioris uitæ malis ad uirtutem se & iustitiam per pœnitentiam cõtulerunt, tam fideli satisfactione, ut diuinitus iam promulgatã sententiã reuocarent, & urbem sisterent nutantem metu excidij, ac iamiamq; perituram. Vidit enim, inquit, deus, quia recessit unusquisq; à uia sua pessima. Quomõ recessit dic mihi? magna erat malitia eorum usq; ad cœlum, immensa iniquitas, uulnera insanabilia. Hoc enim indicat Propheta, cum dicit, Ascendit malitia eorum usque ad cœlum. Per hęc quippe spatia, magnitudinem peccatorum designat: sed tamen tanta hæc eorum malitia, quæ usq; ad cœlum fuerat extẽsa, à trib. solis diebus, uno peregrino ignoto & naufrago homine paucissimis sermonibus cõmonẽte, ita extincta est & deleta, ut tale à deo testimonium mererentur accipere, dicẽte, Et uidit deus, quia discessit unusquisq; à uia sua mala, & pœnituit à malitia, quã dixit ut faceret eis. Vides quomodo qui intentus est, & uigilat, suiq; meminit, non solum ab hominibus non potest lædi, sed & imminentem cœlitus iram repellit: qui uero semetipsum prodit & lædit, etiamsi mille extrinsecus diuinis beneficijs fulciatur, nõ ei sufficit ad salutem: quia neq; ludæis tãta mirabilia, quæ in eos collata sunt, profuerũt: neq; alienigenis, quòd nihil horum adepti fuerãt, obfuit. Sed quoniam animo ꝓpositoq; recto semetipsos dederunt deo, parua occasione sumpta plurimum profecerunt, & quidem cum essent, ut diximus, barbari & alienigenæ, atq; ab omni diuina institutione peregrini. Quid uero de tribus pueris dicimus, in quos tot illata mala, uirtutẽ tamẽ animi eorum nequaquã lædere aut infringere potuerũt? nónne pueri erãt teneræ ætatis? & in primis statim uitæ initijs captiuitatem dominationemq; perpessi, exules patria, & domo temploq; extorres, alienati patrijs legibus, auulsi diuinis altaribus, sacrificijs purificationibusq; solẽnibus, & ab ipsa iam psalmi uoce detracti, ad peregrina ducuntur, & domination barbaricam patiuntur, feris magis bestijs quàm hominibus traditi, nullam paternæ doctrinæ uocem, nullum propheticæ cõmonitionis sermonem, nulla sacerdotum aut pastorũ solatia capientes. Sic enim ipsi dicunt, Quia non est in hoc tẽpore princeps, neq; propheta, neq; dux, neq; locus ad sacrificandum in conspectu dei, ad inueniendũ misericordiã. Sed & hoc accessit eis ad difficultatem rerũ, ut intra aulam regiam tenerentur, & essent quasi in mediũ pelagus abducti, ubi tẽpestates, & turbines, & procellæ, & immaniũ fluctuũ ruinæ, sine gubernatore, sine nautis, sine uelo & remis nauigãtis pelagus immẽsum: & tamẽ quia erat insita mẽti eorũ diuina philosophia, & præsentiũ rerũ sciebant contẽptui habendas esse caducas fragilesq; potentias, ac tumidã calcandã esse iactantiã, pennisq; fidei subnixi, uolare nouerant ad cœlestia, aulã regiã uelut ergastuli squalorẽ ducebãt. Et rex quidẽ iubet eos mẽsæ suæ participes fieri, mensæ illius affluentis & tumidæ, & immunditijs atq; execrationibus plenæ: sed ipsis hæc

Psal. 104
Matt. 7
Exod. 14
Ioſuæ 6
Ionæ 3
Ionæ 1
Dan. 3

hæc abominationi erãt, non honori, & tanquam agni inter lupos positi uidebantur, quòd aut moriendũ sibi fame ferroq; esset, aut ex his quæ execrabant̃ uescendo. Quid ergo faciunt adolescentuli? quid agit ætas immatura? quid captiua cõditio? Non dicunt, quia necessitas nostra non latet deum, quòd sub tyrãno positi sumus, quòd in captiuitate, quòd in seruitute retinemur: non possumus obsistere crudelibus dominis, superbisq; uictoribus. Nihil horum meditati sunt, sed intendebant animo usq; ad mortem uenire, tantũ ne peccarent deo, & facerent quod fieri nõ licebat. Erãt ergo eis cuncta, quæ extrinsecus sunt, aduersa & cõtraria. Neq; enim captiuis & nudis erant pecuniæ, quibus lenire possent imperantium ferocitatem: nec amicitiæ ulla fidutia, utpote peregrinis: neq; potentia aliqua, utpote seruis: neq; multitudine obtinere poterãt, tres em̃ soli erant. Quid ergo faciũt? Quod solum in potestate habere uidebantur, uerbis precantur Eunuchũ, qui super eos acceperat potestatem. Sed & ipsum inueniũt metuẽtem, & pro salute sua trepidum, ne forte si poscentibus eis præstare gratiam uoluisset, suum caput traderet morti, & ait: Timeo ego dñm meum regẽ, ne forte uideat uultus uestros tristes præ cæteris pueris, & coætaneis uestris, & cõdemnet caput meum in mortem. At illi sapientibus responsis adimunt ab eo omnem timorẽ, & præstare gratiam suadent. Cumq; ipsi omnia quæ in se erãt, & in potestate sua fecissent, adest cõtinuo etiã deus, & quę in ipso sunt, ipse iam cõplet. Non ergo solius dei est opus istud, sed initium datũ est ex proposito ipsorum. Ipsi enim posuerunt in corde suo ne gustarent de illicitis cibis: & cum hoc constanter & fortiter custodirẽt, affuit eis cõtinuo etiam dei nutus, & bonum propositum puerorum ad finem perduxit glorioſum. Vides ergo quoniã qui seipsum non læserit, ab alio non potest lædi. Ecce enim in his pueritia, captiuitas, solitudo, seruitus, potestas perurgens, imperia dura, metus mortis, uis tyrannica, terrorq; barbaricus. Vicinus uero non aliquis, propinquus, proximus, aut ciuis nullus, nulla bonorum monita, nulla solatia: & horũ omnium nihil om̃ino fuit quod eos læserit, quos propositum & animus proprius non lædebant: quinimo & ècontrario cum omnibus his, quæ supra enumerauimus, in patrio adhuc solo positus ille populus uteretur, prodesse ei tot extrinsecus adminicula nequiuerũt ad animi uirtutem, eò q; eum propria prodebat & deijciebat ignauia. Sed interim pueri nostri primo omnium glorioſum istud obtinuere certamen, ne contaminarentur cibis immũdis. Et hoc subacto, & calcato tyranno, ad alia ꝓducunt̃ celsiora & nobiliora certamina. Proponit̃ nãq; eis multo dirior sceleratiorq; illa priori conditio. Fornax igne succenditur, barbaricæ in eos turmæ ipso tyranno sæuiente consurgunt, cõmouetur omnis fera Persica, & ad decipiendos pueros natio implacabilis et dira cõsurgit, musica diuersa prę parantur instrumenta, nouoq; genere crudelitatis inuento, musicis ignis et flamma coniungitur: pœnarum minę, terrorq; mortis cum uoluptate miscetur: & tamẽ qui semetipsos non produnt, sed q̃d in sua potestate est exequuntur & peragunt, lædi à nullo alio potuerunt: quin imò & clariores ex hoc reddunt̃, coronasq; nunc nobiliores sumũt multo quàm dudũ. Vinxit quidem eos Nabuchodonosor, & misit in fornacem ignis, sed lædere nihil potuit, imò & magnifice, profuit. Maiorem nanq; eis gloriam tyrannica crudelitas acquisiuit. In medio enim fornacis positi, & barbarico in eos incẽdio plus quàm flamma fornacis ardente, clarissimã, magnificamq; de hoste sumpsere uictoriã. Et tres pueri captiui totã gentem, cum rege pariter mirabili magnificentia duxere captiuos. Quorũ gloria seculis omnibus canitur & canetur. Sic ergo qui sibijpsi non nocuit, alius ei nocere non poterit: non enim cessabo frequentius professionis meæ titulum recensere. Si enim, ut suprà iam diximus, neq; captiuitas, neq; seruitus, neq; solitudo, neq; patriæ amissio & proximorum, neq; mortes, neq; incendia, neq; exercitus, neq; tyrannus crudelissimus tres pueros tenerę adhuc ætatis, captiuos, seruos, peregrinos lędere potuit aut dejicere: q̃d est quo possit aliquã do animi uirtus infringi? Sed dicis, Deus affuit, et ipse eos de incẽdio liberauit. Et tu quidẽ si facias omnia quæ in te sunt, sperare debes & ea, quæ à deo sunt. Aderit nanq; & tibi, si tu ipse prius non defueris tibi. Verumtamen ego pueros istos non propter hoc admiror, & beatos dico, quia ignis incendia calcauerũt illæsi: sed quia pro patrijs legibus uinciri uoluerũt, & in fornacem mitti, atq; ignibus tradi. In hoc est eorum uirtus & meritũ. Statim nãq; ut in ignẽ cõiecti sunt, coronæ eis necti cœperunt, ex illis sine dubio uerbis, quibus cũ omni fidutia & libertate responderũt Regi, dicẽtes: Non opus habemus nos de uerbo hoc respõdere tibi: est enim deus noster in cœlis, cui nos seruimus, qui potest liberare nos de camino ignis ardẽtis: & de manib. tuis, ô Rex, liberabit nos. Q̃d' etsi non uoluerit, notũ tibi sit Rex, quia dijs tuis nõ seruiemus: & imaginẽ auream quam statuisti non adorabimus. Ex his uerbis illi iam coronati sunt, & in hac confessione uictoriæ suæ palmam acceperunt. In hoc fuit cursus eorum, quẽ in confessionis martyrio consummauerũt. Quod uero corpora eorum tradita sibi ignis erubuit, et uincula dissoluit, atq; oblitus naturæ suæ, in medio fornacis exhibuit eis cœlestis roris refrigeria: hoc iã gratiæ dei fuit, qui uoluit per magnificentiam mirabilium notam facere potentiam suam. Illi uero in cõfessione sua, & fidei cõstantia coronati sunt, & martyrij sui gloriam cõsecuti. Quid tu ad hæc dicere poteris, etiã si patria expulsus es, ut isti, & etiamsi in captiuitatem ductus es, & barbaris dominis seruisti? Hoc & istis accidit. Si sine solatio, si sine doctrina, si sine cõmonitore uixisti, & istis cuncta hæc defuere. Vinctus & exutus ad mortẽ ductus es, sed & isti per omnia transeuntes, ex unoquoq; horum clariores, nobilioresq; digressi sunt. Et Iudæi quidẽ habentes templum, & sacrificia

Dan. 1

Dan. 3

ficia,& arcam teſtamẽti, Cherubin quoq; & propitiatoriũ,& omnia illa quibus quotidiana ſacrificia conſummabant:habentes etiam prophetas, alios defunctos, alios adhuc ſuperſtites,qui eos & de actibus præſentib. informarent, & de antiquis dei beneficijs cõmonerent, quæ in Ægypto fecerat cum eis quæ in deſerto, quæ etiam cũ terrã repromiſſionis ingreſſi ſunt:& in his omnibus non ſolũ nihil profecerunt, ſed & in ipſo templo ad inſignia præuaricationis ſuæ idola collocarũt, filios ſuos eis & filias ſuas immolantes, ſub arboribus etiam & in montib. prophana ſacrificia cõſummantes. Hi uero in terra barbarica, in hoſtili ſolo ſub tyrannica poteſtate poſiti,flãmis & mortibus traditi,non ſolum nihil læduntur, ſed & maiorem gloriam capiunt. Hæc ergo ſcientes,& horum ſimilia colligentes de diuinis ſcripturis(multa enim ſimilia inueniet qui requiret exẽpla, quibus agnoſcat, alios quidem ſine ulla difficultate temporum, & neceſſitate cauſarũ, nulla ui, nulla tyranide cogente,collapſos:& alios his omnib. aduerſantibus ſibi, ne leuiter quidẽ à uirtutis ,pposito fuiſſe cõmotos) indubitata ſententia tenere debemus,quòd ſi quis læditur(eandem namq; quam in principijs propoſuimus,in fine firmauimus) ſi quis,inquam,læditur,à ſemetipſo læditur, nec ab ullo alio,etiã ſi innumeri ſint qui noceant. Etſi omnes qui terram & mare habitant, conueniant ad lædendum, nocere nequaquã poterunt ei qui à ſemetipſo non læditur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE uirtutibus & uitijs,Sermõ.

VNT quidam huius loci homines, uirtutis illi quidem ſtudioſi, quibus relicta urbe occupare montes præcipuũ fuerit. Eorũ autẽ ſi quis rogetur, quidnam ita ab urbe ſecedant, haud ſanè ignoſcendam excuſationem inueniet:ne peream, inquit, néue ad uirtutem obtuſior efficiar, me ab urbe diſiungo. Et quanto melius erat obtuſiorẽ te fieri, & in alijs potius lucrum facere, quàm in alto ſedentem pereuntes fratres deſpicere? Cum igitur uirtutem cæteri quidem penitus negligãt, eius autem qui curam agunt, aciem deſerere parent: quónã pacto delere hoſtes poterimus? Etſi enim diuina nunc ſigna prodeant, ubi uitium adeò late patet, quis nobis credere, aut animum externus aduertere uolet? Hoc enim uulgo,ſi recte uiuimus, multo quidem fide dignius uidetur. Signa uidelicet apud homines pudoris & probitatis expertes,improbam quoq; ſuſpicionem admittunt: at uero integra hominis uita, ipſius etiã ora diaboli potiſſimum obſtruere poterit. Si ergo in terris eſſe,ac non eſſe modo, hac inſtitutione uitæ perficitur (licet autem Pauli exemplo nõ eſſe) noſmet igit̃ rapiamus è terra, cœlũq; ipſum cõtinuo petamus. Nihil eſt enim,nihil eſt,inquã, quod nos omnes, ſi utiq; uelimus, ſuperare poſſit. Nam ſi artes quibus multi inſiſtunt, uehementi induſtria plerunq; percipimus: id nimirum facilius conſequemur, quod tanti laboris nequaquam indigeat. Quid enim, dic age,quid difficilius eſt, quam in fune extento ſuper eũ quaſi per ſolum incedere, ſubire etiam, ac redire ueluti ſtrato inſidentem? dic obſecro, quid difficilius eſt q̃ in fronte contum erigere, ſuperimpoſito dehinc pugione motus innumeros dediſſe, quibus ſpectatores applaudant? Nónne horrẽda nobis res adeò uidetur, ut nec ſpectare quidem patiantur oculi, ſed ipſo etiã uiſu timeamus, formidemus? Verum his omnibus facilior eſt uirtus, ſi & cœlũ ipſum conſcendere uelimus. Nec mihi illud dixeris, Vellem ego quidem, ſed nequeo:ſi enim rem quampiam conſequi optantibus, non ſolum uoluiſſe ſufficiat, ſed opera quoq; ſimul adhibenda ſit: multo magis cupientes ſcandere cœlum, uirtutis actione indigemus. Quòd ſi uirtutem prædiſcere uelis, nec laborioſam eſſe quæq; facile cõparari poſſit: eia, ſi lubet, conſidera mecum degentes in montibus uiros: hi nanq; domos relinquunt,uxores, liberos, dignitates omnes,& ipſo denique mundo ſibi interdicunt,obſiti ſacco,ſibi cinerẽ ſubſternunt, ſtola cohibentes collũ, parua ſe cellula includũt, nec ad hoc uſq; peruenisſe cõtenti, ieiunijs aſſiduaq; fame ſeipſos deducũt. Nec mihi illud dixeris, Potuere illi quidẽ. Multi enim te multo infirmiores,ditiores,meliores,duram illam tetricamq; uitam ſubiere. ſed magnum eſt tamẽ illud ſummusq; ſcopulus, & cœlo proximus apex, tu uero ad ſummum nequaquã euadere potes. Nõ igitur ſi humilia tenes, inferiora etiã pete. Pecunias exuere nõ potes: age uero hoc ſaltẽ, ab alienis manus abſtineas. Ieiunare difficile eſt, at effluere delicijs uel hoc unũ libenter omittas. Cũ enim tanta Chriſtus ,p nobis paſſus fuerit, pro nobis, inquã,inimicis: quid nos uiciſſim perferre poſſumus, ubi ab eo patientiã præſtitiſſe uideamur? Nulla igitur necunde nobis erit illa die loquendi libertas. An ignoratis,militẽ ubi uulnera & plagas aperiat, illuſtriorẽ tum deniq; apud imperatorem haberi: quòd ſi nullum poſſit egregium facinus oſtendere, quanquã nihil perfidioſe fecerit,in poſtremis tamẽ ſolere conſtitui? Sed nõ belli tempus eſt,inquit: quod ſi eſſet,obſecro te, quis pugnã iniret, quis hoſtibus inſidiaretur, quis aciem diſrumperet? fortaſſe nullus. Cũ enim te uideam,nec pecunias quidem pro Chriſto cõtemnere poſſe: quónã pacto uulnera credam cõtempturum eſſe? dic age, contumelias fortiter pateris,& meliora dicis. Nõ facis,inquam,ſed offenderis. Vbi periculi nihil eſt, refugis: & uulnera quæſo,feres,ubi doloris & anguſtię plurimũ? Nec nos igitur fruſtremur ipſi pollicẽtes nobis ſuauẽ tantiper huius uitæ fructũ, ut breui deinde labore uniuerſi temporis uſurã capiamus. Nam ſi terris imperantem poſt multa deinde pericula, multaq; exhauſta bella, uix ullus cõfidenter aſpicere poteſt: quidnam cœleſtem quiſquam regem aſpiciet, qui per omne uitę ſuæ tẽpus alteri obnoxius fuerit, ſub altero militiã geſſerit? Cepiſti à deo nobile genus, quid uim naturæ ,p didiſti? quid agis? reſponde quæſo. Habẽt cæteri artes quib. quan-

tum permittitur, aues etiam in hominum genus transformare possint: psittacos & picas in uocẽ humanam erumpere docẽt. Violant arte naturã, leones mansuescere faciunt, per forum undiq; trahentes eos. Mansuetũ reddis leonem, & teipsum lupis ferociorẽ instituis. Iam uero id ægrius ferendum, beluarũ quidem uniuscuiusq; uitium est: improbior uero omnis homo ita: neq; enim uno sæpius uitio laborat, sed in animã suã multarũ simul beluarũ uitia congerit. Nec mihi igit̃ persuadeas humanã tibi animã esse. An tu, inquã, si quid hominis sapias, beluarum utiq; dominus, beluarum cupiditatib. seruire patieris? Quomodo igitur appellem ego te hominẽ, qui nulla regis insignia teneas? Veniat in mentem, ueniat plerunq; tibi, cuius imaginem geras: haud ita credo poteris in beluarum adeò uilissimũ genus corruere. Vt enim in theatris qui per sublatũ funem scandere ac descendere exercẽt, si parum aliquid oculorũ acies errarit, præcipites continuo ruunt: ita qui spiritua lem grassantur uiam, si breui segnitie tempus concesserint, per anfractus quosdam proni sæpe truduntur. Et fune illo quidẽ hic limes angustior est erectus magis & arduus, multoq; cellior, cuius ad apicem terminatur cœlum. Et cum supremũ illud fastigiũ tetigerimus, tum uero gradus nobis incertior. Quippe in edito stantem plurimus circunsistit horror, cui spes certè una relinquitur, ne flectat ad ima aciẽ, neue terrã humilem despiciat. Inde caligo prorsus ingẽs grauisq; obuersat̃ oculis: & sicut in cithara nõ unius tantum fidis melodiam excitasse satis est, sed omẽs pari quodam numero percurrendæ: sic in uirtute animi non tantũ lex nobis ad salutem sufficit, sed omnes æque diligenter obseruandæ sunt. Quid enim obsecro te, quid prodest attẽtius orare, segnius miserescere, uel etiam miserescere quidẽ, sed cupere cuiquam uim inferre: uel nec cupere, nec uim inferre, sed ad ostentationẽ hominum, & ambitionẽ spectantiũ omnia facere: uel denuo miserescere, idq; omni diligẽtia, & pro uoluntate dei miserescere, sed hoc ipso cõfidenter inniti, & in animi quandam sublationem efferri: uel rursus humilem præstare se quidem, & impensius uacare ieiunijs: auarum autem esse, negotiatorem esse, terræ penitus infixum esse, & in animam suam malorum omniũ parentem auaritiã uexisse? Ob hoc ipsum uidelicet etiam amator hominũ deus ita disposuit omnes homines coalescere in unum sine discrimine bonos & malos, ut & horum uitiũ resecetur, & illorum uirtus illustrior reddat̃. Magnas uero ex cõsuetudine bonorum ignaui homines, si modo uelint, utilitates cõsequuntur. Quemadmodum enim boni ac probi uiri duplici honore digni sunt, quòd & frugi scilicet fuere, & ab improbis nihil quicquam uitij traxere: sic & mali duplici pœna mulctandi, quòd quũ boni esse possent, & per uitia improbi fuere, & à bonis uirtutis nihil adipisci uoluere. Pari ratione, sicuti bonos nõ improbi solũ, sed probi quoq; admirant̃, ita & improbos non boni solum, sed mali etiam odere. Atqui uulgus improbos admirat̃, ut qui nocere alijs, & iniuriam potissimũ inferre possint: ignarum quippe uulgus quod nesciat eos quãto ceteris miserio res habendi sunt, qui dum alijs nocere existimãt, seipsos gladio transuerberãt: quod suprema prorsus amentia est, seipsum pcutere, & hoc ipsum nescire, sed cum aliũ iniuria credat afficere, tum uerò seipsum omnino iugulare. Nec malũ est enim affici malo, sed afficere alios, & cõtumeliam pati nescire. Quid enim iniuriæ dicã passum fuisse Dauid? Quid uero intulisse Saul? uter igitur infelicior fuit, uter miserabilior? & rursus, uter illustrior, uter felicior? Nónne hic molestia & iniquo dæmone angebatur: ille autẽ uel sole clarior erat trophæis, & qua deũ præcipue colebat, ingẽti pietate super æthera notus? Nonne hic tabescebat inuidia: ille uero dũ tacite omnia ferret, omẽs sibi charitate uinciebat? Et hic sæpius eadem aggressus est: ille uero dum fugit, hostem in manibus cepit, capto deinde pepercit. Ex his igit̃ uter infirmior, uter ignauior apparet? nónne qui alterum agitabat iniuste? nec id sine ratione. quia hic milites premendos armis, ille uero iustitiã innumeris legionibus ualidiorem sociam sibi & auxiliarẽ asciuerat. Postquã uero hic ita affectus iniuria & uictor, ipse deinde alium affecit, en uide ut protinus infirmior efficitur. Iniuste læserat Vriã, permutata rursus acies, transfugêre continuo robur & infirmitas: hæc ad exercitũ nocentis, illud uicissim ad castra læsi. Et hic quidẽ mortuus etiã illius uastare domũ potis erat: at cõtrà rex ille, & superstes nihil omnino poterat. Hic uero & miles, & cassus miles res illius omẽs, suaq; seq; habebat. Quẽ igitur bene uiuere perspicias, & omnia ad diuinũ cultum referre intelligas, hic si innumeris etiam catenis obsitus fuerit, si semper in carcere uixerit, si apud indignos seruitutẽ tulerit, si pauper sepulchro reuulsus combustusq; fuerit, si tractim perdendum corpus præbuerit, si deniq; grauе quicquid dici potest, passus fuerit: hunc beare, hunc felicem dicere, hunc ad sidera tollere memineris. Quòd si alium per flagitia uideas, per scelera, per summa uitia uiuere, multis uero honoribus fungi, regio sedentem solio, diademate ac purpura insignem: super eo lachrymas funde, miserabiliorem ante alios, eumq; omni lamentatione dignũ existima. Nihil enim reuera miserius anima sic affecta. Iam & si totus ei paruerit terrarum orbis, quid prodest affluere diuitijs, cum uirtute omnib. inferior existat? Quid lucri dixerim, tot tantisq; rebus imperare, quũ sibijpsi passionibusq; suis imperare non possit? Si enim ad salutem nostrã nobis uirtus haudquaquã sufficiat, sed alios etiam uirtute præditos adire necesse sit: quando nec nosmetipsos, nec alios itidẽ seruemus, quónã plectemur supplicio? unde nobis erit spes reliqua salutis? Et hoc simul accipias, si deo placuisse hoc demũ est hominẽ esse, is qui nec parum quidem audiens dicto præstiterit, quid aliud esse quàm fera censebitur? Cogita quàm sit iniquum ex hominibus uelle nos Christũ in angelos conuertere

uertere, nos ex hominib. in feras deſcendere. Nã
uentri parêre, pecuniarum cupiditati ſuccumbe-
re, ira excandeſcere, morſus infigere, calcibus ſæ-
uire: horum nihil quicquam hominis, ſed ferarũ
mos iſte omnis comprobatur. Vt igitur ſi ad deſi
diã inclinare cœperimus, quouis impediente cõ-
tinuo deſiſtimus: ita ſi reſipiſcere uelimus, quan-
quam innumeri ſint qui nos ad uitia deducant, ni
hil prorſus tamen ſtudia noſtra corrumpere poſ-
ſit. Quòd ſi perdiſcere cupias fundamentis natu-
ræ leges ſtatuiſſe deum, quibus quid bonum ſit,
quidue malum diſcerni poſſit, hoc ipſum ex ani-
mi noſtri conſenſu requiras. Cur qui mala cõmi-
ſiſſe gaudent, malorũ omnes nomina refugiunt?
Vocatur ſiquidem mœchus, & tamẽ hoc ipſum
audire mœchus ille ipſe erubeſcit. peruulgato e-
tiam mœcho dixeris: ô mœche: te, inquã, appello
mœche. Et oblectat ſanè flagitiũ qui ipſe cõmit-
tit, & tamen ipſius rei nomẽ aures offendit. Quo
periurũ nomine appellaueris, ille proculdubio in
contumeliæ locum ſui ſibi operis appellationem
accipiet. Si bonũ igitur exiſtimas peccatũ, quid
nomen refugis peccati? At contra modeſto dixe
ris modeſtum, haud ille reor cuius opere delecta
tur, appellationẽ erubeſcet. Iuſtum quoq; appel-
laueris iuſtũ, & opere is ipſe triumphat, & nomi-
ne exultat. Etſi enim pudore quodam tantum no
men repudiet, bonam tamen animo famam non
ueretur accipere. Et nullũ poſtremo uitium quiſ-
quam inueniet aperta fronte in medium prodire,
niſi mutuũ prius à uirtute uultũ acceperit. Quod
quomodo fiat, ſic iam accipias. Qui mentit, nuſ-
quam mendacium fatetur, ſed ueritatem memori
ter ſimulans, fefelliſſe conatur: Falſus homo falſi-
tatem tegit, amicitiam fingit, & odiũ exercet. Ca
lumniator quum in iudicium uenit, idipſum qui-
dẽ eſt haud ſanè expoſiturus: uenit, ſed falſa fron-
te teſtem ueritatis obijciens, ſuo ſibi mẽdacio te-
ſtem iniquitatis oſtendit. Sed anima noſtra quan
quam uitijs uolutetur innumeris, tamen uirtutis
dulcedine capta, nomẽ eius ultro complectitur:
potẽtes enim perſæpe multi, auaritiæ illi quidem
nimium dediti, & quibus nihil aliud cordi, quàm
rapina atq; iniuſtitia, ſic adeò in miſericordiã ple
runq; adducuntur & mouentur, ut pauperem aut
urgenti neceſſitate liberent, aut alieno ære con-
flato nonnihil releuent: uel quod admirabere ma
gis, nec ulciſcant eos à quib. moleſtia uexati aut
ſunt, aut eſſe prorſus exiſtimant. Et qui legationẽ
apud iniquum principem expoſiturus uenit, non
ſtatim à ueritate orſus, rem ipſam continuo nar-
rat, ſed uirtutis nomen hoc pacto præloquit: Vir
bonus es, inquit, tua omnes beneficia canunt, tuũ
ubiq; diuulgatur nomẽ: & multa generis eiuſdẽ
oratione cõtexit, ut & bona eũ fama demulceat,
& in odium iniquitatem rapiat uel abducat. Aſpi
ce porrò, ut uitium decora uirtutis appellatione
uincatur. Nemo uult malũ, hoc ipſum audire ma-
lum: quippe quod ſuum eſt, natura cõplectitur,
tametſi quidem contraria potius ultro ſectetur.
Haud igitur illud dixerimus, Hic natura bonus, il

A le natura malus. Nam ſiquis natura bonus fuiſſet,
certè nunquam malus effici potuiſſet: econtrà ue
ro, ſi natura malus, nunquam profectò bonus. Et
enim ſi noſtro non eſſet arbitrio relictum, qualis
eſſe quiſq; malit, bonus an malus, nec ſui iuris no
ſtram naturam cõdidiſſet amator hominũ deus:
neceſſe etiam erat omnes quicunq; huius partici
pes naturę fuiſſent, aut malos eſſe, & perturbatio
nibus eiſdem ſuccumbere, aut certè bonos. Cum
igitur conſanguineos noſtros uideamus his ipſis
quibus & nos perturbationib. agitari, nec tamen
eaſdem nobiſcum ruinas incidere, ſed naturã ua-
lida ratione aurigari, & motus eius incõpoſitos
moderari, omnesq; uitę huius illecebras ludibrio
habere, & ad ueram gloriã incenſos, toto animo
B ferri: perſpicuum eſt hæc omnia poſſe diuina ſug
gerente gratia, ſuo cuiuſq; ſtudio ac labore cõpa
rari. Et nos quidem inertię dediti, prodidimus no
ſtram ipſi ſalutẽ, ſuperna illa charitate noſmetip-
ſi deſolatos fecimus. Nemo igitur accuſet alius a-
lium, quaſi ad labores uirtutis impedimento fue-
rit, ſed ſuæ ipſius deſidiæ rem omnem adſcribat.
Quid alium dixi? nec ipſum quidem diabolũ pu-
tet aliquis, qua eſt ad uirtutẽ iri, uiam intercludere poſſe. Seducit ille quidẽ & offendit ignauos:
ſed tamẽ nec coercere quenquam, nec uiolare po
teſt: & hoc quidem ipſa rerum experiẽtia docet.
Quũ enim reſipiſcere uolumus, ita pleruncq; ani-
mi uires intendimus, ut quum uitij captare uiam
nobis innumeri perſuadeant, nihil tamẽ ipſi con
C ſilio noſtro, nec parua quidem remiſſione deſiſta
mus, ſed omni duriores adamãte ſimus, & ab his
qui turpia conſulunt, ſtipatis auribus auditus no
ſtros amoueamus. At ſi langueſcere cœperimus,
tum uero nihil conſultore opus, nihil perſuaſore.
In uitiũ ipſi à nobis perſuaſi cõtinuo ruimus. Eſt
igitur per ſeipſam uirtus admiranda: quòd ſi quis
in medio nequitiæ collectus, ſtrenue inde prorũ
pens uirtutem adierit, hanc quidem illo multo ad
mirabiliorem oſtendit: neq; enim uirtutẽ locus,
ſed locum uirtus natura ſua digniorẽ præſtat. Et
unius quidem uirtute mali etiã utuntur perſæpe
multi: utijs uero multorum, ſi uel unus multo in
populo ſtrenuus fuerit, nunquã tamen ille in per
niciem collabetur. Et uir quidẽ unus recte uiuẽs,
D diuina ira populũ omnem liberare ſufficiet: econ
trà uero ciuitas omnis corrupta, in ſuam pœnam
atq; ſupplicium imminens trahere ac rapere non
poterit. Quod quidẽ ex Noe liquidius patet: pe- *Gen.7*
reuntibus ſiquidem oĩnibus liberatur unus: & ex
Moſe hoc idẽ uidere licet, potuit ſcilicet unus tã- *Exod.14*
tam reſtituere gentẽ. Ego uero quod dicam & a-
liud habeo diuinæ humanitatis exemplũ. Quan-
do enim uiuos homines quibus loquendi fiducia
ſit, quiq; peccatores reſtituere poſſit, nullos pror
ſus inuenerit, tũ uero ad mortuos ille profugiẽs:
Per eos, inqt, peccata remitto. Quomodo enim
fatur? Hanc ego, inquit, mea ipſe gratia tutor ur- *4.Reg.19*
bem, Dauid etiam filij mei cauſa, qui ab hac iam-
pridem uita diſceſſit. Aſpice ſanctorũ quanta ſit
uirtus. Neq; enim ſua uerba tantum, aut corpora,

sed ipsa etiã corporis tegmina semper omni sunt possessione augustiora. Heliæ siquidem leonina pellis Iordanẽ discindere fecit. Triũ puerorũ calcei per ignes ambularunt. Helisæi lignum potuit undarum mutare naturam, quas quidem superficie sua quasi tergo ferrum sustinere cogit. Moses uirga mare rubrum dehiscere iussit, petrã disrumpere ualuit. Pauli uestes morbos fuderunt, Petri umbræ mortem fugarunt. Sanctorum martyrum cinis improbos dæmones expulit. Summa igitur cum potestate omnia faciunt, sicut Helias. Neq; enim diadema solum, & exteriorẽ regis cultum spectabat, sed animã quoq; indutã lacerna, squalidam, sordidam, quouis damnato miserius affectam. Et quum captiuum, totq; morbis obnoxiũ uidisset, illũ cum suo regno contempsit, quẽ se ue luti in scena fictum regẽ spectare censebat. Quid igitur refert exterius tot affluere diuitijs, quum interius tanta recõdita sit inopia? Cõtrà uero, quid nocet exterius pauperem uideri, cũ interius tanta sit reposita copia? Talis nimirum leo beatus & ille Paulus erat. Is enim carcerẽ ingressus, sola uoce fundamenta omnia cõcussit, nõ dentibus, sed uerbis usus uincula cõtriuit. Quapropter nõ leones illi, sed maius quippiã aliud etiam supra leones appellãdi sunt. Sæpe enim leo ubi in laqueos inciderit, captus resedit: at uero coniecti in uincula sancti, fortiores insurgũt: leo fremit, & feras omnes in fugã auertit, sanctus exclamat, & improbos dæmones undiq; fugat. Quæ uero Pauli bene gestis rebus satis unquã fuerit oratio, aut quæ lingua uehemens poterit illius plànè assequi laudes? siue quid egregiũ ædidere prophetæ, siue patriarchę, siue iusti, siue apostoli, siue martyres, hęc simul omnia cõplexus tanta ipse excellẽtia possidet, quãta illorũ, quicquid uirtutis cuiq; fuit, nullus profectò possederat. Quãdo igitur quęcunq; in hominibus bona fuere, sola unius anima complectitur: & cum excessione quidem nõ hominũ modo, sed angelorum quoq; omnia cõplectitur, quónam pacto uerbis tantarum laudũ cumulum adæquare poterimus? Quanta igitur sumus animaduersione digni, qui cum unus omnia in se cõplecti bona potuerit, nos nec minimã quidem illius partẽ imitari studeamus? Ex multis quidem & alijs bene gestis reb. Abraham patriarchã omni admiratione prosequunt, maxime uero quòd filium suum immolare nõ recusarit. Isaac autẽ innocentia admirabilem reddit, qui cum proprijs finibus pelleret, nihil ipse renitẽs, suis undiq; possessionibus cessit: nec prius cedere destitit, quoad inimicorum hominũ libidinem explerit. Et Iacob itidẽ fortitudine & patiẽtia insignis: at mansuetudine Dauid: ingẽti ardore deinde flagrabat Helias. Horum autem quid simile Paulo, qui cuncta hęc maiorem in modum complexus est? Neque enim filium ipse immolauit, sed seipsum millies sacrificauit: nec proprijs solum finibus cessit, sed terram, mare, Græciã Barbarasq; nationes, & quicquid sol aspicit ubiq; terrarum, id omne ipse quasi uolucris pererrauit, raptatus, cæsus, lapidibus pulsus, singula die moriẽs: nec bis septem annis seruitutẽ gessit diurno æstu & frigore noctis exustus, sed uitam omnẽ fame, nudo corpore, catenis, custodijs, insidijs, periculis, perseueranter exegit. Modestiã uero et mansuetudinẽ quis Paulo magis, quisue æque præstitisse uideat? Quod si ardorem eius inspicias, tanto Helia superiorem inuenies, quanto ipse cæteros omnes prophetas excellit. Locustis quippe Ioãnes, & agresti uescebatur melle. Hic ita in medio terrarum orbe, sicut ille in deserto uiuebat. Locustis quidẽ & agresti melle non uescebat, sed mẽsam hic multo tenuiorem statuebat; quum sibi docendæ gentis studio, nec ad cibum quidem necessariũ quæ suppetere possent, parare meminerit. Relinquit nobis hũc deinceps angelis componere. Nec quisquã prorsus orationis nostræ audaciã reprehenderit. Nam si angelum dicere Ioannem scriptura nõ dubitat: quid nouum adeò nitimur, si talem uirũ unum generis humani præstantissimum uirtutibus illis æquare studemus? Etenim quid penitus sit homo, quanta naturæ nostræ nobilitas, quantæ uirtutis hoc animal capax, omniũ maxime Paulus ostendit, qui nunquã ex quo natus est, accusatores nostros palã refellere, & nos pro domino acriter defendere destitit. Quum & illud simul doceat, inter angelos & homines, si nosmet quidẽ noscere uelimus, haud multũ, pfectò interesse: neq; enim ipse alterius naturæ particeps, neq; externi cuiusdam mundi colonus, sed in eadem terra & regione eisdem legibus & morib. educatus, omnes qui ubiq; fuerunt, ex quo nati sunt homines, cõtinuo superauit. Et quemadmodũ cadaueri cadauer adiectũ, nihilo secius immobile efficitur: ita qui tumidos naturæ motus uictor sedauerit, nulli unquã ulla in re humana passioni succumbet. Nã sicut in pecunijs duorũ aureorũ lucrum feciſſe, maiorem interea ad denos, uel etiã uigenos duobus illis congerendos animum facit: ita in uirtute bonũ aliquod facinus gessisse, adhortationẽ simul & admonitionẽ quandam ingenerat, ut alia deinde plura similiter aggredi animus uelit. Nec illud mihi quispiam dixerit, Multi recte fecerunt: neq; enim id agimus, sed omnium pariter æquitatem atq; iustitiam exquirimus. Nónne & corpus nostrũ intuentibus, hoc idẽ intelligere facile est? Etenim si fortè pedem offensus, unguẽ modo retorseris, omne repente cum membro corpus dolor incẽdit. Nõ igitur dixeris illud, Qui nõ recte fecerint, pauci admodum relicti sunt, sed hoc potius cõsidera, plures paulo pòst & alios ipsi corrũpẽt. Etenim apud Corinthios qui lenocinijs operam daret, unus tantummodo inuentus est: nec secus tamẽ Paulus ingemuit, quàm si ciuitas illa omnis funditus periisset: nec id quidem maxima ratione caret. Sciebat enim nisi ille flagitio desisteret, descendentem ordine morbum alios omnes cõtaminaturũ esse. Nã si membrorũ quicquid labefactum fuerit, afficiensq; dolore, confestim recidimus, ueriti ne fortè & in reliquum corpus labes illa descẽdat (& id pfectò facimus, nõ quòd illud

1. Cor. 5

illud sanè paruipendamus, sed reliquo corpori di A ligenter cautum uolumus.) Si ergo hoc facimus in membris, quanto magis idipsum in his facere oporteat, qui uitijs corrupti nobiscum uixerint? Et si quidem sine dolore ipsos curare possumus, eò conferre studium nostrum omne debemus: quòd si fortè et ipsi incurabiles fuerint, & nos præterea cõtagione læserint, tum demum resecandi sunt omnes, & prorsus abijciendi. Nam si à nobis liberos nihilominus plerũq; alienamus, nullo naturæ pudore impediti: multo magis familiares, & notos, ubi impij esse cœperint, uitare atq; adeò aufugere debeamus. Scandalizant, inquit, & male suspicãtur. Et quid hoc tua refert? Teipsum honestes, & à nullo affici ignominia poteris: quòd si teipsum dedecores, quanq; omnes tibi pariter B habeant honorẽ, nunquam profectò honestaberis honore. Nam qui bonus fuerit, si fortè uulgo malus habeat, nihil inde damni faciet, quin idem ipse sit, quum alius à seipso penitus esse non possit. Qui uero temerariam & inanẽ cuiuspiam suspicionem induerit, hic postea supremum omnino supplicium dabit: quòd si malus recensetur in bonis, nihil inde lucri faciet. Existimationẽ sanè maiorem habebit, sed propterea ignarus ipse sui, plus aliquanto desidiæ ac marcoris incurret. Qui uero malus erit, & ita esse cẽsebitur, hic saltem dimittat animum, & sua aliquando peccata cognoscet. At si latuerit sibijpse nimiũ indulgens, nihil omnino doloris admittet. Si enim peccatores ac cusantibus fermè omnibus uix adducũtur ut do C leant: ubi nõ modo nõ accusari eos, sed à plerisq; laudari etiam contigerit, quando putas illos resipiscere tandẽ, & seipsos corrigere incipiẽt? Fieri igitur non potest, ut qui uirtutibus diditi sunt, ab omnibus bene audiant semper: & illud præterea ne uirtutis curam agentibus uiris, multi ubiq; detractores insurgãt: bona enim apud omnes fama signum certè uel maximum est, haud multam sanè uirtutis haberi rationẽ. Quomodo enim à cunctis laudetur, si quis affectos iniuria homines ab improbis eripere studeat? Rursus uero si peccatores castigare, iustos laudare uelit: nónne (ut par est) laudabit hos quidẽ, uituperabit illos? Ita qui uirtutis exquisitus imitator esse uoluerit, nec ullius præterea nisi dei laudem quærere, is ab omni D bus laudari, & bene semper audire nullo modo poterit: quippe in uirtutem multa usq; uitij congelascit insania. Eam autem non modo nihil deterit, uerumetiam bello fortiorem reddit. Virtutis enim uis magna est, quæ dum lædítur, lædẽtes superat: dum profligatur, profligantes tũc maxime debellat. Iã etenim mihi cogites Abel. nónne impijs Cain manib. occubuit? sed cæsus ille ad hoc usq; tempus præconiũ laureamq; meretur, nec illius memoriam tanta deinde secula obscurare potuerũt. At uir parricida ille post uictoriã, tum etiã grauiorem morte uitam trahit: & ex illo protinus tot per ætates nunc usq; reprobatur ab omnibus, & conuicijs undiq; laceratur: & hæc præsentis uitæ quidem. Illa uero futuri seculi quænam oratio comprehendere poterit, quæ uero mens continere? Audi uero & Christum ita loquentem: Simile *Matth. &* est regnum cœlorum mulieri, quasi iustis uelit fer *Luc.13* menti uim quandam inesse, qua possint in speciẽ suam improbos cõuertere. At pauci sunt iusti, parum etenim fermẽti: sed paucitas illa mistam sibi massam omnem in seipsam transformat. Eodem pacto non quantitate numeri, sed gratia spiritus uim suam iusti homines tenent. Id autem quomodo fiat, accipe iam. Apostoli quidẽ fuere duodecim: fermenti quàm parum uides. Expers uero fidei totus terrarum orbis: massa quanta sit, uides. Conuertêre in se autem duodecim illi totũ terrarum orbem. Etenim fermentum massaq; illa eiusdem naturæ: naturæ prorsus, qualitatis autẽ minime. Quod si aliunde etiam cognoscere uelis, tyrannica ui quanto potentior sit iustorum loquendi libertas, audi quid dicat Herodi Ioannes: Non *Marc.6* licet, inquit, tibi fratris adhærere uxori. Rex erat Herodes, satellitibus undiq; stipatus, diuitijs prępotens, regium tenebat imperium. At cõtrà pauper Ioãnes, tecto, urbe, copia, cibo carebat. Locustis ille quidẽ ex herba discussis, & agresti simul uescebat melle. Sed pauper iste deserta pererrãs, multarũ urbium regi imperiose adeò iubet: Nõ licet, inquit, tibi. Vides ut natura sua uitio domine tur? Sed propterea iustus conijcitur in carcerem. Fit protinus amarum conuiuium illud. Prodit in medium puella saltatrix, Herodi placet atq; cõuiuis. Iurat Herodes, Pete quid uelis, tradam ego tibi ad dimidium usq; regni mei. Vides quónam regnũ abieerit? Quicquid ipsa petieris, inqt, tradã ego tibi ad dimidium usq; regni. Miser & infelix, itane tibi mentis oculi cæcutiunt? Tanti regnum facis? Semel puella saltauit, & regni dimidiũ tradis. Quid si secundo saltauerit? Votis exopta, ne denuo saltet: uel si saltauerit, ne denuo placeat: sin autem, porrò unum relinquitur, ut tibi postea sit mendicandum. Quicunq; igitur bonis præsentibus inhiant, quanquã innumeræ sibi diuitiæ fuerint, eos tamen in seruorum numero, præditi uirtute uiri ponere nõ dubitant. Si enim rex hinc improbus quidam, priuatus inde quispiam bonus: horum quis cuius dominus sit, uideamus, ubi regis insignia fulgẽt, quis inferior, quisue superior. Quomodo igit id scire poterimus? Priuato rex imperet tetrũ aliquod flagitiosumq; facinus, qd igitur uir bonus priuatus ille & subditus? nõ modo non cedet imperio, neq; parebit, sed imperantem quoq; à sentẽtia remouere studebit, idq; etiã si millies oppetendũ fuerit. Quis ergo liber? Vtrum qui quod uelit, persequitur, nec regem propterea ueretur? Atqui impotens à subdito ipsius ita pro nihilo habetur. Vt enim captiuus, tametsi copias ingentes habeat, uel ex hocipso in primis omnibus capi aptus fuerit: sic & illecebris irretitus homo, quanquam diademate præcinctus fuerit, omni tamẽ aranea abiectior esse censeẽ. Quid ergo miserabilius fuerit omnibus uitio deditis? qui & ipsa hominis appellatione iure priuantur, quin etiã pœnas meritò luunt: quòd cum multa

1.Cor.5

naturæ commoda acceperint, ea ludibrio haben
tes, ultro prodiderũt, & ad uitiũ uere ipsi transfu-
gæ & imbelles cõtinuo defecerunt. Etenim si
quod accepit reddens domini seruus, id quia nõ
geminauit, improbus habet: quid qui illud ipsum
etiam perdiderit, quid audiet, inquam? Si ille in
tenebras conijcitur, ubi stridor est dentium, quid
nos luemus, quos ad uirtutem mussitantes, tergi
uersantes innumeri hortantur, atq; adeò trahũt?
Nonne uides quanta sit abiectio uitę, quanta am
biguitas, quantus etiam in rebus præsentibus la-
bor? nec illud est quidem ut cum labore uirtus pa
retur, sine labore uitium petatur. Si ergo utrinq;
labor, quid non hanc potissimum deligimus, ubi
utilitatis inest plurimum? Itaq; si uideris sacerdo-
tem indignum, non ob id etiam calumniari sacer
dotiũ debes (neq; enim calũnianda res) sed ille
solum meretur onerari conuicijs, qui tanto bono
abutatur. Non enim si Iudas proditor fuit, hoc a-
postolicæ professionis crimen: sed unius tantum
uiri mens improba fuit. Et medici quidem multi
carnifices sunt, qui p medelis uenena propinãt,
nec tamen artẽ uitupero, sed qui arte sua iniquus
abutitur. Et nautę complures naufragia amiserunt,
nec ars naufragandi tamen, sed eorum peruersa uo
Luc.17 luntas iure damnanda. Necesse quidem exoriri
scandala, inquit salutare uerbum dei: ueruntamẽ
uæ homini illi per quem scandala nascẽtur. Quid
igitur? prefatúmne esse id forsitan scandalum in-
ducit? Non quòd præfatum fuerit, apage inquã,
nec quia prædixerit, ob id scandala nascũtur: sed
quia omnino futura erant, idcirco prædixit. Ita
qui scandala tulerunt, siquidem mali esse noluis-
sent, exorta nunquam scandala fuissent: quòd si
futura non erant, nunquam prædiceret: sed quia
perperam illi fecerunt, & iam corrupti pertinaci-
ter erant, idcirco scandala uenerunt, & quod fu-
turum erat, prædixit. Quòd si illi emendari pate-
rentur, inquit, ut qui scandala fereret, penitus nõ
fuisset: nonne uerbũ illud mendax deprehensum
iri oportebat? Minime, inquam, neq; enim dixis-
set. Nam si omnes emendari posse cerneret, id
profectò nunquam prædiceret, Necesse quidem
scandala exoriri: sed quia præuiderat eos suopte
ingenio haud emendabiles fore, idcirco ita præ-
fatur, Exorientur omnino. Et cur non, inquit, oc-
cidit eos? quia nõ inde læsi homines pereunt, sed
sua ipsi desidia uincuntur: quòd si propter scanda
la perirent, pereundum uno ordine omnib. erat.
Quinetiam si resipiscere uelimus, non parum in-
de utilitatis consequemur, ut scilicet nobis sem-
per uigilandum esse arbitremur. Si enim inter ho
stes, quum tot undiq; doli nobis immineant, som̃
no indulgemus: quid si nullo urgente pauore se-
curi fuerimus? Et sic primum quoq; hominem, si
uelis, inspicere licet. Etenim si, cum parum tem-
poris, nec totum fortasse diem in paradiso uixis-
set, delicijs hic ipse usus eò uitij peruenit, ut etiam
æqualem se deo cogitaret, ueteratorem benefa-
ctorem putaret, nec ullum præterea imperiũ ma-
gnificaret: hic si reliquam eodem pacto uitam e-
A gisset, quod non ille flagitij genus perpetrasset?
Verum enimuero ubi semel solutus quis malo,
semel nõ emendat, multo prorsus grauiora prio-
ribus luet. Et hunc enim pluribus de causis emen
dari oportuit, quòd prius supplicium dedisset:
quòd nisi solutus fuisset, quòd nisi mutaretur, gra
uiora expectaret. Cui uero tot emendandi causæ
fuerint, si necunde melior efficitur, quid rei esse
dixerim, cur nõ grauiora prioribus luat? Etenim
Pharao si quidem priori ex plaga emendari uo-
luisset, posteriores certè nunquam expertus fuis-
set, nec deinde cum toto pariter exercitu obrutus
perijsset. Sed qui fuerit sub uinculo bonus, nun-
quam erit profecto bonus: simul ac enim ui nulla
cogetur, liber ipse ad ingeniũ subitò conuersus,
B iterum desciscet. Hoc illud igitur quispiam roga-
rit qui nec boni quicquã, nec mali fecerit, quem-
nam locum is ipse sit habiturus. Hoc enim ipsum
non fecisse bonũ, nihil aliud est quàm fecisse ma-
lum. Nam si seruum habueris non furem, non e-
brium, non contumacem, sed sobrium, mode-
stum, & omni flagitio uacuum: hic si domi quo-
tidie otiosus sedeat, si quorum à seruo usus debe-
tur domino, nihil efficiat, dic obsecro, nonne fla-
gellabis eum? nonne tormentis afficies? Et tamẽ
nihil quicquam flagitij commisit. Satis est igitur
mali hoc ipsum, nihil fecisse boni. Sit nobis agri-
cola quidã, qui nihil porrò peculij nostri dissipet,
neq; dolis furtóue surripiat, tantũ suas ille manus
compressas tenens domi sedeat, semina non spar
C gat, arua non scindat, uites nõ colat, & quod pre-
terea ad agriculturam pertineat, nihil prorsus effi
ciat: nonne ab eo supplicium sumemus? Et tamẽ
nihil intulit iniuriæ, nec habemus omnino quod
illum accusare possimus: sed illudipsum arbitra-
mur iniuriam. Et nostro quidem in corpore ab-
stineat capite manus, nõ linguam excindat, non
oculos euellat, nihil deniq; tale faciat, otiosa tan-
tum fuerit, nec sui quicquid est officij toto corpo
ri sufficiat: nonne ipsam potius fuerit abscindere,
quàm nihil agentem, & inutilẽ toto corpori ma-
num circumferre? Quid autem os, si neque ma-
num absumpserit, neq; pectus momorderit, quæ
uero ad se pertineãt, omnia prorsus omiserit, non
ne illud obsignasse melius fuerat? In his igitur si
D non modo aliquid fecisse mali, uerumetiam ali-
quid omisisse boni, magna comprobatur iniuria:
porrò diuinis in rebus idipsum multo magis ap-
paret. Vtinam fieri posset, me pro uobis certa-
men bene gerere, uos autem bene gestæ rei præ-
mia ferre: nunquam profecto uobis tantum tur-
bationis ingererem. Vt enim cum febrescit puer,
grauato assidens filio mater, querebunda uoce
sæpius imprecatur, Vtinã hoc mihi daretur, pos-
sem ego tuam fili susc ipere febrem, & hanc om-
nem in me ipsam haurire flammã: sic etiam ego,
Vtinam perduellis ipse rem pro uobis bene gere
re possem. Sed non licet hoc nobis, non licet, in-
quam. Quocirca si quis & alios sanare potest, in
in his ipse potissimum uersetur, quibus uideat o-
pus esse medela, & ita eos pro uirili parte melio-
res face-

Rom.1

res facere ſtudeat. Si quis uero infirmior eſt, malos aufugiat, ne fortè illorum contagione tabeſcat. Sic eñ preſens tutò exiget ęuũ, & futura deinde conſequetur bona: quæ quidem utinã conſequi poſſimus omnes, gratia & humanitate domini & dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria & poteſtas, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DE CHARITATE QVAE CVNCTA dirigit & perficit, Sermo.

Haritatem optimũ amoris genus inter nos ſanciamus, quando nihil eſt boni & honeſti, quin ortum ex ea ducat. C
Rom.13 Charitas enim, ut Paulus inquit, legis eſt adimpletio: ita fit, ut ſi mutuo fuerimus amore detenti, facile omnia ſint ſucceſſura. B Siquidem charitas, uia quædam eſt ad uirtutem procliuior: nam quemadmodum qui callem fuerit non obliquum ingreſſus, nullo egebit ad progreſſum duce, tramite ipſo rectà ducente: ſic charitas ubi initium dederit, ad rectum deferet. Charitas enim nec proximum lædit, nec praua meditatur. Quocirca qui id facere nouerit, ut qualem ſibi ſeipſum præſtiterit (ut ſcilicet ſine iniuria ad ſuum commodum comprecetur, ducatq; ſe neminẽ inferiorẽ, & eius utilitatis cauſa facere omnia cõnitatur) eundẽ ſe in alios præſtet: omnis erit è medio ſublata moleſtia, deeruntq; tum odia, tum & habendi cupiditates. Quis enim propria bona diripiat? profecto nemo: quin contrà rebus in medium quæſitis in unum conuenietur: quod C cum fiet, nullus erit reliquus ad maleuolentiam locus. Quis enim ſeipſum odiat, aut ſuccenſeat ſibi ipſi & iraſcatur? nónne ſolemus omnes in noſipſos eſſe, quam in cæteros indulgentiores? qua indulgentia ſi in proximum quenq; utemur, odium erit prorſus omne ſublatũ. Quæret aliquis, quo pacto id fieri poteſt, ut pari beneuolentia, qua & noſipſos, uel proximum complectamur? Nempe ſi nulli antehac hominum id egiſſent, iure forte exiſtimares eoſdem animi affectus in alios ſeruari non poſſe: at cum pleroſq; illud egiſſe cognoueris, perſpicuum erit, præ ignauia potius quadam te id facere nequire, quod factitant multi: neque enim deus (cuius iuſſa complures bene agẽdo exceſſerũt) aliquid oneris imponit, quod D factu non facile ſit. Petis forſitan quis ille fuerit, qui hæc fecerit? nempe Paulus, Petrus, & reliqui ſanctorum cœtus: quos ſi dixerim fuiſſe in proximum beneuolentia affectos, nihil magni aut præclari uidebor enuntiaſſe, quando tanto ſunt illi uel hoſtes amore proſecuti, quanto alius quiſpiam ne cõiunctiſſimos quidem. Quis enim optauerit amici cauſa gehennam & incendium illud adire, cum liceat ad regna cœleſtia proficiſci? profecto nemo. Paulus tamen pro lapidantibus & infenſis ac ſe afflictantibus ſubire gehennam cupiebat. Quæ ergo nobis erit uel uenia, uel excuſatio condenda, quando uel tenuem amoris partem, quem Paulus in hoſtes uel ardentiſſimũ de ſe præſtabat, nec in beneuolos ipſi oſtendamus? Sic & Moſes ille beatus, qui multis Paulũ ſeculis anteceſſit, eorum cauſa qui ſe hoſtiliter lapidibus inuaſiſſent, de libro uitæ aboleri malebat. Dauid etiam eos qui ſibi inſultaſſent cũ profligatos & extinctos uidiſſet, his uſus eſt uerbis, Ipſe qui paſtor ſum, peccaui: hi uero quid commiſerunt? Saulem præterea cum inter manus haberet, perdere tamen non modo recuſauit, quin etiam ſeruauit illæſum, præſertim cum ex eius ſalute haud parum ſibi diſcriminis impẽderet. Quòd ſi in ueteri hæc teſtamento ſunt geſta, quis nobis erit ueniæ locus, qui cum in nouo uerſemur, nil prorſus priſcorum aut magnitudinem attigimus aut conſtantiam? Si enim, ut Chriſtus inquit, noſtra iuſtitia phariſæorum & ſcribarum nõ exceſſerit æquitatem, dei regnum haud quaquam ingrediemur: at cum illis ſimus iuſtitia inferiores, quo pacto nobis eò patebit acceſſus? Colite, inquit, qui uos oderint: idcirco erit hoſtis amore proſequendus. Non enim id illi, ſed tibi in beneficium cedet, fiesq; hoc pacto dei ſimillimus: ſiquidem quẽ ipſe colueris, nihil erit ex tuo in ſe amore maioris quippiam lucri aſſecutus, quippe qui à conſeruo adametur: at ſi hunc ipſe amaueris, fueris hoc pacto dei nõ abſimilis. Vides itaq; ut tibi gratiæ plurimum compares, non illi qui tuo ſit amore affectus. ſic & præmium uendicas. Quæret aliquis, Quid ſi improbus fuerit is, quẽ ipſe amandum cenſes? Nempe maiorem ex eo laudem aſſequeris, eruntq; illi pro eius improbitate per te uel gratiæ habẽdæ: qui etſi innumeris ſit tuis in ſe beneficijs obſtrictus, ſe tamen ingratũ reddat & improbũ. Non eñ tibi accumulate increſcerent præmia, niſi magnum in modum illius augeretur iniquitas. Fiet itaq;, ut eiuſmodi impbitas, quã odij cauſam fore exiſtimas, amoris occaſio ſit futura: nam ſi aduerſantem ſuſtuleris, & premiorum cauſam tollas neceſſe eſt. Nónne et certatores ſpectaſti, qui exercendi ſe gratia uel utres harena complent & geſtant? quod tamen ut agas, haud ſanè neceſſarium fuerit: abundat enim hæc uita eo hominum genere, qui & exercere te poſſint, & fortiorẽ reddere. Sic enim & arbores ſpectare licet, quæ ut ualidioribus uentis agitantur, ita & maiori robore obfirmari ſolent, & ramis fieri & frondibus denſiores. Quocirca & nos ſi animi magnitudine præſtamus, magis ac magis inualeſcimus: inquit enim, Vir conſtans animo, longe ſapit: timidus uero, ſtultus admodũ et uecors. Vides quàm ſit animi puſillanimitas incuſanda? non enim ſimplicem illi, ſed ingentem ineſſe aſſerit ſtoliditatẽ. Non erit itaq; inter nos eiuſmodi mutuò toleran Ecclæ.22 tia exercenda, aut tali incõſtantia utendum: cum id non ex odio aliquo aut maleuolentia, ſed ex animi puſillanimitate quadam abiectioris fieri cõtingat: qui quandiu ſtabilis & immotus perſtiterit, omnia facile tolerabit: neq; ſolum ipſe nullo impulſu in profundum mergetur, quin homines eius tolerantia ad tranquilliſſimos portus tranſuectabit.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE MANSVETVDINE SERMO, QUODĀ DOCTO INTERPRETE.

O Mnibus uobis perspicuum arbitror, quàm conueniat his, qui diuina audiũt eloquia, ut mores bonos, & conuersationem uirtute preditam exerceant. In hoc enim serui dei eos qui ueritatem ignorant, potissimum antecellunt, si in mansuetudine conuersentur, & uitam agant religione sua dignam. Qui Christum ignorant, haud mirum si mali sint, moribusq; damnatis. Seruus autē Christi magis à morū mititate, quàm à nomine quod ei parentes imposuerūt, uocandus est. Neq; deus homines ita diligit propter uirginitatē, ieiuniū, contemptum diuitiarum, hilarem eleemosynarum dationem, ut propter mites beneq; compositos mores: tametsi & illud alacriter suppeditare indigentib. non aliunde proficiscitur, & concedi tur his qui Christum diligūt, quàm à mititate. Vt enim à fonte riuus, ita à morū suauitate cura pauperum profluit. Facile enim ad misericordiā mansueti & æquabiles trahuntur omnes, neque ferre possunt cōtemni pauperes, sed aliorum inopiam suam arbitrantur calamitatem, & propterea inuidiam pessimam omnium affectionum credunt. Neq; unquam grauem illum morbum in suam animam admittit uir benignus & mitis: sed si uiderit fratres honoratos, congaudet ac gratulatur, aliorum gloriam suam putans. Alioquin amicorū omnia communia censens, in bonis quidem congaudet, in tristibus uero cōdolet. Hæc enim mansuetudinis dona sunt, & talis est mitiū uita. Mitis orphanorum pater est, uiduarum præses, pauperatis procurator, iniuria affectorum adiutor, semper strenue agit quod iustum. Mitis, reuerendus pater pueris, & obseruandus dominus est seruis. Nihil enim ita conciliat domino familiares, ut q illum uident tranquillum sese offerre, & mansuetudine iucundum. Nam & talem maioris faciunt & admirant, habētq; pro patre, nō pro domino. Age, pro uirili nostra diligēter inquiramus, quænam ex morum suauitate bona mansuetis proueniant. Gratus & amabilis est uidentibus, gratus item & his quibus tantū nomine notus est: neq; facile ullum inuenies, qui audiens laudari hominem mansuetum, illum uidere, & exosculari non desideret, & non habeat in aliquanta lucri parte eius amicitia posse diu frui. Quòd si contingat aliquos propter opes inter sese dissidere, mox ad benignum & mansuetum illum properatur, bona spe, quòd eius bonitate quicquid litium & cōtentionū est, è medio tollatur. Atq; si capitales inter se inimici sint, mansueti uiri correptione placantur & mansuescunt, etiamsi natura in iram & furorem propensi sint. Qui uero per mansuetos cōciliari nequeunt, intractabiles planè sunt, nulloq; honore digni. Sed in quauis causa aptior & magis idoneus ad persuadendum & consulendū est: & primus & præ alijs quicquid assequi cupit, impetrat. Insuper quoniā exemplo suo magister est mansuetudinis, & ipse opere suo stabilit quæ tradit, & mox, ut uidetur, mitigat etiam furibundos. Neq; multis eis uerbis uel admonitionibus opus est, sed pacē priusquā loquitur, psuadet. Quemadmodum & solis iubar ut primū apparet, fugat tenebras: ita mansuetus & benignus sua præsentia res turbulentas componit, quietasq; ac tranquillas reddit. Est autem & hoc dignum recenseri, quòd Christus solū pacificos, filios dei uocat. Matt.5 Et quare suum uocabulum mitibus cōmunicat? Solus ille filium dei pro uiribus imitatur, qui pacis & amicitiæ autor alijs fit. Nam sicut Christus deus & omnium dominus in carne diuina nobis apparens, sanctos angelos cū hominibus concordes effecit, qui quasi bello quodā à nobis dissidebant: ita & māsuetus homo fratres & cognatos, qui inter se discordes sunt, cōciliat: & reuereri leges & præceptū dei, abiectisq; inimicitijs in gratiam mutuum redire facit. Porrò quod in corporibus nostris nerui, hoc est māsuetus homo in domo & ecclesia, & ciuitate. Paulus enim more suo fratres uocat corpus & membra inuicem. Qui autem diuulsos & pugnātes coire facit in amicitia, iam Pauli sermonē implet, qui suadet omnibus, ne ignorent membra sua, neq; mutuum se deuorent. Vnde uerus est sermo ille, quòd pacificator fratrum eandem uirtutem habet in ecclesia, & domo, & ciuitate, quā habent in corporibus nerui, dispersa & separata coniungentes & contrahentes. Verum hæc uirtus tunc alicui data est, quando primus ipse mansuete uiuere incipit. At qui facile in iram erumpit, ridiculus apparebit, si quando exasperatos alios placare attentat. Iā quid deterius hominibus qui iræ seruiunt? Quis eos uidens, nō auertit oculos? Vir iracundus, insuauis quidem est obuijs, insuauis autem & uicinis: & si diuitijs abundauerit, nō facile egenorum inopiæ succurret. Communis est hostis & ciuiū & peregrinorum, clamat, uociferatur, plagas occurrentibus intentat, dicenda & non dicenda loquitur, aspectu toruo, inflata facie, lingua rabida, manib. ad omnia prorumpentibus: &, ut apparet, dæmone plenus. Et quis uidēs uirū ita furere, dubitaret uel dæmonio agitari miserū, uel uolūtariò in tantam insaniam prosilire? Ita uoluntarius dæmon, optata insania, mentis est defectio. Qui irascitur, diaboli ludibrium est, dęmonū officina, & nequitiæ illius dignus minister. Dic obsecro, qd potissimum uolunt dæmones quod faciant homines? Nónne ut exprobrent parentibus? nónne ut polutas manus natis inferant? nónne ut deum blasphement? Hæc aūt omnia irascentiū sunt opera. Atque adeò ira seruis suis facile impietatis autor est: neq; enim sibijpsis imperare ualēt: & qui à furore & ira uincūtur, similes sunt naui, quæ in media tēpestate à gubernatore destituta summergitur undequaq; in eā procellis ingressis. Ira enim quasi fulmē & tēpestas quædam in animā irruit, seruientemq; sibi stupidum reddit ac amentem. Quid igitur faciendum? Prudentis hominis fuerit, ut sibi ab hoc morbo caueat, mentē cōtineat, & furorē sopiat scripturarum admonitionibus, priusq-

priusquam in iram inducatur. Nam si prestigiato A bant: sed & patrē obsecrauerit, ne cœlestibus ad-
rum incantamentis bestiæ obtemperant: quid mi uersus impios telis uteretur, Idcirco cū & tibi gra
rum, si eloquia Christi ferocis animæ statū, tran- ue aliquid & durū ferenti, subrepunt furor & ira,
quillum & æquabilem reddant? Omnis enim, in- recordare mansuetudinis Christi, & statim man-
Ephes.4 quit, amaritudo, & ira, & furor, & clamor auferā- suetus eris ac clemens: & non solum tibi ipsi beni
tur à uobis cum omni malitia. Estote inuicem be gnitate tua plurimum lucri facies, sed & inimicis
nigni, misericordes, cōdonantes uobisipsis, si qs proderis plurimum, erudiēs illos ut ipsi benigni
aduersus aliquem habet reprehensionem: quem- fiant. Vidētes enim te extrema sustinere, & iram
admodum & deus in Christo condonauit uobis. Matt.5 mansuete ferre, statim posito furore mansueti &
Sitis igitur imitatores dei. Videtis qualis sit man lenes ipsi fient, mansuetudinisq; tuæ imitatores.
suetus? cuius uocetur imitator? nō angelorū, nō Proinde quisqs furibundos uincere uoluerit, for-
archangelorum, sed domini uniuersorū: tametsi titer ferat iniurias & uerbera, magnamq; eius qui
etiam illi mitissimi sint, uirtuteq; omni pleni. Pau uerberibus in se sæuiebat, conuersionem uidebit.
lus tamē dei imitatores nos esse uult: quò propo- At si etiam ipse ab ira uinceris, studens inimicum
sita tāti honoris magnitudine persuadeat audien pari insania ulcisci, nullus unquā irarum & pug-
tibus, ut omnes qui cōtumelia afficiuntur, uel a- B narum erit finis: sed semper qui insaniunt & rabi-
liud quiddā graue patiuntur, cōuitia atq; alia mo dī sunt, & uincere alios cōuitijs & uerberibus co
derate ferant, imperantesq; iræ, deum imitentur. gitant, in immēsum bellum & pugnā erumpunt,
Iam quænā sunt illa quæ dei? In his enim quæ in mutuum insidiantur, calumnias struunt, peierare
supernis uidemus et audimus, omnia diuina sunt: audent, & accusationes meditantur eorum, quæ
in his quæ super terram & sunt & dicuntur, iniu- neq; uiderunt, neq; audierūt: & in die quidem si-
stitiæ multæ. Quippe sunt nōnulli, qui in tantam cut canes rabidi, & quærentes inimicū, noctem
peruenium impietatē, ut & deum blasphement, autem cogitando insumentes, quomodo malum
si quando in re aliqua contristentur, & in cœlum aliquod machinentur, & insidias parent. Talibus
respicientes à nullis abstineant uerbis: Deus ta- neq; somnus uincula deponit, sed putāt quòd ad
men fert, quamuis tantam habeat potestatē. Aut huc assint apud inimicum, & criminentur & per-
non potest de iniqua agentibus pœnam sumere? cutiant: & è somnis repēte euigilantes, magis cæ
Si omnes peccatores punire uellet, perquā pauci dem mutuā, quàm epulas diligunt. Alij uero ira
saluarentur, nec sufficerent ad sepulturas homines. ebrij calumniatores mercede conducunt, infan-
Psal.129 Vnde & Dauid dicit: Si iniquitates obseruaueris dacq; inter se agunt opera: & quanto pluribus ma
domine, domine quis sustinebit? quoniam apud C lis sese irritarunt, tanto maiore insania furiunt. Nā
te propitiatio. Et in illo ostendit misericordiam quod ebrios dicunt ob insatiabilem ebrietatē ar-
suam, eo quòd nō seueriter punit. Igitur quisquis dentius sitire, hoc & iracundis usu uenit, quia in
assimilari uult deo, pro uirili mansuetus sit ac mi- pernicioſiorem ruunt insaniam propter inexple
tis, feratq; fortiter, si quid grauius alijs patiatur. bilem contendendi libidinem. Hic uocauit seruī
Luc.6 Diligite, inquit, inimicos uestros, benefacite his lem, alius scorti filium: ille insipientem, iste insa-
qui uos oderunt: orate pro his qui uos lædunt & num: est qui furem & iniustum, & alius plenū om
insectantur, ut sitis filij patris uestri qui est in cœ- ni malo. Dein ira ebrij, confligunt inter se, bestia-
lis, qui solē suū oriri facit super malos & bonos, rumq; mores imitantē, percutiunt, calcitrant, mor
& pluit super iustos & iniustos. Et multę quidem dent, concidunt inuicem corpora, nulli parti par
sunt uirtutes, quę Christianū uirum bene decent: cunt: non oculis, non auribus, non naribus, non
maxime autem omnium mansuetudo. Nam eos faciei, non alij cuipiam membro, sed cōflictantes
solos, qui hac conspicui sunt, dei imitatores Chri inter se concidunt, & pessundant inuicē. Et quod
stus nominat. Proinde congruum est, ut quando malum nō faciunt? Secedunt à pugna, ille amisso
quis contumelia nos afficit, uel uerberat, uel alia oculo, ille auribus, ille labijs, ille alia corporis par
ratione affligit: sustineamus omnia mansuete & D te, magis tamen anima quàm corpore corrupti,
patienter, considerantes quòd dei imitatores mi furibundi, nugaces, rabidi, ignorantes legem do
titas facit. Etenim ipse dominus & saluator no- mini et saluatoris, qui præcepit ut alapa percussus Matt.5
ster contumelia affectus, uerberatus, crucī clauis & uerberatus, atq; alia passus, placido animo for
affixus, leniter tulit ludæorum furorem: & licet titer omnia ferat, uincatq; māsuetudine furorem
posset de eis uindictam sumere, non sumpsit ta- iniquè agentium. Sanè qui hoc facit, laudatur ab
men: sed uirtutem suam ostendit, eo quòd con- hominibus, & coronatur à deo & seruatore. Et
cussit terrā, & mortuos suscitauit, & obscurauit propterea perseuerandum est, ferendo leniter ira
solem, & noctem ex die fecit. Mansuetudinē au- tos, & respiciendum ad coronam, quam præpa-
tem & misericordiam declarauit, quia nullum ex rauit deus māsuetis & mitibus. Absurdum enim
his qui impiè agebant, puniuit. Vt discerent om- est, quòd athletæ in gymnicis agonibus & pulue
nes, qui impias manus intulerant domino, q̄ nō ribus uerbera & uulnera ferunt propter uanam
fuisset ei difficile ipsos punire, qui tam facile terrā gloriam, coronam nullius momenti spectantes:
commouit, & solem repente obscurari præcepit. nos autem coronandi à Christo non imperamus
Et quia tam mansuetus fuit ipse, ut non solū man iræ, non omnia fortiter toleramus: sed breuem
suete tulerit eos qui crucifigebant & blasphema- uoluptatē, & iniustum furorē cœlesti honori &

gloriæ

gloriæ præferimus. Enimuero & hoc manifeſtũ, quòd cum multi magnicꝙ fuerint, qui ornatam ac iuſtam uitam egerunt, manſuetudine tamen clariſſimi euaſere: quia placidi erga eos fuerunt, qui ſe iniurijs afficiebant. Hac enim uirtute Moſes Iudæorum inſaniã moderate ferens, & precibus ſaluans inimicos, honorẽ & gloriam cœleſtem præ alijs obtinuit, deicꝙ amicus uocatus eſt. Hac quoque uirtute & Dauid parcẽs inimicis et hoſtibus, deum ſibi amicũ & beneuolũ effecit. Hæc enim cũ omnes homines ornare ualeat, in primis tamẽ eos qui in poteſtatibus agũt. Nam cum principibus omnia permittuntur, ſi ſeipſos continent, & ſuorum operum ducem habent legem dei, nõnihil inde eorum celebritati & gloriæ accreſcit. Enimuero Paulus & Petrus qui cœleſtẽ tangebãt apſidem propter uirtutẽ, qua conſpicui erant, humanitate tamen & manſuetudine magis claruerunt: quia honorem exhibuerunt his, qui ſe cõuitijs inceſſebant, inimicis benefaciebãt, & ſæpe lapidantes precibus ſaluabant. Sciebant enim hæc maxime grata deo, & prę alijs bonis admirabilia: & idcirco ipſi uitã ſuam in manſuetudine tranſmiſerunt, alioſcꝙ ad illã allexere. Quin & Stephanum periclitantem pro pietate, uidemus pro inimicis orare, & mititatem in certaminibus admiramur. Reliquũ, quia tantos ac tales duces manſuetudinis ſortiti ſumus: adhortemur nos mutuum, ut illorũ ueſtigia ſequamur, & in manſuetudine deo miniſtremus: quandoquidem miniſterium iſtud alijs uirtutib. eſt ei longe gratius. Et diuiniſſimus apoſtolus uirtutem apoſtoli commonſtratu-
2. Tim. 2 rus, Chriſti miniſtrum mãſuetudine potiſſimum clareſcere uoluit. Et quãuis multa potuiſſet dicere, ſi quidem uoluiſſet, utpote dæmonum fugam, mortuorum reſurrectionem, atcꝙ alia: ſed omnib. illis præteritis, æquabilitatẽ morũ ſurſum ac deorſum uerſat ac tractat: quo pſuaderet nobis, ut ſua ueſtigia ſequamur, benignicꝙ ſimus ac mites. Iuſtum eſt enim ſanctos illos imitari, & in exẽplar uitæ proponere: ut bonis omnibus refulgentes, promiſſa bona aſſequamur à magno deo & ſaluatore noſtro, per quem, & cum quo patri cum ſancto ſpiritu ſit omnis gloria, honos & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

DILIGAMVS OMNES, ETIAM perſequentes, Sermo.

Vngamus noſipſos inuicem, uolentibus uel cæteris ab hac animorum con-
I iunctione diſcedere: conſtans ipſe in officio permanebis: necꝙ noſtrũ quiſpiam dictum illud uulgatũ & frigidũ uſurpet, quo dici ſolet: Amore proſequar me colentem: & illud, Vel dextrũ mihi oculum excuſſerim, quem norim me habere infenſum. Dæmonũ dicta ſunt hæc, publicanoꝙ potius, uel gẽtili diffidente, digna. Tu uero qui ſis ad ampliorẽ quandam rempublicã accitus, & cœlo inſcriptus, maioribus uideris eſſe obnoxius legibus, idcirco erit his uerbis temperandũ: quin & homines à tui amore abhorrentes, plurima ſunt in gratiã bene-

A uolentia reducendi: ſunt enim & hi in membrum dati, quod membrũ ſi fuerit à reliquo corpore reuulſum, enixe omnia facimus, uiresꝙ & animum magis intendimus, ut ad priorem copulam reuocemus. Maioris enim eſt præmij cum quempiam nec uolentem ad nos amandum pellicimus: nam ſi iubet deus eos fore ad prandiũ inuitandos, qui nequeant uicem reddere, ut collatũ illud in alterum augeſcat munus: lõge magis id erit in amicitia ſeruandum. Siquidem qui alienam in ſe beneuolentiam mutuo amore cõpenſat, uicem rependit. At qui alienũ in ſe amorẽ promerebitur, uel ſi nullam reddet amoris uiciſſitudinẽ, deum conſtituet pro ea in ſe beneuolentia obligatum. Vtꝙ iſta omittã, nihil uidebitur aliorũ opera in fungẽ-
B do officio indigere: unde & hi iuuandi erũt, & ad amandum etiam compellendi, qui te oderint. Ne igitur ubi ſtudiũ præſtandum eſt, negligentiam inferas: necꝙ id dixeris, eo fore quempiã negligẽdum qui ſit & corpore affecto, & ualetudine correptus: ſiquidem cum amor refrixit, morbus eſt: quin refoue algentem, ut incaleſcat. Quid ſi ne fotus quidem, dicet aliquis, incaluerit? tum rei tuæ uacabis. quid ſi magis algore contrahatur? rurſus is præmia tibi maiora ſuppeditabit, eocꝙ magis dei te ſectatorẽ arguet. Quòd ſi ex amore mutuo Chriſti diſcipuli dignoſcũtur: In eo enim, inquit, Ioan. 31
dignoſcemini omnes eſſe mei diſcipuli, ſi uos adinuicẽ dilexeritis: cogita quantæ illud ſit laudis, ſi odium amore compenſes: quippe & dominus
C tuus amore ſe odientes cõplectebatur, procꝙ his & patrem precabatur: quantocꝙ illos infirmiores ſpectaſſet, tanto magis illorũ curam ſuſcipiebat dicenscꝙ exclamabat: Nõ opus habent, qui proLuc. 5
ſpera ſunt ualetudine medico, ſed q mala. Quin etiam menſa eadem & peccatores æquè, & publicanos dignabat: quantocꝙ magis ſe Iudaicus populus ignominia & probris inſectabat, eo maiori ſibi & curæ fuit, & honori. Hũc itacꝙ & ipſe imitare: non enim parui hæc uirtus facienda eſt, qua
1. Cor. 13 ſine, ut Paulus ait, necꝙ martyres ipſi multum deo placere potuiſſent. Ne igitur dixeris, nequire te eum colere, cui ipſe fueris exoſus: id enim uel maxime debes odienti amorẽ. Accedit & quòd nemini licet amantẽ ſe odiſſe ſtatim, quin etſi beluarũ ſit quiuis ſimillimus, amabit qui ſe beneuolen-
D tia proſequitur. Hoc enim, inquit, ethnici faciunt Matt. 5
& publicani. Quòd ſi quiſcꝙ colentẽ ſe colit, quis nõ eum adamarit, qui pro odio amorẽ rependat? Id igitur uelim cæteris ad exemplum proferas, habeascꝙ in ore frequẽtius iſtiuſmodi: Nõ deſinam te amando inſectari, quandiu me odio habueris: hoc pacto cõtrouerſias ſedabis. Nã ſiue ex phlegmate, ſiue ex quadã naturæ frigiditate eiuſmodi morbus ortũ duxerit: utruncꝙ tamẽ amoris potẽtia, & uis eius feruore moderabitur. Nónne etiã ſpectaſti uncꝙ, qui turpi libidine detinẽtur, uti ab adulterata muliercula innumeris cõtumelijs affecti, cædunt plerunꝙ & cõſpuuntur? quid igitur? nũ amor ignominijs ſoluitur? Miníme, quin magis incenditur. Hęc ſanè humili & infimo genere

Exod. 23

fœmellæ

fœmellę poſtquam libidinatæ ſunt, factitant: qui uero iniurijs afficiunt, poſſunt perſæpe maiores ſuos recenſere illuſtres, & claros uiros, & familiæ nobilitatem prædicare non mediocrē: non tamē idcirco uel libidine extricātur, uel deſerūt quam amare occeperint. proinde nihil nos pudet, eam quā dęmoniacus amor habere uim creditur, non exiſtimare in diuinum poſſe deſiderium transferri, expugnariq; hoc pacto uel dæmones poſſe: nonne etiam noſtri dæmonē illum impurū inſtare, ut uel eum qui ſit odio habitus ad ſe trahat, & membrū uendicet noſtrū, quod quempiam oderit: quo neglecto, uictoriæ palmam prodis, id eſt, fratrem qui in palmæ morē in medium adſtat, & tibi ſi uiceris futurus in præmiū: ſi uero negligentior fueris, ſine palma abibis? Deſine itaq; dæmoniacū illud pronuntiare, Si me ſcilicet oderit frater, haudquaq; hūc mihi ſpectandū tulerim. quo dicto nihil eſt fœdius. Cumq; nōnulli eam animi eruditatē ſummis ingenijs adſcribant, nil tamen ipſe exiſtimauerim uel abiectius dici, uel inſanius & immitius poſſe: eoq; mihi ingemiſcendū cēſeo, q̄ uitia ducitis uirtutibus potiora, & inſolescere, & cæteros aſpernari, magni apud uos eſſe appareat, & clari officiū: Quod equidē nō ſecus, ac pro magnis dæmonū laqueis habendū duxerim, eo magis quòd uelint plerique de animi malignitate bene opinari: ita fit, ut deleri eiuſmodi ne quitia haud facile poſſit. Audiui ego nōnullos iactare ſolitos, ſeſe non ultra ad eos adiſſe, qui uel ſemel nullam ſui habuerint rationē: quod tamen ſibi dominus tuus gloriæ duxit. q̄ties nanq; hunc homines cōſpuerunt, quoties aſpernati ſunt, quibus nihilominus ipſe & opem ferre, & ſubuenire non intermiſit? Ne itaq; illud in ore habueris, minus ſcilicet poſſe odio te habētes cōuenire: quin illud uſurpatum habeas uelim, nequire te tui paruifacere contemptores, quorum alterum Chriſti diſcipulum decet, alterū dæmones. utq; primum illud claros homines facit & illuſtres, ita ſecundū hoc obſcurat, & ridiculos reddit. Eoq; & Moſes admirationi habetur, qui deo dicente: Mitte me, ut iratus conterā illos: nō eſt paſſus eos reſpuere, qui ſe fuiſſent ſæpius aſpernati, qui reſpondebat: Exod.23 Si dimiſeris eis peccatū, dimitte: ſin autem, & me perde. Erat is ſanè & dei amicus, & imitator. Ne itaq; nobis id laudi demus, quod potius foret obturpitudinē occultandum: neq; illud uſurpemus, quod dici uulgò ſolet: Noui ego contemptui habere quamplurimos: quin erūt omnes & irridendi per nos, & comprimendi, qui uerbis iſtiuſmodi utuntur: quandoquidem in his ſe iactant, quibus pudere oportuiſſet. Quid inquis? dic mihi, Chriſtianū hominē conſpuendum cenſes, quem neq; infidelem Chriſtus cōſpuiſſet? at quid, conſpuiſſet, dixerim, quin adeò hūc etſi ſordidum & informem dilexit, tantoq; eſt amore proſecutus, ut eius gratia mortem ſubierit: tu uero eundem decorum admodum impræſentiarum effectum, & cūctis admirabilem reſpuis? dic mihi, nōdum aduertis, qualia in eum uerba iactes, aut quod audeas facinus, qui & Chriſti ſit membrum, & eiuſdem ac tu domini corpus gerat: eumq; pro capite habeat, pro menſa & ueſte, proq; luce & ſponſo, ac demum uniuerſorum loco ducat: neq; hunc ſolum, quin & alios pleroſq; maledictis offendis? Contine te iam, & deſine inſanire, recognoſce fratrem, diſce furentis hæc dicta eſſe, & animi ualetudine laborantis: quin longe his aliena hunc in modum profare: Nunquam deſiſtam beneuolentia te complecti, uel ſi centies à te patiar repulſam. hoc pacto & fratrem lucrifeceris, uiuesq; hanc in dei laudem uitam, & futuræ beatitudinis non eris immunis.

VT BENEDICAMVS MALEDICENtibus, Chriſti & ſanctorum exemplo, Sermo.

Ngemiſcēdi mihi cupido inceſſit, quādo & nobis liceret Chriſti legibus decenter ſeruatis, non minus præſentia hæc quàm futura illa uendicare, ni rebus nimijs & ſuperuacaneis ſtudētes, diuinis præceptis offenſi, his bonis excidiſſemus. Chriſtus ſane legibus in uſum nobis & utilitatē conditis, quid glorioſos, qd ſordidos & abiectos efficiat oſtēdit: neq; id iniunxiſſet haud quaquā, ſcilicet malefacta fore maleficijs compēſanda, ſi ſuos diſcipulos ob id futuros ridiculos cōperiſſet: quin eò indixit, quòd noſſet id illis ad gloriā ceſſurum non mediocrem. Quòd ſi maledicentē maledictis non inſectari à deo probatur, quanto magis qui fuerint maledicos laudibus & maleficos beneficijs proſecuti, gloriam merebuntur? Dicet aliquis, Cur igitur Chriſtus huiuſcemodi leges promulgauit? Id quidem dixerim, indulget enim ſuis diſcipulis, calletq; quid hominum poſſit augere, quid imminuere dignitatem: quòd ſi indulgere ſolet nouitq;, quid illi contentioſe litigas, cupiens aliò iter diuertere? uelle nanque alios male agendo ſuperare, non diuinæ id legis eſſe, quin dæmoniacæ conſtat. Siquidem in Olympiacis certaminibus inferis dedicatis, hoc pacto uictoria comparatur: quin & uincendi modus nullus eſt ſanè in Chriſti ſtadio ſimilis, quin longe diuerſus eſt ritus. Sancitum nanq; eſt, percuſſum, non percuſſorem corona donari oportere: talis eſt apud deum exercitandi conſuetudo, cui & ſtatuta ſunt omnia cæteris longe diuerſa, adeò ut non ſolum ipſa uictoria, quin & uincendi modus admirationis habere plurimum uideatur: ſiquidem qui ſuccubuiſſe uidentur, palmam retuliſſe creduntur: hæc dei eſt potentia, tale cœleſte illud eſt ſtadium, hoc angelorum ſpectaculum. Videre uideor uos ad hæc dicta incaluiſſe, fuiſſeq; magis quauis cera emollitos: uerum cum hinc fuerit abſceſſum, nulla erit horum apud uos recordatio: idq; eo magis iniquo animo tulerim, quòd horum nihil quæ dixerim facturos uos intelligam, præſertim cum non ignorem haud mediocre ex his lucrum referri poſſe. Nam ſi manſuetudinem ac benignitatem prætuleritis, inoffenſi omnium eſtis manus euaſuri: uel ſi inceſſerit quiſpiam maledictis, in autorem conuitia reditura

reditura sunt omnia. Nonne & in iudicijs homines iniuria affectos spectasti, quo uultus splendore, quáue instent audacia, ut ore libero eloquant: contrà, qui eam intulerit, capite demisso, pudore multo offusus & trepidus terram spectet? Verũ quid criminatores cõmemorauerim, aut calumnias, quando si uel in tuam perniciem quispiã gladiũ acuat, uel suas è tuis ceruicibus sanguine manus respersérit, te inoffenso seipsum peremerit? cui rei testimonio est, qui prior fraterna manu occubuit: is enim gloriam adeptus immortalem, in tranquillissimum portũ secessit: qui nec em intulit, quauis morte uitam transegit miseriorem: gemebundus siquidẽ & uagus ac trepidus, semper rei gestæ crimen præ se ferret: quocirca Cain scelerí obnoxius, inferior erit. Nam qui mala illata tulerit patientius, domi non erunt nec diu apud se illa mansura, quando nullum ab se ortum habuerint, quin aliunde iniecta excipiens, in bonũ praua commutauit: improbus uero suæ malignitatis
Gen.29 plagas domi seruat. Nónne & Ioseph erat in carcerem cõiectus, cum interea meretricula, quæ illi parasset insidias, in splẽdida ac magnifica domo diuersaretur? Quòd si alterũ è duob. daretur optandum, uter horum esse malles? crederem equidẽ Ioseph te potius partes suscepturũ in carcere detenti, quàm Ægyptiæ in tectis amplissimis diuersantis: nã si utriusq; liceret animũ inspectari, cerneres Ioseph late & fidentius diuagantẽ: illam uero anxiã pudore, tristitia, dolore, & mẽtis perturbatione magnum in modum, etsi uicisse sit uisa, urgeri. Quibus omnib. cognitione perceptis ad malorũ nos tolerantiã paremus, ut hac tandẽ patientia liberati, futura beatitudine potiamur.

NE SCANDALVM CVIQVAM FRAtrum ponamus, Sermo.

Nímaduerte quantum Paulus curæ & diligentiæ præstiterit, ne sui exemplo
A quempiã perturbaret: inquit enim, Si
Rom.13 cibi gratia frater tuus tristitiã ceperit, nondum secundum charitatẽ incedis: qui si mœrore afficiendus non erit, eo minus per te nec iritandus: & rursus idem: Neq; propter cibum destrues opus dei. Nam si sacrã aliquam ædem subuerti graue & nefariũ existimatur, quanto magis spirituale hoc templũ, si ruinã patiatur? D quando & homines constet sanctitate sacris ædibus longe præstare, quippe non parietum gratia, sed nostri huius templi, mortẽ Christus oppetijt. Circũspectemus itaq; ipsi nos undiq;, nulliq; uel tenuem querimoniæ causam præbeamus: potest etenim uita hęc nostra cũ stadio conferri, & nosipsi q; multis oculis abundemus necesse est: neq; quoquam id pacto credere, ignorantiam scilicet satis nobis ad excusationẽ ualituram, pro qua & pœnas daturi sumus, cũ ea nec uenìam mereatur. Constat sanè & Iudæos per insciti am deliquisse, quãuis eiusmodi illorũ ignoratio, nulla sit uenia dignanda. Gentes præterea nouimus fuisse ignorantia captas, nec tamen propterea possunt excusari: nam si ignores quæ sciri nequeũt, aut cogno
A sci, culpa uacabis: cõtrà uero, si te cognitu facilia lateant, extrema supplicia feres: quinetiã si haud omnino nobisipsis deerimus: sed conantib. quæ abstrusa sunt & recondita cognitione attingere, opem deus & auxilium feret, quod quidẽ & Paulum dixisse Philippẽsibus, patet hoc modo: Et si Philip.3 quid aliter senseritis, id deus uobis reuelabit. At cũ ea quæ factu nobis facilia sunt, perficere recusamus: neq; illum sumus adiutorẽ habituri, quod & Iudæis accidit: Ideo enim, Christus inqt, eis in Matt.13 parabolis loquor, ut uidentes nõ uideant. Dicet aliquis, Quo pacto uisu carebunt, qui uident? maxime: siquidem cũ spectarent abigi per Christum dæmones, nec tamen temperabant illi obijcere: Dæmonium habes: cum à mortuis cernerent ex-
B citatos, non eum adorabant, quin morte afficere conabantur. Cornelius uero nihil istorum similis uidebatur, cui pro uiribus omnia factitãti, supplebat deus quod defuisset. Neq; id quæras, quo pacto ex gentib. aliquẽ cum probus sit & simplex, aspernet deus. Principio dixerim, nulli hominũ posse, nisi creatori cuiuspiam patere probitatem: deinde nullã gentilem illũ, aut curam adhibuisse aut studium, ut dei haberet notionem. Dices fortasse, Quónã pacto dei quispiã cognitionẽ assequetur, qui nulla sit sapiẽtia instructus? At hunc quem ipse nec sapientẽ iudicas, nec prudentem, sed incautum appellas & inutilem: si fuerit in bo-
C nis externis periclitatus, cerneres lõge rei suæ intentũ, & circa eiusmodi adprimè diligentẽ: qui si spiritualibus rebus incubuisset, quò cæteris solet, non adeo foret apud deum despectus: nam cum ueritas ipsa sit sole splẽdidior, quocunq; se quisq; contulerit, eodem sibi, si paulò fuerit attentior, salutem cõueniet: quod sane superuacaneum uideri non debet: siquidem & Christi res gestæ haudquaquam Palæstinis locis, uel angusto aliquo orbis terrarum angulo circumscribuntur. Nõne & ipse Prophetã audisti istiusmodi de Christo prædicantẽ, Me omnes uisuri sunt à minimo usq; ad Hierem.31 maiorem. Nónne etiam intelligis hæc dicta ueris fuisse rebus confirmata? Qua ergo hi ratione ueniam sunt habituri, qui cũ uideant ueritatis leges cunctis esse ad perdiscendũ expositas, nec tamẽ his imbui studeant? Dicet aliquis, Istiusmodi ab homine rusticano, & barbaro duxeris exigenda? Non equidem à barbaro solum, & ruri uersato, quin ab eo exegerim, qui omnes barbarie superet, & feritate. Cur enim, dic mihi, si qua de re agatur, rusticanus is, si reus fiat, & obiecta confutare nouit, & aduersario, si uim patitur, obsistere, factitareq; omnia astu & uiribus ne damno uel tenui afficiatur, uerum ad ea quæ spiritus sunt, non pari prudentia utitur? Porrò cum lapidem adorat uenerabundus, ac ducit pro deo, cum festos illi celebrat dies, cum pecunias fundit, uereriq; se eius numẽ fatetur: nihil ultra uel ignauus, uel torpens prę eius ineptitudine uidebitur. At cum uerus ipse conquirendus est deus, tunc mihi hominem hunc, nec sanum satis, nec frugi esse commoras: nõ ita se res habent, non ita. Num inertiæ

duntaxat

duntaxàt hoc crimen erit? quos em̃ moribus uel
A facíliores uel rudíores opinaris? eós ne quos Abrahæ fuísse temporibus constat: an huius nostrę ætatis homines? Id certè clarũ, Abrahæ dixeris. Vel quando pietas ipsa & religio inuẽtu facílior, nostris his, an Abrahæ seculís? nostris quippe, quíbus dei nomẽ est apud omnes uulgatũ, & prænuntíatum à prophetis, & finem res ipsæ nactæ, gentium opiniones sunt confutatæ & repudiatę. Accedit etiam, quod tunc tẽporis homines nondum erant ueritatis cognitione ínstructi, & scelera suæ ditionis uniuersa effecerant: nec lex erat ulla ad castigationẽ promulgata, propheta nullus, nulla míracula, doctrinæ níhil, aut qui eius cognitionem haberent nõ multí, neq; aliud eiusmodí: quín erant omía tanq; in profundís tenebris, ob-
B scuraq; & turbida nocte cõstituta, & tamẽ rebus aduersantib. mírandus ílle & ingẽtis animí uir & dei notionem habebat, & uírtutem exercitãs pleroſque ad se ímitandum índuxit. Quod eo magís mirũ uideri debet, cum esset externæ huius & humanæ sapientiæ prorsus ignarus: nondum enim fuerant elementa líterarum inuẽta, uerum conanti illí pro sua uirili omnía, opem deus et auxilíũ tulít. Neq; em̃ dici potest Abrahã eam à suís maioribus accepísse religionem, quippe qui ídolis ínseruíssent: níhilominus cum talibus esset ille progenitoríbus ortus, barbarus ínsuper natione fuísset, et ínter barbaros enutritus, neminemq; habuísset diuinæ religionis ínstructorẽ: tantũ reliquos qui uel leges accepíssent & prophetas, probitate an-
C teiuit, quantũ nec dici sat potest. Cur illud? quoniam spíritui prorsus íntentus, præsentibus bonis nec curę nimiũ impendebat. Quid præterea Melchísedec? nónne & is Abrahæ temporibus fuit, adeoq; claruit, ut dei sacerdos diceretur? neq; em̃ fieri poterat, ut qui caste et continenter uitã duceret, contẽptui haberetur. Cum ítaq; intelligamus è quadam probata consuetudine quod semel sentímus, firmũ ac stabile seruandum esse, & nostræ erunt per nos actiones circumspectandæ, ut uitę melioris profectum nanciscamur: nec deus precandus ut supplícia à quouís hominũ exígat: aut scrutandũ, cur hunc sanitati restituat, íllum ad se iam fato functum reuocet: sic enim haud secus sanè facere uíderemur, q̃ solet ínfensus seruus, qui
D domíni dispẽsationẽ dísquirat. Miserum equídẽ te & calamitosum dixerim, cui cum futura supplícia curæ esse debent, quóue sit pacto deus conciliandus, aliorum pœnas deposcas pro quibus & tibí tormẽta subeunda sunt, íllis omíssis, quorum sis rationẽ redditurus. Dicet aliquís, Quid igit̃? sũntne hæc gentilí cuiq;, & ínfideli renuntianda? quínetiam uelím non solum gentilem hominem eadẽ hęc commonefacias, sed te ipsum ut rectius uiuas: síquidẽ gentílis ílle uitæ tuæ morib. perpẽsis, non mediocriter ex his fuerit offensus: ad hæc tibí quid sit respõdendũ cogita. Nam si qua re alia offendatur, nullã eris ob id rationem reddíturus: at si ex prauis tuis facinoribus fuerit offensus, eris sanè díscrimẽ uel extremũ subíturus, eo magis, si te, quẽ fortè rebus cœlestib. studentẽ cõspícabatur, mox bonís præsentíbus uíderit ínhiantẽ nõ reformidãtẽq; æterna íncẽdia. Eiusmodí itaq; cupidítatis ínsimulatus, qua utí respõsiõe queas, excogitanda est, præsertim cum gentílis ílle tuis flagítijs perspectis, his sít te uerbís crímínaturus. Tu quí iudícíũ illud horríbile opperíris, cur præsentia hæc non aspernaris? si ímmortalitatem speras, cur mortẽ non paruífacis? si cœlestis ímperíj amore duceris, cur non hanc uitam contemnis? Ístiusmodí ergo obiectãti cogita quid sit per te respondendũ, eoq; magís ínstabit cum te uíderit ad pecuniarũ iacturam tremebundũ, & ad oboli unius lucrũ lætum & hílarem, habentemq; animã pro tenuí argento uenalẽ. Hæc sunt, ínquã, hæc sunt quæ gentílẽ offendunt. Quocírca si curę tua est salus, erít pro his ratio non uerbís, sed re & actionibus reddenda: quando ob eiusmodí gentílis hominís quæstionẽ nemo unquã deum male dictís incessíuit, qui ob uitæ prauitatem ubíq; offenditur, quæ eò per nos erít emendanda, ut reliquos ab eiusmodí petitionibus coerceamus. quæret enim gentílis, unde fieri certior possum deum toleratu facília imperasse? ecce tu q̃ Christí hanc fidem à maioríbus tuis acceperís, sisq; in hac tam probata religione educatus: nil tamẽ ea dignum pro dei iussu facís. Quíd ipse ad hæc díces? fortè ostendam tibí pleroſq; alíos, qui in eremo consídunt, uitam agere qualem quæris, & deo gratam. Proínde nõ te pudet, cũ ex confesso Christianus sis, gentílem hominẽ ad alíos remísisse, quasi nequeas ipse alíquo índicío Christianum te esse ostẽdere? at mox ílle dicturus est, Quíd mihí necesse est & mõtes adíre, & solitudínes sectarí? si em̃ fieri non potest, hominẽ in medijs urbíbus díuersantem, Christí hanc fidem & sapientiã adipíscí, pmaximè erít uestra hæc Christiana respub. incusanda, eò magís si futurum est, ut relictís urbíbus nosipsos in secessum alíquem conferamus. Id modo uelím, hominẽ afferas uxorem, líberos & domum habentẽ, posse huíc uestræ sapientiæ studere. Quíd ad hæc dixeris? nullus est in præsentiarum subterfugij aut pudoris locus: longe enim alíter se habent diuína ímperia. Sic splendeat, ín- *Matt.5*
quit, lux uestra coram hominíbus: non mõtibus dixit, aut pro solitudíne alíqua ínaccessa. Hæc díxerím non ut eos qui mõtes sibí ad habítandum elegerint, mínus probẽ: quín ut urbium íncolas deplorem, quòd uírtutes índe abegerint. Obsecro ítaq; ut illud quod ín remotíssimis locís exercetur sapiẽtiæ studium, ad nos uel ín urbes traducamus, ut ciuitates & loca frequẽtiora hoc pacto excolãtur: sic & gentíles reduci ín uíam poterũt, & offendícula submoueri, adeo ut si eos reddere ínoffensos cupíeris, & tibí mercedís plurimũ uendícare, & uíta tua erít per te corrígenda, & quoq; uerius illustrãda, ut homines tuis optímis facínoribus perspectis, deum cœlestem patrem efferãt laudíbus, noscq; ea gloría, quæ explicari uerbis haud sat pro merito potest,
frui possímus.

DE MALORVM FONTIBVS A A

nobis euertendis, sermo.

VERTENDI sunt nobis malorum fontes, quibus euersis sublatisq́, ardē
E tissimū cupiditatis ignem extingue-
re licebit, ipsiusq́ nequitiæ radices ab
imo reuellere. Etenim si infœcundæ
arboris superiora circumcideris, eadem nouos
ædente ramusculos, nihil uideberis uel radicibus
altè tendentibus effecisse. Quid autē malorum sit
radix, edisce ab antiquo agricola, qui cū huiusce
sit agriculturæ nō ignarus, uineæ spirituali & cu-
ram impēdit & operam, & terrarum orbis cultu-
ram suscipit. Quid igitur dixerit quispiā cuncto-
rum malorum esse causam? Pecuniarū equidem
asseuerauerim cupiditatem: siquidem omnis im-
B probitatis & nequitiæ fundamentum ipsa est ha-
bendi libido. Ex ea nāq́ dissensiones, inimicitiæ,
bella, altercationes, contumeliæ, suspiciones, in-
iuriæ, cædes, furta & sacrilegia emanant: ob eam,
inquam, nō solum urbes & oppida, sed uiæ ipsæ,
& orbis denicq́ uniuersus desolantur, montes in-
super & loca quæq́ superiora, & cuncta demum
sanguine redundant & clade, quod malum neq́
ipso ponto abstinuit: ibi nanq́ maiori quadā ue-
sania desæuit, piratis nouo quodam prædandi ge
nere adinuento, undique obsidentibus. Ob hanc
præterea cupiditatem, & naturę sunt leges immu
tatæ, & sublati consanguinitatis termini, ipsiusq́
substantiæ ac uitæ corrupta sunt iura: auri enim
uiolenta cupido, non solum in uiuos, quin etiam
C in mortuos ipsos tales armauit manus, ut ne cum
tumulatis quidem habere inducias patiant: quin
has plericq́ sepulchris refractis scelerate inijciunt
cadaueribus, neq́ sinunt uita functos eorum esse
insidijs uacuos. Quæcunq́ denicq́ mala, siue do-
mi esse cōperies, siue in foro, siue in iudicijs, siue
in concionibus, siue in curia & regijs ædibus, si-
ue quibusuis alijs in locis, ex ea habent cupidita-
te ortum. Hoc illud est malum, hoc cūcta cæde &
sanguine oppleuit, hoc gehennæ flammam exci
tauit: hoc ciuitates solitudine nihilo meliores, ue
rum inferiores lōge effecit. Siquidem obsessores
uiarū caueri facilius possunt, q̄ qui prædabundi
medijs urbibus inuersantur: hiq́ tāto sunt illis de
teriores, quantū ad euitandum difficiliores uidē-
D tur. Audent enim in propatulo, quæ illi seorsum
solent & clam facitare: & leges quæ ad prędonū
perdendam impuritatem sunt & nequitiam latę,
in auxilium sibi & cōmodum trahunt, urbemq́
uniuersam clade & facinoribus complent. Atqui
inopem in esuriem dedere, in carcerem q́ conie-
ctum & uincula, tormentis post famem tradere,
& uarijs eculeis diuexare: nonne pro cæde com-
missa habendum est, & cędę maius? quam rem et
si ipse non feceris, causam tamen ut fiat præbue-
ris, magis eris q̄ qui supplicia subministrant, cul-
pandus. Carnifex enim simul ac gladium iugulo
defixit, breuiq́ dolore affecit, desinit ultra homi-
nem excruciare: ipse uero ciues criminādo, uexā
do, insidiādoq́ suggeris centies mortem expete-
re. Aduerte itaq́ quàm multiplices uarias q́ ex u-
na conficias mortes. Quodq́ grauissimū est, cum
nulla sis necessitate, aut fame compulsus: sed eo
duntaxat ut equorum frena, domus fastigia, et co
lumnarum epistylia multo auro obducantur, ra-
piēdo habēdi semper in te crescit cupiditas. Quo
nam igitur pacto hæc non gehēna digna iudicen
tur? quando & fratris, qui tibi est ineffabilium bo
norum particeps, tātoq́ à deo honore dignatus,
nulla apud te ratio constet, idq́ solum habeas uo
luptati, ut lapides & pauimenta extollas, exor-
nesq́ adeo brutorum animalium corpora, & plu
rimas tibi ad perniciem & calamitates inferas &
erumnas. Canis tibi magna est cura: homo uero,
imò Christus ipse, pro tuo hoc nimio in beluas
studio, proq́ inani cæterarum rerū solertia, fame
extrema concluditur. Quid hac confusione dete
rius? q̄d eiusmodi nequitia potest esse molestius?
quot flagrantia flumina, uel igne succēsa huic fue
rint ad cruciatum satis? Siquidem is, qui sit ad dei
imaginem creatus, tua inhumanitate sordescit &
squalet: mulorū uero facies qui coniugē uecturi
sunt tuam, auro nō modico fulget, pelles insuper
& ligna, quibus tegumentum aliquod contexit̄,
uel si sedes paranda sit, aut suppedaneū, auro, ar-
gentoq́ operiunt̄: at Christi membrum, cuius ob
gratiā è cœlis ille ad nos deuenit, ac uenerandum
sanguinem fudit, præ auaritia necessarijs alimen-
tis nil fruitur. Lecturi præterea tui undiq́ sunt ob
tecti, sanctorum uero corpora uel necessario ami
ctu priuātur. Seruis itaq́, beluis, stratis, suppeda-
neo, sella & cęteris quę uiliora sunt uasis, inferior
à te Christus habetur & abiectior. Quòd si me au
dis, dictaq́ hæc mea horrescis, desiste iam hæc fa
ctitare. Desine, inquā, insanire: est enim studium
hoc omne quod circa huiusce modi res impendi-
tur, pro insania habēdum. Idcirco inani hac & su-
peruacanea cura omissa, oculos aliquando tan-
dem subleuemus ad cœlum, diemq́ tum illum, id
est, horribile dei iudicium, tum statutā certamq́
sententiam, & in reprobos futuram damnatio-
nem memoria repetamus. Animaduertamus in-
super & æternæ illius maiestatis tolerantiā, quòd
nostris uel erratis, uel sceleribus perspectis, neq́
cœlitus in nos fulgura iaculetur, cum facta hæc
fulmine sint non indigna: id tamen facere inter-
mittit, nec mare in nos refundit, nec terram scin-
dit, aperitq́ mediam, nec solum extinguit, neque
disturbat cum astris unà & cœlum: nec cuncta
denique è medio tollit, quin potius creata omnia
sinit suo ordine ferri, nobisq́ pro instituto submi
nistrare. His itaq́ animaduersis, diuinæ clemen-
tiæ & longanimitatē & tolerantiam obstupesca-
mus, reputemúsque nobiscum animo nostri or-
tus ingenuitatem: quando in præsenti nihil pla-
ne uideamur à brutis animantibus differre, sed il-
lis esse longè inferiori conditione orti. Siquidem
sanguinis illa trahuntur coniunctione, suntq́ na-
turali quadam amoris copula contenta: ipse uero
uel plerisq́ sese offerentibus occasionibus, hono
re scilicet qui religioni debetur & fidei, & multo
rum

rum bonorum participatione, quorũ ob gratiam cum membris tuis & fœdus inire, & copulã quẽas, factus es illis longe immanior. Præsertim cum ea quæ planè inutilia sunt, & nullius momenti, magno uideris studio insectari: eos autẽ qui dei sunt templum, fame & nuditate consumptos, nõ solum aspernaris & negligis, sed malis plerunque plurimis obuoluis. Atqui si ea per te gloriæ cupiditate geruntur, longè magis frater, quàm equus curandus foret. Quanto enim is, qui tua sit munificentia usus, præstantior fuerit, eo fulgentior tibi pro tuis in eum beneficijs corona cõtexitur: nunc uero cum longe his fueris in aliena lapsus, non sentis quàm multos excites, qui te criminentur. Quis enim tibi non maledixerit? quis non extremæ crudelitatis & inhumanitatis insimulabit, cum uiderit te hominum genere neglecto, bestias illis prætulisse, post bestias uero domos & supellectilem curæ habere? Nónne apostolos audis asserentes, priores illos qui dei uerbum suscepissent, domos fundosq; uendidisse, ut fratres alerent: tu uero domos & fundos subtrahis, ut equos, ligna, pelles, parietes, & pauimenta extollas? quodq; grauius uideri debet, nõ solum uiri, uerum & mulierculæ hac trahunt uæsania, quando ad inanem laborem hunc & maritos impellũt, ut ubiuis potius quàm necessarijs in rebus impendãt. Quòd si quis hæc tulerit molestius, minusq; probet, præmeditatum habent, & in promptu respõsum non mediocriter increpandum: dicunt enim ea licere, quæ & cæteri faciunt. Quid inquitis, nihil pudet, nihil uereminí, quando & Christũ ut equis & mulis, ita et stratis & suppedaneis adnumeratis, & quidẽ fame scentẽ: quin potius neq; illis parẽ facitis, maiorẽq; his rebus portionẽ, Christo uero perexiguã impartitis? Num uos fugit cũcta illius esse ditionis, uos insuper ac uestra omnia? Num ignoratis eundem & corpus condidisse, cõdito gratis indidisse & animam, in quam omnia ornamenta contulerit? Quispiã uero pro his oñibus donis nec beneficij uicem reddet? quiue pro locata domuncula pactam & conuentam pecuniam diligentissime exposcit, mundi hanc machinam omnem in usum habens, tantumq; inhabitans terrarum, neque parum tolerat mercedis dependere, cum inani gloriæ è qua facta eius omnia pendent, seipsum suaq; uniuersa deuouerit, eo inanius, quòd neq; beluis tali ornatu circumactis, addi aliquid uirium potest, neque sessoribus ipsis uirtutis plus quippiam accedere, quàm ignominiæ: siquidem plericq; ab equite auersati, oculos ad iumenti ornatum conuertent, insequẽtemq; familiam, uel præuios: & qui elatis ceruicibus anteceſſerit, circunspectabunt, dominum uero satellitibus stipatum, nõ secus ac communem hostem, & infensum habebunt, & aspernabuntur. Quę res cõtingere tibi haudquaquam poterit, si animum excolueris: quin homines potius & angeli uniuersi, & angelorum princeps coronam plectent. Idcirco si glorię cupiditate duceris, desine iam sectari quæ soles, neq; domum, sed

A

B

C

D

animam ipsam, ut clarior fias & circũspectior, ornato. Nihil enim dici te uilius potest, si ei posthabitæ & neglectæ domus ornatum anteponas. Quòd si mea hæc dicta iniquo animo tuleris, audi quid fuerit per quempiam alienigenam gestũ. Philosophus enim quidam cum splẽdidam esset domum ingressus, auro multo fulgẽtem uarioq; marmore & columnarum cultu conspicuam, pauimenta mox ipsa tapetibus strata uidisset, in faciem domini dicitur domus conspuisse: increpitus deinde respondisse, Cum sibi id facere ulla in parte domus haudquaquam licuisset, coactum se domini uultum conspurcasse. Vides itaq; quàm irrisione dignus sit ille apud eos qui mẽte ualent, & despicatus qui exteriora ornauerit: nec immerito. Nam si quis uxorem siuerit tuam opertã pannis, aut neglectam, ancillam uero ueste splendidiori obtexerit: num æquo id animo tuleris? Minime, quin ira succensus summam hanc esse iniuriam clamitares. Nec secus igitur tibi erit de anima cogitandum, cum parietes solum, & suppellectilem exornas, & stipem minus abunde impertiris, nec in rebus gerendis prudentius impendis operam: quod eò grauius uideri debet, cum constet heram inter & ancillas pro earum natura nihil distare, animam uero à corpore differre plurimum. Quę res si ita se habet, longe magis domus ipsa & lectuli & scabella, ab anima distabunt. Qua igitur fueris excusatione dignus, cum hæc fuerint auro per te argentoq; obducta: animam uero, nulla eius habita ratione, pãnis obsitã, squalentem, famelicam, ulceribus plenam, canibus siueris laniandam, & his insuper existimans te ex ornatu eiusmodi, & exteriori laude, uel gloria potiturum? Illud præterea maioris dementiæ appareret, cum fueris ob id superuacui ornamenti sæpe aliàs increpitus, irrisionibusq; & cõuitijs, uel iniuria quauis alia affectus, & extremis supplicijs adiudicatus, superuacanea hęc fore tibi adhuc decori ducere. Vnde cum ita, ut diximus, se rem habere intelligamus, repurganda sunt nobis errata hæc omnia, ut aliquando tandem nostri iuris effecti, resipiscamus, transferamúsque in animum decorem illum exteriorem omnem, & ornamentum: hoc pacto deus manebit illæsus, & sine iactura erit, & nos angelis pares efficiet, & bonis certioribus donabit.

DE NEQVITIA DEPVLSA, ET uirtute inducta, Sermo.

GE tandem si placet, contentionibus omissis, sermonem ad mortalitatem A differendam conuertamus. Nequitia enim depulsa inductaq; uirtute, clare docebimus iniquitatem ipsam nullum habere à natura ortum, cõquirentibusq; malignitatis originem, non solum uerbis, uerum & rebus ipsis ora occludere facile poterimus: utpote qui illius naturæ simus, nõ improbitatis participes: neq; illud spectandum, quàm laboriosa sit uirtus: sed quàm possit facile comparari, si stu-

dio & diligentia incubuerimus, considerandum. A Quod si uitiorum uoluptatem attuleris, & finem qui ducit ad mortem: ubi econtra uirtutes ad uitam explicabis, uidebimus plurimum uitijs inesse doloris, uirtutibus uero uoluptatis nō parum, si fuerint hæc diligentius utraque discussa. Nam quid improba cōscientia molestius? quid spe meliori suauius? Nihil profecto. Nihil adeo nos frangere uel urgere consueuit, quàm rei aduersæ, aut mali imminentis expectatio: nihil unquam nos adeo subleuat, & quasi uolitare facit, quàm recti conscientia. Quod quidem facile potest in rebus humanis aduerti: nam qui carcerem habitant capitis damnati damnationem opperientes & mortem, uel si delicijs abunde fruantur, uitam longe agunt molestiorem & anxiam, quàm qui emen- B dicando, & nullorum sibi malorum cōscij per rerum angustias incedunt. Mortis enim futuræ expectatio haudquaquam sinit, ut quas in manibus habent uoluptates, seu delicias sentiant. Verum quid unctos dixerim, & in carcerem coniectos, quando & libere uagantibus, & abundantibus dico, & opulentis uiris sibijpsis malorum cōscijs, opifices ipsi lōge sint cōditione meliores, qui ex diurno quæstu uictitent & labore summo. Cūcp in popinis nonnullos spectamus temulentos, incontinentes, & uentre distentos, eo illos infelices appellamus, quoniam edendi & perpotandi uoluprate lōge est acrior expectanda in eos & futura calamitas: quòd si hisce omnibus uiuendi hoc genus iucundum apparet, nihil est mirum, si ne- C queat in malignitate amaritudo euitari, uel in nequitia defugi tristitia. Ecce res tam execranda ebriosis illis laude uidetur digna non mediocri: non tamē idcirco beatos illos, sed miserabiles nū cupamus, & calamitosos, quia ignorant quibus sint malis immersi. Quid de mœchis dixeris, qui pro breui fluxacp libidine turpem subeunt indecoramcp seruitutem, pecuniarum insuper iactura, timorem continuum, & uitam ducunt eius sanè quam Cain duxerit nihil absimilem, uel longè quàm ille molestiorem. Siquidem & præsentia uerentur, & futura pertimescunt, amicos pariter & inimicos, gnaros uti & sceleris conscios, suspectos habent, adeo ut necp quiescendo huius sint anxietatis expertes. Facinorum enim cōscientia D insomnia eis uel plena formidinis aduscp terrorē effingit. Verum qui fuerit in uita moderatior, erit his malis omnibus solutus, tum illam summo in otio et libertate transiget. Obiectandi itacp erunt breuibus his oblectamentis formidolosi fluctus istiusmodi & procellæ, perexiguocp abstinentiæ labori tranquillitas illa uitæ sempiternæ obijcienda, spectabis sane moderatā hanc incontinenti illa esse longe iucundiorem. Prædo præterea & fur alienis pecunijs manus iniecturus, nonne diuersando seruiscp non secus ac liberis adulando, portarum uigiles deterrendo, comminādo, iniuriam inferendo, excubando tremebundus & anxius, & suspectans omnia plurimum tolerat laboris: ei uero qui pecunias aspernatur, nihil accidet istiusmodi, sed ingenti fretus animi suauitate, uitam quiete aget ac tuto. Cæterū si quis uitiorum partes discusserit singulas, conspicabitur confusionem illis ineſſe, & scopulos nec mediocres: mox si uirtutis principia attendat, dura esse & laboriosa comperiet: quæ uero sequentur, facilia adeo & iucunda uidebit, ut superior omnis obiectus labor subleuetur. Contra uero, longe ab his uitiorum est diuersa conditio: siquidem oblectamenta ipsa, quæ ex illis initio statim capiūtur, dolores ac supplicia consequuntur, ita ut prior illa omnis depereat uoluptas. Nam quemadmodū is, qui post partam uictoriam coronā expectat, præsentes labores pro nihilo ducit: sic & is quē post delectationem manent tormēta, nequit fructum puræ uoluptatis, timore omnia perturbante, capessere. Quinetiam si quis diligēter rem omnem inuestigauerit, ut cruciatus peccatis propositos omittamus, plurimum in uitijs exequendis cōperiet inesse laboris. Quocirca si placet, scrutemur eadem hæc in his qui aliena rapiunt, uel si ditiores fortasse fuerint, & pecunijs circumfulti, sint etiā, si uelis, quouis discrimine, anxietate, cura, & cæteris eiusmodi uacui: cōcedamus præterea quē piam esse nulla sua industria opulentum, quodcp nec fieri potest, fidētem, & spei plenum, posse res suas & bona omnia in longum seruare. Qua igit is, quoniam abunde sit fortunæ bonis obseptus, uoluptate fruetur, præsertim cum hæc haudquaquam sinant quempiam diu lætari? siquidem appetenti plura tormenta augescūt, maximecp tum quiscp gratuletur, cum habendi abscessit cupiditas. Nam & sitibundi tunc recreamur, cum ad satietatem ebibimus: quandiu uero siti uexabimur, uel omnibus exhaustis fontibus fluminibuscp per nos absorptis, & angimur magis, & acrius cruciamur. Ipse ergo si seculi huius bona acceperis, nec eadem intermiseris augēdi desiderium, eo te maiori cruciatu afficies, quo & plura gustaueris. Ne itacp existimes ex hoc multarum rerū complexu aliquā tibi, nisi diuitias spreueris, posse afferri uoluptatem: quandiu enim eas concupieris, nuncp supplicio carebis. Amor quippe diuitiarum ille inexplebilis est & infinitus: quātocp plus processeris uiæ, tanto magis à fine aberis. Nónne igitur cupiditas hæc pro monstro & extrema socordia est habenda? Erit itacp principio nobis ab his auaritiæ malis longius abeundum, quin potius necp talia sunt desideria attingenda: uel si attingimus, fugienda erunt initio statim, necp his diutius immorādum. Quod Salomon de muliere adultera- PROV. 5 ta disserit hoc modo, & cōmonefacit: Desalta, ne moram traxeris, necp domus illius fores adieris. Nec secus ipse de pecuniarum auiditate dixerim: nam si sensim te uastum illud seruoris mare adire cōtigerit, haud facile reuocare gradum quiueris, difficultercp uictor euades, nec secus ac solēt qui capitis uertigine detinent. Vnde si in huius auaritiæ profunditatem descenderis, teipsum ac tua uniuersa disperdes: quare principia ipsa nobis cauēda sunt, quæue minora fuerint mala euitāda, ê quibus

quibus & maiora ortum ducunt. Nam qui errata uel singula uti exigua paruipendere consuescet, paulatim omnium patietur iacturã: peccatorum siquidẽ incuria, & neglecta facinora, & uitia induxere, & urbium mœnia solo æquarunt. Sic & corporibus morbi increscunt, cum illorum uel tenues causæ negliguntur. Atqui Esau nisi primogenituræ renuntiasset, nequaquã esset indignus benedictione effectus. Itẽ si se benedictione non abdicasset, nec fratricidium committere concupisset. Cain præterea nisi primogenituræ fuisset desiderio captus, sed eiusdem deo curam demandasset, nunquã secunda fuisset primogenita consecutus: quibus adeptis, si cõmonefacienti se deo paruisset, cædem nunquam parturisset. Rursum fratricidio cõmisso si eum rei gestæ pœnituisset, deoq; se appellanti non impudentius respondisset, nihil esset in reliquum mali perpessus. Quòd si hi quos ante cõditam dei legem fuisse constat, præistiusmodi negligentia sensim sunt ad ipsius malignitatis ima prolapsi: cogita quid nobiscum agetur, qui ad maiores sumus fossuras euocati, ni diligentius nobis præcauerimus, & malorũ scintillulas priusquam ignem suscitẽt, extinguamus. Quorsum hæc? Peierandi frequentiori teneris consuetudine: nõ modo ergo huic erit uitio obsistendum, sed tollendum prorsus & iusiurandũ: id si egeris, & labore quouis, et peierandi uitio uacabis: longè eñ est difficilius non peierare, quàm nulli omnino iuramento insuescere. Conuiciator si fueris uel contentiosus, aut percussor: præscribe tibi non irascendi legem, nec clamitandi: hoc pacto cum radice unà & fructus interibit. Libidinosus es & incontinens: propone tibi metas & terminos nullam mulierum spectandi, neq; in foro alienum decorem oculis circunlustrãdi. Leuius eñ multo à muliebri aspectu abstinebimus, quàm uisa & concupita fœmina libidinum incitamẽta propulsabimus: siquidem & leuiora sunt, quæ primum nobis inferũtur certamina, tametsi nihil erit nobis decertandũ, si nec portas ipsi hostibus patefaciamus, aut admiserimus uitiorum semina. Idcirco Christus uirum inceste mulierem spectantem pœna affecit, ut nos labore subleuaret: indicit nanq; prius è domo hostem eiiciendũ, quàm sumptis uiribus fiat ualidior, ac quum depelli facile queat. Quid enim opus est frustra nobisipsis exhibere negotium, & manus cum hoste conserere, cum liceat palmam sine certamine cõparare, & præripi queat ante inceptum bellum uictoria? Neq; enim adeo laborioſum est, à mulierum aspectu continere oculos, quàm uisis & circumspectatis abstinere: quinetiam neq; ipsa oculorum abstinentia quippiam habere uidetur difficultatis, sed aspectus ille sudoris plurimum habet & laboris. Quòd si uel ea res istiusmodi difficultatibus uacaret, præstaretq; de se lucrum aliquod nec mediocre: quid tum nobis properandum est, ut malis omnibus abundãtissimũ pelagus adeamus? præsertim cum non solum sit à fœminarum intuitu hoc abstinere facillimum, uerum & ab earum concupiscentia ne inquinari quidem concedatur. Contrà uero qui fœminam uiderit, ut summo cum labore, sic non sine animi labe euadet, si fortè sit aliquando euasurus: utq; is qui facierum speciem decoremq; haud quaquã attenderit, erit omnibus quæ inde admittuntur libidinibus uacuus: sic qui fuerit in uisendo cupidior, cum mentem primũ cogitatu fœdauerit, quærit demũ admisseq; cupiditatis notã excutere, si excuti quoquã pacto queat. Idcirco Christus ne talib. afficiamur non solum homicidium, uerũ & iracundiã interdixit: nec fœminam modo non adulterare, sed ne incestè quidem intueri iniunxit: neq; solum non peierandum uetuit, quinetiam & sustulit iusiurãdum. Sic ne hoc quidem pacto dimensa uirtute contentus, & legibus eiusmodi promulgatis, ad maiora processit. Siquidẽ humana cæde interdicta, iniunctaq; irascẽdi lege: indicit etiam ad tolerandas iniurias patiẽtiores esse debere: neq; fore solum pro insidiãtis arbitrio sustinẽdos insultus, quinetiam uincendum esse insultantis furorẽ nostræ tolerantiæ magnitudine. Non enim dixit, Si quis te in dextrã malam percusserit, feres animo æquiori, & obticebis: uerum & alteram fore percussori porrigendam addidit. Sic enim perspicua paratur uictoria, si plus illi quàm uelit cõcesseris, suæq; malæ cupiditatis & metas tuæ magnanimitatis grãditate superaueris: hoc enim pacto & illius soluisti insaniam, & quòd secundo patiẽtius tuleris, prioris tolerantiæ mercedẽ sarciet. Vides itaq; & nihil ex illata iniuria offendi, in nostra esse nõ inferẽtis potestate: neq; solum nullo affici malo, sed quòd aliquando patimur nostri esse, non alieni arbitrij: quodq; mirũ magis uideri debet, nulla prorsus offendemur iniuria, si nobis paululum aduigilabimus, quin pro beneficio erit quodcunq; in nos ius præter & æquũ inferetur. Exempli gratia: fuit in te quispiã contumelioſus, potes, si libet, hanc in tuã conuertere laudem cõtumeliam. nam si contra & ipse fueris in te lacessentem cõuiciatus, accumulabis conuiciandi fœditatem: uerum si te cõuicio insectantẽ laudibus prosequeris, spectabis qui aderũt palma te & gloria iudicasse non indignũ. Vides cũ uolumus iniurias nobis in beneficiũ cessisse: quod itẽ de pecuniarũ iactura, de plagis ingestis, & istiusmodi cæteris cõtingere potest, si aliorũ in nos malefacta accumulatis beneficijs compẽsabimus: taliq; munificentia duplicem nobisipsi & palmam uendicabimus, & coronã nectemus. Ita fit, ut si accedens quispiam, hunc illúmue afferat fuisse de te impudentius locutum, & uulgo maledictis incessere asseueret, tum si cõuitiatorem corã delatore ipso laudaueris plurimũ, & obtrectantis iniurias uindicabis, & pœnas capies: quippe qui rem hãc memoratu dignam gestam per te fuisse cognouerint, & te laudibus efferent, & odio cõuiciantem insectabuntur, asserentq; hunc quauis fera bestia nequiorem: quandoquidem nullam tibi iniecerit cõuitiando tristitiam, cum ipse qui sis iniuria affectus, nihil mali pro malo accepto retuleris: arguesq;

escq; hoc pacto dicta in te omnia cõmentitia fuisse, & falso obiecta. Solet eñ qui alienis in se maledictis offendit, conscientiã delati criminis præ se ferre: contrà uero, cuncta quæ obijciuntur irridens, & uti nullius momenti ducens, quauis se suspicione leuabit. Cogita itaq; quot bona hãc tuã moderantiam consequantur: siquidem et te quauis eximes animi perturbatione: quodq; primũ fuerat dicendum, uel peccatis quibus forte fueris obnoxius exueris, quãdo criminatores tam leni animo feres, q; pharisæum tulerit publicanus obtrectantem. Accidit etiam quòd animum ad sapientiæ studium exercẽdo instituis, & laudem tibi omnium consensu comparas nõ mediocrem, eriscq; quauis obiectorum criminũ suspicione solutus. Quòd si in nominis tui detractores uindicandum censueris, facile id abundecq; sequetur, quãdo uel pro maledictis supplicium sumpturus est deus, eritq; illi tua uel ante id supplicij tempus in perniciem tolerantia. Nihil enim adeo maledicos mordet frenatcq;, q; illatæ cõtumeliæ contemptus. Nã quemadmodũ tot bona ex ipsa sapiẽtia emanãt: ita ex ipsa animi pusillanimitate pleraq; mala contingunt: siquidem & ipsi ignominia notamur, uidebimurq; spectãtibus cæteris delati criminis nõ expertes, animũq; indignatione opplebimus, & hoste iucunditate affecto, deum iritabimus, superinducemusq; erratis pristinis noua delicta. Quę omnia cum ita se habere intellígamus, euitemus impatiẽtiæ præcipitiũ, nosq; ad ipsius tolerantiæ portum conferamus, ut hic nostris animis pro Christi pollicitationibus, quiete inuẽta, eiusdem cum dono & gratia, cum benignitate & clementia bona æterna consequamur.

A

B

C

NVLLA RESIDEAT APVD NOS uitiorum & malorum memoria, Sermo.

O ipsi proxime ad perditionem accedimus & interitũ, quia cum antehac florenti & iuueníli ætate fuissemus, nunc consenuimus. Quocirca eradẽda erit eiusmodi à nobis senectus omnis, quæ etsi lauacro deleri nequeat, poterit pœnitentia obliterari. Excutiendum, inquam, quicquid in nobis resederit uetustatis, rugæ insuper omnes & maculę ac labes abluendæ: nosq; ita excolendi ornãdiq; erimus, ut nostri decoris, & cultus desiderio uel princeps ipse & dominus capiatur. Licebit præterea nobis, uel si ad ultimã quandam sit deformitatem peruentum, eam pulchritudinem recuperare, cuius & Dauid meminit: Desiderabit rex decorem tuum, audi filia & uide, & obliuiscere populi tui, & domũ patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. Atqui obliuio nihil cuiquam parit quod maneat ornamenti: decorem equidem animæ dixerim, obliuionem uero commissi & erratí. Hæc sanè Dauid ecclesiam ex gentibus confectam appellans, differit: & commonefacit ne maiorum suorum ritus, qui idolis immolassent, recordetur. Cui ecclesiæ cum ex huiusce modi esset hominum genere congesta, non solum pristina sacrificia interdicit, quin quod magis est, ne uel animo ipso admittat, prohibet: qd & alio loco sic dicit: Ne meminerim nominum eorum in labijs meis: & rursum: Ne loquatur os meum opera hominũ. Dicet aliquis, Nonne uirtutis eximiæ loco habenda est hæc taciturnitas? eximiæ quidem, non tamen adeo, ut æquari cum delicti obliuione queat: nec enim solũ propheta opera hominũ haudquaq; fore explicãda inquit, quin ne recordatione quidem, aut memoria repetenda. Vnde coniectare licet q; longo uelit nos à nequitia interuallo abesse, cuius qui haud meminerit, nec cogitatũ in ea figet: qui aũt cogitatione uacabit eiusmodi, & sermone uacet necesse est: si taciturnus, actione carebit & opere. Vides quibus nos ijs, uel interuallis à reb. superuacaneis seiungat? Erit itaq; nobis propheta ipse audiendus, & ita, ut nulla resideat apud nos uitiorũ aut malorũ memoria, non tamen eorum quæ ipsi delinquimus tollendã esse dixerim recordationẽ. Quippe cõmemora, inquit deus, prior ipse tua facinora, sic horum nihil ultra meminerim. Quorsum hæc? Nulla sit amplius pristinę rapacitatis recordatio, quin restituẽda sunt per nos fraude subtracta (id enim sonat nequitiã obliuioni mãdare) & fumaces cogitatus tollendi, & ita ut de cætero nunq; animo admittantur, insuper & errata obliteranda. Quærat aliquis, Quonam pacto assequi hanc nequitiæ obliuionẽ poterimus? Nempe ex diuinorum bonorum repetita memoria: si deum continuo meminerimus, haudquaq; licebit praua recordatione repetere. Si enim, inquit, in cubili fuerim tui memor, matutino essem de te meditatus. Nã etsi semper est deus memoria cõplectendus, tunc tamen id maxime agimus, cum animus & cogitatio in otio uersantur, cum eiusmodi recordatione seipsum quis increpat aut damnat, & in eadem longius commemoratione perseuerat. Curæ siquidẽ interdiu, & animi perturbationes omnem de deo cogitatum & intercipiunt & propellunt: noctu uero cum tranquilla est mens, & quietior cum in portu residet, & placida uersat in aura, facile poterit dei reminiscí. Inquit eñ: Quæ dicitis in cordib. uestris, & in cubilibus uestris cõpungimini. Qua recordatione ne interdiu quidẽ uacandum est: sed quoniam hoc uel maxime tempore uitæ huius actiones, & negotia curæ sunt potius, uel saltem sit in cubiculo dei memoria matutino, sit nostra in eo meditatio: Ita fiet ut si noctu deum precando uotis & precibus reconcilie mus, secure admodum ac tuto aggredi quæ peragenda interdiu fuerint, possimus: sic neminẽ nobis habebimus aduersantẽ, quin uiperam ipsam si obsistat nihili faciemus, cum deum habebimus placatum. Porrò bellum in foro geritur: possunt quippe quæ indies afferuntur pro pugna & contentione uel quauis procella haberi, ideoq; & armis est opus: sint autem nobis pro armis his firmioribus preces. Secundo opus est uẽto, cuncta etiam perdiscenda, ut diurna hæc & longiora spatia sine naufragio & uulnere transigantur. Quam multi quotidie scopuli offeruntur, ad quos elisa na-

D

E

Pſal. 15
Pſal. 16
Eſa. 43
Pſal. 62
Pſal. 4
Pſal. 44
1. Tim.

sa nauis sæpe demergitur, & eo magis matutino A
nobis orādū est tēpore ac noctu. Olympiæ ludos
nostrū persępe spectauere plerię, nec solum sunt
spectantiū officio functi, quin fauore & laudibus
certatores sunt prosecuti, & ita, ut uariè sentien-
tiū diuersa etiā fuerit uel laus uel admiratio. Nec
nos fugit præcones per id omne certaminis tem-
pus diem noctemq; uniuersam aliud nihil eniti,
nihil curare cogitatione & studio cōtendere, nisi
ut certaturi magno animo in agone prodeāt: qui
uero certatoribus ipsis assistunt, buccinatorē nil
aliud monent, nisi ut sileat, ne spiritu forte & uo-
ce attritus risum præbeat audientibus. Si igit a-
pud eos, qui humanū certamē sunt inituri, tantū
curæ impendit, longe magis nobis, quibus om-
nis hæc uita certamen est, ꝓspicere rebus sedulo B
conueniet, easq; cogitatione & diligētia præue-
nire. Erunt itaq; nobis & noctes ducēdæ insom-
nes, & curandū quo pacto dies oīs sine illusiōe
transigatur, cuperēq; uel sola nobis esset illusio
ex his obuētura. Verū qui cœleste illud certamē
ꝓponit, patri ad dexterā assidet, attēditq; si quid
uel ipsi absonum uel inconcinnum obtulerimus:
neq; enim factorum modo, quin & dictorum fu-
turus est iudex, eoq; erit inuigilandū. Sumus nāq;
& ipsi fautores habituri, siquidem uel nobis sin-
gulis assistunt angeli: nos uero stertendo noctes
ducimus: essetq; utinam hęc duntaxat nobis dor-
mitandi cura, nec scelerate agerent nōnulli: nam
reptant plurimi terrenis rebus addicti, quando
domicilium in lupanar conuertunt, cum scorta C
inducunt, sic se habent plerię: nulla enim est his
recti alicuius ineūdi certaminis meditatio. quàm
multi etiam petulantiæ & scurrilitati incumbūt,
tumultuant nōnulli, aliį praue agendo & noctes
uigilant, aguntq; longe deterius, q̄ qui somnolē
tia opprimunt, cum dolos nectunt: usuras præte
rea nōnulli cōputant, aliį curis franguntur, liben
tiusq; se ad alia conferunt q̄ ea, quæ occeptum a-
gonem deceant, aggrediantur. Quocirca uos e-
quidem hortari uelim, reliquis omissis, unū illud
spectemus, ut propositam uincentibus palmam
adipiscamur, coronaq; obducti, obnixe oīa fa-
ctitemus, ut bona illa quæ nobis sunt in præmiū
exposita, consequi ualeamus.

CARNIS CONCVPISCENTIAS NE D
sectemur, quæ generant mortem. Sermo.

EXCITATVS è somno ipsum te in-
due, indutus morigerum corpus red-
E de, ac ductu facile: id enim prætēdit,
q cōcupiscentiæ gratia carnem asserit
nulli esse curæ habendam. Nam quē-
admodum nec potum uetuit, sed ebrietatem in-
terdixit: nec nuptias respuit, sed incontinentiam
improbauit: ita & carnis habendā esse rationem
non negat, sed prodeuntes ex ea cupiditates, id
est necessitatis excessum interpellat. Quod au-
tem carnis curam habendam esse Paulus affir-
1.Tim.3 met, audi quemadmodum his uerbis Timothe-
um cōmonefaciat: Vino modico utere propter
stomachum & tuos frequentes languores. Nec se
cus hoc loco carni ad sanitatem uult, non ad lu-
xum, & intemperantiam prouideri: aliter enim
nec dici prouidentia posset, si per eam aut flam-
mam succenderes, aut ignis caminum tibi redde
res grauiorem. Vt autem clarius perdiscatis quid
sit ad carnis concupiscentias & desideria proui-
dentia, & quemadmodum illa possint euitari, o-
pulentos animaduertite, & uentri deditos, abun
dantiq; uestium ornatu excultos, uel delicijs im-
mersos, & eos qui uitam per luxum & inconti-
nentiam ducunt, attendite: sic uobis, quæ dixe-
rim, facile innotescent. Hi enim hæc non ad bo-
nam corporis ualetudinem factitant, sed ut pro-
silire leuius possint, & uenerem incitare. Verum
qui Christum induerit, delicijs uniuersis eiusmo-
di intercisis, id solum curat, ut corpori æquam pa
riat ualetudinem, pro qua uel sola consequenda
carnis cura habenda est, neq; id ultra aliquid ap-
petendum. Incumbendum præterea erit omni ni
su spiritualibus rebus: hoc pacto, nullis eiusmodi
& uarijs libidinibus grauatus, excitari hac tua
somnolentia poteris. Somnus enim præsens est
uita, nil prorsus ab insomnijs aliena. Nam quem-
admodum somno pressi, pleraque & superuaca-
nea & frustra loquuntur, uidentq; persæpe nil sa-
nū: ita & nos deteriora his pleraque spectamus.
Siquidem qui indecora & turpia gesserit, eadém
que illa obuersari sibi per uisum cōspexerit, mox
somno expergefactus, turpi & indecoro aspectu
liberatur, & pœna quam pro scelere meruisset:
quod aliter nobis euenire solet, quibus ob igna-
uiam ac socordiā ignominia atq; supplicia perpe
tua sunt. Itē & qui per quietē somniando ditescūt
ubi dies illuxit, inanes & diuitijs uacui arguunt:
captos uero dum uiuitur, inerti somno plerunq;,
necdum luce oborta, falli posse compertum est,
& ita ut breui eorū insomnia euanescāt. Excutia-
mus itaq; pernicioſum hunc somnum: nam si dor
mitantes nos dies deprehenderit, mors inde per-
petua exceptura est, quin etiam uel ante hunc di-
em hostibus erimus, siue hominibus, siue dæmo-
nib. captu faciliores: ita ut nemo sit eos à nostro
interitu, si id facere libeat, prohibiturus. Nā si plu
rimi nobis uigilum excubarent, nō tantum forte
nobis periculi impenderet: uerum cum unus &
item alter luminibus accensis, non secus atque in
profunda nocte dormitātibus reliquis, aduigilet,
uel summa nobis est opus ad securitatem uigilan
tia, ne ea fortè subeamus, quibus mederi neque-
at. Quærat aliquis, Nónne impręsentiarum & ex
citati uidemur & uigiles? estis forsan ad hæc quæ
dixerim irrisuri, dicam tamē. Sumus sanè omnes
nocte media somnum capessentibus aut stertēn-
tibus simillimi: siquidem facile ostenderē, si pos-
set incorporea hæc spectari substātia, uti plerosq;
alte somno immersos, diabolus parietib. trāsfos-
sis & iacētes iugulet, & diripiat quę intus inuene
rit, agatq; oīa ueluti in dēsissimis tenebris otio
summo & facilitate. Quin potius qm̄ cerni hæc
oculis nō possunt, rationib. subscribēdo adstrua-
mus: sic em̄ & cōspicari licebit, q hominū fuerint:

prauis cupiditatibus oppressi, quiue incontinentiæ & facinorum sopore, spiritali prorsus luce extincta, correpti. Quorsum hæc? quoniã multi nihil suo ordine captantes, quæ hic prædicantur, haudquaquã aduertunt: quòd si me peruigil ipse & excitus mendacem deprehenderis, effare quæ hodie apud nos hoc loco aut dicta sint aut gesta, nisi forte quemadmodum somnolẽtus aliquis solet spectare insomnia, prædicantem me audieris: quod equidẽ nec de uniuersis dictum uelim. Puto enim cõplures fore, quibus eorum quę ipse dixerim, facile sit renuntiandi facultas: in eum duntaxat ea protulerim, qui fuerit his dictis obnoxius, frustraq; hũc locum adierit. Dic mihi, quis hodierno die uel propheta uel apostolus nobis prælectus est? aut quibus de rebus uerba fecit? nihil habes quod respondere queas: utpote q ille sis ad quem somniãtem uerba sint facta. Eadem hæc & in mulieres dixerim, ineſt eĩ & illis somnus plurimus, qui utinam dici somnus queat: siquidem somno captus nec mali quippiã nec boni profatur. Verum qui parem uobis uigilantiã seruat, cęp multa in eius capitis perniciem effundit: nam & usuras computabit: & rationem cõmodatæ pecuniæ componet, animoq; secum ipse uersabit turpes ignominiosasq; tabernulas, eodẽq; & sentice ta interseret, iacto semine, nullo dato uel ad quietem, uel ad profectum spatio. Sed surge tandẽ & sentibus hisce radicitus conuulsis, auaritiæ temulentiã excute, à qua istiusmodi somnolentia emanat: somnolentiã aũt dixerim, nõ eam modo, quę ex uino gignitur, uerum & illam quæ cum ex uitæ huius curis, tum uel eiusmodi sopore infertur. His itaq; nõ solũ locupletes & diuites, sed qbus res uel modicæ sunt & tenues, uelim esse admonitos, & eos maxime quos grata cõuiuia delectãt: non enim sunt illa pro cibo, uel animi remissione habenda, sed pro supplicio & tormentis. Quippe nõ indecẽs & indecorus sermo, sed grauis & moderatus, & cibo expleri nõ frangi, in oblectamentis ducenda sunt. Quòd si his rebus aliquid inesse uoluptatis existimaueris, affer mihi quam heri & uesperi ex his concœnationibus ceperis uoluptatem (nullam habes) deinde & quæ illam assequãtur noxia. Sitq; mihi interea de uoluptate, quæ statim deflaccet & fluit, disceptatio: simulac enim missum conuiuium fuerit, euolat omnis ex eo cœpta iucũditas: cumq; uomitus capitisq; grauedines & lãguores innumeros animiq; capturã & illecebras cõmemorauerim, quid ipse ad hæc respondebis? nec enim decet per paupertatis occasionem agere impudenter. Hæc autem dixerim, non ut omnino negem conueniendum inter nos esse nonnunquam & concœnandum: sed ut inhonesta & turpia interdicã, cupiamq; luxũ in cibum conuerti, qui dolore, temulentia & lasciuia careat, utq; uel gentes intelligant Christianos nos modum delicijs facere, id est modeste & temperanter his uti. Exultate, Propheta inquit, domino in tremore. Qualis illa erit exultatio? hymnos, scilicet, pnunciare, orare, & psalmos pro seruilibus illis cantionibus inducere. Hoc pacto Christus & mensæ aderit, dapes benedictione cõplebit, cum preces ad eum fuderis, cum spiritu decantabis, cum egenos ad uictus communionem conuocaueris, conuiuijs modum & temperantiam adhibebis: sic ex triclinio, dei domum effeceris, procq; immoderatis & intẽpestiuis clamoribus hisce & plausibus dominum extuleris. Necq; id dixeris, extare hoc tempore alias cõuiuandi leges, quin potius corrigenda per te erunt, quæ se haud recte habuerint. Si enim, Paulus inquit, cibum sumitis aut potum, seu aliud quodcunq; agitis, omnia in dei laudem facitote. Solent nanq; ex istiusmodi epulis, cum turpia nobis desideria, tum omnis lasciuia obuenire: Insuper & uxores despectui esse, & scorta magnifieri, unde & familiæ desolatio & mala innumera consequuntur, ferunturq; omnia temere: omisso nanq; fonte purissimo, ad cœnosum canale illud & lutulentum decurrit. Quòd autẽ cœnũ sit, inceſtæ & prostitutæ fœminę corpus, te præter rogabo neminẽ, qui eo quoad fueris obuolutus, quantum te eius rei pudeat, quantum etiam post delictũ immundum te & sordidatum ducas, non ignores. Idcirco fugite obsecro adulterium, eiusq; uel procreatricẽ temulentiam. Quid semẽ iacis, unde nihil es demessurus? quin etiam si messem feceris, ad ignominiam tibi nec mediocrem futurus est fructus: siquidem ex adulterio nascitur, & tibi dedecus & sibi iniuriam parit, nothus effectus & degener, adeò ut si uel amplo per te relicto patrimonio abũdet, tum domi & urbicis actionibus, tũ in foro iudiciario ex adultera uel serua natus honore carebit. Quo itẽ ipse uel uiuens, uel mortuus priuabere: si enim mortem obieris, extabunt tibi ad ignominiã monumenta. Quid igitur omnia turpitudine comples? quid seris, ubi tellus celerrime consumptura est fructum, ubi sterilitas plurima, ubi & interitus genituram præuenit? nec satis habes mulierem adulteraſſe, nisi eandem uiri cæde obstrinxeris. Vidésne ergo ex temulentia luxuriam, ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidium ortum iri, quin uel homicidio ipso deterius? Non enim in pręsentiarũ succurrit, quo id sceleris nomine queã explicare, quãdo nõ ex se genitũ enecat, sed generandi intercipit causam. Quid igit deiuperas beneficiũ? quid eius leges oppugnas? qd pro benedicto execrationẽ sectaris, & gignendi illud receptaculum, necis conditoriũ facis: & fœminam quæ est ad liberos procreãdos tradita, ad necem reddis paratiorẽ? quando illa ut concupita magis, uel amatoribus usui sit, uel argenti pusculum exugat, neq; imperata facere abnuit, ingens sanè in caput tuũ cõgestura incendiũ. Nam si & illi id facinus adscribatur, eius tamen te ipse autorem prębes: hinc postmodũ idolorũ seruitus emanat, cũ pleręq;, ut magis adamẽt, & carmina machinentur, & uina sacrificijs fundãt, & amatoria medicamenta & alia nonnulla cõponant. Cũ hac tamen ac tanta rerum colluuione & fœditate, his cædibus, hac dæmoniaca seruitute, quàm multi

Rom. 13

1. Cor. 10

Matt. 8

Psal. 2

multi sibi ad utilitatem cedere id negotij arbitrā- A
tur, & hi maxime quibus uxores sunt: quod mi-
nus est ex abundanti malorum concursu tolera-
bile: mox etiam ueneficia non in adulteratā, sed
in affectam iniurijs coniugem intentant: accedūt
præterea insidiæ plurimæ, dæmonum inuocatio
nes, desumptaq; ex mortuis uaticinia, quotidie
dissensiones, & sine iudicijs bella, & propinquo-
rum discordiæ: eoq; cum Paulus diceret: Non in
Rom.13 cubilibus & lasciuijs, non in contentionib. & æ-
mulatione, superinduxit, præuidens istiusmodi
dissidijs & domos subuerti posse, & ingenuis li-
beris iniuriam inferri. Vt itaq; hæc euitare possi-
mus, Christum induamus, ut nobis perpetuo sit
cum eo manēdū: hoc enim induere id sonat, qua- B
si nunq; sit ab eo deficiendū, uideamurq; undiq;
præ nostra tum sanctimonia, tum mansuetudine
per eum complecti. Quod item dicere sæpe sole-
mus, Hic illius personam induit, ut amoris uehe
mētiam & animorum nunquam defuturam con
iunctionem exprimamus: siquidem qui alium in
duerit, eum præfert cuius sibi personam induen-
dam præsumpsit. Fiat itaq; palam, Christum nos
undiq; fuisse cōplexum: quod utique fiet, si eius
fuerimus & mores imitati & uitā. Quorsum hęc?
Matt.8 Filius, inquit, hominis non habet ubi caput recli
net: hunc ipse uel hac in re imitare: nam si illi ci-
bus erat sumendus, pane ordei uescebatur: si iter
suscipiendum, nulli aderant ad uecturā equi, aut
iumenta, quin tantum pedibus incedebat, ut las-
situdine afficeretur: si quiescendum, nauiculæ C
proram pro puluinis habebat: si recumbendum,
herbidis campis residendum iniunxit. Vtebatur
præterea uilioribus indumentis, & solus plerūq;
nemine subsequente diuersabatur: unde cum &
reliqua eius gesta quibus sit initio contumelijs
affectus, quotue in cruce perpessus didiceris, ea-
demq; illa sumpseris ad imitandum, si carnis, in-
quam, curam nullam feceris ad concupiscentiā,
Christum indues, cum ea præsertim nihil habeat
in se uoluptatis. Pariunt enim eiusmodi deside-
ria acerbiores quasdam de se libidines: quæ ut ex
pleri nunquam possunt, sic & acriora supplicia in
ferunt. nam quemadmodum qui siti assidua uexa
tur, uel infinitis sibi ad potum expositis fontibus
nihil ex his capiet utilitatis, cū nequeat primùm D
quo laborat morbum restinguere: sic contra, qui
in desiderijs uixerit, si omnia ad necessitatem me
tiatur, hoc nunquā erit satis ardore affectus: quin
procul à se temulentia eiusmodi omnis & lasciui-
æ euanescēt. Tantum igitur tibi erit cibi capes-
sendum, quāto demi esuries possit. His utere in-
dumentis, quibus carnem obtegere queas, non
ornare, ne id illi exitium sit futurū: quæ si remol-
lescere tuo permissu cœperit, bona eius offensa
ualetudine, nimia indulgentia dissoluet. Vt itaq;
optimum habeas animæ tuæ uehiculum, utq; tu-
tius nauis rector gubernaculo insideat, & miles
arma pertractet, curandū erit equo moderamine
agantur omnia: Nec enim multis abundare, sed
paucis indigere frugi hominē facit: siquidē diui-
tijs affluens, uel inoffensus uereri omnia solet:
qui uero minoribus erit fortunis iucundior, sem-
per æquiori animo tolerabit iniurias, quàm qui
nullis fuerit affectus. Non itaq; illud erit appeten
dum, ne qua nobis molestia offeratur: quin po-
tius eam inferre cupienti, id facere ne liceat op-
tandum: quod assequi aliunde non possumus, ni-
si cum fuerimus, maioribus rebus paruifactis, ne
cessarijs contenti.

VIRTVTIBVS PROGENITORVM NE confidamus, neq; uitijs eorū trepidemus. Sermo.

AVLVM & ipsi imitemur, deúmque
pro susceptа nostri hac in uita cura lau
P dibus efferamus, nil prorsus maiorum
nostrorum confisi uirtutibus: cui rei Iu
dæi argumento sint, quibuscum, præ-
ter eam quæ spiritualis habetur, propinquitas no
bis est nulla: ita fit ut Scytha quispiam, pro Abra
hæ filio duci possit, & Abrahæ filius uel Scytha
quouis magis credatur alienus. Nihil itaq; præ-
claris progenitorum facinoribus confidendum:
quin uel si admirandum habeas genitorem, ne-
que id quidem existimaueris futurum tibi aut sa
luti satis aut gloriæ, nisi fueris & ipse illi & uita
coniunctus & moribus: uti contrà, si improbum
fueris parentem nactus, nihil ex eo posse tibi uel
ignominiæ uel dedecoris obuenire, si te laudabi-
liter gesseris. Quid enim esse gentibus ipsis des-
pectius potest? fide tamen simulac nobis conci-
liantur, & necessitudine iuncti sunt & sanguine.
Quid nobis Iudæis familiarius? uerum eorū sunt
infidelitate alieni effecti: porrò propinquitas ip-
sa & naturalis est, & necessaria, qua omnes uide-
mur uinculo quodam consanguinitatis connexi,
quando ex Adam ducimus uniuersi ortum, neq;
tamen tum Adæ, tum Noe, tum terræ ipsius, quę
omniū est parens, habita ratione, alterutrum su-
mus propinquiores, & magis proximi: uerū digni-
or illa palmarū & uictoriæ cōiunctio uel sola es-
se apparet quib. ab improbis seiungimur. Quip-
pe cum nulla detur in terris certa propinquitas,
nisi quæ ex cōuenientia morū conciliat, neq; fra-
tres eos dixerim, qui eodem nobis fuerint uel par
tu uel aluo progeniti, sed qui religionem præ se,
& fidem tulerint nostram, non alienā: sic & Chri-
stus hos dei filios nuncupat: qui contrà senserint,
dæmonum. Sic inobedientiæ, & gehennæ, & per
ditionis filij appellantur, sic, inquam, & Timo-
theus initio Pauli filius asserebatur, cum Pauli ex
sorore nepos, qa prorsus inutilis, etsi natura pro-
pinquior, quod fuerit nomen sortitus haudqua-
quam satis constet: ille uero non minus sanguine
ab eo distaret, quàm loco, utpote qui Lystrensis
ciuis fuisset, alioquin ad Pauli supra omnes pro-
pinquitatem admittitur. Efficiamur itaq; & nos
sanctorū filij, quinimò dei ipsius. Quid aūt sit dei
filios fieri, audi quid Christus dixerit: Estote per Matt.5
fecti sicut & pater uester, qui in cœlis est. Id circo
inter precādum, patrē hunc appellamus, ut non Matt.6
solum eius in nos gratiā, quin & uirtutes memo-
ria repetamus, ne forte ea quippiā necessitudine
indi-

indignum gesserimus. Dicet aliquis, Quonã pacto effici dei filij possumus? Is profecto effici potest, qui omni sit uitio uacuus, quiue in lacessentes se iniuria, mansuetudinem præstet: sic enim & pater tuus erga eos se gessit, qui se maledictis incesserant: unde cum nos multa & plurimis locis commonefaciat, nusquam id infert, Estote patris
Matt.5 uestri similes, nisi cum diceret: Orate pro persequentibus uos, benefacite uos odientibus, illud etiam tanquam palmam adiecit. Nihil enim nos deo tam proximos facit, quàm bene de inimicis
Eph.5 mereri: eò & Paulus cum dei nos imitatores fieri oportere asserit, in eandem concedit sententiam. Quippe cum necessariæ uirtutes sint, & ea præcipue quæ cunctarum est maxima pietas & mansuetudo: cumq; & nobis plurima opus clementia sit quotidie delinquentibus, eandẽ in cęteros præstemus necesse erit, cuius clementię uel exiguitas uel magnitudo non donorũ quantitate, sed exhibentis potentia, & rei familiaris neruis metitur. Idcirco neq; opulentus efferat, quòd multis: neq; pauper animo cõcidat, quòd paucis quempiam donet: siquidem locupletem pauper largitionibus plerunque excessit. neque ex modicis facultatibus miserum se, aut infelicem se existimet: solent enim res paruæ facere nos ad stipem erogandam promptiores: multiplex uero & abundans possessio, & bonorum fortunę differentia, & rem familiarem augendi immoderata libido, homines faciunt tenaciores: cuius diffidentiæ & cupiditatis tyrannide liberatur, qui pauca possidet, ita ut plures ei ad beneagendum occasiones offerantur: nam & carcerem adibit facilius, & ualetudine affectos reuiset, & cyathum porriget aquæ gelidioris: quæ proculdubio diues quispiam facere dedignabitur, utpote qui præ diuitijs intumescat. Non itaque erit tibi ob inopiam desperandum, quando ob eam tibi uel cœli patebunt: quin etiam, si nil habeas, animo tamen fueris clementiori, merces te uel ex eo manebit non exi-
Rom.12 gua. Ea propter & Paulus flendum esse cum flentibus, & uinctis conuinciri oportere iniunxit. Non enim solum gemebundos & mœstos, uerum & reliquis calamitatibus circunuentos, multorum fletus & dolor nonnullam in partem solatur & iuuat: adeo ut non minus persæpe animis collapsi, uerbis quàm pecunijs subleuentur: eoq; & dei iussu pecuniæ egestatem patientibus erogantur, ut non solum illorum leuetur inopia, sed etiam nos ad proximorum mala commiserandũ instruat. Itaque & auarus odibilis est, & inuisus, quòd non solum egenos contemnat, sed quòd in humanitate deuincitur, & inopum miseria sæuiendo non permulcetur: quemadmodum contrà, qui pecuniam, inopem subleuando, aspernatur, omnium iudicatur amore dignissimus, quòd se misericordem præstiterit, & humanum. Deus præterea pios, & clementes non eos solum qui egenum pecunijs iuuerint, uerum & qui animo fuerint ad commiserationem facili, extollit ac beat. Exhibeamus itaq; istiusmodi ad miserandũ prõptitudinem, hoc pacto nos & reliqua bona cõsequentur. Nam qui mente fuerit ad pietatem procliuior, uel quibus affluet, pecunias fundet: si calamitatibus quempiam uiderit afflictari, congemiscet: si oppressum iri, illico aderit: si diuexari, manum porriget: utpote qui sit bonorum omnium thesaurũ cõsecutus, mentẽ scilicet clementẽ ac piam, è qua scaturire omnia constat, quæ ad proximi faciant utilitatem, ita ut in posterum sit præmia à deo seruata habiturus: quæ ut uendicare possimus, animus nobis erit tum ad humanitatẽ, tum ad mansuetudinem disponendus: ita fiet, ut quan diu in hac uita esse licebit, & benefactis abundemus, & palma deinceps nobis seruata fruamur.

CONTRA DESPERATIONEM ET SUPERBIAM. Sermo.

Si quis natura in mentis ualetudinem inciderit, culpa uacabit: qui uero eam ultro incurrit, & uenia priuatur, & supplicio quodam maiori afficietur.

Huiusmodi sunt qui pro comparata sapientia elati, plurimum sibi prudentiæ arrogãt, & in desperationem quandam collabuntur extremam: siquidem nulla re magis quàm desperatione ipsa desipimus: idcirco & Propheta dæmonum principem barbarum illum istiusmodi uerbis appellat: Stultus autem stulta loquitur. Vtq; Esa.32 eius insipientiam suis ex dictis perdiscas, audi quid ille dicendo iactet: Super astra cœli ponam thronum meum, & ero altissimo similis: comprehendam manu tanquam nidulum terrarum orbem, tollamq; quasi oua derelicta. Quibus dictis quid dici potest insulsius? quippe iactanter prolata, uel singula sapere mox impudentiam uidebuntur: nam si desperantis uerba sigillatim in medium produxerim, haud facile cerneres utrum spe destituti sint illa, an stultitiæ morbo laborantis, adeò utrisque par esse id uitium constat. Item & barbarus alius ita inquit: Deus sum ego, non homo. Et rursum alius: Nec enim poterit Deus uos saluos reddere, nec à manibus meis eruere. Insuper & Ægyptius ille Pharao: Non noui dominum, & Israelem non dimittam. Nec absimilis ille apud prophetã insipiens, qui secum in corde diceret: Non est deus. Et Cain: Nunquid custos fratris mei sum ego? Quo circa non facile erit inter noscere, utrum desperantiũ dicta hæc fuerint, an mentis ægritudine affectorum: siquidem ἀπόνοιαν id est, desperatio, ea sit, quę cum nec modum, nec æqualitatem teneat, tum quòd procul mente sit, denominationẽ accepit: hæc enim homines stolidos reddit, & insolentes facit. Nam ut sapientiæ initium, dei est timor, ita insipientiæ, eiusdẽ ignoratio. Si ergo dei cognitio pro sapientia habetur, nil dubium quin ipsius ignoratio stultitia sit, quæ utiq; ex superbia oritur, cuius principium est deum non nosse: erit ergo superbia extrema quædam dementia. Talem se Nabal exhibuit, etsi nõ in deum, erga hominem tamen: ex desperatione nanq; uæsanus factus, timore demum consumptus est. Simulac enim quispiam sapientię modo

excíderit,formidolosus símul & audax animo ip A
so debílitato,efficitur. Quemadmodū enim cor-
pus hoc nostrum ęquo temperamento amíssо,&
malę complexionis effectum,facile oīnibus mor
bis corrípitur: ita & animus cum ínsolescere cœ-
perit,& contrahi humílitate desierit, habitudíne
alía quadam accepta,debílitatē,formidínem,au-
dacíā,símul & demētiā incurrit,nec sui demū cō-
pos efficitur,aut gnarus: qui uero seipsum igno-
rat,quo pacto quæ supra ipsū fuerint intelliget?
ís sanè haud aliter se habebit, quàm solet aliquis
phrenesi interceptus, qui suíipsius nullam habe-
at notionem, neq; ea quæ sibi pedibus adiaceāt,
dignoscat. Item & oculus cum calígare cœperit,
& relíqua membra obtenebrat,quod certe despe
ranti solet accídere: ídcirco & qui eiusmodi de- B
sperátione ducunt, & furentib. sunt infeliciores
habendi, & hís qui natura desipiunt miseriores:
nam rísum ęquè atq; hi cęteris mouent,& minus
placent,& modo símili efferuntur,cum haud pa-
rem sibi cum stolidis ueníam pariant,& omnibus
sunt ínuisi:ita fit ut cum eodem pene morbo agi-
tentur utríq;, commiseratione tamen non æque
priuentur:síquidem non solum ex dictís, uerum
ex gestu, & corporis motu ridículi sint. Quid e-
nim, dic mihi, ceruicem extendis? quid summis
íncedis unguiculis? quid attollis supercília? quid
pectus tumidum geris? capillo tibi nec licet albe
scenti nigredínem índere, uel nigro candorem:
deínde uti rerum potitus aerem uolitando ober-
ras, cupidior forte uel alas tibi adnasci, ne terram C
desuper pedíbus íncedas:forsan etiam commuta
ri uel in monstrum cupieris, cum nondum mon-
strum effectus:& homo cum sis uolatum tentas,
quin potius corde sublatus,oīni ex parte íntume
scis.Quo ergo te nomine appellauerim,ut hac te
queam desperatione eximere? si cinerem te aut
fumum,seu puluerem dixerim, tenuitatem expri
mam:figuram tamen aut símilitudínem, quod e-
quidem maluissem, haud satis attigerim: uellem
enim ínanem tumorem illum omnem depreme-
re.Quam ígitur excogitauerim quæ his congrue
re possit ímaginem? Mihi certe posse uídetur,ho
rum hominū tumiditatem cum stuppa aliqua flā
mescenti conferri, quando post íncendium mox
illa ínflatur & surgit, postmodū leuíori quodam D
manuum tactu dissoluitur omnis in cíneres tenu
issimos:eiusmodi sunt istorum animi,quorum tu
mores & ínflatos spíritus, quiuis fortuitus & ad-
uersus casus cōprímere poterit ac disturbare. Est
enim necesse eum qui in desperatiōe tenetur,de-
bílem esse & ínfirmum.Siquidē elatio illa & cel-
situdo non satis constat ualetudíne íntegra, sed
quemadmodū in aquis ampullæ solent, facile dis
soluuntur: ita & istiusmodi homines íntereunt le
uius:quòd si nullam forte his dictís adhíbendam
esse fidem censueris, da audacē, da desperantem,
cernes sanè lapso quouis & prostrato, nec ma-
gno tamē in discrímine timidiorem. Nam quem
admodum ex aridioríb. uirgultis flāma uíxdum
suscitata in cíneres collabi solet;ex solídis uero &
firmiorib.natura lígnis haud facilè ígnis succen-
di potest, succensus uero excitatam díu continet
flammā: sic & animi qui perfectiores fuerint &
stabiles,haudquaquam uel succendunt facile uel
restínguūtur:quæ duo abiecti homines, & ad de
sperationem proni,eodem temporis puncto pa-
tiuntur.Hæc si ita se habere intelligímus,humíli-
tati operam demus, quæ quoníam potentíssima
est,& duritie lapides uincit, tutiores nos reddet,
quàm ullæ possent aut turres aut parietes tutari,
quando dæmonum & machinas superat & do-
los.Contrà uero,desperatio ipsa & captu nos fa-
ciles uolenti cuiq; efficit,& frangitur,ut dixímus,
non absímili facilitate, qua uel ampulla in aquis
scínditur,& aranea celerius uel fumo dissoluitur.
Vtitaq; nobis super firmíori sit lapide gradiēdū,
desperatione omissa humílitatem sectemur: hoc
pacto quiete dum uíuitur ínuenta,bonis in poste
rum fruemur sempiternis.

NE DESPEREMVS, SI IN BENE operando tardi fuímus. Sermo.

NEMO desperet,si per otium & inertiam plurimum temporis fuerit transactum, quando uel paruo tantum cuique compensare líceat operando,quā tum neque omni superiori tempore factitare potuisset. Si is qui Christi fidem antea nunquam attigisset, príncipio statim tam clarus euasit, longe magis & hi qui eam iam sint prídem consecuti. Quare cum quiuis præteriti temporis iacturam tam breui sarcíri posse íntelligat, segniorem se níhil præstet. Est enim futurum omne íncertum, diésque domini non secus ac fur quispiam dormitantibus nobis ínopinato íncumbit:uigílantibus uero níhil obsístit, neque abducet ímparatos,neque excitatos & abstínentes aggredietur,ut prædo:quin uti regius nuntius euocabit ad bona illa nobis lōge antea parata: quòd si fuerímus forte sopore capti, quamprímum ínuadet.Nemo itaque obdormíscat, nemo uel hebetior fiat, uel tardior ad uírtutem: id enim dici somnolentia potest. Num estis nescíj dormientibus nobis níhil esse in tuto, facileq; insídiatum íri posse,uigílantibus uero haud opus esse custodía, soporatis autem & somno captis, uel multis sæpe dispositis excubíjs pereūdum fore, & ita ut neque portis,neque uectíbus,aut custodíbus ullis prohíbere prędonum irruptionem possímus? Quorsum hæc? ut intelligatis si uigílantíam præstiterímus,fore ut nulla aliorū ope indígeamus:si uero somno erímus oppressi, neque aliena quidem uel magna subsídia nobis esse alíquid ad tutelam ualítura. Sanctorum uírorum fieri oratiónum partícipem optímum est, tum tamen cum boni alíquid & ípsi factítamus. Dícet alíquis,Si ípse in officiosa aliqua actione sum, quid alienis precíbus opus habeo? Neque ego te uelím egentem aliena ope efficias:uerum si bonæ mentis erímus compotes, hac re índigere nos exístímabímus,siquidem Paulus nunq; se aliorum uotis carere dixerit:tametsi oratores illi haudquaq; digni uide-

uiderentur pro se precari, neq; sibi aliquo modo pares. At tu, quid mihi, inges, aliorũ precibus opus est, quas neq; Petrus ipse repudiarit? Siquidẽ
Act.12 oratio, ait, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo: tu uero illam paruiducis: quinimò eo magis opus habes, quo minus existimas te indigere. Nã si Paulo fores simillimus, esset tibi uel aliena oratio necessaria. Noli te efferre, ne humilis fias. Itaq; qd ante dixerã, uel uos bonum operantes iuuant plurimũ alienæ preces: audi & Paulum hoc pacto dicentẽ: Scio aũt quòd hoc mihi
Philip.1 cedet pro uestris precibus & permissiõe spiritus
2.Cor.1 Iesu Christi, ad salutẽ: & rursum: Vt ex multorum persona ob donum, quod in me est collatum, à multis pro me gratiæ referãtur. Tu uero rursum, B Quid opus precibus habeo alienis? q; si in otio erimus, nemo profecto nobis orando aliquid poterit utilitatis afferre. Quid em̃ ludæos iuuit Hieremias? nõne tertio deum audiuit, tertioq; ne pro
Hier.7 eo populo oraret prohibitus est? Non em̃, inquit deus, te exaudiã. Quid Saulem Samuel? nonne pro eo ad ultimũ usq; diem prẽter preces & lacrymas fudit? Quid præterea idem ille Israelitis pro-
1.Reg.12 fuit cum diceret: Mihi autem absit peccatum subire, ut desinam pro uobis orare? nónne omnes interibant? Dicet quispiam, ergo nihil prosunt orationes? quinimò & iuuant plurimum, sed tum cum aliquid & nos boni peragimus: nam operantibus nobis cooperantur & iuuant: cooperator enim quis & adiumento est agitanti aliquid: quòd si deses manebis & otiosus, nihil magnæ utilitatis C consequere: nam si quirent aliorum preces desides nos & pigros subleuare ad cœlos, quid impedit quò minus & ipsi gentiles omnes Christi fidem consequantur? Nónne pro uniuerso terrarum orbe oramus? Nónne & illud idem Paulus faciebat? nõne & reliquos precãdo petimus saluos fieri & conuerti ad deum? Cur etiam eximpbis boni nõ efficiunt? si nihil ex se ut existimatis orationes eiusmodi conferunt utilitatis, quæ proculdubio magnum in modum conducunt, si ipsi nobis pro uiribus opis aliquid attulerimus. Quòd si uolueris, quantũ commoditatis afferant huiusmodi preces edoceri, animaduerte Cornelium & Tabitham illam: audi & Iacob ad Labã dicentem: Nisi deus patris mei Abraham & timor D Isaac mihi adfuisset, nunc me uacuum dimisisses: audi rursum & deum ipsum hoc pacto dicentem:
4.Reg.19 Defendam aũt ciuitatem hanc me propter, & Dauid serui mei gratia. Verum quo tempore hæc deus locutus est, nisi Ezechiæ uere iusti? nam & si eandem uim orationes in improbos & sceleratos haberent, cur deus ijsdem illis nõ usus est uerbis, cum Nabuchodonosor ciuitati illi exercitum hostiliter admouisset, sed potius hostib. tradidit diripiendam, quoniã maxima in ea creuisset nequitia? Orauit enim iterato Samuel idem pro Israelitis, & effectus est uoti compos: tum tamen cum illi essent deo accepti, eoq; de hostibus uictoriam retulerunt. Dicet rursum quispiam, Quid mihi aliena comprecatione opus est, si ipse deo morem gessero? caue heus tu ne id amplius dixeris: quinimò opus illa est, & maxime opus: audi quippe deum de amicis Iob hoc pacto loquentem: Et Iob.42
orabit, inquit, pro uobis, & remittet uobis peccatum: qui etsi peccassent, non tamen erant grauiori scelere obstricti: iustus uero ille qui amicis orando saluti fuit, & Iudæorum tempore claruit, nequiuit tamen eosdem perdendos tutari, ac saluos reddere. Quod ut intelligas, audi deum per Prophetam loquẽtem: Si adstiterint Noe, Iob & Ezech.14
Daniel, non liberabunt filios suos & filias, quoniam superabundauit malitia: & rursum, Si steterit Hier.15
Moses & Samuel, inquit, neq; id assequẽtur. Aduerte aũt quo pacto illud duobus prophetis fuerit renuntiatum, qui pro Iudæis ambo cõprecati nihil sunt, p uoto cõsecuti. Ezechiel etiã: Heu mi Ezech.4
hi inquit, domine, perdes tu reliquias Israel? deinde ut ostendat se deus iuste id facere, aperuit huic & Iudæorũ errata: insuper palàm facit nõ ea propter q; se paruifaceret, eius preces nõ fuisse admissas: satis, inquiẽs, hæc tibi ad persuasionẽ uale ant, nõ ut nulla tui apud me ratio constet, orationes tuas minus fuisse exauditas, quin pro innumeris istorũ erratis, pro quib. sis ipse deprecatus. Nec immerito talia Ezechielem affatur: fuerat enim is pleraq; passus. Dixisti, inquit, mihi, pro foribus cibum caperem, & cepi: imperasti super alterum latus quiescerẽ, & quieui: mandasti per foramen delatus exirẽ, & exiui: sustulisti uxorẽ, & iniũxisti ne flerem, nec fleui: quin tuli uiriliter, & alia complura Iudæorũ gratia feci. nunc uero pro eis orantem non audis? Quid deus? Nequaquã: non enim te paruifaciẽs id ago, sed si Iob, uel Daniel ipse pro filijs Israel orauerint, nõ exaudiam. Ad Hieremiam uero, qui in exequendis dei mandatis, etsi minora perpessus, multa tamen ob illorum improbitatẽ sustinuerit, quid deus dicat, intellige. Non uides quæ isti faciunt? Huic ita esse adfirmanti, petentiq; se propter illis uenia concederetur, his uerbis respondet: Si adstiterit Iob & Samuel ipse, non parcam. Primus insuper legislator, qui Iudæos frequentius liberauit dicens: Si Exod.32
dimiseris eis peccatũ, dimitte: sin aũt, & me tolle: si hoc tẽpore supereresset, eadẽq; illa dictitans flagitaret, proculdubio non impetraret: quin etiam si Samuel ipse, qui rursum eos seruauit, & ab ineunte ætate omnibus fuit admirationi, idem exposceret, haudquaquam assequeretur. Quod equidem mirum admodum uideri debet, cum de Mose dictum illud fuisse constet: hunc deus quemadmodum ad amicum beneuolus, nullis ænigmatibus aut fucatis uerbis alloquebatur. Item de Samuele & illud, in primeua sibi apparuit ætate, & occlusa uaticinia aperuit: Erat em̃, inquit, pretiosum uer- 1.Reg.3
bum, neq; enim erat uisio distinguens. Quocirca uel si hi omnes deo cõram orantes adstiterint, nihil proficient: neq; Noe de quo ita loquitur deus, iustus & perfectus in generatione sua: neq; Iob qui integer & iustus & uerax, ac dei cultor est appellatus: nec Daniel ipse, q; etiã pro deo habitus est, eorum filios aut filias liberabunt. Hæc itaque

cum

cum ita esse intelligamus, sanctorum preces minus erunt per nos negligendæ: neq; illis prorsus confidendum, ne forte his fisi, inerti otio torpeamus: quorum altero uerendum est, ne segniores reddamur & frustra patiamur insidias: altero, ne è maximo lucro excidamus, quinimò hortemur cæteros pro nobis orent, & manus porrigãt: nos uero ad uirtutem omni conatu nitamur, ut futura illa consequamur bona, quæ deum colentibus statuta ac proposita sunt.

DE HOMINVM INGRATITVDINE, & beneficentia in proximos, beneficiorum Christi exemplo, Sermo.

QVO tandem ipsi digni supplicio iudicabimur? siquidem Paulus ob Christi, quo tenebatur desiderio, neq; cœlestia ipsa magnifaciebat: nos uero quæ uel cœno & luto uolutantur, Christo præferimus: cuius amore & gehennam ille adire, si fieri id necesse foret, percupit, & cœlestis regni iacturã pati: nos uero à Pauli magnanimitate longo interuallo distantes, cũ neq; præsentia aspernemur, nec digni quidem erimus, qui eius calceos attrectemus. Siquidem ille pro sua summa in Christũ pietate & obseruantia, nec cœli regiã pro regno ducit: nos uero eũ, cuius opera & admirari uidemur & magnificere (quod quidẽ optarẽ) contemptui habemus: ꝓpositũ nobis cœleste illud imperiũ prætereuntes, umbras quotidie & insomnia cõsectamur, tametsi deus pro suo in nos amore & pietate, se nec secus gerat, q̃ solet indulgẽtissimus pater in liberos cõtumaces, qui cum eos uideat suæ assiduæ consuetudinis tædio affectos, alia quadã arte ad se pellicit. At nos cũ nullo Christi detẽti amore teneamur, etsi plerisq; ut in officio detineat, reb. obiectis, residere apud se haudquaquã toleramus, quin ad ineptias potius pueriles transilimus, & ludos: quæ omnia Paulus nec mediocriter abhorrebat, quin uti ingenuus & liber filius genitoris amantissimus quærit se illi assiduum dedere, cũ eo q̃ & solo uersari: nec sui magnã habet in cæteris rationẽ, sed longe minorem quàm filium deceat: non enim pari se quo & patrem honore dignatur: siquidem cum patrẽ attendit, sua nihil putat, mauultq; cũ patre in plagis & cruciatu uersari, quàm seiunctus in delicijs esse. Idcirco non possum non uehemẽter Paulum admirari, qui solus ob Christi gratiã tulerit oñia, nulla regni spe, uel honoris, sed amore duntaxat & charitate ingenti, cum plerisq; hominum eiusdem gratia ne pecunias quidẽ contẽpserint: neq; enim nos uel Christus ipse, uel eius opera, à terrenis his rebus retraxerit, quin uti uipera & sues, uel reliqua id genus animantia solent, cœno obuoluimur. Quid eñ ipsi his feris bestijs uidemur præstare, quibus cũ tam multa pateant exemplorum plena, & imitatione digna, haudquaquã intermittimus inferiora hæc suspicere & admirari, cum ne ad breue quidem spectare superiora toleramus: præsertim cũ nostri gratia filium deus demiserit cœlitus, cui nec panem ipse impartiris, quando pro te fuerit oblatus, & morte affectus. Pater nec proprio filio te ꝓpter indulsit. Hũc ipse inedia maceratũ paruifacis, cũ tibi sit eius opera uiuẽdũ: quid hac fieri cõtumelia potest deterius? Tui ille ob gratiã proditus, te ꝓpter occisus, fame licus ꝓ te diuagat: uel è suo aliquid huic impartire, ut in tuã id utilitatẽ cedat, nec frustra quidem (mihi crede) id egeris. Quos igitur istiusmodi homines nõ insensibilitate lapides excesserint, qui cum tot rebus ad bonũ trahunt, in dæmoniaca tamen hac crudelitate perseuerẽt? Atqui Christus nec morte tantũ, & cruce contentus, quin subire etiã inopiam uoluit: hospes insuper uagus, & nudus fieri, ualetudine affici, & uincula tolerare, ut te uel hoc pacto ad se reuocaret. Quòd si ꝓ mea hac oñi tolerãtia, inquit, nec uicẽ reddẽdã existi maueris, saltem te meæ mẽdicitatis misereat: q̃ si nec huius rei gratia mihi cõpatiendũ duxeris, uel ob ægritudinẽ meã aut nexus & uincula emollire. Si ne hæc quidẽ misericordẽ te & pium reddiderint, leuia tamen & friuola deposcenti annuas uelim: neq; enim pretiosiora quædã & magna exposco, sed panẽ duntaxat & tectũ, & uerba solantia: q̃ si post hæc fueris in tua feritate pertinacior, saltẽ pro regni cœlestis desiderio, siue ob ea quæ pro te tuli certamina, exhibe te meliorẽ. Si demũ nulla istiusmodi apud te ratio constabit, saltẽ naturæ ipsi compatere: cum nudum uideris, remini scere eius, quã pro te tulerim in cruce nuditatis: cuius si nulla erit apud te recordatio, uel ob eam quam inopũ gratia exutus tolero. Factus sum antehac te propter egenus, & in præsenti egestate premor: ut undecunq; compulsus misericordem te prẽbeas: esuriem tui gratia toleraui, rursum famem pro te patior. Sitibundus eram dum in cruce penderem, & impręsentiarum sitio pauperum ratione, ut his utrisq;, inedia scilicet & siti, te mihi adiungam, piumq; pro tua salute reddã & humanum. Quocirca etsi te mihi pro meis innumeris beneficijs in uice reddenda sentiã obligatum, nec tamen quippiam te quemadmodum debitorem repeto, quin uti beneficum & largitorem: sumq; pro paruis & exiguis rebus corona te & imperio donaturus. Neq; id dixerim: solue me egestate, uel diuitias elargire. Fui equidem pro te pauper, sed panem postulo, & amictũ, uel tenue aliquod meæ inediæ solamen. Si fuerim ipse in uincula coniectus, haudquaquã me inde eximas postulo: sed unum illud, ut uinctũ tui ob gratiam reuisas, sic te uel hoc solo cœlo donauerim: etsi ipse grauissimis te uinculis eruerim, feceris tamẽ mihi, si præpeditũ & ligatum reuiseris, satis. Possum præterea te uel nullis tuis in me meritis coronare, uelim tamen me tuis esse beneficijs obstrictum, ut te corona dono concessa faciat fidentiorem: idcirco cum habeam ipse unde me alam, facultates, emendicando circumuagor, præq; tuis foribus adstãs, manum porrigo, & cibari à te percupio: amo enim te plurimũ, & mẽsa insuper tua delector: quodq; amantiũ consuetudinis est, uel hæc omnia mihi duxerim ornamẽto: quin etiam

ſpectante terrarũ orbe, laudes de te prædico uel ingentes, audientibúsque uniuerſis alitorem meum oſtendo. Cumq; ſoleat nos, cum à quoquam alimur, pudere, celareq; item beneficium conſueſcimus, Chriſtus ipſe uel nobis obtícentibus, quãdo uehementi nos amore proſequitur, noſtrum in ſe beneficium uulgabit, noſtriq; haud mediocri cum laude profitebitur: neque enim eum fateri pudebit, nos ſibi nuditatem patienti amictum, & fameſcenti contuliſſe & uictum. Quibus omnibus recte perceptis, ne laudetenus contenti ſimus, quin dicta hæc exequamur. Quid enim nobis huiuſmodi plauſus, & laudantium turba utilitatis contulerit? unum illud à uobis exegerim, ut oſtentationem hanc, & iactantiam tum ex factis, tum ex uera obtemperantia uendicetis. Id enim demum nobis in laudẽ, id in lucrum cedet, & quouis diademate fulgentius exiſtimauerim. Hanc itaq; & deceſſuri coronam, tum mihi, tum uobis per inopum manus deferendam parate, ut uel in hac uita ſpe meliori enutriti, ad futuram concedentes, perpetua beatitudine fruamur.

A

B

DE INANIS GLORIAE CVPIDITATE, Sermo.

QVID tandem inanis glorię cupiditate ſumptuoſius? quid turpius, uel toleratu difficilius fieri poteſt? Siquidem morbi huius diſpendia ex his ſolent patere, qui fruſtra & inaniter tum in theatris ædendis ſpectaculis, tum rebus cæteris iſtiuſmodi intempeſtiuis, ad gloriam duntaxat & oſtentationem paratis, tum denicq; in ędificandis ſplendidis domibus, & excolendis, & reliquis inutilibus, quæ impræſentiarum ſilentio prætereamus, pecuniarum plurimum inſumunt. Nec ſanè quempiam fugit, hominem hoc morbo laborantem, prodigum & iactabundum, rapacem inſuper & cupidum eſſe oportere: nam ut habeat unde beluas alat, alienis fortunis inferet manus. Et quid fortunas dixerim? ſiquidem nõ eas ſolum, ſed animos ipſos ignis iſte depaſcitur, neque morte corporea hoc modo & præſenti, ſed futura etiam afficit, & æterna. Nam & gehennæ procreatrix inanis hæc gloria, & ignem excitat uehementius & uermes peſtiferos: quin etiam eandem illam uidebit quiſpiam uel apud mortuos tenere imperium, quo quid fieri poteſt deterius? Cũq; reliqua cum morte unà uitia diſſoluantur, hic tamen iactantiæ morbus poſt mortem etiam omni conatu contendit ſuam uel in ipſo cadauere naturam prodere: Quippe hac uita exceſſuri, & ſtatuas inſignes, uel eorum ſubſtantiam omnem conſumpturas, erigi ſibi, & attolli demandant, præfiniuntq; plurimum ſuo funere luxum: quidum in terra uiuerent, nummi unius, aut panis gratia adeunti egeno conuitiati ſunt, mortui ubere uermibus menſam præbent & abũde. Quid ergo aliud quæras, quod morbi huius excedat tyrannidem? hoc enim ex malo abſurdæ quæq; oriuntur cupiditates. Siquidem pleroſque, quos neque decora facies, neq; libidinandi cupiditas ceperit, iactantiæ libido intercipit, ut pro ſeducta nonnunquam, uel uitiata muliere apud alios glorientur. Quid reliqua dixerim, quæ ex inani hac gloria mala emergunt? optarem equidem quibuſuis barbarorum hominum potius in ſeruitutem dari, quàm ſemel eius ſubire iugum: nec enim à barbaris talia captiuis iniunguntur, qualia ſibi morigeris hoc pacto inquiẽs indicit: Exhibete cunctorum ſeruum, ſiue te fuerint infirmiores, ſiue clariores: animam aſpernare, uirtutem negli ge, libertatem irride, ac tuæ demum ſaluti aduerſabere: tum ſi quid erit per te bene geſtũ, non dei oblectandi gratia id egeris, ſed ad oſtẽtationem duntaxat & iactantiam, ut promeritam ex eo palmam amittas: cumq; te miſericordem præſtiteris, ieiunio inediáue affeceris, eſt labor quidem ſubeundus, merces uero omni ſtudio perdenda. Quid huiuſmodi poteſt pręceptis dici immitius? ſiquidem ex eis obtrectationes, inuidiæ, & deſperatio ortum habent, emanatq; malorum omnium mater auaritia, pręſertim cum familiarium examina, & barbari auro circunfulti paraſiti, aſſentatores, & connexi argento currus, & reliqua his magis irriſione digna, non uoluptatis aut neceſſitatis gratia, ſed ad oſtentationem parantur. Dicet aliquis: Ita ſe habet, morbumq; hũc malum eſſe cuiuis patet: quo tamen pacto caueri poſſit, explicandum foret. Caueri, inquam, illud poterit, ſi id morbi graue & moleſtũ eſſe cognoueris, quod optimum profecto erit ad uitæ rectitudinem ineundam initium. Siquidem ualetudine affectus quiſpiam, & æger confeſtim medicum conquiret, ſi primũ ſe ægritudine laborare didicerit: qd' ſi aliam ad hunc morbum euitandum uiam quæris, deum aſſidue contemplare, eſtoq;, quam inde capturus es, gloria contentus: deinde ſi ſenſeris inanis gloriæ morbo ſuggerente, te incitatum iri ad efferendum quod bene geſſeris, & aperiendum multis, animaduerſa quæ ſequitur ex bonorum facinorum cõmunicatiõe iactura, extingue abſurdam illam, & ſuggeſtam renuntiandi ac bene acta uulgandi cupiditatem, animumq; his uerbis alloquere: Ecce tandiu parturiens efferendi rem bene geſtam percupidus extitiſti, neq; eam toleraſti ſilentio premere, quin omnibus cognoſcendam extuliſti, quid ergo ex eo plus aliquid tibi accreuit? plus equidẽ nihil, damni uero plurimum & extremi, & eorũ euacuatio, quæ ſummo cum labore collegeras. mox etiam intelligas uelim corruptum eſſe uulgi iudicium, infirmãq; ſententiam, flacceſcereq; ſtatim, & labare ſolere. Nã ut ad breue homines aliquid admirantur, ſic temporis proceſſu facile obliuiſcunt, intercipiturq; omis per eos dei munere iam parta uictoria: quã uel ſi mortales contulerint, tutari diu nõ poſſunt, uel ſi in longum uideretur manſura, calamitatis quin etiã loco haberi poſſet, ſi diuina foret cum mortali hac commutanda. Cum itaq; fluxa ſit & labilis humana laus: qua uti excuſatione poterimus, ſi pro incertis certa perdemus, próque tam breui paucorum præconio tot bonorũ patiemur

C

D

iactu

iacturam? insuper si uel infinita foret nos laudib. efferẽtium multitudo, eo essemus calamitosi magis & miseri iudicandi, quo maior esset laudantiũ numerus. Quòd si hæc forte miraris, audi qualẽ Christus in eam rem sententiã ferat: Væ uobis, in Luc.6 quiens, quibus uniuersi homines benedixerint: nec immerito: nam si ad singularum artium discrimen internoscendũ opifices ipsos in iudices malis, quo pacto uirtutẽ permiseris multitudini probandam potius, quàm illi qui eius habeat, cęteris longo interuallo posthabitis, notionem, præstare & opem queat, & palmã? Illud ergo & parietibus ipsis & foribus erit, ac mente & animo inscribendum, repetendũ etiam frequentius, quod à Christo domino usurpatũ est: Væ uobis quibus benedixerint homines: siquidem qui te tunc extulerint, paulo post nõ secus ac honoris & glorię & suarum priuatarum laudum affectatorem calumniabũtur. Ab his longe alienus est deus, quip pe qui te quanto diuinæ gloriæ cupidiorem conspicabitur, eo maiores in te congeret laudes, & summa omnium admiratione illustrabit: quod certè mortalium egerit nemo, quin te excipiens, è libero seruum reddet, uel tenui plerunq; uerbo, laude in te uel commentitia usus & subdola, uera promerita mercede fraudabit, facietq; te mancipio quouis emptitio subiectiorem: siquidem seruum dominus dicto audientem habebit, ipse uerò nec iussis domini obtemperabis: nam ut primum te illi rem gratam facturũ cognoueris, nec imperanti morem geres. Quibus igitur non erimus incendijs digni, qui improbos adeò oblectemus, ut uel tacentibus ipsis fiat satis: deo uerò uel iubenti quotidie, & commonefacienti nihil prorsus audiamus? Tibi itaq; diuinam gloriam affectanti, humanæ sunt laudes fugiendæ: quibus euitatis, apud deum & homines quantumuis famæ & nominis uendicabis. Nil enim magis admirantur mortales, quàm eum qui gloriam aspernetur: nec quempiam maiori laude & admiratione prosequuntur, quàm qui laudari se pro nihilo duxerit, aut magni fieri. Quod sanè si homines ipsi id agimus, quanto magis cunctorum deus gloria te & laudibus extollet, si eas te contemptui habere cognouerit? Quid ergo dici te beatius potest: siquidem quantum inter gloriam uidetur ignominiamq; distare, tantũdem sit, uel longe maius humanæ huius mortalisq; laudis, & supernę discrimen? Nam ut turpior suapte natura mortalis est, uel si nulla cum re alia conferatur: ita & collata quàm sit deformis futura & uisu grauis cogitari potest. Etenim ut mulier prostituta in domus fastigio adstans, sese cunctis uisendam præbet: sic homines inanis gloriæ seruitute capti, ad ostentationem omnia moliuntur: quos equidem impudica dixerim impudentiores: quòd meretriculæ nonnullos persępe amantium aspernentur, cum ipse (ut has omittam) uniuersis, fugitiuis inquam, prædonibus, furunculis, & bursarum precisoribus tui copiam facias: ex his enim, uel horum similibus cõstant in tuã laudem spectacula: neglectisq; liberali & prestanti ingenio uiris, prę donũ collegiũ, quib. te arguis lõge inferiorẽ, tuæ saluti anteponis. Nã quo pacto haud fueris minori q; illi honore dignus, qui præconio indigeas alieno, neq; satis tibi per te posse ad gloriam fieri existimes, nisi aliorũ fueris laude potitus? Proinde haud intelligis (ut reliqua prætereã) q; si cõspicuus fueris, & omnib. nõ ignotus, erratorũ tuorũ quàm multos sis criminatores habiturus: si incognitus, & securus peccãdo futurus sis. Assentior, inquiet: uerũ cum præclarũ aliquod ædidero facinus, infinitos habuerim qui illud & demirent, & probent. Id equidẽ fore grauius dixerim, cũ non solum delinquenti tibi, uerũ & rem bene gerenti officiet plurimũ inanis glorię morbus: Siquidem flagitia admittendo, q; multos ad scelus induxeris: recte aũt uiuendo cõcupita per te laus meritorum præmia exhauriet. Cuiusmodi gloriæ ambitio, si uel in rebus ciuilibus grauis admodũ esse & ignominiosa apparet: quis erit tibi reliquus ad ueniam locus, si eadem illa in spiritualib. rebus fueris, & religioni pertinentibus infectus, quando nec eodem tolerabueris deum honore impartiri, quẽ ipse fueris ab eius seruis assecutus? Porrò & seruí domini oculos intuent, mercede cõductus operibus præsidentẽ, qui sit stipendia depensurus, discipulus in præceptorẽ intendit obtutum: at ipse te longe aliter geris: oculos em à deo conductore auersos ad homines conuertisti, nihil ignarus eundem recte factorũ uel in posterũ tempus meminisse: hominẽ uero ad præsens duntaxat rerum memoriã tenere: cumq; certum habeas, firmũq; in cœlo spectaculũ, in terris congeris spectatores. Certatores præterea ubi fuerit per se decertatũ, eôdem probatũ se iri malunt: ipse uero cum in cœlo depugnes, studes in terra coronari: qua socordia quid esse deterius potest? Verũ si libet, uideamus coronas hasce cuiusmodi sunt futuræ, quando & desperatione partim cõponant, partim irrisiõe & adulatiõibus, partim pecunijs, & seruili quodam ministerio: utq; & pueri per lusum solẽt, chartacea alterius capiti corona imposita, coronatũ plerunq; uel nescio post terga irrident: sic tuarũ factitant laudum præcones, qui tibi paleis dorso iniectis, laudãdo illudunt. Vtinã his solis paleis finiretur illusio, laureaq; illa haud quaquã noxia foret, nec perderet bene facta. Cognita itaq; inanis gloriæ uilitate, ne officiat cauẽdum erit: uerũ quot cuperes ipse tuarũ fore laudũ præcones, num centum, bis centúmue? Cõcedamus si uelis ad hominũ quatuor milia, sint etiam si libet plausores innumeri, nil tamen hi omnes à graculis de loco superiori crocitãtibus distabũt: uerum si angelorum spectacula noueris, uel ipsis uermiculis eiusmodi homines uniuersi uidebuntur abiectiores, aranea fumoq;, & insomnijs infirmiores. idcirco audi & Paulum quàm accurate hæc omnia improbarit, qui non modo nec hasce laudes quærat, quin maxime detestetur his dictis, & respuat: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in Gal.6 cruce domini nostri Iesu Christi. Hũc itaq; & ipse imita-

imitare iactantiã,ne deũ forte ad iracundiam cõ- A
cites:siquidẽ mortalium gloriã ambiendo, nõ so
lum tibi fueris,uerũ & deo iniurius:Etenim si effi
giandi peritus esses, & pictor discipulũ haberes
qui à te quod ex arte perdidicisset, alijs te inuito
proderet,aut pictam tabulam,non tibi, sed astan
tibus cæteris in tui contemptũ uisendã præberet,
num ęquo id animo ferres? q̃ si conseruis illud ui
detur ad ignominiam cedere, longe magis domi
no iniuriæ ducitur. Cæterum si aliunde id cupis
doceri, quo pacto scilicet debeant humanæ lau-
des contemni, præsentibus rebus ingenue parui
factis,adaucta & concepta ueræ gloriæ & prudẽ
tiæ spiritualis cupiditate, animus erit tibi haud
absimili dicto confirmandus,quo & Paulus usus
1.Cor.6 est dicens:Num ignoratis, quòd angelos iumus B
iudicaturi? proq̃ affectata mortali gloria subleua
tus iam,& leuiter castigatus,his eris uerbis appel
landus: Num qui de angelis sententiam sis latu-
rus,optaueris à mortalibus his & impuris iudici-
um de te fieri, consequiq̃ parem cum saltatrici-
bus,mimis, aurigis & beluarum confectoribus
laudem,uel qualem illis exhibẽt plausores, quo-
rum acclamationes & plausus altiori quodã sunt
per te uolitatu defugiendi? Ioannes præterea ere
mi ciuis imitãdus, perdiscendumq̃ quo pacto &
ille uulgi laudes contempserit,neq̃ ullas hominũ
attenderit adulationes: siquidẽ cum Palæstinos
incolas se circa profusos uidisset,& sui admiratio
ne obstupefactos, nihil prorsus hoc tanto hono
re flectebatur: quin illis insurgens ad populum u C
niuersum, tanquam ad adolescentulum aliquem
uerba factitabat, & dictis istiusmodi incedebat:
Matt.3 Serpentes uiperarũ semina:cum sui uisendi dun-
taxat illi gratia relictis urbibus magno ad se con-
cursu festinassent, nil tamẽ horum sanctissimum
uirum à pristino instituto relaxauit. Nam ut lõge
aberat à gloriæ cupiditate, sic erat quauis animi
elatione liber. Nec secus & Stephanus, cum eius
populum spectaret haudquaquam in se venera-
bundum,sed furore incensum, & stridore quodã
dentium sęuientem, horum superata uæsania di-
Act.7 ctitabat: O duræ ceruicis, & corde incircuncisi.
3.Reg.18 Sic & Helias adstante exercitu,in imperatoris &
populi uniuersi cõspectu istiusmodi pronuntia- D
bat:Quousq̃ tandem utriscq̃ tibijs claudicabitis?
Nos uero contrà quasi honorem pretio ab homi
nibus uendicaturi, seruili quadam industria om-
nibus adulamur:ita fit,ut ordine quodam præpo
stero ferantur omnia, proq̃ populari hac gloria
non minus fides, quàm religio ipsa neglecta pro
datur, & pietas. Exterminemus igitur id morbi
quodcunq̃ est:sic enim nobis libertas, sic portus
& tranquillitas omnis egregie innotescent. Ete-
nim qui gloriæ libidine trahitur,fluctuanti cuiq̃,
& tempestate disiecto uidetur assimilis: siquidẽ
tremebundus semper,& pauidus infinitis domi-
nis gesturus sit morẽ. At qui hac fuerit tyrannide
liber,portum tenentibus erit & puriori fruentib.
libertate nõ alienus:aliter tamen longe cum glo-
riam cupienti agetur:nam & tot dominos coge-
tur habere, quotq̃t ei fuerint & familiares,& no-
ti,quibus erit sponte pariturus: cuius gloriæ per-
grauem cauebimus seruitutem, si cœlestis illius
& ueræ capiemur amore. Nam quemadmodum
is qui fœminam quampiam adamauerit, alia uisa
quę pulchritudine priorem excedat,illa intermis
sa hanc deperibit: Sic terrenæ gloriæ sectatores,
ut primum diuina illuxerit, eam facile contem-
nent. Spectanda itaq̃ erit cœlestis illa, & diligen
tissime imbibenda,ut illius admirari decorem,hu
ius cauere possimus turpitudinem: sic perpetuis
freti delicijs plurima uoluptate potiemur.

CONTRA GVLAM, CORPORISQVE uoluptates,& auaritiam, Sermo.

CORPVS nobis, reliquis ritè peractis,
morte multandum est: uerum (quod
C absit) haudquaquam corporis sub-
stantiam ipsam conficiendam dixe-
rim,uerum incitamenta,& libidinum
impetus mactãdos duxerim, qui nos ad praua fa
cinora cõpellũt. Nã & humanũ nihil subire, nec
indulgere uoluptatibus,uitæ loco habendũ est:si
quidẽ qui his se dediderit,prę tristitia, formidine,
periculis,& multiplici animorũ affectu, quæ illis
immixta in examinis morẽ circunferunt, uitã du
cere quietius in reliquũ haud poterit, adeo ut si ei
hac uita sit excedendũ,præ horrore quodã & me
tu uel ante constitutũ obeat mortẽ. Item si futurã
ægritudinẽ suspicetur,si contumeliã, si pauperta
tem, seu aliud istiusmodi quippiam ex insperato
C affuturum præuiderit, perit illico, & consumitur.
Quo uitæ genere quid esse potest miserius? Con
tra uero qui spiritu uixerit,nulla erit simili calami
tate obstrictus,sed sine timore, mœstitia, discrimi
ne erit,& quauis rerum mobilitate superior: neq̃
eò uictor euadet,q̃ nil sit aduersi ppessus: sed qđ
maius utiq̃ est,aduersos omnes fortunæ casus cõ
temnet: idq̃ eo pacto fiet, si spiritus nobis diui-
nus inhabitauerit,qui non ad breue asseritur, sed
perpetuo habitaturus. Nam inhabitare spiritum
dicit,non inhabitasse, ut continuam eius mansio
nem ostendat. Quocirca qui uitã hanc uiuere cre
ditur,sempiternę illi ac perpetuæ intereat neces-
se est:unde dictũ illud esse cõstat: Spiritus uita est
D per iustitiã. Sed hæc ut clarius innotescant, pro-
ducamus homines duos in mediũ,quorũ alter la-
sciuiæ sit & uoluptatibus deditus:alter uero pror
sus sit his rebus demortuus, uideamusq̃ uter ho-
rum sit uiuẽs dicẽdus. Concedat̃,abũdet alter di-
uitijs,sit etiã cõspicuus, sit insignis,alat parasitos,
helluones,adulatores,uniuersũq̃ his in rebus diẽ
terat,det itẽ lasciuiæ operam, debacchetur: alter
uero parce ob uictus austeritatem & temperãter
uiuat, uesperi duntaxat cibum capiat necessariũ:
maneat,si uelis,ad dies binos ternósue impastus:
quem horum magis uiuere existimabitis? Credo
pleroscq̃ mollem,prodigum,& bonorum dissipa
torem opinaturos:at nos eum dixerimus, qui in
his bonis fortunę modũ sibi præfinit. Sed qm̃ dis-
ceptatio hęc ex re orta est, adeamus interea isto-
rum domos,uel eo maxime tẽpore, quo tibi opu

lentus

lentus ille uiuere uideatur, cum in suis inquam de
licijs diuersatur: Ingressiq; spectemus quibus sint
ijdem illi in rebus occupati: ex his enim quæ per
eos gerentur, quotus quisq; eorum, mortuúsne,
an uiuens sit, apparebit. Inueniemus certè alterũ
libris incumbentẽ, uacantẽ rei diuinę, abstinẽtię,
uel rebus necessarijs incumbentẽ, habentẽq; cũ
deo sermonẽ: alterũ uero madentẽ mero, & emor
tuum, apud quẽ si ad uesperũ usq; morã traxeri-
mus, nihil eũ in melius uidebimus ꝓficisse: quin
imminentẽ ei mortẽ magis ac magis augeri, & ex
ortã inde increscere somnolentiã. Hunc uero no
strũ (sobriũ dico & continentẽ) uel noctes specta
bimus insõnes ducere. Vtrũ itaq; horũ uitæ plus
habere dixerimus, eúmne qui sine sensu prostra-
tus iacet & torpidus, & cunctis est ad risum expo
situs: an actuosum illũ, & deo colloquentẽ? hunc
quidẽ dixerim: illũ nanq; si accedẽs rem aliquam
opportunã rogaueris, nihil magis q̃ quempiã ui
ta functũ audies respondentẽ. Cum nostro uero
hoc interdiu, noctuq; uersari cupieris: eum quip-
pe audies & de rebus cœlestibus differentẽ, & an
gelũ potius agentem q̃ hominem. Vidésne uti is
pro eius uitę solertia, & integritate inter uiuos ob
tineat primatũ: ille uero mortuis ipsis miserabili-
us iaceat consternatus & torpẽs, inter agendũq;,
si quid forte agere uideat, nihil gerendarũ rerum
ordinem discernat, furentiũq; sit haud absimilis:
quin & his longè calamitosior, quibus affectis in
iuria cõdolemus, & increpamus, si quos his fortè
conuiciari cõspicabimur: illum uero si quis inua-
dat, non modo nihil erimus cõmiserati, sed iacen
tem potius & ꝓstratũ merito fuisse malo affectũ
pronuntiabimus. Num erit hæc uita dicẽda, quæ
mortibus infinitis est grauior? Vides itaq; homi-
nem delicijs incumbentẽ, non solum uiuendo o-
bisse mortem, sed esse mortuis longè inferiorem,
pernicioriorẽq; dæmone agitato & furijs. Quip-
pe misericordia hic iudicatur haud indignus, ille
odio: ueniã hic, pœnas ille pro suis tũ uitijs, tum
morbo meretur. Quòd si adeo quispiã exteriore
hac facie, fluente ex ore pingui & marcẽte saliua,
& urgente Baccho grauis cõspurcatur: cogita q̃
male cum anima illa calamitosa agatur, quæ hoc
in corpore tãq; in sepulchro aliquo recõdita est,
& contumulata. Cuiusmodi in homine temulen-
tia nec secus uideri debet, q̃ si barbarus quispiam
deformis & impurus ui summa & potestate impe
tum faciat in adolescentulam decoram aliquam,
uenustam & continentem. Quis igitur, qui men-
tis sit compos, non potius optet mille obire mor
tes, q̃ diem unum hanc uitã degere? Quòd si orta
iam luce, ex ea se ioculari ebrietate attollens, so-
brius fortasse appareat, nebula adhuc quadam ex
uinolentiæ procella sibi præ oculis obuersante,
nondũ satis libera tẽperantia fruitur: eundẽ si uel
abstinentem uiderimus & modestum, quid iuuat
cum nihil ex eo aliud assequatur utilitatis, quàm
quòd se crapulę insimulantes recognoscat? Cum
enim impudẽtius agit, cum debacchatur, id dun-
taxat lucrifaciat, quòd se irrideri nõ sentit, ubi ue

A ro dies illuxit, amittit omnẽ quam ex lasciuia ce-
perat uoluptatẽ: siquidẽ familiã obmurmurantẽ
& insectantẽ se iurgio coniugẽ, obiurgãtes amí-
cos, inimicos ludibrio se habentes recognoscit.
Quid ergo dici hac uita potest miserius, irrideri
ab omnibus interdiu, & rursum eadẽ illa turpiter
inceptare? Vis etiã cupidos in mediũ producã?
est em̃ & hac deterior alia quædam debacchatio,
quę et (si dici hoc nomine potest) cõsequenter &
mors est: quin alio quouis mortis genere tãto est
acrior, quãto grauior est temulẽtia: neq; adeo etiã
uino madere molestũ, q̃ ipsa est pecuniarũ affe-
ctatio infesta. Ibi em̃ iactura ad ægritudinem usq;
prouehit̃, torporeq; & insensibilitate subsistit, fi-
nitq; in ipsius ebrietatis perniciẽ: hic uero in ha-
B bendi scilicet cupiditate detrimentũ, & per innu
meros hominũ discurrit animos, & uaria ubiq; su
scitat bella. Age & homines tum auaritia, tum te-
mulẽtia detẽtos adinuicẽ cõferamus, uideamusq;
quibus in rebus aut conueniãt inter se, aut exce-
dant: rursus, inquam, fiat de ebriosis cõparatio:
quandoquidẽ nequeunt cum beato illo, cuius su
pra meminimus, spiritu incalescente cõferri, men
samq; iterato infinitis cędibus refertã, in medium
producamus, aperiamusq; quibus in rebus simil-
limi inter se & pares pro ipsius morbi natura ui-
deant̃. nam cũ huius morbi sint species uariæ (si-
quidẽ partim uino, partim ex cupiditate nimia af
ficiunt̃) morbus tamẽ utriusq; inest nõ absimilis: æ
què em̃ absurda quadã auiditate detinent̃. Nã ui
C no grauis quo plures hauserit calices, eo magis si
tim incendit. Ita & qui pecuniæ fuerit amore ca-
ptus, quãto plura accumulauerit, tanto maiorẽ si
bi excitat cupiditatis & auaritiæ flammã, & gra-
uius se diuexantem sitim subministrat. Ea itaq; re
utriq; sunt pares, uerũ in eo rursus temulentũ ex-
cedit cupidus. Quid illud sit quęris? ebrius em̃ rẽ
patitur à natura non alienã. Vinum quippe natu
ra calidũ, cum innatã auxerit siccitatẽ, perpotãdi
ingerit auiditatẽ uel inexplebilẽ. Vnde, inquies,
auaro & cupido tantus hic habendi amor accre-
uit? unde inquis? Cum enim is ad summum euase
rit diuitiarũ culmen, tum maxime pauper est. In-
credibilis sanè hic morbus, perplexus est & ambi
guus. Spectemus ergo si libet & hosce, cũ temu-
D lenti esse desierint, cœperintq; mẽtis esse compo
tes: tametsi cupidus ille nunquã sit uinosæ huius
auiditatis expers: quin utrosq; potius cum ebrij
sint consideremus, uideamusq; uter horum ma-
gis sit irridendus, effigiemusq; eos acrius, & de-
scribamus: uidebimus certe alterum præ uino de
lirantem apertis oculis, nec quempiam discernẽ-
tẽ, oberrantẽ frustra, & agitari in obuios quosq;
offendentem, euomentem, lacerũ, & informiter
nudum, usque adeo, ut cunctis abunde risum mo
ueat. Age ad hæc & auarum in medium profera-
mus, cuius res gestæ & actus, non risum modo,
sed execrationem, iram, & fulmina merebuntur:
uerum reliquis omissis, quàm sit irridendus consi
deremus. Siquidem æque is atq; uinaticus ille, ne
minem uel amicũ discernit, uel hostem, oculosq;

apertos gerẽs,captus luminibus est: Vtq; ille præ A ter merum nihil habet acceptum, ita & is præter pecunias nihil aliud spectat. Lõge uero huic grauior est uomitus, siquidem nõ cibum potúmue remittit: quin uerba conuicij, dissensionis & mortis plena, infinita insuper in caput suum fulmina prouocat: cuius anima non secus se habet, quàm ebriãtis corpus, quod maculosum est, imbecille, ac fluidum: quãdo ne ipse quidem huiusce temulentię uitio careat: quin qd' grauius est, curis carpitur, ira & uigilijs adusq; interitum diuexatur & sensim absumitur: quippe qui uinolẽtia opprimitur, nocte transacta potest & sobrius fieri: hic uero & dies & noctes auaritiæ ebrietate detinetur, acrioriq; pœna afficitur, quàm qui uinculis astringuntur, uel qui metalla operantur & cudunt, uel B supplicia patiuntur, si qua sunt grauiora. Respondemihi: Nũ hæc illa est uita, nec mors potius existimanda, quinetiam uel quauis morte miserior? mors quippe corpus quieti donat, & quauis irrisione, dedecore & erratis liberum reddit. At habendi cupientissima temulentia hominem plane in res huiusmodi impingit, occluditq; aures, excæcat oculos, mentem multa caligine obtenebrat. Nihil em̃ patitur prẽter fœnora audire, decq; adauctis usuris, turpi indecẽticq; lucro, detestandis tabernulis, seruilibusq; & illiberalibus mercaturis iuuat uerba facere: omnibus quemadmodũ canis oblatrat, omnes odit, omnes respuit, cũctis est sine causa infestus, insurgit in pauperes, opulẽtis inuidet, nulli se gratũ exhibet, nec uxori quidem, non liberis, non amicis: quod si nequeat un C diq; lucra congerere, uel hos quidem habebit infestiores, quàm qui natura sunt hostes. Quid prætera tali uæsania aut fieri deterius, uel calamitosius potest? siquidem ipse tibi corpus habenti uni cũ, uentriq; solũ indulgẽdo, scopulos, præcipitia, terræ hiatus, & quæuis barathra submínistras: qui uel si aliquod ciuile munus inieris, impensas ueritus prædabundus rapis, moxq; corruptelis & ambitu pleroscq; alios comparas magistratus, superiore illo non modo sumptuosiores, sed certiores quidem, cum mammonæ tributum dependis: neque pecunijs duntaxat, uel corporis sudore animęq; ipsius dolore & tormẽtis, sed sanguine ipso improbo huic facis tyranno satis, ut aliquid tibi D magis accrescat: miserum equidem te pro tua hac barbara seruitute dixerim, & calamitosum. Nónne quotidie spectas, qui ad sepulchra tumulandi gratia efferuntur, ut nudi, & rebus omnibus destituti educãtur, utq; nihil eis liceat è domo efferre, quin uel ea quibus mortui obteguntur, uermib. deferãt corrodenda? Quocirca hæc uelim tecum animo singulis diebus reputes, forsitan hoc pacto auaritiæ in te morbus omnis sedabitur, ni forte uel in ipsa funeris pompa libuerit maiorem in modum debacchari. Est sanè id graue uitium & horribilis ualetudo, eoq; & nos concionibus singulis habemus de hisce rebus apud uos sermonem, sumusq; forsan uestris auribus iniucundi, easq; dicendo exhaurimus, ut assuetæ saltem profíciãt magis. Cęterum (neq; enim in hoc mihi uestrum quispiam contradixerit) non solum in ipso futuri iudicij die, sed longe ante, uarius iste & multiplex auaritiæ morbus supplicia quàm multa allaturus est: quando nec uincti & compediti, neq; longiori & aduersa affecti ualetudine, neq; hi quidem quibus cum inedia & fame colluctatio est, seu quouis mali genere pressi, talia sustinebunt, qualia pecuniarum tolerant amatores. Quid em̃ item ferri cuiquam molestius potest, quàm omnium in se concitare odia, ipsumq; omnes habere inuisos, immitem se præbere uniuersis & intractabilem, explerí nunquam, siti continua laborare, afflictari fame assidua, ultra quàm credi potest, grauiori mœrore confici quotidiano, angi continuo & perturbari? Hæc & his longe plura subeunt hi, qui accumulandi trahuntur cupiditate, adeo ut si cunctorum sibi mortalium fortunas parent, nullam prorsus præ auiditate immodica sentiant uoluptatem. Quòd si uel nummi unius iacturam fecerint, putant se super cęteros fuisse grauiora perpessos, & uita ipsa excidisse: cuiusmodi mala quis poterit sermo explicare? At si præsentia hæc tantopere illos affligunt, cogita quàm acerbiora post mortem tormẽta eos manẽt: illũ dico à regno cœlesti casum, doloremq; qui sit exgehenna futurus, perpetuosq; carceres, tenebras exteriores, uermes illos uenenatos, dentium stridorem, pressuras, angustias, ignis fluẽta & caminos inextinguibiles: Quæ omnia colligens, cõferéns que cũ ipsa pecuniarum uoluptate, funditus hũc C auaritiæ morbum reuellito, ut grauí eius inopia liber, & ueras tibi diuitias compares, bonisq; cũ his præsentibus & futura assequaris.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, DE leuium peccatorum periculis, è quibus maiorum peccatorum pernicies possit agnosci, Sermo.

S I leuium delictorum magnitudo noscatur, & maiorum facillime pernicies noscit: Vnde fit sic, ut perpensa diuersitate culparum declinentur leuia, detestentur enormia, atque omnia ab homine omnino damnentur peccata: ne pro peccatis homo ipse damnetur, maxime cum quicquid leue quis duxerit, comparatione peioris est leue. Cæterum leue non est, quod hominem ex interdicto occidit, & quod ex iussu interficit. Dũ enim uetita fiunt, cõtemnuntur iussa, & imperata audaci contumacia negligũtur: sic & autoritas dei iubentis offenditur, & pœnarum perpetuitas inuenitur. Cur enim iussa contemnis, si seruis: cur operaris uetita, si obsequeris: aut cur imperata negligis, si famularis? Nec em̃ cõtemnendo seruus quispiam promeretur: nec dominus obsequẽdo offenditur, nec parendo aliquis condemnatur. Contumacia creat pœnam, seruitus inuenit gloriam. Nunq; enim prospera ex contrarijs proueniunt: nunq; denique ex bene gestis mala nascunt. Quicqd ab homine homo tibi fieri cupis, hoc si genitori exhibueris, promereris. Non potes inde iudicem promereri, unde te ab homine cõstat offendi.

Matth.

fendi. Sed leue forsitan æstimas si sermone deliqueris. At leue non est, quo homo aut iustificatur in bono, aut in malo sermone ecõtrario condemnatur. De sermonibus tuis condemnaberis. Quare beatus est sermo, si iustificatione proficiat: infelix est, si damnationem incurrat. Deniq; martyrij gloria per sermonem conficitur: dum Christianus Christum, quem prædicat, confitetur. Blasphemia & detractiones, periuria, cæteraq; similia sermone gignuntur. Negatio nominis, & abrogatio Christianæ professionis sermone exprimitur: dum nephanda uox in funestam perfidiam aperitur. Ipse iudex, dum iudicat, sentẽtiam sermone exprimit: dum sermone innocentem absoluit, dum reum addicit, ut inde in reos sententia ueniat, unde uenit & culpa: inde eis pœna oriatur, unde causa enascitur. Sermo enim fecit obnoxium culpæ, sermo debitorem efficit pœnæ. Qualis autem causa sermonis est, quum prolatus in iudicio ante hominem sermo prior ipse festinat: talis causa molesti sermonis est, quem aut pœnitentia cul
Prou.18 pat, aut pœna condemnat. Mors et uita, inquit, in manibus linguæ. Sermone ẽm dominus frequenter offenditur, sermone frequentissime promeretur. An tu leuem culpam habere eum existimas, qui detrahit fratri, qui inuidet potiori, qui disponit dolos, meditatur insidias? Aut illũ leuiter peccare existimas: qui proximum sermone circumuenit, adulatur reo, opprimit innocẽtem, qui meliori inuidet, humilem despicit, superbum extollit? Sed forsitan, cogitatus nostros ad deum non putas pertinere? Nullus actus non cogitatione præcurrente conficitur: nullum opus non corde mediante completur, maxime cum sermo minister sit cordis: nec quicquam aut actu conficitur, aut sermone profertur, nisi prius idipsum cogitando gignatur. Nam etsi nonnunquam cogitamus, nec gerimus: disponimus, nec implemus: tamen cogitata pro factis tenentur, licet nondum opere cõpleantur. Facere ẽm cordis cogitare est:
Matth.8 quia corporis est cogitata perficere. Quid cogitatis, inquit dominus, nequam in cordibus uestris? Et iterũ: Qui uiderit ad concupiscendũ, iam mœchatus est in corde. Cor enim cogitando tenetur in crimine, licet corpus immune uideatur ab opere: reus est iam animus, qui cogitauit: licet immune corpus sit ab opere, quod nõ fecit. Interior notatur, licet immune sit corpus, aut substantia licet exterior sit aliena à culpa. Sed dicis mihi: Quid si cogitauit aliquis, & nõ fecit: disposuit, sed nõ impleuit? Primo, malũ cogitatum non facere duplicem in se cõtinet causam. Aut ẽm recordatio cogitata immutat, aut faciendi impossibilitas denegat. Alterum pœnitentia curat, alterum exercendi difficultas informat. Vt ẽm recordatione conceptum uulnus curatur: ita facultate negata, mala cogitatio summouetur. Sed ille qui recordat, beatus est: qui potuit cogitata perficere, sed noluit, quod non licebat implere: Is uero miser est, qui illicitum uoluit facere, sed non potuit occasione negata cõplere. Postremo poterit hic ueniam A recordatione percipere. Ille reus tenetur in crimine, cui perpetrandi difficultas non attulit curam, sed perseuerans cupiditas exaggerauit uindictã. Et quoniã leuium delictorum proposuimus causas, gustus uel usus leue quiddam & inane forsitan uidet. Gustus primo leuis non est, qui Adam protoplastum in origine mundi decepit, & cũ eo genus humanum sentẽtia mortis addixit. Nec etiã immunis est usus, qui interdicta uidere Loth uxorem de Sodomis proficiscentẽ non sinit: quę statim incurrit quod euaserat, dũ eam diuina uindicta in salis materiã transmutauit: ut ex hoc non appareat qualitatẽ delicti debere quenquã intẽdere, sed diuina iussa tota ueneratiõe seruare: nec B debere hominẽ quid iubeatur, expẽdere, sed magis quis iusserit, cogitare: neq; enim leue dicendũ est, quod hominẽ contemnendo occidit, aut contemptorem transgrediendo decepit: quum scriptum sit: Qui modica spernit, paulatim decidit. Eccles.19
Sed hoc maxime cogitandum: Si leuia sic occidunt, quemadmodum grauia interficiũt? Nec in leuibus se immunem quis deputet: sed ex præcedentibus exemplis, quid mereatur, consideret. Nec euasisse se credat, si fecit ille, quod ille fecit, qui perit: sed magis timeat, quòd sibi in futurum, iudicium cœleste seruauit. Nam si cõmissa leuia impunitatem habere non possunt, quid de grauibus æstimabimus? Cesset igit, cesset humana temeritas: & omnia oñino delicta omni cautela ac solicitudine amputet. Ita enim quod interdicitur, transgredi, mors est: ut quod iubetur, facere, uita C est. Si uis, inquit, in uitam uenire, serua mandata. Matt.16
Vnde si obseruantia legis, uita paritur: cõtemptu mors necesse est inueniatur: quoniam si contemptu mors non nascitur, nec uita de obseruantia attribuitur: aut si necesse est uitam de obseruãtia attribui, necesse est mortem cõtemptoribus irrogari. Quare sanctificatus homo sancte iam uiuat, & peccata quæcũq; sunt, fugiat: ut qui peccator potuit condemnari per iustitiam, possit in æterna secula munerari per gratiam.

DE VANITATE ET BREVITATE præsentis uitæ, Sermo.

Q VEMADMODVM, inquit, in dieb. Matt.24
Noe erant quæ nuptui traderentur, & qui uxores ducerent: sic & prædictum id ante fuit, & nunc annos iam quadringentos, uel eo amplius prædicit deus: nemo est tamen qui rem hanc animad
D uertat, quin potius eam quasi commentitiam & ridiculam pleriq; arbitrantur: neminem timor capit, luget nemo, nemo pectus oppulsat: ignis interea fluuius ebullit, inardescit flamma: nos uero delicijs & lusibus operam damus, & peccato sumus impudenter obnoxij, nemo diem illum mẽte peruoluit, nemo præsentia hæc breui lapsura meditatur, tametsi rebus ipsis diebus singulis proclamantibus, significantibusq; idem illud. Siquidem nos neq; acerbæ & immaturæ mortes, neq; rerum immutationes uel nobis superstitibus effectæ, neq; ualetudines & morbi castigãt. Quas re

rum uarietates non ſolum licet in noſtris corporibus, quin & in elementis ipſis conſpicari: quotidie enim & in omni ætate contẽplamur interitũ, in cunctiſq; ex rerum euẽtu inſtabilitas quædam exprimitur & ſignificatur: non hyems, nõ æſtas, non uer, non autumnus perpetuo manent, ſed decurrunt omnia, euolant & delabuntur. Quid dicam de floribus? quid de magiſtratibus & principibus ipſis, quorum uel præſens in craſtinũ nulla eſt uita? quid porrò de opulentis? quid de inſignibus & claris ædificijs? quid de nocte ac die? quid de ſole? quid de luna, quæ imminuitur nonnunq; & celatur? Itemq; & ſol obtegitur perſæpe, & obtenebrat caligine: nihil deniq; quod uiſibile fuerit, continuo manet: anima hæc tantũ quæ nobis ineſt, etſi neglecta, æterna eſt: at rebus quæ immutari poſſunt, tanq; perpetuis omni ſtudio & cura incumbimus, illius uero nullam habemus in æternum manſuræ rationem. Dicet aliquis, Hominis illius magna eſt potentia, uerum duratura in poſterum uſq; diem, & paulo poſt interitura: quod ita eſſe, ex longe olim potentiorib. patet, qui nuſquã in præſenti apparent. Nec ſecus ſe habet hæc uita, quàm ſomnium aliquod, ac ſcena: qua ſublata, rerum illæ omnes uarietates diſſoluũtur. Itẽq; radiante ſole tolluntur inſomnia: eodem pacto cum finis tam cuiuſq; unius, quàm communis omnium uenerit, reſoluta cũcta euaneſcunt: ſiquidem diu perſtat quod plantaueris lignum, & quã ædificaueris manet domus: faber autem ille murarius, ſiue agricola abeũt & corrumpuntur. Rebus itaq; ſe hoc modo habentibus, nos minus pudet malefacti, quinimo crapula capti & luxu, quaſi ad immortalitatem cuncta molimur. Nunc uero audi Salomonem, qui rei ipſius experientiam ceperit, quid de præſentibus his fortunæ bonis
Eccleſ.2 diſſerat. Ædificaui mihi domos, plantaui uineas, feci ortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus, extruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ex eis ſyluam lignorum germinãtium: poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiam habui, armẽta quoq; & magnos ouiũ greges. Hunc ſanè nemo unquam delicijs, gloria, ſapientia, dominatu omniumq; rerum ad uoluntatem ſucceſſu anteiuit: nihil tamen ex his omnibus cepit utilitatis, quin ea omnia uanitatum uanitatẽ appellat, & uana uniuerſa, cuius uanitatis non ſimplicitatem, ſed exceſſum expreſſit. Credamus obſecro ei, qui rerum huiuſcemodi experientiam conſecutus eſt, morem obtemperemus, inquam, illi, & his rebus incumbamus, in quibus nihil eſt inane: ſed uera omnia certa ac ſtabilia ſunt, et cuncta lapide deſuper conſtructa, in quibus inquam, nihil ſeneſcit, nihil præterit, quin uirent omnia & floreſcunt, neq; quicquã uetuſtate confectum ad interitum tendit. Concupiſcamus ex animo deũ, nulla gehẽnę formidine, ſed regni ipſius cœleſtis cupiditate. Quid eñ eſt qd' poſſit diuino illi ſpectaculo æquari? profecto nihil. Quid quod bonis illis cœleſtibus par eſſe queat? quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quæ præparauit deus ſe colentibus, ut Paulus inquit. Illa illa omni ſtudio prę ſentib. his neglectis, conſequi enitamur. Nónne perſæpe terrena hæc incuſamus, & nihil eſſe hominum hanc uitam ducimus? quid ergo tam enixe in hoc nihilũ incumbis? quid rebus inanibus laborioſe adeo intendis animum? ſpectabis forte magnifica ædificia, & illorum aſpectu ſeduceris: at ſi cœlum ſtatim ſuſpexeris, & à lapidibus his & columnis ad illius decorẽ deflexeris oculos, ſpectabis hæc eſſe formicarum opera. Philoſophare ergo: contemplando cõſcende, quæ cœlo inſunt: ex his ipſe perdiſces, & uidebis ſtructuras haſce præclaras nihil eſſe niſi pueriles ineptias & ludos. Spectaſti aerẽ quàm tenuis, quàm ſuſpẽſus & lenis, quàm purus ſit & ſplendens, quanto q; magis ad ſuperiora cõceſſeris: uidebis qui eleemoſynas fecerint ibidem habere domicilĩ: At præſentia hæc ædificia non ſolum in humanorum corporũ reſurrectione ſunt ruitura, quin uel ante ipſam reſurrectionem futurum tempus conficiet, deſtruet ac diſſoluet, uel motu terræ diſcuſſa ſubuertentur aut conſumentur incendio, quando non modo in hominum ęuo, ſed in ſtructuris ipſis & molib. immaturi ſunt caſus, adeò ut domus, quæ fuerint uetuſtate confectæ ac pene collapſuræ, in ipſo terræ diſcuſſu conſiſtant immotæ: quæ uero nimio cultu ornatæ, ſolidæ, ac bene fundatæ, nuperq; conſtructæ, ædes, uel ſolo fulminis ictu quaſſatę collabantur. Quod ſanè haudquaquam ſine dei prouidentia fieri ſolet, ne forte ex ipſo ædificandi ſtudio efferamur. Quòd ſi uolueris alia quadam uia ſolicitudine hac & cura liberari, adito publica ædificia, quorum es & ipſe fortaſſe non expers, quibusq; nulla eſt priuata domus, etſi magnifica, cultior, maneto & uerſare in eis, quoad tua ſunt, & alijs unà cõmunia: non tamen priuata & propria. Verum minus delectant, cum uulgata quadam conſuetudine, tum cupiditate & auaritia. Ergo & delectatio illa ex habendi libidine, nõ ex decore aliquo & cultu procedit. Quocirca auiditas ipſa iuuat maxime, qua uolumus nobis omnia uendicare & noſtrę ditionis efficere. Quoaduſq; tandem erimus his rebus affixi? Siquidem terrenis hiſce adeo detinemur, ut non ſecus ſimus ac uermes luto obuoluti. Corpus è terra deus nobis effinxit, ut illud ſubleuaremus ad cœlum, non ut per id ad terram animam traheremus. Quod corpus etſi luteum eſt, poteſt, ſi libet, cœleſte fieri. Vides itaq; quanto ſit deus nos honore dignatus, quando tam immenſi operis nobis conceſſerit poteſtatem. Creaui ego, inquit, cœlum & terram, tu ſuſcepta à me creandi licẽtia, facito è terra cœlum: potes nãq;. Porrò illud, Qui creat omnia & eadẽ demolitur, de Deo dictum eſſe conſtat: eandem hanc & hominibus poteſtatem permiſit: utq; ſolet pius aliquis genitor, qui pictor ſit, non contẽtus ſolus effingere quæ libuerit, quin & filium cupit ad eam effigiandi peritiã inducere: ita et deus. Creaui, inquit, ego corpus decorũ, concedo tibi meliora faciẽdi arbitriũ, facito & tu animã formoſiorem.

siorem. Dixi ego: Educat terra herbam uirẽtem, & omnem arborem ferentem fructum: Dices & ipse, efferat terra proprium fructum, & emerget quodcunq; uolueris operari. Facio ego æstatem ac nebulas, offirmo fulmina & spiritum creo, formauí draconem ad illudendũ ei (id est diabolũ) neq; tamen hanc tibi inuideo potestatem, illude & illum si libet: poteris enim quemadmodũ passerem aliquem uincire eum. Facio super bonos & improbos oriri solem: imitare ergo & ipse deum, impertire tua tam bonis, quàm improbis. Lacessitus iniuria fero animo æquiori, conuicianti-
bus benefacio: sequere me, cum liceat. Beneficia absq; ulla uicissitudinis spe confero: idem & ipse facito, neq; fueris ad mutuum minus liberalis. Incendi, inquit, in cœlo lumina: accende & tu his
clariores faces, uales enim: lucem præbe errantibus, lõge magis erit id factum bene, quàm solem intueri, meq; id agens recognosces. Creare hominem nõ potes, iustum tamen efficere licet & deo placentem. Substantiam ipse creaui, tu illius cõscientiam expoli. Vides quo erga te amore afficiar, quando uel in maioribus hisce eam tibi concesserim facultatem? Attendite itaque amantissimi, quem simus ad honorẽ prouecti: tametsi plerique sint inconsideratius & ingrate loquentes, qui sibi liberum fuisse arbitrium concessum queranť: & eò iniquius, quòd neq; in his quę paulo ante cõmemorauimus, sequi deũ ullo pacto uel imitari possemus, nisi esset nobis soluta quædam & libera uoluntas concessa. Dominor ego in angelos, inquit deus. In hos & ipse eius dominationis gratia imperium habes. Regio, inquit, throno insideo: eapropter & ipse in hunc consessum admitteris. Siquidẽ consurgere, ait, nos fecit, & deo ad dexterã assidere: quamobrẽ & tibi Cherubin, Seraphin, dominationes, potestates, throni, principatus, & uis omnis angelica paret. Insuper neq; corpus ipsum culpes uelim, id ei fuisse honoris impartitũ, quod cõtremiscunt uel incorporeę potestates, uerum quod dixi: non enim his solũ meum in te amorẽ patefeci, quin ex his quæ tui sum gratia perpessus: consputus enim, & alapis faciem cæsus gloriam exinaniui, patrẽ reliqui, & ad te odio me tum habentem, tum refugientem deueni: quinetiam nomen meum audire impatientem sum insectatus, utq; comprehenderem cursu contendi: admisi te, & mihi adiunxi. Epulare me, dixi, & ebibe: utq; te supra infraq; haberem, tibi copulatus sum & annexus: neq; sat me illud solatur, quòd tibi è cœlo originem dederim, nisi rursum ad terras descendissem. Deinde haud solum sum tibi iunctus, & in amplexum recipior, sed in esum traditus, in frusta comminuor, & eapropter ut acrior fiat eiusmodi copula: Quæ uero fuerint cõiuncta, suis perstãt limitibus: at ipse tibi cõtextus, nullo uelim nos interuallo distare, quin è duobus unũ fieri maluerim. Hæc itaq; cum ipsi intelligamus, & non ignoremus quàm diligentissimã nostri deus curam susceperit: nihil erit per nos intermittendum, ut suis maximis erga nos beneficijs haudquaquam arguamur indigni.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE POENITENTIA. HOMILIA PRIMA.

Lælio Tifernate interprete.

LAETA nobis hodie ac festiua celebritas, solitóque illustrior cœtus. Quę nam ergo causa? Ipse ieiunij hoc clarum tempus, hoc esse noui ieiunij non præsentis, sed expectati. Illud nãq; nos huc ad patriam congregauit domũ: illud etiam eos qui ante hoc pigritauerũt, ad maternas reduxit manus. Si enim solum quod expectatur, tantum studij nobis ingessit: cum apparuerit aduenerit q;, qualẽ quantam q; præ se uenerationem feret? Sic & ciuitas principis tremendi subitura dominatum, omnem omittit desidiã, maiorić; excitatur studio. Sed haud timete tremẽdum principem, ieiunium audientes: nõ enim nobis, sed dæmoniorum naturæ tremendum est. Etenim si lunaticus fuerit quis, ieiunij ei faciem ostende, atq; lapidibus ipsis immobilior manet timore suffocatus, & ueluti uinculo quodam detẽtus: idq; potissimum, cum uiderit ieiunio adiunctam sociam cõtubernalem q; orationẽ: ꝓpterea & Christus dicit: Hoc genus dęmonij non ejicit, nisi in ieiunio & oratione. Cũ itaq; nostræ salutis hostes sic persequat, atq; inimicis uitæ nostræ tã sit timendũ: nõne & amare & diligere id decuit? Si em̃ crapulã ebrietatem q; timere oportuit, non ieiuniũ timeri debet. Illa siquidẽ nostras post terga ligans manus, uitiorũ q; tyrannidi, ueluti cuidã pravæ dominæ, seruos nos captiuos q; reddit: ieiuniũ uero seruos existẽtes nos, atq; ligatos inueniens, uincula remittit, & tyrannide liberat, pristinãq; in libertatẽ reducit. Igit quando & inimicos nostros expugnat, seruitute q; nos liberat, atq; ad priorem nos reducit libertatẽ, quam aliam maiorem eius, quàm ad nostrũ habet genus, amicitiæ rationem exquiris? etenim maximũ rationis indicium id esse uidetur. Vis discere quantus hominibus ornatus sit ieiuniũ, quæue stabilitas ac custodia? considera beatũ atq; admirabile monachorũ genus. Hi nanq; qui in eremo sunt, tumultus fugientes,

Matt. 17

gientes,atq; ad ipſa montiũ cacumina currentes, A tuguriũ in eremi ſilentio ueluti in trãquillo quodam portu fugientes,id quaſi connegotians,atq; totius uitæ particeps ſuſceperunt: eapropter angelos ex hominibus illis fecit:nõ illos modo, ſed & in urbibus quotquot ſe tolerantes inuenit, ad ipſum philoſophiæ culmen euehit. Nam & Moſes & Helias Veteri in teſtamento prophetarum turres,tametſi ex aliis illuſtres magnicq; habẽtur, ac multa fiducia gaudent:tamẽ ſi quando ad deũ uolebant accedere & colloqui, quãtum homini poſſibile erat,ad hoc cõfugiebãt, atq; per huiuſmodi ad deum ducebantur manus. Propterea & deus hominẽ à principio faciens:illico frenũ ei ie iunij manibus impoſuit,ueluti piæ amabilicq; matri,& magiſtro optimo cõmittẽs.Nam,Ab omni B ligno qd' eſt in paradiſo comedetis,de ligno uero ſcientiæ boni & mali nõ comedetis, ſpecies ieiunij eſt.Si in paradiſo ieiunium neceſſariũ fuit, extra paradiſum multo magis. Si ante plagã utilis medicina fuerat, multo magis poſt plagam.Si necdum bello uoluptatum inſurgẽte nobis arma fuerant oportuna, multo magis tantũ poſt uoluptatum uitiorũcq; præliũ à dæmonib. nobis illatũ. Igit̃ neceſſaria nobis à ieiunio ſunt auxilia.Si hãc audiſſet uocem Adam, nequaquam ſecundã audiuiſſet: Terra es,& in terram reuerteris.Sed quoniam hãc quidẽ tranſgreſſus eſt, propterea mors & erumna, & curæ,& uita omni morte acerbior: propterea ſpinæ, & tribuli, propterea labores & dolores,uitacq; anguſtijs plena. Vidiſti quomodo C iraſcitur deus ieiunio ſpreto? Diſce & quomodo lætatur ieiunio honorato. Quemadmodum em̃ ieiunio ſpreto, mortẽ ſpernẽti addidit, (horribile ſpernenti) ſic iterũ eodẽ honorato,de morte reuocat.Nam & uolẽs tibi oſtendere rei uirtutẽ,poteſtatem ipſi dedit,poſt ſententiã,poſt abductionem, abductos media de uia rapere, atq; reducere ad uitam, idq; non in duobus tribusue, aut uiginti hominibus, ſed in uniuerſo Niniuitarũ populo: & urbẽ magnã admirabilemq;, ac dicentẽ, ingemui, ad ipſũ barathrũ iam inclinantẽ cãput, uenientẽ deſuper plagã accepturam,ueluti quædã deſuper ſtans potẽtia,ipſis ex carnificis manibus eripuit, atq; ad uitã reduxit. Sed ſi uidetur,& Ionæ 1 ipſam audiamus hiſtoriã: Factũ eſt,inquit,uerbũ D domini ad Ionam prophetã, dicens:Surge & uade in Niniuen ciuitatem grandem.Subito,ad urbis ipſam magnitudinem,dubitare timereq; uult, futuram præuidens prophetæ fugam, ſed prædi- Ionæ 3 cationem audiamus: Adhuc tres dies,& Niniue ſubuertet̃. Et cuius rei gratia,quæ facturus es mala prædicis? ut non faciã quę prædico. Propterea & gehennã minatus eſt, quo gehennã non inducat. Terreant, inquit, uos uerba,ne facta conturbent. Cuius autẽ rei gratia pactum ad tam tenue tempus compulit? quo & barbarorũ diſcas uirtutem, dico aũt Niniuitarum tribus diebus tantam peccatorum iram ſoluere ualentium:atq; dei clementiam admireris,trium dierum pœnitẽtia contenti tot pro peccatis:tuq; deſperatione non corruas, & ſi peccaueris,muteris. Quemadmodũ enim anima pigritans atq; negligens, quanquam multum ad pœnitẽtiam temporis accipiat, nihil operatur magnum,neq; ſibi ipſi deum per deſidiam conciliat: Sic qui propoſito excitato feruet, atq; multa cum ſolertia pœnitentiã oſtendit, breui temporis momẽto longæui temporis peccata delere poterit.Nonne tertio Petrus negauit? nõne uilis cuiuſdam ancillæ uerba timens? Quid ergo,oportuitne illum ad pœnitentiam multos annos terere? Nequaquã, ſed eadem nocte lapſus eſt & erectus,uulnuscq; ad medicinam accepit:ægrotauit atq; ad priorem redijt ſanitatem.Qualiter & quomodo? flens & lugens.Magis aũt non modo flens,ſed multa cum ſolertia,multocq; cum propoſito : propterea euangeliſta non dixit,quo Matt.26 niam ſolum fleuit: ſed,fleuit amare. Et qualis,inquit, quantacq; fuerit lachrymarum uis,ſermo nõ poterit explicare: ipſe autẽ rerum exitus manifeſte oſtẽdit. Etenim crudelẽ poſt illũ caſum (nam nullum negationi par malũ) ſed tamẽ poſt malũ, iterum eum ad priorem honorẽ reuehit,& eccleſiæ primatum gubernationemq; ipſi per uniuerſum mundum tradidit: quodq; omnium eſt ſublimius,oſtendit eum nobis ad dominum maiorem apoſtolorum omniũ charitatem habuiſſe. Petre, Ioan.21 inquit, diligis me plus his? Huic autem ad uirtutis rationem nihil ſanè par fuerit.Quo uero minime dicas, meritò deum Niniuitis ignouiſſe: Ser- Luc.12 uus, inquit, neſciens uoluntatem domini,& non faciens, uapulabit paucis. Vt ergo hoc nõ dicas, Petrũ tibi in mediũ propterea duxi, ſeruũ uoluntatem domini maxime ſcientem. Sed tamen hic idem peccãs maximo peccato, reſpice quantum ad fidei conſtantiæq; culmen redijt. Igitur & ipſe peccatis concidens, nequaq; orbatus perſtiteris. Quid enim in peccato magis impium eſt? in peccato ſcilicet ſtare. Et quid peius in caſu eſt? iacere in eo. hoc & Paulus deflet,& ingemiſcit,hoc fletu dignũ eſſe dicit. Ne fortè, inquit, cũ uenero, hu 1.Cor.12 miliet me deus apud uos, & lugeã multos ex his qui non ſolũ peccauerunt,ſed ex his qui pœnitentiam non egerunt ſuper fornicatione & immũditia quam fecerunt. Ad pœnitentiam uero quale congruentius tẽpus poſſet accedere ieiunij tẽpore? Sed ad hiſtoriã reuertamur. Audiens autem propheta uerba hęc,deſcendit in Ioppen,ut fugeret in Tharſis à facie domini. Quó nam fugis homo? nunquid & alium audiuiſti prophetam dicẽtem:Quò uadã à ſpiritu tuo,& quò à facie tua fugiam? In terrã? Sed domini eſt terra,& plenitudo eius. Si ad infernũ,ades: ſi in cœlũ, tu illic es:ſi in mare, & illic, inquit,tenebit me dextra tua:quod & ſuper hunc euenit. Sed tale eſt pecatum,quod ad ignorantiam multã noſtram redigit animam. Et quẽadmodũ quĩ grauitate capitis ebrietatecq; tenent̃,ſtulte ſimpliciterq; ferũtur, & quãuis præcipitium, quamuis barathrum,& aliud quid ſimile ſubſit, infrà concidunt incaute: ſic qui corruũt in peccatum,ueluti praua ebrietate,actionis deſiderio detẽti, neſciũt quid faciunt,ſcilicet nõ præſentia,

Ionæ 1

Pſal.138

Zach

Matt

sentia, nõ futura prævidentes. Dominum, dic mihi, fugis? parumper igitur mane, atq; ipsum per rerum discres euẽtum, quoniam neq; servi maris poteris manus effugere. Neq; enim nauim iam cõscenderat, atque illud fluctus excitauerat, in altitudinemq; eleuauerat magnã: & veluti fidelis servus & prudens conserũ inueniens fugientem, quasi quid ex domini bonis surripuerit, nusquã ab eo recedit, millecq; impedimẽta ingerit recipiẽtibus illum, quoad ipsum uendicãs reducit: sic & mare conseruum inueniens & cognoscens, mille impedimenta excitat, turbans, clamans, nõ in iudiciũ trahens, sed comminans nauem ipsis demergere cum nautis, nisi conseruum suum sibi prodiderit. Quid ergo nautæ his cõtingentibus? Iactum, inquit, uasorum fecerũt, nauis uero nequaquam alleuabatur. Nihil tam onerosum & graue atq; ineptum quàm peccatum & inobediẽtia. Propterea Zach.5 & Zacharias id plũbi figurauit similitudine. Dauid uero describit eius naturam, dicens: Iniquitates supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt supra me. Christus autem ad eos Matt.11 qui in peccato uixerant, iterũ dicit: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, ego reficiam uos. Ipsum autem peccatum & scapham tunc grauabat, & pessundari cogebat. Ionas uero dormiebat, & stertebat, sed non uoluptatis erat somnus, magis aũt tristitiæ & afflictionis: nã qui ex seruis & domesticis prudẽtes sunt, citò peccata sentiũt, quod & ille patiebatur. Post eñ commissum peccatum, peccati nouit prauitatẽ, nam eiusmodi est: Cum enim factum fuerit, atq; ad ipsum actũ culmen, tunc dolores parturienti animæ excitat, aduersus legem nostræ generationis. Nos enim cũ primum nati sumus, parturiẽti dolores soluimus: illud autem simul æditum distrahit doloribus parturiẽtibus ipsum cogitationes. Quid ergo gubernator? accessit, & inquit: Inuoca deum tuum. Noverat ergo ipsa experientia insuetã illam esse hyemem, atq; à deo illatam plagã, maiores humana industria fluctus, ubi gubernatoris manus nusq; profuerant. Alterius enim maioris gubernatoris rei illius casus, hunc uniuersum scilicet gubernantis mundum, ope atq; superno indigebat auxilio: propterea & illi remos & uela & funes atq; diuersa dimittẽtes, orationi instãtes manus tendebãt, deumq; orabãt. Vbi uero neq; sic profecerũt, miserũt, inquit, sortes, & prodidit de cætero sors noxium: Hi uero neq; sic arripientes eum demerserunt, sed tanto tumultu, tanta tempestate incumbente, ueluti multa inquiete, multo silentio, sic iudicium in naui statuẽtes, & interrogari & respondere eum dignũ fecerunt, atq; cuncta subtili cum indagine exquirebãt, ueluti cuidam pœnas iudicialiter inflicturi. Audi igitur eos quemadmodũ in iudicio examine cuncta exactissimo inquirũt. Quod opus est tuũ? unde uenis? quò uadis? qua de regione? quo de populo es tu? Et quidẽ accusabat mare, acclamans contrà: increpabat autem sors & condemnabat. Sed tamen neq; mari cõtrà exclamãte, neq; sorte ex aduerso testimoniũ reddente sentẽtiam usq; dabant, sed ueluti in iudicio & accusatoribus instantibus, & testibus præsentibus, iudicijs atq; argumẽtis ueridicis nõ prius damnantes, ipsi sententiam ferunt, quoad damnandus ipse propriæ fieret accusator culpæ. Sed & hi nautæ homines Barbari & insensati, eũ qui in iudicijs optimus est, ordinem imitanr̃, et id quidem tanto timore, tot fluctibus, tanta ipsis circũstante procella, & mari neq; uel respirare permittẽte (tãtus eius tumultus furẽsq; turbatio) insaniẽte atq; exclamante, cõtinuasq; undas implicante. Vnde igitur tanta fuit prouidentia? à dei dispensatione. Etenim hoc fieri deus permittebat, prophetã uel ex his admonẽs, ex his mansuetũ fore & mitem, quasi ad eum clamans, & dicens: Imitare nautas, homines insensatos: siquidem hi neq; unam spernunt animam, neq; uni tuo non parcunt corpori: tu uero uniuersam urbẽ tot millia habentẽ, quantum in te fuerit, exposuisti. Et hi quidẽ eius q suorum causa malorũ effectus est, neq; impetu ad damnationem irruunt: tu uero nihil habens Niniuitas accusare, demersisti eos ac perdidisti. Et tu qdem me præcipiente eos ad salutem tua prædicatione reuocare, minus paruisti: hi autem unum audientes uniuersa faciunt & moliuntur, quo noxium effectum à mulcta reuocent. Etenim ipsam post maris accusationem, post ostensionẽ sortis, cum incusaret sese, fugãq; fateretur, neq; sic irruerunt ad prophetæ necem, sed nitebanr̃ de industria, & uim atq; omnia faciebant, quo eum neq; post eius manifestissimam culpam uiolentiæ maris exponerent. Sed nõ permittebat mare, magis autem deus, sicuti per nautas eum & per cetũ coripere, ad sapientiãq; reducere uolẽs. Nam postquã auditum est: Tollite me, & mittite me in mare, & cessabit mare à uobis, uiribus conabãtur in aridã euadere, sed nequaq; permittebant fluctus. Tu autem quemadmodũ fugientem uidisti prophetam, audi eum & cõfitentem ex inferioribus de ceti uentre. Illud quidẽ ueluti homo passus est: hoc uero quasi propheta ostẽdit. Accipiẽs igitur eum mare, ueluti in quodã iudicio ceti uẽtre deposuit, saluum domino fugitiuum seruãs: neque acres undæ suscipientes suffocauerũt, neq; cetus undis ipsis acrior oppressit. Saluauit autem, ad urbemq; reduxit, atq; & mare & cetus contra naturam obtemperarunt, quo per omnia propheta instrueretur. Veniẽs igitur in ciuitatem, sentẽtiam legit, ueluti regalem epistolam pœnas tormẽtaq; habentẽ, & clamabat dicens: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Audierunt illi hæc, neq; non crediderunt, neq; neglexerũt, sed ilicò cursus omnium unus ad ieiunium uirorum mulierumq;, iuuenum, senum, seruorum, principũ, subditorum, puerorum, antiquorũ: neq; irrationabilium natura expers ab eo erat obsequio. Vbiq; saccus, ubiq; cinis, ubiq; fletus & eiulatus: nam ipse diademate caput ornatus à regali descendens throno, saccũ sibi substrauit, atq; sic urbem periculis eripuit. Et erat rem quidem nouam uidere, purpurã sacco cedentẽ præstantiori effectu. Quod eñ purpura

nequi

Matt.26 Zach.5 Matt.11 Ioan.21 Luc.12 1.Cor.12 Ionæ 1 Psal.138 Ionæ 1

nequiuit,id ſaccus potuit:quod conſummare dia A dema nõ ualuit,hoc cinis perfecit. Vides quomodo haud in uacuum dixi, non ieiunium, ſed ebrietatem crapulamq; timeri oportuiſſe? Nam ebrietas & crapula urbem ſtantẽ quati ad caſumq; nutare cõpulit: ieiunium nutantẽ ipſam caſuramq; ſaluauit. Poſthæc & Daniel leonum ingrediẽs la
Dan.4 cum,quaſi cum ouibus,mitis cum immitibus cõueniens,ſic exiuit. Nam æſtuãtes ira,crudele mortiferumq; reſpicientes, appoſitam nõ tangebant menſam:& hęc ipſa excitante atq; impellente natura. (Nihil ẽm agreſtius illis beſtijs) & fame(nã & ſeptem diebus non acceperant cibum) ueluti carnifice quodã intrinſecus urgẽte,utq; ipſa prophetæ femora diſcerperent, clamante, cibum uenerati ſunt. Tres pueri dum apud Babyloniã ca- B minum ingreſſi,atq; in igne multo colloquentes tempore, igne ipſo fulgidiora corpora habentes egreſſi ſunt,,pfectò ſi quis erat ignis ille,quomodo quæ ignis ſunt partes non implebat? ſi corpora erant illa, quomodo his quæ corporibus cõtingere conſueuerunt, non contingebant? Quomodo,ieiunium interroga,& reſpondebit,tibiq; ænigma ſoluet. Etenim corporũ natura cum natura ignis certabat, corporaq; ipſa uictoria ſecuta eſt. Vidiſti pugnam admiratione dignam? uidiſti nouam inauditamq; uictoriã? Igitur ieiunium mirare, pronisq; manibus ſuſcipe, quoniamquidẽ & in camino fert opem, atq; in leonũ cuſtodit lacu, dæmonesq; fugat,& dei reuocat ſententiam, uitiorumq; furorẽ ſupprimit, & ad ipſam reducit liber C tatem, plurimamq; in noſtris cogitationib. quietem inſinuat. Quomodo non ſupremæ fuerit iniquitatis,tot tantaq; in manibus habẽtem bona et fugere & timere? Cõterit,inquis,noſtricq; corporis inſuper auget infirmitatem. Sed quantũ exte-
2.Cor.4 rior homo corrumpit, tanto interior homo renouatur de die in diem. Magis autem ſi rem diligentius uolueris intueri,& ſanitatis bonæq; habitudinis patrem inuenies. Atq; ſi meis ipſe ſermonib. derogas fidem, de his filios medicorũ percuncta re, iplicq; eadem tibi manifeſtius explicabunt:qui abſtinentiam matrem ſanitatis appellãt. Pedum uero dolores, & grauedinem capitis, uomitum, apoſtema, & hydropiſim, & phlegmata, millecq; morborum aliorum torrẽtes, à delicatis cibis cra D pulaq; prouenire dicũt, quaſi à peſſimo quodam fonte,prauos riuulos,bonam corporis habitudinem, & animæ ſanum intellectum nõ tam lædentes quàm depopulantes. Ne igitur ieiuniũ timeamus,tot à nobis excludens mala:neq; ego uos ſine ratione potiſſima continue ad id moneo. Sed quoniam quidem plurimos uideo homines pigritantes & immorantes non ſecus quàm ſi agreſti horridoq; cuidam dandi in manus forent,ebrietate hodie ſeſe crapulaq; corrũpẽtes,propterea moneo ne quis futuram à ieiunio utilitatem perimat gula ingluuieq; præueniens. Nam qui male ſe cibis ingurgitant,cum aſperas ſunt medicinas accepturi, ſi nimia ſeſe eſca ſepeliũt, atq; ſic medicinã accipiunt, aſperitatem quidem illam pertulerũt, A utilitate uero exciderunt,ægram facientes medicinæ dimicationem ad corrupti humoris malitiã. Quamobrẽ medici eos incœnatos dormire mandant, quo uirtus totius medicinæ quamprimum atq; illico morboſis occurrat humoribus: Sic & ieiunio contingit, ſi teipſum hodie multa obrueris ebrietate, craſtina uero eam acceperis quæ ab illo eſt medicinam:hanc tibi profectò uanam inutilemq; effeceris,et laborem quidem pertuleris: quod uero ab illa fuerat lucrum,nequaquam aſſequeris, ruiſq; in recentem ebrietatis malitiam, eius omnem conſumentem uirtutem. Si uero leue pręparabis ſibi corpus,ſobrieq; & uigilanti cogitatu ſuſceperis ex electis ueteribus medicinã, multa poteris expurgare. Igitur per ebrietatẽ diſcamus, ne forte tale fiat, quale ſi quis infirmanti corpori & conualidato,laſciue minusq; temperatè innitens, iterum uelocius atq; cum maiori ruina cadat. Quod & in noſtra fit anima,cum utraq; ieiunij ex parte, principio uidelicet ac fine ebrietatis nube obfuſcamus mundationẽ in nobis ab abſtinentia factam. Veluti enim qui cum feris dimicaturi, armis multis munientibus, munimentisq; mortalia quæq; membrorũ loca circundãt, atque ita bellum ſuſcipiunt:ſic & nunc homines, milites quaſi cum fera quadam pugnaturi, uentris ſe muniunt crapula,diſrumpẽtesq; ſeſe & obtenebrantes, multa cum impudentia ſuſcipiũt mitem ac quietum ieiunij oculum. Atq; ſi quempiã interrogauero, cuius rei gratia ad thermas hodie properas? Quo corpus abluam, ieiuniumq; ſuſcipiam. Si uero interrogauero, quare inebriaris? iterum dices: Quoniamquidem ad ieiunium ſum ingreſſus. Quomodo igitur nõ erroneum corpore quidẽ puro, impura uero ebriaq; anima, optimũ hoc rerum ieiunium ſuſcipere? Reſtãt quidẽ plura,ſed hæc ſobrijs ad correctionẽ ſufficiant. Quare neceſſe orationem ſupprimere:nam cupio patris audire uocem: quoniam ipſi quidem paſtoralis pueri ſubtili calamo ſibilamus, ueluti ſub quercu,aut fago quadam ad umbram ſatorum horum ſedentes. Hic autem ueluti muſicus optimus auream citharam modulatus, ſonorum cõſonantia uniuerſum excitat theatrum. Et huius nõ ictuum ſoni, ſed conſonantia uerborum,cõſonantia operum plurimam nobis affert utilitatẽ. Eiuſmodi & Chriſtus doctores quærit: Qui enim fecerit & docuerit,hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Matt.5 Contingat autem & nos eius,omniũq; pręſulum orationibus regno cœlorum dignos fieri, gratia et amabili pietate domini noſtri Ieſu Chriſti: cum quo honor patri, gloria & fortitudo, cũ bono & ſancto ſpiritu,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia quæ antea hõc loco ſecunda numerabatur,nunc habetur inter Homilias in Geneſin prima.

HOMILIA

HOMILIA TERTIA.

AMETSI hesterna die uobis defuerim, non mea sponte, sed actus necessitate defui: defui corpore, non uoluntate: defui carnis absentia, non mētis affectu. Nam & complectebar omnes uos et ferebam. Iterum fratres temporalem hūc trāseuntes morbū, solertius studuimus facies uestras uidere. Iam enim mecū habēs infirmitatis reliquias, ad uestram charitatem cucurri. Consuerunt quidem ex ægris nonnulli lauacra & balnea inuestigare: ego autē facies uestras desideratas dignum uidere duxi, debitamq; auditorū uoluptatem implere. Pelagus hoc magnum & salsu ginem non habens, mare hoc fluctibus uacuum, ueni tellurem uestram inspicere. Quod enim pra tū tale, quale ecclesia? Quis paradisus talis, uelut hic uester cœtus? Non est hic serpens insidiās, sed Christus docens: non Eua ad supplantandū, sed ecclesia ad dirigendū. Non hic sunt ortorum frondes, sed spiritus: non hic spinarū sepes, sed uitis fœcunda. Si autem spinam inuenero, in oleam transfero. Non enim naturæ defectus, sed propositi hic libertas honoratur. Si lupū inuenero, ouē faciam, haud naturam cōuertēs, sed propositum mutans. Quare iam nō peccauerit, qui arcam ec-
Gen.7 clesiam maiorē esse concesserit. Arca quidem animalia suscepit, & animalia cōseruauit: ecclesia uero animalia suscipiens, eadem transformauit: utputa, accipiter illuc introiuit, et accipiter exiuit. Introiuit hic quis accipiter, colūba exit: introiuit lupus, & ouis egreditur: Leo introiuit, & exit agnus, non transmutata natura, sed malitia exclusa. Ideo ad pœnitentiam assiduo sermone admoneo (sed acerba & horrida est peccatori) est em delictorum medicina, iniquitatū consumptio, lachrymarū impensa, fiducia ad deum, aduersus diabolū arma, gladius uim eius præcidēs, caput eius amputās, salutis spes, desperationis occasus. Ipsa cœlum aperit, ea in paradisum ducit, ipsa diabolū superat. Ea igitur de re sæpenumero sermone moneo, ut pœnitentiam agas: peccator es, ne à spe recedas. Non cesso, ijsdem continue medicamēta deliniens. Noui enim quæ arma sint cōtra diabolum, à spe nunquā decidisse. Peccata si habueris, ne desperes, non desiste eadem sæpe repetēs. Tametsi quotidie peccas, quotidie pœnitētiam age. Et quod in domibus facimus, quū fragiles & ad casum nutāt, fragilia educimus, tignaq; noua submittimus, cōtinueq; reparatiōis munus oblitera-
Matt.5 mus: idipsū & in nobis faciamus. Si hodie à peccato senueris, teipsum per pœnitentiam instaura. Estne, inquit, pœnitentē saluari? sed dices, est, & ualde. In peccatis omnē cōtriui uitā, atq; pœnitētiā si egero, putas saluabor? ualde. Vnde mihi cōstabit? Domini excellētia pietateq;, nō iā tuæ cōfidens pœnitētiæ. Neq; enim tua poterit pœnitētia sola sordes tot diluere. Si sola superfuerit pœnitētia, meritò timebis: sed quoniā pœnitētiæ dei clemētia deiq; pietas iuncta est, fide. Nam dei clemētia pietasq; mēsuram non suscipit, neq; ipsius bonitas uerbo interpretari potest. Tua quidē malitia mensuram habet, dei uero clemētia & pietas mensurā non habet. Tua malitia qualiscunq; fuerit, humana malitia est: dei clementia & pietas est incircūscripta: ipsa igitur tuam malitiam superat. Cogita scintillam si in mare ceciderit, nū poterit stare, aut apparere? Quantum scintilla ad mare se habet, tantum hominis malitia ad dei clemētiam pietatemq;, imò uero non tantū modo, sed & longè suprà. Nam & pelagus, tametsi magnū sit, mēsuram recipit: dei uero clementia & pietas mēsuram non habet. Hæc dicam, nō quo uos desidiores faciam, sed promptiores reddā. Admonui sæpenumero theatra non ascendere. Audisti, atque haud obtemperasti: theatrū ascendisti, meoq; uerbo aduersatus es: nō te pudeat ecclesiam ingredi secundo, & audire. Dicis, Audiui, neq; custodiui, quomodo iterū possum ingredi & audire? Denique ipse nouisti, quod minus custodiuisti: denique confunderis, erubescis. Denique corripiente nemine ipse frenum accipis, denique sermonē mēte ipse tua habes radicatum. Denique me nō comparēte, ipsa te mea purgat oratio. Non obseruasti, temet ipsū accusa: uel semis obseruasse est, si minus obseruaueris, Nō obseruaui, dixisse. Nam qui semet ipsum accusat, quasi non obseruasse, ad obseruandum festinat: prospexisti altius, iniquitatē cōsumasti. Captiuus meretrici effectus es, & in theatrū ascēdisti: iterū recordatus es, iterū pudore cōfunderis. Accede: cōtristatus es, deū ora. Sed hic atq; eousq; ueniens cōstitisti, uæ mihi, audiui, minus obseruaui. Quomodo audeā ecclesiā introire? quomodo audeam iterum? Magis aūt ingredere, quoniamquidē nō obseruasti, quo iterū audiens obserues. Medelam si apposuerit medicus, neq; priori te die purgauerit: num eam rursus die altera non apponet? Est quisquā quercini roboris cæsor, is quercum si uelit cædere, securim accipit, incidit radicē: si plaga una percusserit, neq; ceciderit infructuosa arbor, nónne secundam dederit, nō quartam, non quintam, non decimam? sic & tu fac. Quercus est fornicatio, glandes ferēs irrationabilium animalium escam, multo tempore tua in mente radicata. In arborum circuitu tuam deiecit cōscientiam. Meus sermo securis est, uno audisti die: quomō uno die cadat, quæ tanto tempore radices immisit? Si enim bis, si ter, si centies, si decem millies, nō iam mirum. Modo incide uirem malam, & fortem cōsuetudinem malamq; illam deijce, & gratiam impetrasti. Māna comedebāt Iudæi, & cepas de Ægypto quærebāt, cōsuetudine ducti. Tā adeoq; turpis est res cōsuetudo pessima, q; nō statim potest abijci, nec tēpore breui. Si em in decē cōsummaueris diebus, si in uiginti, si in triginta: nō tamen non gratias ago, non te fouebo, modo non deficias, sed pudore cōfundaris, et despice. Iterū de charitate disserimus, subisti & rapuisti, neq; ipsa per opera ostēdisti sermonē, haud confundaris ecclesiam ingredi secundo: pudeat te peccantē, non pudeat pœnitentem. Attē de qd tibi diabolus fecerit. Duo hæc sunt, pecca-

tum & pœnitẽtia: peccatum uulnus, pœnitentia medicina. Quemadmodum enim in corpore uulnera & medicinæ, sic in anima peccatum & pœnitentia: sed peccatum pudorem habet, pœnitentia uero fiduciã possidet. Attende diligẽter obsecro, ne ordinem turbes, & utilitatẽ perdas. Est uulnus & medicina, peccatum & pœnitentia: in uulnere sanies, in medicina purgatio saniei: in peccato sanies, in peccato improperiũ, in peccato derisio, in pœnitentia purgatio peccatorũ. Aduerte, peccatum ipsum cõfusio & pudor sequitur, pœnitentiam uero fiducia. Intellexisti quæ dico: ordinẽ satanas peruertit, & cõfidentiam dedit peccato de uita longa, confusionemq; pœnitẽtiæ. Non desistam usq; ad ueſperam, quoad te soluero: oportet enim me promissionẽ complere, impossibile est me desistere. Est uulnus & medicina: uulnus sanie habet, medicina saniei purgationẽ. Nunquid in uulnere sanitas? Nũ hæc propriũ habent ordinem, & illa proprium? Nunquid hoc in id trãsire potest, & illud in hoc? ueniamus ad ipsã post hãc delinquentẽ animam. Peccatum confusionẽ habet, peccatum improperiũ, peccatũ honoris obfuscationem habet hæreditariam. Pœnitẽtia fiduciam habet, pœnitẽtia ieiunium habet, pœnitentia iustitiã possidet. Dic tuas prius iniquitates, ut iustificeris: &, Iustus prior in sermone accusator sui. Sciẽs igitur satanas peccatum quidem confusionem habere, potentem ad se pœnitẽtem retrahere, mutauit ordinem, deditq; cõfusionem quidem pœnitẽtiæ, confidentiam uero peccato. Vnde hæc, ipse dico. Carpit quis prauis desideriis de publica meretrice, sequitur scortum, captiuus ingreditur locum, nequaq; erubescens, impudens meretricẽ complectit, peccatum exequitur, nusquam ipsi pudor, nusquam correctio: egreditur inde cũ peccatũ cõsummauerit, atq; ut pœniteat pudore tenetur. Miser & infelix, cũ meretricem complectebaris, non te puduit: cum ad pœnitentiam ueniſti, pudore tũc confunderis? Quorsum nam id? Cũ fornicabaris, non pudebat: rem cum facis, non erubescis: erubescis cũ pœnitere & cõfiteri debes peccata uerbo. Diaboli hęc astutia est, quòd te in peccato erubescere uetat, & peccatũ edicere impedit pudore. Nouit enim si homo eruburit peccatũ, fugiet illud: inuerecundus autem uel difficile pœnitere potest: & ita duo facit mala, & in peccatũ trahit, & à pœnitẽtia arcet. Quid erubescis ergo? Cũ fornicari te contigit, haud erubescebas: cũ te peccato liberas, erubescis: tũc erubescere debuisti, tũc oportuit pudore confundi, cum peccabas. Cum factus es peccator, tũc pudere oportuerat: quum iustus efficeris, pudes. Dic prius iniqtates tuas, ut iustificeris. O domini clemẽtiam & pietatem: nõ dixit, ut pœniteariſ, sed, ut iustificeris. Non deo satis est eum non punire qui peccat, sed eum tum insuper & iustum efficit, & ualde. Sed aduerte, Iustum eum facio: & ubi id effecit? in latrone. ut solum dixit ille cõsocio, Ne que tu times deum, & nos quidem iuste digna factis recipimus, dicit ei Christus, Hodie mecũ eris in paradiso. Non dixit, Liberabo te à tormẽtis & pœna, sed in paradisum iustum introducit. Vides quomõ ex confessione iustus efficitur? ualde est clemens & pius deus. Proprio filio non pepercit, ut seruis parceret. Dedit enim unigenitum, ut seruos emat ignauos. Sanguinẽ unigeniti pretium posuit. O domini clementia & pietas. Neq; mihi dixeris, Permultũ peccaui, quomodo saluari possum? tu nequis, sed dominus tuus potest: atq; ita potest, ut tua deleat peccata. Accurate ad sermonem aduerte. Sic enim delet peccata deus, ut neq; eorum uestigium maneat. In corporibus quidem id non est ita: sed quanquam millies conet medicus, tametsi uulneri medicinas addat, uulnus quidem euanescit. Sæpeq; in facie uulneratus quisque uulnus quidẽ curauit, cicatrix uero remanet uulneris argumentũ, faciei deformitatem habẽs: atq; si abolere contẽdat mille medicus modis, nequit: repugnat enim sibi naturæ infirmitas, artis et medicinarum imbecillitas: deus autem cum deleuerit peccata, sic delet, ut neq; cicatrix, neq; cicatricis superſit indiciũ, non uestigium quodquam, sed & cum sanitate decorẽ elargitur: post pœnæ liberationem, & iustitiam inserit, atq; peccantem coæqualem facit nõ peccanti. Extinguit eñ peccatum, atq; id nõ esse facit, neq; fuisse. Sic enim omnino id tollit, ut non cicatrix, non uestigiũ, non argumentũ aliquod apparuerit. Atq; unde id nobis elucet qd' dico? qui ostẽdere debeo quomodo uerum uideatur? Ab ipsis itaq; ostendatur scripturis, fiduciaq; firma permaneat. Inducam igitur uobis homines uulneratos, populũ omnẽ ulceribus plenum & sanie & uermibus, uulnus undiq;, & existẽtem totum ulcus, atq; ita sanare uolo, ut ne quidem cicatrix, nõ uestigium, non signũ maneat: neq; unum habentes uulnus, non duo, non tria, non quatuor, sed à pedibus usq; ad caput uulnus existentes. Attende hic diligẽter, communis hic nobis sermo, & salutaris. Medicinam spargã his quas seculares adhibent medici meliorẽ, quales neq; ipsi reges spargere possent. Rex quidem potest carcere quenquã emittere, gehẽna uero liberare nõ potest: pecuniam dare, animam autem saluare nequit: sed ex pœnitẽtia uos manuducã, quo dei discatis fortitudinẽ, quo sciatis super eã peccatum non posse: neq; iniquitas potẽs est eius superare uirtutem. Tandem inducam nõ unum, nõ duo, non tria, sed millia multa ulceribus confecta innumeris, plena peccatis, & tamẽ pœnitẽtia ualẽtia saluari, ut neq; uel uestigiũ cicatricum priorum uulnerum supereſſet. Sed uerbo diligenter attẽdite, sed & memoriæ dicta mandate, quo & derelictis quãdoq; auxilio sitis, atq; dictorum utilitate prõptiores reddatis. Igitur & Esaias procedit, qui seraphin intuetur, qui mysticũ illud hausit melos, qui de Christo infinita prædicit. Percõtemur quid ait. Visio quã uidit Esaias super Hierusalem & Iudæam. Dic uisionẽ quam uidisti. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniã dominus locutus est. Alia præmisisti, & alia dicis. Quæ alia præmisi? Incipiens dicis, Visio super Iudęam & Hie-

Esa. 43
Prou. 18
Luc. 23
Esa. 1

& Hierusalem: cœlum alloqueris, atq; in terrã ser
monem declinas: dimittẽs rationales homines, ir
rationalibus cum elementis disputas. Ita, inquit,
quoniam irrationali irrationabiliores facti sunt
rationales: nõ ea modo ratione, sed q; Moses uo-
lens eos in promissionis terram inducere, prouí-
Deu. 32 dẽsq; fore, tradita despici ab his debere: Audite,
inquit, cœli, & loquar, & audiat terra uerba oris
Deut. 4. mei, & contestabor uobis cœlum & terram, si in-
& 30 gressi promissionis terram, dominum deum tuũ
reliqueritis, in omnes dispergẽdi estis gentes. Ve
nit Esaias, atq; comminatio ipsa in opus efferri de
buerat: nõ poterat uocare Mosen iam defunctũ,
atq; eos qui tunc audiuerãt, mortuiq; fuerant: ele
mẽta igitur quibus Moses contestatus est, uocat.
Ecce eiecti estis à promissione ô Iudæi: ecce dese
ruistis deum: Quomõ te uocabo Moses? interisti
emi, mortuusq; es: quomodo & Aaron uocabo?
& ille morti est deditus. Nõ habes unde hominẽ
uoces, Voca, inqt, elemẽta. Idcirco et ipse uiuẽs,
non Aaron solum cõtestatus sum, atq; illum & il
lum: sed quoniam illi morituri fuerant, & perma-
nẽtia elemẽta uobis contestor, cœlum scilicet &
terrã. Dicit ergo Esaias, Audite cœli, & auribus
percipe terra (uos enim Moses cœpit hodie com
pellare) non solum hac ratione elementa compel
lo, sed q̃d Iudæis dictum est, audi cœlum: tu enim
mãna produxisti, tu supra naturam ostendisti, su-
perius es, atq; aerẽ imitatus es. Auribus percipe
terra, inferius quidẽ es, atq; diffusam latamq; mẽ-
sam præparasti. Cõpressa est natura, gratiaq; ope
rata est. Neq; boum opera, spicarumq; apparatu,
non manibus coquorum atq; præceptis, sed man
na erat omne q̃d factum erat, sanctificatus fons,
mensa diffusa, natura oblita propriæ infirmitatis
fuit. Quomodo eorum uestimenta non sunt attri
ta, neq; calceamẽta uetustate consumpta, cuncta
Esaiæ 1 ad eorum fiebãt ministerium. Audi cœlum, & au
ribus percipe terra. Post prodigia memoranda, il
Esaiæ 50 laq; beneficia lacessitus est dominus iniuria. Quẽ
offendam, audientem uirum non habeo: ueni, &
non erat homo: locutus sum, & non erat audiẽs.
Irrationales alloquor, quoniamquidẽ rationales
in uilitatem irrationalium acti sunt. Propterea &
3. Reg. 13 alius propheta regem uidit furentẽ, idolũ uenera
tum, deum despectũ, aliosq; uniuersos trepidos,
& dicit: Audi altare, audi. Lapidẽ alloqueris? Sic:
quoniamquidẽ lapide ipso insensibilior. Audi al
tare, audi, hæc dicit dominus: atq; illico altare scis
sum est, lapisq; audiuit, fractus est lapis, & effudit
libamẽ, quomodo nõ audiuit homo? Extẽdit ma
num suã, ut prophetã raperet: & quid facit deus?
eius manũ arefacit. Respice quid facit, domini re
spice clemẽtiam, & serui peccatũ. Quare à princi
pio eius non arefecit manum? quo lapidis exem-
plo sanior fieret. Si enim scissus nõ esset lapis, con
uersus ipse nõ esset. In te cõcitor ira. Extendit ma
Esa. 1 num ut raperet prophetam, et exaruit manus. Ste
tit trophæum, tot aderant satellites, tot duces ade
rant, auxiliumq; grande, atq; eius restituere non
poterant manum. Sed manus stabat uocem emit

A tens, atq; præ se ferẽs acceptum impedientis con
flictum, pietatisq; trophæum, dei clemẽtiam & il
lius insaniam, restituiq; nõ poterat. Sed ne sermo
nem ex sermone texẽtes, proposito excidamus,
iam quæ promisimus, ostẽdamus, scilicet: Mille
si fueris ictus & cæsus uulneribus, atq; q̃d bonum
est, feceris: sic ea delet deus, ut neq; cicatricem uel
uestigium uideas, ut nec signum priorũ peccato-
rum appareat. Hæc pollicitus sum, hæc demõstra
re tẽtabo: Dicit scriptura, Audite cœli, & auribus Esaiæ 1
percipe terra, quoniam dominus locutus est. Dic
mihi, quidnã locutus est dominus? Filios enutri-
ui & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me: cognouit
bos possessorẽ suum (ô rationales irrationabilio-
res iumẽtis) & asinus præsepe domini sui (ô asinis
B ipsis insipiẽtiores) Israel autem me nõ cognouit,
& populus meus nõ intellexit. Væ gẽti peccatri-
ci. Quare, inquit, non iam salutis spes datur? uel si
datur, Væ quare dicis, dic mihi? Quòd haud salu
tem, haud sanitatẽ inuenio. Medelas apposui, ne
que cessit ulcus, & ideo auersus sum. Quid igitur
facere habeo? curare nequeo. Væ, plorantẽ imi-
tatur mulierẽ, & benefacit: obsecro attendite di-
ligenter. Væ quare dicit? quoniã & idipsum fit in
corporibus, cũ uiderit medicus ægrotantẽ haud
spem salutis habentẽ, illachrymat, domesticiq; &
proximiores ululant, ingemiscunt, sed illic incas-
sum & uanè. Cum enim moribundus ęger fuerit,
tametsi mundus deflcat omnis, nequaquam eum
excitabit, ita ut non resurrectionis, sed lachryma
C rum ille sit fletus. In anima uero nõ sic. Si emi mor
tuam fleueris, sæpenumero mortuam excitabis.
Quare? quoniamquidem moriens corpus huma
na non excitatur uirtute: anima uero moriẽs, cor
rectione resurgit, & uirtute diuina. Vide fornicã
tẽ, & defle, atq; illum sæpe excitabis. Propterea
Paulus non scribebat, exhortabatúrue solum, sed
& flebat cũ lachrymis peccatores admonẽs. Ideo
etiam fundis lachrymas, quo si minus admonitio
poterit esse auxilio, lachrymæ intercedant. Sic &
propheta deflet, & dominus noster uidẽs Hieru
salem cadentẽ dicit: Hierusalẽ, Hierusalem, quæ Matt. 23
occidis ꝓphetas, & lapidas eos q̃ ad te missi sunt,
reuocãs ciuitatẽ cadentem, & flentem hominem
imitatus. Vę gẽti peccatrici, et populo pleno pec Esaiæ 1
D catis: nec habet sanum corpus. Vidisti eos ulcera
tos? uæ semini nequam, filijs sceleratis. Quare de
fles, dic mihi? Dereliquistis dominũ, atq; ad iracũ
diam sanctum Israel prouocastis. Super quo per-
cutiam uos ultrà, an fame an peste? omnis plaga
iam uenit, & neq; uestra malitia iam est cõsumma
ta: addẽtes prævaricationem, omne caput langui
dum, & omne cor mœrẽs. Non est uulnus unum,
nõ liuor unus. Res nouæ: paulo antè semini dixi
sti nequã, Filijs sceleratis: dereliquistis dominũ,
ad iracundiam prouocastis sanctum Israel: &, uæ
genti peccatrici. Plorans tunderis, malaq; loque-
ris, & rediẽs dicis: Neq; uulnus, neq; liuor. Atten
de, uulnus tunc fit, quum altera quidem corporis
pars sana est, altera uulnus habet: hic aũt dicit to-
tũ esse uulnus, totum liuorẽ, totũ ulcus à pedibus

usq; ad caput. Non est quo quis fomẽta, quo quis A
oleum imponat, nõ est quo quis circumliget. Ter
ra uestra deserta, ciuitates uestræ succensæ igni, re
gionem uestram coram uobis alieni deuorãt: om
nia hæc feci, & uos conuersi nõ estis: omnia quæ
ad artem sunt feci, atq; ægrum ipsum cadauer ma
net. Venite, audite uerbum domini principes So
domorũ & Gomorrhæ, quid mihi multitudo ui-
ctimarum uestrarũ? Quid igitur? Sodomitas allo
quĩ? Nõ, sed Iudæos Sodomitas appellat. Quo-
niamquidem Sodomitas imitabanť, nomen ipsis
imponit. Venite, audite uerbũ dei principes So-
domorũ & Gomorrhæ: quid mihi multitudo ui-
ctimarũ uestrarũ? dicit dominus. Plenus sum ho-
locausto arietũ, & adipe pinguiũ, & sanguinem
uitulorũ & agnorum nolui. Cum obtuleritis mi- B
hi similæ florẽ, uanum: & incensum abominatio
est mihi: neomenias uestras et sabbata odit anima
mea: ieiunium & diem festum nõ feram: & quum
extẽderitis manus uestras, auertam oculos meos
à uobis. Estne iræ huic par quicq;? Propheta cœ-
lũ inuocat, plorat, ingemiscit, illachrymat, dicit:
Nõ est uulnus, neq; liuor: deus desuper irascitur:
Non suscipiam sacrificia, nõ neomenias, non sab
bata, neq; florem similæ, non orationẽ, nõ exten
sionẽ manuum. Vidisti ulcus? uidisti morbũ insa-
nabilem, non unius, non duorum, nõ decem, sed
mille? Quid ergo dicit post hæc Lauamini, mũdi
estote? Num peccatũ (putas) habet? Ipse deus di
cit, Nõ audiam uos: & dicit, Lauamini. Quorum
utrunq; utiliter ingeritur: id ut terream, hoc ut alli C
ciam. Sed eos non audis, spem pœnitẽtiæ non ha
bent. Quòd si non habent pœnitẽtiæ spem, quo-
modo dicit, lauamini? Sed deus uere clemens, ue
req; pius, solusq; bonus et misericors super patrẽ.
Atq; ut discas q; pater est, dicit ei: Quid faciã, ne
scio. Nescis quid facis? scio, sed nolo: expetit pec
catorũ natura, sed cõtinet clemẽtiæ pietatisq; ma
gnitudo. Quid tibi faciam? parcam tibi? sed fides
desidior redditur: persequar te? sed mea non susti
net clementia. Quid tibi faciam? ut Sodomã po-
nam te, & ut Gomorrham subuertam te. Conuer
sum est cor meũ. Impassibilis passibilẽ imitať ho-
minem, magis autẽ amabilem matrem. Conuer-
sum est cor meum, ueluti si mulier puero dixit, nõ
satis patior, fuerit dictio. Sed turbatus, inquit, in D
mea sum pœnitẽtia. Et deus turbatur? Et iuste id
quidẽ cogites: deus enim immutabilis: sed quod
dixi, nostras imitať dictiones. Cõuersum est cor
meũ. Quid aũt post hęc dicit? Lauamini, mũdi e-
stote, auferte malitias de animabus uestris, discite
benefacere, quærite iudiciũ, iudicate pupillo, de-
fendite uiduã. Neq; grauia mãdata, sed quotquot
natura nouit. Et uenite, & arguite me, dicit domi
nus. Parum facite, et ego reliquum adñ ciam, dicit
dominus: parum mihi date, & totũ ipse dono. Ve
nite, & quò ibimus? ad me quẽ incitauistis, quem
ad iracundiam prouocastis, ad me dicẽtem, Non
audiam uos: quo minus timẽtes fugiatis iram. Ve
nite ad non audientẽ, ut audiam. Et quid faciam?
non dimittam cicatricem, non uestigium, non si-
gnũ. Venite & arguite me, dicit dominus. Si fue-
rint peccata uestra quasi coccinũ, quasi nix deal-
babuntur. Nunquid ulla usquam cicatrix? Nun-
quid ruga post purgationis colorẽ? Et si fuerint,
inquit, rubra quasi uermiculus, ueluti lana alba e-
runt. Nunquid nigredo? nũquid macula? & quo
modo fient hæc? Num uel promissiones alię hoc
dicunt? sed os domini locutũ est. Non modo ma-
gnitudinẽ promissorum uidisti, sed etiam donan
tis dignitatẽ. Etenim deo omnia possibilia, qui po
test facere mundum de immundo. Hæc igitur au
dientes, & pœnitentiæ medicinã sciẽtes, gloriam
referamus patri & filio, & spirituí sancto, in secu-
la seculorum, Amen.

HOMILIA QVARTA.

SSIDVE in eam pastores cõsuescunt
partem oues suas diuertere, qua gra-
A men altius densiusq; intuenť, atq; in-
de prius non abigunt, quàm omne
grex contuderit. Hos & ipsi sectan-
tes, quartam iam diẽ hãc ad pœnitentiæ modum
hũc pascimus gregem, neq; uel hodie digredi pa
ramus: loco enim pabulũ utilitatis multum inesse
uideo, permultumq; fructum, simul permultãq;
lætitiam. Nam neq; arborum comæ pro pecorũ
tugurijs factæ, meridie per æstum tam oues refici
unt, optabilem atq; utilem exhibentes umbram,
multaq; suadẽtes cum uoluptate: quàm sacrarum
scripturarum lectio afflictas angore animas, eru-
mnisq; implicatas solať, explicat simulq; recreat.
Nimium siquidem atq; exurens uoluptatis retun
dit malum, solatium omni umbra suauius amœ-
niusq; impartiẽs. Neq; enim solum in pecuniæ ia
ctura, aut orbatu liberorũ, atq; eiusmodi, sed & in
peccatorum pressura plurimũ ea nobis solatij cõ
fert. Cum enim homo peccato interceptus, circũ
uentus cecidit, postea mordeť conscientia, & pec-
cati semp memor, mœroris sese magnitudine ob
ruit, perq; singulos dies incendiť, atq; mille ingẽ-
tibus solatij modis si minus acceperit, ecclesiã in-
greditur, eò audiens sanctorum multos cecidisse
rursusq; resurrexisse, atq; in priorẽ redñsse digni-
tatem, clàm multo solatio plenus egrediť. Et qui
in homines sæpenumero peccamus, neq; pecca-
tũ audemus, pdere, pudore ruboreq; detẽti: atq;
si prodiderimus, nõ tantũ consequimur. Cum aũt
deus exhortatur, corq; nostrũ tangit, illico omnis
satanæ caligo fugatur. Hinc & iustorũ conscripti
sunt lapsus, q & recte & peruerse uiuẽtes ab his
maxime lucrifaciãt. Nã & cadens haud alienatur
spe, indulgẽtiæ desperatiõe, alterũ post casum ui
dens resurgentẽ, & iustitiæ fiet sedulus ac firmissi
mus cultor. Cũ eñ ex his qui se maxime præstãt,
multos cadentes uiderit, illorum casu factus cau-
tior, perpetuo in agone uersabiť, multaq; sese sta-
bilitate muniet. Sicq; alter in peccato despera
tionis liberabiť, ille qdẽ firmiter stabit, hic in prio
rẽ à quo excidit, statum reuertet. Nã cũ homo no
bis solatij fomẽta prębuerit, tametsi ad horã cõso
lari uideamur, rursum tamẽ in eũ languorẽ uolui
mur; cũ uero per alios q peccãt, atq; inde saluanť,

nos

nos deus conuertit, suam nobis manifestam facit bonitatē, ne propria de salute ambigamus, sed firmam certamq; consolationem capiamus. Quemadmodum igitur in delictorū pressura, sic illatis in periculis, medicinam abundantē plurimæ scripturarū historiæ mœstis cōferunt prospicere uolentibus: & siue pecuniæ publicatio, siue calumniarum iactura, siue flagella, siue carceres, siue aliud nos malum conterat, ad iustos prospiciētes, qui eadē & passi sunt & tolerauerunt, ad nosmet ipsos cito redire poterimus. Aliàs quidē si corpus manifestis in passionibus patientes intuemur ægrotum, quandoq; contrahimus infirmitatē, atq; etiam nō existentē facimus. Puta si quis oculorū malo laborantē uiderit, ipso & intuitu ægritudinem in se contraxerit. In anima uero non sic, magis uero eos nosse qui eiusmodi patiuntur, leuiorem propriis in malis facit lāguorem. Propterea Paulus fideles hoc modo hortatur, ut non modo uiuētes sanctos, sed & obdormientes in medium producat. Iudæis enim scribens circumuentis & nutantibus ad casum, sanctos uiros in mediū producit, Danielem, tres pueros, Heliam, Helisæum,
Hcb.11 sic dicens: Obturauerunt ora leonū, extinxerunt uirtutē ignis, effugerunt ora gladij, lapidati sunt, flagellati sunt, in uincula & carceres detrusi, circumierunt in melotis & caprinis pellibus, egentes & doloribus affecti, quibus dignus non erat mundus. Ea aūt passionum cōmunio solatiū præbet afflictis. Et ueluti quempiā malis torqueri sit intolerabile ei, qui solus in angustia uersatur, multoq; id solatio medendum est malum: ita solatiū inuenire eisdem oppressum malis, leuiorem efficit plagam. Igit uti cūctis quæ nobis molesta esse uidentur, magnifice repugnemus, scripturarū historijs diligenter intendamus. Multæ enim patiētiæ hinc nobis occasio excitatur, non modo eorū solandis cōmunione, qui paribus premūtur malis, sed q & ab ingruētibus periculis liberationis uiam discimus: atq; eorum post hyemē & fluctus iterū priori manere in dignitate, neq; trahi in desidiam, neq; in sensum reprobū tolli. Haud eñ mirabile est malis afflictos cōtrahi & humiliari, maioraq; paruitatis indicia præ se ferre. Nam ea tentationū natura, quæ in tristitia ipsa uel lapideum cor habentē, id facere cogat. Sed animæ uenerabilis est, deumq; cōtinuo præ se ferētis, & ipsam post liberationē tentationū in obliuionē minus cadere: quod Iudei sæpenumero passi sunt, quare
Psal.77 & corripiēs eos Propheta dicit: Cū interficiebat eos, tunc quærebant eū, & conuertebantur, & diluculo uigilabant ad eum. Et Moses id primū co
Deut.6 gnoscens, sæpe admonet eos, dicēs: Comedēs & bibens, & incrassatus, attende ad temetipsum, ne quando obliuiscaris domini dei tui. Igitur id eue-
Ibid.32 nit. Comedit enim, inquit Moses, & impinguatus, & incrassatus, et recalcitrauit dilectus. Quare nō modo ea de re mirari sanctos decet & beatos dicere, q tribulatione super eos ingraueſcēte humiles, mansueti, philosophi erāt: sed q & hyeme procellaq; illa transacta, & trāquillitate facta, eodem in studij mansuetudinisq; culmine permanebat. Atq; eum equum laudarim maxime, qui ulla sine habenarum ui pro nutu compescitur: si uero freno cogente eum cōmode subegeris, nequaq; mirum: neq; enim pecudis generositate, sed freni necessitate ipsa modi obseruatio reputabit. Idēti dem & in anima licet intueri, q imminente timore, si tranquille perseuerat, nequaq; mirum: cum uero tētatio ipsa quieuerit, atq; timoris quis amouerit frenū, tunc uim mihi philosophantis animæ ostende, modestiamq; omnem. Sed uereor ne Iudæos accusare uolens, nostram in primis conuersationē accusem. Quoniam quidē & nos si quando fame pesteq; fluctuamus, & grandine, & siccitate, & incendijs, & hostiū incursibus: nónne per
B dies singulos ad ecclesiam conuentus, multitudo ploratu ac gemitibus resonat, ac plurima nobis inest philosophia, despectusq; rerum domesticarum, & neq; pecuniarum cupido, neq; glorię desiderium, neq; libidinis cōflictus, neq; prauus alius cogitatus tunc surrepens, impedit. Sed uniuersos uos ad dei contulistis cultum, cum oratione & lachrymis: & fornicator quidē de castitate tūc agit, obiurgator & conuitiosus conciliationi inhęret, auarus ad eleemosynam flectitur, iracundus & furens ad mitem animum mansuetumq; reuertitur. Atq; ubi deus iram illam depulerit, deq; tot fluctibus fecerit trāquillitatem, protinus iterū priores ad actiones, dānatasq; properamus. Sed neq; ipso in tentationū tempore distuli tūc prædicare, ea
C testificatus, cū nihil magis in uobis euenit: sed ueluti somnū & umbrā uniuersa illa cogitationibus uestris excluſistis: propterea nūc abundantius q̄ tunc timeo: quodq; tūc dixi, nūc magis formido, ne prioribus peiora contrahamus mala, tūcq; plagam à deo recipiamus insanabilem. Nam cū quis continuò peccās dei consequitur indulgentiam, postea nihil ab hac æquanimitate lucrifacit homo, ad malitiæ fugam hunc præparat, deinceps deus uel cor inuitū ad ipsum malorū deducat culmē, funditusq; cōterat, neq; iā dedit pœnitētiæ illius locū: q̄d & in Pharaone cōtigit. Vbi eñ prio ri, & secunda, & tertia, & quarta, alijsq; post illas plagis à deo lōganimitatis plurimū cōsecutꝰ est, idq; sibi nullo accessit usui, cōtriuit eum reliquū,
D atq; cū ipsa ciuitate simul perdidit: Idem & Iudæi passi sunt. Quare Christus eos p̄diturus, eremūq; desuper inducturus, sic prius alloquit: Quoties Luc.13 uolui cōgregare filios tuos, & noluisti? ecce relinquetur domus uestra deserta. Vereor igit ne forte eadē ipsi patiamur, q neq; in alienis malis prudentiores simus: atq; hæc nō modo ad p̄sentes, sed ad eos dico, q studio quotidiano delapsi, priorum tribulationū oblīti sunt, ad quos nequaq; clamans destiti dicēs, Quanq; tentationes cesserint, earum tamē uestris in animis memoria maneat, q̄ et beneficiorū semper memores cōtinuas gratias habeamus eadē tribuēti deo. Hæc & tūc dicebā, & nūc dico, & uobis & per uos illis. Imitemur sanctos, qui neq; pressuris mersi, neq; secūdis rebus aut longa pace debiliores fuere, quod & plures

mortalium nunc patimur. Sicut enim imbecillio A
res cymbæ fluctuatione uel parua circũuentæ de
mergunt. Nam inuecta paupertas sæpe deiicit in
profundũ, eo q obrutos relinquit: iterumq; ipsa
opum rediens facies nos tumore circũdedit, atq;
in summam deduxit superbiam. Quapropter æra
nostra omnia relinquẽtes, animas proprias ad sa
lutem computemus: hac enim bene sese habente,
quodcũq; ingruerit mali, quamuis fames, quam-
uis morbus, quamuis pecuniæ direptio, aut aliud
si quid huiusmodi, tolerabile erit, & leue domini
co ex præcepto, atq; ipsa quã in illũ spe habemus:
eo q anima sese deo minus accõmodãte, tametsi
diuitiæ affluant, pueri assint, millecq; pecuniæ uo-
luptates, nullũ profectũ ad tristitiæ curarumq; le-
uamen contrahet. Igitur nequaq; diuitias quæri- B
temus, ne paupertatẽ uitemus: sed prius quisq; no
stram curemus atq; ornemus animam, eamq; ac-
cõmodemus ad præsentis uitæ dispẽsationẽ, atq;
ad ipsam, quam hinc facturi sumus profectionẽ.
Iam enim modicum & probatio uniuscuiusq; no
strum fiet, cũ omnes adstabimus tremendo Chri-
sti tribunali propriis actionibus induti, & oculis
intuebimur eas atq; dicemus: Id mihi lachrymæ
orphanorum, id uiduarum suspiria, id inopũ que
relæ, id rapinæ pauperum, id turpes luxuriæ, qui-
bus nostras inquinamus animas. Non hęc autem
modò, aut his proxima: sed si quid inconcinnum
mẽte tractauimus, quoniam & ipse mentiũ scru-
tator, & cogitationum iudex: & iterum, Scrutãs
Psal.7 corda & renes deus: &, Reddens unicuiq; secun- C
Psal.61 dum opera sua. Hic mihi sermo non ad illos, qui
uitæ curis implicãtur solum, sed & qui tuguria in
montibus fixerunt, quorum corpora nõ solum à
fornicationis labe debẽt abesse, sed etiam animæ
ab omni auaritia satanæ. Non enim modo mulie
res sanctus alloquitur Paulus, sed & uiros, & uni
uersam ecclesiam, animam in uirginitate perseue
1.Cor.7 rantẽ, sanctã esse corpore oportere & spiritu. Et
2.Cor.11 iterum: Despondi uos uni uiro uirginẽ castam ex
hibere Christo. Castam aũt quomodo? haud ha-
Matt.25 bentẽ maculam uel rugã. Quoniamquidẽ uirgi-
nes illæ lãpades habẽtes extinctas, uirgines qui-
dem fuerant corpore, corde castæ non erant. Sed
tametsi eas corruperat nemo, pecuniæ tamẽ libi-
do corruperat. Earum quidẽ corpus purum: ani- D
ma plurimo adulterio, malarumq; repleta cogita
tionũ erat in se repentium, pecuniæ cupidine, &
impietate, & ira, & inuidia, & derisu, et obliuiõe,
& superbia, omnibus pariter uenerabilem uirgi-
nitatis statum demolientibus. Quare & Paulus di-
1.Cor.7 xit, Vt sit sancta corpore & spiritu: & iterũ, Virgi
nem castã exhibere Christo. Quemadmodũ em
sub adulteris corpus corrumpitur: sic anima sub
satanæ cogitationibus inquinatur exemplis per-
uersis, à cogitationib. corruptis. Qui enim dicit,
Virgo sum corpore, anima uero inuidet fratri: hic
nequaq; uirgo: uirginitatẽ enim uitiauit suã. Iterũ
inanis gloriæ homo, non iam uirgo anima: nam
hæc irrepens passio eius uirginitatem soluit. Qui
uero odit fratrem suum, hic homicida potius cen
seatur quàm uirgo. Atq; ut uniuersa sub una defi-
nitione cõplectar: Quisq; in eum peruersus quo
tenetur morem, propriã uirginitatẽ corruperit.
Propterea Paulus uniuersos hos morbos prauos
excluſit, exilioq; dignos duxit, atq; mãdat ita nos
esse uirgines, ut animæ nullã sponte suscipiamus
aduersariam cogitationem. Quid ergo aduersum
hæc dicemus? quomodo misericordiã conseque
mur? quomõ saluabimur? quoniamquidem pror
sus nihil tale custodimus: quomodo ergo saluabi
mur? Ego dico, orationẽ corde semper uersem9,
atq; huius fructus, mansuetudinẽ dico, & humili-
tatẽ. Discite eĩ inquit, à me, qm̃ mitis sum & hu- Matt.11
milis corde, & inuenietis requiẽ animab. uestris.
Et iterũ Dauid: Sacrificiũ deo spiritus cõtribula- Psal.50
tus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ despiciet.
Nihil enim deo tam gratũ, tam amabile est, q; mi-
tis anima, mansueta, gratiasq; habens. Aduerte i-
gitur & tu, si quid nimis molestum incidens uide
ris, impedimentoq; tibi paratũ, nequaq; ad homi
nes confugeris, aut ad humanũ prospexeris auxi
lium: sed uniuersos transiens, ad animarum medi
camentum illud euola. Cor enim curare solus po
test, qui finxit singillatim corda nostra, & intelli-
git semper omnia opera nostra. Ipse ergo nostrã
subire conscientiam, mentem tangere potest, ani
mam flectere. Si uero ille minus inclinauerit cor
da nostra, superfluũ erit atq; inutile quicquid ab
hominibus exigetur. Quemadmodũ etiã deo ex-
hortante & consolante nos, quamuis mille homi
nũ molestauerint, haud in re sanè uel in minima
offendere potuerint. Nam cũ ille in solido cor po
suerit, nemo id uel moueri coegerit. Hæc igit̃ sci-
entes, ad deum semper cõfugiamus, & uolentem
& potentẽ nostras molestias soluere. Atq; homi-
nes si quando exorare oportet, & ianitorib. prius
occurrere cõuenit, parasitisq;, histrionibusq; sua-
dere, & longã sæpenumero uiam abire. In deo ni
hil est tale. Sine mediatore exorabilis est, sine pe-
cunia, sine impẽsa precibus annuit. Satis est enim
solo corde clamare, lachrymas fundere: atq; ilico
eum ad misericordiam cõtraxeris. Et item homi-
nes deprecantes, sæpenumero formidamus, ne
quis inimicorum perceperit, aut rem ex aduersa-
rijs quispiam intellexerit: alioqui prodit dicẽda,
iustumq; corrumpit. In deo aũt nihil est tale suspi
cari. Cum enim me uolueris precari, solus accede
adstãte nemine, corde uidelicet clama, neq; labia
mouens, hostium tuum claude. Intra, inquit, cubi Matt.6
culum tuum, & hostium tuum claude, & ora pa-
trem tuum in occulto. Vide honoris excellentiã:
cum aũt te honoro, orbem uolo beneficij testem:
credamus ergo, atq; haud ad ostentum oremus.
Neq; contra inimicos, sed deũ nostris pro tædijs
oremus, neq; illum nostri auxilij modum docea-
mus. Si enim aduocatis & oratoribus hominibus
forensibus in iudicijs solũ res ipsas nostras expli-
camus, suffragiorũ uero locos illis relinquimus,
qui pro libito nostras ipsi partes disponãt: multo
magis in deo id faciendum fuerit. Dixisti ei cau-
sam tuam, dixisti quæ passus es: cessa iam dicere,

quo

dicitiæ orchestram si quis dixerit, haud peccaue-
rit, pessimũ illum locum, plurimorumq; morbo-
rum plenum, Babylonicam fornacẽ: omnino ue-
lut in fornacem quandam cõpelleris in theatrũ.
Diabolus urbem sic infernalibus flammis submi
nistrans, non iam malleolos submittit, ueluti Bar
barus ille, neq; naphtham, neq; stupã, neq; picẽ:
sed his multo peiora, fornicarios usus, turpia uer
ba, delibuta membra, atq; omnes plenos malitiæ
cantus. Illam igitur fornacẽ barbaricæ manus ac-
cenderunt, hanc aũt fornacẽ cogitationes Barba
ris insipientiores accendunt: hæc illa peior, quan
doquidem ignis deterior, non qui corporis natu
ram, sed qui bonam animæ depopulat habitudi-
nem. Et quod nocentius est, neq; ipsi qui combu
runtur, idipsum sentiunt. Si enim sentirent, non
iam effusum illum in his risum emitterent. Igitur
id uel pessimum est malum, cum quis infirmatur,
neq; idipsum quod infirmatur nouit: & miserè ar
dens & erumnose, nõ sentit incendiũ. Quænam
ieiunij utilitas, dic mihi, cum quidẽ corpus arces
legitimo à nutrimento, iniquum uero nutrimen-
tum animæ inducis? cum diem illic trahis sedens,
communem naturã deturpatam intuẽs ac defor-
matam, mulieresq; fornicarias adulterio damna-
tas, illic cuiusq; domus mala colligẽtes? Nam &
fornicationes uidere dat, & audire blasphemias,
quò & ipsos per oculos, & per auditũ ipsi animæ
morbus procedat: alienas imitantur calamitates,
unde & ipsis nobis inest turpitudinis contagio.
Quod igitur ieiunij lucrũ, dic mihi? Anima cibis
eiusmodi nutrita, quibus oculis uxorẽ illis à thea
tris uidebis, quibus oculis uidebis filiũ, quib. do-
mesticum, quibus amicũ? Necesse aũt dicentem
illic gesta turpitudine, aut tacentem rubore con-
fundi. Sed hinc nõ sic abis: licebit uero domi mul
ta cum fiducia uniuersa narrare, propheticas uo-
ces, apostolica dogmata, leges diuinas, omnẽ uir
tutis mensam apponere, uxorẽq; narrationibus
eiusdem pudiciorem reddere, amicabiliorem fi-
lium, chariorem domesticũ, atq; ipsum inimicum
persuadebis odium deponere. Vides quomodo
hæc quidẽ ubiq; salutaria dogmata, illa uero spur
cè ubiq; resonantia? Quæ igitur ieiunij utilitas,
cum corpore quidẽ ieiunas, oculis uero mœcha-
ris? Adulteriũ non ipsa modo conglutinatio, aut
copula corporis, sed & impudicus est usus. Quæ
utilitas cum illinc hinc abis? ego corrigo, ille cor
rumpit: ego medicinas morbo adhibeo, ille cau-
sam morbi ministrat: ego naturæ flammam extin
guo, ille libidinis flammã accendit. Quæ utilitas,
dic mihi? unus ædificans, & unus destruens, quid
sibi labore profecerunt? Non ergo hic incassum,
sed utiliter conuersemur, quò fructuose, quò mi-
nus inuanum hic, quò non inutile, atq; ad dam-
nationem unus ædificans & unus destruens, fa-
cilitate subuersionis ædificantium multitudo uin
catur. Magnæ profecto turpitudinis & iuuenes
& senes ad studium festinare. Sed utinam eousq;
esset malum. Etenim id homini libero intolera-
bile fortasse uidetur, & damno plectendum ma-
ximo, improbratione & cõfusione: uerum enim
nequaquam ad confusionem usq; erogata correc-
tio. Sed tormenta imminẽt, & pœnę: necesse est
enim illic sedentes adulterij delicto natare, non
quòd mulierib. copulemur, sed quòd impudicis
eas intueamur oculis. Etenim his necesse est quẽ
piam adulterio deprehendi. Neq; meũ uobis di-
cam sermonem quò minus negligatis, sed diuinã
legẽ explicabo, ubi neglectui nequaquã locus.
Quid ergo diuina lex inqt? Audistis quia dictũ *Exod.20*
est antiquis: Non mœchaberis: ego autẽ dico uo *Matth.5*
bis, quod quicunq; uiderit mulierem ad concu-
piscendum eam, iam mœchatus est eam in corde
suo. Vidisti adulterium consummatũ: uidisti cõ-
pletum peccatũ? Et quod deterius in adulterijs,
deprehensum adulterio, non humano sed diuino
sub iudicio adulterij reum esse, hinc mortales pœ
næ. Quicunq; enim uiderit mulierem ad concu-
piscendum eam, iam mœchatus est eam in corde
suo. Non modo morbũ, sed et morbi radicẽ euel-
lit. Radix enim adulterij concupiscentia impudi
ca. Quare non modo plectit adulteriũ, sed & con
cupiscentiam adulterij matrem. Sic & medici fa-
ciunt, nõ ad morbos instant solum, sed ad causas
etiam tollendas: quamuis ægrotantem oculũ ui-
derint, prauũ reuma desuper à tẽporibus compe
scunt: sic & Christus facit. Cæcitas mala est adul-
terium, oculorũ est morbus, non corporis solum,
sed animæ prius. Idcirco inde compescit reuma
impudicitiæ per timorem legis. Quare nõ modo
adulteriũ punit, sed concupiscentiam quoq; ulci
scitur. Iã mœchatus est eam in corde suo. Corde
corrupto, quæ deinceps utilitas in reliquo corpo
re? Quemadmodum enim in plantis & lignis, si
quando excessum uidemus, reliquam de cætero
repudiamus partem: sic & in homine, cum id pe-
rierit, incassum est inde reliqua corporis sanitas.
Auriga perit, fractus, deiectus est, uacuum in po-
sterum equi currunt: laboriosa lex & multũ one-
ris habet: sic igitur & magnam habet coronam
eiusmodi: laboriosa nanq; magnas habet retribu
tiones. Tu uero nequaquã laborem attende, sed
retributionem considera. Sic & in uitæ rebus fit.
Si eñ laborẽ prospexeris, graue atq; onerosum:
si uero retributionem cogitaueris, leue & facile
quod subest. Sic & gubernator, si fluctus uiderit
solũ, nusquã è portu scapha digredietur, sed ipsam
præ fluctibus utilitatem commodumq; metitur,
atq; demũ credit innabili pelago. Sic & miles si
uulnera cædesq; uiderit, non iam induit thora-
cem: si uero triumphos pro uulneribus uictoriasq;, imperatũ quasi cõcurrit ad prælium. Quæ
enim natura grauia, sic leuia fiunt, cum iam non
labores cogitamus, sed ipsos laborũ fructus con-
sideramus. Discerẽne uis quomodo natura gra-
uia, leuia fiunt? Paulum audi dicentem: Nam & *2.Cor.4*
ipsum momentaneum & leue tribulationis no-
stræ supra modum excelsum, æternũ gloriæ pon
dus operatur in nobis. Ænigma est quod dicitur:
tribulatio quomodo leuis? hæc enim repugnant.
Sed soluit ænigma illatio, sustentãs tribulationis

leuitatẽ.quomodo ergo eſt leuis? quomodo non hæc quæ uidentur nobis duntaxat cõſiderantib. Sed coronã propoſuit nũc quidem inuiſibilem, certamen atq; leue ſimul fecit ſeculum. Oſtendit brauium, & deſudantem ſolatus eſt. Tu uero cũ mulierem uideris formoſam, ſplendentẽ oculis, ornatam ſtola, libidine titillantem, deſiderantem uiſum, reſpice deſuper ſtantẽ coronam, quò tale ſpectaculum prætereas. Vidiſti cõſeruum? domi num conſidera, atq; omnino morbum curabis. Si enim qui diſciplina pædagogũ ſequuntur, nõ flectuntur circum, nõ uariè inhiant, non ſtudio deſiſtunt: multo magis tibi, qui Chriſtum quaſi præſentem cogitationibus intueris, nihil horũ fuerit. Quí mulierem uiderit ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Iucundè ac ſæpius legis decurro brauiũ, utinã & per dies ſingulos idipſum decurriſſem: imò non ad uos, ſed ad eos qui peccatis ſunt obnoxij, magis autem et ad uos. Nã uos firmiores eſſetis, & qui morbo laborant, ad ſanitatem citius redirent. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sufficiunt omnẽ peccati morbum purgare nuda hæc uerba recitata. Sed ignoſcite, uulnera purgamus, uulnera uero purgantem neceſſe eſt amaras medicinas imponere. Quanto uero magis portabũt uerba, tãto magis purgabit̃ uirus. Quemadmodũ igitur ignis natura, auri naturę quanto cohærebit, tanto magis uirus cõſumit: ſic & uerborũ timor, quanto mente imprimitur, tanto magis peccatũ impudicitię noſtrę purgat̃. Hic igne examinemus, uerbo ſcilicet

1.Cor.3 doctrinæ, quò minus idipſum cogamur examinare gehennæ igne. Nam purgatã animã atq; hinc abeuntẽ ille non ſuſcipiet ignis. Vniuſcuiuſq; em̃ opus quale (inquit) ſit, ignis ꝓbabit. Probemus noſmetipſos nũc ſine dolore, quò nec cum dolore tũc probemur. Quicquid ergo fortaſſe dixeris, id erit quod diximus laborioſa lex. Quid igitur, impoſſibilia mandat nobis deus? non, inquã, obmuteſce, neq; domino ſuccenſeas. Non enim hic reſponſi modus, ſed peccati additamentũ priori peius. Quòd aũt peccatorũ plurimi conſueuerũt

Matt.25 in dominũ ſuas accuſatiões retorquere, audi: Acceſſit ille cui talenta quinq; tradita fuerant, et alia quinq; attulit: acceſſit qui duo, et alia duo attulit: acceſſit cui unum fuit creditũ, & quoniã non habuit talentũ quod ferret, pro talento accuſationẽ attulit. Quomodo? Noui, inqt, quoniã auſterus ſis. O ſerui proteruiam, non contentus peccato, etiã contra dominũ ſtatuit accuſationẽ. Metens ubi nõ ſeminaſti, & tollens quod nõ poſuiſti: Sic & in præſenti uita quotquot nihil operanẽ boni, additamentũ malorũ faciunt accuſationẽ aduerſus dominũ. Nequaquã igitur dominũ incuſes: haud mandat impoſſibilia: multi & ipſa ſuperant mandata. Ergo ſi impoſſibilia fuiſſent, minus ſua ſponte ſuperaſſent. Virginitatẽ, in boniſq; nihil poſſidere nuſquã mãdat: atq; à ſe propriã ſubſtantiã multi abijciũt, ipſis operib. reddentes teſtimonium legibus mandatorũ ineſſe multũ facilitatis.

A Nequaquã ergo ſuperaſſent ea, niſi facilia approbaſſent. Nõ mãdauit uirginitatẽ: nam uirginitatẽ mandans, & neceſſitatem & uoluntatẽ agit: qui uero admonet auditorẽ, relinqt dñm propriæ uoluntatis. Propterea Paulus inquit: De uirginibus 1.Cor.7 autem præceptum nõ habeo, conſiliũ autem do. Cernis non mandatũ, ſed conſilium? Cernis non præcipientem, ſed admonentem? Alterum neceſſitatis, inquit, alterum uoluntatis. Non præcipio, inquit, ut non onerem. Moneo & cõſilium do, ut alliciam: Sic & Chriſtus nequaquã inquit, Omnes uirginitatẽ tenete. Nam ſi mandaſſet omnes uirginitatem tenere, & legẽ mandaſſet eſſe præceptũ, his obediens iam non honore multo dignaretur, & inobediens ſupplicia dediſſet. Vi-

B diſti quemadmodũ nobis parcit legislator? Quo modo noſtra ſolicitus eſt ꝓ ſalute? Nunquid non poterat pręceptũ hoc ponere, & dicere: Qui quidem uirginitatem ſequentur, honorabuntur: qui uero non, punientur? ſed oneraſſet naturam: parcit ergo naturæ noſtræ. Dimiſit extra ſtadium, dimiſit ſuperiorem certaminibus uirginitatẽ, quò & in ea proficientes, ſuam magnanimitatẽ oſtendant: non proficientes uero, domini indulgentia digni habeantur: Sic & de mendicitate rem non poſuit in præcepto, neq; ſimpliciter dixit, Vende quæ habes: ſed, Si uis perfectus eſſe, uade & uẽde quæ habes. In tua ſitũ eſt uoluntate, dominus eris conſilij tui: non cogo, nõ grauo, ſed proficientẽ quidem coronabo, nõ proficientem non punio.

C Nam ea quæ ex mandato, quæũe ex debito fiũt, præmium iam non tale conſequuntur: quę de induſtria, ſponteq; fiunt, ſplendidas coronas ſuſcipiunt. Atq; horũ Paulum inducã teſtem: Si Euan 1.Cor.9 gelizauero, inquit, nõ eſt mihi gloriatio. Quare? Neceſſitas mihi impoſita eſt. Væ em̃ mihi eſt niſi Euangelizauero. Cernis in legibus hunc quidem proficientẽ non multũ habere præmij, neceſſitas enim eſt: qui autẽ non proficit, reus erit ſupplicio & uindicta. Væ aũt eſt mihi niſi euangelizauero. In cæteris uero quæ ex propoſito, nõ ſic. Sed qd? Quæ eſt ergo merces mea? ut Euangelium prędicans, ſine ſumptu ponã Euangeliũ Chriſti, ut nõ utar poteſtate mea. Ibi lex erat, propterea mercedis multũ non habuit: hic propoſitũ, quare merce

D dis multũ habuit. Hęc à me omnia nõ inuacuũ dicta ſunt, ſed diuinæ legis gratia, ut oſtendam grauem nõ eſſe, nõ eſſe oneroſam, non laborioſam, neq; impoſſibilẽ. Qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Vidit ſimul & idipſum Chriſtus multos legis difficultatem accuſaturos: quapropter haud nudã, neq; ſimplicẽ induxit, neq; à ſemetipſo: ſed antiquæ legis memoriã reduxit à comparatione, felicitatẽq; illius atq; humanitatẽ oſtendit. Quomodo aũt, attendite. Nõ enim ſimpliciter dixit, quiderit mulierẽ ad concupiſcendũ eam, iã mœchatus eſt eã in corde ſuo. Hic ergo diligẽter attẽde. Sed prius antiquæ legis reminiſcit̃, dicẽs: Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, nõ mœchaberis: ego Exod.20 autem dico uobis: Omnis qui uiderit mulierẽ ad concu-

cõcupíſcendum eam, mœchatus eſt eam in cor- A
de ſuo. Vidiſtis geminas, legem ueterẽ & nouã,
quam poſuit Moſes, & quã ipſe introduxit? Ma-
gis aũt & illam poſuit, etenim per Moſen. Quare
perſpicuũ eſt eam ipſam à ſe fuiſſe poſitã. Nõ ex 1.Cor.7
Ioanne, aut apoſtolorũ quoquã teſtimoniũ uſur-
pabo: nam ad Iudæos mihi concertatio eſt, ſed à
prophetis quibus uidẽtur credere, ab ipſis oſten-
dam & ueterem & nouã unum habere legislato-
Hier.31 rem. Quid igitur Hieremias inquit? Diſponã uo
bis teſtamentum nouũ. Sed inde uidemus quòd
& ueterem idem ipſe dederit, dicente: Ego diſpo
nam uobis teſtamentũ nouũ, non iuxta teſtamen
tum quod diſpoſui patribus ueſtris. Ita, ſed hacte
nus iam non rem oſtendimus: oportet enim uni-
uerſa eiuſmodi refragrãtia adducere in medium, B
manifeſtaq; facere, quò ſermo cõtinuo purus no
bis inſit, nullãq; impudentibus relinquamus cau-
ſam. Diſponã uobis teſtamentũ nouũ, non iuxta
teſtamentum quod diſpoſui patribus ueſtris. Di-
Gen.6 ſpoſuit teſtamentũ Noe cum diluuiũ fuit, uolens
nos timore liberare & colluctatione, ne diluuiũ
intuentes & hymbrem, id cõmune exitiũ aſſiduè
Ibid.9 timeremus: propterea inquit: Diſponã teſtamen
Ibid.17 tum tecũ, & cum uniuerſa carne. Iterũ ad Abrahã
teſtamentũ circũciſionis diſpoſuit. Diſpoſuit te-
ſtamentũ per Moſen omnibus notũ. Dixit Hiere
mias: Diſponã uobis teſtamentũ nouum, non ſe-
cundum teſtamentũ quod diſpoſui patribus ue-
ſtris. Dic, quibus patribus? Etenim perſonarum
indeterminatio confuſionẽ parit. Hic aduerte nõ C
iuxta teſtamentũ quod diſpoſui patribus ueſtris,
non quò minus credas ſub Noe teſtamentum da
tum: ſed eius de cætero temporis ſic reminiſcitur
1.Cor.9 dominus, dicens: Diſponã uobis teſtamentũ No
uum, nõ iuxta teſtamentũ quod diſpoſui patrib.
ueſtris: ſubiunxit & tempus, In die qua tenui ma-
num eorum ut educerem eos de terra Ægypti.
Quo paternũ oſtenderet amorem, non quaſi ſer-
uos eduxit, ſed ueluti paruulum filiũ manu acci-
piens pater, ſic liberauit: nõ poſt tergũ ſequi man
dauit quaſi ſeruũ, ſed ueluti filiũ nobilem & libe-
rum manu tenẽs, ſic duxit. Vidiſti teſtamentorũ
duorum teſtatorẽ unicũ? Quoniã in certamine li
berati ſumus, & ex uno id tibi oſtendam, ut teſta-
mentorũ conſonantiã noſcas. Vidiſti prophetiã D
quæ ex uerbis eſt? diſce uel eã quæ figuris cõſtat,
quanuis idipſum perſpicuũ ſit, quidnã per figurã
ſit prophetia, quidue per ſermonẽ prophetia: bre
uibus ergo idipſum manifeſtũ faciemus. Prophe
tia per figurã quæ rerũ eſt prophetia, altera pro-
phetia uerborũ: nam prudentioribus, quibuſq; uer
bis perſuaſit, rudiores uero per rerum uiſionẽ co
hortatus eſt. Quoniamquidẽ futurũ erat rem ma
gnam in lucem prodire, & deus carnem ſuſceptu
rus erat: quando quidem terra cœlum fore debe-
bat, noſtraq; natura ad angelorũ nobilitatẽ aſcen
dere, quoniamquidẽ ſpẽ ipſam ſuperauit & ex-
pectationem, egrediens ſermo futurorũ bonorũ,
uti nouum & inauditũ repentè cõparens, audien
tes minus uidentesq; turbaret: figurauit olim per

res, perq; uerba noſtrũ aſſueſcens & auditũ & uiſum, quodq; in lucem futurũ erat præparans: hoc autem erat quod diximus: quòd eſt per figuram prophetia, & quòd eſt per ſermonem prophetia. Altera quidem rerũ, altera ſermonum. Dico tibi rerum prophetiã, & uerborũ idipſum. Sicut ouis Eſa.53 ad occiſionẽ ductus eſt, & ſicut agnus corã tondente ſe obmuteſcet. Hæc per uerbũ prophetia: Cum enim Abrahã tulit Iſaac, tunc arietem uidẽs Gen.22 hærentem cornibus, ad ſacrificiũ duxit, opere ue luti per figurã proclamans nobis ſalutarẽ paſſionem. Quod igit̃ dixi, uis tibi duo hęc teſtamenta per opera oſtendam? quemadmodũ uidiſtis ouẽ in uerbo, diſcite & in re. Dicite mihi, qui ſub lege Gal.4 uultis eſſe. Bene dixit, uultis, non enim erant ſub lege: fortaſſe ænigma eſt quod dicit̃. Nam lex au ditores Chriſto tranſmiſit: qui magiſtro iniuriat̃, ignorat et pędagogũ. Quare inquit, Dicite mihi, qui ſub lege uultis eſſe, legem nõ audiſtis? Quoniam Abrahã duos filios habuit, unũ de ancilla, alterum de libera, quæ ſunt per allegoriam dicta. Vidiſti per rem prophetiã? in eo enim quòd mulieres habet, non uerbum, ſed res eſt. Et ſeruam & liberam oſtendit tibi per uerba. Quoniã duorum teſtamentorum unus eſt legislator, diſce & ipſam figuram. Abraham duas uxores habuit, hę autem ſunt duo teſtamẽta et unus teſtator: Quẽadmodum illic ouis & ouis, alterũ quidem in uerbo, alterum autem in re, multa uero & operũ, & uerborũ cõcordantia ineſt: ſic & hic teſtamenta duo. Et hoc Hieremias quidẽ per uerba prędixit: Abraham autem duas habens uxores, operibus figurauit. Quemadmodũ igitur unus uir & uxores duæ, ſic unus legislator, & teſtamenta duo. Sed quod dixi, uniuerſa unde hęc effuſa ſunt: Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sed quare hæc uniuerſa nouimus? Cuius ergo rei gratia ueterẽ ipſis legẽ repetit? dicit enim ipſis: Audiſtis quoniam dictũ eſt antiquis, Nõ mœchaberis. Cogno Matth.5 uit difficile eſſe mãdatũ, nõ ſuapte natura, ſed audientium deſidia. Multa enim quæ natura facilia ſunt, difficilia fiunt cum pigritamus: ueluti difficilia quę ſunt, leuia & facilia fiunt nobis accurate proſpicientibus: non enim difficultas rerum naturæ ineſt, ſed exercentium propoſito. Quod ueriſſimũ eſſe uel ex eo patet. Nam mel natura dulcedinẽ habet, atq; eandem iucundiſſimã, ſed ægrotis amarũ quid atq; illibitũ eſt, nõ propria, ſed illorum ægritudinis natura: ſic lex tametſi uideat̃ onerosa, non ſua natura, ſed noſtra fit pigritia. Haud etenim mihi multũ laboris, oſtẽdere factũ facile eſſe: nã idipſum difficile aliud dicere oportuerat. Nũc enim dicit, Fuge mulieris uiſum, à luxuria recede. Quod aut peius oppoſitũ dicere fuerat, exquire mulieres, ſcrutare alienas formas, atque ſic libidinẽ uince. Id ergo difficile fuerat: nã dicere, Fornacẽ fuge, recede lõgius ab igne, flammæ propius nõ acceſſeris, quò ſis innocuus, multũ facilitatis habet. Etenim iuxta naturã mandatum eſt antiquis, Non mœchaberis. Cuius igitur rei gratia antiquã legem nobis ad memoriam redegit?

Exod.20

degit? Alteram introducturus, quò scilicet comparatione discas non esse huius atq; illius pugnã. Cum enim ponitur comparatio, tunc fit manifestius iudicium, quoniam inficiaturi erãt quidam quod legislatoris loco hæc diceret. Ecce, inquit, utrasq; alternatim leges pono, tantã addisce consonantiam. Non id solum, sed etiam ut ostendat
Matth.5 facilẽ opportunecq; introductam: propterea inquit: Audistis quia dictũ est antiquis, Nõ mœchaberis. Tã diu in antiqua lege cogitauistis. Quasi doctor pigritanti paruulo antiquorum doctrinæ inniti uolenti, atq; ad altiora eum tollere cupiens dicit: Cogita quantũ temporis hac in lectura contriuisti. Sic & Christus recordatus, eos prolixiori tempore tenuisse legem antiquã, & cogitasse in ea, essecq; tempus de cætero ad altiorem conscendere, ad ipsam quę patrũ quandoq; fuerat, legislationem traducit, dicens: Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis: id antiquis dictũ est, ego autem dico uobis. Si enim antiquis dixisset, meritò quæritis, cũ imperfectior adhuc esset nostra natura. Ea uero cum altius pullulauit, perfectior facta est, atq; discipulis perfectioribus. de cætero ipsis erat. Propterea incipiẽs à legislatione, ne quis intuens philosophiæ sublimitatem, pigritet, aut mora teneat, inquit: Nisi abundauerit iustitia uestra plus cẽ pharisæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Plus à me laboris exigis? quare? nũ una cũ illis nõ sum natura? nunquid nõ homo similis illis? Quò minus hæc dicerẽt: Quare nobis labores addidit? quare maiores desudationes exquirit? dicẽs labores, dicẽs certamina, dicẽs extẽsionem legis, & præmiorũ meminit. Nequaquã, inquit, Palæstinam do, neq; terrã fluentem lac & mel, sed ipsum uobis cœlum defero. Neq; in officiorũ mercede plura solum recipimus, sed etiam in ipsa peccatorũ transgressione supplicium maius trahimus. Quemadmodũ qui legem prẽcesserunt, mitiorem pœnam his dederũt, qui peccauerunt in lege. Quicunq; enim sine lege peccauerunt,
Rom.2 sine lege peribunt: id est, legem accusantem nequaquam habebunt. Sed hos cõtra ab ipsa natura sententiam, inquit, feram inter cogitationes accusantes, uel respondẽtes. Sic & his qui in lege peccauerũt, delinquentes sub gratia grauioribus suberunt tormentis. Atq; differentiam ipse ostendit Paulus, dicẽs: Irritam quis faciens legẽ Mosi,
Heb.10 sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus morietur. Quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit? Cernis sub gratia maiorem pœnã, ueluti & præmia maiora. Sed quoniam sancta mysteria ad memoriam uobis retuli horrẽda ac spiritualia, rogo, obsecro, deprecor, atq; omni cum instantia expeto, omne deponentes peccatũ, horrendam sic ad
Ibid.12 mensam hanc accedere. Pacẽ, inquit, sequimini cum omnibus, & sanctificationẽ, sine qua nemo uidebit deum. Qui autem uidere dignus non est, neq; cõmunione dignus est dominici corporis.

Propterea Paulus inquit: Probet aũt se homo, & sic de pane illo comedat, & de calice bibat. (Nõ reuelauit ulcus, non in cõmune theatrum accusationem produxit, nõ delictorũ testes statuit:) Intus in conscientia adstante nemine, prẽter eũ qui cuncta uidet deum, qui & scrutatur, & de peccatis iudicat, & omniũ uitam quasi lance quadam librat, iudiciũ peccatorũ statuens, reforma quod deliquisti, atq; sic pura cõscientia sacram attinge mensam, participesq; sancti sacrificij fias. Hæc mente retinentes, & omnium quæ de luxuria diximus, recordati, quãtacq; his pœna posita sit, qui incontinenter & minus pudice respiciunt in mulieris faciẽ, & præ gehenna dei timorẽ & charitatem habẽtes ante oculos, nosmetipsos hinc inde purgantes, sic sacris mysterijs propinquemus, ne in iudicium damnationemq; nobis fiant, sed in salutem, & animæ sanctitatẽ: fiduciamq; continuã salutis huius suscipiamus: quã assequi nos contingat, gratia & amabili clemẽtia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen. *1.Cor.11*

HOMILIA NONA.

RGO nouistis unde nobis hesternus sermo inceperat, aut ubi defecerat, aut ubi incepimus prioris homiliæ uerba: sed uos oblitos existimo, quo uobis ille sermo quieuerit, qua in re minus dãno, aut redarguo. Quisq; enim uestrum uxorem habens paruulis studet, & quæ domi sunt curat omnia. Alij militiæ indulgent artibus, alij laborant manibus, ac uestrum quisq; diuersis insudat operibus: nos uero in his uersamur, in his cogitamus, atq; in his nostrum terimus tempus. Itaq; ea in re haud accusandi estis, magis pro studio laudandi, quòd nequaquã nos ullo reliquistis solenni die. Is emẽ laudum est cumulus ciuitati nostræ, non tumultum & suburbia, nõ domos deauratis trabibus, triclinijs, sed diligentẽ populũ habere, atq; exercitum. Neq; enim ex frondibus generosam arborem, sed ex fructibus intuemur. Idcirco enim mutis animalibus prælati sumus, quòd sermonẽ habemus: sermone mutuo colloquimur, sermonem amamus. Homo qui sermonẽ abhorret, iumentis est minus rationalis, non satis sciens cuius gratia honoratur, atq; unde honorem accipit. Quare bene Propheta: Homo, inquit, cum in *Psal.48* honore esset non intellexit, cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis. En homo cui proprium loqui, sermonem nõ amas, & quanam indulgẽtia dignaberis? Sic mihi omnes necessarij estis, sed in primis qui ad uirtutis sermonem pennati aduenistis. Vndiq; igitur edocti diuino sermone rem aggrediamur, atq; prioribus sequentia cõnectamus. Debeo enim uobis, atq; ipse læto uobis animo debitũ persoluo: nõ enim id mihi inopiam affert, sed diuitias nuntiat. In his quæ foris sunt, eos qui credunt debitores fugiũt, quò minus reddãt, & merito quidẽ: nã exteris in rebus restitutionẽ inopia accedit, ipsam uero sermonis dissolutionem diuitiæ sequũtur. Quale id est: Debeo cuiquam aliquid: si persoluero, nequit

apud

apud illum & illum esse, atq; etiã apud me, sed à me deficiens, illi adhæsit: sermonẽ uero si persoluero, & mecũ est, atq; omnes habetis: si sermonẽ retinuero, neq; restituã, tunc inops sum: si persoluero, tunc ditior fiam. Si nõ persoluero sermonẽ, solus ipse dítesco: si persoluero omnibus uobis, fructum refero. Eia ergo debitum reddamus. Quidnam id est? de pœnitẽtia sermonem cudimus, ac cæteris de uirtutib. quòd multæ uariæq; sunt pœnitentiæ uiæ, quibus facilis nobis salus fiat. Nam si unam nobis dedisset, repulissemus eam utiq;, dicẽtes: Nequimus hãc ingredi, saluari nequimus. Nunc ipsam hanc tuam amputans obiectionem, nõ unam tibi, neq; secundam, neq; tertiã, sed plures ac diuersas dedit, quo multitudine tibi ad cœlum facilis ascensus fiat. Et dicimus facilẽ esse pœnitentiam, neq; onus in ea: peccator es, eleemosynam ingredere: dic Peccaui, & soluisti peccatũ. Producimus peccantẽ Dauid, & soluentem peccatum: hinc secundam subijcimus uiã, super peccatũ flere, & dicimus: Quisnam hic labor? nõ pecuniam opus effundere, nõ longas ire uias, nec tale quid dicere, sed peccatũ flere duntaxat. Hoc de scriptura inducimus, quod in Achab deus, quòd fleuerit, quòd mœstus fuerit, peccatũ sibi dimisit: atq; idem Heliæ dicit: Nónne uidisti humiliatum Achab coram me flentem, & contristatũ? non faciam secundũ iram meam. Hinc tertiã dedimus pœnitentiæ uiam, ac de scriptura pharisæum duximus in medium, simul et publicanũ. Quòd phaLuc.18 risæus quidẽ superbe elatus, à iustitia cecidit: publicanus humilibus consentiens, fructũ iustitiæ suscepit, neq; ullo sub labore pressus iustificatus est: uerba dedit, res accepit. Age ergo cœptũ sequamur, & quartã proferamus uiam. Et quænam ea est? Eleemosyna, regina illa uirtutũ, homines celerrime ipsorum in cœlorum axes adducet, aduocati optimi loco fungẽs. Magna res eleemosyna, præcidit aetem, tranlit lunam, solis radios cædit, ad ipsum uenit cœlorũ culmen, ipsos pertransiens cœlos, & angelorum populos decurrens, archangelorũq; choros, et omnes superiores potestates, ipsi assistit regali throno. Quod ex ipsa discesAct.10 scriptura. Cornelí, eleemosyna, inquit, & orationes tuæ ascenderũt in cõspectu dei. Tametsi multa habueris peccata, aduocatrix eleemosyna est, Psal.48 ne timeas. Nulla enim super omnibus uirtutibus huic sese oppoſuerat, Christũ requirit, quem ipsa lucrifecit proprijs in manib. baiulãs. Ipsius enimMatth.25 domini est uox: Si qs fecerit uni ex minimis his, mihi fecit. Ita ergo quotquot talia habueris peccata, eleemosyna tua omnibus est grauior. Aut nõ intellexistis in Euangelio decem uirginũ parabolam, quòd eleemosynam non habentes uirginitati indulgentes, à nuptijs excluſæ sunt? Erant, inquit, decem uirgines, quinq; prudẽtes, & quinq; fatuæ: prudentes quidem oleum habebant, stultę uero nõ habebant oleũ, sed extinctas lampades. Accedentes autem stultæ, ad prudentes dixerũt: Date nobis oleum de lampadibus ueſtris. Pudet me, & rubore confundor & lachrymis, uirginem A stultam audiẽs. Erubesco cum audio nomẽ, post tale uirtutis lucrum, & uirginitatis studiũ, ubi in cœlum euolarũt, ubi ad ipsas superiores uirtutes certamen habuerant, laboresq; superauerant, ubi ipsam uoluptatis flammam conculcauerãt: tunc insipientes, & iure insipiẽtes, q; maius cum uicissent, à minore uictæ sunt. Et accedentes insipientes dixerũt sapiẽtibus: Date nobis oleum de lampadibus uestris. Hæ autem dixerunt: Non possumus uobis dare, ne forte nõ sufficiat nobis & uobis. Et non malitiæ illud uerbum, sed timoris: Ne forte nõ sufficiat nobis & uobis: ne forte quẽadmodũ omnes intrare quærimus, omnes remaneamus: sed abeũtes emite uobis à uendẽtibus. Qui nãq; sunt mercatores olei huius? Pauperes ad eB leemosynã sedentes. & quanti emit? quãti libuerit. Pretiũ non appono, ne obijcias inopiã. Quanti potes, tanti eme, habes denarium, eme cœlum: non quòd uenale sit cœlum, sed quòd clemẽs sit dominus. Non habes denarium, da calicem frigidæ aquæ. Inqt enim: Quicunq; dederit uni ex mi Matth.10 nimis istis calicem aquæ frigidæ propter me, non perdet mercedẽ suã. Mercatura negotiatioq; cœlum est, atq; ipsi pigritamus. Da panem, & accipe paradisum: parua da, et magna suscipe. Da mortalia, & immortalia recipe: da corruptibilia, & incorruptibilia accipe. Si celebritas adesset, epulũ habẽs, atq; in ea ciborũ abundantia, multaq; paruo emerentur, num substantiam uendentes, cunctaq; postponẽtes, in partẽ eius negotiationis uenC niretis? Et ubi quidẽ corruptio, tanto studio laboratis: ubi immortalis est negotiatio, pigritatis, atq; adeò cõcidítis. Da inopi, quãuis tu tacueris, orare, p te, respõdebunt infinita. Eleemosyna tua stante & declinante, pretiũ redemptionis animæ eleemosyna est. Præterea pelues & lauacra cũ aqua sunt, quo manus laues, qua uestes aqua: sic & eleemosyna quo per eã animæ manus diluas. Ne inopiã proferas. Vídua in ultimo cœnaculo He- 3.Reg.17 liam hospitabatur, ac paupertas nõ affuit impedimẽto, sed eximio cum gaudio suscepit eum: quare & dignos recepit fructus, & metens eleemosynæ spicam legit. Sed fortasse auditor dicet, Da & mihi Heliã. Quî quæris Heliam? dominũ Heliæ do tibi, nec ipsum cibas: Heliã si inueneris, quomodo hospitaberis? Christi domini sententia est: D Quicunq; uni ex minimis fecerit, mihi fecerit. Si fortè rex quempiam de populo appellauerit, atq; ad seruos dixerit: Reddite gratias huic meo nomine quãplures, q; me inopia laborantẽ nutriuit, qui mihi beneficia in tempore permulta cõtulit: num certatim quisque pecunias eius omnes appenderit, cui rex gratias dederit? Si ergo in hominem regem tantum honoris res ipsa tribuit, cogita Christũ in illa die ad angelos dicentẽ: Hic me in terra suscepit hospitio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic me peregrinũ existentem confouit inducẽs. Cogita de cætero fidutiã, inter angelorũ populos gaudium. Igitur cui testimoniũ Christus perhibet, nõ fidutiam super angelos habuerit. Magna igitur res eleemosyna fratres. Hãc

amando

amando faciamus, cui nihil æquale: potẽs eſt em peccata alia delere, iudiciumq; propulſare. Te tacente infinita pauperũ ora gratias referũt, imò uero minus uerbo aut ore neceſſe eſt, rebus ipſis clamantibus. Tam adeoq; exuberans, tamq; magnũ eſt eleemoſynæ bonum, & ipſi pigritamus & cõcidimus. Da panem pro poſſe: nõ habes panem, da denariũ, da uel frigidæ aquæ calicẽ: atqui neq; id habes, uel magis oppreſſo cõpatere, atq; appẽſam mercedẽ habes. Nõ enim neceſſitatis, ſed intẽtionis eſt merces. Aliter etiã in his diſputemus. Euagata à nobis oratio eſt. Agè, ad propoſitũ redeamus. Date nobis oleũ de lampadibus ueſtris. *Matth.25* Non poſſumus uobis dare, ne forte non ſufficiat nobis & uobis, ſed euntes emite à uendentibus. Abeuntib. aũt ipſis, uenit ſpõſus, & quæ habebãt oleum, intrauerunt cum eo. Et clauſa eſt ianua cõ uiuij. Inſipientes aũt accedentes clamabãt: Aperi nobis domine. Vox aũt ab intra ad eas: Recedite à me, neſcio uos. Id omnino eſt fruſtra magnũ uirginitatis certamẽ. Cogita quomodo poſt tot labores excluſæ ſunt, cũ frenabant incõtinentiam, cum aduerſus uoluptates oppoſuerant ſeſe, cũ ſuperiores ad uirtutes certamẽ habuerant, cum uitæ huius res ſpreuerant, cum periculũ tolerauerãt magnum, cum tantum laboris ſuperauerãt, cum de terra ad cœlũ euolauerãt, cum corporis ſignaculum nõ ſoluerant, ac magnum uirginitatis ſpecimen acquiſiuerant, cũ in corpore quæ incorporeorum ſunt, perfecerant, cum corporis neceſſitates ſuppeditauerant, cum magnũ atq; incomparabile uirginitatis lucrum poſſiederant, tũc audierũt: Recedite à me, neſcio uos. Neq; em mihi exiſtimaueris tantillam uirginitatis eſſe magnitudinẽ. Talis enim uirginitas eſt, ut eam potuerit nemo ueterũ conſeruare. Propterea enim gratia magna, q̃ quæ tremẽda prophetis fuerat & ueteribus eadem nunc facilis leuisq; exiſtimatur. Quę tunc fuerunt grauiſſima & neceſſaria, uirginitas mortisq; deſpectus: ea nũc uel teneræ puellæ paruipẽdunt. Grauis etenim erat uirginitatis poſſeſſio, ut hac ſe nemo religaret. Noe iuſtus erat, & à deo *Gen.6* teſtimoniũ accipiẽs, ſed mulieri adhæſit. Grauis etenim erat uirginitatis prædicatio, q̃d flos de uirgine germinaret. Nemo igit ueterum poterat uirginitatẽ tenere. Magnũ etenim eſt corpus frenare. Pinge mihi ſermonẽ uirginitatis, ſpecimen atq; rei magnitudinẽ diſce: q̃d bellũ habet quotidie nullatenus ſedandũ, ipſo barbarico bello deterius. Nam barbarorũ bellum uel tẽporis quietẽ habet, quo aut paciſcunt, aut ordinant, & quandoq; quidẽ pugnant, quandoq; nõ, & ordines, & tẽpora ſunt: belli uero in uirginẽ collati nulla datur quies. Diabolus eſt enim ſemper bellum inferens. Nõ tẽporis obſeruationẽ ſciens, non globũ in aciem cõgregans, ſed quærens uirginẽ ſemper nudã inuenire, quo mortale infligat uulnus: neq; à bello unquam uirgo ceſſare poteſt. Et damnati ad tempus quidem principẽ uident, neq; paribus moleſtijs premũtur: uirgo aũt quocunq; abierit, & iudicẽ circumagit ſecũ, & inimicũ ſecum portat ad bellũ, neq; ueſperi permittit reſpirare: non nocte, nõ diluculo, nõ meridie, ſed bellat ſemp, uoluptatemq; ſubmittit: nuptias in memoriã adducens, quo uirtutẽ excludat, malitiamq; in ea generet, pudorẽ expellat, fornicationẽ inſerat. Exuriť ergo ſingulis dieb. et horis, fornacis modo ſuccẽſa. Cogita quãtus officij labor ſit. Sed illæ poſt hęc audiuerunt: Neſcio uos. Vide rem magnam, cum uirginitas ſecũ ſororẽ habuerit eleemoſynã, in eam nulla aduerſa poterunt, ſed omnibus ſuperior erit: propterea nõ introiuerũt illę, q̃ cum uirginitate eleemoſynam nõ habuerũt. Multo rubore digna es, uoluptatem debellãs, pecuniæ ſuccubuiſti: ſed uirgo quæ uitæ renuntiãs, mũdo crucifixa, pecuniã amas, utinã uirum deſideraſſes, atq; minus criminandũ fuerat: nam eiuſdẽ ſubſtantiæ rem ac materiã deſideraſſes. Sed & hæc uæ. Quid em quæ ſub uiro ſunt? illæ ſæuitiã male oſtendũt ſub filiorũ umbra. Quòd ſi ei dixeris, Da eleemoſynam, Filios habeo, & nequeo, dicit. Deus filios tibi dedit, fructum uentris accepiſti, non quo ſæua, ſed quo pia miſericorsq; fias q̃. Ne igitur cauſam clementiæ pietatisq;, ſæuitiæ cauſam feceris. Cupis hæreditatẽ bonã filijs tuis relinquere, eleemoſynã relinque, quo te omẽs laudibus efferant, uulgatãq; artẽ memoriæ tuæ relinquas. Tu uero haud habens filios, ſed uitæ crucifixa, quid pecuniam congregas? Sed iuſtus nobis ſermo à pœnitentiæ & eleemoſynæ uia abducit. Diximus eleemoſynam magnã poſſeſſionẽ, inde ſuſcepit nos pœnitentiæ pelagus. Habes igit pœnitentiã, magnam eleemoſynã, ualentẽ peccati catenã diſſoluere: habes & uiã aliam pœnitentiæ opportunã, qua poteris à peccatis te uindicare. Ora per momenta ſingula, neq; orans deficias, dei clementiã pete, neq; repellet manentẽ te, ſed peccata dimittet, & petita concedet. Orans quidem ſi exaudítus fueris, permane gratias agens in oratione: nõ exaudítus, mane orans ut exaudíaris. Neq; dixeris, Multũ orauí, atq; haud exaudítus ſum: etenim fit id ſæpe tuæ utilitatis gratia. Nouit enim q̃ piger es, & cõcidens, quicq; ſi compos uoti fueris, abis iam non orans: & ſub uoto orationis pertrahit te, quo crebrius deum alloquaris, orationeq; exciteris. Nã ſi ea in neceſſitate exiſtẽs, atq; indigens pigritas, neq; orationi inſiſtis: quidnam egeris horum, ſi nullo indigueris? Itaq; id tibi facit, quo frugi tibi res fiat, nolens te abſiſtere iugi oratione. Mane ergo & ora dilecte, multũ enim oratio poteſt, neq; rem paruam aggrederis, orationi indulgens. Quòd oratio peccatũ dimittet, uel ex diuinis euãgelijs diſce: quid enim inquit? Simile *Luc.11* eſt regnũ cœlorũ homini qui ſuam ianuã clauſit: uenit aũt quidã ueſpere, accipere uolẽs ab eo panẽ, & pulſat dicẽs: Aperi nobis, quoniã indigeo panibus. Hic ad eũ: Non poſſum dare tibi, obdormiuimus enim & nos & paruuli. Hic autẽ inſiſtebat pulſans ianuã, neq; recedebat. Dixit ergo paterfamilias: Surge et da ei, et dimitte abire. Docet ergo te orare, neque obtorpeſcere. Si minus acceperis, permane quoad acceperis. Plures alias pœniten-

pœnitentiæ uias in ſcripturis inuenies. Ipſa pœni A
tentia & ante Chriſti aduentũ per eius prophetã
Hier.8 Hieremiam prædicat: Nunquid cadẽs non reſur
get, aut auertens non reuertet? Et iterũ poſt hæc
dicit ei: Accede, cõuertere ad me. Pręterea & uias
alias pœnitẽtiæ diuerſas dedit, quo nobis omnẽ
deſidiæ occaſionẽ amputet. Nam ſi unam habere
mus, hac uadere nequiremus: mucronem hũc dia
bolus fugit. Peccaſti, eccleſiã ingredere, atq; tuũ
dele peccatũ. Quoties ceciderís in foro, toties ex
urgis: ſi quoties peccaueris, peccati pœniteat,
neq; deſperes. Tametſi ſecundo peccaueris, ſecũ-
do pœniteat, neq; animo conſternatus à ſpe repo
ſitorũ bonorum cadas: quamuis nouiſſimo in ui-
tæ die peccaueris, ingredere, pœnitentiã age: me
dicinæ locus eſt hic, nõ iudicij, nõ pœnas, ſed pec B
catorum remiſſionem tribuens: deo ſolũ dic pec-
catum tuũ. Habes & aliam pœnitẽtiæ uiam haud
difficilem, ſed omnino accommodatiſſimã: qua-
lem? hãc, defle ſuper peccatũ tuum, idq; ex ſacris
docet euãgelijs. Petrus ille apoſtolorũ princeps,
in eccleſia prior amicus Chriſti, q reuelationẽ ab
hominib. nõ accepit, ſed à patre, ſicut ſibi teſtimo
Matth.16 nium dominus reddit: Beatus es Simõ Bar Iona,
quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater
meus qui in cœlis eſt. Hic idem Petrus, Petrũ cũ
dico, petrã nomine indebilem, non ſe: crepidinẽ
immobilem, apoſtolũ magnum, primum diſcipu
lorum, primum uocatum, & primum obediẽtem.
Ille non paruam rem fecit, ſed maximã, qui domi
num negauit: hoc dico, non iuſtum accuſans, ſed C
tibi pœnitentiæ prębẽs occaſionem. Ipſum orbis
dominum negauit, ſaluatorem, procuratorẽ pau
perum. Vt uero altius repetamus, uidit Saluator
Ioan.6 quoſdam abeuntes retrò, & dixit Petro: Nũquid
Matth.26 & tu abire uis? Petrus autem dixit: Si oportuerit
me mori tecum, nõ te negabo. Quid dicis Petre?
deus eſt qui decreuit, quid ipſe reluctaris? Sed ta-
men intentio quod ſuum erat oſtendit, naturę ue
ro infirmitas redarguitur. Hęc uero quando? No
cte uero qua ſtetit Petrus ante prunas calefaciẽs
ſe, puella quædã acceſſit, & dixit: Heri & tu cum
Luc.22 homine iſto fuiſti? Hic autem dixit: Non noui ho
minem hunc: & impletũ eſt decretum. Hinc Chri
ſtus reſpiciẽs in Petrum, uocẽ dimiſit per ipſum D
intuitũ. Non enim ore locutus eſt, ne ipſum fortè
inter Iudæos redarguat, & propriũ confundat di
ſcipulum, ſed per oculum dimittẽs uocem, quaſi
diceret, Petre, quod dixi, factum eſt. Igitur Petrus
tunc ſentiens, cœpit flere: & non fleuit modo, ſed
amarè, ſecũdũ baptiſma per lachrymas ex oculis
Luc.11 oſtendẽs. Cumq; fleuiſſet amarè, deleuit peccatũ.
Nõ enim paruus fuit reatus, proprium dominum
negaſſe, ſed magnus & fortis, eum tamen lachry-
mę deleuere. Defle igitur & ipſe ſuper peccatum,
neq; ſolum defle, aut apparẽter, ſed defle amarè,
quẽadmodũ & Petrus: ex ipſo profundo deduc
fontes lachrymarum, quo dominus miſericordia
Ezech.18 motus, tibi dimittat: clemens etenim eſt: ipſe eĩ
dicit: Nolo mortẽ peccatoris, ſed potius conuer-
tatur, & uiuat. Quid igitur lapidatus, cæſus, mor-

tuus, qui oĩa pro Chriſti nomine ſuffert, qui cœ
leſti uoce deſuper cõpellatus, hic dicit qualẽ emi
ſerit uocem? Accepi, inquit, gratiam à deo, ſed & 1.Cor.15
ego laboraui, & unà toleraui, & gratia eius quę in
me eſt, uacua nõ fuit, ſed plus laboraui omnibus.
Nouimus, inquit, gratię magnitudinem quam ac
cepi, ſed nõ deſidem inuenit: ſic & ipſi fratres ma
nus ad eleemoſynã doceamus, ut parum quid in-
feramus. Ploremus ſuper peccatũ, ingemiſcamus
ſuper iniquitatẽ, quo uideamur uel parũ quid in-
ferre. Tametſi magnà nobis in futuro repoſita ſũt
noſtrã uim ſuperantia: paradiſus enim eſt, & cœ-
lorum regnum: cuius & ipſi omnes participes ſi-
mus, gratia & clemẽtia dñi noſtri Ieſu Chriſti, &c.

HOMILIA DECIMA.

IA nũc recordatio ueſtri nos tenuit,
quanto tempore abfuimus: atq; ipſe
P quidem ueſtri nuſquã obliterari po-
tui, ſed urbem dimittens, ueſtram me
moriam nõ dimiſi. Quemadmodum
enim qui corporũ præſtanti forma capiũtur, quo
cunq; receſſerint, ſecum deſideratã faciem circun
ferũt: haud ſecus ipſi uenuſtate animarum ueſtra
rum tacti, eam mentis ueſtræ ſpeciem ſemper no
biſcum tulimus. Et ueluti pictores coloríb. uarijs
corporis imagines oblinire ac decorare cõſueue
runt: ita & ipſi ſtudium ueſtrũ in cœtu, in audien-
tia promptitudinẽ adducere, beneuolẽtiam cæte
raq; alia officia, ueluti colores uirtutũ uarios im-
miſcentes, atq; ipſum animarum ueſtrarum chara
cterem imprimẽtes, mentiſq; apponẽtes oculos,
ea ſpeculatione ſatis noſtrę peregrinationis acce
pimus ſolatij. Hæc & ſedentes, & ſurgẽtes, & am
bulantes, & quieſcentes, & introeuntes, & exeun
tes continuo uerſamus, charitatem ueſtram inter
pretãtes, neq; interdiu ſolum, ſed etiam noctu ijſ
dem cogitationib. quaſi delicijs enutrimur, illud Cant.5
cum Salomone ſcientes: Ego dormio, & cor meũ
uigilat. Idipſum & nobis cõtingit, nam ſomni ne
ceſſitas palpebras ipſas contrahit. Tyrannis uero
amoris ueſtri oculos noſtræ mẽtis excitat, atq; ſæ
penumero per ſomnum uobiſcũ loqui uiſus ſum.
Etenim conſueuit anima quę interdiu cogitat, ea
dem in ſomnijs per phantaſiam cernere. Quod &
nobis tũc accidit. Et uos carneis oculis minus ui-
dentes, oculis charitatis inſpicimus: corporeq; ab
ſentes, diſpoſitione pręſentes fuimus, meæ aures
ſemper clamore ueſtro callebant. Quare & torpo
ris ægritudine eo diutius cogẽte immorari, & ae-
ris ſanitate ad carnis ſanitatem proficiẽte, id uis a
moris ueſtri nõ tolerabat, ſed exclamabat, neque
prius moleſtãdo ceſſauit, q; nobis ante prefixum
tempus exurgere ſuaſit, & ſalutẽ, & alacritatem,
& omne quodcunq; eſt boni conuentum hũc ue
ſtrum exiſtimare. Hac igitur ſuaſi, maluimus redi
re, tametſi morbi reliquię minus cederent, corpo
ris infirmitatẽ prorſus deponere ſatagẽtes, q; de
cætero charitati ueſtræ moleſtias inferre. Nam &
illic manens criminationes audiebam: continuæ
enim literę has nobis afferebant. Gratiasq; habui
criminãtibus non minus q; laudãtibus. Nam ani-

mæ ſitientis amarę illæ criminationes fuerant, ab ſentiam noſtram accuſantes. Quare ſurgēs cucurri, quare nūq; mea uos mēte quiui excludere. Sed quid multa? ruri ſi cōmoratus licētia quadam & libertate fruens, ueſtri non ſum obliuioſus recordator: quandoquidem Paulus uinculis alligatus, carcerem inhabitans, atq; infinitis penè periculis ſeptum ſe uidens, in carcere non ſecus q̄ in prato uerſatus, ſic fratrū memoriam habebat, & ſcribebat dicens: Sicut eſt iuſtū mihi hoc ſentire pro omnibus uobis, & q̄ habeā uos in corde & in uinculis meis in defenſione, & cōfeſſione Euāgelij. Extra inimicorum catena, intus amoris diſcipulorum catena. Sed exterior quidē ferro obfirmabatur, interior charitate iungebatur. Et illa quidē ſæpenumero deponebatur, hanc uero nunq; diſſoluit. Sed quēadmodū mulieres quotquot dolorū partus experimenta ſumpſere, quum matres fiūt, horum quos parturiunt, ubicunq; fuerint, uinculo continuo alligantur: ſic & Paulus adeò multo fortius: ſemper enim diſcipulis ſuis adhęrens atq; affixus erat, eoq; fortius quo naturalibus ſpiritualia uincula ſunt fortiora. Nā non ſemel, ſed eoſdē bis parturiuit, & clamauit dicens: Filioli mei q̄s iterum parturio. Id adeò mulier nunq; pateretur, neq; ſufferret eoſdem iterum dolores. Sed tolerabat hoc Paulus, quod in natura non eſt uideri: & quos ſemel pepererat, iterum cōcipiens actos in his dolores. Propterea & confundere eos uolens, dixit: Quos iterū parturio: quaſi diceret: Parcite mihi: nullus filius ſecūdo maternum uterum partus dolorib. affecit, quod me pati cogitis. Nā dolores illi uno temporis momēto torquent, atq; infante aluo delabente & ipſi quoq; delabuntur: hi uero non ſic, ſed & menſibus tot manēt. Nam & annum totum ſæpenumero parturiuit Paulus, atque haud cōceptos peperit. Et illic quidē carnis eſt labor, hic uero non uentres extendūtur, unde illi ſunt dolores, ſed animæ robur lacerāt. Atq; ut diſcas eos feruentiores eſſe dolores, quæ unq; mater optat natorum loco gehēnam ſuſtinere? Sed optat anathema eſſe à Chriſto, quo poſſet in deo ædere quos ſemper continue parturiebat, & dicebat: Triſtitia mihi eſt magna, & inceſſabilis dolor cordi meo. Atq; idem iterum: Filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in uobis. Quidnam aluo illa beatius fuit, quę tales filios parere potuit, qui in ſe Chriſtum haberēt? Quid uero fœcundius eo qui orbem progenuit totum? Quid eo fortius, qui æditos & adultos abortiuos poſſet denuo concipere ac formare? Id autem in naturali partu præter humanas eſt uires. Quare igitur non dixit: Filioli mei quos iterum progenero, ſed, parturio? Etenim alibi generās inquit: In Chriſto enim Ieſu ego uos genui. Illic ergo progeniem tantūmodo oſtendere uoluit, hic uero & partū coram ſtatuere conatus eſt. Quomodo em̄ filios uocat nondū enixos? Si enim parturit, nōdum peperit, quomō filios uocat? Vt diſcas q̄ is prius eos nō parturiuit doloribus, quod ſatis illis fuerat ad ruborē. Si em̄, inquit, ſemel factus ſum pater, debitūq; in uos partū toleraui, uos uero filij facti eſtis: quomodo me ad ſecundos iterū dolores mittitis? Satis em̄ qui principio habent̄, ſunt partus dolores: quid me ſecūdario doloribus cruciatis? Nam eorum qui nondū crediderunt caſus, nō ſecus q̄ fidelium labores ſibi accedebāt. Intolerabile enim fuerat poſt talium myſteriorū communionem uidere quoſdam ad impietatem ſponte declinare. Quare acriter & ſublimè, ac oīm̄i muliere paſſibilius ingemiſcebat dicens: Filioli mei quos iterū parturio, donec Chriſtus formet̄ in uobis. Id aūt dixit, & fidere eos & timere uolens. Cū enim oſtendit non formatū in ipſis Chriſtū, timorem incuſſit & agoniā: cum demonſtrat poſſe formari, iterū fidem uoluit. In eo enim quod dicitur, donec formetur: utraq; ſunt oſtendentis, quod q̄ nōdum formatus eſt, & formari poſſe. Si enim foret impoſſibile, inuacuum ad eos dixiſſet, donec Chriſtus formetur in uobis: ipſos ſpe uana nutriuiſſet. Hęc igitur ſciētes, neq; ipſi à ſpe cadamus, ſed neq; omnino pigritemus. Vtraq; em̄ hęc pernicioſa. Deſperatio quidem exurgere nō ſinit, & ſtātem cadere facit, & neglectus quidem ex ipſis detrudit cœlis. Deſperatio in ipſum malitię deducit abyſſum, ſicut fidentia deductum inde ueloci ter trahit. Cōſidera uero utriuſq; uim: diabolus ante hæc bonus erat, pigritans uero & deſperans cecidit, tantaq; obrutus malitia eſt, ut in poſt- -- nō reſurgeret. Quòd em̄ bonus erat, audi quid dicit: Vidi ſatanā ueluti fulgur cadētē de cœlo. Fulguris enim ſimilitudo, & claritatem priſtinæ cōuerſationis oſtendit, & naturæ acumen. Paulus blaſphemus erat, & perſecutor, & contumelioſus: ubi uero deſudauit, & ſpe nō decidit, exurrexitq; par angelis effectus. Iudas apoſtolus erat, ſed pigritās factus eſt proditor. Latro itē poſt tātum malitiæ, ubi de ſpe nō lapſus eſt, ante omnes paradiſum ingreditur. Phariſæus cōfidens quaſi ſua elatus uirtute, ab altitudine cecidit in ꝑfundū: publicanus non diffidens, ſic erectus eſt, ut illum præueniret. Vis ut tibi oſtēdam & urbē omnem hoc facere? Niniuitarū urbs ſic omnis ſaluata eſt: & illos certè lata iam ſententia à ſpe depulerat. Non enim dixit, Si pœnitentiā egerint, ſaluabūtur: ſed ſolum, Tres adhuc dies, & Niniue ſubuert̄. Sed tamē iubente deo, & propheta clamante, ſententia nō correctionē habente nō ceciderunt à minis, neq; bonas ſpes perdiderunt. Propterea enim cōditionē minis appoſuit, neq; dixit, Pœnitentiā ſi egerint, ſaluabuntur: quo & ipſi latam dei ſentētiam audientes, neq; ſic à ſpe cadamus, ſed eo fidentes exemplo haud deficiamus. Nam uel in eo eſt maxime uidere dei clementiam, q̄ ſententiæ cōditionem minus apponens, tamen pœnitentib. reconciliat̄: ſed uel ex eo q̄ apprehēſa ferebatur, augeri uolens timorem, eoſq; plurima ſua morderi pigritia id effecit, ipſumq; pœnitentiæ tēpus ineffabilem eius oſtēdit clementiā. Quomodo em̄ tres dies effeciſſent, ut deleretur malitia tanta? Cernis quō adhuc dei clemētia apparet? plura enim hic ad eius urbis ſalutē contulit. Hæc igitur ſcientes,

ſpe

Philip. 1
Gal. 4
Rom. 9
1. Cor. 4
Luc. 10

ſpe nunquã cadamus. Neq; enim uel ſic diabolo A ceſſeris ut deſperes, quòd neq; tam adeò lætũ eũ peccantes reddimus, quàm facimus deſperantes. Audi de fornicante quòd ſupra peccatũ Paulus deſperatiõem timuerit. Corinthijs enim ſcribẽs, 1.Cor.5 ſic inq̃t: Omnino auditur in uobis fornicatio, & talis quæ nec inter gentes nominatur. Non dixit, quam nec in gentibus audẽt: ſed, neq; nominat: qd' modo aduſq; appellationẽ illis intolerabile, id ipſi opere auſi eſtis. Et uos inflati eſtis: & nõ dixit, ille inflatus. Sed eũ qui peccauerat, dimittens, ſanos alloquit: quẽadmodũ medici faciũt, ægros dimittẽtes, adhęrẽtibusq; plurimo ſermõe utunt. Secus autẽ & hi omnes mẽdacij cauſa erant, nequaquam corripientes, neq; terrentes. Mouit igi B tur crimen, quo facilis curatio uulneris fiat. Graue quidem peccatum eſt, ſed multo grauius altũ ſapere in peccato. Nã ſi de iuſtitia inflari, iuſtitiæ ſit euacuatio: multo magis id in peccatis, ſi cõtingat, maximam nobis iacturã inferet, atq; ipſorũ peccatorũ maius crimen fuerit. Propterea inquit, Luc.17 Cum omnia quæ præcipiuntur uobis feceritis: dicite, quia ſerui inutiles ſumus. Si enim qui omnia faciunt, parua feciſſe computabuntur: multo magis & peccatorem flere decet, & infimũ ſeſe omnium computare. Id itaq; oſtendens, tũc dixit, Et non magis fleuiſtis. Quid dicis? alter peccauit, atque ipſe plorabo? Ita, inquit: corporis eñ & membrorum exemplo mutuo compacti ſumus. In cor pore eñ tametſi pes uulnus accipiat, humi declinans, caput inclinamus. Et quid eo uenerabilius? C ſed tamen dignitatem ſuam nõ nouit calamitatis tempore. Idem & ipſe fac. Quare & Paulus admo Luc.10 net, dicens: Gaudete cum gaudentibus, flete cum Rom.12 flẽtibus. Et nõ magis fleuiſtis ut tolleretur de medio ueſtrum qui opus id fecerat. Nõ dixit, & non magis ſtuduiſtis: ſed quòd nõ magis fleuiſtis, quaſi morbo cõmuni & peſte ciuitatem comprehendente: quaſi diceret: Orationẽ exigit & confeſſionẽ, & preces, quo morbus tota ciuitate tollatur. Vide quãtum his timoris incuſſit. Et quoniã putabant ad illum duntaxat peruenisſe malũ, ac conſtitiſſe, eos ſolicitos reddit, dicens: Neſcitis quòd modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit? Quod autẽ dicit, tale eſt: Vltra graditur malum, atq; reliquis ſeſe applicat membris: ueluti de com D muni malo cõſulentes, curare uos decet. Neq; id mihi ſubieceris, quòd ille ſolus peccauit, ſed illud conſidera, q; ſanies quędam peccatum, reliquum corporis depopulãs. Veluti domo ardẽte, & qui nondum malo lęduntur, his qui in malo ſunt, moleſtia non minori premuntur: atq; uniuerſa conferunt, quo ne urgens ignis ad proprias inualeſcat domos: Sic & uos Paulus excitat, dicẽs: Pyra quędam eſt, præueniamus malũ, extinguamus incendium priuſquam eccleſiam inuadat: ſi uero neglexeris peccatum, ueluti in alieno exiſtẽs corpore, maxime quidem uel ſic male. Ille enim membrũ totius eſt corporis. Verum & id cõſidera, quòd ſi pigritaueris ac ſpreueris, te quoq; quandoq; comprehendat: quare ſi non fratris, tua tamen cura ex

citeris. Reprime peſtem, ſaniẽ coerce, depopulationem amputa. Hæc & his plura dicens, & mandans tradi illum ſatanæ, denicq; inquit: Quãdoquidem conuerſus, & melior factus, ſatis huic ea fuit correctio à pluribus: Cõfirmate ſuper eum charitatem. 2.Cor.2 Vbi enim cõmunem inimicum & aduerſarium ſtatuit uniuerſis, & à grege excluſit, à corpore reſcidit, uide quãto in eum utitur ſtudio. Vti enim rurſus cõiungat & annectat, non modo, amate eũ, dixit: ſed Cõfirmate ſuper eum charitatem firmam: id eſt, immobilem in eum oſtẽdite amicitiam calentẽ quandam & feruidam, atq; ignitam: æquiualentẽ priori inimicitiæ dilectionẽ inferte. Quid factum eſt? num tradidiſti eum ſatanæ? nõ ne iuſſiſti? Ita, inquit, ſed nõ quo in manib. ſatanę permaneat, ſed eius dominatũ illico diffugiat. Et quemadmodũ dixi, cõſidera q; timuerit deſperationem Paulus, q; magnam diaboli armaturã: dicens enim: Confirmate ſuper eum charitatem: & cauſam addit: Ne fortè nimia triſtitia abſorbeat: hic in lupi faucibus eſt ouis: præueniamus igitur, præripiamus anteq; abſorbeat aut corrumpat noſtrum membrũ. Periclitatur nauis: priuſq; obruatur, eripere naufragio ſtudeamus. Quemadmodũ enim mari ſeſe tollẽte, & fluctib. uſq; ad ſummum eleuantibus, ſub procella ſcapha inundatur: ſic & anima undiq; mœrore circũdata, uelocius demergitur, ni quempiã dãtem habuerit manus. Et quæ ſalutaris in peccatis eſt mœſtitia, exitialis immoderata fit. Atq; uide quomodo accurate dixit: nõ enim dixit, ne hunc diabolus perdat: ſed quid? ne lucrifiamus à ſatana. Auaritia enim eſt aliena concupiſcere: oſtendẽs igitur alienum ab eo de cætero factum, & quod in Chriſti gregem domeſticũ ſe pœnitẽtia redegit, inquit, ne lucrifiamus à ſatana. Si enim de cętero comprehendat eum, noſtrũ rapiet membrũ, de grege ouem ſurripiet: nã pœnitentia peccatum depoſuit. Sciens igitur Paulus quid fecerat diabolus Iudæ, timuit ne quid fortaſſe idem faceret. Quid autẽ fecit in Iudam? pœnituit Iudam: Peccaui, inquit, tradens ſanguinẽ iuſtum: Matt.27 audiuit hæc diabolus, nouit in melius uiã capientem, & ad ſalutem tendentem, timuitq; mutationem: Clementem, inquit, dominũ habet, cum traditurus eum fuerat, plorauit, atq; ipſum miris prouocauit modis: nũc multo fortius correptum, & peccatũ fatentem trahet. Idcirco eñ crucifigẽdus uenit. Quid ergo fecit? exterruit eũ, & obtenebrauit, mœroris magnitudine ſpem effugauit, perſecutus eſt, quo ad laqueũ duxit, atq; è præſenti duxit uita, pœnitẽtiæq; propoſito priuauit. Quoniã ſi uixiſſet, & ipſe fortè ſaluatus foret. Argumentũ ex crucifixoribus ſumit. Si enim hos qui eum crucifixerant, ſaluauit, & ipſe in cruce exiſtens, rogauit patrem, indulgentiamq; tantæ audaciæ poſtulauit: conſtat q; & ipſum proditorem dignè pœnitentem cũ manſuetudine ſuſcepiſſet. Sed ille præſeruari in medicina nõ tulit, mœrore nimio abſorptus. Id igit & Paulus timens, Corinthios ſolicitabat eripere à faucib. diaboli hominem. Et quid opus eſt de Corinthijs dicere? Petrus eñ poſt myſterio

sterioru cognitionẽ ter negauit, & plorans dele- A
uit omnia. Paulus persecutor, blasphemus, cõtu-
melioſus, non crucifixũ modo, sed illius uniuer-
sos persequens, pœnitentia ductus, apostolus ef-
citur. Solum à nobis deus orationem uel paruam
exigit, atq; uniuersa dimittit nobis peccata: dico
Luc.15 & parabolam idipsum confirmantem. Duo qui-
dam erant fratres, paternamq; diuidẽtes substan-
tiam, alter quidẽ cuncta quæ obuenerant, come-
dens, patria extorris factus erat: hic paupertatis
non ferens pudorem. Hæc autem dico, quo scia-
tis & peccatorũ quæ post baptisma contrahunt,
remissionem esse, si attẽdimus: dico non uti ad in
ertiam compellam, sed à desperatione reuocem.
Nam ea nobis quàm inertia maiora confert ma-
la. Quoniam hic filius, eos qui post baptisma ca- B
dunt, pœnitentia tamen resurgentes, filios esse o-
stendit. Filius enim dicit: Nam extra baptismum
nemo filij appellatione nominat, & domũ habi-
tat paternã, & paternã in sortem accepit omnia.
Ante baptisma non est paterna accipere, neq; hæ
reditatem cõsequi: ita ut ex his fidelẽ hunc fuisse
cõprobetur. Et probi atq; frugalis frater erat, fra-
ter uero sine spirituali regeneratiõe nequaq; fuis-
set. Hic igitur ad summam malitiam ueniẽs, quid
inquit? Reuertar ad patrẽ meum. Propterea hũc
pater dimiserat, neq; prohibuerat quo minus in
patriam abiret alienam, quatenus experimẽto di
sceret accurate quantum beneficiũ susceperit do
mi manens. Sepe enim deus, quum dicens minus
suadet, rerum experimẽtis doctrinam promittit. C
Quod & ad ludeos dixit: quoniãquidem infinita
per prophetas uerba impendens, nõ suasit, neq; il
lexit, omittẽs per flagella corrigere, dixit ad eos:
Hier.2 Corriget te correptio tua, & malitia tua corripiet
te. Oportuerat ipsum quidẽ meritò fidelem esse,
& ante ipsarũ rerum euentum: quoniam uero se
tam adeò impudenter habuerũt, ut eo monente
& consulente minus crederent, permisit eos re-
rum euentu corrigi, quo uel sic recuperet. Quia
concedens luxuriosus in alienam terram, rebus
ipsis perdidicit quid mali sit paterna domo exci-
dere. Redijt: non enim turbatus est pater, sed mi-
tibus suscepit manib. Quid ita? quia pater nõ iu-
dex erat: & choreæ, & facta est celebritas de cæte D
ro, lætáque & gaudens domus. Quid dicis? Hæ
sunt malitiæ uicissitudines? Non malitiæ, homo,
sed reditus: nõ peccati, sed pœnitentiæ: non forni
cationis, sed in melius mutationis. Et quod in his
est maius, turbatus est his maior filius. Is autem &
hunc mansuete mitigauit, dicẽs: Quoniam tu qui
dem semper mecum es, hic uero perierat, & inuẽ
tus est: mortuus erat, & reuixit. Cum uero perdi-
tum saluari oportet, non iudicij tempus est, neq;
subtilioris examinis, sed clementię indulgentiæ-
que duntaxat. Nullus em̃ medicus unguenta ad-
hibens ægrotanti, curam dimittens, incõtinentię
pœnas ab eo postulauerit. Si uero pœnas eum da
re oportuit, satis pœnarũ q; in aliena uersatus est,
dedit. Tanto enim à nobis tẽpore segregatus, fa-
me dedecoreq; ac sũmis dimicãs malis, laborat:

propterea inquit, & perierat, & inuentus est: mor
tuus erat, & reuixit. Non em̃, inquit, attendes præ
sentia, sed prioris calamitatis magnitudinẽ consi
dera. Fratrem intueris, non alienũ, ad patrem qui
priorũ neq; uel parum recordari potest: magis ue
ro eorum solum reminiscitur quæ ad compassio-
nem, misericordiam, clementiam, indulgentiam
possẽt inducere genitorib. accõmodata. Propter
ea non quæ fecit, dixit, sed quæ passus est. Non q;
substantiã dissipauerit, meminit, sed q; innume-
ris periclitatus est malis. Sic & ouem tanto studio
quęsiuit, magis autem maiori: hic enim ipse redijt
filius, illic autẽ ipse abijt pastor: & inueniẽs redu-
xit, & lętatus est super eam magis q; super cęteris
quæ saluæ erant. Cernis uero q; reduxit, q; nõ fla-
gellauit: sed ferens in humeris, rursus gregi reddi
dit. Igitur intellígendũ nõ modo à redeuntib. nõ
auerti deum, sed hos non minori cum iucũditate
q; ipsos proficiẽtes recipere: q; nõ modo pœnas
non exigit, sed ad errantium inquisitionem profi
ciscitur: q; horum gaudet inuẽtione, q; cæteris tu
to in loco perseuerãtibus. Ipsi neq; malis obruti,
spe sternamur, neq; bonis abundãtes cõfidamus:
sed & proficientes timeamus, ne per confidenti-
am labamur, & labentes pœnitentiam non recu-
semus. Quod enim incipiens dixi, & nunc dico,
duo hæc: Stantẽ confidere, & desperare iacẽtem,
perditionem animarum esse. Quare stantes robo 1.Cor.10
rans Paulus dicit: Qui se putat stare, uideat ne ca-
dat. Et iterum: Timeo ne fortè alijs prædicãs ipse
reprobus fiam. Iacentes erigens, & ad ulterius ex
citans studium testificabat Corinthijs sic scribẽs:
Ne fortè multos defleam qui antè peccauerũt, & 2.Cor.12
pœnitentiã non egerunt: ostendens non tam pec
cãtes q; nõ pœnitẽtes dignos lachrymis fore. Et
ppheta ad eos: Nũquid q; cadit, non resurget, aut Hier.8
auersus nõ reuertet? Quare & eosdem exhortãs
Dauid dicit: Hodie si uocẽ eius audieritis, nolite Psal.94
obdurare corda uestra sicut in exacerbatiõe. Quo
& hodie dicitur: Ne corruamus spe, sed bonas in
domino spes habentes, & pelagus clementiæ suę
cognoscentes, omnem conscientiam excutientes
malam, multa cum spe proposito q; adhęrẽtes uir
tuti, & pœnitentiã maiorem in modum ostendẽ-
tes, hic uniuersa deponamus peccata, ut multa cũ
fidutia coram Christi tribunali stare possimus, re
gnum q; cœlorum cõsequi. Cuius omnes nos par
ticipes fieri contingat, gratia & clemẽtia domini
nostri Iesu Christi, cui cum patre, simul cũ sancto
spiritu gloria, imperium, &c.

Homiliarum D. Ioannis Chrysostomi de pœni-
tentia, Lælio Tifernate interprete, finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE
pœnitentia Sermo.

ROVIDA mente, & profundo cogi-
tatu cognosci debent duo rerũ distin-
P cta negotia: id est, quantũ distat inter
bonũ & malum: nec aliunde hæc co-
gnitio, q; à primordio repetenda est.
Quid aliud est malum, quàm peccatum commit
tere? quid est bonum, quàm agere pœnitentiam

pro

pro cõmisso? Hæc est discretio utriusq; negotij. Serpens in paradiso peccatum suasit, Heuam pœnitentia reclusit, & inde boni maliúe origo. Quis deo dignior quàm Dauid? Et tamẽ deliquit. Qui cecidisset de culmine, si non fuisset compunctus. Quis sceleratior Manasse? & hunc pœnitentia reuocauit. Pœnituit deum q̃ Saulem regem elegerit: quapropter? nisi quia idem pœnitẽtiam ignorauit. Quis sapiẽtior Salomone? Sed nescies pœnitẽtiam, perdidit gratiam. Et ob hoc dictum est:
Psal.7 Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Cõcipit peccator delicti dolorem, & si nõ pœnituerit parit sibi mortem. Paruulus anteq; prodeat ex utero, dolor est matri: postq; uero æditus fuerit, uenit ei gaudium. Peccatum uero cõceptũ coluber est, in præcordijs hominis parit mortẽ, nisi fuerit pœnitudine expiatum. Peccati cõceptio serpens est in p̃cordijs latens. Consummatũ uenenũ spirat, & letiferũ generat morbũ. Qui peccatũ parit, in iudiciũ cadit: & si neglexerit, in ipso manebit. Natũ suum mulier libẽter perlactat, natum uero peccatũ facit exitium nutriẽti. Peccati uero pater & mater est uenter incõtinens & libido, captusq; ducitur in utraq; prodigus & ꝓfusus. Peccati uirtus confusa ebrietas, & castigandi securitas. Seminariũ delicti, lex est cupiditatis in mẽbris: & cor impœnitens capietur ab ea. Cõmissum crimẽ dulce est ad momẽtũ, sed uertitur protinus in exitiũ. Temerarius & audax festinus cecidit in crimen, declinat autem ab eo prouidus pœnitendo. Nam sicut aqua ignem extinguit ardentẽ, sic pœnitentia diluit crimina fontibus lachrymarum. Sicut in tenebris non est absq; lucerna lumẽ, sic nõ potest homo peccatum sine pœnitẽtia abluere. Hoc de homine iam baptizato dicit. Itẽ lector intelligat martyrium pœnitẽtiæ præteriti nõ egere. Et sicut lux diei nõ quęrit lucernã: sic iustitia ante deũ sine pœnitẽtia lucet. Põdus peccati deprimit desperantẽ, prouidus aũt pœnitẽs leuius pergit. Præsumptiuo spiritu subintrat peccatũ, & multiformis callidus discurrit in homines: sapiens aũt nõ illi dat locũ gradiendi. In corde pigri ut cereus ardet peccatũ, nam in pectore pœnitentis liquescit ut cera. Peccati princeps factus est aspis. In Adã subintrauit eius dolus, & fecit eum intra ligna paradisi latere confusum: uocauit illũ deus non matutina, sed uespertina uoce, dicens: Adam, ubi es?
Gen.3 Et quid ille? Vocem tuã audiui & timui: quia nudus sum, & abscõdi me. Timui: quare? Quia peccaui. Abscondi me. Quare? Quia nudus sum, & erubui. Quia ergo expulsus est pater ꝓ peccatũ, reuocantur filij per pœnitẽtiam. Nam quod peccatum clausit, pœnitentia reserauit: & de quo ira præcipitauit, pietas reuocauit. Qui non pœnitet modo, nullus manebit in umbra mortis: qui uero timet deũ, per pœnitentiã illustratur. O pœnitentia quæ peccatũ miserante deo remittis, & paradisum reseras: quæ contritũ sanas hominẽ, & tristẽ exhilaras: uitam de interitu reuocas, statũ restauras: honorẽ renouas, fiduciã das: & reformas uires, gratiamq; abũdantiorẽ refundis. O pœnitentia, q̃d de te noui referã? Omnia ligata tu soluis, omnia soluta reseras, oĩa aduersa tu mitigas: omnia contrita tu sanas: omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O pœnitentia rutilãtior auro, splẽdidior sole, quã non uincit peccatũ, nec defectio superat, nec desperatio delet. Pœnitẽtia respuit auaritiã, horret luxuriã, fugit furorẽ, firmat amorẽ, calcat superbiã, linguã cõtinet, cõponit mores, odit malitiã, excludit inuidiã. Perfecta pœnitẽtia cogit peccatorẽ omnia libẽter sufferre: si uiolẽtus quærat, quæ habet, nõ uetat: si uestẽ dirimat, nõ refragat, ꝓcutiẽti maxillã præbet alterã: iam angariatus ultro adijcit, castigatus gratias agit, prouocatus tacet, exasperatus blãditur: superiori supplex est, inferiori subiacet: in corde eius cõtritio est, in ore eius cõfessio, in opere tota humilitas. Hæc est perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti præsto est deus, esurienti nutritor, sitienti potator. Sapiẽti quod stultũ putatur, sapit: quod triste est, placet: quod molle est, displicet: quod fluxũ est, horret. O pœnitẽtia misericordiæ mater, & magistra uirtutũ, magna opera tua quib. reos resoluis, ac reficis delinquẽtes, lapsos releuas, recreas desperatos. Per te nobis Christus regnũ cœlorũ appropiatũ designat dicens: Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorũ: ita & Baptista clamat: Facite fructus dignos pœnitẽtię, quoniã ecce adest regnũ dei. Per te subito rapuit latronẽ Christus ad regnum: per te Dauid post flagitiũ felix iterũ recepit spiritũ sanctũ: per te Manasses post cruenta facinora ecce meruit fieri acceptabilis: ꝓ te Petro apostolo postq; ter negauit, data est indulgẽtiæ dextera: per te filius ꝓdigus regressus ad patrem, nõ solum amplexum osculumq; paternum, sed etiam epulum uituli saginati, uestemq; insignem ꝓmeruit adipisci: per te mulier fornicaria uberes stillauit lachrymas, fonteq; sui baptismi protinus lauit pedes Christi, crineq; deterst: per te Niniue ciuitas magna, populusq; integer Barbarorũ subito deũ sapuit, uirtutẽ tuã sensit, odorem tuũ accepit, saporẽ tuum strinxit, dulcedinem tuam gustauit, cilicium contraxit, cinerẽ tuum comedit, ieiunium tuũ protraxit, lachrymas tuas profudit, gemitũ tuum suspiriumq; persensit, fructusq; ubertatis tuæ abundãter exhibuit, & sic per opera tua non solum decretæ mortis discrimen euasit, sed etiam uitæ incognitæ coronã accepit. Cuius similitudini pœnitentiã cõparemus? Sic est quomodo ager fructifer, aut uinea fœcunda, aut etiam arbor fructifera, fructus eius edit peccator famelicus, proficit in fiducia dei, acceptaq; remissione pingueścit in uita, & hæc sunt uerba eius: Domine ante te oĩe desiderium meũ, & gemitus cordis mei non est absconditus à te. Clamorẽ meum, suspiriumq; intellige, pauor peccati solicitat me, pondus conscientiæ meę deprimit me, non est mihi spes uiuendi, neq; fiducia moriendi, iudiciũ tuũ deus uereor, & pœnas timeo præparatas impijs. Audi me obsecro, modo dum tempus est: remitte quod timeo, dele quod uereor, priusq; abeam, & amplius non ero.

Matt.4 Ibid.3 Psal.37

Tali animo pœnitenti remissio datur, & uita donatur, nec regnum deerit à domino tribuendum.

Quid ergo times pœnitẽtiã ô homo, sine qua nõ est uiuere, nec deo placere? Clamat Hieremias cõ pũctus pro populo: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo uulnera populi mei? Sciebat em̃ quòd lachrymæ iuuarent populum transmigratum, sciebat quòd eius fletibus subueniret: sciebat quòd deus contritionem quærit, & fletib. flectitur: sciebat ꝙ deus lugẽtes lætificat, & pœnitẽtibus præsto est. Ideò prophetandi locum quærebat remotum, ut usq; ad uallem pertingeret lachrymarum, quam deus amat, quã Christus amplectitur. Vallis est remotis fletibus discreta, quæ dicitur Iosaphat, in qua iudex cœlestis populos discutit, & omnes gẽtes examinat. Dispositum in cõualle fletus. Est em̃ uallis hæc propter iudicium quidem metuenda, sed propter pœnitẽtiam exoptãda. Publica enim & secreta est. Publica est ad futuri iudicij pœnã, & secreta est ꝓpter salubres pœnitẽtiæ lachrymas. Magnus profectus est lachrymarum, ut plorãdo seruus propitiet dominum, filius lachrymis mitiget patrem, & asperam matrem plorãs paruulus mulceat. Ita ergo & peccator profusis fletibus remouet iram dei, reformatus in ipso. Cupit uidere Timotheũ Paulus propter fletũ: Desidero, inqt, uidere te, memor lachrymarũ tuarũ: & Dauid dicit: Venite adoremus, & ploremus corã domino, qui fecit nos: & iterum: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: &, Potum meũ cũ fletu miscebam, stratumq; meum per singulas noctes cum lachrymis rigabam: & iterũ, Deus uitã meã annũtiaui tibi, posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo: tanq; si diceret: Suscipe domine lachrymas meas, quoniã lachrymæ sunt quæ radunt rudera, & sanant uulnera: lachrymæ sunt quæ pœnitentiam armant, & indulgentiã prouocãt: lachrymæ sunt, quæ cœlum pulsantes, crimina delent & conscientiam degrauant. Sonant in ore pœnitentiæ uerba, & mouent in pectore pietatis ueniã. Et impletur caput aqua, tumescũt oculi, rigantur genæ, decurrunt riuuli, & deus indulgentiæ mentẽ exhilarat. Lachrymæ sunt, quæ reconciliant deo, à peccatis redimunt animam, & sanant lãguores eius. Sordentem animę uestem lachrymę lauant, & dãt illi remissionis candorẽ. Nam sicut auceps auium, aut uisco, aut reti in grano aliquo captum tenet passerẽ, & manu sua subtilissimo funiculo ligatum retinet, & quasi dimittens laxum de manu sua, dans ei liberam uolãdi potestatem: at ille auidus ad uolandum, euasumq; se putans, alacer altiora appetit: sed iste summũ funiculum tenẽs, restringit eũ cũ uolauerit, & ad se trahit ab spe uolandi & uiuendi deceptum: Ita & diabolus uersutus uenator, & per spiritũ præsumptionis laqueo suo deceptum implicat hominem: qui semel hęserit, uult quidem ab eo euelli, sed uinculũ uelox uenator tenens, reuocat captum semel in laqueo, & reuolutũ premit. Et quidem uinculum ipsum fluxum est, ac facile potest disrumpi: sed desidia nostra, & dilatio diuturna, facit ut robustum fiat, & non cito rumpatur. Quicquid enim durum, aut rigidum obijcit, uigilantia uincitur, & pœnitudine propulsatur, orationibus mollitur, fletibusq; resoluitur. Nam ubi præsumptionis spiritus imperat, ibi excluſa pœnitudine, sola peccati arbor fructib. suis exuberat. Et hæc est arbor, in qua deceptus Protoplastus in mortem defluxit. Sed restat lignum uitę in paradiso dei repositum, quod nũc per pœnitentiam recepit homo. O homo recurre ad arborem uitæ. Quid tardas mãducare fructus eius, ut maneas in æternum? Quid times pœnitẽtiam? Nihil tam durũ quod non deleat: nũc cum gustaueris, tũc persentis quoniã suauis est & odor eius in naribus, & sapor in faucibus. Pœnitentiæ sapor est ieiunium pro peccato. Quãdo perfectã uerè arripueris abstinentiam, & compellentis gastrimargiæ cupiditatem superas continendo, pœnitudo est. Quando persuadentis gulę libidinem uinum potãdo uincis, & iam eo quàm parcissime uteris, pœnitudo est. Quando te somnus premit, & uincis eum, & uigilas propter deũ, pœnitẽtia est. Quando esurienti fœneras, pretiũ uitę est, uestire nudum, pascere peregrinum, & cum indigẽtibus mensæ habere consortium. Scriptũ est em̃: Quoniam eleemosyna à morte liberat, si non habet huius uituperatiõis meritũ: quia eleemosyna cũ iniquitate acquisita, abominatio est corã deo. Illa est pretium perpetuæ uitæ. Si oraueris & ieiunaueris, & eleemosynã iuste feceris, cõplesti pretium, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est uita tua. Duo æra minuta mulier uidua misit in arcam dei, & prelata est opulentis. Et quid de duobus minutis dico, quãdo calix aquæ frigidę porrectus nõ uacat à pretio uitę. Ergo nõ expaueſcas pœnitẽtiam, sed esto in processu eius prõptior, in opere paratior, in amore propensior. Risum fuge, linguam contine, mores cõpone, uitia uince, uirtutem dilige, sanctitatem sequere, promissa male loquentium damna, & plena est pœnitentia tua, atque perfecta, & promerebitur indulgentiam: præstante ipso domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Hiere. 9

2. Tim. 1

Psal. 94

Ibid. 55 & 37

Tobiæ 12

Esaiæ 43

Psal. 117

Esa. 40

1. Cor. 15

Esa. 40

Act. 2

Matth. 5 Luc. 6

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO de Pœnitentia & Confessione.

OBSECRO, flagito, supplico, ut hîc peccata nostra deploremus & lugeamus, doleamus ob peccata nostra, nec erit quod illic terreat: mordeant nos hîc uerba, & non lancinabit nos illic uermis uenenosus: urat nos hîc increpatio, & nõ uret nos illic gehenna ignis. Consectaneum erit, ut qui hîc lugent, illic consolationem accipiant: qui uero hîc rident & deliciãtur, & in peccatis iacẽt, necesse omnino ut illic uideãt lugẽtes & plorantes, & dentibus frendentes. Nõ meus hic sermo est, sed eius qui iudicaturus est nos. Beati, inquit, lugentes, qm̃ ipsi consolationẽ accipiẽt. Vę uobis qui ridetis, quoniã plorabitis. Quanto nũc melius temporalem compunctionem, & breuem luctum

luctum mutare bonis, & uoluptatibus finem nõ habentibus, quàm post breuẽ & momentaneam uitã hîc ridẽtes abire illuc perpetuo puniendos? Sed confunderis & erubescis peccata tua effari. Atqui oportebat maxime apud homines ea dicere & inuulgare. Confusio eñ est peccare, non est confusio confiteri peccata. Nunc autem necꝫ necessarium prẽsentib. testibus confiteri: cogitatione fiat delictorũ exquisitio, absꝫ teste sit hoc iudicium. Solus te deus cõfitentẽ uideat. Deus qui nõ exprobrat peccata tua, sed soluit pẽccata propter confusionem. Nunquid & sic grauaris & retrocedis? Verum & ego scio, ꝙ conscientia nõ sustinet sua delicta. Nam si ueniamus solum in memoriam delictorum nostrorum, sicut pullus equi indomitus, & infrenis insolescit mẽs, sed coerce, refrena, demulce manu, cicura teipsum, persuasum habe, ꝙ nisi quis nũc confiteat, omnino illic confitebitur ubi maior pœna, ubi amplior traductio. Hic absꝫ teste iudiciũ, & tu qui peccasti cõdemnas: illic autem in medium totius orbis theatrum producentur omnia, nisi prius hîc detegamus ea. Cõfunderis confiteri peccata, confundaris admittendo. Nos autẽ quando ea agimus, frequenter & impudenter audemus: quando autem cõfiteri oportet, tunc cõfundimur & grauamur. Oportebat cum alacritate hæc facere. Non enim cõfusio accusare sua peccata, sed iustitia & uirtus. Nam si non esset uirtus, nõ illi mercedẽ posuisset deus. Habet enim mercedẽ confessio. Audi quid
Esaie 43 dicit: Dic tu prior peccata tua, ut iustificeris. Quis confunditur de opere à quo sit iustus? Quis confundit confiteri peccata, ut soluat peccata? Num ꝓpter hoc iubet cõfiteri te, ut puniat? nõ ut puniat, sed ut ignoscat. Nã in externis iudicijs post cõfessionem, pœna. Idcirco et Psaltes istuc ipsum suspicãs, ne quis ueritus pœnam post confessionẽ
Psal.117 neget peccata, dicit, Cõfitemini dño, quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Nũ ignorat peccata tua deus, si tu nõ cõfitearis? Quę nam utilitas tua, etiamsi nõ confitearis? Num potes latere deum? Etiamsi nõ dicas illa, ipse nouit:
Esa.43 si aũt tu dicis, ille obliuiscitur. Ecce ego sum deus, qui deleo iniquitates tuas, & nunꝯ memorabor. Vides? ego nunꝯ memorabor, inquit. Hoc misericordiæ fuerit, tu aũt memor esto, ut emendationis capias argumentum. Hæc ut audiuit Paulus, ꝙ deus peccatorum non sit memor, ipse cõtinuo
1.Cor.15 memor fuit, sic dicẽs: Non sum dignus qui uocer apostolus, quoniã persecutus sum ecclesiam. Et, Christus Iesus uenit in mundum, ut saluet peccatores, quorum ego sum primus. Condonata fuerant peccata à deo, sed memoria peccatorũ cõdonatorũ non euanuit apud Paulum. Et ea quæ dñs deleuit, illa ipse inuulgauit. Audiuerat enim Pro-
Esa. 43 phetam dicentẽ, Ego non memorabor: tu autem
Act.9 memor esto. Deus uas benedictiõis eũ uocabat, & ipse primum se peccatorum uocat, nõ oblitus peccatorũ sibi condonatorum: cogita quomodo beneficiorũ dei memor fuerit. Et quid dico, quòd non confundit peccatorum memoria? nõ ita clauros nos reddit bonorum operum memoria, sicut memoria peccatorum: imõ nos bonorũ operum memoria non solum claros non facit, sed & confusione replet, & condemnabiles efficit. Peccatorum autem memoria implet nos fiducia iustitiaꝫ multa. Quis hoc dicit? Pharisæus & publicanus. Nam hic dictis peccatis, redijt domum iustificatus: ille autem dictis bonis operibus, descendit factus publicano inferior. Vides quantũ damnum sit, meminisse operum, quanta utilitas non obliuisci peccatorum? Et ualde merito. Nam qui bona opera cõmemorat, arrogans efficitur, hominesꝫ alios contemnit, id quod & pharisęo accidit. Nõ enim in tantam arrogantiam ueniisset, si non dixisset, Vt cæteri homines, si non cõmemorasset ieiunia sua & decimas. Peccatorum autem memoria mentem humiliat, & humiliter sapere facit, & per humilitatem cõciliat ei gratiam dei. Audi saltẽ, quomodo Christus præcipit nos obliuioni tradere bona opera: Quando hęc omnia feceritis, di Luc.17
cite, quoniam inutiles serui sumus. Ego te non facio inutilem: tu autẽ si confessus fueris uilitatem tuam, ego te illustrẽ faciam, & coronabo. Vides per quot nobis demonstratum est, quãtum lucri nobis ex peccatorum accrescat memoria? Et è diuerso quoꝫ pœna quidem nobis à peccatorũ obliuione: utilitas autem, si bonorum operũ nostrorum obliuiscamur. Vis & aliunde discere, quòd maximum bonum opus sit meminisse peccatorum? audi beatum Iob. Sicut enim de alijs gloriabatur, ita & de confessione peccatorũ, sic dicens:
Iob.31 Si autem & peccans sponte declinabam multitudinem populi mei, ut ne annuntiarem peccata mea. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Nunquam me societas conseruorum ad pudorem duxit. Quæ enim utilitas ex ignorantia hominum, si iudex sciat omnia? Quod autem damnũ, si homines sciant delicta, quando ille absoluere uult à pœna, licet omnes condemnent, iudex tamen liberum pronuntiet? Nulla mihi ratio est calculi illorum: & si omnes absoluant, & admirentur, ille autem me condemnet, nulla etiam mihi ex illorum iudicio utilitas. Vbiꝫ enim ad illum spectare oportet, & idem facere in peccatis, quod in pecuniarum sumptibus. Statim cum surreximus à lecto, priusquam nos conferamus in forum, uel priusquam aggrediamur opus aliquod, uel priuatum uel publicum, uocato ministro rationẽ sumptuũ petimus, ut sciamus quidnã male, uel quid bene expẽderit: & si uiderimus parum quiddam desiderari, omnibus modis recogitamus accessionum occasionem, ne inuiti perdamus. Faciamus igitur hoc & in operibus nostris uocata conscientia nostra. Faciamus similiter rationem uerborũ, operũ, cogitationum, & scrutemur quid utiliter insumptum sit, & quid in perniciem nostrã: quis sermo male expensus in conuicia, in sales, in turpiloquia: quæ concupiscentia oculũ in intemperantiam prouocarit, quæ cogitatio cũ damno nostro in opus prodierit, uel per manus, uel per linguã, uel ꝓ cogitationes ipsas. Operã demus, ut ab intem-

intempestiuo sumptu absistamus, pro semel male insumptis aliud reponamus lucrum: pro uerbis temere prolatis, sanctas preces: pro uisu intemperate facto, eleemosynas & ieiunia. Quòd si intempestiue insumpturi sumus, nullumq; nobis uel reposuerimus, uel thesaurizauerimus bonũ, in extremam redacti inopiam, soluemus pœnam, immortali igni nos inijcientes. Igitur seruorũ manerationem facere consueuimus, operum autẽ post cœnam & uesperam ipsam in lecto iacentes, nullo interturbante, nullo obstrepente, omnium eorum quæ per diem facta & dicta rationes à nobis exigamus: & si uiderimus quid peccatum esse, puniamus nosipsos, increpemus mentem & conscientiam, compungamus rationem tanto impetu, ut non audeat ultra exurgere, & in idem peccatorum profundum nos inducere, memores uespertinæ plagæ. Et quòd tempus hoc huic rationi accõmodatius, audi Prophetam dicentem: Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris compungimini. Multa per diem non ut uolumus facimus, & amici exacerbãt, & familiares exasperãt, et uxor cõtristat, & puer dolet, et solicitudo negotiorum tum priuatorum tum publicorum circunsistit, & non possumus tunc attendere, neq; quomodo supplantamur. Omnibus autem illis liberati, & apud nos collecti, sub uespera multaq; fruentes quiete, iudicium in lecto requiramus, ut deum per tale iudiciũ misericordẽ faciamus. Quòd si quotidie peccauerimus, & animam nostrã contuderimus, nunquã autem senserimus: sicut continuò uulnera accipiẽtes & desipiẽtes, febrim mortemq; sibi accersunt: ita utiq; & nos ineuitabile nobis supplicium continua sensus carentia attrahimus. Scio quòd grauia quæ dicta sunt, sed multum habẽt lucri. Mansuetum habemus dominũ, solum occasionem arripere uult, & mox omnem præ se fert misericordiam. Nam ne peccantes & inulti manentes nos efficeremur deteriores, non remisit nobis supplicium, sed uidit hoc manifeste, quòd peccatis ipsis non minus damnosum sit non puniri: propter hoc imponit pœnam, nõ exigens supplicium de peccatis, sed ad futura nos corrigẽs. Et ut discas, quòd hoc sit uerum, audi quid dicat ad Mosen: Dimitte me, & iratus delebo eos. Dimitte me, non quòd Moses eum retinuerit: neq; enim locutus erat ad eum, sed silenter adstabat sua pro illis oratione. Non autem supplicationem ei dare uolebat, quoniã illi digna supplicijs cõmiserãt, supplicijsq; ineuitabilibus. Punire autem uolebat, sed misericorditer: id quod eos segniores reddebat. Vtraq; autem fecit, & ut pœnã non inferret, neq; illos faceret ignauiores pœna non irrogata. Discebant enim, quòd non suo merito, sed Mosis patrocinio iram dominicam effugerint. Hæc & nos sæpe facimus, & famulos qui peccauerunt dignos supplicijs nolentes punire, neq; à supplicij metu liberari, amicos iubemus ut illos è nostris eripiant manibus, atq; ut ita timor illorum in eis crescat, & nostra effugiãt uerbera. Hoc et deus fecit. Et quod hoc sit uerum, ex ipsis uerbis manifestum est. Dimitte me, inquit, & irascar. Etenim nullus remittit, qui punire uult: tunc enim irascimur. Ipse autẽ dicit, Dimitte me et irascar: ut scias quòd ira in deo non sit affectio, sed pœna in nos eo uocabulo nominetur. Quando igitur audis Mosen dicentem: Siquidem dimittis peccatum, dimitte: præ seruo dominum obstupesce, q; ipse sibi ipsi misericordiæ occasiones quærit. Non hic autem solum hoc fecit, sed & ad Hieremiam, & ad Ezechielem idem hoc dicit: Circuite & uidete in uijs Hierusalem: num sit qui faciat iudicium & iustitiã, & misericors ero eis. Vidisti misericordiã? Multi etiam impij unius uirtute simul fruuntur. Multorum autem malitia, quãuis unus sit q recte agat in medio magni populi, nõ ruit. Sed unus quidem homo recte uiuens, populum integrũ eripere potest ab ira dei. Ciuitas autem integra, peruersaq; in suam pœnam & suppliciũ attrahere beneuiuentẽ, & deijcere non potest. Et hoc de Noe manifestum. Pereuntibus emn omnibus solus seruatus est. Et de Mose clarũ est. Solus enim potuit tanto populo impetrare ueniam. Mihi autem aliud maius est indicium diuinæ misericordiæ quod dicam. Quum enim nõ inuenit homines uiuos, & fidutia præditos, qui possint intercedendo ueniam obtinere, confugit ad defunctos, & per illos inquit, se remissurũ peccata: quemadmodum Ezechiæ dicit, Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Olim emn mortuus erat Dauid. Hæc igitur omnia quum sciamus, quòd omnia moueat & causetur deus, ut nos à pœna & supplicio liberare possit, multas ei præbeamus occasiones, confitendo, pœnitendo, lachrymãdo, precando, proximis iram dimittendo, pauperibus subueniendo, in orationibus simus sobrij, humilitatem animi exhibeamus, peccata nostra continuò memoremus. Non emn sufficit dicere, Peccator sum, sed operæpretium est & speciatim peccatorum & delictorum reminisci. Sicut ignis qui in spinas inciderit, facile ipsas absumit: ita & cogitatio quæ cõtinua in seipsa omnia uersat peccata, quæ à iuuentute fecit usq; ad senectutem, ea exuit. Deus autẽ qui transcendit iniquitates, & delet iniustitias, etiam à peccatis nos liberet, & regno cœlorum dignos faciat: gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula,
Amen.

Psal.4 Exod.32 Ibid. Iere.5 Ezech.5 4.Reg.19 & Esaie 37 Ioan.8

Sequitur De confessione sermo, qui habetur in primo tomo, post Homiliam De natiuitate Septem Machabæorum. folio 874

DIVI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE IEIVNIO, SERMO PRIMVS.

PROPITIATIONIS tẽpus adeſt, temporis oportunitatẽ ne contemnamus: abijci endorũ peccatorũ tẽpus eſt, gratiã ne negligamus, ſed ieiunemus à cibis, ſed primum à peccatis. Primũ em̃ bonũ eſt liberari à malis. Malitia aũt eſt, quæ uirtuti opponit̃, inuidia, furtũ, & homicidiũ, & bellũ, & quæcunq; mala dicunt̃, & ſunt. Qui in malis eſt, in pœnã habet malitiã. Nam gehenna eſt malitiæ præſentis pœna. Non em̃ affligeret ſecãdo medicus, niſi ob præcedentẽ malitiã corriperet. Primũ malũ eſt in malitia deprehẽdi. Impius & alienus à deo, etiãſi nunq; proijciat̃ in gehẽnã, bonis priuat̃. Qui nõ cõtinens, à cõcupiſcentijs lædit̃: qui inuidet, afflictione ſua tabeſcit: qui furat̃, erubeſcit & metuit: qui occidit, nõ credit uitæ ſuæ. Primũ malũ eſt eſſe malũ. Etiamſi nõ ſecat medicus, ægrotat æger: etiãſi nõ punit deus (nã lõganimis eſt) in morbo
Ioan.8 eſt, q peccat. Dicit em̃: Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Igit̃ qui peccat, ante peccatũ ſeruus factus eſt, & iam habet pœnã. Bonũ ieiunij lupatũ, his qui diligũt ieiunij utilitatẽ. Ne attendas ad ſolũ laborẽ, ſed etiã ad fructũ. Niſi em̃ ad uſum ſpectaret, nõ ſementẽ faceret, qui ſerit, ut ne repoſita diſpergere uideret̃. Reſpiciẽs aũt in ſpem, ſemina uit quæ habuit, ut quæ nõ habuit metat. Dolet in ieiunijs caro, ſed epulatur anima. Quid melius in nobis, anima uel corpus? Hæc accepit ut nõ doleat. Nutrit̃ aũt & hoc pulchrius & melius. Oportet nos eſſe in ieiunio, nec eſt propterea corpori corruptio, ſed medicina & cura. Nã qui ieiunant, & à fluxibus corporeis liberant̃: & qui ſe præparãt, ſuperfluitatẽ carniũ liquefaciũt, & animã deficientẽ nutriũt. Semper anima corporis curã habeat. Nutrit aũt & ſeipſam & ſuijpſius curam habet. Corporis mores, anima moderat̃, ſibijpſi uero rationẽ. Iam quũ corporis curam agit, multo magis decet ut & ipſa ſui curã agat. A deo ordinatũ eſt, ut anima corpori imperet. Qui pręferunt corpus animæ, ſubuertũt rectũ ordinẽ. Non ipſa corpori ſeruit, ſed ſi recte fiat, ſemp̃ animæ ſeruit corpus. Si aũt ferias ſuas feriabit̃ anima in damnũ corporis, et nõ ſapit q̃ ſunt corporis, corpus ſaluat̃. Quãdo regit corpus animã, & ipſa corrumpet̃, & corpus perit. Ne putetis paruũ quoddã lucrũ eſſe ieiuniũ. Ab uno ligno ſi abſtinuiſſet Adã, ſi ab uno ieiunaſſet, mortua fuiſſet mors, imò non fuiſſet mortua quæ non erat. Vides ſi hoc pharmaco fuiſſet uſus Adã, nõ fuiſſet mortale noſtrum genus. Quãtæ gratię fuit uſus, ut reſoluat̃ qd̃ inuenit Adam per intẽperantiã? Quando uides, quid mali operatũ ſit contrariũ, hoc eſt q̃ non abſtinuit ab uno ligno Adã; cognoſce quantũ bonũ ieiuniũ & abſtinentia ab his quæ licita ſunt afferãt. Nam ubi attigit Adã qd̃ nõ licebat, cecidit: contra, abſtinentia ab his quæ licent, ſua beneficẽtia ruinã reparat. Vtinam & Eſau ieiunaſſet, & non uendidiſſet primogenita, ſed cibo minor factus, naturę priuilegium pro lentibus uẽdidit. Doctis ſcripturas uelociter tranſcurro. Quid detulit Iudęis legẽ à mõte Ieiuniũ Moſi, quod quadraginta diebus fiebat: ſed priuſq; deferret̃ lex, uiſus eſt populus ueritatẽ amiſiſſe. Prima lex, Dñs deus unus eſt: &
B mandatũ ſuſcepturi dicunt, Hi dij tui. Magna infirmitas. Nam et pro deo uiuo ſimulacrũ uitulí uenerati ſunt. Quod ergo huiuſmodi pharmacum? Iterũ ieiunat Moſes, qui nõ peccarat, & ignoſcit̃ peccãtibus peccatũ. Veteris legis radix à ieiunio cœpit. Nam teſtamẽti prædicatio à ieiunio initiũ ſumpſit. Baptizatus em̃ Saluator propter nos, & profectus in eremũ prius ieiunauit, & tunc ſigna facere cœpit, non ipſe ieiunio opus habẽs: nos autem docẽs pro uirili ieiunij pręmiſſionẽ. Si igitur uetus à ieiunio incipit, & noua ab eo fundamenta ponit, ne putemus malũ eſſe ieiuniũ. Grauatim ferunt aliqui, moleſtã & oneroſam legẽ uidẽtes. Et leones in lacu ieiuniũ didicerũt, & non attigerunt Danielem. Si aũt leones mandato obtempe
C rant, & ut noti quidã cohibẽt naturæ impetũ, & non inuadunt ut alieni, feſtinemus ad ieiuniũ ordinari. Iterũ ſcriptũ eſt, quãdo Roboã rex Iudææ impie egit uitulum adorãs, id quòd à patre hæreditarie acceperat, adſtitit Propheta, & regi, & populo: nihil dixit, ſciẽs q̃ immorigeri & principes & ſubditi, relictis q̃ hominib. qui audire nolebãt, loquit̃ ad altare, ut monſtret q̃ lapides magis audiant q̃ homines. Dicit, Naſcat̃ Ioſias, & oſſa ſa- 3.Reg.13
crificantium cõburat, ſuper altare in ignominiã. Succẽſuit qui reprehendebat̃, ualideq; manũ extendit, ut benefactorẽ prophetã peſſundaret: extendit quidem manũ, nõ potuit aũt flectere: nam arefecerat illam flagitium. Qui extẽdit manum, dicit, ut Propheta iuuet, quẽ uolebat cõprehẽdere.
D Sanat manũ Propheta: dicit ipſi rex, Veni mecum in domũ, ut guſtes panẽ, & bibas aquã, et ſic uadas. Reſpondit Propheta: Mandatũ dei habeo in locis illis in quibus tam impie uiuitur, non guſtare uel panẽ, uel aquã. Recedit Propheta. Intendite aũt fini uerbi. Ecce alius Propheta, qui audierat q̃ ,ppheta iſte quũ pręſens eſſet, talia dixiſſet, ſequitur & cõprehendit, & orat Prophetã ut ingrediatur, & guſtet ſecum, & perſuadet: Perſuaſit aũt ut dixit, Quia & mihi dñs dixit, ut hoc facias. Ingreſſus eſt & comedit: & dũ comederet, ingreſſus eſt ſpiritus ſanctus in Prophetam, qui uocauerat, & poſtea prophetauit: non quæ ex corde ſuo, ſed quæ ex ſpiritu: & inquit ad illũ, qui intrauerat & comederat: Quare non audiſti dñm deũ tuũ, et comediſti ubi iuſſus es nõ comedere? abi hinc, &

comedet

comedet te leo. Vides hic cõtempſiſſe mandatũ de ieiunando, quantum malum cõciliat? recedit Propheta, & non patrocinatur illi prophetiæ dignitas ob inobedientiam. Egreditur leo, non ut comedat, ſed ut oſtendat q̃ ipſe mandatũ audiat, & inuadat eum, qui nõ audierat. Inuadit corpus inobedientis, ut interimat, & eum qui pręuaricatus erat, puniat. Vt aũt interemit, uſus eſt pro delicijs ieiunio, abſtinens à deuoratione eius qui nõ obedierat. Iacebat itaq; mortuus Propheta, ſtabat uero aſina eius uiua, non q̃ eſſet difficilius interficere aſinum, quàm hominem: ſed irrationabilis leo præceptum diſcreuit, & aſinã quæ non peccarat, non occidit, neq; tetigit eam quæ pręuaricata nõ erat, ſed eum qui prævaricatus erat, & iam nõ prophetam, eo q̃ inobediẽs fuerat, occidit. Et uidere licebat de hoc triplicia mirabilia. Iacebat Prophe ta, declarans inobedientiam: aſſidebat leo, declarans obediẽtiam: adſtabat aſina neq; leonis naturam timens, neq; recedẽs, neq; aliquid à leone patiens: ut clarum eſſet non propter explendum uẽtrem acceſſiſſe leonẽ, ut acceſſerat, ſed ideo quia ieiuniũ non ſeruarat ille cui pręceptũ erat. Aſſumptus eſt Helias quaſi ſuper cœlũ. Et quod ſignum aſſumptionis? ieiuniũ quadraginta dierũ. Si Moſes ieiunat, et ſimiliter Helias ieiunat, et dñs obſignat, bona eſt imitatio: quãuis nõ reijcim9 intermedias refocillationes. Nõ eñ quadraginta dies ieiunamus, ſed in medio interualla interpollam9, numerũ cõiungimus, ieiuniũ nõ diſcernimus. Magna ſunt, quæ illi ante nos egerũt, parua quę nos, ſi quidẽ & parua aſſequimur. Manifeſtũ certe, procul & alienos nos ab his qui olim ieiunarũt. Nullus noſtrũ ieiunat quadraginta dies. Nam quadraginta interuallis reficimur, ſicut uiatores ad ueſperã in diuerſorio manentes, & iterũ incipientes. Si autẽ illi quadraginta dies ieiunarunt, nos aũt nõ candem uiam, etiã cũ refocillatione, imus: nõ audebimus meminiſſe eorũ, quorũ imitationẽ ieiunãdo nõ habemus. Ieiuniũ angelorũ imitatio eſt pro noſtro uirili, contemptus præſentium, ſchola precũ, alimonia animæ, frenũ oris: & mitigat concupiſcentias: ſciunt qui ieiunant: & mitigat uoluptates, & non ignorant qui tentarũt: mollit furorem, compeſcit irã, ſedat fluctus naturæ, excitat rationẽ, clarã facit animã, alleuiat carnẽ, fugat fœdas intẽperãtias nocturnas, liberat ab ebrietate, tollit capitis dolores, claros affert & colores & aſpectus. Bene compoſiti ieiunis ſunt geſtus, facilis lingua, abeſt riſus ebriorũ, recta eſt cogitatio: non enim effunduntur cõcupiſcentiæ: hilaris eſt continentia, ſerenitas inualeſcit. Homo enim exterior otioſus eſt. In ebrietate ea quæ patimur, nõ recordamur: à quib. liberati ſimus, in ieiunijs habemus memoriã. Ieiuniũ enim & ſeipſum ſcit, & quæ ſibi ſunt aduerſaria: ebrietas autẽ & ſeipſam ignorat, & bona quæ ex ieiunio proueniunt. Cuius gratia occiſi ſunt filij Aaron ſacerdotes? nónne quia in miniſterio uinum guſtarũt? Quæ erat lex Nazaræorũ? nónne abſtinere à uino, & omnibus quæ inebriant? Daniel cum ſuis legumina comedebant contemnẽtes menſam tyranni Nabuchodonoſor. Ieiunauit Daniel triginta ſex dierũ hebdomadas: & uir ille deſideriorum, quia à concupiſcentijs ſibi tẽperabat, cognomẽ ſortitus eſt. Et quomodo ieiunauit non unũ ludaicũ diem & breuem, ſed triginta ſex dierũ hebdomadas? Et ipſe prefigurabat eccleſię conſuetudinẽ. Panem, ait, delicatũ nõ comedebat. Alij aũt pro uoluptate ſua aliquando bibunt. Vinũ & caro non intrauit in os meum, à quibus ieiunat eccleſia. Vide in Veteri Chriſtianam uitã. Figurę enim in his qui infirmi & imperfecti: in prophetis autẽ iam ueritatis ueſtigia. Ieiunium ſentẽtiam dei reuocauit. Dixit enim deus, Subuertetur Niniue: & nõ ſubuerſa eſt. Adhibuerũt enim ieiuniũ, & effugerũt. Ionas effugit, quia timuit preſidium quod illis ex ieiunio futurũ. Nam cetus eum abſorbuerat. Abſorbuit autem ieiunãs: nõ enim ut præda & eſca utebaẽ abſorbens, ſed deponebat, & ſeruabat depoſitum domino, & eum qui per ſeipſum abire noluit, abducebat quò ordinatũ erat. Audiuit Niniue magna illa ciuitas uerbum nudi prophetæ, qualis erat qui à ceto egreſſus, cui ob metũ neq; hominis color. Vnus propheta illuc uenit, & ſignũ hoc qd̃ fecit, tẽpus indicauit: quin & dixit, q̃ ſubuertẽda ciuitas: & quod premittebaẽ, faciebat ad hoc, ut à fide abducerenẽ. Illi uero audierũt prophetã illum unicũ, & ediuerſo prædicarũt ieiuniũ, pharmacũ, quò ſubuerſionem amoliri poſſent. Ionas autẽ contendebat, nõ quòd ſubuerteretur Niniue, ſed ne argueretur ex cõparatione Iſrael, quòd gẽtes prompte audiebant etiã unum prophetã, Iſrael aũt tot & tantos audire negligeret. Adhibitũ eſt ieiunium, ut reuocaretur dei ſententia. Erat aũt ieiuniũ nõ uulgare, ſed abſtinẽtia quidẽ à cibis, & abſtinẽtia à peccatis. Nã qui propter peccatũ ieiunat, & in peccatis uolutaẽ: quid amplius facit, q̃ ſi in luto lotus ſit, iterumq; luto uoluteturr? Principio à peccato ipſo abſtinẽdum eſt. Quid eñ prodeſt diebus aliq̃t de peccatis doluiſſe, ſi iterum idem cogitabimus poſt priora nocumenta? quia infirma ſatis eſt anima ob plagas prius acceptas. Nónne orantes deteſtamur quòd peccauimus? ſi priorum pœnitet, cur ſequentia colligimus, & idem repetimus? Scriptũ item, Abſtinebant à cibis, abſtinebant & à peccatis, exaudijt deus. Sufficit enim ieiuniũ, ut inflectat dominum. Ionas grauatim tulit, quòd uocaturi eſſent eum pſeudoprophetam: at deus mutata ſentẽtia propria, illos ſeruare nõ dedignatus eſt. Neq; deus mẽdacij argui poteſt: ſed quæ dixit, uere locutus eſt. Et cum dixerit aduerſus gẽtẽ & regnum, ut ſubuertatur, & eradicetur, et à peccato ſuo pœnitentiam egerit, agam & ego pœnitentiã ſuper his quæ decreuerã, non mentitus eſt deus reuocata ſententia. Neq; enim miſit prophetã, ut ſubuertatur Niniue: alioqui quid neceſſariũ erat ut prædicaret? ſed quia ſubuertere noluit, minatus eſt ſe ſubuerſurum, ut reſipiſcentes non ſubuerterẽtur. Nónne comedit Adã de ligno, & tũc ipſum puniuit deus? Verum, ſed prædixit, Si comedes, morieris,

Ionæ 3

Mat. 14
Ioan. 13

Gen. 2

rieris, ut non comederet. Non audiuit ipsum præ A dicentem. Comedit, deuoratus est. Non est locus accusatiõi, ubi prædictio. At nesciebat, inquit aliquis, quòd comesturus esset: Forte hæreticus est qui ita dicit, & obiter Vetus testamentũ transcurrit. Ad quem dicetur, Sciebat seruator, quòd Iudas eum proditurus esset: quomodo igitur illum elegit? Sed fortè aduersus hæreticos excusabimus, ea quæ de Iuda dicta cum ijs quæ de Adam dicuntur, cõponentes. Nunquid una solutio est, uel duplex uinculum? Oportet igitur satisfacere, quare Iudã cum talem sciret, elegit: & quare præscius Adamũ peccaturũ, in paradiso collocauit. Operæpretiũ est ieiunij tẽpore, quãdo sobria est anima, maiores quæstiones in mediũ afferre. Sciebat saluator (hinc enim exordiendum) quòd Iudas traditor esset: cur igitur eligitur? ut cõmendaret excellẽtem misericordiã: quasi dicat, Quod in me est, & apostolus es, & cum discipulis te numero: quòd si tu indignum te declaraueris, cõspicua quidem erit excellens mea misericordia, sed & manifesta erit prodigiosa tua malitia. Nã & marsupiũ illi suarum rerum concrediderat, non ignorans quòd furaretur, sed uolebat dando hanc potestatẽ mederi illius auaritiæ. Nesciebat igitur & Mar.14 prædicebat? Non solũ præscius erat, sed & sæpe Ioan.13 prædicebat, Vnus ex uobis me tradet. Cur igitur accusaretur, quòd malus malitia sua boni dispensationem implet? Sed qui eum elegit, non proditorem ipsum coegit fieri, sed apostolum: sed neq; apostolum fieri coegit. Nam quod ex necessitate fit, ipsum dicitur fieri, non fit. Continens ex necessitate non est cõtinens, eo quòd necessitas sit. Non enim uinculis uirtus, sed electione uitæ cõstat. Quare igitur & Adam in paradiso deliquit? Quem formauit, bonus fuit, liberũ fecerat, & ut libero legẽ dederat: sed sciens quòd comesturus esset, nõ necessitate prohibuit, nec uoluntatẽ cõstrinxit, & Adã peccauit. At si locus honorẽ meruit, ob lignũ quod tam honorabile. Neq; em̃ male creatũ, sed postq; denuntianti nõ est obtemperatũ. Iam si gustu quoq; trãsgressum mandatũ est, ieiuniũ post præuaricationem reparat & seruat. Teipsum proba: quis em̃ usus perpetuarũ lectionum? Considera teipsum, quis eras ante ieiuniũ, & quis iam ieiunãs: Opera em̃ fructus sequẽtur, D tametsi nec operi suus deest fructus. Qui piscaturus ad mare uadit, non habet in manibus capturam dum uadit: qui ieiunat, mox fructum habet. An non arridet serenitas? an non fluctus illi à temulentia uenientes cessarunt, an non à tempestate & æstu maris liberatus es? An nõ desideras audire, Et caro quæ refrenata est, non lasciuit, neq; erubescit? Non curas tu nunc sermonẽ de continentia. Non audis quòd ieiunat quis & gaudet? Qui ieiunant, ne in malum ieiunent. Qui em̃ malum putat ieiuniũ, etsi ieiunet, in malitia est. Non sunt in malis angeli, nõ habentes opus nostris alimonijs. Non splendide, & ut par esset, pascimur: sed pro indigentia explemur, omniaq; mala in ieiunijs extinguunt. Ieiuniũ autẽ uoco non solũ abstinentiã ab alimẽtis, sed quod sciuit Esaias: Ieiuna Esaiæ 58 ut audiaris. Et si dicas deo iuxta morẽ Iudaicum: Ieiunauimus, & nõ uidisti: humiliauimus animas nostras, & non cognouisti? caue ne dicatur tibi: Nam in ieiunijs uestris inueniunt uoluntates uestræ. Si uoluntatẽ dñi ieiunãdo fecisti, in ieiunio aliquãdo ieiunasti. Non em̃ negotiatio ieiunium est, ut lucrũ faciamus nõ edẽdo, sed ut qđ mãducaturus eras, pauper pro te comedat, fiatq; tibi duplex bonũ, tum quòd tu ieiunas, tum quod alius non esurit. Labor quidem nobis est in ieiunãdo: At nondum pro Iesu crucifixi sumus. Quare ieiunium pro cruce est? Maiora ipse tulit, parua nos reddidimus. Crucifixus est propter te, & sitit, & bibit acetũ cum felle. In fame educatio est magnũ B ieiunium: at nondum quantum id fellis. Et stas in labore? Nondum pepẽdisti in cruce. Ne sis ingratus erga Iesum, ne deplora quòd ieiunas, sed plora quòd non semper ieiunas. Quæ tibi subtracta sunt? Vinum, phlegmatis immunditia, capitis dolor, respirandi difficultas. Vt nunc habẽt res tuę? es in silentio, in lenitate. Color faciei ieiunij tẽpore melior, mitior, serenior. Vini enim calor, ignis ardor est. Qui non cõpatitur Iesu, ignorat Iesum. Qui repellit ieiunium, ignorat crucẽ: quæ ut non est mala, ita tu nec eam quasi malam suspiceris, ne sit fœdus seruus, qui minister est dei. Neminẽ cõtristant festa, nisi quis ignoret quæ festorũ uirtus. Quando sunt festa, quãdo es ut angelus, tunc succenses. Ignorans quod medium sit: tunc exposcit natura nuptias, non supernaturales nuptias celebras. Esto pius in cõiugio, si ieiunium ueneraris. C Per dies ieiunij sanctus esto. Non reprehendo nuptias, præfero autem ieiunium. Quæ ante ieiuniũ comedimus, nobiscum non manent: quæ in ieiunio non edimus, manẽt nobiscum. Quid ergo in his quæ non manent adeò occupamur? Quæuis uoluptas ciborũ non diutius durat, q̃ quouisq; absorbeat: ut transierint organũ gustus, fiunt quasi nõ fuerint: ieiuniũ uero nõ languescit (neq; enim per uentrem ad stercora trãsit.) Nam immortalitatis est conciliator, cũ angelis cõuictus est: nam pro uirili angelorũ imitatio est. Insuauiter agis q̃ sobrius es, quod alienis carnibus non grauaris, q̃ recta est ratio, q̃ pura caro, q̃ floret mens, quòd cum gaudio scripturas audis, q̃ non dicenda taces, quòd non es homo, sed fermè angelus: quia fermè angelus est ieiunans & agens festum domini. Qui uocauit ad nuptias, cum ingressus fuerit, ut uideat recumbentes, uidebit ne quis alienis uestibus ingrediat. In nuptijs aũt puræ uestes gestãdæ, impollutæ aũt & sanctæ ad sanctas nuptias, clarę exterius et intus fulgidę. Quiescãt et nuptię ad mãdatũ & admonitionẽ Apostoli, ut cõcorditer coniuges ieiunijs uacẽt, in ieiunijs cõiungant preces. Ieiuniũ admõeat, ut tẽpestiuę preces sint. Ieiuna, quia peccasti: ieiuna, ut nõ pecces: ieiuna, ut accipias: ieiuna, ut & permaneant quæ accepisti. Hæc enim ieiunij genera sunt. Peccauit alius, ieiunauit seipsum castigãs, ut effugiat pœnã. Ieiunemus ne insurgant in nos cõcupiscentiæ. Vides ut ieiunium

ut ieiunium peccata sequatur, hoc est, quia pecca A deus ab homine condemnat. Qui in sermone uerax, ait: Pater nullũ iudicat, omne iudiciũ filio dedit: qui omnes iudicat, à quodam iudicatur. Suffi ciant hæc in ieiunij memoriã. Oportet enim primum scire quomodo se res nostrę habeant: quando diligemus ieiuniũ, et afficiemur sicut ad festũ, subministrãtes & in ieiunijs cõuiuiũ: apponẽdo mysteria ieiunijs, laudando mẽsam dñi seruis domini, gloriam quæ ante secula, ac dispẽsationem eius, quæ in posterioribus temporibus, quis fuit, & quid factus est, unde & ad quæ, & ꝓpter quid. Vt & lætantes & lætificantes ob ieiunium, hanc religionẽ domino semper habeamus, semper gratias agamus, semper glorificemus, semper diligamus eum, qui dilexit: & adoremus eum qui iterũ B se ostendet, moriamur propter eum qui pro nobis est mortuus, sperantes cum eo qui in ignominia erat, nos glorificandos. Sanctissimo patri qui hoc ieiunium nobis concessit, & non pepercit filio suo, propter nostram salutem, cum eo qui per ipsum qui abijt ad nos missus est, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioan. 5

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de ieiunio, Sermo secundus.

DEST nobis splendidus dies, & desideratum tempus aduenit: & conuen- A tus ideo opulentior congregatur, & hæc omnia spes nobis expectati ieiunij præparauit. Ad paternam hodie conueniſtis domum, & ad matris ecclesiæ conuo lastis amplexus: et speratum ieiunium tantam no C bis diligentiam obseruationis imposuit, quantũ nobis reuerentiæ, cum aduenerit, donare poterit firmitatem. Sic & ciuitas cum in eam iudex spera tur terribilis aduenire: deposita desidia quam sibi inesse cognoscit, totius diligentię solicitudinẽ gerit. Sed, quæso, ne uos terreat cõparati iudicis terribilis nomen auditũ. Non enim uobis ieiunium terribile, sed aduersus dæmonũ naturam constitutum est: ut si quis spiritu fuerit arreptus immũdo, & ieiunij perspexerit uultũ, ceu ipse lapis immobilis actiuet: sed etsi addes ei ieiunij sororẽ, id est, cum eo orationẽ perspexerit sociã. Et ideo Christus dixit, Genus hoc non exit, nisi in oratione & Mat. 17 ieiunio. Quãdo igit aduersarios salutis nostrę mi D nuit atq; propulsat, & inimicis nostris formidinẽ tanti terroris incutit, amplecti iuuat atq; uenerari, non timere conuenit: & cum ultra modũ cibus atq; ebrietas declinet per ieiuniũ, debemus omni animositate primũ complecti. Ibi etẽ uoluptatis illecebris superati, captiuitatis laqueis illigati, libertatis tranquillitate priuant. Vbi aũt ieiuniũ fuerit affectatũ, laxantur tyrannidis nodi, captiuitatis uincula soluunt, libertatis iura restituunt in integrũ. Cum igit ieiuniũ aduersarijs nostris obsistat, & iugum seruitutis expellat, & ingenuitatis securitatẽ restituat: quid aliud argumenti est, omnium bonorũ atq; beneficiorũ cardinẽ esse, nisi ieiuniũ constitutũ? Vis audire quanta tutela, quantumq; subsidiũ humano generi, de ieiunio generatur? Beatã monachorũ uitam diligẽtius unusquisq;

ut ieiunium peccata sequatur, hoc est, quia pecca ta admissa sunt, sit ipsum propter conuersionẽ & pœnam. Aliud ieiunium peccata præcedit, nõ ut auferat peccatum quod commissum sit, sed ut tollat quod futurũ, ni ieiunaretur. Aliud ieiunium, ut qui legẽ quærit, legem accipiat. Etenim qui petit, ieiunat: ut Moses ieiunauit, ut acciperet legẽ. Iterũ alius ieiunat, ut ne amittat iure quæ assecutus fuit. Ecclesia autem simul ob gratiã ieiunat, Iesu opus agnoscens, utpote cum crucifixo crucifixa, & ut dum patitur cũ domino, & cum domino glorificetur: non ut dominũ lugeamus (uiuit em̃ uiuentis filius) sed dispensationis cõfiteamur beneficiũ: & si lugemus quòd crucifixerunt ipsum, non propter ipsum, sed propter audaciã eorũ, qui ausi fuerunt: surrexit ex mortuis, stat in gloria, in qua antea cum patre fuit. Simul erat cum patre, à quo & erat. Non est luctu digna uictoria Iesu: sed ieiunemus, nosipsos curãtes operamq; dantes, ut passionum illius participes simus. Agimus quid supra nostram dignitatẽ fratres. Quis em̃ dignus ut cõmunicet afflictionibus Iesu? Magnum hoc mysterium, festinemus ad bona, non declinemus ad mala. Iesus crucifixus est, immortalis dei filius pependit corpore in cruce: non propter seipsum, sed propter te occisus est à ligno: ieiunauit in ligno, accepit quæ non debuit, posuit corpus pro eo, quod accepisti: concupiscẽtia uictus es, fel bibit pro uoluptate, ne sis alienus à regno. Nosti q̃ crucifixus est, nosti quòd pro te mortuus est, confitere quòd uiuit, pro uiuente: fac martyr sis, pro eo q̃ pro te martyr fuit: morere pro eo qui pro te mortuus est. Si autem sic exposcit mortem, paruũ est ieiunium, habes magna, largire parua. Cũ gaudio ad festa, cum lętitia ad ieiunium ueni. Delicię sint ieiunium. Sed fortè frustra clamo. Nam sicut fax mutauit colorem ad mensam uenientiũ, ita et uos. Atqui hoc non est amantiũ ieiuniũ. Non em̃ cõsequens est uos ægre ferre, q̃ à mẽsa dñi abstrahimini. Præter expectationẽ aũt occurrit spectaculũ, sicut occurrit facis splendor. Reprehẽsa est cõsciẽtia, quę latebat, q̃ ui detinemur: & utiq; nõ stamus, quãdiu aliquãdo uerè cadimus, quandiu aliquãdo in negotijs domini difficiles sumus. An non audistis psalmum dicentem, imò ipsum obe
Psal. 14 dientẽ? Si ueritatem loquimini. Si uere ieiunas, D gaudium in ieiunio habe: si aũt doles, teipsum iniustum declaras. Si laboras, non lętaris: si persecutionem pateris, si bonis priuaberis, bona nõ assequeris. Iesus crucifixus est ô homo. Non mihi tanta uirtus est, ut clamem quantum debeo, Iesus crucifixus est. Vide & præfigura ante oculos. Crucifixus est propter te, crucifigere, glorificare cũ illo, nõ ut moriaris, sed ut morte libereris. Hęc dies parasceues est, in qua Christus ꝓ te mortuus est: & tu morere, & crucifigere. Pro deo sermo hic. Cũ deus fit homo pro te, nõ reueremur dignitatẽ, non erubescimus passionẽ? Vtrũq; cogita, quid erat, & q̃d passus est. Iudicatus est iudex, uita morti traditur. Qui pascit, esurit: qui potat, sitit: qui in gloria, in ignominia; et Rex ad prę̃sides ducit, &

quisq; consideret. Illi nanq; turbulentæ cõuersationi renuntiantes, & istius mundi delicias abdicantes, libertatis amœnitate illecti, montiũ cacumina postularũt: & tanq; tutum portũ beatitudinis eligentes, ibi receptacula tabernaculaq; cõponunt: & solũ secum ieiuniũ uitæ suæ suffragiũ retinere festinãt. Hac de causa etiã angelorũ eos ieiunium cõsortio sociauit, & nõ solum illos, sed etiã eos quos in ipsis urbib. sui cupidos ualeret reperire, ad ipsius philosophiæ culmẽ exaltat. Nã Moyses & Helias testamenti Veteris arces & optima ornamẽta, licet & aliàs cœlestem confiteri uirtutem merebantur: tamen quando suis auribus diuinam uocẽ inhęrere cupiebant, ad ieiunij subsidiũ conuolabãt: ut ipsius quodammodo patrocinio eorũ deprecatio tolleretur ad cœlũ. Hac de causa & deus cũ in initio hominẽ faceret, statim eum ieiunij magisterio cõmodauit. Nam de omni ligno manducabis: de eo aũt ligno scięntiæ boni & mali non manducabis, ieiunij species est. Et cũ in paradiso ieiuniũ pro magna cõmoditate indicit: multo magis extra paradisum necessariũ postulat. Et cum ante plagã remediũ utiliter demõstratũ est, multò magis lanciatis appetendum est, ut pręstet uulneribus sanitatẽ. Et cum ante cõflictũ ad resistendum libidinosis uoluptatibus, clypeus nobis abstinentiæ necessarius fuit: multò magis in ipso nostro certamine, ieiunij auxiliũ ad nostrã uictoriam flagitandũ est. Si huic uoci obediẽtia cõsensisset, secundæ uocis sententiã non meruisset audire, Terra es, & in terrã ibis. Sed quia huius uocis præcepta cõtempsit, ideo mors & dolores & animi cogitationes & mẽtis angustiæ, & ipsa uita omni morte grauior est: propterea spinę & tribuli, propterea dolores & gemitus, et humani generis uita nimio dolore conterit. Vides, deus quemadmodũ commouet, cũ abstinentia ieiuniumq; cõtemnit? Disce igit, quemadmodum gratulat, cũ ieiuniũ obseruatur. Nam sicut ad uindictã uiolati ieiunij, mortẽ uiolatori constituit: ita obseruantibus, uitam pro morte donauit. Et ut ieiunij possis cõperire uirtutẽ à diuinitate ei cõcessam, uide potestatẽ: mortẽ solet ad uitam cõuertere: & multos post sententiã liberauit: et in ipsis desperatiõis angustijs ingementes salutari remedio luci donare cõsueuit. Et hoc non decẽ aut uiginti hominibus præstitisse monstratur, sed ingenti populo. Nam Niniuitarũ illa magna atq; miranda ciuitas cũ diuino motu labefactari funditus speraretur, & in ipsis esset ruinę præcipitijs declarata, & nõ longè post amissis ciuibus suis à cunctis expectaret terribili labefactatione deleri, & ciuitatis uocabulũ amittere: aduenięns de cœlo solum potuit ieiunium liberare, et cœlestem sententiam mitigauit, & mortem conuertit ad uitam.

Gen. 2

Ibid. 3

Ionæ 3

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, episcopi Constantinopolitani, de Eleemosyna & hospitalitate, Sermo.

Iopifices qui manuum ope industriaq; uel operibus præsidendo uitam ducũt, tantam præ se tulerint liberalitatem, ut pleriscq; fidelibus opem tulerint: quam erũt hi qui bonis fortunæ abundant ueniam habituri, qui egenos despexerint? quinetiam nec suo sanguini illi, nec uitæ pepercerũt, ut deo se morigeros præstarent, cum ipse, ut tenui plerunq; pecuniæ parcas, nihil prorsus animæ tuæ indulgeas. Dicet aliquis, Erga præceptorem & dominum tales se illi præstitere, non tamen eadem sunt in discipulos munificentia usi: quod iure dici non potest. Siquidem, ut legimus, gentilis ecclesia his gratias ageret, qui etli natione Iudæi, tam syncerę & integrę fidei extiterunt, ut eorũ ecclesiæ ex gentibus confectæ uolenti animo necessaria subministrassent: quorum studium & uirtutes uel fœminis imitandæ potius forent, quàm sericis & auro & uestium abundanti ornatu expoliri. Quæ enim unquam regina adeò claruit, uel magis est in omnium ore uersata, ut Pauli posset sectatricis & sociæ mulieris, nomen aut famam excedere? hæc enim Paulũ non ad decimum usq; aut uigesimũ annum, quin ad eam usq; tempestatem, qua Paulo Christus sui præsentiam obtulit, sectata est: ita, ut ubiq; ob id uirtutis laudibus abunde potita, fama & nomine celebretur: quod proculdubio maiori sibi fuit decori & ornamento, quàm quæuis corona aut insigne aliquod regiũ extitisset. Quid em̃ uel maius, uel dici par potest, q; Pauli defensionẽ suscepisse, eiusq; uitæ discrimine terrarũ orbis instructionẽ tutari? Cogita itaq; quot fuerint reginæ silẽtio occultatæ, cum hæc quę Paulũ comitabat, una cum eo sempiterno nomine celebretur: quãtumq; sol terrarũ circumlustrat, tantundem huius fœminæ gloria peruagatur. Siquidẽ Persæ, Scythæ, Thraces, & qui ultimos orbis incolunt fines, eiusdem sapientiã & prædicant & admirãtur: quis ipse uel opes, uel regias uestes, uel imperia nõ paruisseceris, ut hanc tibi testatorẽ laudẽ pares? Neq; id dixerit quispiã, tales se illos in periculis præstitisse, uel fuisse duntaxat in erogandis pecunijs liberales, in Christi uero nomine diuulgando negligentes, quãdo eosdẽ apostolus cooperatores appellat, quos inter nec eam pudet fœminã coadiutricẽ nuncupare, quin id sibi ornamento ducit: non enim naturæ sexum attendit, sed animi prõptitudinẽ palma dignissimã arbitrat. Quid ergo hunc potest decorem æquare? Vbi nũc effusæ diuitiæ? ubi facierũ decus? ubi & insani gloria? Perdisce hunc mulieris ornatũ, qui nõ corpori est circũiectus, sed animam perpetuo mansurã exornat, qui nec pyxide aliqua, sed cœlo reconditur. Respice horũ in uulgando Christi nomine laborẽ, in tolerandis supplicijs uictoriã, in his fortunę bonis impartiendis liberalitatẽ. Aduerte, inquã, qua sit illa Paulum charitate cõplexa, quóue Christũ amore prosecuta: mox tua cum his cõferto, scilicet, q; sis ipsa in accumulandis pecunijs diligens, q; ad sectandã impudicitiã attentior, q; ad explendam uentris ingluuiem uigilãtior: spectabis sanè hoc pacto quales Christi discipuli fuerint, et quali nũc ipsa sis cõditione. Malim equidẽ non magis te cũ his conferas, q; eam tibi admirandã mulierẽ desu-

mas,& ita,ut depositis lasciuię sarcinis,id etiã prę A ferat tuus iste uestimentorũ cultus,excipias cœlo rum ornatũ,perdiscasq; unde tam clari euaserint, qui cũ Priscilla uersarẽt. Quòd si fieri certior cupis,quo pacto illi eò sunt magnitudinis ꝓuecti, facile intelliges,cum noueris Paulũ ab his hospitio biennio fuisse susceptũ: quo quid esse uirtutis potest, ut non interea animũ excoluerint? Dicet aliquis, Heu me miserũ qui nullum habeã apud me Paulũ: quin si uolueris, uel Paulũ habebis tibi hærentẽ:non enim illos Pauli facies,sed sermo prouexit.Itaque si tibi id animo sedet,non modo Paulum, sed Petrũ, Ioannẽ, prophetarũ insuper, & reliquorũ apostolorũ cœtum omnẽ tecũ habebis assiduo colloquentẽ. Cape in manibus istorũ libros, & scripta perlege, hæc te mulieris istius fa B cient non absimilem: at quid Paulum dixerim? quin & dominũ ipsum, si uoles, tecũ habebis: siquidem per Pauli sermonem tecum colloquetur. Licebit & aliter eundem admittere, si suæ fidei iueris sectatores, quibus uel abeuntib.pietatis poteris & mansuetudinis monimẽta promereri. Solent enim & mensa,in qua uir sanctus aliquis cibum sumpserit,ac sella cui insederit, & quo decubuerit lectulus,uel eo decedẽte faciles eos ad pœnitentiã reddere, qui domi sanctũ aliquẽ uirũ ex-
4.Reg.4 ceperint. Quocirca quantũ existimas animo Sunamitem illam fuisse perculsam, aut quali uenera tione imbutã,cum tricliniũ ubi Helisæus mansisset conscendit,& eo magis cum mensam & lectulum,quo uir summę sanctimoniæ quieiuisset,in- C spectaret? nec sanè filium illi emortuũ suscitandũ exposuisset, nisi eius uiri contubernio plurimum profecisset. Quòd si longo post tẽpore ea loca adierimus, ubi & Paulus diuersatus sit,& in uincula coniectus,uel in multorum sit conspectu concionatus:nónne uideremur esse præ gaudio quasi alis quibusdã sublati? Itemq; si tẽporis illius ex locorum aspectu repetita memoria tantũ capimus uoluptatis: quid priscos illos existimandũ est fuisse ex recentibus beneficijs iucũditatis assecutos, q uenerabũdi hospitio alienos susceperint? Erũt itaq; sanctiores per nos uiri admittẽdi, ut eiusmodi hospitalitate & domus illustretur, purgeturq; sentibus, & ex diuersorio loco portus efficiatur: neq; hi solum erunt suscipiendi, quin & eorũ ab- D luendi sunt pedes. Neq; enim ipsa si uel regio fueris nomine insignita,Sarai potior eris,uel eam nobilitate & opulentia anteibis, cui quadringẽti decem & octo uernæ, & domi nata mãcipia fuerãt, & filij duo,quos omnibus diuitijs prę ferebat. Verum quid dixerim decem & octo & quadringentos, quando eius ex semine emanaturum terrarũ orbem esset certior facta, haberetq; in uirum dei amicũ, eundemq;, quod omi fuit imperio maius,
Gen.18 curatorẽ? Verũ cũm tanta esset gloria illustrata, fermento farinæ indito panes conficiebat, & reliqua in ancillæ morẽ angelis uescẽtibus ministrabat. Porrò neq; Abrahã ipse nobilior fueris, qui post trophæa & insignes uictorias,post exactum etiam Persarũ regem & profligatũ, cum magnis esset ab Ægyptio principe honorib. auctus, sese pro seruo gesserit. Illudq; haudquaq; erit animaduertendũ, ꝙ apud te sanctiores plerunq; uiri aspectu uiles, egestate & pãnis obsiti diuertant, quin potius erit uocis illius reminiscendum asserentis: Qd uni ex minimishis fecistis,mihi fecistis.Neq; Matth.25 ex paruulis his quempiã parui feceritis:siquidem eorũ angeli semper spectant faciem patris uestri cœlestis. Excipe itaq; hos animo libẽtiori,qui ex pacis osculo infinita deferũt ad te bona:post Sarã Gen.23 aũt hanc & Rebecca cogitatione repetenda est, quæ quum aquandi gratia fontem petisset, omni animi elatione deposita,& potũ alienis iumentis hausit, & hospitẽ domũ apud se inuitauit. Quorsum hæc? quoniã eiusmodi hospitalitatis ob causam,præmia illa immẽsa ꝓmerebanť,quæ & ipsa longe maiora accipies. Quippe cũ non solum te deus ad liberos procreandos faciet fœcundiorẽ, sed cœlo insuper ipso,et bonis cœlestib.donabit, liberabitq; gehenna, & errata remittet. Magnus præterea eius est hospitalitatis fructus,quã & Iother, etsi barbarus natiõe, sectatus curatorem sui eum suscepit, qui tam uastum in mari haberet imperiũ, qua tam bona uenatione filiarũ beneficio usus est.His itaq; cogitatione perceptis,cũ mulierem hanc animi magnitudinẽ tecum ipse reputaueris,omnis erit tibi calcanda superbia.Insuper uestium ornatus omis et reliquorũ sumptuositas, odorũ unguentationes, & huiuscemodi ad luxũ deliciæ conculcandæ erunt: & gradu composito gradiendũ, ita ut omissa hac inani solertia,studiũ id omne ad animũ transferas excolendũ, eumq; cœlesti desiderio incendas: cuius cœli si te amor inuaserit, terrena hæc pro cœno & luto duces,& facile contẽnes,quæ nunc pro bonis homines deminiranť. Neq; fœminã decet quæ spiritualibus sit officijs prædita, ea conquirere quæ ridicula sint. His itaq; omnib.reiectis,quę solẽt è turba mulierculæ saltatrices insuper & tibicinæ magnificare, circũcinge te sapiẽtia, hospitalitatẽ exerce,continenter orationi incumbe: uidebis hæc fore auratis uestibus potiora, gẽmisq; pretiosis & monilibus longo interuallo præstare.Hęc quippe apud homines laudẽ,apud deũ mercedis plurimũ promerenť.Eiusmodi sunt ecclesiæ ornamenta:illud uero cuius nũc meminimus, indecora scilicet & turpis uoluptas, in theatris habeť & spectaculis decori: cuiusmodi ornamentorũ alterũ cœlo est dignũ, alterũ equis & beluis.Animũ quippe clarum illud & emicans, hoc uero indecens cadaueroſa corpora circumagit. Nunc igitur & ipsi nobis paremus ornatum, ut fama & gloria celebres effecti, & Christo dũ uiuimus morẽ gesserimus, & futuris bonis perpetuo potiamur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de Misericordia, Sermo.

VDITE fratres Paulum dicẽtem,Induite quemadmodum electi dei misericordię uiscera.Nos autem longe aliter factitamus. Siquidem adeuntem quempiam, uel numũ à nobis deprecaturum, Coloss.3
A

caturum, probro & maledictis inceſſimus, & importunum appellamus. Cuius rei non te pudet ô homo, moleſtum & importunum clamitare panem depoſcentem? is enim uel ſi moleſtior eſſet, foret quidē miſericordia dignus, qui adeo fame uexatus, tibi perſonato homini ſupplicet: qua in re noſtra eſt crudelitas incuſanda: nam ſi nec facile impartiri aliquid egētibus toleramus, uaria coguntur arte noſtram inhumanitatē pellicere & emollire duritiem. Porrò ſi argentū, aurúmue poſcerent, aliquid forte rationis durius tuū illud reſpōſum habere uideretur: at cum neceſſarij uictus gratia te adeant, quid inepte philoſopharis, uerbis accuratioribus & ſuperuacaneis, inopi otium inertiamq; exprobrādo? quæ ſi in quempiā eſſent merito cōferenda, nemini omnium magis q; nobiſipſis forent obijcienda. Cuius pronūtiati in egenum probri memineris uelim, cū deū ipſe adieris, peccatis ueniā comprecaturus, tum quidem ſenties dignius te hæc poſſe à deo q; à te pauperem audire: nondum tamē talibus in te ille uerbis eſt uſus, cuiuſmodi hęc ſunt: Deſine iam, hinc abi in rem malam, admodū es ipſe importunus. Siquidē poſtq; & templa & aras frequentaueris, meaq; & inſtituta & iuſſa perceperis, mox foro adito, aurum, libidines, amicitias, neceſſitudines, & reliqua iſtiuſmodi meis & legibus & inſtitutis anteponis, humilitatemq; nunc præferēdo te ſupplicem reddis: poſtq; uero precari deſieris, crudelem te exhibes & inhumanū: abi itaq; hinc, meq; nec ultra adieris. Hac ipſi etſi ſumus auditiōe, uel acriori multo non indigni, nihil tamē iſtiuſmodi improperat deus: quin tolerat ille nos animo ingenti, cūctaq; per ſe ipſe exequitur, indulgēdoq; precantum uota excedit. Quòd etſi nihil horum nos fugiat, ſoluamus inopum mendicitatē, uel ſe ingerentium, nec acrius ultra in eos inuehamur, quando & nobis ad ſalutem haud minus opus ſit diuina clementia, q; uenia, & maiori quadā miſericordia. Neq; em̄ conceditur nobis, nec licet quidem noſtris omnibus diligētius diſcuſſis actionibus ſine ſupplicio uel morte ſalutem parare. Ne igitur efficiamur aliorū acerbiſſimi exactores & iudices, ne fortè acrius de nobis ſupplicia exigantur: cōmiſſa enim habemus quauis uenia nō inferiora, quinetiam illorū nos miſeret, quorū errata ueniam non merent̄, ut eandem nobis uel diu ſeruatam comparemus: uel potius ſi fuerimus, quod ingeniū ſuppetet & uires, eniſi, nunq; tanta in alios clementia utemur, quanta & ipſi indigebimus ab indulgētiſſimo deo promereri. Quo igitur pacto non abſurdum uideri debet, cum in tantis ſimus ipſi rerum anguſtijs ad ueniam promerendā conſtituti, adeo nos eſſe in conſeruos parcos & illiberales, ut in eos, id eſt, in noſipſos omnia enixe faciamus? neq; enim tam reliquos noſtrorum beneficiorum indignos arguimus, q; noſmet diuina clemētia. Siquidē qui conſeruum uerbo offenderit, deum habebit ſe acrius laceſſentē. Non igitur erit nobis ipſis detrahendū, quū inopes uel torpidos dixeris uel ignauos: re aliqua impartiamus

A adeuntes. Solemus em̄ & nos præ torpedine quadam uel incuria pleraq; delinquere: quinimo uel ſi cuncta ab his noſtra emanāt errata, haudquaq; tamē mox pœnas exigit deus, ſed ad pœnitendū nobis & ſpaciū præbet, & uictum tribuit, caſtigādo inſtruendoq;, uel reliqua ad neceſſitatem ſub miniſtrat, ut ipſi hanc eius clementiam ſectemur. Erit itaq; noſtra hęc perdenda impietas, & feritas à nobis omnis propulſanda: utpote id nobis potius quàm reliquis profuturum. Nam cum egentibus argentū, panem, amictúmue impartimus: tam nobis ingentē gloriam uendicamus, ut nullis queat uerbis explicari. Siquidem incorruptibile corpus reſumētes, cum deo unà & laudē ſimus
B recepturi & regnum: quod quanti ſit faciendū, ex noſtrarum & præſentiū rerum coniectura uel leuiter cōprehendi licet, tametſi nequeat impręſentiarum liquido ſatis internoſci, id tamē exemplis conabimur explicare. Dic mihi, ſi quis ſeneſcentem te & inopem polliceat̄ in priſtinā reſtituere iuuentutē, redacturumq; ad priorem illum ætatis florem, effecturū etiam & ualetudine optima, & uirtute præſtantē, largiturum inſuper tibi ad annos mille terrarū orbis ſumma tranquillitate imperium: quidnam ipſe pro iſtiuſmodi pollicitationibus uel facere, uel pati recuſares? Ecce igitur & Chriſtus, non ſolū hæc, ſed his longe maiora pollicetur: neq; em̄ quantū inter ſe uidētur ſenectus & iuuēta diſtare, tantundē eſt incorruptionis corruptionisq; diſcrimen. Neq; p ipſius principatus
C & paupertatis, quin pro ſomniorū & ueritatis interuallo præſens hæc gloria cum æterna illa conferenda eſt, nec tamen ſatis adhuc horum intercapedinem explicauerim: ſiquidem nulla enarrari poſſit eloquentia futurorū bonorū magnitudo, ſi cum præſentibus conferat̄, & temporis illius infiniti, & momentanei huius ratio habeat̄. Quo em̄ pacto cum præſenti hac quiſq; uitam illā contulerit ſempiternā, aut terrenā cū cœleſti quiete? quæ tantum uident̄ altrinſecus abeſſe, quantū à bello pax eſt, otiumq; ſemotū. Vtq; puriſſima margarita à luteo quouis lapillo ſecernit̄: ſic profecto eſt à corruptione immortalitas aliena: quin quò pluribus id exprimere cōnitemur, eo minus certe aliquid uel ſimile afferemus. Quippe ſi uel cum mi-
D cantibus ſolis radijs futura nobis corpora cōtulerimus, nihil tamē pro illius ſplēdoris dignitate explicabimus. Pro his itaq; futuris bonis, quæ tam immenſæ facultates, aut quæ potius humana uita tanti unquā poſſunt exiſtimari, quæ non ultrò relinquenda ſint? etem̄ ſi quis te in regiā aliquam induxerit, cæteriſq; adſtantibus, & principis tibi beneuolentiā adeo cōciliet, ut poſt ſermones familiariter habitos conuiuā te illi & comitem aſſi duū faciat: nemini profecto diceres te pro tanta beatitudine conceſſurū. At ſi cœlum conſcendere regiq; illi omniū potentiſſimo aſſiſtere, inq; angelorum conſpectu ſplēdeſcere, fruiq; gloria ineffabili effecerit: hæſitarésne, uel omnium fortunarum pati iacturam, aut ſi illud conduceret, uel uita ipſa ſpoliari? quinimo proſilire, & lætitia ef-

ferri oporteret:&,ut ita dixerim, præ gaudio alas sumere ad uolatum. Atqui ipse ut principatũ asse quaris, fraudãdi & rapiendi occasiones innumeras allaturum, etsi illud haud quaquam pro lucro duxerim aut cõmodo, & tua disperdis, & aliena mutuatus, uxorẽ (si usus feret) & liberos non ueberis in seruitutem dare: ob regnum autem cœleste illud nobis propositum, quod neminem habet, deo testificante, successorẽ, nec exiguos continet angulos, aut terræ partem, sed cœlum integre sub eius ditione capit, segnior ipse, & piger pecunijs immersus inhias: neq; intelligis, quòd si inferior hæc cœli facies, quæ ad nos uergit, tantũ in se habet decoris & oblectamenti, qualis superior illa & cœlum cœli futura sit. Sed quoniã hæc corporeis interea oculis spectare non licet, conscende mẽte & cogitatione cœlum, quod superadstans suspice & supernum illud quod altius tẽdit: attende immensam illam altitudinem, & splẽdorem horribilem: contemplare angelorum multitudinem, archangelorum gentem innumeram, aliasq; infinitas potestates: post hæc descendens superne & cœlitus, nota & oculis circũlustra nostrarum harum rerum imaginẽ, nostratesq; principes, uti se circum habeant uiros uestes aurata cõspicuos, currus insuper auro ubertim exultos, quos iumẽta trahunt candidiora, & uehicula pretiosioribus gemmis ornata, ut niueos lectulos, ut carpẽta aureis bracteis crepitantia, dracones præterea auro & serico uestibus effigiatos: ut scuta auratis umbonibus, & lora ex auro, lapillo distenta, equos demum ipsos & phaleratos, & auro obseptos: cuiusmodi ornamenta nihil profecto ultrà, uiso principe aut spectamus, aut magnifacimus: princeps enim uel solus, tum ex eius purpureo amictu, tum diademate, sella, fibula, & soccis, tum demum fulgẽtissimo eius aspectu, omnium nostrum in se oculos cõuertet. His itaq; rebus terrenis animaduersis, animus erit ad superiora trãsferendus, intendendusq; ad horribilem illum iudicij diem, quo Christus & cognoscẽdi, & iudicãdi gratia affuturus est. Neq; enim beluarum iuga, uel aurata uehicula, seu dracones spectabis, et scuta: sed quod uisu horrẽdum & animos pauefacit, ut uel incorporeæ obstupescant potestates: siquidem Virtutes, inquit, cœlorum cõmouebuntur. Tunc præterea uniuersum cœlum patebit, ab ipsis cardinibus reuulsæ disturbabũtur & fores, descendet dei unigenitus filius, non uigenis, aut cẽtenis uiris sese armis stipantibus, sed angelis innumeris, Cherubin, Seraphin, potestatibus reliquis circũstantibus. Erunt tunc quidem omnia formidinis & terroris plena, cum ex terræ hiatu, quotquot hominum, qui ab ipsius Adæ origine unq;, diemq; adusq; illum futuri sunt, aut emergent, aut rapientur: Christus uero cum tanta gloria apparebit, ut eius splendore tam Solis q; lunæ, & cęterorum astrorũ lux omnis occultetur. Quibus poterunt uerbis, tum beatitudo illa, tum gloria & splẽdor explicari? Heu mi anime: oboriuntur enim mihi nunc lachrymæ, & ingens incumbit gemitus cogitanti, quibus excidimus bonis, & quali sumus beatitudine alieni effecti: à qua tum uidebimur lõgius abfuisse, cum magni nihil aut boni operamur. Ne itaq; quispiã mihi hoc loco gehennam commemorauerit: siquidem eiusmodi gloriæ casum subire, & gehenna longe sit grauius, ea demq; abesse quouis supplicio deterius: necdum tamen intermittimus & terrenis incumbere, & dæmonum nequitia falli: qui pro pusillis his, & minimis rebus nos priuabunt maioribus: quippe lutum offerunt, ut aurum subtrahant, uel potius ut cœlo nos fraudent: umbram præferunt, ut à ueris propellãt: insomnia immittunt (nihil enim aliud, id præter, dici possunt fortunæ bona) ut luce oborta, omnium nos arguant egentissimos. Quę omnia ita se habere intelligentes, caueamus aliquando tandem dolos hosce & fraudes, animũq; ad futura conuertamus: neq; enim affirmare licebit ignorasse nos uitam hanc breuem esse & temporariam, rebus præsertim ipsis tuba clarius quotidie clamãtibus, pertenuẽ illã esse ridiculã & informem, plenã discriminis, plenam uoracitatis. Qua igitur erimus accusatione digni, quando criminosa & turpia tanto studio consectamur: fugimus uero quæ glorioſos nos facerẽt, & insignes, uniuersiq; in ipsam pecuniarũ tyrannidẽ concedimus? siquidẽ illa dura est seruitus, quauis tyrãni de intollerabilior: quod profecto nec eos fugit, qui ea se ut explicarent, digni sunt habiti. Quocirca & uos, ut optimam hanc libertatẽ perdiscatis, refringite uincula, extricate uos laqueis, nullum iaceat domi aurum, quin quod infinitis est pecunijs honoratius, pietas & eleemosynæ recondantur: id enim nos faciet apud deum fidentiores: at illud dedecore multo & pudore offundit, facitq; dæmones magnum in modum in nos desæuire. Quid igitur in te hostẽ & armas, & fortiorẽ reddis? armis potius erit tua in eũ dextra munienda, transferendusq; domus omnis in animum ipsum ornatus, in eoq; opes locandæ. Aurum pro arca & domo cœlum seruet, nostra omnia nobiscum deferamus: sumus certe ipsi & parietibus potiores, & pauimento maioris faciendi. Quid igitur, nobis posthabitis, studium in hæc omne concitamus, quorum sumus post uitæ huius excessum expertes futuri? quinimo persæpe in humanis agentes, potiri haud quaquam possumus, cũ liceat diuitijs adeò prouehi, ut nõ modo in hac uita, sed in futura possimus opulentissimi uideri. Idcirco quicunq; uillas, domos, & aurum animo uel curæ habuerit, ubiuis sui præsentiam fecerit, cum his fortunis se offerat necesse est. Dicet aliquis, Quo pacto id fieri poterit? Poterit quidẽ, & facilitate summa: nam si hæc bona per inopum manus in cœlum transtuleris, apparebũt sane in tuũ fuisse animũ traducta, ita ut te uel morte præuentum, nemo his opibus fraudet: quin uita functus abscedes, cœlo opulentus futurus & diues. Eiusmodi Tabithe illa thesaurum potita est: siquidem non domus aut parietes, non lapides aut columnæ, sed uiduarũ corpora amictu operta, fusæ Act. 9

lachrymæ,

lachrymæ,mors fugata,ac demũ uita reddita,cõ-
ſpicuam illam fecere et clarã.Iſtiuſmodi nobis pa
remus arcas, tales ſtruamus & domos: ſic deus
nobis opem præſtabit, & ipſi nobis eodẽ coadiu
tore uſi in opere, & quidẽ præclaro abſoluendo
uidebimur non defuiſſe.Atqui ex nihilo deus in-
opes ad eſſe traduxit: tu uero traductos hoſce,&
creatos,nec fame ſiuiſti,leuãdo curãdoq́,nec reli
quis confici erumnis, dei templum attollens,un-
diq́ & ſuſtentans: cuius templi uel probitatẽ,uel
gloriam quid unquam poterit æquare? Quòd ſi
nõdum clare perdidiciſti, quibus te deus pro in-
iuncta hac & ſuſcepta ſubleuãdæ inopiæ cura in
ſigniuerit ornamentis:tecum id animo reputans,
ex eo quod inferemus, intelliges. Etenim ſi quiſ-
piam tibi caſurum cœlum ſubleuandi erigendiq́ B
traderet facultatẽ: nõnne id tibi honori duceres,
perinde ac conditionem tuam & uires excedẽs?
Ecce nunc maiore quodam te honore dignatus
eſt deus, ſiquidem quod cœlo ipſo maioris facit,
tibi ſubleuandum cõceſſit: nihil enim deo ex his
quæ uiſuntur æquè atq́ homo eſt gratum, cuius
gratia cœlum,mare ac terras creauit,eiusq́ habi-
tatione potius quàm cœli lætatur. Quod etſi ita
eſſe nos haud latet, nihil tamen curæ uel diligen-
tiæ diuino huic templo mancipamus: quin eo ne
glecto, amplas ac magnificas paramus domos:i-
deoq́ rebus omnibus deſtituti, extrema inopia
laborantibus ſumus inferiores, quando & domi-
cilia, è quibus poſt uitæ huius exceſſum nihil ſu-
mus ſplendoris relaturi, ornatiora ſtruimus, illis C
reiectis, quæ transferre nobiſcum unà licuiſſet.
Conſurgent nanq́ reſoluta iam egentiũ corpora,
quibus deus,cuius hæc iuſſu fiũt,in medium pro-
ductis,qui ea curauerint,& laudabit,& cum om-
niũ admiratione extollet: propterea q́ inopia af-
fectos uel paũlo poſt ſiue inedia,ſiue nuditate,ſi-
ue algore collapſuros erexerint. Verũ adhuc uel
his nobis propoſitis laudibus, tardiores certe ad
optimã hanc egenorũ curam adeundã ſumus &
torpidi. Chriſtus præterea quò diuertat,nihil ha-
bet: quin hoſpes famelicus circũfertur,& nudus.
Ipſe uero ſuburbana uel laxiora,balneas et ambu
lacra,fruſtraq́ multa ſtruis cubicula:illi uero neq́
anguſtũ aliquod impartiris tegumentũ, q̃ coruis
& uulturibus celſiſſima ſtruis tectorum faſtigia.
Quid hac fieri peius ſocordia poteſt,& furijs? ſũt D
emĩ hæc pro extrema quadã habẽda inſania, quæ
nec uerbis quidẽ poterit ſatis explicari.Licebit ta
mẽ ſi libet,eiuſmodi à nobis ægritudinẽ, etſi per-
grauẽ ,ppulſare: neq́ id tantũ potis factu eſt, ſed
etiã facile,neq́ facile modo,ſed eò facilius peſtilẽ
ti hoc & animi & corporis morbo liberabimur,
q́ & medicus aderit omnium excellẽtiſſimus. Is
itaq́ erit per nos & allíciendus, & hortandus, ut
ſe nobis iungat. Conferẽda inſuper in mediũ no-
ſtra omnia, & ipſi nos, uoluntas ſcilicet & animi
prõptitudo.Nullis hic rebus alijs opus habet:mo
do hæc tulerit, de ſe omnia præſtabit.Cõferamus
itaq́ quæ noſtri ſunt iuris, ut meliori dũ uiuimus
ualetudine uſi,bona illa futura conſequamur.

A DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,
de Miſericordia & duabus mulieribus uiduis,
Homilia.

TRIA ſunt quæ in miſericordiæ opere optanda ſunt Chriſtiano,ut poſſit facere, ut uelit, ut cõpleat. Vt poſſit, id eſt ut ſubſtãtia faciendi nõ deſit:ut uelit, hoc eſt,uolũtas adſit qua faciat,q̃ ſubſtãtia non deeſt qua fiat. Tertiũ eſt,ut cõpleat, id eſt, quæ poſſit & uelit ſine dilatione perficiat: his emĩ tribus opus tantũ tamq́ præclarũ implet. Nam ſunt qui poſſunt facere,ſed nolunt:ſunt qui uolũt,& nõ poſſunt:ſunt & qui uolũt & poſſunt, ſed differẽdo nõ faciũt.Cæterũ qui poteſt facere, oret ut uelit: & qui uult facere,oret ut poſſit:& q̃ in utroq́ paratus eſt, det operã ut miſericordiam inſtanter efficiat,ne qd' uult & poteſt,differendo non cõpleat.Eſt emĩ miſericordia ſalutis præſidiũ, fidei ornamentũ, propitiatio peccatorũ. Hæc eſt quæ iuſtos probat, ſanctos roborat, dei cultores oſtentat: cuius exercitiũ lætum efficit dominum, placatũ exhibet Chriſtũ, dum cernit ſubſidijs hu iuſmodi foueri pauperem, inopẽ ſubleuari. Hæc miſericordia cũ à cunctis impleri præcipiat,tũ ma xime ab his qui ſignati ſunt, ut dẽt potius q́ accipiant, tribuant quàm ſumant, donent alijs q́ ipſi indigeant. Cæterũ non poteſt ille miſericordiam facere,qui poſſeſſionibus longe lateq́ diffuſis,in cõfinio alium poſſidere non patitur, dum termi-
nos iungit, fines producit, calumniatur pauperi, mediocrem premit, uicinum excludit, & omnes circũ circa poſitos infeſtãdo ac ꝓſequẽdo depel-
lit, qui non acquirit niſi alius fleuerit:lucra nõ cõ dit, niſi alius gemuerit,cui ſoli bonũ eſt quod pu-
blicum malũ eſt,dum aut fructus ſeruat,aut anno nam captat, aut inflat pretia, aut fœnus exagge-
rat, dum acquirendi lucra per nocendi exquirit ingenia. Potéſtne talis miſericordiæ implere offi cia,cui pupillorum dulcis eſt gemitus,& uiduarũ ſuauis eſt fletus, dum præda huiuſmodi paſcitur, & ſpolijs taliũ delectat̃,q̃ diues eſt arca non meri to, poſſeſſione nõ genere,nomine nõ dignitate? Potéſtne miſericordia tangi, aut humanitate mo ueri,cuius auaritię nec proprium ſufficit, nec mo dum ponit alienũ? Qui etſi pauperi tribuat, hoc magis deterior,ſi alij tollit quod alij pertineat, & eſurientis pane eſurientem paſcat, & nudum ſpo lijs ueſtiat alienis,cum ſcriptum ſit:Qui offert ſa- Eccleſ.34
crificium ex ſubſtantia pauperis, ſic eſt quaſi qui uictimet filium in conſpectu patris ſui. Cæterum ille uere eſt diues qui in deo diues eſt, qui magis miſericordia opulentus q́ diuitijs, facultates ſu-
as cum pauperibus diuidit, qui locupletẽ ſe dan-
do magis quàm habendo oſtendit, qui ad hoc ſe
meminit habere diuitias ut fœneret̃ deo, paſcat
Chriſtum,ueſtiat dominum,qui patrimonium ſu
um nõ ingrato hæredi quærat relinquere,ſed per
pauperes illud Chriſto deſideret cõmodare, qui
diuitias cœlo magis quàm mundo commendat,
qui deſiderat potior eſſe opere quàm ſuæ ſubſtan
tię facultate,qui theſauros ſuos ad ſuperna tranſ-

mittit, qui ad hoc uiuit ut operetur, qui ad hoc operatur ut in æternum uiuere mereatur, qui uiduarum casibus flectitur, & pupillorum miseria commouetur, qui dolentium causam suscipit, & arrogantiam superborũ addicit. Cæterum habere nec facere, misereri posse nec uelle, commẽdatum sibi deputat quod per cruciatus suum ad hæredem trãsmittat. Nec de suo miser permittitur tangere, quod post se futuro cogitur reseruare, qui solicitius seruat quàm acquirit, molestius custodit quàm rapuit. Suspirat enim uigilans acquirendo, suspirat dormiens reseruando. Nec uigiliæ lætæ, nec somnus securus. Nec dies lætus, nec nox quieta est: discurrit, torquetur & gemit: & quasi illi proficiat quod acquirit, sic augere desiderat quod alij cum suo cruciatu relinquat: ut quale fuerit patrimonij pondus, talis solicitudinis habeatur & cumulus. Sed dicet econtrario de mediocribus aliquis, Ego misericordię instanter implerem officia, ego inopes pascerem, egenos fouerem, nudos uestirem, ego pauperibus necessaria uictus impenderem, nec à me inanis quisquam aut sine fructu discederet, si mihi facultates suppererent, diuitiæ adessent, copiæ redundarent. At cum mihi necessaria desint, cum operandi facultas necessitate habendi interdicta sit, cur mihi aut dandi sterilitas imputatur, aut miserendi cessatio succensetur? Sed audi quisquis hoc loqueris, & excusandi ansas quas obtendis omitte. Nullus miser est, nisi qui misereri noluerit: quia nec quisquam misereri desiderans poterit non habere quod tribuat: nullus petentem pauperem poterit inanem relinquere, nisi qui ei noluerit commodare. Non enim misericordiæ definita sunt pretia, aut nisi quis multum dederit acceptabile esse quod datur non poterit: aut inopes tantum à quoquam exposcunt, quantum qui poscuntur dare non possunt: aut ex modico multum, aut de exiguo plurimum dare quispiam cogitur, cum libenter ex modico modicum attributum diuina pietas gratuletur. Denique uidua Heliam ex modico pascit, & idipsum quod habuit, finiri non potuit. Supremi uictus dando non desunt, & diuitum horrea finiuntur: modicum olei erogatur nec deficit, & peccatorũ apothecas penuria famis exhaurit. Misericordia uiduæ seruat quod peccata locupletum exterminant: modica diuitijs maiora sunt, & diuitiæ paupertate uiduæ superantur. Ita enim & iustis alimenta non desunt, ut peccatoribus subsidia denegentur. Denique audi domini uocem uiduam in euangelio collaudantem, quæ in dona dei totum quod habuit, misit. Amen, inquit, dico uobis, uidua ista plus omnibus fecit. Omnes enim isti de eo quod abundauit illis, fecerunt: hæc autem totum quod habuit, misit. Laudatur in modico uidua, & diuitum non laudantur oblata. Minimum uiduæ diuitum opulentias uicit, & uota diuitum uotum uiduæ superauit. Diuites enim ex multo modicum, uidua uero ex modico obtulit totum. Vnde dominus diuitum & uiduæ operationes expendens, non quantum quisque obtulerit, sed quanto quis fecerit, singulorum animos & facultates ostendit, & uiduam in opere perfecto laudauit. Certabat enim animo cum diuitibus uidua: cum locupletibus pauper, mediocris cum opulentissimis, fide ac deuotione certabat: sed uincit animo, deuotione superat, denique inuenitur potor, melior conspicitur, maior omnibus à iudice pronuntiatur. Amen, inquit, dico uobis, uidua ista plus omnibus fecit. Prouocaris Christiane, prouocaris, & à uidua in certamen deduceris. Hæc enim uidua quæ præsente tunc Christo certauit, nunc quoque cum omnibus certat, & tamen nescierunt talem qui uicti sunt, qualem nunc qui prouocantur, nouerunt. Quare taceant steriles, aridi conticescant, infructuosi aut mutentur aut sileant: uidua quod fecit non didicit, & steriles quotidie discunt & non faciunt.

3.Reg.17

Marc.12

A

B

C

D

Quæsiuit uidua quomodo posset præsentem dominum promereri, quæsiuit quomodo posset potior diuitibus inueniri, inuenit causam, inuenit consilium, ut quam natura fecerat pauperem, deuotio faceret diuitibus potiorẽ: et ne possit quisquam non habendi excusatione purgari, gratuita misericordiæ inducuntur officia, ut ostendatur dominum etiam ipsis pauperibus operandi imposuisse obsequia. Calicem frigidæ prophetæ porrigere, præmium prophetę promittitur: ægrotum uel constitutum fratrem in carcere uisitare, dominum uisitare est, sicut ipse dominus dicit, ut possit ex gratuitis promereri qui de substantia non potest misereri: ut iam constet pro qualitatibus hominum misericordiæ non debere cessare officia, ut operãtibus possint præmia dispensari cœlestia: ut cum cœperint misericordes expungi & steriles condemnari, & misericors quia misertus est gaudeat, & sterilis pœnas quas non sperauit inueniat.

Sermo qui hic insertus erat, repetitus fuit ex tomo 4. Morale uidelicet columna 1508. incipit, Noli præsul. &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, Sermo, Ne scrutemur paupere res curiose.

QVID stipem deposcẽtem scrutaris? quin illum Christi ob gratiam excipe: nam si nimium fueris explorando curiosus, uel probum plerũq; uirum præteribis, faciesq; hoc modo futuræ & emeritæ mercedis iacturam: quamuis qui uel improbum pro Christo susceperit, culpãdus nõ erit, quin capiet pro eo & præmiũ. Nam qui Prophetam sub prophetę nomine admiserit, prophetæ mercedem accipiet: qui uero pro intẽpestiua hac & superuacanea scrutandi cura quẽpiam laude dignum paruifecerit, pœnas luet.

Matt.10

Non

Non itaque aut uita hominum aut facta ſcrutanda ſunt: quod proculdubio extremæ cuiuſdam nos inexperiẽtiæ arguit, dum panis unius gratia petiti, uniuerſa ſit inopis uita indaganda: qui ſiue prædo fuerit, ſiue aliud quiduis, num eapropter uel pane tibi, uel argenteis nonnullis & paucis apparet indignus? eumq; cui dominus tuus orientem ſolem ſit impartitus, perexiguum ipſe cibatum & tenuem uictum exiſtimas immerentem? Quin etiam quod dictu maximum eſt, ſi uel hũc compertum habeas innumeris eſſe uitijs conſtipatum, eoq; paruo & exili cibo fraudaueris: nihil id tibi poterit ad excuſationem ualere, præſertim cum eius ſis domini ſeruus, qui ita inquit: Num ignoratis ex quo patre ſitis? Illius præterea familiaris, qui ſe lapidãtes animo tulerit patienti, imò qui eſt pro ſe lapidantibus in crucem ſublatus. Neq; id dixeris, mendicum quempiam ſicarium eſſe aut homicidam, qui uel ſi tibi eſſet exitium allaturus, non tamen foret, quando inedia maceretur, aſpernandus: ſi quidem eius diſciplinam ſecteris, qui crucí ſe ſuffigentium concupiuit ſalutem, eius, inquam, qui in ipſo patibulo ita profatur: Pater dimitte eis, non enim norunt quid faciunt: illius inſuper ſeruitutem ſubiſti, qui ſe manu cædentes tulit mitius, qui noxium in cruce coronauit. Quod facinus quid unquam poterit æquare? Porrò latrones uel utrique Chriſtum maledictis inſectabantur, horum tamen alteri paradiſum nondum cuiquam patefactum, peruium fecit: deflétque qui mortem ſibi ſunt allaturi: turbatur etiam terretúrque proditore conſpecto, non eo quòd foret ipſe crucí ſuffigendus, ſed quòd ille eſſet ob id ſceleris interiturus: commouebatur præterea quòd ſuſpendíj laqueos præuidiſſet, quos ſupplicia ſequerentur. Iudam tamen, etſi eius nequitiæ præſcius, aduſque extremam horam tolerauit, neque proditorem reíciebat, quin amplexando oſculabatur. Hunc itaque dominus tuus labíjs admittit, qui mox eius eſt pretioſum ſanguinem fuſurus: tu uero egenum neque pane dignaris, nihil ueritus quas deus condidit leges, quibus nos commonefacit, non ſolum non eſſe inopes reíjciendos, ſed ne hos quidem qui nos ad interitum duxerint. Neque illud commemoraueris, hunc illúmue mali quippiam alteri intuliſſe: quin potius recognoſce quid Chriſtus ſub ipſo patibulo & oſculo quo erat prodendus, egerit, ut proditorem emendaret. Attende quàm prudenter id dicat: Iuda oſculo filium hominis tradis? Quem hominum non his uerbis leniſſet? quem, inquam, eiuſmodi uox non ad pietatem flexiſſet? quam beluam, aut quem adamantinum lapidem non commouiſſet? ſolus ille miſer flecti non potuit. Ne itaque dixeris, Ea ratione nonnullos eſſe fugiendos in animum induxi, quòd humana ſint cæde & ſanguine inquinati: quin potius eorum erunt deoſculandæ manus, uel ſi tuæ ſint ceruicis ſanguine reſpergendæ, quando & Chriſtus ſit os illud impudentiſſimum deoſculatus, quod necem ei parauerat. Igitur & ipſe lacrymis potius & commiſeratione proſequere, quàm odio aut maleuolentia, qui fuerit in te quippiam machinatus: is enim eſt non indignus cuius non pigeat, quippe illius & ſerui ſumus, qui ſe tradenti oſculum dedit, (id enim ſæpe ac multum repetendo commemorauerim) & quouis oſculo molliora eſt uerba effatus: ſiquidem non indignabundus, ut homines ſolent, talia inuehit: Facinoroſe proditor & omnium perditiſſime, has mihi pro meis in te beneficijs uices reddis? quin, Iuda, inquit, eum nomine appellans, quod commiſerantis eſt potius, & à ſcelere ad officium reuocantis, quàm iraſcentis: nec magiſtrum ſe dixit ac dominum, aut bene de ſe merentem, ſed filium aſſerit illum hominis prodere. Atqui ſi nec præceptor ille uel dominus extitiſſet, id ſolum quòd ſe pure adeo & ſimpliciter erga te geſſerit, ut cum uel prodendus eſſet, ni oſculum proditionis indicium, quod erat antea per te in ſui capturam deſtinatum obtulerit, prodendus à te non fuiſſet. Sis bone deus benedictus: quot enim nobis tradidiſti, tum ad humanitatem, tum ad innocentiam exempla? talem ſe Iudæ præbuit Chriſtus. Nónne & pari uſus eſt in eos benignitate, qui ſe fuſte & gladijs inuaſiſſent? Maxime: quid enim dici his uerbis manſuetius poteſt, quæ ad eos fertur habuiſſe, quos etſi perdere mox omnes pro uoluntate licuiſſet, facere id tamen temperauit: quin pudentius ſic illos alloquitur: Quid in me cum gladijs & fuſtibus tanquam in latronem aliquem irrupiſtis? quibus protinus pauore reiectis & ſupinis cadentibus & ſtupiditate affectis, rurſum ſeſe ultro obtulit: cúmque manus ſibi ſanctiſſimas ligari uidiſſet, etſi confundendi omnia & diſturbandi facultatem haberet, patientiſſime tolerauit. Deinde Chriſti perſpecta manſuetudine tam acriter in inopem ſæuiendo efferaris, qui uel ſi innumeris fuerit obnoxius uitijs, eius tamen uel egeſtas, uel fames ſatis utique facere poſſe uidentur ad animum, non penitus obtuſum uel cæcutientem, mitigandum. Tu uero contrà leonum more, etſi nihil illi cadaueroſum attingant, efferatus & furens in pertinacia manes: iacentémque inopem & egeſtate immodica maceratum, ac malis confectum & premis & urges, eiuſq; corpus cõuicijs diſcerpẽs, quaſi procellas (ut aiunt) tempeſtatibus ſuperinductis adaggeras, compellisq; ad portum refugientem illidi ſcopulis, & cogis naufragium ſubire maritimo longe moleſtius. Quo igitur pacto tuis facinoribus ueniam à deo precaberis, remittíq; cõmiſſa poſtulabis: qui nihil peccanti conuiciaris, pœnasq; pro tanta inedia & rerum anguſtia depoſcis, adeo ut tua ſæuitia immanium beluarum feritas obſcuretur? Siquidem uentris illæ urgente eſurie, naturali conſuetoq; cibo ueſcuntur: tu uero nemine impellente, fratrem, & mordicus lanians, etſi nullis dentibus, dictis tamen laniatu quouis & morſu infeſtioribus deuoras. Quo igitur pacto ſacram illam oblationẽ ſumpturus es, qui linguã humano ſan-

guine cruentaueris? quomodo & pacis oſculum deferes, ore hoc tuo contentioſo & hoſtili? Cibum præterea corporeum hunc & ſenſibilem quo animo ceperis, qui tantum accumulaueris uirus? cur atteris quam nec ſubleuas pauperiem? cur deprimis, quem non iacentem erexeris? cur auges, quam haudquaquam ſuſtuleris, animi moleſtiam? Pecunias nullas impartiris, quid probris quempiam inſectaris? nondum tibi ad aures peruenit, quantum hi pœnarum luant, quibuſue ſint tormentis adiudicati qui mendicum non aluerint? Abite, inquit, in ignem diabolo & eius angelis paratum. Si igitur qui nullis inopem alimonijs iuuerint, tam acriter condemnantur: quas illos pœnas daturos putas, qui nec uictum impartiuntur, & contumelias ingerunt? quot, inquam, hi ſubituri tormenta ſunt? quot incendia & gehẽnas? Ne itaq; tantum in nos malorum ardorem concitemus, quandiu id exequi ad arbitrium licet: corrigendus & hic nefarius morbus erit, & linguæ imponendi ſunt freni, neque ſolum per nos inopes non acerbandi, quin dictis factisue haud medio criter conſolandi, ut uenia ob id nobis longe ante comparata, bona illa aſſequamur, quæ nobis ſunt diuinitus adiudicata: præſtante domino Ieſu Chriſto, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit gloria, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ORATIO Kalendis habita, cum non ueniſſet in publicũ eo die epiſcopus Antiochiæ Flauianus, contra eos qui nouilunia obſeruant, & in ciuitate choros ducunt, & in dictum Apoſtoli: Omnia in gloriam dei facite. Ioanne Checo Cantabrigienſi interprete.

QVEMADMODVM chorus præſultorem, & nautarum multitudo gubernatorem inquirit, ſic & ſacerdotum iſte cœtus Pontificem hodie ſuum & communem patrem Flauianum deſiderat. Sed in choro & naui, eorum qui præeſſe debent, abſentia multum ſæpe tum ornamenti, tum ſalutis detrahit, hac in re autem non ita fit. Quamuis enim carne non adſit, ſpiritu tamen adeſt, & nunc nobiſcum eſt, domi cum ſedeat: quemadmodum nos cum illo ſumus, quanquam hic ſtemus. Ita enim charitatis natura eſt, ut longo interuallo diſiunctos congreget & deuinciat. Nam hominem in aliena regione commorantem, & magnis a nobis fretis diſiunctum, ſi diligamus, quotidie eum locum, ubi ille permanet, animo, cogitationéque ſequimur: quemadmodum cum erga aliquẽ non ita affecti ſumus, eum ne prope quidem aſtantem aſpicere ſuſtinemus. Sed ut cum charitas adeſt, nullum impedimentum ex loci interuallo eſt: ſic eadem cum abeſt, nullum præſidium ex locorum uicinitate paratur. Nuper autem cum Diuum Paulum laudaremus, ita exultauiſtis, quaſi ipſum præſentem uidiſſetis. Atqui corpus eius cum in baſilica Romæ iaceat, anima autem in manu dei ſit, charitatis tamen uis illum ante oculos ueſtros collocauit. Cuperem autem in idem quoque argumentum hodie deſcendere, ſed ad alia quædam, quæ magis urgent, oratio noſtra prouehitur, in quibus a tota hodie ciuitate peccatur. Eos enim qui laudes Pauli audire cupiunt, prius uirtutis Paulinæ æmulos eſſe oportet, deinde hoc ſe ſermone dignos iudicare. Quoniam ergo non adeſt hodie Pontifex, age precibus illius freti aliquid, quod ad inſtitutionem ueſtri pertinet, attingemus. Nam & Moyſes, quanquam corpore nequaquam præſens cum exercitu fuit, nihilominus tamen, imò multo magis quàm reliqui præliantes, uictoriam promouit panſis manibus ſuſtentans, cauſam ſuorum ſubleuans, & hoſtibus terrorem incutiens. Quemadmodum autem neque charitatis uis, ita neque precationis efficacitas loci interuallo coercetur, ſed quẽadmodum illa longe diſiunctos copulat, ſic & hæc eos, qui procul abſunt, admodum iuuare poteſt. Fidentes igitur in pugnam procedamus. Nam & nobis hodie bellum indictum eſt, non Amalechitis inuadentibus, ut tum fecerant, aut alijs barbaris incurſantibus, ſed dæmonibus pompam in foro ducentibus. Diabolicæ enim pernoctationes quæ hodie fiunt, & caueæ ludorum, & conuitia, & ſaltationes nocturnæ, & explodendæ comœdiæ, quouis hoſte deterius ciuitatem noſtram expugnant: & propterea par eſt ut animo contrahantur, lugeant, erubeſcant, tum qui delinquunt, tum qui non delinquunt, illi quidem propter admiſſa facinora, hi uero quia fratres uiderunt fuiſſe immodeſtos. Læta cum primis ciuitas fuit, & ſplendide coronabatur, & forum quaſi elegans ſumptuoſaque mulier, ambitioſe hodie exornabatur: & auro, indumentis pretioſis, calceis, & reliquis eius generis ueſtiebatur, ſingulis in officina ſua opificij ſui uenditatione, eiuſdem artificij ſocios antecellere ſtudentibus. Hæc autem concertatio, quanquam puerilis cuiuſdam cogitationis eſt, & animi nihil neque magnum neque ſublime cogitantis, non ita multum tamen ſecum incommodi apportat, ſed cum inconſiderata ſit quædam uendi tatio, irriſionem continet eorum qui in illis elaborant. Si enim exornare aliquid uolueris, non officinam, ſed mentem: non forum, ſed intelligentiam tuam exornato, ut angeli mirentur, archangeli hoc approbent, ipſe angelorum dominus ſuis te donis compenſet. Hæc enim quæ nũc eſt uenditatio, tum riſum tum æmulationem apportat, ab ijs qui excelſo ſunt animo, riſum, ab illis qui in eadem ægritudine ſunt, æmulationem, inuidiamq; multam. Sed quemadmodum antè dixi, non ita adeo reprehendendæ ſunt hæ concertationes: qui uero in tabernis ludi hodie fiunt, illi me maxime excruciant, & impietatis atq; intemperantiæ pleni ſunt: impietatis quidem quod qui hoc faciunt, dies obſeruant, & augurijs addicuntur, & putant ſi nouilunium menſis huius cum uolupta-

Gal. 4

uoluptate & lætitia degant, reliquum se annum sic transacturos: intemperantiæ uero, quòd cum prima luce fœminę & uiri pocula implentes, multa cum intemperantia, uinum merum hauriunt. Hæc quanquàm uos ipsi non facitis, indigna tamen nostra religione sunt, si uel alios hoc facere permittatis, siue hi famuli uestri, siue amici, siue uicini fuerint. Non audis Paulum dicentem: Dies
Gal.4 obseruatis & mẽses, & tempora, & annos: metuo uobis, ne frustra in uobis laborauerim. Nẽpe extremæ hoc est amentiæ, propter unum diem si auspicatus fuerit, per uniuersum hoc expectare annum: neq; amentiæ solum, sed diabolicæ cuiusdã efficientiæ indicium est, non proprio studio & alacritati, sed quibusdam dierum circuitionibus, uitam nostram commendare. Fortunatus tibi in uniuersum annus erit, non si in nouilunio ebrius fueris, sed si in nouilunio & singulo quoq; die quę deo probata sunt, feceris. Dies enim bonus & malus est, non sua quadam & propria natura (nihil enim dies à die differt) sed nostra uel diligentia, uel ignauia. Si iustitiam feceris, bonus tibi dies erit: sin peccatum designaueris, malus & supplicij plenus. Si ista meditatus, si ita animo affectus fueris, & preces, eleemosynasq; quotidie adhibueris, fortunatum habebis totum annum: sin uirtutem neglexeris initijs mensium, ac statis diebus animi tui oblectationem concrediderís, omnium inanis eris bonorum. Quod cum diabolus perspiciat & studeat nostros in uirtute labores frangere, & animi alacritatem extinguere, tũ bonas, tum malas felicitates diebus ascribere nos docet. Nam qui sibijpsi persuadet diem uel bonũ uel malum esse, neq; in malo die, bonorum factorum curam habebit, quasi propter diei necessitatem frustra laborando nihil proficiat: neq; contrà in bono die quicquam faciet, quasi propter bonum diei successum, propria socordia nequaquã lædatur. Sic utrinq; suam ipsius prodet salutem: interdum quasi inaniter, interdum quasi superua canee laborans, in otio & nequitia uitam deget. Quod cum sciamus, omnes diaboli astutias fugere oportet, & hunc animi sensum deponere, ut neque dies obseruemus, neq; hũc diem refugiamus, illum persequamur. Non enim solum ut nos in socordiam inijciat, sed etiam ut opera dei sugillet, hæc malus ille molitur dæmon, & in impietatem socordiamq; simul animas nostras pertrahere cogitat. Sed resilire nos oportet, & certo statuere, nihil malum esse, nisi peccatum solum, & nihil bonum, nisi uirtutem solam, & perpetuum cultum dei. Oblectationem animi non ebrietas, sed precatio spiritualis: non uinum, sed uerbum erudiens adfert. Vinum enim tempestatem, uerbum tranquillitatẽ creat: illud tumultum introducit, hoc turbulentiã expellit: illud obscurat mentem, hoc obscurã illuminat: illud animi demissiones quæ ante nõ fuerant inuehit, hoc eas quæ adsunt, rursus expellit. Nihil ẽm ita tranquillitatẽ ac sedationem animorũ ingenerat, atq; hæc religionis nostræ institutа: res præsentes despicere, futuris inhiare: nihil humanum stabile iudicare, non diuitias, non potentiam, non honores, nõ clientelas. Hæc si recta ratione reputes, cum diuitẽ uideris, non te inuidia mordebit: si in paupertatem inciderís, non despondebis animum. Atq; adeo perpetuo feriari potes. Christianum enim non mensibus, non nouilunijs, non dominicis diebus feriari oportet: sed per omem uitam festum diem sibi accommodatum agere. At quis illi festus dies maxime conueniens est? Audiamus Paulum 1.Cor.5
dicentem: Itaque feriemur non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in fermento integritatis & ueritatis. Si ergo puram habes conscientiam, festum diem ages perpetuo, bona semper nutritus spe, & futurorum bonorum perfusus expectatiõe: Sin animo perturbatus, & sceleribus multis obnoxius fueris, quanquam sexcentæ feriæ & celebritates sint, nihilo tamen melius quàm hij qui lugent constitutus es. Quæ enim splendidæ diei utilitas esse potest, si ego mihi animæ obscuratæ conscius sim? Sin fructum aliquem percipere è nouilunio uis, hoc facito: Vbi annum expletum uideris, gratias age domino, qui te ad hanc annorum circuitionem perduxit. Extimula cor tuum, uitæ tuæ tempus tecum reputa, tecum ad hunc modum uerba facito: Dies auolãt & prætereunt, anni finiuntur, magnam uiæ nostræ partem confecimus: quid boni à nobis factum est? iudicium dei proximus est, & reliquum uitæ tempus ad senectutem uergit. Hæc in nouilunijs meditare. Hæc de annorum conuersionibus reuolue. Futuræ diei perpetuo recordemur, ne aduersum nos loquatur quis illud, quod aduersus Iudæos à Propheta dictum est: Abierunt dies eorum cum uanitate, & anni illorum cum celeritate. Has ergo ferias perpetuas, & in ambitus annorum nequaquam inclusas, neq; dierum permensione descriptas, tum diues, tum pauper ex æquo potest agere. Non enim hic pecunijs, neque rerum affluentia opus est, sed uirtute sola. Non habes pecunias? At dei timorem habes, omnibus pecunijs uberiorem thesaurum, qui neque consumitur, neque interuertitur, neq; exhauritur unquam. Intuere in cœlum, terram, mare, aerem, in genera animantium, ac uarietatem stirpium, in naturam hominum uniuersam: considera Angelos, Archangelos, Superiores potestates: reputa hæc in domini tui ditione esse. Haud fieri potest, ut domini tam locupletis, præsertim si propitium habeat dominum, pauper quisquam seruus sit. Dies obseruare, non Christianæ religionis, sed Græcæ cuiusdam inanitatis est. In cœlestem ciuitatem ascriptus es, in rempublicam eam receptus es, angelis teipsum admiscuisti: ubi non est lumen quod in tenebris desinit, neque dies quæ in noctem terminatur, sed perpetua dies, & perpetua lux. In illa ergo intueamur omnino. Cœlestia, inquit ille, quærite, ubi Christus ad dexteram dei sedet. Coloss.3
Nihil habes commune cum terra, ubi solis cursus & conuersiones, & dierum uicissitudines sunt, sed

sed si recte uiuas, nox tibi dies fiet: contrà ac illis qui in lasciuia, & ebrietate, & intemperantia uiuunt, quibus dies ad noctis cõuertitur tenebras, non quidem defectione solis, sed illorum propter ebrietatem, obscuratione mentis. Dies ergo tales in admiratione habere, & magnam ex illis uoluptatem capere, & lucernas in foro accendere, & coronis admodum redimire, puerilis cuiusdam amentiæ est. Ab hac iam imbecillitate liberatus es, & in uirum euasisti, & in cœlestem ascriptus es rempublicam: non ergo in foro accendas lumen sensibile, sed in animo accende lu-
Matth. 5 men spirituale. Luceat enim lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & gloria afficiant patrem uestrum cœlestem. Hæc lux, hanc adfert compensationem: non ut domus tuę fores sertis coronentur, sed ubi talem tuum demonstraueris cum cæteris conuictum, ut iustitiæ coronam capiti impositam, à Christi manu accipias. Nihil temere, nihil imprudenter à uo-
1. Cor. 10 bis fiat. ita enim Paulus præcepit, omnia in gloriam dei ut faceremus: Siue enim, inquit, editis, si ue bibitis, seu quid facitis, ad gloriam dei faciatis. At quomodo, inquies, edere & bibere ad gloriam dei possumus? Accerse pauperem, participem mensæ tuæ facias Christum, & ad gloriam dei edisti, ac bibisti. At non hoc solum præcepit ad gloriam dei fieri, sed & reliqua omnia, ut in forum ire, domi se continere. Hæc enim utraque propter deum fiant. At quomodo utraque ista fient propter deum? Quando ad ecclesiam accedis, quando precationis, quando doctrinæ spiritualis particeps es, hæc progressio ad gloriam dei est. Sed domi etiam licet propter deum manere. Quomodo? aut qua ratione? Vbi audiueris tumultus immodestos, pompas diabolicas, malis atque intemperantibus hominibus forum plenum esse, domi maneto, & à turba tali discedito, & ad gloriam dei ibi mansisti. Quemadmodũ autem, tum domi permansio, tum egressio foras, sic tum laus, tum uituperatio quoq; ad dei gloriam esse potest. Quomodo aũt ad gloriam dei licet alium laudare ac uituperare? Sedetis sæpe in officinis, uidetis præterire homines malos, atque improbos, supercilia cõtrahentes, inflatos, qui multos post se parasitos & adulatores ducũt, qui pretiosas habent uestes, & multis inanitatibus amiciuntur, alienarum rerum direptores, atque auari. Hic si quenquam audiueris dicentem: An non præstabilis hic uir? an non beatus? Increpa, redargue, os obstrue, cõmiserator, lacrymare: hunc tu ad gloriam dei uituperabis. Vituperatio enim talis, ad religionem reliquorum præsentiũ & uirtutem instructio est, ut in res ad uictum spectantes minus inhient. Quære ab illo qui illa dixit: Cur tam beatus hic est? Num quia admirabilẽ habet equum auro exornatũ? aut quia magnum famulatum? aut præclaram habet uestem? & ebrietate delicijsq; quotidie soluitur? Sed propterea miser atque infelix est, & multis lacrymis prosequendus. Video certe uos nullam illius partem laudare posse, sed externas res omnes, equum, frenum, uestes, quæ omnia nulla illius pars existunt. Dicas ergo, quid omino miserius esse potest, quàm ut equus, & equi frenum, & uestium splendor ac famulorum bona corporis constitutio laudetur, ipse illaudatus prorsus prætereatur? Quid eo homine pauperius, quàm cum nullum habeat bonum proprium aut domesticum, neq; quicquam quod inde educere in aspectum potest, alienis ut rebus totus exornetur? Proprium enim & domesticum ornamentum diuitiæq; nostrę sunt, nõ famuli, non uestes, non equi, sed animi uirtus, sed bonorum operum abundantia, sed libera & secura cum Deo collocutio. Rursus, cum uideris pauperem abiectum, spretum, cum penuria uitam transigentem, & à sodalibus, qui tecum sunt, commiseratum, laudato illum: & hæc prætereuntis laus, institutio est & adhortatio ad bonã & honestam uitam transigendam. Si dixerint, ærumnosus & miser est: tu contrà illum omnium beatissimum prædica, qui deum habet amicum, qui uirtuti incumbit, qui diuitias nequaquam fluxas possidet, qui cõscientiam habet puram. Quid enim illi incommodi est, si pecunijs terrenis egeat, cum cœli & cœlestium hæreditatem aditurus sit? Si tu cum illis sic disputaueris, atq; alios institueris, magnam recipies tum uituperationis tum laudationis tuæ mercedem, cum utraq; ad gloriam dei facias. Quòd autem nequaquam temere animum tuum his uerbis pellexerim, sed quòd permagna quædam his qui ita animo constituti sunt, à deo compensatio futura sit, & in summa hoc uirtute habent, ita de illis qui sic uitam degũt statuere: audi quid propheta dicat, & in quo recte factorũ numero ponat, tum malos homines pro nihilo habere, tum timentes deum gloria afficere. Postquam enim reliquas uirtutes cõmemorasset illius, qui à deo honorandus esset, & qualẽ esse illũ oporteret, qui in sancto illius tabernaculo habitaturus esset, hoc est, inculpatum, & colentem iustitiam, & à nequitia uacuum, etiã hoc subiecit: Qui non dolosus fuit lingua sua, nec fecit Psal. 14
proximo suo malum: & paulo post: Pro nihilo habitus est apud illum maleficus, timẽtes aũt dominum gloria afficit. His uerbis demonstrat unum certum eius officium esse, malos cõtemnere, laudare & beare bonos: Et alibi idem significauit Ibid. 138
cum diceret: Mihi autem admodum honorati sunt amici tui ô deus, multiplicati sunt magistratus eorũ. Quẽ Deus laudat, tu ne uituperes. Laudat autem eum, qui cum iustitia uiuit, quamuis pauper sit. Quem deus auersatur, tu ne laudaueris: auersatur autem omnem qui cum nequitia uiuit, quamuis multis opibus circumfluat. Sed siue laudaueris, siue uituperaueris, utraque ad Dei uoluntatem facias. Licet etiam ad gloriam Dei obiurgare: Licet etiam ad gloriam Dei corrigere, quemadmodum erga seruos nostros sæpe animo commouemur. Quomodo autem licet propter deum obiurgare? Si ebrium aut furentem uideris, uel seruum, uel amicum, uel alium

lium quempiam uicinum tuum, aut in theatrum currentem, aut animam suam ipsius prodentem, aut iurantem, aut peierantem, aut mentientem: stomachare, punito, reuoca, corrige, & hæc omnia propter deum feciſti. Si erga te peccantem uideris, aut aliquam officij partem erga te sui prætermittentem, remitte hoc ei, & remisisti propter Christum: Nunc uero multi contrà faciunt, cum erga amicos, tum erga seruos: quando enim erga se alij peccant, acerbi, inexorabilesq; sunt iudices: quando autem in deum contumelioſi sunt, & suas ipsorum perdunt animas, nullam eius rei rationem habent. Amici tibi acquirendi sunt? propter deum acquirito. Inimici tibi capiendi sunt? propter deum capito. At quomodo amici & inimici propter deum acquirendi sunt? Si non amicitias illas colligamus, unde pecunias corripere, conuiuia agitare, imperia consequi poterimus: sed illos prosequamur & acquiramus amicos, qui mentem nostram moderari, præcipere honesta, peccantes increpare, delinquentes arguere, supplantatos erigere, consilio ac precibus opem ferre, & ad deum adducere possunt. Rursus, inimicos licet facere propter deum. Si uideris aliquem intemperantem, nefarium, nequitiæ plenum, opinionibus impuris refertum, supplantem te ac nocere cupientem, recede, & resilias ab illo. Sic enim Christus iubet: Si dexter oculus offenderit te, extrahe eum, & abijce abs te. Matt. 5
Hoc nempe præcepit, ut amicos quos æque ac oculos charos habes, & ad omnem uitæ usum necessarios, si ad animæ salutem impedimentum afferant, amputes & abijcias. Si in cœtum hominum prodieris, & uerba multa cum alijs feceris, propter deum hoc facito: si tacueris, propter deum taceto. At quomodo in cœtu uersari propter Deum licet? Si cum alijs sedens, non de rebus externis differas, neque de his quę nobis plane perparum aut nihil conducunt, sed de religione nostra, de gehenna, de regno cœlorum, non autem de rebus inanibus aut superuacaneis, cuius generis hæc sunt: Quis magistratum gerit? Quis magistratu abijt? Qua de causa hic mulctatus sit? Vnde ille tantum lucratus sit, & locupletissimus euaserit? Quid ille huic reliquerit moriens? Quomodo ille ab hæreditate abfuerit, cum in primis hæredibus se adscribendum putauerit? ac multa alia his similia. De his rebus autem neque nos communicemus, neque alios communicare permittamus. Sed consideremus potius quibus dictis aut factis deo placebimus. Rursus poteris propter deum silere, exagitatus, uiolatus, infinita mala passus, si feras generose, & nulla maledicta referàs illi qui hæc designauit. Non autem laudare solum & uituperare, nec domi manere, aut foras ire, non loqui, aut silere, sed etiam flere, dolere, & lætari quoque ad gloriam dei licet. Quando enim uel fratrem uideris peccantem, uel teipsum in peccatum aliquod delapsum, deinde ingemiscas, ac animo mœreas, haud pœnitendam salutem ex hoc lucrifeciſti; quemadmodum Paulus ait: Qui secundum deum dolor est, salutem haud pœnitendam efficit. Si florentem alterum uideas, nolito illi continuo inuidere, sed deo, qui tam præclarum effecit fratrem tuũ, perinde ac de proprijs bonis gratias agito, & huius lætitiæ permagnum habes fructum. Quid enim inuidis hominibus est miserabilius, quibus cum liceat gaudere, & fructum lætitiæ suæ capere, ipsi tamen mallent propter alienas felicitates dolere, & cum dolore ipso, pœnam à deo, & supplicium intolerabile arcessere. Cæterum quid laudes, & uituperationes, dolores, & lætitias commemoro? ubi etiam à leuissimis rebus & uilissimis, maximas utilitates percipiemus, si propter Deum ipsum eas faciamus? Quid enim est tonsione crinium uilius? Hoc tamen licet propter deum facere. Quãdo enim comam non composueris, neque uultum tuum ornaueris, neque te ad illecebras, ac lenocinia eorum qui te intuentur compseris, sed incultè, atque horride, & quantum usus fert, teipsum apparaueris, tantum propter deum feciſti, & eius mercedem reportabis, tum quia cupiditatem repressisti malam, tum quia ambitionem importunam coercuisti. Si enim qui poculum frigidæ solum dat propter deum, regni cœlorum hæreditatem adibit: qui omnia fecerit propter deum, considera, quãtam habebit cõpensationem. 2. Cor. 7

Quin & propter deum ingredi, & propter deum intueri possumus. At quomodo intueri & ingredi propter deum licet? quando non ad impro bitatẽ curris: quando nõ in alienam pulchritudinem nimis inquiris: quando mulierem occurrentem uidens, refrenas oculos, & timore dei propter deum, munis aspectum: quando non precio sis uestibus & delicatis, sed his quæ tegere nos satis possunt, induimur. Sed & ad imos usq; calceos demittere hunc morẽ licet. Eousq; eñ mollicies luxusq; delapsi sunt homines, ut & calceos exornent, & omni ex parte, æque ac faciem suam alij componũt, uariare soleant, quod animæ impuræ ac deprauatæ signum est. Quãquam enim perexiguum hoc esse uideatur, tamen tum in uiris, tum in fœminis, magnũ perditæ mentis argumentum & significatio est. Licebit ergo & calceis ipsis propter deum uti, cum omnino usum quærimus, & hunc utendorum calceorum finem habuerimus. Ingressu enim & amictu nos deum gloria afficere posse, cognosce ex eo, quod sapiẽs quidam olim dixit: Vestitus uiri, & risus oris, & incessus pedum, indicant hominem. Quando enim honeste uestiti, grauitatis pleni, & multam in omni re gerenda modestiam adhibẽtes, in aspectum hominum prodimus: qui infidelis, qui intemperans, qui turbulentus est uir, is quanquã futilis, atq; inconsideratus fuerit, tamen primo quoq; occursu, in aliquẽ eius generis hominem intuẽs, omni illũ honore, ac admiratione prosequetur. Si uxorem duxerimus, propter deum hoc faciamus: nõ ut facultates maiores acquiramus, sed ut temperanter uiuamus: animæ nobilitatem, non pecuniarum abundantiam inquiramus: non maiorum Ecclesi. 19

iorum ſplendorem, ſed morum uirtutem perſequamur & modeſtiam, uitæ ſociam, non lenociniorum comitem capiamus. Cæterum quid opus eſt omnia commemorare? Licet uobis ex his quæ dicta ſunt, ſingula quæ fiunt, aut geruntur, percurrere, & omnia propter deum facere. Et quemadmodum mercatores nauigantes maria, & ad ciuitates appellentes, non prius abeunt à portu, & in foros conſcendunt, priuſquam intelligunt, aliquod lucrum eſſe in mercimonijs: ſic nec tu quicquam facias, nec dicas, niſi lucrũ aliquod habeas ſecundum deum. Ne dicas autem, neminem poſſe omnia propter deum facere: quando enim calciamenta, cęſaries, ueſtitus, inceſſus, aſpectus, uerba, confeſſus, ingreſſus, exitus, facetiæ, B laudationes, uituperationes, commendationes, amicitiæ, inimicitiæ, poſſunt propter deum fieri: quid reſtat, ſi uoluerimus, quod non poterimus propter deum facere? Quid carceris cuſtodibus deterius eſſe poteſt? Nónne hæc uita omnium nequiſſima eſſe uidetur? Licet tamen ei qui uelit, inde lucrum reportare, quando uinctis parcit, quando iniuſte in carcerem coniectis commodat, & in alienis calamitatibus commodatur: quando communis proponitur omnibus adflictis portus. Ita cuſtos carceris Pauli ſeruabatur. Ex quo ſatis liquet, quod ex omnibus rebus, ſi uoluerimus, lucrum facere poterimus. Quid parricidio indignius eſſe poteſt? Attamen iuſtitiam afferre poteſt, etiam hoc facinus, ſi quis admittat: tanti eſt propter deum quicquam facere. At quo C
Num.25 modo poteſt parricidium iuſticiam afferre? Madianitæ olim uolebant infenſum deum Iudæis facere, hac uia arbitrati ſe illos ſuperare poſſe, ſi beneuolentiam dei erga illos minuerent, puellas ornantes, & in exercitus conſpectu collocantes, lenocinabantur eos, & ad ſtuprum primo, deinde etiam ad impietatem adducebant. Hoc cum uidiſſet Phinees, duos in ipſo facinore deprehendens, diſtricto gladio, utroſq; transfodit, & hac rei ſuſceptione, dei iram à deſtinata ſententia deduxit. Ac facinus quidem ipſum parricidiũ fuit: fructus autem illius, omnium perdẽdorum ſalus fuit: unde & iuſticiam attulit, qui hoc fecit. Et nõ modo non manus hæc cędes inquinauit, ſed multo etiam puriores fecit. Atq; id iure quidem. Non D enim ad eorum, quos interfecit, inuidiam, ſed ad eorum qui ſuperfuerant, ſalutem, hoc ſuſcepit. Duos interfecit, & infinitam hominum multitudinem ſeruauit. Perinde autem fecit ac medici ſolent, qui partes corporis putreſcentes amputando, integrum corpus conſeruant. Sic & ille fece-
Pſal.105 rat: Propterea pſalmus ait: Stetit Phinees, & placauit, & ceſſauit plaga, & habitum eſt illi hoc ad iuſtitiam, à generatione ad generationem, uſque ad perpetuitatem. Immortalis huius recte facti memoria permanet. Rurſus alius orauit & laceſſiuit deum: adeo eſt aliquid, non propter deum facere: Phariſæum dico. Sed quemadmodum Phinees etiam cum cædem feciſſet, gratioſus apud deum fuit: ſic & iſte non propter pre- A cationis naturam offendit, ſed propter animi affectionem, qua cum precabatur, prolapſus eſt. Ita etiam ſi ſpirituale aliquid fuerit, ſi tamen propter deum non fiat, cum primis illum lædit, qui facit. Quemadmodum ſi aliquid externum fiat, modo propter deum fiat, admodum adiuuat eum, qui cum religioſa id facit mente. Quid enim cęde grauius, aut horribilius eſſe poteſt? Iuſtum tamen effecit eum, qui hoc ſuſceperat. Qualem ergo excuſationem habebimus nos, qui dicimus ex omnibus rebus lucrifacere, & omnia propter deũ nos facere non poſſe, cum inueniamus etiam qui è cęde lucrum fecerunt? Si animum aduertere uoluerimus, ſiue emendum, ſiue uendendum ſit, per omnem uitam ſpiritualem hanc mercaturam faciemus: ut ſi tolerabili precio nihil amplius requiramus: ſi difficultatem annonæ nequaquam obſeruemus, & tum egentibus diuendamus. Male- Prou.11 dictus enim, inquit ille, qui rei frumentariæ caritatem auget. Sed quid oportet ſingula percenſere? Vno exemplo omnia colligenda fuerant. Quemadmodum enim ędificatores cum murum extructuri ſunt, amuſſim ab angulo ad angulũ ducunt, atq; ita murum pertexunt, ut minime inæqualis eius ora exiſtat: ſic & nos pro amuſſi uerbum hoc adhibeamus, quod apud Apoſtolum
1.Cor.10 eſt: Siue editis, ſiue bibitis, ſeu quid aliud facitis, omnia ad gloriam dei facite. Siue ergo precemur, ſiue ieiunemus: ſiue accuſemus, ſiue condonemus: ſiue laudemus, ſiue uituperemus: ſiue ingrediamur, ſiue exeamus: ſiue uẽdamus, ſiue emamus: ſiue taceamus, ſiue diſputemus: ſiue aliud quid faciamus: omnia ad gloriam dei faciamus. Et ſi quid ad gloriam dei non pertineat, illud neque facto, neq; dicto à nobis uſurpetur. Sed pro baculo magno, pro armis, pro præſidio, pro theſauris inexplicabilibus, hoc dictum animo inſcribentes, nobiſcum, quamcunq; uiam ingreſſi fuerimus, circumferamus, ut omnia ad gloriam dei facientes, loquentes, ſuſcipientes, tum hîc, tum poſt huius uitæ peregrinationem, gloriam ab eo conſequamur. Ait enim: Gloria afficientes me, 1.Reg.2 gloria afficiam. Non dictis ergo, ſed factis ipſis illum aſſidue gloria afficiamus: quia illum decet gloria ad omnem æternitatem, Amen.

QVVM PRESBYTER ESSET DESIgnatus, de ſe ac de epiſcopo deq; populi multitudine Sermo. Des. Eraſmo interprete.

VM uera ſunt quæ nobis acciderunt, num re ipſa geſta ſunt, nec falſi ſumus, neque quæ nunc fiunt ſunt ſomnia? an uere dies eſt & uigilamus omnes? Et quis credat quòd in die, quũ ſobrij ſunt ac uigilant homines, aduleſcens nullius rei & imperitus, ad tantum dignitatis faſtigiũ ſubuectus ſit? Nam nocte talia accidere nihil ſit incredibile. Tum enim quidam & corpore claudi, & adeo tenues ut ne neceſſarius quidem ſuppetat uictus, in ſomnis ſibi uidentur integris mẽbris,

bris, & formosi, & regali frui mensa: sed quæ uidebantur, somnus erat, & insomniorũ ludibria: siquidem hæc est natura somniorum, uafra quædam ac uersuta res est, ac prodigiorum artifex, gaudet nouis & incredibilibus simulacris illudere. At uero nec interdiu, nec reuera forsitan aliquis uideat hoc accidere: uerum omnia nunc contigerunt, facta sunt, perfecta sunt, quemadmodum uidetis, hæc, inquam, somniorum uisis incredibiliora. Et ciuitas tãtæ magnitudinis, tam celebris ac hominibus differta, populus & multus & admirandus ad meam inhiat exiguitatem, tanquam à nobis magnum quiddam ac præclarum auditurus. Atqui etiam si mihi amnium more proflueret oratio, sicq; uerborum fontes essent in ore meo, protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concursu, metu sisteretur profluuium, & in diuersum fluenta resilirent. Nunc uero quũ tantum absimus à fluminum ac fontium copia, ut exiguæ pluuiolæ mediocritatem obtineamus: quî fieri possit, ut me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus, idemq; eueniat quod in corporibus solet accidere? Quid accidit in corporibus? multa frequenter quæ manu tenemus, quæ digitis stringimus, prę metu nobis excidunt omnia, dissolutis neruis nostris, corporisq; uigore remisso. Itidem mihi profecto nunc metus est, ne idem eueniat in animo nostro, uidelicet ne quæ multo cum labore excogitauimus, quanquam & hæc sanè perquam exilia paruiq; momenti, præ pauore ueniant in obliuionem, & euanescant, abeantq; animum nostrum desertum relinquentia. Quapropter pariter omnes tũ uos qui cum imperio estis, tum uos qui paretis imperio, obsecro: ut quantam nobis anxietatem iniecistis uestro ad audiendum concursu, tantundem nobis audaciæ inspiret precum uestrarum diligentia, si rogetis illum qui dat sermonem euangelizantibus uirtute multa, ut nobis quoque det sermonem in apertione oris nostri. Nullus omnino uobis tot ac tantis labor erit unius adolescentis animum timore dissolutum, denuo compingere: quin & par fuerit, ut quod nũc petimus, præstetis: quandoquidem tantã procellam subiuimus propter uos uestramq; charitatem, quanihil uiolentius aut imperiosius, ut quæ nos non admodum dicendi peritos, ad dicendum pertraxit, effecitq; ut ad doctrinæ stadium exueremur, licet antehac hoc palæstræ genus nunquam attigerimus, sed semper in auditorum ordine, quieto silentio frui soleamus. Verum quis sit adeo durus & immobilis ut istum uestrum conuentum silentio prætereat, & amicos nactus audiendi studio flagrantes non alloquatur, etiamsi omnium hominum esset infantissimus? Cupiebam equidem primùm in ecclesia dicturus, proœmiorum primitias illi dicare qui linguam nobis hanc dedit, nimirum deo. Atque ita sanè fieri oportuit: neque enim areæ tantum ac uinarij lacus, uerum etiam uerborum primitias oportet uerbo persoluere, multoq; magis uerborum quàm actionum.

Quinetiam ut ad uos hic fructus magis pertinet, ita ipsi deo qui honoratur acceptior est. Botrum enim & aristam suo terra emittit gremio, alit pluuiarum irrigatio, colit agricolarum manus: at sacrum hymnum parit animi pietas, alit bona conscientia, deus in cœlestia recipit horrea: porrò quanto præstantior est animus terra, tanto hæc illa melior est oblatio. Quapropter & propheta rum quispiam uir magnus & admirandus, nomẽ illi Osee, eos qui deum offenderant, parabantq; illum sibi propitium reddere, adhortatur dicens: Adferte uobiscum non armenta boum, neq; simi Oseæ.14
læ mensuras tot aut tot, neque turturem, neque columbam, neq; aliud quicquam istiusmodi rerum: sed quid? ferte uobiscum uerba. Et quale sacrificium, dixerit aliquis, sunt uerba? maximũ quidem ô charissime ac splendidissimum, cæteris omnib. præstantius. Et quis ista dicit? is nimirum qui hæc omnia nouit maxime atq; exactissime, uidelicet magnanimus ille ac magnus Dauid. Is enim quum aliquando deo gratiarum actiones immolaret, pro uictoria quam ex hoste tulerat, ita fermè loquitur: Laudabo nomen dei Psal.68
mei cum cãtico, magnificabo eum in laude. Mox huius sacrificij præstantiam nobis aperiens subiecit, Et placebit deo supra uitulũ nouellum cornua producentem & ungulas. Cupiebam igitur & ipse hodie has mactare uictimas, & altare spirituale hisce cruentare hostijs. Sed quid faciam? Vir quidam sapiens obturat mihi os, deterretq; Eccles.15.
dicens: Non est speciosa laus in ore peccatoris. Quemadmodum enim in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens: sic & in sacris hymnis oportet non uerba tantum esse pia, uerumetiam animum hymnos concinentem. At is mihi impurus est, fidutiæ uacuus, utpote multorum plenus scelerum. Porrò sic affectis, nõ hæc modo lex obturat os, uerumetiam alia quædam illa uetustior, & ante illam lata, quam & ipsam adiecit is qui modo nobis de sacrificijs loquutus est Dauid. Quum enim ait: Lau Psal.148
date dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, laudate dominum de terra: quum utranq; inuitat creaturam, & quæ sursum est, & quæ inferne, sensibilem atq; intelligibilem, conspicuam & inconspicuam, quæ supra cœlos est, & quæ sub cœlo, & ex utraque chorum constituit, atq; ita iubet hymnis celebrare regem uniuersorum, nequaquam inuitauit peccatorẽ, sed & hic illi fores occlusit. Cæterum ut uobis quod dico fiat euidentius, ipsum psalmũ ab initio uobis prælegemus. Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Vides angelos laudantes, uides archangelos, uides Cherubim & Seraphim, summas illas uirtutes. Quum enim ait, Omnes uirtutes eius, uniuersum populum cœlestem complectitur. Nuncubi uides peccatorem? Et quomodo, dixerit aliquis, in cœlo uidere possum? Ergo age in terram descendamus, ad alteram chori partem transeuntes, nec hic rursus uidebis

debis peccatorem. Laudate dominum de terra dracones & omnes abyssi, bestiæ & omnia pecora, reptilia & uolucres pennatæ. Haud frustra neq; temere dum hæc loquor, intersilui. Quia & mentis cogitatio metu confusa est, ad amaras usque lachrymas, grauēq; eiulatū perducta. Quid enim obsecro possit esse miserabilius? scorpij, serpentes ac dracones inuitantur ad laudandū eum à quo conditi sunt: solus peccator ab hac sacra chorea submotus est, idq; iure optimo. Mala bestia est peccatum, non quidem in conserua corpora malum proferens, sed in ipsam domini gloriam effundens malitiam: Propter uos, inquit, nomen meum conuicijs afficitur inter gentes. Eoq; peccatorem tanquam è sacra patria abegit propheta, & ultra fines ac pomœria submouit: atque uti musicus optimus è cithara bene modulata chordam dissonam resecat, ne reliquarum uocū harmonia uitietur: Sic & peritus artis medicus, membrum putrefactum amputat, ne hæc lues ad cætera membra sana transiliat. Eundem ad modum propheta fecit, dum ueluti chordam dissonam ac ueluti membrū ægrum ab uniuerso creaturæ corpore resecat. Quid igitur nobis faciendum est? Posteaquam reiecti sumus, posteaquā resecti sumus, omnino sileamus oportet: dic igitur, obsecro: num tacebimus? neque quisquam nobis permittet hymnis celebrare dominum nostrum? ergóne frustra uestros animos implorauimus? frustra ad uestras confugimus preces? Absit ut frustra: reperi enim, reperi & alterum glorificandi modum, uestris in hac hæsitatione precibus, ceu stellis in caligine apparentibus: fas enim est, & conseruos nostros laudare, quibus laudatis haud dubiū est quin ea gloria penetret in cœ-
Matt. 5 lum, quemadmodum ipse dominus dicit: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. En alter glorificādi modus, quo & peccatori fas est uti, ut legem tamē nō uiolet. Quem igitur, quem, inquam, cōseruorum laudabimus? quem alium, quàm illum communem huius patriæ doctorem, non solum per patriam, sed & per uniuersum orbem? Quemadmodum enim uos ille docuit ut usque ad mortem religioni instaretis: ita & uos alios homines docuistis, à uita citius, quàm à pietate recedendum esse. Vultis igitur illi posthac laudum coronas plectamus? uolebam equidem & ipse, sed uideo recte factorum pelagus immensæ profunditatis, uereorq; ne sermo noster ad fundum delatus præ imbecillitate non possit in altum recurrere: oportet enim uetusta narrare facinora, peregrinationes, uigilias, curas, iudicia, pugnas, trophæa trophæis, uictorias uictorijs cumulatas, res gestas, nō nostrā modo, sed & omnē humanam linguā superantes, quæq; uocē requirunt apostolico spiritu concitatā, qui potest omnia tum eloqui, tum docere: sed hanc partem prætercurrentes ad alteram quæ minus habet periculi accedemus, quam uel exigua scapha licet enauigare. Age igitur de temperantia

A dicere tentabimus, quomodo uentri imperarit, quomodo delicias cōtempserit, quomodo mensam sumptuosam deriserit, idq; quum in domo sumptuosa esset educatus: nam mirū non est eum qui in paupertate uixit, ad hanc squalidam asperamq; uenire uitam, quandoquidem is habet ipsam paupertatem peregrinationis ac uiæ comitem, quæ illi sarcinam indies reddit leuiorem: At qui factus est diuitiarū dominus, haud facile sese ab illarum explicet complexu, tantum cupiditatum examen animam illam circumuallauit: tam grauis & caliginosa affectuum nubes mentis illius oculos obducit, ut non sinat ad cœlum intuitum erigere, sed cogat deorsum inclinare caput & ad terram inhiare. Nec est alia res, quæ perin-
B de obstet quò minus proficiscamur in cœlum, ac diuitiæ, & hinc uenientia mala. Nec meus est hic sermo, sed ab ipso Christo deuenit sententia: Faci Matt. 19 Marc. 10
lius est, inquit, camelum per foramen acus ingre Luc. 18
di, quàm diuitem in regnum cœlorum. Sed ecce, quod erat difficile, uel impossibile potius, factū est possibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorē, uoluitq; ex eo discere, iam ipsa experientia nouimus omnes, imò etiā amplius: non enim iam diues ipse tantummodo ascendit in cœlum, uerumetiam populum introducit, quū præter diuitias, & alia his non minora habeat impedimenta, quòd iuuenis est, quòd ante tempus orphanus, quæ res quemuis hominis animū possint in fraudem illicere. Eiusmodi habent incanta-
C menta, eiusmodi præbent uenena. Verū hæc iste deuicit, & cœlum apprehendit, seseq; contulit ad cœlestem philosophiam, ac neq; splendorē præsentis considerauit uitæ, neque ad progenitorum claritatem respexit: imò potius ad maiorum claritatem respexit, non quidem istorum quos ipsi natura necessario deuinxerat, sed qui iuxta pietatis propositum coniuncti sunt, eoq; talis factus est quales illi fuerunt. Respexit ad patriarcham Abraham, respexit ad magnum illum Mosen, qui quum esset in regio educatus palatio, mensa Sybaritica frui cōsuetus, & inter Ægyptios relictus strepitus ac tumultus (nostis autem cuiusmodi sint barbarorum illorum mores, quàm fastus & arrogantiæ pleni sint) contemptis illis omnibus,
D ad lutum & laborem opificum ultrò se contulit, & in seruorum numero esse cōcupiuit, qui rex erat & regis filius. Atqui hanc ob causam post reuersus est maiore cum dignitate, quàm antea gerebat atq; abiecit. Siquidem post exiliū, post imposturam apud socerum, post erumnas peregre toleratas, redijt, regis ipsius princeps, imò uerius regi iam factus deus. Feci, inquit, te deū Pharaoni: ipsoq; rege splendidior erat, nō gestans diadema, neq; purpura amictus, neq; curru uectus aureo, sed uniuerso illō fastu cōculcato. Erat omnis filiæ regis gloria ab intus. Reuersus est sceptrum gestans, quò imperaret, non hominibus tantum, sed & cœlo, terræ mariq;, aeris & aquarum naturæ, stagnis, fontibus ac fluminibus: in quæcunq; enim uoluit Moses, in ea uertebantur elementa,

& in

& in manibus illius denuo transformabatur crea tura: quæ non aliter quàm ancilla quæpiam offi cioſa, conſpicata heri ſui amicum aduenisse, per omnia parebat, dictoq; audientem ſe præbebat perinde atq; ipſi domino. Ad quem hic, quẽ nũc laudandum ſuſcipimus, reſpiciens illi ſimilis effe ctus eſt: quũ eſſet iuuenis (ſi tamẽ unquam fuit iu uenis, non enim ſanè credo, uſq; adeo illi ab ipſis cunabulis mẽs erat cana) ſed quum iuxta ſupputationẽ ætatis eſſet iuuenis, omnem arripuit philoſophiam: & poſteaquam cognouerat naturam hominis eſſe ueluti fundum quendam & agrum ſyueſtrem, animi cupiditates ratione pietatis ceu falce quapiam facile reſecuit, agricolæ purgata reddens arua, ad faciendum ſemẽtem: ea recepta totum ſemen ad profunda demiſit, ut deorſum ra dicatum, nec ad radiorum impetum cederet, nec à ſpinis male ſuffocaretur. Animũ quidem ad hũc curauit modum: carnis uero laſciuiam temperan tiæ remediis compreſſit, tanquam equo cuipi am, os habenti rebelle, ieiunij frenum inijciens, & hactenus in diuerſum tendens, ut ipſa cõcupi ſcentiarum ora cum parſimonia congruente cru entaret. Atque adeo corpori frenum intendit ha ctenus, ut nec immodice ſtringendo equum ſibi ad miniſterium redderet inutilem, neq; paſſus ſit ſupra modum obeſum fieri, ne corpulentior fa ctus, rurſus erigeret ſeſe aduerſus rationem habe nas moderantem: ſed ſimul & ſanitatis illius, & moderationis curam habuit. Talis autem erat, quum nondum eſſet iuuenis: uerum poſteaquam teneram ætatem exceſſerat, hanc quoq; corporis curam abiecit: cæterum nunc qui in ſenectute, ue lut in amœno portu ſedet, rurſus eãdem curã ob ſeruat. Nam iuuentus ô dilecte pelago furenti ſi milis eſt, immitibus undis ac uentis malis referto: canicies uero uelut in tranquillo portu fouet eo rum animos qui conſenuerũt, præſtans ut ibi per ætatem à periculis liberam delicientur. Hac æta tis tranquillitate quum hic nunc tuto fruatur, ni hilo minus tamen in certamine uerſatur: atq; hũc timorem accepit à Paulo, qui quum aſcendiſſet in cœlum, atq; inde reuerſus, terras rurſus attigiſ
1.Cor.9 ſet, aiebat, Ne forte, cum alijs prædicauerim, ipſe reprob. efficiar: eoq; hic ſeſe in perpetuo timore conſtituit, ut eſſet in perpetua fiducia, aſſideretq; clauo, non ille quidem ſtellarum exortus obſer uans, neq; rupes ſub aquis latẽtes, neq; ſcopulos, ſed dæmonum inſultus ac diaboli uerſutias, cogi tationumq; pugnas, omniq; parte luſtrans exer citum, cunctos in tuto cõſtituit. Neq; enim illud modo ſpectat, ne ſcapha demergatur: ſed ne quis eorum quos ſecum habet in naui uectores, à tu multu cupiditatum, tanquã à piratis, abripiatur, nihil non curat agitatq;. Per hunc perq; huius ſa pientiam nos omnes ſecundo nauigamus uento, plena nauis uela pandentes. Sanè quum priorem illum patrem amiſiſſemus, qui & hunc nobis ge nuit, in deſperatione noſtra nauis erat, eaq; gratia miſerabiliter lamentabamur, ut qui non ſperaba mus fore, ut hic thronus alium uirum talem acci peret: uerum ubi hic aduenit, et in clara luce uiſus eſt, effecit ut omnis illa deſperatio ueluti nubes præterierit, & omnes moleſtiæ euanuerint. Neq; ſenſim nobis luctum illũ exemit, ſed adeo repen te, quaſi idem ille beatus è tumulo rediuiuus in hunc thronum aſcendiſſet. Verum imprudentes amore ſtudioq; præclare geſtorum patris noſtri, ſermonem ultra modum produximus, non dico ultra modũ eorum quę hic cum laude geſſit, nam de his ne loqui quidẽ cœpimus, ſed ultra noſtræ iuuẽtutis mediocritatem. Agedum igitur rurſus uelut in portum orationem ſilentio ad quietem reuocemus: cæterum ea deſinere non uult, ſed æ gre fert indignaturq; cupiens toto prato expleri. Verum id impoſſibile eſt ô pueri. Deſinamus igi tur ea perſequi, quæ non poſſumus aſſequi, ſuffi ciant nobis ad ſolatium ea quæ dicta ſunt. Quan doquidem in pretioſis unguentis, non tantum ſi quis effundat lecythum, uerum etiam ſi quis uel ſummis digitis ſuperficiem attingat, & aerem no uo colore tinxit, et quotquot adſunt, ſuauitate fra grantiæ repleuit. Quod & in præſentia contigit, non uiribus eloquentiæ noſtræ, ſed propter uim ab hoc bene geſtorũ. Abeamus igitur, abeamus, ad preces diuertentes, deprecemur deum, ut com munis mater noſtra illa befacta & immota mane at, ut hunc patrem, hunc doctorem, hunc paſto rem & gubernatorem, ad longam producat uitã: ſi quis uobis etiam noſtri reſpectus eſt (neq; em iam noſipſos in ſacerdotum numero ponere au debimus, quando nec fas eſt abortiuos partus cũ legitimis ac perfectis numerare) quòd ſi qua, in quam, eſt apud uos & noſtri ratio, tanquã fœtus cuiuſdam aborſu eiecti, orate ut è ſupernis nobis multus accedat uigor. Opus quidẽ erat nobis et prius tutela, quum ſoli uitam gereremus à negotijs liberam. At poſtquã in medium producti ſumus (omitto quomodo, ſiue humano ſtudio, ſiue fauore diuino, nihil enim uobiſcum hac de re cõtendam, ne cui uidear per diſſimulationem & iro niam loqui) attamen quando producti ſumus, ac iugum hoc ualidum graueq; ſuſcepimus, multis nobis opus eſt manibus, infinitis precibus, quò poſſimus depoſitum reddere domino qui depo ſuit, in die illo quum ij quibus talẽta credita ſunt, citabuntur, & iudicio ſiſtentur, rationem reddituri. Orate igitur ne nobis eueniat, quod euenit il lis alligatis & in tenebras coniectis: ſed ſimus in eorum numero, qui poterunt qualemcunq; aſſe qui ueniam, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſecu lorum, Amen.

CVM DE EXPVLSIONE IPSIVS ſancti Ioannis ageretur. Homilia.

MVLTI quidem fluctus, & undę immanes, ſed ſubmergi non uereor: quia ſupra petram ſto. Inſaniat licet mare, petram non poteſt commouere: inſurgant quantumlibet fluctus, nauis Ieſu

Matt.19 Marc.10 Luc.18

obruí non poteſt. Sed quid putant? Ne mortem A uerear, cui uiuere Chriſtus eſt, & morí lucrũ. Ne exilium pertimeſcam, quí nouerím domíni eſſe terram, & plenitudinem eíus. Sed bonorum proſcriptionem metuam, quí ſcíã quòd níhil íntulerím in hunc mundum: ſed neq; auferre quid poſſim. Quícquid terroris habet mundus, cõtemno: qcquid delectabile habet, rideo. Diuítias nõ cupío, paũpertatem non horreſco, mortem non tímeo. Víta enim mihí ad ueſtrum profectum tantummodo ducitur, ſed charitatem ueſtrã precor, ut æquo animo ſitís. Nemo enim nos à uobis poterit díuellere. Quos enim Chriſtus cõíunxit, homo non ſeparabit. Quod ſi de muliere & uíro dí-
Gen.3 cítur, Propter hoc relínquet homo patrem ſuũ &
Eph.5 matrem, & adhærebit uxorí ſuæ: & erunt duo ín B carne una: & ſi huíuſmodi nuptíarum coníunctío ab homíne non poteſt ſepararí: multo magís eccleſía non poteſt à paſtore díuelli. Sed ímpugnas me. Quíd mihí nocebit ímpugnatío tua, níſi quía me quidẽ clarioré ímpugnatiónibus tuís reddes, tuas uero conteras uíres? Durũ enim tibí erit, aduerſum ſtímulũ calcítrare: quía nõ ſtímulũ retũdes, ſed pedes calcítrãs uulnerabís: neq; fluctus quí ſaxo íllídunt amplíus alíquid proficient quàm ut ſemetípſos fracti díſſoluãt, & ín ſpumas extenuatí depereãt. Chriſti eccleſía níhil fortíus: ſí quís eam ímpugnare proponít, uíres atterat neceſſe eſt: tale eſt em, uelut ſí cœlo bellum medítetur ínferre. Homíní ſi bellum ínferas, fortaſſe uínces, aut fortè uínceris: eccleſíam uíncere nulla uís C poterit. Deus eſt eccleſía, quí eſt omĩbus fortíor. Aut æmulamur dominũ. Nunquid fortíores íllo ſumus? Deus fundauit hoc, quod labefactare conarís. Aut experírí uís potentiã domíní? Ipſe eſt quí reſpícit ſuper terrã, & facit eã tremere: & íterum quí íubet, & tremor eíus ſolídat. Aut non uídíſtí, tremẽtem cíuítatẽ tuam quoties ſtare fecit? Multo magís eccleſíã ſuã trementẽ poterit confírmare: fortíor enim eccleſía multo q̃ terra, ímò
Matt.24 & fortíor cœlo. Cœlum & terra tranſíbũt, uerba
Ibid.16 autẽ mea non tranſíbunt. Quæ uerba? Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſíã meã, & portæ ínferí non præualebunt ín eam. Quòd ſí non credís uerbo, & rebus ípſís, operíbus crede. Quantí tyrãní aggreſſí ſunt ímpugnare eccleſíã D deí, quanta tormenta, quãtas cruces adhíbuerũt, ígnes, fornaces, feras, beſtías, gladíos íntẽdentes, & níhil agere potuerũt? Vbí nũc ſunt íllí quí hæc fecerunt, & ubí íllí quí hæc fortíter pertulerunt? Nunc íj æternís pœnís premuntur, & íſtí æternís gaudíjs erigũtur: fulget enim eccleſía ſuper ſplendorem ſolís, & perſecutores eíus perpetuís tenebrís contegũntur. Non legís ſcríptum, quía unde cím ſolí erant, & uínci non potuerunt? Nunc ubí orbis terrarũ repletus eſt piorũ multitudíne, quo modo poterunt uínci? Cœlum & terra tranſíbũt, uerba autem mea non tranſíbunt: & merito: charíor enim eccleſía deí, q̃ cœlum. Non enim eccleſía propter cœlum, ſed propter eccleſíam cœlũ. Níhil enim, quæſo, perturbet uos eorũ quę agere uídetís. Ponamus ante oculos noſtros Petrũ ſuper aquas íncedentem, & parum quid hęſitantẽ, atq; ob hoc paululũ periclitantẽ: non propter potẽtíam fluctuum, ſed propter ínfirmitatem fídeí. Nunquid humana uoluntate huc uenímus, aut propter hominem huc productí ſumus? & hæc non arroganter loquor, neq; iactãtía agítatus, ſed animos ueſtros, quí fortè turbantur, cupío confirmare. Intuemíní ergo quomodo commota eſt, & cõ tremuít terra, & tamen non corruít cíuítas. Quomodo ímpuríſſime díabole eccleſíã te putas poſſe deíjcere, quí trementes parietes deíjcere mínime ualuíſtí? Non eſt ín parietíbus eccleſía, ſed in multitudíne piorum. Ecce quàm fortes, quàm ímmobiles ſtatís, non ferro, ſed fide uincti. Et quid de tanta multitudíne loquor? Vnum fidelem uíncere nõ potes. O díabole, neſcís quæ tibí fecerint martyres? Quomodo frequenter íngreſſa eſt puella ætate tenera, annís ímmatura, & ínuenta eſt ferro fortíor, cum latera eíus ſcínderes, fídem tamen eíus mouere non poſſes. Defecít frequenter caro ín tormentís, & robur fídeí non defecit. Conſumptum eſt corpus, & mens non potuít ínclínarí. Interíjt ſubſtantía, & perſtítit patientía. Sí ergo frequenter ab una puella uíctus es, quomodo ſperas tantæ huíus & tam fidelís multitudínís fídem te poſſe euíncere? Non audís domíní uocem dícentís: Quía ubí duo aut tres ſunt con- Matt.18
gregatí ín nomíne meo, íbí ſum & ego ín medío eorum? Quíd, ubí tanta fidelíum multítudo eſt, charitatís nexíbus uíncta? Non ego própria uírtute confído, habeo ſcripturam domíní meí, manum ípſíus teneo, illa mihí cautío ſatís tuta eſt, ílla me ſecurũ reddet & íntrepídum: etíam ſí orbís terræ cõmoueatur, ego cautionẽ dñí meí teneo. Lego manum eíus, ípſa mihí murus eſt ínexpugnabílís. Vultís uobís recítem domíní cautionẽ? Ibid.28
Ecce, ínquít, uobíſcum ſum omnibus díebus uſque ad cõſummatiónem ſeculí. Chriſtus mecum eſt, quem tímebo? Etíam ſí fluctus ínſurgat, etíã ſí totum pelagus aduerſum me conturbetur, etíã ſí príncipum furor, omnia mihí íllа araneæ erũt, & araneís fragílíora. Et níſí propter fragílítatem ueſtram, hodíe non dubítarem íre quò uellent. Semper enim díco: Domíne uoluntas tua fíat: nõ quod íllе uult, uel íllе, ſed quod tu uís: tua uoluntas mihí turrís fortíſſíma, & petra ſtabílís, & baculus fídus. Sí tu uís permanere mecum híc, habeo gratíam: ſí non uís, ſímílem refero gratíam. Nemo uos conturbet fratres, orate tantum. hæc enim díabolus mouet, nõ aliam ob cauſam, quàm ut religioſa ſtudía ueſtra díſrumpat, & exercítía ueſtra, quæ ín oratíonib. & uígílíjs gerebatís, extínguat. Sed nõ obtínebít, nec erípíet à uobís ſtudía religioſa: níſí quía ſolícitíores uos ínueníet, & feruídíores efficiet. Craſtína uobíſcum exeam ad oratíones: & ubí ego ſum, íbí & uos erítís: & ubí uos eſtís, íbí ero & ego. Vnũ corpus ſumus, neq; caput à corpore, neq; corpus à capíte ſeparabít: etíãſí loco díuídamur, ſed charítate cõíungímur, ego à uobís nec morte díuellar. Nam etſí corpus

meum

meum moriatur, anima mea uiuit, & memoriã ue A
ſtri tenebit. Vos eſtis mihi patres, uos mihi ma-
ter, uos mihi uita, uos mihi gratia: ſi uos ꝓficitis,
mihi placebit. Vos eſtis corona mea, & diuitiæ
meæ, uos eſtis theſaurus meus. Ego millies pro
uobis immolari paratus ſum: & nec gratia mihi
Ioan.10 in hoc eſt, ſed debitũ reddo. Bonus em̃ paſtor de
bet animam ſuam pro ouibus ſuis ponere: huiuſ-
modi enim mors immortalitatem parit. Non em̃
propter diuitias mũdi, inſidias patior: quod ſi eſ-
ſet, utiq; cõtriſtari deberem. Nec proper aliquod
peccatum, ſed propter charitatem, quã erga uos
habeo: quia omnia ago, ut uos proficiatis: & ne
ſubintroeat cõturbare gregem bene inſtitutum,
ſed ut permaneatis in ſimplicitate fidei. Hæc eſt
cauſa periculorum meorum, & hæc ſufficiant mi B
hi ad coronam. Quid enim nõ patiar pro uobis?
Vos mihi ciues, uos mihi fratres, uos mihi filij,
uos mihi mẽbra, uos mihi corpus, uos mihi lux,
imo & iſta luce dulciores. Quid enim mihi tantũ
præſtãt radij ſolis, quantũ charitatis ueſtræ ſplen
dor acquirit? Ecce ꝓ charitate ueſtra corona mi-
hi paratur in futuro ſeculo, hoc mihi ſolis huius
ſplẽdor præſtare non poterit. Hæc autem dico in
auribus audientiũ. Et quid ita ad audiendum ſo-
licitum, & paratũ, quàm aures ueſtræ? Ecce quot
dies ſunt quod uigilatis, & nullum ueſtrum ſom-
nium inclinauit, nec temporis ſpatiũ frangit, nul
lum timor, nullum minæ deterrent, ſed terror eo-
rum fortiores uos reddet. Video in uobis, quod
ſemper optaui, ideo quòd contẽpſiſtis mundi ne C
gotia, renũtiaſtis om̃nibus: nihil iã de terra, neq;
de terrenis actibus cogitatis. Ad cœleſtia uos mi
graſſe iam cerno, abſoluti eſtis uinculis corporis,
ad beatã illam & cœleſtem contenditis philoſo-
phiã. Hoc mihi ſufficit uidiſſe de uobis, hæc mea
conſolatio, iſta me in agonib. meis uelut unguen
Ibid.28 ta quædam corroborant, & fortiorem me agoni-
bus reddunt, & ad gaudia immortalia, atq; æter-
na tranſmittunt: pro his gratias agamus deo, cui
gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

POST REDITVM PRIORIS EXI-
lij, Homilia.

QVID dicam? quid loquar? Benedi-
ctus deus, hunc egredíens dixi ſer-
monem: hunc iteraui reuertens, & D
illic conſtitutus, hunc in ore uolue-
bam. Puto uos meminiſſe, cum ante
hoc beatũ Iob adduxiſſem in medio dicentẽ: Sit
Iob.1 nomen domini benedictum. Hanc uobis hiſto-
riam dereliqui, has gratiarum actiones iterabo re
greſſus: Sit nomẽ domini benedictum in ſecula.
Diuerſæ rerum cauſæ, ſed una glorificatio: & cũ
expellebar, benedicebam, & reuerſus iterum be
nedico. Etſi uariæ quidem cauſæ, ſed una defini-
tio. Super hyemem & æſtatem unus eſt finis. Cul
turæ fertilitas ſubſequens campi. Benedictus de-
us, qui conceſſit exire: benedictus deus, qui redi
re præcepit. Benedictus deus, qui permiſit hye-
mem: benedictus deus, qui diſſoluit hyemem, &
fecit tranquillitatem. Hæc dico admonẽs uos, ut

ſemper benedicatis. Si euenerint mala, benedici-
te, & diſſoluentur mala: ſi proſpera uenerint, be-
nedicite, & perſeuerant proſpera. Siquidem Iob
cum in proſperis eſſet, benedicebat: & cum pau-
per eſſet effectus, glorificabat: neq; tunc ingratus
fuit, neq; poſtea blaſphemauit. Diuerſa quidem
tempora, ſed una uoluntas gubernantis actum.
Nec tranquillitas reſoluit, nec tempeſtas hyemis
demergit. Benedictus deus, & cum à uobis ſum
ſegregatus, & cum iterum recepi uos. In utroque
dei prouidẽtia eſt, ſeparatus à uobis corpore, ſed
anima non ſum à uobis diuiſus. Et ex ueſtro affe-
ctu meum metimini animũ. Et quid dicam? Non
ſum ſeparatus à uobis, ſed magis accenſus ſum de
ſiderio ueſtri, quod etiam de uobis confido: nihil
nobis nocuere inſidiæ, nihil læſit inuidia, ſed ma-
gis augmentum præſtitit charitati, & multiplica-
uit diſcipulorum numerum. Ante hoc enim dili-
gebar à meis, nunc uero honorificabor à Iudæis.
Sperabant me à meis filijs ſeparare, ſed magis mi
hi extraneos adiunxerũt. Non illis agam gratias:
ſed dei miſericordiæ gloriam referam, qui cona-
tus illorum malos in melius cõmutauit. Nam &
Iudæi crucifixerunt Chriſtum, & illius morte hu
manum ſaluatum eſt genus. Non illis gratiæ, ſed
crucifixo. Conſiderent quid boni pugna eorum
præſtitit, inſidiæ eorum qualem nobis lætitiam
præparauerunt. Ante hoc quidem eccleſia reple
batur, ſed nunc & in plateis eccleſiæ factæ ſunt.
Et unanimes, & coniuncti pſallentes, dei in uos
prouocatis aſpectum: uoces ueſtræ cœli ſecreta
penetrarunt, ut omnis ætas ueſtas pſalmodias mi
raretur attenta. Curſus equorum hodie, & pauci
illuc, imò cuncti in eccleſia: quaſi torrẽs quidam
ac fluuius ueſtra facta eſt multitudo. Voces ue-
ſtræ eleuantur ad cœlum, amorem qui ad patrem
eſt, oſtendentes. Orationes ueſtrę meum corona
uerunt caput. Oratio omni monili præclarior ui-
ri & mulieris. In Chriſto enim Ieſu non maſculus, Gal.3
neq; fœmina. Qualiter enarrem potentias domi-
ni, aut mirabilia eius recenſeam? Videtis quia q̃d
dico, uerum eſt. Quoniam ſi quis tentationem ui
riliter tulerit, magnum ex ipſa uindemiat fructũ.
Ideo uos ad apoſtolos inuitaui, ut ad eos, qui ali-
quãdo perſecutionem paſſi fuerant, ueniremus.
Et nos quidem inſidias paſſi, illi uero impugnati.
Sed inimicis illi nihil nocuerũt: quia iſti orbẽ ter-
rarum lucrauerũt. Veniamus ad ſancta corpora,
quæ Chriſti ſtigmata portauerunt. Veniamus ad
Timotheum nouum Paulum, & Andream alte-
rum Pettum. Credimus iuuari nos illorum meri-
tis. Si uirilem animum geris, non timeas tentatio
nes. Omnes ſancti per iſta tranſierunt. Multa tri-
bulatio corporum, ſed magis refrigerium anima
rum. Præſtet uos dominus ſemper augeri, & cele
bres conuentus agere. Gloria quippe paſtoris eſt
ouium multitudo: quid faciam? quid loquar? in-
cultum ubi ſeminem non habeo agrum. Extenſa
eſt propago uitium, perfectum eſt templum, &
præ multitudine piſcium rumpuntur retia mea.
Quid faciam? laborandi locum non habeo. Gau

dendi habeo tempus, & ideo loquor:nõ quia in- A
digetis doctrina, ſed ut meam uoluntatem uobis
oſtendã. Vbiq; ſpicæ comant:tantę oues,& nuſ-
quam lupus: tot ſpicæ, & nuſquam lolium:tantæ
uineæ,& nuſquam uulpes. Vbi nunc latent lupi?
quò abierunt uulpes,quæ eas perſecutæ ſunt? O
rem inauditam. Paſtor quieſcit,& oues luporum
rabiem abegerunt,inſidias uulpium oppreſſerũt.
O ouium ſapientia, ô filiorum affectus, ô diſcipu
lorũ charitas. O pulchritudo ſponſæ, abſente ui-
ro abegit adulteros, oſtenſæ ſunt eius diuitiæ,ap-
paruit pulchritudo.Latrones cõfuſi ierunt,& au-
fugerunt. Dicito mihi, quomodo perſecuta es
lupos? quomodo pepuliſti latrones? Frequen-
ti,inquit, oratione ad deum. Quomodo deſpe-
xiſti adulteros? Continuis, inquit, lachrymis,ex B
deſiderio uiri. Non accepi arma,non ſumpſi lan-
ceas,non arripui ſcutum:ſolummodo oſtendi eis
pulchritudinem meam, qua perſpecta uulnerati
fugerunt. Vbi nunc illi? Proculdubio in confuſio
ne. Vbi nos? in lætitia. Vbi nunc illi? conſcientiæ
ſuæ malo tabeſcunt. Vbi uero nos? in magna ex-
ultatione glorificamus deum.Quid dicam? quid
loquar? Adijciat dominus ſuper uos, & ſuper fi-
lios ueſtros: & alleuet dominus uultum ſuum,&
miſereatur ueſtri, in Chriſto Ieſu domino noſtro,
cũ quo eſt deo patri, & ſpiritui ſancto honor,glo
ria & poteſtas,per immortalia ſecula,Amen.

DE REGRESSV SANCTI IOANNIS de Aſia Conſtantinopolim, Homilia.

C

OSES magnus ille dei famulus,ca-
put prophetarum, maris uiator, ae-
M ris agitator, menſæ apparator, qui à
genitrice proiectus eſt, & ab impu-
gnatrice ſaluatus:genuit quidẽ eum
mater,abſtulit autem eum Ægyptia,et enutriuit:
& qui in Ægypto nutriebatur, in cœlis cõuerſa-
batur: qui tantum ac tale ſtatuit trophæum, iſte
talis ac tãtus uir, qui quadraginta dies reliquerat
populum, inuenit eum idola fabricantem, & ſe-
ditiones commouentem.Ego autem nõ quadra-
ginta dies tantum, ſed & quinquaginta & centũ,
& amplius,& inueni uos lætãtes & philoſophan
tes, & in dei timore perſeuerantes.Nunquid ego
Moſe altior ſum? Abſit: hoc em̃ dicere extremæ
dementiæ eſt. Sed quia populus iſte illo populo D
ſublimior, propterea & ille de monte deſcendẽs
increpabat Aaron ob ſeditionem populi, & ira-
ſcẽs inuehebatur in eum, cur acquieuerit uolun-
tati eorum. Ego autem aduenies præconia ue-
ſtra,& coronas contexã. Vbi enim præuaricatio,
ibi reatus ſubſequatur neceſſe eſt, & obiurgatio:
ubi aũt correctio,ibi laudes & præconia & coro-
nę.Ideoq; etſi ampliori tẽpore demoratus ſum fo
ras,nõ me pœnitet,quia confidebã de ueſtræ cha
ritatis affectu, & integritate fidei: ſciebã enim u-
xorem mihi deſpõſatam caſtitate eſſe munitã, ſi-
cut in ſeculari coniugio aſſolet euenire. Etenim
uir quando impudicam uxorem habere ſe nouit,
nec proſpicere ei de domo permittit: qui etſi pe-

regrinari aliquando coactus fuerit, cogitur cito
reuerti,quaſi quodam ſuſpicionis aculeo ſtimula
tus: qui autem ſobriam & caſtam habet,foras ſe-
curus moratur, ſufficientes procuratorum muni
mine mores relinquẽs uxoris:Hoc ego & Moſes
paſſi ſumus: ille quidem, quia inemendabilem ſy
nagogam habebat uxorem,reliquit eam,& forni
cata eſt, & compellit eum deus, dicens: Exurge, Exod.32
deſcende:impie enim fecit populus tuus.Sed ego
nullam huiuſmodi iuſſionem accepi.Et cum pau
lum mihi infirmitas corporis accidiſſet, non me
inquietauit ueſtra abſentia, ſed ſecurus de uobis
ægrotationis meæ expectaui medelam. Non em̃
opus habent ſani medico, ſed qui male habent.
Nam etſi tardaui parumper à uobis, non hoc ad
detrimentum ueſtri, ſed ad diuitias puto proficere
re ueſtras:quæ enim per me,imò magis per grati-
am dei correcta ſunt,ueſtra corona eſt,ueſter pro
fectus eſt. Et ideo gaudeo & tripudio, & tanquã
uolitare me credo, & gaudij huius magnitudinẽ
effari nõ queo. Quid ergo faciam, quomodo in-
dicabo exultationem mentis meæ? In teſtimoniũ
uoco conſcientiam ueſtram, quoniam uideo ex
aduentu meo gaudio eſſe repletam: quod gaudi-
um corona & laus mea eſt. Si enim mea unius ui-
ri præſentia,tantam plebem tali repleuit uolupta
te: quantum putatis mihi exuiſione ueſtra gau-
dium cumulatum? Et Iacob quidem unum filiũ
uidens Ioſeph,gaudebat ſenex,& recreabatur ſpi
ritu:ego autem non unum Ioſeph,ſed omnes uos
illi ſimiles uideo & gaudeo, quia paradiſum me-
um recepi illo paradiſo meliorem: & ibi quidem
ſerpens erat inſidians,hic autem Chriſtus myſte-
ria celebrans: ibi Heua erat ſeducens, hic autem
eſt coronans eccleſia: ibi Adam ſeducebatur,hic
autem populus adhæret deo:ibi arbores diuerſæ,
hic autem donationes uariæ: in paradiſo arbores
marceſcentes, in eccleſia arbores fructificantes:
in illo paradiſo unumquodque genus ſementis
in ſuo perſeuerat ſtatu, in iſto uero paradiſo ſi in- Iod:
uenero labruſcam, uitem uberem efficiã: ſi inue-
nero oleaſtrum,ueram oliuam efficiam:talis ete-
nim eſt terræ iſtius natura; propter hæc gaudeo,
prętermitto ſatisfactionem.Quomodo uero nos
abduxit tanti temporis longitudo,ſuſcipite ſatis-
factionem meam chariſſimi. Si ſeruum alicubi di
rigatis non reuertentem, exigitis cauſas ubi mo-
ratus ſit,ubi tantum expẽderit tẽporis: & ego ſer
uus ſum ueſtræ charitatis: emiſtis em̃ me non pe-
cuniam conficientes, ſed charitatem oſtenden-
tes.Gaudeo quippe tali ſeruitio mancipatus,nec
unquã hoc famulatu opto me ſolui: etenim iſtud
ſeruitium mihi libertate elegantius: iſtud ſerui-
tium in illud tribunal beatum collocauit mihi ſe-
dem: iſtud ſeruitium non eſt neceſſitatis, ſed uo-
luntatis. Quis enim non libentiſſime ſeruiat dile
ctioni ueſtræ tam elegantiſſimis amatoribus: q; t.Co
etſi lapideã haberẽ animam, cera feciſſetis mol-
liorẽ: quid dicam deſiderio ueſtro, & ſauori,quẽ
heſterna oſtendiſtis die, quomodo uoces ueſtræ
cum gaudio cœlũ penetrarunt? ipſum ſanctificã-

tes

tes aerem, ciuitatem feciſtis eccleſiam: honorabar ego, & deus glorificabat: hæretici confundebantur, eccleſia uero coronabatur: quia magna lætitia eſt matri, cum exultant filij. Et grande gaudium paſtori, cum exultant agni gregis. Veni ad gaudia uirtutum ueſtrarum, audiui quia cum hęreticis colluctati eſtis, & quia inique egerunt in baptiſmo, redarguiſtis. Nunquid incaſſum dicebam, quoniam caſta uxor abſente uiro repellit adulteros, abſente paſtore abigit lupos, ſine gubernatore nautæ ſaluauerunt nauem, ſine duce milites uictoriam reportauerunt, ſine doctore diſcipuli profecerũt, ſine patre filij roborati ſunt? imò magis non ſine patre: ueſter enim profectus meum gaudium, ueſtra glorificatio mea corona eſt. Sed, Deſiderabamus, inquitis, tecum facere Paſcha. Satisfacio dilectioni ueſtræ, quippe cum iam iracundiam ueſtro diſſolueritis aſpectu: nam ſi pater prodigum ſuſcipiẽs filium ſtatim reconciliauit, neque pœnas exegit ab eo, ſed illico amplexus eſt: multò magis filij patrem ſuſcipientes. Sed tamen & ad hoc reſpondeo: Paſcha mecũ in uobis facere habebatis, nemo prohibet hodie uos mecum facere Paſcha. ſed forſitan dicetis, Nunquid duo Paſcha facturi ſumus? Non, ſed unum, & ipſum multipliciter. Sicut enim ſemper ſol exoritur, & non dicimus multos ſoles, ſed eſt ſol quotidie oriens: ſic & Paſcha ſemper cõſummatur, & cum ſemper celebretur, unum eſt ſolennitatis noſtræ. Iudæorum ſimiles non ſumus, non ſeruimus loco, nec ſubditi ſumus neceſſitati temporis dominica uoce firmati. Quotieſcunq; inquit, manducaueritis panem iſtum, & hunc biberitis calicem, mortem domini annuntiabitis. Annuntiamus nãq; hodie mortem Chriſti. Sed tunc quidẽ feſtiuitas. Et hodie feſtiuitas. Vbi em̃ charitas gaudet, ibi eſt feſtiuitas: & ubi recepi lętãtes filios, maximã celebro feſtiuitatẽ. Etenim & illa feſtiuitas charitas eſt. Sic enim, inquit apoſtolus, deus dilexit mũdum, ut filium ſuum unigenitum daret pro eo. Sed multi, inquiũt, te abſente baptizati ſunt. Et quid tum? nihil minus habet gratia, non claudicat donum dei: præſente me baptizati non ſunt, ſed præſente Chriſto ſunt baptizati. Nunquid homo eſt qui baptizat? Homo dexteram porrigit, ſed deus manum gubernat. Noli de gratia dubitare chariſſime, quia donũ dei eſt. Attẽde diligẽter quæ dicunt, ſi fortè tibi aliqua cauſa ſacra explicanda eſt, cum obtuleris preces, & ſubſcriptã acceperis ſacram, nõ requiris quali calamo ſubſcripſerit rex, neq; in quali charta, neq; quali, quóue atramento, ſed unũ ſolũmodo quæris, ſi rex ſubſcripſerit: ſic & in baptiſmo, charta, cõſcientia eſt, calamus, lingua ſacerdotis: manus, gratia eſt ſpiritus ſancti. Siue ergo per me, ſiue per illum qui officio fungitur ſacerdotis, ipſa manus ſcribit, nos miniſtri ſumus, non autores. Et Paulus miniſter eſt: Sic enim, inquit, æſtimet nos homo, tanquam miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei: quid enim habes, quod non accepiſti? Si quid habeo, accepi: ſi autem accepi, non meum, ſed eius qui dedit donum eſt. Noli ergo dubitare chariſſime, gratia enim dei perfecta eſt: locus non prohibet, ſiue hic baptizeris, ſiue in naui, ſiue in itinere. Philippus baptizauit in uia, Paulus in uinculis, Chriſtus in cruce latronẽ ex uulnere, & ſtatim paradiſi meruit ianuam reſerare. Propter hæc gaudeo & exulto, & orationes ueſtras exigo, cum quibus ad Aſiam perrexi, cum quibus reuerſus ſum, cum quibus pelagum transfretaui, & adiutus ueſtris orationibus feliciter nauigaui: nec enim nauim citra uos ingreſſus ſum, nec exiui citra uos, non in ciuitate citra uos, aut in eccleſia ſine uobis, ſed auulſus quidẽ eram corpore, connexus autem charitate. Videbam nanq; eccleſiam ueſtram & in pelago, & in exultatione gaudebã. Tale enim quid ſignificat charitas, quę neſcit anguſtari: intrabam in eccleſiam, adſtabam altari, orationes offerebam, & dicebã: Domine, cõſerua eccleſiam, quam mihi tradidiſti. Ego quidem corpore abſens ſum, ſed tua miſericordia præſens eſt, quæ me illuc perduxit, & plusquam merebar, conceſſit. Et quia amplificauit, multitudo teſtatur prę ſentium. Florere uideo uineam, & nuſquam ſpinæ, neq; ſentium ulla ueſtigia: exultant oues, & nuſquam lupus. Quòd ſi etiã alicubi repertus fuerit, demutatur, & fit ouis. Tanta enim ueſtra eſt fides & charitas, ut æmulatione ueſtra cæteros prouocetis. Ipſe dominus uos conſeruauit, & ipſe me reduxit, & in infirmitate poſitus orationum ueſtrarũ ſenſi auxilium, quas mihi quotidie in ſuffragium poſtulo. Peregrinatio mea coronauit ciuitatem ueſtrã. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus manifeſtum eſt. Sic enim me abſentem, tanquam præſentem habuiſtis. Nam in Aſia cùm eſſem ad corrigendas eccleſias, hinc illò uenientes nuntiabant nobis, dicentes: Inflammaſti ciuitatem. Et certè charitas tempore ſolet marceſcere: ueſtra autem dilectio quotidie augmentabatur. Et quem ita abſentem diligebatis, præſentem credo quòd melius ametis. Iſte meus theſaurus, hæ ſunt meæ diuitiæ. Et ideo ueſtras orationes requiro. Orationes ueſtræ murus mihi, & munimen ſunt. Noli dicere: Ego languidus ſum, quomodo potero pro ſacerdote orare? Audi ſcripturam dicentem: Oratio autem fiebat continua. Et eccleſiaſtica oratio ſoluit uincula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit, oratio concluſit ora leonum, oratio ſeditionem compeſcuit, oratio paradiſum aperuit, oratio cœli cardines reſerauit, oratio ſterilem fœcundauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit, oratio publicanum iuſtificauit. Tale à uobis munimen requiro, talem gratiam poſtulo: & deus gloriæ ſuſcipiens orationes ueſtras, det mihi in apertione oris mei ſermonem, quò poſſim creditum mihi populum inſtruere ad ſalutem, per Chriſtum dominum noſtrum, cum quo eſt deo patri cum ſpiritu ſancto honor, gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

Exod. 31

Iodn. 3.

1. Cor. 4

Act. 12.

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA, QUUM SARTONINUS & AURELIANUS ACTI ESSENT IN EXILIUM, & GAINAS EGRESSUS ESSET À CIUITATE, & DE AUARITIA. DES. ERASMO ROT. INTERPRETE.

VLTO TEMPORE SILUI, & POST LONGŨ TEMPORIS SPATIUM AD CHARITATEM UESTRAM REUERSUS SUM. QUANCP̃ ID NON ACCIDIT ULLA UEL ANIMI SOCORDIA, UEL CORPORIS DESIDIA, SED ABFUI, TUMULTUS CŌPONENS, FLUCTUS SEDANS, TEMPESTATEM CORRIGENS: EOSCP̃ QUI IAM DEMERGI CŒPERANT, AD PORTŨ & IN TRANQUILLŨ PORRECTA MANU REDUCERE STUDENS. SŨ ENIM CŌMUNIS OMNIUM PATER, EOCP̃ NECESSE EST CURAM AGERE, NŌ TĀTUM EORUM QUI STANT, SED EORUM QUOCP̃ QUI COLLAPSI SUNT: NON ILLORUM TĀTUM QUI SECUNDIS NAUIGANT UENTIS, SED & ILLORUM QUI TEMPESTATE IACTANTUR: NŌ EORUM MODO QUI IN TUTO SUNT, UERUMETIAM ILLORUM QUI PERICLITANTUR. HARUM SÃNÈ RERUM GRATIA RELIQUI UOS AD TEMPORIS SPATIUM, OBAMBULANS, EXHORTANS, OBTESTANS, SUPPLICĀS, UT À DOMINO EA CALAMITAS DISSOLUERET. POSTEAQUAM AUTEM INAMŒNIS ILLIS AC TRISTIBUS FINIS EST IMPOSITUS, DENUO ME AD UOS RECEPI, AD UOS QUI IN TUTO ESTIS, QUI MULTA CUM TRANQUILLITATE NAUIGATIS. AD ILLOS PROFECTUS ERAM, UT TEMPESTATĒ SEDARĒ: AD UOS REUERSUS SUM, NE QUA TEMPESTAS EXORIAT. AD ILLOS DISCESSERAM, UT EOS À MOLESTIS LIBERARĒ, AD UOS REDIJ, NE IN SIMILES MOLESTIAS INCIDATIS. QUEMADMODUM ENIM OPORTET HABERE CURAM NŌ EORUM MODO QUI STĀT ERECTI, SED EORUM QUOCP̃ QUI LAPSI SUNT: ITA RURSUS NŌ LAPSI TANTUM NOBIS DEBENT ESSE CURE, SED & STANTES: ILLI QUIDEM UT ERIGANTUR, HI UERO NE CADANT: ILLI UT AB URGENTIBUS MALIS LIBERĒTUR, HI NE INCURRANT IN MOLESTIAS IMMINĒTES. NIHIL ENIM EST IN REB. HUMANIS STABILE, NIHIL INCŌCUSSUM, SED HOMINUM UITA IMITATUR MARE UEXANIĒS, QUOTIDIE PARTURIENS NAUFRAGIA, NAUFRAGIA, INQUAM, TUM NOUA, TUM PERICULOSA. OMNIA TUMULTUUM AC TURBARUM PLENA SUNT, OMNIA SCOPULI & PRÆCIPITIA, OMNIA RUPES SUB AQUIS LATENTES, & SINUOSÆ CAUTES. OMNIA TERRORES, DISCRIMINA, SUSPITIŌES, TREMORES & ANGORES. NEMO CUIQUÃ FIDIT, À SUO QUISCP̃ PROXIMO METUIT: TĒPUS FORTASSIS ILLUD IN PROPINQUO EST, QUOD Michææ 7 PROPHETA DEPINXIT HIS UERBIS: NE FIDUTIÃ HABEATIS IN AMICIS, & IN PRINCIPIBUS NOLITE SPĒ PONERE: À SUO QUISCP̃ PROXIMO CAUETE, À CONIUGE TUA CAUE, NE QUID ILLI CREDAS. QUID ITA TĀDEM? QUIA TĒPUS MALUM EST, QUIA OMNIS FRATER INSIDIATUR CALCANEO UT SUPPLĀTET, & OMNIS AMICUS DOLOSE INCEDIT. NŌ EST AMICUS TUTUS, NON FRATER FIRMUS. SUBLATUM EST CHARITATIS BONUM, CIUILE BELLŨ HABET OMNES, AC NE ID QUIDEM APERTUM, SED OBUMBRATUM. INNUMERABILES UBICP̃ PERSONE SIMULATECP̃ FACIES. MULTA OUIŨ UELLERA, INNUMERI UBICP̃ LUPI SUB HIS OCCULTATI, UT IÃ INTER HOSTES ALIQUIS TUTIUS UIXERIT, QUÀM INTER HOS QUI UIDĒTUR AMICI. QUI HERI ADULABANTUR, QUI BLANDIEBANTUR, QUI MANUS EXOSCULABĀTUR: HODIE REPĒTE CŌPERTI SUNT ESSE LUPI, ABIECTISCP̃ PERSONIS FACTI SUNT OMNIB. ACCUSATORIBUS ACERBIORES. PRO QUIBUS HESTERNO DIE GRATIAS AGEBANT, PRO HIS NŨC INCUSANT & CALUMNIANTUR. QUÆ EST IGITUR HORUM OMNIUM CAUSA? PECUNIARUM AMOR, UÆSANA DIUITIARUM CUPIDITAS, MORBUS INSANABILIS, FORNAX QUÆ NUNQUAM EXTINGUITUR, TYRANNIS QUAQUAUERSUM PER TOTUM ORBEM TERRARUM DIFFUSA. HANC OB CAUSAM, & NOS QUÆ PRIUS DICEBAMUS, NUNC DENUO DICIMUS, NEC DICERE DESINEMUS. TAMETSI HERI COMPLURES INCUSABANT NOS TALIA LOQUENTES: ITÁNE NUNQUAM DESINES ADUERSUS DIUITES ARMATAM HABERE LINGUAM? NON DESINES CUM HIS ASSIDUE BELLIGERARI? NUM EGO CUM ILLIS BELLUM GERO? NUM ADUERSUS ILLOS ARMOR? AN POTIUS PRO ILLIS CUNCTA TUM DICO, TUM FACIO? IMÒ IPSI ADUERSUS SEIPSOS GLADIOS ACUUNT. AN NON ID DECLARAUIT IPSA RERUM EXPERIENTIA? QUO, INQUIES, PACTO? EGO QUIDEM INCREPANS & ASSIDUE OBIURGANS, QUÆREBAM ILLORUM COMMODUM: SED ILLI UERIUS SUNT HOSTES, QUI NOBIS HÆC LOQUENTIBUS CULPAM IMPINGUNT. UIDISTIS EUĒTUS RERUM CUM ORATIONE NOSTRA CONGRUERE. AN NON SEMPER DIXI, FUGITIUAS ESSE DIUITIAS, AB HOC AD ILLUM TRANSEUNTES? ATCP̃ UTINAM TRANSISSENT SOLUM, NON ETIAM OCCIDISSENT: UTINÃ DISCESSISSENT TĀTŨ, AC NON È MEDIO QUOCP̃ SUSTULISSENT. NUNC AUTEM PRÆTERQUAM QUÒD DESERUNT SUAM PROTECTIONEM, ETIÃ GLADIO TRADŨT, & IN BARATHRŨ PERTRAHUNT, EO QUÒD SUNT PERICULOSÆ PRODITRICES, CUMCP̃ HIS POTISSIMUM BELLUM GERUNT À QUIBUS AMANTUR. INGRATÆ SUNT, FUGITIUÆ, HOMICIDÆ, CRUDELES & IMPLACABILES, BESTIÆ INCURABILES, PRÆCIPITIUM UNDIQUACP̃ PRERUPTUM, SCOPULIS ASSIDUIS PLENÆ & FLUCTIBUS, MARE INNUMERIS UENTIS AGITATUM. TYRANNI ACERBE IMPERANTES, DOMINÆ QUOUIS BARBARO SÆUIORES, INIMICE IRRECŌCILIABILES, HOSTES IMPLACABILES, QUÆCP̃ NŨQUÃ ERGA EOS À QUIBUS POSSIDENTUR, REMITTUNT SIMULTATEM. AT NON HUIUSMODI PAUPERTAS, SED HIS QUÆ DICTA SUNT CONTRARIA. EA SIQUIDEM EST TUTUM ASYLUM, PORTUS TRANQUILLUS, PERPETUA SECURITAS, DELICIE PERICULORUM EXPERTES, UOLUPTAS SYNCERA, UITA TURBATIONUM NESCIA, UITA FLUCTUŨ IGNARA, COPIA INEXPUGNABILIS, PHILOSOPHIÆ PARENS, FRENŨ INTEMPERANTIÆ, SUPPLICIJ SUBLATIO, RADIX MODESTIÆ. QUAMOBREM IGIT ROGO, HANC FUGIĒTES, ILLAS PERSEQUIMINI? ILLAS HOSTES, ILLAS HOMICIDAS, ILLAS QUAUIS BESTIA SÆUIORES? TALIS ENIM EST PECUNIARUM AMOR, TALE UÆSANŨ AURI STUDIUM. CUR HOSTEM TIBI DOMESTICUM & PERPETUUM CŌUICTOREM TIBI FACIS? QUUR BESTIAM IRRITAS, QUAM DELINIRE OPORTUIT? ET QUO PACTO, INQUIS, FIET MANSUETA? SI UEL NUNC MEA UERBA TOLERETIS, DUM DELICTA FERUENT, DUM CALAMITAS UIGET, DUM OMNES IN TUMULTU SUNT AC MŒRORE. ERGO QUÎ FIERI POSSIT, UT BESTIA NON SIT BESTIA? EQUIDEM POSSUM ILLAM IMMUTARE, SI UOS UELITIS. NAM EA SERMONUM UIS EST. QUO PACTO IGITUR À FERITATE SUA MUTABIT? SI DIDICERIMUS, QUOMODO FIAT SÆUA, MORE LEONŨ, MORE PARDORŨ, MORE URSORUM, QUI DUM INCLUDUNT COERCENTURCP̃ IN TENEBRIS, ERIGUNT ANIMOS, ACUUNTCP̃ IRAS. ITIDEM & DIUITIE DUM INCLUDUNTUR & DEFODIŨTUR, ACRIUS RUGIŨT QUÀM LEONES, PERTURBANTCP̃ OMNIA. QUÒD SI EAS È TENEBRIS EDUXERIS, & IN EGENORŨ UENTRES DISSEMINES, EX FERIS BESTIJS FIŨT OUES: QUÆ FUERANT INSIDIOSÆ DUCES, PRO SCOPULIS FIUNT PORTUS, PRO NAUFRA-

naufragio tranquillitas. Quando quidē hoc & in A
nauigijs uidere licet, si quando onus est iusto gra
uius, demergit cymbam: Rursum cū est modera-
tum, prospero ferē cursu. Idē usu uenit in nostris
ædibus. Quum ultra quàm usus postulat, conge-
ris pecunias, exigui uēti procella & quiuis rerum
inexpectatarum incursus, demergit cymbam. At
si tantum reponas, quātum postulat necessitas, e-
tiāsi uehemēs turbo ingruat, facile percurris un-
das. Noli igitur plus cōcupiscere, quàm exigit ne
cessitas, ne totū amittas. Noli quæ superāt usum
congregare, ne perdas etiam necessaria. Noli prę
finitos terminos prætergredi, ne facultatibus uni
uersis exuaris: sed qd' supereſt reseca, ut necessā-
rijs diteſcas. An nō uides quòd agricolæ uitē pu
tant, ne uim omnē in pampinis & palmitibus, sed B
in radice proferat? Idē & tu facito. Amputa folia,
omneq; studium huc intende, ut quamplurimum
fructus ferat. Quod si facere recuses rebus, pspe-
ris, expectes aduersas. In tranquillitate tempesta
tem expecta, in sanitate morbum expecta, in diui
tijs paupertatem ac mendicitatē expecta. Memē
Eccles.18 to, inquit scriptura, tempus famis, in tēpore abun
dantiæ: mendicitatem & egestatem, in dieb. opu
lentiæ. Ad hunc modum si fueris affectus, tum &
diuitias multa cum sobrietate administrabis: &
egestatem, si incidat, fortissime perferes. Malū e-
nim inexpectatum perturbat animum, si incidat.
Quod autem expectabatur, si accidat, nō multū
adfert perturbatiōis. Ita duo commoda lucrifece
ris, alterum ne prosperitas te reddat ebrium & in C
solentem: alterum ne commouearis ac perturbe-
ris rebus in diuersum cōmutatis: maxime si sem-
per expectatione contrariorū pendebis, suffece-
rit pro experiētia expectatio. Tale est quod dico:
diues es, expecta quotidie paupertatē. Quare &
quamobrem? Quoniā ista expectatio tibi maxi-
mam adferre poterit utilitatem. Etenim qui in di
uitijs expectat paupertatē, nō indulget delicijs,
non extollitur, non diffluit, non concupiscit alie-
na. Nam expectationis metus qui illi adest, pæda
gogi cuiusdā uice, cohibet eius mentem, nec pati
tur mala auaritiæ germina subnasci, dum ea metu
contrariorum, ueluti falce quadam prohibet cre-
scere, amputatq;. Hoc igitur unum est è maximis
bonis quę lucrifacies. Alterum autem nō est isto D
minus, uidelicet ut si accesserit paupertas, nō ex-
paueſcas. Assumatur igitur rerum tristium expe-
ctatio, ne quando ueniat ipsa tristium experiētia:
ob hoc enim uenit experientia, quòd nō adsit ex
pectatio. Quòd si illa correxisset hominē, hac nō
erat opus admodum. Huius rei testis Ionas Nini
uitis prędicens interitum. Siquidē illi dum expe-
ctant quod ꝓpheta prædixerat, eis imminere ca
lamitatem insanabilē, expectatione malorū uen
turorum fregerunt iram numinis. Rursus Iudęi
non credentes prophetę prędicēti Hierosolymo
rum excidium, acerba perpessi sunt. Sapiens ēm
metuens declinauit malum, insipiēs fiducia sua in
uoluitur. Qui expectat paupertatē dum uersatur
in diuitijs, haud facile fiet pauper. Nā quod ab ex

pectatione lucrari noluisti, id ab ipsa experientia
pulchre disces. Proinde quum in diuitijs es, expe
cta paupertatem: quum in affluentia, expecta fa-
mem: quum in gloria, expecta ignominiam: quū
in sanitate uiuis, expecta morbū. Assidue perpē-
de rerum humanarū naturam, quæ nihilo melius
habet, quàm amnium defluxus: & fumo in aerem
euanescente fugacior est, & umbra prætercurren
te inanior. In his si philosophatus fueris, nec sua-
uia te poterūt inflare, nec molesta deijcere: si præ
sentibus bonis nō admodum hæreas, neq; absen
tibus discruciaberis, cōsuefacias animū ad diuer-
sorum expectationē. Sæpe quidem fiet, ut diuer-
sa non accidant: Sed si acciderint, nō uehemēter
te commouebunt. Atq; ut intelligatis me hæc nō
ex coniectura loqui, uolo uobis narrare ueterem
quādam historiam. Fuit uir quidam admirabilis
& magnus, & ubiq; per orbem terrarum celebra
tus, beatus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius
mūdi uictor & coronifer, qui per omnia certami
num genera transiuit, qui innumera trophæa ere
xit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, glo
riosus & contemptibilis, multorum liberorū pa-
ter, & orbus. Hic uersatus est in aulis regalib. sed
idem fuit in sterquilinio. Hic fuit in splendida ue-
ste, sed post illā in morsu tinearum. Hic possedit
innumera ministeria, sed idem sustinuit innume-
ras contumelias, à familiaribus in ipsum insurgē-
tibus, ab amicis cōuiciantibus, ab uxore insultan
te. Omnia illi prius uelut è fonte affluebāt, pecu-
niarum copia, potentiæ magnitudo, gloriæ acces-
sio, pax & securitas, honores & obsequiū, corpo
ris sanitas, & filiorū opulentia, nec erat in his quic
quam molestum. Aderāt illi diuitiæ cum securita
te, prosperitas stabilis. Atq; optimo quidem iure.
Deus enim illum undiq; uallauerat. Sed post illa
omnia recesserūt, moxq; innumeræ tempestates
immigrarūt in domum illius, omnes, inquam, ac
sibi uicissim succedētes ac perpetuę, deniq; supra
modum, supraq; fidem omnes. Siquidem uniuer
sæ facultates illi semel ereptę sunt, famuli liberiq;
prematura uiolētaq; morte oppressi sunt, ad mē-
sam & ipso in conuiuio mactati, non quidē secu-
ri aut gladio, sed à malo spiritu, qui domū concus-
sit. Tum uxor in illū armabatur, suasq; machinas
admouit iusto. Famuli porrò & amici, partim ex
puerūt in faciem eius, (quemadmodum ait ipse:
Nō pepercerūt faciem meam cōspuere:) partim Iob 30.
irruerunt in eum, & ex tota domo eiectus est, ac
deinceps in sterquilinio uitam egit, ac uermium
fontes scatebant, undique sanguine & sanie dif-
fluebat ille pretiosus adamas. Et accepta testa, ab
sterſit saniē, ipse sibi factus carnifex: dolor dolo-
rem excipiebat, & cruciatus intolerabiles, & nox
die molestior, & dies nocte terribilior, sicut ipse
dicit: Quū obdormiero, dico, quādo erit dies? Cū
surgo, rursū dico, quādo erit uespera? Plenus do-
lorum sum à uespera usq; ad diluculū. Omnia prę Iob 7
cipitia, omnia scopuli, nec est ullus qui cōsoleť:
qui insultent, innumeri. Attamen in tanta tempe
state, tantisq; fluctibus adeò intolerandis, consti
tit ad-

tit aduersus omia generoso animo & illabefactabilis. In causa fuit id qd dicebam: Nimirum quòd quum diues esset, expectabat egestatem: quũ sanus esset, expectabat ægrotationem: quum tot liberorũ esset pater, expectabat ut subitò fieret orbus. Atq; hunc timorem semper apud se suscepit, & hanc anxietatem semper apud se aluit, intelligens rerum humanarũ naturam, momẽtariamq; uolubilitatem negotiorum considerans. Eoq; dixit: Timor quem timebam, euenit mihi: & periculum quod metuebã, occurrit mihi. Iob 3 Semper enim cogitatione spectabat ad illum timorẽ, opperiẽs eum, sperãs expectansq;. Eoq; quum aduenisset, non perturbauit illũ. Neq; silui, inquit, neq; quieui, sed mihi uenit ira. Non dixit, nõ silebo, neque quiescam, præsenti tempore: sed, non quieui, præterito tempore. Neq; enim rerum prosperitas attulit arrogãtiam, sed expectatio tristium nõ sinebat me quiescere. Quãquam affluentia uehementer hortabatur ad delicias, sed asperitas eorũ quæ expectabantur, profligabat securitatem. Et licet præsens felicitas cogeret frui rebus, tamen futurorũ solicitudo uoluptatem interrupit. Ideoq; quoniam præmeditatus in animo suo hęc uẽtura prospexerat rebus lætis, hæc certamina posteaquam acciderũt, fortiter & animose pertulit, utpote iam olim ad illa exercitatus: & quoniã ea expectatione præceperat, non est perturbatus, quum cerneret illa adesse: quoniam ne tum quidem quum ad essent læta, uehemẽter illis adhæsit. Audi quid dicat: Quòd si delectatus sum, quum mihi multę af- Iob 31 fluerent diuitiæ, si reposui copiosam auri uim mihi, si fiduciam habui in lapidibus pretiosis, si ad innumerabilia posui manũ meam. Quid ais homo? non delectatus es diuitijs affluentib. tibi? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quoniam uidebam illarum instabilem fluxamq; naturam, uidebam possessionem haud durabilẽ. Aut nõ uideo quidem, inquit, solem orientem ac deficientem, lunam uero intereuntem? nõ enim in eodem manet statu. Quod autẽ dicit, tale est: Si stellæ quæ sunt in cœlis perpetuoq; lucent, recipiunt nonnullam mutationem, sol deficiens, luna interiens, an non extremæ dementiæ sit, terrena pro stabilibus fixisq; ducere? Eoq; nec præsentibus magnopere delectabar, nec discedentibus uehementer contristatus sum: quoniam probe noueram earum rerum naturam. Hæc nos audiẽtes charissimi, neq; paupertate deijciamur, neq; diuitijs intumescamus, sed in rerũ permutatione animum immutabilem retinentes, philosophiæ fructum metamus, ut & hic uoluptate perfruamur, & futura assequamur bona. Quæ cõtingat nobis omnibus adipisci, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, &c.

DE RECIPIENDO SEVERIANO, Homilia.

ICVTI capiti corpus cohærere necessarium est, ita ecclesiam sacerdoti, & principi populum: utq; uirgulta radicibus, & fontibus fluuij: ita & filij patri, & magistro discipuli. Hæc autem non superfluò ad charitatem uestram præfati sumus: sed quoniam dicenda mihi sunt quædam apud uos, ut nemo turbetur, neq; sermoni nostro aliqua oriatur interruptio: sed ut obedientia discipulorum crescat in uobis, & quantũ affectum patri deferatis, appareat. Adornate me filij, & imponite mihi obediẽtiæ uestræ coronam, facite me apud omnes beatum iudicari, & doctrinam meam magnificate per obedientiam uestram, secũdum Apostoli monita, dicẽtis: Obedite præpositis uestris, & obtemperate eis, quia ipsi peruigilant ꝓ uobis, quasi pro animabus uestris rationẽ reddituri. Hæc ergo præmoneo, ne qs superbiat in cõmonitionem nostram. Pater enim sum, & necesse est me filijs cõsilium suadere: quod enim in carnalibus patribus natura carnis, hoc in nobis gratia spiritus agit. Pater sum, & pater nimis super filios tremẽs, ita ut sanguinem meum pro uobis fundere paratus sim. Et in hoc non est mihi gratia. Apostolica enim lex est, & domini præceptum dicentis: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Sed & uos eadem facite pro nobis: simili nanque erga nos deuincti estis affectu. Nã & Paulũ audite quid dicit: Salutate, inquit, Priscillã & Aquilam adiutores meos in Christo, qui pro anima mea suas ceruices posuerunt. Sicut enim pulchrũ est pastorem pro ouibus immolari: ita rursum pulchrũ est, & oues à pastore nec morte seiungi. Cũ enim inseparabiles fuerint ab eo, lupũ diabolum non timebunt. Murus enim charitatis firmior est adamante. Et frater cum adiuuatur à fratre, erit sicut ciuitas munita & firma. Hęc autem pręmitto, ut cũ omni affectu, quæ dicimus, audiatis, neq; aliquis uestrum incipiat perturbari. Loquimur rem quam dignũ est in ecclesia loqui, & quam dignũ est libenter audiri. Pro pace loquimur ad uos. Et quid ita conueniens, quàm sacerdotem dei pacẽ populo persuadere? Cõtradictio nulla est, ubi & legatio fãcta, & legatus acceptus est. Pro pace loquimur, pro qua filius dei descẽdit ad terras, ut pacificaret per sanguinem, non solum quæ in terra sunt, sed & quæ in cœlis, & terrena cœlestibus sociaret. Pro pace loquimur, ꝓ qua filius dei passus est, propter quam crucifixus est, & sepultus, quã nobis pro omni hęreditatis cẽsu reliquit, & uelut murum ecclesiæ dedit, quam scutũ aduersum diabolum posuit, quam gladiũ aduersum dæmones dedit, quam portum tranquillissimũ fidelib. collocauit, quam repropitiationem ad deum dedit, quam delictorum absolutionem cõcessit: ꝓ hac ergo legatus ad uos missus sum. Nolite mihi incutere pudorem, nolite legationẽ meam fœdare: ac quiescite mihi, quæso, uos. Multa dudũ tristia gesta sunt in ecclesia, deum confiteor, sed nõ laudo perturbationes, seditiones nõ amplector. Sed omittamus iam hæc, desinite, conquiescite, cohibete animos, refrenate iracũdiam: sufficit iam quod laborauit ecclesia, finis sit, desinat turbatio: hoc enim & deo placitum, & pijssimo principi acceptũ est. Oportet enim & regib. obedire, maxime cum & ipsi obtẽperẽt ecclesiasticis legibus. Dicit eñ Apo-

Rom. 13 Tit. 3

Heb. 13

Ioan. 10

Rom. 16

Prou. 18

Luc. 2

Ephes. 2

Rom.13 Tit.3 Apostolus, Principibus & potestatibus subditi estote: quanto magis religioso principi, & pro ecclesia laboranti? Si ergo præparaui animos uestros ad suscipiendam legationem meam, recipite fratrem nostrum Seuerianum episcopum. Habeo gratiam quòd sermonē meum laudibus prosecuti estis. Dedistis mihi fructus obedientię: nūc me semen bonum gratulor seminasse. Ecce enim statim frumenti manipulos colligam. Retribuat uobis dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc enim ueram hostiam pacis obtulistis deo, quia nemo turbatus est audito hoc nomine, sed cum charitate suscipitis: simul ut sermone locuti sumus, omnem ex animo fugastis iracundiam. Suscipite ergo eum pleno pectore, apertis manibus. Si quid triste gestū est, omittite: quia ubi tēpus pacis, recordatio dissensionis nulla est: ut sit gaudium in cœlo, gaudium in terra, lætitia & exultatio spiritualis in ecclesia dei. Et oremus de reliquo, ut pacificā deus custodire dignetur ecclesiam, pacem fixam et perpetuam dare, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est gloria deo patri, unà cum spiritu sancto, in secula seculorum: Amen.

SERMO IPSIVS SEVERIANI DE pace, cum susceptus esset à beato Ioanne episcopo Constantinopolitano.

Naduentu domini & saluatoris nostri, atque in præsentia eius corporali,

I angeli ducētes choros cœlestes euan

Luc.2 gelizabant pastoribus dicentes: Annuntiamus uobis hodie gaudium magnum, quod erit omni populo. Ab ipsis enim sanctis angelis, etiam mutuatam nos uocem, annuntiamus uobis hodie gaudium magnū. Hodie ēm in pace ecclesia est: & hæretici in ira. Hodie ecclesiæ nauis in portu est, & hæreticorum furor iactatur in fluctibus. Hodie pastores ecclesiæ in securitate, & hæretici in perturbatione sunt. Hodie oues domini in tuto, & lupi insaniūt. Hodie uinea domini in abundantia, & operarij iniquitatis in egentia. Hodie populus Christi exaltatus est, & inimici ueritatis humiliati sunt. Hodie Christus in lætitia, & diabolus in luctu. Hodie angeli in exultatione, & dæmones in confusione. Et quid opus est multa dicere? Hodie Christus qui est Rex pacis cum sua pace procedens, fugauit omne dissidium, dissensiones depulit, discordiā perturbauit. Et sicut cœlum splendor solis, ita ecclesiam fulgor pacis illuminat. O quàm desiderabile nomen pacis, quàm religionis Christianæ stabile fundamentum, & altaris dominici cœlestis armatura. Et quid possumus de pace proloqui?

Ephes.2 Pax nomen est ipsius Christi, sicut dicit & Apostolus, Quia Christus pax nostra, qui fecit utraque unum, quæ neq; fide, sed inuidia diaboli dissidebāt. Verū sicut procedēte rege & plateæ mundantur, & tota ciuitas diuersis floribus & ornatibus coronatur, ut nihil sit quod minus dignū uultui regis appareat: ita & nūc procedente Christo rege pacis, omne quod triste est, auferat ē medio, & illucescente ueritate fugetur mendaciū: fugiat discordia, resplendescente concordia. Et sicut frequenter fieri uidimus, ubi regū uel fratrum tabulæ pinguntur, ut in utrisq; unanimitatis declarentur insignia, artifex pictor fœmineo habitu post tergum utriusq; concordiam statuit, brachijs suis utrunq; complectentē, indicans q̄ hi qui uidētur corporibus separati, sentētijs & uoluntate conueniant: ita nūc pax domini media assistēs, & utrunque nostrū, gremio palpante connectens, discreta corpora in unum cōuenire animum, ulnis iungentibus docet. In qua sine dubio completur sermo propheticus, qui ait: Et erit cōsilium pacificū inter utrosq;. Et hesterno quidē pater noster communis, euangelico pacē sermone prefatus est: hodie uero nos uerba pacis exponamus. Ipse nos hesterno resupinis manib. in uerbo pacis excepit: & nos hodie dilatato pectore, ulnisq; patētibus ad dominū cum muneribus pacis occurramus. Iam bella destructa sunt, pulchritudo pacis obtinuit. Nunc in luctu est diabolus, & in lamētatione omnis dæmonū turma, nunc in cœlestibus lætitia, & in angelis exultatio, quibus specialis familiaris pax. Hoc enim etiā cœlestes admirantur uirtutes opus, quas fons eius habet perennis, ex quo etiā terrena hęc nostra guttis quibusdā exinde stillantibus irrorantur. Et ideo etiamsi in terris pax, laudis eius splendor redundat in cœlū, laudant eam cœlestes angeli, et dicunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominib. bonæ uoluntatis. Vides quomodo cœlestes omnes & terrestres inuicem sibi munera pacis emittūt? Cœlestes angeli pacē terris annuntiāt, sancti in terris Christum qui est pax nostra, collaudant in cœlestibus positum, & mysticis choris acclamant, osanna in excelsis. Dicamus ergo & nos, Gloria in altissimis deo, qui humiliauit diabolū, & exaltauit Christū suū. Gloria in altissimis deo, qui discordiā fugat, et pacem statuit. Dico enim uobis artē diaboli, cuius neq; uos astutiam ignoratis. Vidit satanas firmitatē fidei, stabilitatem in ea pietate dogmatum septam, uidit & operum bonorū fructibus abundantem: & ideo pro his omnibus ad insaniā uenit, et rabie furoris exarsit, ut scinderet amicitiā, & euelleret charitatem, ut irrumperet pacē: sed pax domini semper sit nobiscum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

EPI-

EPISTOLAE DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

INNOCENTIO EPISCOPO ROMAE, DOMINO meo reuerendiſſimo, pientiſſimoq́, Ioannes in domino Salutem.

TIAM antequàm redditæ ſunt literæ noſtræ, opinor pietatem ueſtram audiuiſſe, quídnã hic patrare auſa fuerit iniquitas. Ea enim rerum E eſt magnitudo & grauitas, ut nulla fermè orbis pars relicta ſit, quæ triſtem hanc tragœdiam nõ audierit. Quandoquidem fama uſque ad fines terræ perlata, plurima ubiq; lamenta & eiulatus excitauit. Verum quía non ſatis eſt plangere, ſed opus etiam ut cura geratur, & ſpectetur qua ratione, & quo conſilio grauiſſima illa eccleſiæ tempeſtas ſedetur: proínde neceſſarium eſſe duximus, ut perſuadeatur Demetrio, Panſophio, Pappo & Eugenio, dominis meis maxime uenerabilibus piiſq; epiſcopis, relictis negotiis propriis, pelago ſe committere: ſuſceptaq; longinqua pegrinatione hac, ad ueſtram properare charitatem, de omnibus uos manifeſte docentes, quo quantocyus rebus ſuccurratur. Miſimus autem cum eis uenerabiles dilectoſq; diaconum Paulum & Cyriacum, C quí & ipſi, quæ facta ſunt, charitati ueſtræ exponent: & nos quoq; paucis in epiſtolæ forma docebimus. Theophilus ille qui Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopatum regendum ſuſcepit, quũ à pientiſſimo rege cui aduerſus illum quædam nuntiata erant, iuſſus eſſet uenire ſolus, collecta multitudine epiſcoporum nõ paucorum huc uenit, quo preludio quaſi declarare uolebat, ſe ad bellum & aciem pergere: cumq; in magnam diuinoq; cultui deditam urbem Conſtantinopolim ingreſſus eſſet, iuxta conſuetudinem & conſtitutionem hactenus obſeruatam non intrauit in eccleſiam, neque ad nos acceſſit, neq; participem ſe fecit, uel ſermonis, uel precum, uel cõmunionis: ſed egreſ- D ſus è naui, & prætercurſis eccleſiæ ueſtibulis, alicubi extra urbem diuerſatus eſt, tametſi nos plurimum obſecraremus & ipſum, & eos qui cum ipſo erant, ut apud nos diuerterent. Erant enim diuerſoria, & omnia alia quæ oportebat, bene inſtructa. Atq; neq; illi, neq; ipſe, nobis morem gerebant. Vnde nos ea uidentes, ualde cõſternabamur animo: & quamuis iniuſtarum illarum inimicitiarũ cauſam nullã inuenire poſſemus, nihilominus tamen officium eis, quod illi nobis debebant, impendimus. Nam iterum atq; iterum eum obſecrauimus, ut ſe nobis cõiungeret, ac diceret, cuius gratia ſtatim ab initio tantum excitaret bellum, tantamq; urbem ſeditioſam faceret. Verum cum ille cauſam dicere nollet, meq; urgerent accuſatores eius: uocauit nos Rex pientiſſimus, & iuſſit ut iremus ad locum in quo ille agebat, reiq; ſummã ab eo audiremus. Nam inſidias & cædes & alia pluríma cauſabantur: nos autem ſcientes leges patrum, uiroq; honorẽ habentes, habentes etiã ſuper hac re eius literas, oportere in quibuſq; B prouinciis ſua negotia tractari, tranſmontanoſq; ad noſtra iudicia nõ trahendos, fortiter detrectauimus, ne cauſam ſuſciperemus iudicandam. Porrò ille, ſicut & prius, nobis obluctari cœpit, & multa autoritate uocato archidiacono meo, quaſi iam eccleſia uiduata eſſet, ac epiſcopũ nõ haberet, clerum omnẽ ſibi per illum adiunxit: factæq; ſunt eccleſię ſeditioſæ, et è ſingulis eccleſiis abducebantur clerici, & inſtruebantur, ut nos accuſarẽt, & libellos aduerſus nos, producerent. Poſt hæc uocauit & nos ad iudiciũ, nondum dilutis quę ad uerſum ſe erãt cauſis, id quod cõtra omnes canones & leges eſt. Porrò nos ſcientes q́ non ad iudicium, ſed ad hoſtem & inimicum perrecturi eſſemus, id quod ſatis declarant, quæ prius ac poſtea ſunt facta, miſimus ad eum epiſcopos, Demetriũ epiſcopum Piſinatium, Eleuſium Apamiæ, Lupinum Appiariq́: presbyteros aũt, Germanũ et Seuerum, qui congrua lenitate reſponderẽt, ac dicerent: Non uitare nos iudicium, ſed inimicũ apertum, & hoſtem manifeſtariũ. Nã qui nondũ acceptis libellis ſtatim ab initio talia fecit, & ſeipſum abſtraxit ab eccleſiæ precibus & cõmunione, & inſuper accuſatores ſubornauit, clerum ad ſe traxit, eccleſiam deſolauit: quomodo idoneus cẽſeri poſſit huiuſmodi, ut in iudiciis thronũ conſcendat ſibi minime cõgruentẽ? Neq; enim congruũ eſt, ut hi qui in Ægypto ſunt, iudicent eos qui in Thracia, & præſertim ille qui ipſe reus eſt, inimicus & hoſtis. At ille nihil horũ reueritus, magno ſtudio anhelabat, ut perficeret ea quæ mente conceperat. Cum aũt cõteſtaremur paratos nos ad diluendum crimina, & ad innocentiã, ſicut & innocentes ſumus, declarandã coram centum uel mille epiſcopis, non aſſenſit: ſed licet abſentes eſſemus, & ad ſynodũ appellaremus, & iudiciũ inquireremus: & non auditoriũ, ſed manifeſtas inimicitias fugeremus: ipſe tamen accuſatores ſuſcepit, meos excõmunicauit, & de illis qui nõdum ſe de ſuis purgauerãt criminibus, libellos collegit: quę omnia legibus & canonib., phibita ſunt. Et quid opus eſt multum dicere? nõ deſtitit omnia facere & tractare, donec nos ui & potentia è ciuitate & eccleſia eiiceret, etiã iam puecta ueſpera, & uniuerſo populo nos attrahente. Tractus igitur ui & abductus à magiſtratu ciuitatis in media ciuitate,

& in nauim cõiectus per noctẽ nauigaui, eò ꝙ ad synodum & iustũ iudicium prouocarã. Quis hæc sine lacrymis, etiã si cor lapideũ habeat, audiret? Verum, sicut prius dixi, ea quę perperã fiunt, non solum deplorãda, sed & corrigenda sunt: & ideo charitatem uestrã obsecro, ut prouocet ad cõdolendum, faciẽdumq; omnia, quò mala hæc sistantur. Neq; em̃ hic facinorũ illius finis, sed ad priora adiecit & alia. Nam postq; eos qui ecclesiã inuaserãt pientissimus Rex eiecit, & multi Episcopi qui aderant cognoscentes iniquitatẽ, & fugiẽtes insidias illorũ, quasi incendium depascens omnia, in suas regiones cõcesserũt, noscq; iterũ in urbem & in ecclesiã, à qua eiecti eramus, uocati sumus, inducẽtib. nos Episcopis supra triginta, & notario à rege piẽtissimo in hoc missо: ille statim aufugit, eò quòd ingressi mox obsecrabamus Christianissimum regẽ, ut concilиũ cogeret, quo facta hęc iustificarent̃. Malè conscius enim sibi erat, & reprehensionẽ pertimescens. Et idcirco cum regis literæ in omnia loca mitterent̃, & undequaq; omnes congregarẽt, occultè, mediaq; nocte & ipse & sui conscensa nauí elapsi sunt. Porrò nos, utpote cõscientiæ nostrę fidentes, non ꝓpterea destitimus, sed eadem iterum à Christianissimo rege rogauimus. Qui & pro sua pietate, missis ad illũ nuntijs, eum & omnes qui cum eo erant, ex Ægypto uocauit, ut rationem factorũ redderẽt: neq; sufficere putarent ad defensionẽ, quæ attentarant ex una parte absentibus nobis, tam iniustè contra tot ac tantos canones. Atqui regijs literis ille non obtemperauit, sed domi mansit, prætexens seditionẽ populi, & intempestiuã festinationẽ: tametsi etiã illic erant qui ei reluctabant̃: & populus quo que ante literas cõuicijs eũ innumeris abluerat. Verũ hæc nos exacte prosequi nolumus, summatim nefarios illius conatus ostendentes. Itaq; nos non quieuimus, sed in hoc incubuimus, orãtes regem, ut haberetur iudiciũ, in quo agere & respondere liceret. Dicebamus em̃ nos paratos ad ostendendum nos non esse reos, sed illos legum extremos transgressores. Erant aũt relicti hic Syri, qui cum eo affuerant, & cõmuniter omnia fecerant. Quos etiam accessimus, ad dandam rationẽ parati, atq; super ea re sæpe eos interpellauimus, obsecrantes ut dignentur nobis libellos & commẽtarios accusationũ dare, uel genus criminũ, uel accusatores ipsos significare. Verũ nihil horum obtinuimus, iterũq; ex ecclesia eiecti sumus. Quòd si quæ tunc cõtigerunt, & omnem excedunt tragœdiã, enarrare uellem: quis sermo explicaret? quæ auris sine horrore perciperet? Cum aũt illa quę dixi, prætenderemus, ipso magno sabbato collecta manus militũ, ad uesperã diei in ecclesias ingressa, clerũ omnẽ qui nobiscũ erat, ui eiecit, & armis gradũ undiq; muniuit. Mulieres quoq; quę per illud tempus se exuerãt, ut baptizarent̃, metu grauiorum insidiarũ nudæ aufugerũt. Neq; enim cõcedebatur, ut se uelarent, sicut mulieres honestas decet. Multæ etiã acceptis uulnerib. eijciebant̃, & sanguine implebant̃ natatoria, & sãcto cruore rubescebant fluenta. Neq; hic rerũ finis erat. Nã & sanctuaria ingressi sunt milites, quorũ aliquos scimus, nullis initiatos mysterijs, & uiderunt omnia quæ intus erant. Quin & sanctissimus Christi sanguis, sicut in tali tumultu cõtingit, in prędictorũ militũ uestes effusus est, fiebantq; quasi in barbarica captiuitate omnia. Vulgus em̃ in solitudinem fugabat̃, populus omnis extra ciuitatẽ uersabatur, erantq; in tanto festo uacuę ecclesię: & plures ꝙ quadraginta episcopi qui nobis cõmunicarant cum populo & clero, sine causa fugabant̃. Et ob prodigiosa flagitia, ubiq; per fora, per domos, per solitudines, per oms̃ ciuitatis partes, omnia lamentis, eiulatibus, fontibus lachrymarum, & id genus calamitatib. plena erant. Et in tanto tumultu, & trepidatione ac planctu erant omnia, ut nõ modo qui affligebãtur, sed & qui nihil tale patiebantur: & non solum qui nostræ fidei erãt, sed & hæretici, & Iudæi, & gentiles, quasi ciuitate capta nobiscũ dolerent. Talia ausi sunt pręter sententiã piẽtissimi regis, nocte profunda, episcopis hęc instruentibus, & ubiq; militantibus, nec erubescẽtibus, quòd essent duces militũ, & pro diaconis satellites pręeuntes haberent. Facto autem die, omnis ciuitas extra muros sub arbores, & in nemora emigrauit, ibi festum diem celebrans, quasi oues dispersæ. Liceat uobis ex his & cętera omnia pẽsare: nam omnia quæ facta sunt, sermone complecti, ut dixi, impossibile est. Est autem & hoc perq; molestum, ꝙ talia tãtaq; mala nullũ adhuc finem accipiunt: neq; spes est quòd statim finiantur, sed augẽtur indies magis ac magis: nosq; multis ridiculo facti sumus, imò ridet nullus, etiã ualde peruersus: lugent autem omnes propter extremam & inauditam hãc malitiam, malorum facile colophonem. Quid si quis dicat de turbationib. etiam in alijs ecclesiis postea excitatis? Nõ enim hic cessauit hoc malum, sed usq; ad Orientem peruenit. Nam sicut à capite quod malis humorib. plenũ, & reliqua membra corrumpũtur: ita & nunc quo que tumultus q̃ in hac magna ciuitate cœperunt, quasi ex fonte in omnia loca effluũt: & clerici ubi que in episcopos insurgunt, & episcopi ab episcopis, & populi à populis scissi sunt, & alij propediẽ scindentur, & expectatur ubiq; malorum partus, orbisq; totius subuersio. Igitur domini maxime uenerandi, & pij, quum hæc ita se habere didiceritis, studium uestrum, & magnam diligentiam adhibete, quo retundatur hæc quæ in ecclesias irrupit iniquitas. Quippe si mos hic inualuerit, & fas erit cuiuis in alienã parœciam irrumpere, idq; ex tãtis interuallis, & eijcere quos uoluerit, & auctoritate propria quæq; pro libidine sua facere, sciote quòd breui transibunt omnia, & totus orbis premetur bello nõ indicto, omnib. ab omnibus eiectis, & omnes eijcientibus. Quapropter ne cõfusio hæc omnem quæ sub cœlo est nationẽ inuadat, obsecro ut scribas ꝙ hęc tã iniquè facta, & absentibus nobis, & nõ declinantib. iudiciũ, non habeant robur, sicut neq; sua natura habent: illi autem qui iniquè egerunt, pœnæ ecclesiasticarum

legũ ſubiaceant: nobis uero, qui nec cõuicti, nec redarguti, nec habiti ut rei, literis ueſtris & charitate ueſtra, aliorumq; omniũ, quorum ſcilicet & antea ſocietate fruebamur, frui concedite. Si autẽ aduerſarij noſtri, qui ita iniquè egerũt, adhuc fingunt crimina quædam, propter quę nos iniuſte eiecerunt, non datis nobis neq; cõmentarijs, neq; libellis, neq; manifeſtatis accuſatoribus, agemus & tuebimur etiam nos libenter cauſam, monſtrabimusq; illoſ ipſos, non nos reos eſſe eorũ quę nobis impingunt, ſicut & planè innoxij ſumus: & cõtrà, quæ ab ipſis facta, contra omnem ſunt honeſtatem, contra omnes leges, contra omnes eccleſiaſticos canones. Et quid dico canones eccleſiaſticos? Neq; in Gentilium iudicijs, neq; in Barbarorum tribunalibus talia attentata ſunt unquam. Neq; Scythæ, neq; Sauromatæ unquam iudicarunt, iudicium dandum uni parti, abſente ea quæ accuſatur, & uitante nõ iudicium, ſed inimicitias, & inuocante multa milia iudicum, & proteſtante coram toto orbe declaraturam ſe non eſſe ream, depulſuramq; crimina, & oſtenſuram ſuam innocentiam. Hæc igitur omnia cum ita ſe habere intellexeritis à dominis meis pientiſſimis fratribus noſtris epiſcopis, obſecro, ut præſtetis id quod petent officij. Quo non ſolum nobis gratificabimini, ſed & eccleſiarũ uniuerſitati, mercedemq; accepturi eſtis à deo, qui nihil non propter eccleſiarum pacem facere dignatur. Semper uale, & ora pro me domine digniſſime & ſanctiſſime.

INNOCENTIO EPISCOPO ROMAE

Ioannes in domino Salutem.

ORPVS quidem noſtrũ, uno eodémque loco tenetur, & ſtabilitum eſt: animus autem charitatis ala in uniuerſo orbe circunuolitat. Proinde licet tãta itineris intercapedine ſeparati ſimus, à pietate tamen ueſtra non abſumus, ſed quotidie uobis præſentes ſumus. Animi enim oculis uidemus ueſtram illam fortitudinem & ſynceram affectionem, conſtantiamq; nõ mutabilem, & quòd uos cõſolari nos plurimum & perpetuo cupiatis. Quanto enim fluctus extolluntur ſublimius, & plures latent ſcopuli, uehementioresq; uenti ſunt & tẽpeſtates, tanto & uigilãtia ueſtra augetur. Neq; uos tanta uiæ prolixitas, neq; tantũ temporis interuallum, neq; cauſarum difficultates ſegniores reddidit: ſed perſeuerãter imitamini optimos gubernatores, qui tũc maxime uigiles ſunt, quando eleuari fluctus, & mare intumeſcere, & multas aquas in nauim inundare, grauiſſimamq; interdiu noctem ingruere uident. Eapropter & gratias uobis habemus multas, & deſideramus quidem ad uos dare crebras literas, id quod nobis maximo foret ſolatio. Verũ quia ſolitudo huius loci intantum uos à nobis ſeparat: neq; facile ad uos peruenire ualent hi qui nobiſcum agunt, uel etiam qui in uicino habitant, tum q; in extremis finibus locus ille ſitus eſt, tum q; latrones uias illas undique obſident: precamur ut diuturnum ſilentium noſtrũ efficiat, q; magis nobis cõdoleatis, quàm q; nos reos putetis negligentiæ. Neq; enim contemptus in cauſa eſt, q; tacuimus. Nunc enim multo tempore uenerabilem, & dilectũ Ioannẽ presbyterum, Paulumq; diaconum in hoc tenuimus, ut ſcriberemus. Perpetuas eĩ uobis gratias agimus, q; paternam erga nos beneuolẽtiam declaraſtis. Nam quãtũ in ueſtra pietate ſitũ fuit, iam res omnes ſedatæ & emendatæ, & ſublata omnia ſcandala fuiſſent, gauderentq; eccleſiæ tranquilla & ſyncera pace: & eſſent planè ſecunda omnia, neq; cõtemptæ leges, neq; uiolatę patrũ cõſtitutiones forent. At illi in ſuis impijs operibus pergũt, & quaſi antea nihil attentarint, ita priora malefacta recentibus uincere certant. Nolo autẽ omnia, quæ interim geſta ſunt ſingillatim recenſere, quandoquidem non ſolũ epiſtolæ, ſed & hiſtoriæ modũ tranſcenderet narratio. Cæterum ueſtram oro uigilantiam, q; licet illi omnia tumultibus impleuerint, laborauerintq; morbis incurabilibus, & pœnitentiæ nõ capacibus: ſi tamẽ curari morbos uoluerint, ne affligantur, neq; è cœtu abijcianẽ, cõſiderata tanti operis magnitudine. Certamen eĩ illud fermè totius orbis eſt. Eccleſię uſq; ad genua humiliatæ ſunt, populi diſperſi, clerus diuexatus, Epiſcopi exules, cõſtitutiões patrũ uiolatę. Et idcirco iterũ atq; iterũ, & ſæpius ueſtrã oro diligentiã, ut quanto maior eſt tẽpeſtas, tãto maius adhibeat ſtudiũ. Expecto q; dẽ futurũ, ut aliquãto amplius corrigãtur. Quod ſi minus fiet, uos ueſtram coronã paratã apud miſericordẽ deũ habetis: & hi, qui iniuria afficiuntur, cõſolationem ex incremento charitatis ueſtræ non minorem accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exilio uerſamur, expoſiti peſti, fami, bello, continuis obſidionibus, ſolitudini indicibili, quotidianæ morti, & ſaurícis gladijs: & non mediocriter nos conſolãtur ſolida ueſtra fides & charitas, quæ ſe in me tãtenui & ſimplice oblectãt. Hic noſter murus, hęc ſecuritas: hic portus abſq; fluctibus, hic multorũ bonorũ theſaurus, hæc lætitię mirificæq; uoluptatis cauſa eſt. Et ſi in deſolatiorem, quàm ille eſt, locum iterum abigemur, non paruam hinc habentes noſtrarũ afflictionum cõſolationem, abimus.

CYRIACO EPISCOPO EXVLI,

Ioannes Exul.

GE mœſtitiæ tuę ulcus denuò exhauriam, & cogitationes quæ tibi hanc triſtitiæ nubem inuehunt, denuò diſcutiam. Quid enim eſt quod mœres & luges? An quòd periculoſa tempeſtas, & luctuoſum naufragium eccleſiam inuaſerunt? Hoc & ego ſcio, nec eſt qui contradicat. Et ſi uis depingam formam rerum, quomodo ſeſe habeant. Mare ab infima abyſſo, amotis repagulis omnibus turbari cœpit, & nautæ relictis remis, & gubernaculis, mãnibus amplexati genua, & omni conſilio propter tempeſtatem deſtituti, neque cœlum ſpectant, neque pelagus, neque aridam: ſed in ſtratis iacent, plorantes & flentes. Et talia quidem in mari contingunt. Verum in mari noſtro, grauiores tempeſtates, grauioréſque fluctus

ctus sunt: sed ora dominum nostrum, Christum, qui nō arte tempestatem sedat, sed nutu solo maris sæuitiam soluit. Ne sis autem pusillo animo, ꝙ licet sępe rogaueris, non tamen sis exauditus. Habet enim hanc consuetudinem deus. An non potuit ipse tres pueros liberare, ut nō inijcerentur in caminum ignis? sed cum in seruitutē redacti, cum in regionem Barbarorum abducti, cū paterna hę reditate priuati essent, cū ab omnibus ignorarentur, & nihil eis penitus relictum esset, tunc deniq; Christus uerax deus repēte mirabili opere dispersit ignē. Ignis enim non ferens iustorū uirtutē, exijt foras, & Chaldęos quos circa caminū inuenit, incendit, fuitq; illis postea caminus pro ecclesia. Vnde & omnes creaturas aduocabant, tam uisibiles quàm inuisibiles, angelosq; ac uirtutes, & om
Dan.3 nia complexi, dicebant: Benedicite omnia opera domini dominū. Vides quomodo patientia sanctorum, ignem in rorem cōmutauit, tyrannumq; ita placauit, ut in omnem orbē terrarū literas mitteret? Magnus deus, inquit, Sidrac, Misac, & Abdenago. Et ecce quanta seueritate præcipit, statuens, ꝙ si quis uerbum aduersus illos dixerit, domus eius confiscetur, facultatesq; diripiantur. Ne igitur mœsto & pusillo animo sies. Etem̄ ego cū à ciuitate fugarer, nihil horum curabam, sed dicebam intra memetipsum: Si quidē uult regina me exulem, agat in exilium. Domini est terra & plenitudo eius. Et si uult secare, secet. Idem passus est & Esaias, subscribat illi. Si uult in pelagus mittere, Ionæ recordabor: si uult in caminum inijcere, idem passi sunt tres illi pueri. Si me feris uult obijcere, obijciat: Danielis in lacum leonib. obiecti recordabor. Si me lapidare uult, lapidet me: Stephanum habeo primum martyrem socium. Si & caput tollere uult, tollat: habeo socium Ioannem Baptistā. Si & substātiam auferre, auferat. Nudus exiui de utero matris meæ, nudus etiā abibo. Me
Gal.2 admonet Apostolus: Hominis personā deus nō
Ibid.1 accipit. Et, Si adhuc hominib. placerē, seruus Chri
Psal.118 sti utiq; non essem. Armat me & Dauid, dicēs: Loquebar coram regibus, & non cōfundebar. Multa quidem aduersus me confinxerunt, & dixerūt, ꝙ ad cōmunionem non ieiunos receperim. Et si quidem hoc feci, expungatur nomē meum ex albo episcoporū, & non scribatur in libro orthodoxæ fidei. Quoniā ecce si tale quid admisi, abijciat me etiam Christus è regno suo. Si autem pergunt hoc mihi obijcere & cōtendere, deponant & Paulum, qui postquā cœnauit, totam domum baptizauit. Deponāt & Christum ipsum, qui postquā cœnatum est, apostolis cōmunionem dedit. Dicunt, quòd cum muliere dormiuerim: exuite me, & inuenietis membrorum meorum mortificationem. Sed hæc omnia per inuidiam excogitarūt. Iam multum contristaris frater Cyriace, quòd illi nos in exilium abegerunt, ipsi autem in cōcione fidenter ambulant, & loquūtur, multitudineq; satellitum stipantur. Verū hoc loco mente uersa Lazarū & diuitē: Vter illorū in hoc seculo afflictus? uter fructū accepit? Quid nocuit illi inopia? Nō-

ne quasi athleta & uictor in sinus Abrahæ abductus? Quid profuit huic opulētia, & quòd in purpura & byssō uitam egit? Vbinam qui fasces gestabant? ubi satellites? ubi equi aureis frenis? ubi parasiti, & regia mensa? Nónne ut latro uinctus in sepulchrum abductus est, nudam animam exportans, & clamans uana uoce: Pater Abraham Luc.16
mitte Lazarū, ut riget, & refrigeret summitate digiti linguam meam, quia grauiter torqueor? Cur patrem uocas Abraham, cuius uitam non es imitatus? Ille omnem hominē in domo sua hospitabatur, tu autem neq; inopis curam habebas. Non est deplorādum & flendum, quòd dives ille aquę gutta dignus nō habetur. Micas cadentes de mēsa, pauperi non dedit: quid mirum, si nūc guttam aquæ non accipit? Hyeme non seminauit misericordiam, uenit æstas, & nihil messuit. Est & hæc dispensatio domini, ut quādo impios punit, & iustos remunerat, mutuū se uideant & cognoscant. Etenim tunc martyres, suos quiq; tyrannos agnoscent, & tyranni suos quos afflixerunt martyres. Neq; mea uerba sunt hęc, sed Sapientis, qui dicit: Tūc in magna fiducia stabit iustus aduersum eos, Sap.5
qui se afflixerunt. Nam sicut si uiator, qui in æstu & calore ambulat, inuenitq; fontem limpidū siti flagrans: & magna fame laborans, exhibita mensa omnigenis dapibus instructa, prohibeat̄ à potētiore aliquo, ne mensam uel fontem cōtingat, néue cibis & aqua fruatur, ualde graui dolore afficitur: Ita & in die iudicij uidebunt impij sanctos lætari, & ipsi mensa regia frui non poterunt. Ita & deus Adamum punire uolens, fecit eum è regione paradisi terram operari, ut locum illum desiderabilem quotidie uidēs, maiorem in anima dolorem haberet. Cæterum nos, quamuis hic non cō uenimus mutuū: attamen alibi nullus est qui prohibeat, ne simul uersemur. Videbimus sanè eos, qui in exilium nos miserunt, sicut Lazarus diuitem, & martyres tyrannos. Ne igitur animo conficiaris, sed esto memor Prophetæ dicentis: Sub- Esa.51
sannationem hominū ne timueritis, & ab improbitate eorū ne uincamini. Nam sicut lana à tinea deuorabuntur, & sicut uestes ueterascent. Cogita autem & dominū, quomodo statim à cunabulis persecutionem tulerit, & in terram barbaram fuerit missus. Qui terram continet, factus est nobis figura, ne deficeremus in tentationibus. Recordare passionum Saluatoris, & iniuriarum quas tulit pro nobis. Alij eum Samaritanum uocabant, alij dæmoniacum, & uoracē, & pseudoprophetam: Matt.11.12
dicebant enim: Ecce homo uorax & uini potor: &, In principe dæmoniorū dæmonia eijcit. Quid aūt ꝙ duxerunt eū, ut præcipitarent? Quid, quòd in faciem eius cōspuerunt, & alapas ei dederunt? Quid, quòd aceto & felle potarunt, & arundine caput eius percusserūt? Quid? quod eum circumdederunt chlamyde, & spinis coronauerunt, & supplicando, omniq; alio irridendi genere derisserunt, circumdederuntq; eum sanguinarij illi canes? Quid, quòd ad passionem ductus, & nudatus, dereliquerūtq; eum omnes discipuli? Et unus

quidem negauit,alius etiam prodidit, alij aũt om A nes fugã inierunt, & solus ipse stetit nudus in me dio illarum turbarum, quas festus dies coegerat: & quòd ut malefactorem in medio malefactorũ eum crucifixerunt: & q̃ sepultura carens pende bat,neq; deponebant ipsum à cruce,donec preci bus à quodam impetratus, qui eũ sepeliret: & q̃ sepulturam non habuit, cõuitiaq; mala aduersus eum pronuntiabant,& inter cætera,q̃ discipuli ipsum furati essent,& quòd non resurrexisset.Cogita item apostolos,quòd ubiq; persecutionẽ ferebant, & occultabantur in ciuitatibus, non ualentes in aperto ambulare: & quõ Petrus apud Simonem coriarium,&Paulus apud mulierẽ purpurariam latuerint:neq; enim diuitibus fidere au debat,sed post hæc facta sunt omnia prospera:ita B & nunc.Igitur ne sis tristi animo.Audiui enim & ego de deliro illo Nectario, quem regina in thro no collocauit,q̃ afflixerit fratres & uirgines non uolentes sibi cõmunicare, & quòd multi illorum propter me in carcere mortui sũt. Nam lupus ille est in agnino habitu,&personam gerit Episcopi, cũ sit adulter.Nam sicut adultera est mulier, quæ uiuente uiro alteri se coniunxerit: ita & ille non carnalis,sed spiritualis est adulter, qui me uiuo se dem meæ ecclesiæ inuasit.Hęc tibi per epistolam significata sint à CucusisCiliciæ,quo loco regina me exulem manere iussit. Porrò in itinere multa aduersa acciderunt,quæ non curauimus. Vbi autem in Cappadociæ prouinciam Taurocilicią ue nimus, multi sanctorum patrum chori nobis occurrerũt,in primis examina monachorum & uir- C ginum,iuges lachrymarum fontes effundentium & flentium,eo quòd in exilium nos proficiscí uidebant,dicebántque: Tolerabilius fuisse,si sol radios suos retraxisset obscuratus, quàm quòd os Ioannis tacuit. Turbauerunt & afflixerunt hæc me non parum,eo quòd omnes propter me flentes uidebam: alia enim omnia non admodum curabam. Episcopus autem huius ciuitatis me perquàm humaniter excepit, multámque in nos declarauit charitatem: atque adeò si licuisset, sede sua nobis cessisset,ni nos à patribus præscriptam legem obseruassemus. Oro, & supplico, genuáque tua contingo frater, abijce luctum mœroris tui,& nostri apud deum memor esto,nobisq; re- D scribe precor.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD Episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos, Epistola.

EATI uos ob carcerem, ob catenas, ob iniecta uincula:beati, inquam, & B ter beati,imò sæpius. Totum orbem uobis cõciliastis. Etiam longe absentes,amicos uobis feciſtis. Vbique terrarum & marium canuntur uestra præclara facinora,fortitudo,constans sententia,animusq; minime seruilis.Nihil quod alijs uidetur graue, uos deterruit:non tribunal,non carnifex, nõ tormentorum coaceruationes,nõ minæ,quæ innumeras mortes nuntiabant:non iudex qui ignẽ ab ore flabat:non aduersarij,qui frendebãt dentibus,& innumeris alijs insultandi modis gestiebant: nõ tãtæ calumniæ,non impudentissimę accusationes, nõ mors ante oculos quotidie proposita: sed hęc omnia uobis uberem potius ac sufficientẽ consolationis materiam præstitere.Et idcirco clari quidẽ uos,& celebrant ac prædicant uos omnes, nõ amici solũ,sed & inimici ipsi, qui hæc effecerunt. Eorũ si quis introspiciat conscientiã,licet nõ manifeste fateanť,inueniet etiã apud ipsos uestrũ miraculum magnificari. Tãta res est uirtus, ut illam etiam impugnantes admirentur. Tãta res est malitia,ut etiam ij qui eam operantur,condemnent. Et ita in hac uita res uestræ se habent. Quæ aũt in cœlis fiũt,quis sermo digne explicabit? Inscripta sunt nomina uestra in libro uitæ:cum sanctis martyribus cõnumerati estis.Scio hęc ego certò,non q̃ in cœlũ transcẽderim,sed è diuinis oraculis didici.Nam si Ioannes ille infœcundæ fructus,& eremi ciuis, nuptijs in quas peccabať, patrocinatus est:& cũ præuaricationẽ corrigere nõ posset, arguit tamẽ,& propterea in carcerẽ cõiectus, & decollatus,martyr, & martyrum primus est: uos qui legibus & constitutionibus patrũ, quas trãsgrediunť aliqui,& sacerdotio,qđ inuadũt & cõtaminant,patrocinamini,& propter ueritatẽ hęc patimini,ut cessent impudẽtes calumniæ: cogitate qualem accepturi sitis mercedem. Non licet ti bi habere uxorem Philippi fratris tui: dixit fortis & sublimis ille,satisq; ei fuit ad recentem arguendi libertatem.Locuti estis & uos.Et exposita sunt etiam uestra corpora pœnis,supplicijs, tormẽtis. Nondum decapitati estis, sed lõge acerbiora tulistis.Non enim idem est breui temporis momẽto caput amittere,& tanto tempore cum talibus luctari doloribus,terroribus,minis,uinculis,abductionibus ad tribunal,carnificum manibus,sycophantarum impudentissimis linguis,cõuicijs,salibus & dicacitatibus.Nam & hoc maximum certaminis genus, ponitur q̃ à beato Paulo in magnorũ certaminũ ordine,cum sic ait:Recordamini Heb.10 dies pristinos,in quibus illuminati, ingens certamen afflictionũ sustinuistis. Deinde certamẽ narrans,ipsum ponit sic dicendo:Partim opprobrijs & afflictionibus spectaculo estis:partim cõmunicantes his,qui sic affliguntur.Si ergo qui cõmunicant, certant:multo magis qui sustinent.Non eũ unam, aut duas, aut tres,sed longe plures sustinuistis mortes:etsi nõ experientia,certũ tamẽ q̃ animo.Gaudete igitur & plaudite.Dominus cœlorum iussit non solũ non dolere,uel frangi animo, uel decidere,sed gaudere & exultare,quando nomẽ uestrum tanq̃ malum eijcient. Quòd si in sycophantijs gaudendum,quando his accedunt calumniæ,uerbera,tormẽta,gladij acuti,uincula,catenæ,abductionẽs,traductiones, inimicorũ atroces cateruę,cogitate qualis merces,quàm coaceruatæ erunt retributiones.Gaudete igiť, & exultate,uiriles estote, corroboramini, cogitate q̃t uestro exẽplo ad certamina armatis,quãtos fluctuabundos cõfirmatis, quantos spiritus resuscitatis.

Nam

Nam afflictionibus ueſtris multũ profuturi eſtis, A non ſolum preſentibus, ſed & abſentibus: nec his ſolum qui uident, ſed & his qui audiunt. Cõtinuò uerſetur in ore ueſtro illud Apoſtolicum dictum: Rom.8 Non ſunt æquales afflictiones, quæ nunc tolerãtur, ad futuram gloriã in nobis reuelandã. Expectate: breui tentationum finis erit, liberatióque perfecta. Orate etiam iugiter pro nobis. Nam etſi uiarum prolixitate longe diuerſis locis habitamus, multoq; tempore à uobis ſegregati ſumus: attamen uos ut præſentes & conuiuentes nobis deamamus, ueſtrũ amicũ caput exoſculamur, coronatos uos expanſis manibus excipimus. Expectate etiam uos ex mutua erga nos charitate lucrum ueſtrum maximum. Nam ſi magnam mercedem expectare licet his, qui uos amãt: cogitate quales uos, qui tãtis claretis uirtutibus, maneant retributiones.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD Theodorũ lapſum Paræneſis prior, uel De reparatione lapſi, liber unus, uiro quodam docto interprete.

Hiere.9 QVIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ? Quod in tempore quidem nũc dixerim, lõgeq; tempeſtiuius, quàm tum prophetа ille: tametſi multas ciuitates deflere, aut uniuerſas gentes, cõſilium non eſt. Animã tuã deploro, numeroſiſſimis adeoq; ampliſſimis populis adæquatã dignitate, imò multis nomini bus digniorem. Quãdoquidem unus iſte melior C eſt, qui dei uolũtatem amplectitur, quàm ſunt decem milia tranſgreſſorum. Melior nimirum & tu pridem fuiſti infinitis ludęorum milibus. Qua de cauſa nemo mihi uitio uerterit, ſi ex Propheta luctum acerbiorem aſſumam, altioremq; dolorem oſtendam. Equidem nec ciuitatem aliquam euerſam lugeo, neq; uiros iniuſtos in ius uictoris coactos. Quinimò ſacram animam lugeo deſtitutã eſſe deploratamq;, ac templum demolitũ atq; extinctum, cui Chriſtus nuper preſuit, hoc eſt, ornatum cogitatiõis iſtius, quem modo exuſſit diabolus. Quis honeſtus & clarus nõ ingemuit, qui incidit in Ploratum prophetæ, qui animaduertit barbaram manum ſancta ſanctorũ prophanaſſe, & ſubiectis ignibus perdidiſſe omnia, Cherubim, arD cam, tabulas lapideas, urnam auream? Atqui dãnum iſtud illo eſt tãto pernicioſius, quò illorum ſignificatio pretioſior, quæ ad tuam ipſius animã pertinet. Tu es illo ſanctius templum, quod neq; auro, neq; argento, ſed ex gratia ſpiritus reſplenduit: & in uicem Cherubim atq; arcæ, Chriſtũ & huius patrem, ſimul atq; cõſolatorem habuit cõuerſantem intra ipſum, at nõ amplius habet. Vaſtum nũc eſt deſertum, ac deformis nuditas à pulchritudine ac decore priſtino, quando diuinum & incredibile ornamẽtum detractum eſt. Deſertũ plenũ periculis ac ſine cuſtode. Ibi nec ianua, nec peſſulum: omnia omnibus patent corruptoribus animæ, turpibus animi díjudicationibus. Si ſuperbia, ſi ſcortatio, ſi habendi libido aditum ca-

ptat, nemo prohibebit. Principio quemadmodũ cœlũ eſt inacceſſum omnibus, ita fuit duritas cogitationis tuę. Et fortè uideor incredibilia dixiſſe ijs, qui uident deſtitutionem tuam & ſubuerſionem: propterea doleo & lugeo, nec in hac aduerſitate ceſſo, quouſq; te in priſtina alacritate uidero. Hominibus hoc eſſe ſupra uires apparet, deo Pſal.112 tamẽ omnia in manu ſunt. Is eſt enim qui erigit è terra mendicum, & è ſtercore exaltat pauperem, ut ſedeat cũ principibus, cum principibus populi ſui. Is eſt qui facit incolere ſterilem in domo, matrem propter liberos lætantem. Itaq; ne deſperes ad optima cõmutari. Quòd ſi cacodæmõ tãtum potuit, ut te à uertice illo & faſtigio uirtutis in extremum malitiæ detruderet: multo magis deus in B priſtinam te poterit uindicare libertatẽ, neq; in eam ſolum, ſed tibi multo feliciorem, quàm fuit prior, perficere. Tãtum ne relabaris, ne excindas ſpes amplas, ne in te admittas, quæ impijs accidunt. Nunquam enim peccatorũ quamlibet exuberãs copia in deſperationẽ conijcere ſolita fuit, ſed cum illis impiam habere animam. Propterea Prou.18 Salomon nõ dixit ſimpliciter: Quiſquis uenit in profundum malorum, cõtemnit: ſed nominatim inquit, impius: quia illorũ tãtum eſt ille morbus, poſtquàm in profundum malorum deſcenderũt. Et hoc eſt quod non permittit eos reſpicere, neq; eò reuerti unde exciderãt. Nam flagitioſa diſceptatio perinde atq; collariũ incumbit in animæ cer uicem, & compellẽs oculos in terram demittere, prohibet ne ad dominũ ſuũ ſuſpiciat. Atqui uiri eſt perquàm generoſi, planeq; admirabilis cõterere huiuſmodi lignum, & impoſitum ſibi lictorem deturbare, adeoq; dicere Prophetæ uerba: Pſal.122 Quẽadmodum oculi ancillæ in manus dominæ ſuæ, ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrum, donec miſerebitur noſtri. Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri: quoniam multifariam repleti ſumus deſpectione. Hæc ſunt diuinæ diſciplinæ, & ſupremæ philoſophiæ uerè dogmata. Repleti ſumus, inquit, deſpectione, & infinitis rerum triſtium procellis quatimur, neq; tamẽ prohibemur à ſuſpiciendo ad deum. Et priuſquam nacti fueri mus poſtulata, nõ intermittimus eum orare. Hoc eſt nimirum animi generoſi, non conſternari, nec D à ſpe diſcedere propter uim incidentium malorum: neq; referre pedẽ, propterea quòd ſubinde precando nihil emolumenti perſenſit, ſed perdurare quoad miſereatur noſtri, iuxta beati Dauid ſententiam. Quare diabolus in uarias deſperatio nis cogitationes nos immittit, quò excludat in deum expectationem, hoc eſt, ancoram tutam, ſubſtantiam uitæ noſtræ, manuductionem in ea uia, qua in deum ferimur, ſalutem perditarum animarum. Ipſa enim ſpe, inquit, ſeruabimur. Siquidem ea ipſa eſt catena aurea & firma, qua de cœlo propenſa ſubducimus animas noſtras: quæ breui ſurſum in illud ſummum faſtigium retracta, eos qui ipſam fortiter manibus ſeruant, euellit & rapit ſupra fluctus præſentis uitæ, omnium longe periculoſiſſimos. Quamobrem qui mollis

per indulgentiam hanc ſacram ancoram amittit, A cõtinuò decidit & ſuffocatur, ſubmerſus in profundum malitiæ. Quæ cũ agnouit uerſipellis, poſtea quàm ipſi nos cõſcientia malorum operum onerauimus, tum ille reuerſus, ingerit cogitationẽ omni plumbo grauiorem, qua uergimus ad extremam ſalutis deſperationẽ: qua ſemel ſuſcepta, cõtinuò deprimimur pondere, & omiſſa catena illa, delabimur in ultima malorum. Quo in rerum ſtatu dudũ es, qui reiecto mandato domini tam mãſueti, tam humilis, iſtius tyrãni & ſine fœdere noſtram ſalutem impugnantis atrox imperium ſuſtines. Benigno iugo diſſipato, abiectoq; leui onere, in uicẽ illorũ ferreis uinculis collum inſertaſti. Et quod amplius eſt, lapidem molarem, quem aſinariũ nominant, de tua ipſius ceruice dependiſti. B Vbi igitur ſubſiſtes in poſterũ, qui demerſiſti in tam uaſtum mare animam miſerrimam, quũ ipſe tantam tibi neceſſitatem, quæ cõtinuò deorſum cogit, ultro induxiſti? Mulier itaq; illa quãdo inuenit unam drachmam, uicinas conuocauit par- Luc.15 ticipes lætitiæ: Gratulamini mihi, ait. Equidem amicos omnes & meos, & tuos in rem planè diuerſam cõuocabo, nõ dicam Gratulamini mihi, ſed Lugete mecum, ploratus illos aſſumite, ac triſtes flebile quiddam nobiſcum exclamate. Maximã nimirũ iacturam fecimus, non quia tot aut tot auri talenta è manibus exciderunt, neq; quòd magna uis lapidum pretioſorum, ſed quòd is qui omnium illorum eſt pretioſior, nauigans nobiſcum hoc mare magnũ & uaſtiſſimum, neſcio quo pa- C cto excuſſus, ad profundum perditionis proruit. Si qui me tentarint à luctu ſeducere, iis hæc uerba prophetæ reſpondebo, dicens: Omittite me, ama- Pſal.22 rè flebo, conſolari me non poteſtis. Equidem huiuſmodi luctũ lugeo, qui nobis immenſam uim lachrymarum adducit, de quo haud dubium neq; Paulum, neq; Petrum puduiſſet lugere ac plorare omni conſolatione reiecta. Quandoquidem hãc cõmunem mortem deplorantibus, quiſpiam facile paucis multum animi reddit. Cæterum quãdo uice corporis anima morti ſuccũbit, infinitis cõfecta uulneribus, ubi cũ morte bona forma quæ priùs apparuit, & habitus & pulchritudo omnis extincta eſt: quis tam durus, tam alienus à condo D lendi affectu, qui in locũ fletus & lachrymarũ ſermonẽ ſe ſolantẽ queat adducere? Quẽadmodũ illic non lugere, ita è diuerſo hic lugere philoſophiæ eſt. Qui ad cœlũ puenit, q; ſeculi huius uanitatẽ irriſit, qui formã corporũ nõ aliter atq; lapideũ ſimulachrũ inſpexit: qui aurũ ut lutũ, delicias omnes uti cœnum cõtempſit, ille nobis ex inſperato, febre correptus abſurdæ cõcupiſcentiæ, ſanitatem, uirile robur, ſpeciem omnẽ perdidit, ſeruusq; factus eſt uoluptatum. Hũc itaq; num iure obſecro deplorabimus? num plangemus, donec eum nobis iterum aſſeramus? Alioqui quis eſſet in nobis ſenſus humani animi? nã corporeæ mortis deſtructionem nemo hic inueniet, id tamen lugentes à lamentis nihil cohibet. Cæterum unius Pſal.6 animæ mors hic aboleri cõtingit. In inferno enim quis, inquit, confitebitur tibi? Quo igitur pacto non maximi eſt flagitij, tã incurioſe ferre animæ interitum? Qui corporis mortem lugent, tanta id ſolent uehementia, quanquã uident quòd defunctum lachrymis in uitam reuocare nequeant: & nos nihil tale exhibemus, qui ſcimus ſpẽ eſſe de anima in priſtinam uitam reducenda. Siquidem complures & hac tempeſtate, & progenitorũ noſtrorum ſeculis, qui ordinis ſui deſertores, & è frequentata uia præcipites euntes, tanta alacritate reſurrexerunt, ut priora ſequentibus facile celarẽt, palmamq; corriperent, ac redimiti corona cum uictoribus prædicarentur, ac in cœtum beatorum allegerentur. Quandiu tamen quis in fornace uoluptatum conſiſtit, etiamſi exemplis abundat infinitis, ipſi res eſſe ſupra uires apparet: cæterum ſi uel leuiter cepit illinc egredi, identidẽ procedẽs, uim ignis à tergo relinquit, uidetq; ante ſe & ad pedes propemodũ uiam roſcidam, atq; eximiæ facilitatis, tantum ne deſperemus, ne dubitemus de reditu ad ſuperos. Etenim cui deeſt fiducia, is fruſtra poſſidet uel infinitã ac fortiſſimam animi promptitudinem. Ianuam enim ſibi reſipiſcẽdi ſemel obfirmauit, & ad curriculum aditum intercluſit. Quis poteſt autem foris manens præclarũ facinus deſignare? Quapropter malignus nihil non tentat, quò nobis hanc diffidentem cogitationem inſerat. Etenim non eſt ſudandum ei, neq; amodo opus habet induſtria, ut nos oppugnet, nimirum lapſos & iacentes, quibus nec reluctandi conſilium ſupereſt. Qui uero uinculis magna ui ruptis receperit priſtinũ robur, & in rebus iſtis perditiſſimis nõ eſt acturus quietem, ſedulò diabolo reluctans, ſit uel millies lapſus, ſurget iterum, & hoſtem conficiet. Cæterũ qui cogitatu deſperationis impeditus, animoq; fractus eſt, quomodo abibit uictor? quomodo reluctabit? quin abiecto, quod aiũt, clypeo, mox fugam capeſſit. Caue dicas, iis tantum ueniæ locum concedi, qui modice deliquerunt: Nam finge, ſi lubet, aliquẽ uniuerſa malitia redundãtem, & patrarit omnia, quæ à regno excludunt, is ut demus non ſit extra fidem, ſed fidelis aliquãdo fuerit, acceptusq; deo, poſtea uero factus ſcortator, adulter, mollis, pædico, fur, ebrius, calũniator, aliaq; id genus flagitia ſedulò cõmittat, equidẽ illi non ero deſperãdi autor, neq; ſi perſeuerauit ad extremam uſq; ſenectam, cum infãdis illis maximisq; uitiis. Quòd ſi morbus eſſet ira dei, non iniuria quis à ſpe decideret, perinde atq; cõcitata tantis facinoribus flamma deinceps reſtingui nequeat. Cęterũ diuinũ numẽ quia liberũ eſt à perturbationibus, & punit, & in promeritos animaduertit, neq; tamẽ ulla ultionis cupiditate unquam tangitur, ſed amorem potius ad nos id faciens præ ſe fert, magnamq; curã, bono eſſe animo addecet, & cõfidere de uirtute reſipiſcentiæ. Siquidem illis qui in ipſum deliquerũt, non ſolet propter ſuam cõtumeliam immittere, aut quicquam incommodi in hanc naturam inducere: ſed omnino ad noſtram ſpectans utilitatem, uidelicet ne peruerſitas noſtra aut in peius

Dan.4

abeat,

abeat,aut contemnat despiciatq; illius benignita A tem. Quemadmodum is qui è conspectu lucis ul tro secedit, ea damnũ non dedit, sua potissimum ipsius culpa coniectus est in tenebras: sic qui soli tus fastidire uirtutem dei,omnia potentem,ex ea quidem nihil mali habet,summũ aũt exitium ipse sibi aduexit.Hac de causa deus flagella nobis mínatur, & interim adducit,non ut se ulciscatur,sed ut nos ad se trahat. Medicus enim propter contu meliam mente captorum non dolet, neq; morde tur,sed omnia facit,omnia molitur,quæ ad sedan dos illorum absurdos mores attinẽt,non suã spectans,sed illorũ utilitatem.Quòd si tenuem ægro tus coniecturã temperantiæ & frugalitatis ósten dit, cõtinuo gaudet & lætat̃, multoq; accuratius medicinam apponit: non propterea quòd sit uin B dex,aut quod expetat pœnas prioris cõtumeliæ, sed quia tam pulchrũ initium prouehere uult, ac absoluere in synceram sanitatem.Nõ aliter deus, postq; nos in extremam cecidimus insaniam, nõ est ultor ueteris flagitij, sed ut morbũ arceat,omnia dicit ac facit: quod satis à rectis cogitationib. uidere est, idipsum cõtestantibus. cæterum incredulis uobis de his rebus facile fidem faciemus ex diuinis scripturis. Nam quis est rege Babyloniorum sceleratior? Profer aliquem,si potes,qui tantam uim diuinæ potentiæ prius acceperat, ut & prophetam adoraret, & ei sacrũ,ceu deo,fieri iuberet:rursum in ueterem superbiã proiectus, eos qui ipsum noluerunt præferre deo,uinctos in fornacem accensam dedit,nihilo tamen secius hunc C tam atrocẽ ac impium, qui fera potius quàm homo censendus erat, ad resipiscẽtiam cohortatur: uariasq; offert occasiones mutandi animi in melius,primò miraculũ quod in ardente fornace cõtigit:deinde faciem quam rex uidit,& Daniel interpretatus est, quæ idonea erat uel saxũ, nedum animam inflectere. Tãdem post illam rerum admonitionem, etiã propheta in medium fideliter Dan.4 consuluit,quando dixit:Propterea rex consilium meum tibi gratũ esto, peccata tua per eleemosynas redimito, ac iniquitates per cõmiserationem super pauperes: forsitã erit longanimitas delictis tuis. Quid dicis tu sapiẽs ac beate? Estne post tantum casum reditus? post morbũ tam desperatum iterum sanitas, iterũ prudẽtia speranda,post mentem scilicet adeò motã? Omni se responsione nudauit Rex,qua prius esse potuit utcũq; purgatus. Nam antea nesciebat eũ,qui ipsum creauit,& qui ipsum in eximiã illam euexit gloriam: quãquam iure debuit tam potentiæ eius, quàm prouidẽtiæ argumẽta recensere, quæ plurima sunt facta,tum erga se,tum erga progenitores.Quandoquidem ubi sapientiæ eius & præscientiæ euidentia signa suscepisset, atq; magicam astronomiã,omnemq; diabolicæ insaniæ umbrã uidisset subuersam, graiora prioribus exhibuit.Nam quæ sapientes magi Gazareni exponere nequibant, cãdideq; profitebãtur esse maiora, quàm quòd iuxta humanã industriam paterent, ea puellus illi reddidit absoluta: quo miraculo eum sic reduxit,ut non solum crederet, sed & ut orbi terrarũ toti fieret eius dogmatis prẽco,et magister manifestus.Quare si erat ante suscepta signa uenia indignus,quòd deũ ignoraret: multo magis indignus erit post illa portenta, post confessionem eius,post doctrinam erga alios ostensam.Neq; enim parum probe credidit, quòd solus esset deus uerus, qui tantam in seruum suum gloriam posuisset, quãuis id alijs præcepisset,nihilo tamen secius ab huiusmodi cõfessione recidit in idololatriam. Qui quidẽ prostratus in faciem,dei seruũ adorauit,tanto deinde furore correptus est, ut & seruos dei,qui ipsum adorare recusarũt,in fornacem immitteret.Quid igitur? Num deus,sicut erat puniendus,desertorem puniuit? Quinimo maiora ei argumenta potẽtiæ tribuit, sedulò reducẽs à socordi arrogantia in ueterem modestiã:& quòd est sanè magis admirandum (neq; enim est cur ob excessum miraculorũ minus credas quæ facta sunt) in nullo alio signũ fecit quemadmodum in camino, quẽ ille ipse accendit contra pueros, quos ligatos in eum coniecit. Fuit itaq; flamma supra opinionẽ ad miraculum usq; exardens.At clementissimus,quo maiore metu illũ expauesceret, quóue terrore ampliore exanimaret, omnemq; excluderet ab eo pertinaciam,id quod est magis obstupescendum inexpectatumq;,effecit.Siquidem permisit eam cõflagrare,quantũ ille uolebat,suamq; ostendit potentiam moderatam ea prudentia, quæ non dissolueret opus inimicorũ,permanens tamen inane reddidit ac sine uiribus: ne aliquis cum eos intra flãmas obambulantes uidisset, arbitraretur flammã esse quiddam fictitij, permisit ut cõbureret illos, qui eos iniecerãt, etiam corigiam calceorũ & stupam,totq; aboleuit corpora.Quandoquidem imperio dei nihil est potentius, quẽ sequitur omniũ quæ sunt natura, ut qui eam ex eo quod nõ est in esse produxit, quemadmodũ tum demonstrauit: nã flãma quæ corripuit mortalia corpora,non aliter atq; ab immortalib.abstinuit,integrũq; reddidit apud se depositum, idq; multo cum splẽdore. Nam quemadmodum ex regijs reges, ita de camino egressi sunt illi pueri.Nemo ad regẽ dignatus est uel respicere, quin ab illo omnes uisum in hoc incomparabile spectaculum obuerterũt:nec diadema,nec purpura,nec aliud quidpiam regiæ D phantasiæ populum adeo permouit, atq; species illorum fideliũ, ut qui talia,ceu per somniũ, perferre uidebãtur. Quod enim est in nobis maxime infirmum, & abolitu facillimum,nempe capillorum natura:id uelut omni robustius adamante superauit flammas, alioqui omnia deuorantes. Cæterum ne id quidem solum erat suspiciendum, q̃ in mediũ ignis accepti nihil incõmodi senserunt, sed quòd semper locuti sunt.Omnes sciunt qui ardentibus adfuerunt, quandiu habuerunt labia in sermonem soluta, paulisper quidẽ ad incendium substiterunt, uisuri quomodo futura esset ex ore dissoluto discessio animæ. Verum tot miraculis animaduersis,omnibusq; obstupescẽtib.tam prę sentibus & spectatoribus, quàm absentib.& illis

quicunq; per literas didicerunt, Rex ille qui alios edocuit, perdurauit inemẽdabilis, iterum in uetere reuersus est malitiã. At ne tum quidem adeo desperatum afflixit, quin adhuc animũ cõtinuit, & per somnium, & per prophetã ei consulẽs. Cæterum sanè ubi nihilo melior est factus, tum induci in posterum flagellũ, nec id uelut ultor præteriti delicti, sed ut futura incõmoda præscindat, ut reliquam maliciam arceat: necdum tamen omnino extinxit, sed paucis annis erudito pristinũ reddidit honorẽ. Pœna quam deus irrogat, nihil damni dat, sed lucrifacit quod est inter bona omnia maximum. Solidam enim dat in Christum tenere fidutiam, & resipiscere à peccatis aduersus illum commissis. Siquidẽ tanta est dei humanitas, & erga nos amor, nunquã auersatur pœnitentiam syncere factam, si quis ad malitiæ fines olim penetrarit, illinc eum ad uirtutis uiam reducere conatur, & suscipit redeuntem, & suauiter amplectitur, nihilq; non facit, quo in pristinam dignitatem reformet. Quodq; est maioris facilitatis argumentum, etiam si non omnem præ se fert pœnitentiã, breuem illam, & exiguo tempore factam nõ abnuit, sed magna pensitat mercede: id quod manifestũ est ex ijs quæ de populo Iudæorum alicubi dicit Esaias: Propter peccata paulisper contristaui eũ, & percussi eum, & auerti faciẽ meã ab eo: & ipse cõtristatus sum, et ambulaui mœstꝰ, et sanaui eũ, solatus sum eum. Testor uos q; Rex ille impiẽtissimus, qui propter mulierẽ factus est maxime deditus peccatis, ubi semel dũtaxat luxit, & saccum indutus agnouit scelera sua, usqueadeò dei misericordiã arripuit, ut euitaret oĩa mala quæ tum ei imminebant. Nam deus Heliæ dixit: Vidi quomodo compũctus est Achab à facie mea, non inducã malum in diebus eius. Post hunc Manasse cũctos insania anteiuit ac tyrannide, legalẽ euertit cultum, templum clausit, idolorũ errorem deo aduersum inuexit, uniuersis qui ante se uixerunt, impietate præstãs. Is posteaquam aliquando resipuit, relatus est in numerum amicorum: si conspecta imagine suarum iniquitatum de reditu desperasset, ac de immutatiõe, decidisset, pfecto ab his bonis quæ postea obuenerũt: nunc uero quia perpendit, quam exiguum sit, uel excessus tãtus suorum peccatorum respectu infinitę commiseratio dei, diaboli uincula dissipauit, euasit uictor, bonũ cursum cõsummauit. Cæterum deus nõ solum per ea quæ in hũc facta sunt, sed per uerba ꝓphetæ eliminauit cogitationẽ desperationis. Hodie enim, inquit, si uocem eius audieritis, ne obfirmetis corda uestra, sicut in exacerbatione. In hũc modum hodie nobis per omnem uitam dicendũ est, & si libet, ad senectam usq;. Non enim ad temporis rationẽ, sed iuxta affectũ animæ solet dijudicari pœnitentia. Niniuitę nõ multis diebus precati, ut peccatũ eorũ deleret deus: tempus exiguum potuit uniuersam eorum abolere iniquitatẽ. Et latro haud longo tempore ingressum paradisi impetrauit. Quacunq; quis hora se dejciens, uel unum dixerit uerbum, in eo momẽto totius uitæ peccata simul absterserit, atq; ante apostolos officij grati præmiũ suscepit. Videmus etiam martyres non ita multis annis, immò paucis diebus, adeoq; non raro inter dieculam splendidas cõsecutos coronas. Quapropter ubiq; nobis opus est alacritate, sedulo q; affectu: itaq; paremus conscientiam, ut tanta uehementia cum ueterem odisse malitiam, tum diuersam elegisse uiam uideamur, quantam deus nobis imperat ac requirit, nihil ob temporis breuitatem habeamus minus, quãdo multi ex postremis ardenti studio se priores præuenerũt. Neque enim graue est hominẽ cecidisse, sed lapsum iacere, nec resurgere conari: ultrò perferre malũ, torpereq; ob desperationis sermonẽ, & morbum corrupti iudicij prædicare graue est. Cõtra quos exardens propheta dixit: Num qui cadit, non resurgit: nec qui auertitur, nunquam reuertitur? Si quem à nobis requiris, qui post susceptam fidem sit prolapsus, animaduertas quòd de hoc etiam illa dicta sunt: nam qui cecidit, ex eorum est numero qui prius steterunt, non qui iacuerũt: nam qui iacet, quomodo is potest cadere? Verũ alia quoque dicuntur per parabolas, per manifesta facta, nedum uerba. Ouis illa quæ separata fuit à nonagintanouẽ, moxq; inuenta & reducta, quid aliud nobis demonstrat, quàm casum & reditũ? Quoniam ouis erat non alieni pastoris, de reliquarum erat grege, priusq; sub eodem pastore pascebat: & errauit neutiquam casu, sed per montes & saltus, hoc est, per uiam longã, deflectentemq; à recto. Quid? num neglexit errantem? Nequaquã, reportauit eam impositam humeris suis, non egit ante se, nec uerberauit. Quemadmodum optimi medici difficili diuturnoq; morbo decumbẽtes, uarijs medicinis ad sanitatem restituunt, nõ semper utentes arte: interim enim nonnihil cupientibus diuersa obsecundant: sic deus uehemẽter corruptos nõ impellit magna ui ad uirtutẽ, sed mansuete & sensim promouet: imò plerũq; portat, ne immanior scissura fiat, aut error productior. Non est unũ hoc simile, quod huiusmodi doctrinã cõfirmat, parabola etiã de intemperante puero stat ab eadem: qui nõ erat patri alienus, utpote filius, et frater pueri acceptissimi, nec in malitiã casu incurrit: quinimò sciens prudensq;, ut sic dicam, in alterum littus malorum prorupit dives, liber, bene natus, omnibus seruis, omnibus mercenarijs, nedũ hospitib. factus est calamitosior: atqui reditus est pristinæ dignitati, amissamq; gloriam recuperauit. Si de uita desperasset, ac de his reb. quę ei contigerũt, ambiguus in aliena resedisset regione, orbatus fuisset nimirum bonis illis quæ mox obuenerũt: perijsset fame, mortemq; obijsset omnium maxime miserabilẽ. Verum quia pœnituit, nec diffisus est super reditu, è tanta corruptione in priorem claritatem commutatus, amicitur stola pulcherrima, fruitur potioribus quàm frater à lapsu immunis. Tot annos, inquit, seruio tibi, & nũquam præceptũ tuum sum prætergressus, nec mihi unquam hœdum dedisti, ut cũ amicis meis lætarer: at postquam filius ille tuus, qui deuorauit substan-

Esaiæ 57

3. Reg. 21

Psal. 94

Hier. 8

Esaiæ 59

Luc. 15

1. Cor. 5

2. Cor. 2

Gal. 3

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ezech. 18

Matt. 2

ſubſtantiam ſuam, uenit, occidiſti ei uitulum illũ ſaginatum. Tanta eſt uirtus pœnitẽtiæ. Tam præclaris itaq; exẽplis excitati, ne permaneamus in malis factis, nec incerti fluctuemus de mutandis nobis in melius, quin magna fiducia dicamꝰ: Pergamus ad patrẽ, appropinquemus deo, is nequaquam nos auerſabitur. Atqui nos conſultò, deditaq; opera procul ipſos ſeiungimus. Deus aũt inqt: Deus appropinquãs ego ſum, & nõ deus procul. Quemadmodum per prophetam iterum exEſaiæ 59 probrat: Non inquit, peccata ueſtra diuidãt inter me & uos. Quare cũ peccata nos longe dirimant à deo, tollamus neceſſe eſt ea, ceu interuallũ moleſtiſſimum, quod nos priores fieri prohibet. Audi, iam in rẽ præſentẽ duceris. Apud Corinthios uir quidam inſigne patrauit peccatum, quale nec apud ethnicos nominabatur: is erat fidelis de familia Chriſti: ſunt qui eum fuiſſe ſacerdotem quoque autumãt. Quid tum? Paulus ne à ſpe illorum qui ſeruabãtur, eum deiecit? Ille, inquam, Paulus qui in ſuperioribus & conſequentib. toties expoſtulat cũ Corinthijs, hunc nõ eſſe receptũ in pœnitentia, oſtẽſurus deniq; nullum eſſe peccatum quod medicinam refugiat, iterum loquitur de eo
1.Cor.5 qui grauius quàm gẽtes peccauerat: Tradite, inquit, eum ſatanæ ad interitum carnis, quo ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Id quidem ante pœni
2.Cor.2 tentiam dixit. Mox ut reſipuit: Satis eſt, inquit, iſtiuſmodi homini increpatio hæc quæ facta eſt à pluribus. Et ſcripſit ut eum conſolarentur, ut reſipiſcentiæ locum darent, ne eum in ſatanę poteſtatem tranſire contingeret. Item Galatæ gens perfecta, poſt ſuſceptam fidem, poſt ſigna per ſe facta, poſt multas tentationes propter fidẽ Chriſti exuperatas, lapſi ſunt, iterũq; reſurrexerũt: ſiquidem claruerũt miraculis, quemadmodum idem mani-
Gal.3 feſtat. Qui igitur uobis, ait, præbet ſpiritũ, & operatur uirtutes in uobis. Multa fidei certamina decertarunt, qđ ſic docuit: Tam multa, inquit, paſſi eſtis fruſtra, ſi tamen & fruſtra. Poſt tanta uirtutis incrementa graue flagitium commiſerũt in hoc, quòd à Chriſto diuerterũt, de quo uidetur ille di-
Ibid.5 xiſſe: Ecce ego Paulus dico uobis, ſi circũcidamini, Chriſtus nihil uobis proderit. Et iterum: Quicunq; à lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. A lapſu tam pernicioſo perq; amanter eos recepit: nã
Ibid.4 dicit, Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in uobis: oſtendit nimirum uel ab ultima deſtructione poſſe Chriſtum ſuperiorẽ reEzech.18 formari in nobis. Non uult enim mortẽ peccatoris, ſed ut reuertatur, & uiuat. Reuertamur itaque amicum caput, & uoluntatem dei perficiamus. In hoc quidẽ nos creauit, ac in iſtud eſſe produxit: quo nos ęternis bonis particiꝑaret, utq; tribueret regnum cœlorum, nõ ut in gehennam detrudat, aut ignibus dedat, qui quidem facti ſunt propter diabolum, non propter nos, non aliter atq; noſtri gratia paratum eſt regnũ cœlorum. Vtrunq; ſubMatt.25 indicat, cum dicit illis qui à dextris adſtabunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum uobis ab exordio mundi: à ſiniſtris aũtẽ conſtitutis, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt: nõ addit, uobis: ſed, diabolo & angelis eius. Qua de cauſa non eſt gehenna inſtituta propter nos, ſed propter aduerſarium et angelos eius: regnum autem cœlorum ab exordio mũdi propter nos adornatum, modo ne nos reddamus indignos ad hæc, ut cum ſpõſo ingrediamur: quandiu enim hic ſumus, etiam ſi peccamus decies millies, ſemper erit ſpei locus, omnia dabit abluere ſcelera dignã exhibentibus pœnitentiam. Cæterum ſi quando hinc abierimus, nõdum conſecuti uehementiſſimam pœnitentiam, manebit nos quiddam acerbius: nam tum uel dẽtibus frendemus, uel plangemus, uel rogabimus infinita, ſed ne ſummo quidem digito paululum
B quiddam refrigerij deſtillabit ardentibus nobis: quin eadem audiemus, quæ quondam diues ille, nempe magnum eſſe hiatum inter nos & uos. Redeamus itaq; ad frugem meliorẽ moneo, dum hic degimus, & agnoſcamus dominũ ſicut agnoſcere fas eſt. Etenim nõ eſt cur alibi ſperemus pœnitentiam, in inferno cõſtituti, quo in loco pharmacum hoc infirmũ eſt: hoc autem ſeculo, etiam in extrema ſenecta impoſitum, miram uim prę ſe fert. Vnde diabolus omnem, quod aiũt, lapidem mouet, quo in nobis alte radicẽ agat cogitatio de ſperationis. Quando quidẽ nouit, quamlibet exiguum pœnituerimus, nullo id pacto facturos indonatos à deo. Quemadmodum eñ malitia ſubfrigida, ſi incidit, imminẽtem habet retalionem: ſic actus pœnitudine ſuper cõmiſſis à ſe, quanq;
C idoneam delictis pœnitentiã non exhibet, æqualem tamen illi quam habet, quantulacunq; eſt, retributionem ſentiet. Etenim nihil bonorũ, ſit uel minutiſſimum, à iudice neglectum erit. Quando peccata tanta cura diſquirũtur, ut de uerbis, & cogitationibus pœnam attemperet: quanto accuratius bonorum operum tam inſignium, quàm obſcurorum rationẽ habebit illis temporibus? Quare ſi uires nõ ſufficiunt ad amiſſam diligentiã reuerti, & forte pręſens morbus libidoq; te deſtituit, nihil adhuc deploratũ uidet, modo initium rei feceris, atq; ad certamen aditum recluſeris. Quanto tempore ante ueſtibulũ oberras, optimo iure omnia tibi difficilia ac deſperata uidebũtur: ante
D nimirum experientiã res facillimæ maximeq; parabiles, arduæ difficultatis ſpeciẽ præbere ſolent: deinde ubi facto periculo paulũ introſerpſimus, & animũ perduraimus, ꝑ torpore, pro deſperatione cõfidentia ſubit, diminuit timorem, facilitatem auget, ſpes amplas cõfirmat: propterea malignus ludam inde ſeduxit, quo minus facto feliciter initio, redierit per pœnitentiã, unde prolapſus erat. Equidẽ dico quod ſupra ueri fidem alijs apparet, ne illud quidem peccatũ Iudæ eſſe maius, quàm auxilium quod nobis à pœnitentia uenit. Quare rogo & obſecro, omnẽ ſatanæ cogitationem à ſeptis animæ procul arceas, atq; ad hũc penetres portum ſalutis. Si uno uelut niſu ad ſummum illud faſtigium conſcendere iuberem, haud iniuria grauatim tentares, propter permixtã rei difficul-

difficultatem: quando uero tantulum dũtaxat in A
præsentia requiro, non dico quantum malis per-
actis debetur, sed quantulũcunq; eum qui hoc lo
ci consistit, retinere sufficit, ne in contrarium rela
batur: quid tum contaris? quid refugis? quid teip
sum retrahis? Nũ uidisti quosdã qui in delicijs, in
ebrietatibus, in reliquo huius uitæ ludibrio mor-
tui sunt? Vbi nunc sunt qui pridem uidelicet per
forum tumidi superbia cum multis assectatorib.
se mouebant, qui sericis induti uestimẽtis, unguẽ
tum olentes, arridentes parasito, & semper affixi
scenę, ubi nunc illorum est phantasia? sublata est.
Cœnarum sumptus, immodicus risus, quies ani-
mæ, cogitationis diffusio, uita mollis, otiosa, luxu
perdita: ubi nunc? Euolarũt omnia. Quid ex cor-
pore factum est, quod pridẽ tanto famulitio, tam B
exquisita mundicia abũdabat? Abijt nimirum ad
sepulchrum. Cõtemplare puluerem, cineres, uer-
mes, eius formæ speciem, & amarè suspires. Atq;
utinam ad puluerem tantum eiusmodi damnum
pertingeret. Verũ interim à sepulchro & his uer-
mibus deduc oculos mẽtis ad uermem illum im-
mortalem, ad ignem illum inextinguibilẽ, ad fre-
mitum dentiũ, ad extremas tenebras, ad afflictio
Luc.16 nem et angustiam, ad simile Lazari ac diuitis, qui
amictus purpura & tot nummorum dominus, fa
ctus est omnium rerũ adeò indigus, ut nec unius
guttulæ aquæ dominus esset, & sub acerbissima
tormẽtorum necessitate constitueret. Quid? pu-
tásne somnijs præstare huius perituri seculi bo-
na? Quemadmodũ enim qui ad metalla damna- C
ti, aut aliam quandam pœnam luunt hac grauio-
rem, si quando sub duris illis laboribus, & acerbis
sima uita consopiuntur, se uident in delicijs, ac læ
ta rerum affluẽtia, experrecti autem à somnijs ni-
hil oblectamenti reliquum intelligũt: sic diues il-
le tanquam in somnio tantũ diues fuisset, postea
quam hinc emigrauit, amaram suam pœnam per
soluit. Hęc cõsidera, & isti igni repugna, qui te oc
cupat nũc ardore concupiscentiarum. Recede à
fornace interim: nam qui eã hic probe restinxit,
nec eius incalescet alibi uicinia, siquis eã nõ ex-
uperat, hũc abeuntem excipiet tanto uehemen-
tior, quo tibi cupis longiore tempore huius uitæ
fructum supereſſe. Equidem opinor non plures
annos tibi quàm quinquaginta expectãdos, imò D
ne hoc quidẽ nobis certũ est: siquidẽ qui de no-
stra uita nescimus, an uesperũ imminens assequa
tur, qua frõte super tot annis asseuerabimus? Præ
terea dubia aliarum rerum uicissitudo & inobser
uabilis, nedum temporis: quandoq; enim dum ui
ta in longum tempus producitur, quę oblectant,
non ęqualiter producuntur: modo adsunt, modo
elabunt. Verum ut demus gratia sermonis ita fo
re, teq; tot annos uicturum, neq; ullus casus felici
tatem intercipiat: quãtulum hoc ad secula infinita
sempiternaq; erit? quantulũ ad sæua flagella,
& inenarrabile cœlorum gaudium? Hic habent
tam iucunda, quàm tristia finem, eumq; celerri-
mum: illic seculis extenduntur utraq; immortali-
bus, nec dici potest quantum uirtute & potentia

differant à rebus præsentibus. Quum ignem au-
dis, ne arbitreris esse similem huic igni: accẽsus e-
nim deferuescit, & mutatur: ille autem semel in
flammam exurgẽs, ardet perpetuo, nunquam in-
termoritur. Qui peccauerũt, necesse est ut immor
talitatem induant, non tamẽ ad honorem sibi: ue
rum ut continuum superſit uiaticum illius suppli
cij: quod quàm sit horrendum, oratio nequit un-
quam explicare. Ab experimento rerũ tenuium,
fieri potest ut accipiamus de magnis aliquid con
iecturæ. Si quando in balneo fueris nimium effer
uescente, tum gehennæ recorderis: & rursus, si-
quando febre acriore conflagraueris, ad flammã
quæ tunc est, progredere: tum probe intelliges,
quia balneum & febris adeò nos afflictant ac ter
ritant: quo animo futuri sumus, quando in fluuiũ
ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrẽdo tri
bunali? Profecto frendemus dẽtibus propter la-
bores & cruciatus illos indicibiles, nemo suppe-
tias feret. Plorabimus omnes tristissime, flamma
nobis uehementius incumbente. Neminem uide
bimus præter condẽnatos nobiscũ, & immanem
solitudinẽ. Quis potest uerbis cõsequi, quàm for
midabiles pauores à tenebris exorientur, quæ in
animis nostris extabunt? Quemadmodum ignis
illic non habet uim resoluendi, sic nec lucere po-
test: alioqui non essent tenebræ. Huiusmodi igi-
tur pauorẽ à tenebris, tremorem, solutionẽ mem
brorum, attonitum stuporẽ adducere sufficit una
illius temporis ratio. Multa illic uariaq; tormẽta,
grumuli pœnarum, ceu niuis inundãt. Cæterum
si quis fortè dubitat, quo pacto satis esse, ac æter-
nũ durare immortalis queat anima, confecta tan
ta ui pœnarum, is cognoscat quę hic fiũt: quomo
do non raro multi ad morbum nõ minus acrem,
quàm diuturnum suffecerint, nec anima dissoluta
est: sed corpus est constrictum ac depressum, ani-
ma afflicti remanente in negotio, nõ aliter atq; si
corpori non indita foret. Quare postquam incor
ruptibile corpus, insolubileq; acceperit, nihil pro
hibet in infinitũ protendi supplicijũ. Hic quidem
non simul contingunt uehementia pœnarũ & ea
rum diuturnitas. Altera enim cum altera pugnat,
propter conditionẽ corruptibilis illius corporis
non ferentis ea: immortalitate autem succedente
soluitur hæc pugna, & magna potẽtia nos in infi
nitũ utraq; mala possidebunt, nec excessus ullus
tormentorum perimet animam nostram. Sic, in-
quam, licet nos esse persuasos: neq; enim hoc cor
pus poterit in illo tẽpore consumi cruciatibus: af
flictum permanebit cum anima, nec finis ullus e-
rit. Quàm exquisitas igit delicias appetis, & quã
tũ tẽporis opponi cupis illi supplicio & pœnæ?
Visne cẽtum annos, aut bis centum? Verũ quid
hi sunt ad secula interminabilia? quod eñ est so-
mnium unius diei per omnem uitã, id est fructus
rerum præsentium, comparatus ad statum futuro
rum bonorum. Estne qui propterea ut suaue som
nium uideat, per omnẽ uitam eligat ferre crucia-
tum? & quis sic stultus est, ut ultro ad talẽ merce-
dem aduolet? Nihildũ equidẽ delicias, nec ama-
ritudinem

Esaiæ 3

ritudinẽ quę in eis occultatur, aperio: quando quidem loqui de his rebus adhuc est intempestiuũ: ubi eas effugere ualebis, tum locus erit huiusmodi tractandi. Nũc quia morbo illo detineris, uidebimur tibi nugas agere, si quãdo uoluptatẽ amaram nominauero: liberatus olim à morbo dei beneficio, mox planè intelliges malitiam. Quare sermones illos in aliud tempus differamus, hoc nũc dicemus. Fingamus delicias esse delicias, & uoluptatem uoluptatẽ, nihilq; habere fellis: sed quid obsecro, dicemus de imminẽte pœna? quid tum faciemus? q modo læti gestimus uelut in umbra & imagine, opere quidem alibi persoluemus pœnam: & præterea, quia exiguo tẽpore, quæ tum futura diximus, aut etiam absurdiora, effugere licet, fruiq; bonis adiacẽtibus. Hoc est enim opus clementiæ diuinæ, quod nobis certamina non in longũ tempus præscripsit: breui quidẽ & in momento, & in ictu oculi finientur: nam tantula est præsens uita, quæ omnino bello debet, si eam ad infinita secula cõferas. Num id animas damnatorum contristabit, quando meminerint q occasione emendandi per hos paucos dies non usi, se tradiderint malis immortalibus? Surgamus ergo, ne simile quiddam patiamur, dum tempus est acceptum, dum est salutis dies, dum est uis magna pœnitentiæ. Siquidem malis ignauiter cohærentes, quæ dicta sunt, omnia excipient, multoq; illis duriora. Ea enim quæ in gehenna noxijs parantur, multo sunt molestiora: à tãtis excidisse bonis tantum habet dolorem, tantam afflictionem, tantam angustiam, quantũ ullum esse potest aliud flagellum certe hic debitũ peccantibus, cuiusmodi per se sufficere, & quàm tormẽta reliqua gehennæ acerbius mordere, cõterereq; animas nostras uidetur. Concipe animo statum uitæ illius, quantũ homini concipere datur: nam iuxta rei dignitatẽ nobis sermo nullus adesse potest: ex ijs tamẽ quæ audimus, ceu per ænigmata coniecturã quantulam
Esaiæ 35 cũq; faciemus. Abiuit, inquit, dolor, & tristitia, & gemitus. Quid igitur cauita beatius erit? Non est cur illic pauperiem metuas et morbum. Nemo uidebit contumelioſum, nec iniquè oppressum, nemo exasperatum, aut irascentem, aut inuidẽtem: nemo ardentem absurda concupiscẽtia, aut mœrentem propter sumptum necessarium, aut à magistratu uapulantem. Omnis enim affectuum turba quæ hic sedata est, perimetur: omnia erũt pax, lætitia, gaudium, omnia serenitas & trãquillitas, omnia dies & splendor, & lux: lux non quæ nunc est, sed planè alia quæ hanc tantum excedit fulgore, quantũ ea lumẽ lychni: neq; eã occultatur illic aut nocte, aut cõgressu nubium, nec urit, neq; inflammat corpora: nam nox non obumbrat, nec aderit uespera, nec frigora, nec æstus, nec alia huius generis immutatio: sed omnino alia est conditio, quam demum ad hoc idonei reperiri intelligent: nõ est illic senium, nec senectæ mala: quæq; obnoxia sunt corruptioni, è medio & è pedibus, quod aiunt, tollẽtur. Omnia occupabit ubiq; incorruptibilis gloria: & quod omniũ longe est maximum, cõtinua fruentur conuersatione cũ Christo, unà cum angelis, cum archangelis, cum superioribus potestatibus. Contemplare cœlum, animaduerte permutatum fore habitum totius creaturæ: nihil enim huiusmodi ut nunc est, manebit, sed multo pulchrius erit, ac præclarius: & quantum plumbo aurũ uibrãs aera, tantum hac rerum præsentiũ specie futurus ille decor illustrior erit, quemadmodum beatus Paulus ait: Quoniam & Rom. 8
ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Etenim nũc ceu corruptionis particeps multa patitur, quæ ferre corpus contingit: tum uero hæc uniuersa reijciet, nobisq; exhibebit elegantem et incorruptibilem habitudinẽ. Incorruptibile nanq; esurietur anima corpus, quæ & ipsa in melius formabitur. Vnde putas tũ simultas? unde pugna? lucundus nimirum concentus erit in hoc, quòd omnes sancti perpetuo inter se consentiẽt: nullus illic calumniator timendus, nullæ dæmonum insidiæ, nullæ minæ, nulla mors, nec ea qua hic extinguimur, nec altera quę hac multo est acerbior: omnis harũ rerum expectatio desijt. Et quemadmodum puellus regius primũ alitur cibo nõ admodum splendido, terretur minis pædagogi, ne per indulgentiã lapsus, paterna se indignum reddat hæreditate: mox regiam nactus maiestatem, omnia hæc mutat, præsidet cum magna libertate, uestitus purpura, diademateq; ornatus, & stipatus numeroso satellitio, abiectis ab anima rebus humilibus ac subamaris, in quorum tũc locũ omnia magnifica, omnia iucũda successerunt: sic tum eueniet omnibus sanctis. Atqui sermonis elegantia, & uires nihil possunt: ad mõtem illum oratione pergamus, ubi dominus trãsformatus est. Cõtemplemur eum splendentem, sicut resplenduit, quãquam ne sic quidem uniuersum nobis futuri seculi splendorẽ exhibuit: quia fuit quod tum apparuit, attemperatio quædam pro captu nostro, neutiquam accurata rei demõstratio, quod à uerbis euangelistæ manifestũ est. Quidnã ait? Splen Matt. 17
duit, inquit, sicut sol. Cæterum incorruptibilium corporũ gloria non tantam lucem demittit, quantam illud corruptibile corpus: neq; talem eiusmodi oculi mortales cãpere sufficiunt. Ad hanc quidem uisionem oculi requiruntur incorruptibiles & immortales. Verum in monte tum aperuit tantum lucis, quantũ ferre potuerunt citra læsionem aciei, atq; afflictionem oculorum cõtuentium in illud, quod tamen aliter cecidit: prociderunt eñ in faciem. Dic obsecro, si quis te in theatrũ induceret, ubi magna multitudo hominum sederet, amicta stolis aureis, & in medio omnium ostenderet alium quendam adornatũ eximie gemmis, regio uestitu insignem, coronam habentem in capite, deinde polliceatur te assumpturum in numerum eorum, num omnia faceres quę ipse iusserit? Euola nũc in cœlos animo, in illud intende theatrum, quod nõ coijt ex huiusmodi uiris. Conuentus est illic eorũ qui exuperant omne pretium auri, lapidum pretiosorum, radiorũ solis, & omnis uisibilis formæ, non hominum solum, sed eorum qui

qui hominibus antecellũt, angelorum, archange A natus cœli lucem diffundet, & obtenebreſcet ſol
lorum, thronorum, dominationum, principatuũ, in exortu ſuo, neq; luna dabit lumen ſuum: & or-
poteſtatum. De Rege ipſo nihil ſatis idoneũ dici bi terrarũ ingeram mala, & impijs peccata ſua: &
poteſt, adeò ſermonem & mentem omnem exce perdã ſuperbiã iniquorũ, & altitudinẽ ſuperborũ
dit eius pulchritudo, formoſitas, ſplendor, gloria, humiliabo: & erunt qui relicti ſunt pretioſiores,
maieſtas, magnificentia. Tantúmne bonorũ à no quàm aurum ualde exuſtum igni, et homo pluris
bis ipſis ſummouebimus, quo declinemus exigui æſtimabitur lapide, qui eſt ex Sapphir. Cœlos e-
temporis laborem? Quòd ſi quotidie foret infini nim cõmouebit, & terra excutietur ex fundamen
ties moriendum, ferendum tamen eſſet. Præterea tis ſuis, propter furorẽ iræ domini Sabaoth, in die
gehennam tormentaq; omnia cõuenit ſuſtinere, qua uenerit furor eius. Et iterũ, Feneſtræ, inquit, Eſaiæ 24
ut uidere queas Chriſtum uenientẽ in gloria ſua, de cœlo aperientur, & cõmouebuntur fundamẽ
& conſcribi ordini ſanctorum. Audi quid Petrus ta terrę, & turbabitur terra, & eliqueſcet terra: in-
Matth. 17 dicit, Bonum eſt nos hic eſſe. Si Petrus qui uidit clinando inclinabitur terra, ſicut ebrius & crapu
obſcuram quandam imaginem futurorũ, omnia lans: concutietur ſicut caſula cuſtodum, terra cõ-
cõtinuo reiecit ab animo propter uoluptatẽ in- cidet, nec poterit reſurgere: confirmabitur enim
ditã animæ à tali aſpectu: quid dicemus quan- B cõtra ſe iniquitas, & inducet deus aduerſus orna
do rerum ueritas aderit, quando regijs cubiculis tum cœli in alto manum ſuam in illo die, & con-
adapertis, contueri licebit ipſum regem, non per tra regna terræ: & congregabuntur congregatio
ænigma, nec per ſpeculum, ſed facie ad faciẽ, non nes eius ad carcerem, & excludent munitionem.
amplius, inquã, per fidem, ſed per ſpeciem? Sunt Subſcribit Malachias: Ecce, inquit, ueniet domi- Malac. 3
quidam abſurdi iudicij, ij dũtaxat amant effugiſ- nus omnipotens, & quis expectabit diem ingreſ
ſe gehennã: contrà ego multo durius eſſe tormẽ- ſus eius, aut quis ſubſiſtet in uiſione? propterea
tum quoddam aſſero, quàm gehenna eſt: hoc eſt, quod ipſe ingreditur tanquam ignis cõflatilis, &
non aſſecutum eſſe tantam gloriam, & illinc ela- tanquam urceus fullonum, & ſedebit ad conflan
pſum eſſe. Nec opinor equidẽ tanto dolore lugẽ dum, & ad purgandũ uelut argentum & aurum.
dum de malis gehennę, quanto neceſſe eſt caſum Et iterum, Ecce, inquit, dies domini ueniet exar- Ibid. 4
deplorare, quod de cœlis excidimus, qui eſt nimi dens ut fornax, & inflammabit eos: & erunt om-
rũ cruciatus omniũ duriſſimus. Quãdo Regẽ ui- nes alienigenæ, & omnes qui faciũt abſurda, arũ-
demus frequẽti ſatellitio palatium adequitantẽ, do, accendet eos dies uentura, dicit dominus om
eos qui illi proxime cohærẽt, ſermonis conſilijq; nipotens: nec relinquetur neq; radix, neque pal-
& maieſtatis eius participes, felices iudicamus, C mes. Cæterum uir deſideriorum: Vidi, inquit, uſ- Dan. 7
noſq; miſeros: licet enim infinitis bonis abunda- que dum throni poſiti ſunt, & antiquus dierum
uerimus, & harũ rerum nihil ſentimus, ſuſpicien- ſedit, & ueſtimentum eius album ſicut nix: & ca-
tes in gloriam ſanctorum. Adde quod compertiſ pillus capitis eius tanquam lana munda, thronus
ſimum eſt, ſeculi faſtum eſſe dubium et infirmum eius flamma ignis, rotæ eius ignis conſumens, flu
propter uim bellorũ, propter inſidias & inuidiã, uius igneus proruit, antecedens ante eum: mille
propter hoc quòd uel extra teli iactũ, & extra pe millia miniſtrabant ei, & decies millies decem
riculi ſuſpicionem, per ſe tamen ne huius quidem millia conſiſtebant ante eum: concio iudicum
faciendus eſt: cæterum tuta perpetuaq; erit felici conſedit, & libri aperti ſunt. Deinde poſt pauca,
tas, regnante Rege omnium, qui poſſidet nõ mo Vidi, inquit, in uiſione noctis, & ecce cum nubi-
do quæ terra, uerumetiam quæ ambitu cœli con bus cœli ſicut filius hominis ueniebat, & uſq; ad
tinentur: imò terram pugno complectitur, & pal antiquum dierum peruenit, & coram eo eſt ei ob
mo cœlos, qui omnia ſuſtinet uerbo potẽtiæ ſuę, latus, & datus eſt ei principatus, & honor, & reg-
cui gentes cunctæ pro nihilo computantur: & ad num: & omnes populi, tribus & linguę ei ſeruiẽt,
huc dubitamus, an ſummum ſit ſupplicium à cho & poteſtas eius poteſtas æterna, regnum eius nõ
ro qui eſt apud deum, excludi? adhuc amabimus D deſtruetur. Horruit ſpiritus meus: ego Daniel ter
ceu bonum prę cipuum effugiſſe gehennã? Quid rituſ ſum: uiſiones capitis conturbauerunt me.
anima ſic affecta miſerius? Nam Rex ille nõ iugo Tum aperientur omnes cœleſtiũ faſtigiorũ por-
alborum mulorũ, nec aureo uehiculo uectus, nec tæ, imò iſtud ipſum cœlum è medio ſubducetur,
purpura, neq; diademate ornatus ueniet dijudica haud aliter atq; ſcenæ pelles, ac uelum contrahi-
turus terrã. Sed quomodo ueniet? Audi prophe- tur è medio, ut commutetur in melius. Tum om-
tas clamantes & dicentes, quoniam hominum fa nia ſtupore cõferta erũt, & horrore, & metu: tum
Pſal. 49 cultatem excedit. Deus enim ueſter, ait quidã, pa etiam angelos ingens metus occupabit: neq; ſo-
lam ueniet, nec ſilebit: ignis coram eo exardebit, lum angelos, ſed etiam archangelos, & thronos,
circa eum tempeſtas uehemẽs. Aduocabit cœlũ & poteſtates cœlorum: propterea quòd conſerui
à ſuperioribus, & terram ad dijudicandum popu iudicium ſubituri ſunt de peracta in mundo ui-
lum ſuum. Ad hæc Eſaias pœnam nobis propo- ta. Nam ſi in iudicio unius ciuitatis, quæ in ipſius
Eſa. 13 nit: Ecce, inquit, dies domini ueniet, auſterus fu- cura, omnes exhorruerunt, quanquam erant ex-
rore & ira ad ponendum totum orbem terrarum tra periculum: quid tum erit, quando cognoſce-
in ſolitudinem, & ad abolẽdos peccatores ex ea: tur de uniuerſo terrarum orbe, ſub iudice non re-
quia nec ſtellæ cœli, nec Orion, neq; quis alius or quirente teſtes, nec iudicia: ſed quando abſq; il-

lis fa

lis facta simul & uerba in mediũ ipse reus exacte A prodet, ostendetq; scelera ipsorum istorũ autoribus, pariterq; illis qui ea ignorant? Quomodo, inquit, fieri potest, ut tum non cõcutiatur quælibet potentia? Si enim fluuius ignem nõ uolueret, neque angeli assisterent adeò formidabiles: soli autem cõuocati homines quorum pars laudata est, & in admiratione habita, pars ablegata inglorie, ne gloriã dei uideat: num istud per se pœna foret tota gehenna lõge acerbior? A tantis bonis esse plapsum, orbatas animas mordet perpetuo: quã tum illud malum putas? Nullo sermone quisquã hic explicabit, alibi autẽ dilucide perspiciemus. Quare obsecro, ob oculos modo ponas, nõ dico immanissimam illam pœnã, & suffusos graui pudore, necnon palàm conspicuos, defixis in terrã B oculis ob cõsciẽtiam ignominiæ: sed illam uiam teterrimam quæ ad ignem abripit, sed & ferẽtes tormenta, traditosq; atrocibus punitoribus: idq; eo temporis quo coronis adornati, celebresq; cãtantibus angelis regio throno assistunt, quicunque hic bona fecerũt, quiq; digni fuerunt reperti æterna uita. Hæc in illa die. Quæ autem sequuntur, quis sermo nobis exprimet? Quis uel delinibit uoluptatem, quę ex conuictu Christi extabit, aut utilitatem, aut gaudium? Etenim anima quæ in propriam redijt naturam, quæ in reliquum tẽpus multa libertate dominum suum suscipit, quãtum ea fructum capiat, quantum dulcedinis, quãtum lucrum, haud quisquam unquam satis explicabit: nec solum læta bonis præsentibus, sed secu C ra tutaq; erit, quòd tanta gaudiorũ semina nequaquam desitura sint. Eam itaq; iucunditatem uniuersam sermone quis effinget, quis attinget cogitatione? Obscure, utpote minutis magna demonstraturus, tentabo facere perspicuum. Perpendamus igitur eos qui in hac uita huius mundi commodis oblectantur, diuitijs, inquam, & magistratu, atq; gloria, quanta libidine superbiaq; efferuntur? In terra enim se adhuc degere, negare uidentur: quanquam fruuntur ijs demum bonis, quæ bona esse nondum omnibus persuasum est: quæ possessores mutare solita, frequentius ex inspersato euolãt, & quãdoq; citius quàm somnia. Quòd si paulisper consistunt, iuxta modum forsitã uitæ D huius, si latissime extenduntur, nam ulterius protendi nequeunt. Quòd si hæc fluxa suos possessores in tãta gaudia sustollunt, & animum licet incerta subitaq; sint, in iugem effundunt lætitiam: quid putas futurũ de animis illis accersitis ad infinita bona, quæ in cœlis pios manent, quæ fixa semperq; duratura sunt, quę uirtute quoq; his prę sentibus longe præstant, nedum constantia sua nunquam desitura, & cuiusmodi haud quaquam ascenderunt in cor hominis? Nũc enim quemadmodum in utero puellus, sic in mundo uiuimus multis intercluſi anguſtijs, uẽturiq; seculi nec fulgorem, neque claritatem ualentes contueri: cæterum ubi tempus imminet parturitionis, & partus æditur iuxta legitimum præuisumq; tempus, hęc uita omnes tum excipit mortales. Nam abortiui de tenebris ingrediunt ex afflictione ad afflictionẽ nõ paulo duriorẽ. Maturi aũt fœtus qui notã regij simulachri gerũt obseruãtq;, perducunt ad regẽ, eiusq; mysteriũ capessunt, qd' angeli q̃q; & archãgeli deo rerum omniũ perficiũt. Quare noli characteres illos ꝑpetuo nobis obscurare amice optime, sed eos uestigio instaura, refingeq; in melius. Pulchritudinẽ corporis intra naturę uim deus descripsit: decorẽ aũt animæ illinc à necessitate & seruitute exemit, ueluti corporis luce meliorẽ, atq; eius potiũdæ copiã omnẽ nobis attẽperauit diuina trutina. Quãdoquidẽ dñs noster impẽdio nos amat, eoq; uehemẽtius cohonestat genus nostrũ. Minora quidẽ illa nec quicq; eximij præ se ferẽtia proficiũt nobis, & quæ minime prę stantia credas, ea necessitati naturę ꝑducẽda cõmisit. Porrò uerorũ bonorũ nos esse opifices dedit, ꝑpterea q̃ corporis pulchritudo in nostra sita potestate, mox curæ nimiæ fuisset, semperq; reb. infructuosis impẽdissemus operã, & animæ dotes ubiq; neglexissemus, cũ negata ea facultate iã nũc oĩa facimus, oĩa molimur: pigmẽtis formã à nobis quasi ab inuitis asserimus, cũ uerã neq; mus, coloribꝫ. tincturis, cõcinnatiõe capillorũ, uestiũ circũductu, oculorũ lubricitate, multisq; eius generis ineptijs falsam affingimus: q̃d studiũ reb. frugi tribuissemus, si potuissemus ad bonã formã aliquid adiũgere? Haud temere aliud q̃q; egisse mus, ubi fuisset nostrarũ uiriũ, q̃ excolere formã: quin oĩa simul in hoc tẽpora cõsumpsissemus, & uenustassemus abiectissimã seruã infinitis ornamentis, relicta dña nobilissima, inculta magis, magisq; neglecta quouis mãcipio. Qua de causa deꝰ adẽpta infelici cura, melioris rei artẽ nobis indidit, per quã q̃ corpus ex deformi elegãs reddere nequit, is animã uel ultimę turpitudinis in summã speciẽ reducere sufficiet: adeoq; amabilẽ reddere, atq; adeò illicẽ, ut & deũ regẽ omniũ in suã cõcupiscentiã pelliciat, nedũ uiros bonos, iuxta ea quæ psalmorũ cantor de huiusmodi pulchritudine animę absoluit. Et cõcupiscet, inqt, rex pul- *Psal. 44*
chritudinẽ tuã. Num uides q̃ deformes impudentesq; mulieres ꝑstitutę uix possũt obtrudi gladiatoribus, & ijs quoq; q̃ cũ bestijs depugnare soliti sunt? Cęterũ si quæ bonæ formæ, si ingenuæ, liberaliq; facie, per occasionẽ in eã inciderint calamitatem, quẽlibet generosũ eximiũq; uirũ nihil pudebit uel cõnubio sibi talẽ adiũxisse. Tanta est apud homines misericordia, tãta despectio uulgaris opiniõis, quę sępe numero in ꝑpatulo affectas ignominia, liberat ab infami seruitute, recipitq; in ordinẽ matronarũ. Quãto benignior facilitas erit apud deũ erga animã ꝑpter superni generis pręstantiã, quę per tyrãnidẽ diaboli in huius uitę turpissimũ lupanar cõiecta est? Harũ rerũ exẽpla plurima sũt apud ꝑphetas, qui uaticinant aduersus Hierosolymã prolapsã in scortationẽ aliquã nouo modo, quẽadmodũ Ezechiel dicit: Quibus- *Ezech. 16*
libet meretricib. dat merces, tu aũt addidisti mercedem, & in te eueniet cõtra omniũ mulierũ consuetudinẽ: sedisti expectãs eos tãq; coturnix sola

in eremo. Hãc adeò deperditę libidinis uocat rursum deus. Etẽ captiuitas eis pœna non fuit, sed potius ad occasionẽ reditus, & ad correctionem: ꝓpterea ꝙ si deo libuisset cõficere pœnis cõmeritos, ꝓfecto domũ nõ reduxisset, nec ciuitatẽ celebriorẽ, nec tẽplũ augustius uetere apparasset.
Agge.2 Erit eẽ gloria, inqt, huius domus, illa ultima præstantior priore: quia sæpius conspurcatã libidine deus à pœnitẽtia nõ sũmouit: multo auidius animã tuã amplexabit, ne dubita, isto duntaxat casu ꝓlapsam. Nemo enim nemo amator formæ quã libet insanus, aduersum adamatam tanto conflagrat igni, quãto studio deus nostram appetit salutem: quod uidere est de unaquaq; anima, & de diuinis scripturis. Obserua in præfationibus Hieremiæ, & passim apud prophetas, contemptum fastiditumq; dominum, iterum tamen aduolantem ac instaurãtem amicitiam erga defectores, iuxta id quod etiam in euangelijs ipse contestatur: Hie
Matt.23 rusalem, Hierusalẽ, quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Deus, in-
2.Cor.5 quit, erat in Christo, mundũ reconcilians sibi, nõ imputãs eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur: tanquã deo uos obsecrãte per nos, rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Hęc ad nos modo dicta putato: nõ enim incredulitas tãtum, sed & uita immũda solet excitare graue inimicitiam. Affectus enim carnis, inquit, inimici-
Rom.8 tia est aduersus deum. Destruamus igitur interiectum murũ dissipemusq;, atq; cadauer eijciamus, quò beata reconciliatio cõtingat, quò reddamur iterum amabiles, & expetendi deo. Scio quòd admiraris Hermiones faciem, & bonam formam eius, nihil ei in terris existimas simile: uerum si uoles ô amice, iam nunc eris ea multo elegantior & pulchrior: tantumq; prestabis, quantum luteis aureæ statuæ. Si super corpore illustri multorũ mentes percelluntur & obstupescunt, quando in anima refulserit lumen decoris, quid ęquale huic sic pulchro oppones? Nã huius pulchritudinis substãtia est pituita, sanguis fluidus, atra bilis, succus cibi bene mansi. Talibus enim pigmentis, oculi, genæ, & reliqua membra uenustãtur: quanquam non suscipiãt huiusmodi aspersionem quotidie, quod sæpenumero propter uentris malitiam, aut epatis corrũpitur, ipsaq; cutis marcescit, cõgruo farcimẽto destituta, atq; oculi excauantur. Citius euolat, q̃ intellexeris, oris decor uniuersus. Quid subest micãtibus ocellis? quid occulitur rectis naribus? quid ore celatur gratioso, & malis purpureis? Certe nihil aliud, quàm gypso incrustatum sepulchrum esse dixeris bonam corporis formã, modò exacte cognoscas, tã diuersis oppleta est intus sordibus. Deinde & pannũ reiectum: quem cum uides implicitum, tenere simile quiddam pituitæ aut fluori, cuiusmodi ex ore ultro distillat: quemq; ne summis quidem digitis audes attingere, imò ne intueri quidẽ: sed ad plicas eius, & con

A uolutiones intimas cõuertẽs uisum, exhorrescis nauseans. Huiusmodi est, si penitus expendis, corporis uenustas, quæ conferta est putore & sanie multa. Cæterum ista tua dignitas, qua pridem claruisti, erat multo alia. Sicut enim terram cœlum, sic ea formam corporis euanidam exuperat: quin imò & cœlo ipso est illustrior meliorq;. Animam enim à corpore exutam nemo uspiam uidit, aliũde tamen eius tibi demõstrare decorem tentabo, à potentijs nimirum maioribus. Audi igitur quo modo uirum desideriorum consternauit illarum decor: nam demõstraturus earum pulchritudinẽ, neq; corpus cui componeret ualens inuenire, ad
B metalli materiam profugit, qua nihildum contẽtus, fulgurationis uim acerrimam in exemplum quoq; assumpsit. Quare cum substantiam angeli nec puram, nec nudam uidit, sed obscurè admodum & obtecte, sic tamẽ eam illustrauit, ut decuit apparere expositam extra omne uelamentum. Eiusmodi quiddam etiam de pulchritudine animę cogitasse phas est: Erunt eẽ, inquit, angeli in cor Matt.22.ꝙ
poribus leuiora & tenuiora quę secesserunt ad uam ferentem super corpora, quo nomine meliora, magisq; admiranda istis credunt. Ergo ut terra cœlum, & aqua ignis, & lapidibus stellæ sunt speciosiores: & iridẽ potius, quàm uiolas, aut rosas, aut quoslibet flores terræ admiramur: Sic nimirũ illis omnibus Christianę animæ facies prefulget: sed & modis omnib. ubi oculis corporis liceret
C contueri speciẽ huius, deridicula uiderentur, quę cũq; exempla è rebus crassis & uisibilibus desumpserimus. Vsq; adeò tenuiter deliniant incomparabiles animæ dotes & uenustatem. Cuiusmodi possessionem & felicitatẽ ne negligamus, maxime quia facilis aditus nobis ad illud pulchrũ cõsequendum datur per spem futurorum. continuò enim leuiusculum afflictionis, graue & inæstimabile pondus gloriæ perficit, nobis uidelicet considerantibus non quæ uidentur, sed quæ non uidentur: nam quæ uidẽtur, temporaria: quæ autem non uidentur, æterna sunt. Quòd si afflictiones, quas nosti, faciles portatu, leuesq; nominauit beatus Paulus, propterea quòd non respicitur ad ea quę uidentur: quanto procliuius erit eo ingenio petulantiam restinguere? Nam ad pericula te non uo
D camus, quæ à pijs interim obeunda sunt, neq; ad mortem quotidie obeundam: neq; ad perpetuos labores, neq; ad flagra, neq; ad uincula, neq; ad inimicitiam cum orbe terrarum sine fœdere gerendam, neq; ad odium domesticorũ, neq; ad uigilias frequentes, neque ad longam peregrinationem, neq; ad naufragia, neq; ad latronum incursus, neq; ad insidias cognatorum, neque ad affectum doloris pro fortunis amicorum afflictis suscipiendum, neq; ad famem, neq; ad algores, neque ad nuditatem, neque ad experimentum aliquod durum, neq; ad animum consternatum, de rebus tuis alienisue confouendum. Interea quidem à te nihil harum rerum requiro, tantum studeo maledictam seruitutem amouere, pristinãq; reducere libertatem: quę quidem libertas exacte

3.Reg.

4.Reg.

noue-

nouerat & agnouerat, quanta sit intemperantiæ A pœna, quodq; præmium superiori uitæ probæ futurum est. Nam incredulos de resurrectione ex mortuis leuius commoueri, nullumq; metum sentire, nõ admodum est admirãdum: sed quòd nos qui credimus, quæ hic sunt, uel potius ea quæ alibi prospicimus, tam miserè uitam transigimus, tam calamitose, & earum rerum memoria nihil excitamur, exuti prorsus omni sensu, istud quidẽ longe est omnium absurdissimum, maximeq; obstupescendum: siquidem credentes, quæ sunt incredulorum designamus: parũ dixi: multo nimirum indigniora, quàm illi perpetramus. Sunt eñ inter illos, qui secundum uirtutem huius uitæ clari extiterunt, quę nobis esse debet uehemens admonitio. Num deinceps uenia iure negabitur? B Naufragio enim periclitati mercatores fermè nihildum concidunt, eandem uiam audent iterum tentare, quanquam ex incuria id non euenit, sed ex ui uentorum ineuitabile damnum pertulerũt: & nos cõtamur semel frustrati rursum accingi negotio, qui scimus ante ultimum uitę momentum nihil desperandum, qui prænouimus nec naufragium, nec damnum incidens, nisi uolẽtibus accidere. Quid abstinemus manum? quid cessamus? quantus pudor sic resupinos cõsertis inter se mutuo manibus iacere, atq; utinam inter se consertis, & non contra seipsas commissis. Quod quidem insignis est insania, non minor quàm si quis eorum qui in arena pugnis decertant, omisso adMatt.22.& Marc.12 uersario, in suũ caput manibus irrueret, faciemq; C contunderet propriam. Ex insidijs nos obseruat diabolus, & incautos in magnam abducit pernicíem: quare necesse est, ut resistamus intrepidi, ut caueamus ne iterum subripiamur ad pericula, ne ipsi nos in præceps collocemus, ne cicatricem ab illo inflictam, nostra culpa refricemus. Quandoquidem beatus Dauid casu decidit non leuiore, quàm tu modò, imò non tantum æquali: subinde enim aliud flagitium adiecit, nempe cædem atrocissimam innocentis Vriæ. Quid igitur? Num prostratus nihil amplius tẽtauit, quo resurgeret? Nunquid forti animo arma resumpsit aduersum inimicum? Adeo enim cõstanti pectore est ei reluctatus, ut & mortuus filijs suis præsidio foret: D nam Salomoni cõmerito mille mortes, propter Dauid deus (scriptum est) reliquit regnum inte-
3.Reg.11 grum, cum sic loquitur: Scindens scindam regnum in manu tua, & dabo istud seruo tuo: uerum temporibus tuis id non faciã, propter Dauid patrem tuum: è manibus filij tui istud accipiam. Ipsi deniq; Ezechiæ periclitaturo ultimo discrímine, quanquam iustus esset, propter beatum illum ui-
4.Reg.19 rum auxilium promisit. Protegã eam, inquit, urbem, ut seruem eam propter me, & propter Dauid seruum meum. tanta est pœnitentiæ uirtus. Porrò si eius sententiæ fuisset, cuius tu nunc es, deum non posse deinceps placari: & si dixisset: Affecit me honore eximio, allegit in numerum prophetarum, & imperium in contribules concessit, periculisq; infinitis eripuit: quo itaq; pacto contínget, ut eum iterũ placem, cui post tanta beneficia sum aduersatus, omnia pessima temere perpetrando? Huiusmodi si unquã uenire in mẽtem permisisset, non solum non attigisset ea, quæ inde præstitit, sed etiã priora insignia dissipasset. Neq; enim sola corporis uulnera dum negligun tur, inducunt mortem, sed etiam ipsius animæ: & insciti a nostra tanta est, ut illius plagis accuratissime medeamur: huius autem obstinate contemnimus: quãquam corpori malum immedicabile sæpenumero accidit, nihil tamen de salute desperamus, quin dicto medicorum audientes, quanquam morbum pharmacis abolere nequeũt, studemus tamen ex uerbis eorum qualemcunq; possumus consolationem uenari. Animi hic nullus est morbus deploratus, quoniam naturæ uiribus non subest, & perinde negligimus huius incommoda, desperato salutis obtentu, tãquam ad nos nihil pertineret: inde quidẽ existit, quòd detrudimur in barathrum desperationis. Quemadmodum ægrotos qui bona spe sustinentur, salubriter curamus, propterea quòd nihil in eis, de quo dubitandum uideatur: ita ab illis abstinemus, qui animum ad sanitatem prorsus abiecerunt, eosq; nolumus accipere curandos: tanto diligẽtiorem corporis, quàm animæ curam habemus. quo fit, ut nec seruare corpus ualeamus, optimo quidem iure. nam qui neglecto potiore, de minutis omni solicitudine distringitur, utraq; dissipat & perdit: cæterum qui ordinem, cui maxima uirtus, custodit, & quod prius est, maxime curat: altero, quod est uilius, posthabito, per potioris quidem salutẽ seruat etiam posterius. Sicut & Christus insinuare uidetur: Ne timeatis, inquit, eos qui occidunt Matt.10 corpus, animam autem nequeunt occidere: quin potius timeatis potentem & animam & corpus perdere in gehennam. Fortassis tibi per nos persuasum erit, nunquam esse negandum reditum animæ ad sanitatem à morbis tãquam desperatis. Non absurdum itaq; uidetur aliorum iam cogitationes rememorare. Quamlibet ipse animum abieceris, nos utiq; spem de consequenda sanitate tua, nũquam uocabimus in dubium: neutiquam enim id nobis permittemus, quod solemus alijs uitio uertere: & multum interest, utrum à spe ipse te summoueas, an ab alio summouearis. Etenim ab alio in eum torporem detrusus, non raro celerem ueniam obtinebis: at is qui sibijpsi omnẽ ademit fidutiam, nũquam inde confidet. Et quid ita? quia nemo alterius studia respiscentiamq; in manu habet, suorum autem potestatem omnino tenet: atqui nihildum tãtopere præcludimus sperandi uiam: quanquam infinities ignauia hac laboraueris, fortè dabitur aliquis in uirtutem regressus, & de malitia ueteris uitæ reconciliatio. Audi sequentia. Niniuitæ audita Prophetæ inuectione & minis, qui ait: Adhuc quadraginta dies, Ionæ 3 & Niniue subuertetur: non ita consternati sunt, quanquam nihil spei uspiam fuit de deo precibus impetrando, imò potius contrarium habuerunt suspicari ex oracu lo. Nam non erat dictum

cum aliqua diſiunctione, ſed aperta ſententia, & nihilo ſecius tantam exhibuerunt pœnitentiam: Quis ſcit, inquit, ſi pœnitebit & cõſolabitur nos deus, & auertet animũ ab indignatione, neq; nos pereamus? Et uidit deus opera eorum quòd ſum moti eſſent à uijs ſuis peruerſis, & pœnituit deũ ſuper afflictione, quam locutus erat ſe ipſis facturum, & non fecit. Homines illi barbari & imprudentes tantum potuerunt intelligere: multo amplius cõuenit ut nos idẽ perficiamus, qui diuinis decretis, totq; exemplis eruditi ſumus, qui tam in uerbis, quàm in operib. quouis populo plus perſpeximus. Conſilia, inquit, mea non ſunt, ut conſilia ueſtra: nec uiæ meæ, ſicut uiæ ueſtræ. Quãtum abeſt à terra cœlum, tantum diſtãt iuſtificationes meæ à cogitationibus ueſtris, & cõſilia mea à ueſtris conſilijs. Porrò nos miniſtri, qui ſæpenumero deliquimus, in meliorem frugem proficiſci ſtipulati ſumus, & q; blande reuerſi ſuſcipimur, quanta gloria cohoneſtamur, & nos non raro delabimur in maiorem licentiam. Non quidem in eum caſum à deo deſcribimur: ſiquidem ubi deus in hoc nos creaſſet, ut perderet, probe quidẽ id per noſſes, iureq; dubitaſſes ſuper propria ſalute: cæterũ quia nõ ob aliud, quàm propter bonitatem nos produxit, quò bonis fruamur ſempiternis, atque in hoc omnia facit, omnia molitur in præſentem horã uſq;: quod factum ipſius idoneum eſt, nos dubios reddere. Vehementer eum exaſperamus, qualiter alioqui nemo alius: quo fit, ut ea de cauſa maxime oporteat abſtinuiſſe ſceleribus, duci pœnitudine ſuper peractis, multũq; ſpecimen præbere animi demutati. Quandoquidem nihil eſt quod in nos queat, ſoleatq; illum ipſum ſemel perinde irritare, atq; in poſterũ nolle reflexiſſe in uiam: nam peccaſſe eſt humanum, perduraſſe autem in flagitijs nõ humanum eſt, ſed penitus diabolicũ. Cõſidera quanto maiore ſtomacho deus id ferat apud prophetam. Scriptum eſt enim, poſteaquã ab eo defecerint omnia: Ad me, inquit, reuertere, neq; reuerſus eſt. Et econtrario iterum adnitens demonſtrare, quàm benigne lancẽ, quę continet ſalutem noſtram, inclinet, ubi poſt tãta tamq; enormia delicta ſe receperũt recta incedere, cum id audiſſet, inquit: Quis dabit ut ſic parentur corda eorum intra ipſos quò me timeant, cuſtodiantq; precepta mea omni tempore, ut eis bene ſit, & filijs eorum per ſeculum? Præterea Moſes ſubſcribit: Age, inquit, Iſrael, quid dominus deus à te petit? Vt timeas dominum deum tuum, ut ambules in cunctis uijs eius, & ut ames eum. Quare qui captat omnib. modis, ut à nobis ametur, & in hoc omnia facit: neq; unigenito propter amicitiam noſtram pepercit, utq; ipſi aliquando reconciliemur, tam amabilẽ rem preſtitit: quî fieri poſſit, ut reſipiſcentes non admittat? ut non redamet? Audi quid per Prophetam dicit: Dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, ut ſis iuſtificatus: & hoc, quò in amicitiam fortiter ardeamus, expetit à nobis. Qui eſt amore captus, ſi ipſum ij quos amat, afficiunt quamlibet graui contumelia, non-

Eſaiæ 55

Hier. 3

Deut. 10

Eſaiæ 43

dum extingui ſuſtinet concupiſcentiam, nullius rei gratia illatas iniurias in medium feſtinat proponere, quàm ut ſolido ipſius amore demonſtrato, arctiore eos dilectione obuinciat. Quoniã autem confeſſum eſſe peccata, tantum affert ſolatij: quantum putas allaturum, per opera diluiſſe? Niſi ſic foret, & à recto curſu ſemel deflectentib. pateret reditus, quotus tum quiſq; ex tot hominum milibus in cœlum introiſſe uidebitur? præter admodum paucos, qui ſupra nos iam nunc ſunt cooptati in numerum bonorum. Atqui maxime refulgentes inueniemus poſt lapſus enormes, qui magnum impetum in malitia præ ſe tulerunt, eũdem rurſus adhibuerunt ſæpenumero rebus optimis, perpenſis apud ſe debitis, quibus ſunt uelut obærati per ſua ipſorum malefacta: quod & Chriſtus ipſe illuſtre reddidit, ubi Simoni de muliere reſpondet: Vides enim, ait, hanc mulierẽ? ſum ingreſſus domum tuam, aquam ad pedes meos nõ dediſti, ea autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis abſterſit: oſculum mihi nõ dediſti, ipſa uero ex eo tempore quo intrauit, non intermiſit pedes meos exoſculari: oleo caput mihi nõ unxiſti, hæc autem unguento pedes meos inunxit. Non temerè dico tibi, remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cęterum cui parum remittitur, is parum diligit, eiq; dixit: Remittuntur tua peccata. Quare aduerſarius cum his rebus cognitis, planè intelligit eos qui malefacta quantumlibet immania perpetrarũt, ut primum cœperint pœnitere, quod maiore ſtudio id faciunt, tanquam conſcij delictorum ſuorum, uehementer timet ac formidat, ne quando rem exordiantur. Gradu enim facto, amplius detineri nequeunt: cõflagrant per pœnitentiam tanquam uehemens ignis, & auro puto puroq; animas ſuas puriores efficiunt, tanquam uento rapido conſcientiæ, ac memoria precedentium peccatorum, in uirtutis portum cõuehunt. Et hoc eſt quod peccatores plus poſſident, quàm qui nunquam ceciderunt: quoniam maiore alacritate reditum tentant, tantum rem, ut ſic dixerim, auſpicentur. Nam arduum eſt & difficile factu, poſſe ingredi cliuum primũ, & ueſtibula contingere pœnitentiæ, & inimicum illic exufflãtem ignem & imminentẽ abigere atq; proſternere: ille autem tanto furore deinceps nõ digraſſabitur ſemel exuperatus, ex ea re fortis eſt qui cecidit. Cæterum nos maiorem alacritatẽ cõcipiemus, multaq; facilitate pulcherrimam illam pugnã depugnabimus. Suſcipiamus itaq; quod ſupereſt aſcenſus, recurramus in urbem cœleſtẽ in qua profiteamur, in qua ciues agere iuſſi ſumus. Nam à nobis ſpem omnem abijcere, non ſolum id mali habet, quòd eius ciuitatis portas nobis intercludit, aut quòd in peiorem ignauiam trahit atq; contemptum, aliud habet facile peſſimum: intrudit enim in ſocordiã, cuiuſmodi eſt ipſi ſatanæ. Etenim diabolus ex nulla re tantus euaſit, atq; ex prima deſperatione, unde in ſocordiam ceu per gradus delapſus eſt. Vt primum enim anima de cõſequenda ſalute dubitat, nõ ſen-

Luc. 7

tit

tit amplius quo periclitetur præcipitio, quidlibet faciendo, dicendoq; contra salutem suam. Quem admodũ furia correpti, deperdita semel sanitate capitis nihil uerentur, nihil eos pudet, intrepide quiduis audent, in ignem, in mare, in prærupta æ ditaq; saxa impigre conuolant: In hunc modum qui se incurię per desperationem permisere, dein ceps sunt intolerabiles, per auia uitiorũ assiduò discursitant, neq; mors imminens eos ab insania deterret, atq; à deprauatione infinitis se calamita tibus conficiunt. Quare adhortor, antequam al-tius ab ea ebrietate cõmadueris, ut resipiscas, ut resurgas, ut crapulam diabolicam secludas. Si pu tas esse supra uires, ut uniuersam secludas, & sen sim & paululum eius mali, atq; iterum paululum deme. At mihi quidem lõge facillimum uidetur, omnes laqueos quibus complicamur, simul ab-rumpere, conferendo nos in palæstram pœniten tiæ: cæterum quia tibi fortassis arduum apparet, sicut lubet attingas uiam ad meliora ducẽtẽ, mo-do attingas & apprehendas uitam æternam. Ma gno siquidem studio precor & oro per superio-rem probationem, per istam libertatem, ut iterũ uideamus obmissum animi robur: miserere offen sorum per caput tuum, miserere cadentium & eo rum qui facti sunt per te segniores, qui uirtutis ui am desperarunt. Et nunc quidem ingens mœror occupat fratrum conuentum, uoluptas autem & lætitia cõsessum incredulorum, & iuuenum otio deditorum: cæterum ubi redieris in illam accura-tam diligentiam, cõtrarium erit, nostraq; ignomi nia in aduersarios uniuersa deriuabitur. Nos au-tem ingenuæ reddemur libertati, uidentes te ite-rum cum eximio splendore coronatum prædica tumq;: tales uictoriæ maiorem ferunt & iucundi tatem, & uoluptatem. Non enim propria benefa cta mercede pensabuntur, sed quòd alijs cohorta tioni fuisti & solatio, exemplum est maximũ, quis quis in tanta mala inciderit ad resurgẽdum, & ad conquerendum contra se. Ne contemnas tãtum lucri, neq; animas nostras ad inferos cum mœro-re subducas, quin dederis nobis & respirasse, & excussisse nubila pectoris, quæ per tristitiam nos occuparunt: nostris enim malis omissis, tua dam na lamentamur. Quando autem in animum indu xeris resipiscere, dispicere omnia prudẽter, & an gelicæ militiæ cõnumerari: tum nos à luctu reuo cabis, bonamq; partem de peccatis nostris aufe-res. Qui per resipiscentiam iterum exurgunt, ma gna claritate resplendent, & non raro maiore, quàm alij qui nunquam ceciderunt: quod primo demonstraui etiam à diuinis scripturis. Ea nimi-rum ratione & uectigaliũ exactores, & ipsę me-retrices hęreditate acquirunt regnum cœlorum: ea ratione multi ex nouissimis anteferuntur prio ribus. Narrabo tibi, quæ nostris contigere tem-poribus, & quorum ipse testis esse ualeo. Noui iu uenem illum filium Vrbani, qui continuò à tene ris unguiculis absque custodia fuit educatiõis le gitimæ, dominus autem multarum rerum, pecu-niarum, ministrorum, agrorum. Is cum dixisset,

A quàm sit oblectatus consuetudine rei musicæ, de posito illo splẽdidissimo amictu, totoq; huius ui-tæ fastu, repente pallio se uiliore contexit, ad mõ tes, ad solitudinem secessit, egregiamq; exhibuit philosophiam, nõ iuxta illius ætatis modum, sed qualem posset uir quispiam admirabilis & excel lens: deinde ad sacra mysteriorum sacerrima ido neus reputatus, magnam accessionem uirtuti ad iecit. Omnes gauisi sunt impense, deumq; glorifi carunt, quòd in affluentia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus & admodũ adolescẽs, cunctam huius uitæ phantasiam, fucatamq; feli-citatem, semel cõculcasset, & euasisset ad uerum fastigium uirtutis. Cum esset eo loci cõstitutus, & nunc iure suspiciendus: ecce corruptores quidã B considerantes id esse præter dignitatem generis, iterum illum in fluctus pristinos abduxerunt. Re iectis iterum cunctis eius uitæ, quæ pridem erãt, ornamentis, à montibus in medium forum se cõ tulit, & eqs uectus, & magno stipatus famulitio, totam urbem obiuit, neq; sapere, neq; temperate uiuere libuit: nimijs enim delicijs incalescens, in absurdos amores ceu nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu conuersantium, qui non de ipsius sa lute putaret actum esse, tantum ei examen adula torum cohęsit: cui accesserũt carentia parentum, iuuentus, multæ opes: qui omnia solent calum-niari, hominem traduxerunt eo nomine, quòd à spiritualibus defecisset, inutilis futurus & rei fami liari, quòd superiori tempore sermoni & eloquẽ C tiæ deditus, retulisset pedem, illicq; nihil fructus ualuerit cõsequi, huiusmodi quiddam crebro oc cinuerũt. Cum esset itaq; multo suffusus pudore, quidam sancti uiri qui sæpenumero in tales belu as impegerunt, & per experientiam probe sunt e docti, quòd spe diuina cõmunitis neutiquã sit de sperandum: obseruarunt eum assidue, uisumq; in foro accesserunt, amplexiq; sunt: quos ille princi pio sequentes uelut è sublimi, equo insidens allo quebatur contemptim, tanta erat primum impu dẽtia hominis. At illi misericordes, studiosiq; in rem alioqui perituræ puritię, non ita multum ea contumelia mouebantur, in unum istud figẽtes obtutum, ut quacunq; uia lupo agnellum subtra hant: & callidè perfecerunt. Siquidem posthac a-liquãdo uelut obstupescens, intra se abreptus est. Assiduam eorum curã tum cœpit reuereri: quo-D ties illos uel procul obuiam factos conspexit, ab equo cito desilijt, & oculis in terram deiectis, cũ multo silentio, quæ apud illos agerentur, auscul-tauit, propiorq; factus maiori pudore suffũdeba-tur, & eis habuit honorem debitum. Atq; eo in-genio lapsum diuinæ gratiæ paucis diebus reddi derunt, omniaq; ista retia simul expedientes, pri-stinæ tranquillitati, philosophiæq; liberum tradi derunt. In tantam autem lucem tunc temporis e-micuit, ut superiorem uitam, quæ post casum per acta est, incessens, homo nihili uideretur. Cum e-nim probe perspexisset, quæ sit malorũ esca, di-stribuit in egentes diuitias omnes: eo facto se à noxijs curis exonerans, omnẽ occasionem, quæ

potuit insidias tendere, abscidit. Viam quæ ducit ad cœlum incedens, ad apicẽ uirtutis iamdudum penetrauit. En ille cũ esset iuuenis, excidit, & iterum surrexit. Alius quispiam post multos sudores eremiticæ conuersationis, cui duntaxat unus fuit cõuictor, cum quo uixit planè angelicã uitã, ad senectam usq; perseuerans. Is aliquãdo exuersutia diaboli uelut oscitãs ac remissior factus, accessum dedit maligno ad incitandam cõcupiscẽtiam: & lapsus est cum muliere se cõmiscẽdo, qui nunq; uidit mulierẽ ab eo tempore, quo se ad monasticã uitam cõtulit. Principio contubernalem suum orauit, ut ipsi daret carnes atq; uinum, adiectis minis, nisi impetraret, in forũ se perrecturũ: quod dixit nõ ex desiderio carnium, sed causam & prætextũ captaturus descensus in urbem. Cõmilito eius cũ uaria curiose dispexisset, formidaretq; ne renuens illum in maius flagitium cõijceret, permisit ut satisfaceret affecto animo. Postquã in eo refriguit amor sapiẽtię, deposita frõte fictionem aperuit, palamq; profitebatur sibi necesse esse, ut in ciuitatem proficiscereť. Is qui prohibebat, dum uidit se frustra niti, tandem id etiã cõcessit: at procul assectatus, abeũtem obseruauit, quõnam terrarum eo deflexu descenderet. Vidit autem intrantem lupanar, & cũ intellexisset eum commixtum fuisse cum muliere meretrice, expectauit foris: & post absurdæ concupiscentiæ saturitatem, egredientẽ obuijs manibus excepit, amplexumq; ac multum exosculatũ, nihil expostulando de commissis flagitijs, tantum est adhortatus, ut expleta iam concupiscentia, in solitudinis domicilium uelit reuerti. De tãta mansuetudine pudere cœpit, moxq; animo perculsus, compunctusq; super temere perpetratis, ad montẽ est socium persecutus: eoq; loci cõstitutus uir ille, se casa quapiam concluſit, & eius domunculæ ianua obserata alter ipsi panem & aquam quotidie præbuit: quærentibus autem de se, iussit ut responderet se somnum capere. Hæc cum dixisset, facile inuenit illum ipsum amicũ assensorem, seipsum introcluſit, perseuerauitq; illic per omnem uitã in ieiunijs, in precationibus, in lachrymis repurgãs animam à sorde peccati. Tempore autem non ita multo peracto, magna siccitas uiciniam inuasit: omnes incolæ cum frustra plorarẽt, quispiam ex eis per somnium mandatum accepit, ut abiret ad uirum illum inclusum, hortaturus eum, quò uelit orare ac dissoluere siccitatẽ. Itaq; discessit assumpto socio, & inuenerunt ueterem illius conuictorem solum: à quo dum percontantur, accipiunt, quem tum quæsitum uenerant, obijsse diem: qua in re cum sibi imponi putarent, ad preces iterum conuertuntur, iterumq; per priorem uisionem eadem superioribus didicerũt: circumsteterunt deinde hactenus uerum fateri dissimulantem, obtestatiq; sunt, ut ipsis uiri illius indiciũ faceret: namquòd mortuus non esset, quodq; adhuc uiueret, omni contentione affirmarunt. Is cum hęc audisset, ac uideret quæ ex pacto inter se arcana tenuerunt euulgata, deduxit eos ad uirum illum, & pariete demolito (quia ianuam obstruxerat) intrauerunt omnes: mox aduoluti pedibus exposito mandato suo, rogarunt, ut ferret suppetias aduersus aridítatem. Ille primũ resistere, asserens abesse se à tanta impudentia: nam ut recens factum peccatum, ita semper ante oculos conseruauit: tandem cõmemorantes omnia quæ sibi contigerãt, persuaserunt ut oraret. Vt primum autem orauit, mutata est siccitas. Quæ gesta sunt cum illo iuuene, qui pridem discipulus fuit Ioannis filij Zebedæi: deinde longo tempore ducem egit latronũ: iterum à sanctis manibus beati senis interceptus, in superiorem uirtutem è lustro, è spelunca latronum penetrauit, ipse non ignoras: nosti enim nõminus quàm ego. Sæpenumero te admirantẽ auditi referre beati uiri condescensum, & mansuetudinem & suauitatẽ illicem: quoniam prior cruentam dexteram exosculatus est, hærens in amplexu adulescentis, & ea uia reduxit ad amissam uirtutem. Beatus item Paulus sic Onesimon inutilem trãsfugam, furem illum non solum ipse amplexus est demutatũ in melius: sed etiam idoneũ putauit, quem pœnitentem honore præceptoris dignaretur. Rogo te inquit, pro filio meo, quem genui in uinculis meis, Onesimo, quondam tibi inutili, nunc uero mihi & tibi perutili, quem remisi. Tu aũt eum, hoc est, uiscera mea suscipe, quem ego cupiebã apud me retinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelij: sed absq; tua sentẽtia nihil uolui facere, ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed spõtaneum. Nam propterea forsitan secessit ad tempus, ut æternum eum reciperes, non iam ut seruum, sed supra seruum: nempe fratrem dilectum maxime mihi, quãto autem magis tibi & in carne & in domino? Si igitur me habes confortem, suscipe illum tanquam me. Ad Corinthios scribens: Ne forte, inquit, ubi uenero lugeam multos, qui ante peccauerint & non pœnituerint. Et iterum: Sicut prædixi, & prędico, & si uenero denuò, non parcam. Intelligisne quos lugeat, quibus non parcat? Non ijs qui peccauerunt, sed qui semel atq; iterum orantibus ut resipiscerent, refugerunt aures præbere. Siquidẽ quod ait, prædixi & prædico, ut præsens cum essem, iterum scribo: nihil est aliud quàm ne timor nos eximet. Etenim Paulus etsi nõ adest, ut olim, quãdo cum Corinthijs expostulauit: at Christus ipse in prędentia manet, qui tum per hunc locutus est. Vbi perdurabimus in peccatis obstinate, nõ parcet, magnum uulnus infliget, atq; hic interim permittet conscindi flagris. Anteuertamus igitur faciem eius in confessione, effundamus coram eo corda nostra. Peccasti enim, ait scriptura, ne superaddas amplius, atq; de prioribus tuis preceris. Et iterum: Iustus est sui accusator ab exordio sermonis. Ne expectemus igitur accusatorem, quin illius partes prędripiamus, eoq; officio iudicẽ nobis pacatiorem constituemus. Cæterum tu confiteris peccata, teq; tui miseret supra modum: scio equidem satis: uerum id nõ requiro solum, cupio autem, ut te res aliqua iustificet, ut primum te obsequen-

Vide Eusebij Cæsariensem hist. eccles. lib. 3 cap. 23

Eccles. 34

2. Cor. 12

Prou. 18

Eccl. 21

obsequentem præbueris. Quandiu em̃ lucrosam intermittis confessionem illam, nihil est cur te accuses: quoniam nescis in posterum de peccatis discedere. Nam nemo quicquam perficiet cum alacritate & idonea obseruantia, cui non prius persuasum fuerit, quòd ea res sibi commodo sit futura. Num is qui seminat, postquam messem nō expectat, post sementem unquam metet? Quis em̃ proposuit aliquando frustra laborare, & nō consequi ex industria fructum? Non aliter qui seminat uisiones, lachrymas, & cōfessionē extra spem alioquin utilissimā, nequit à peccatis abstinere, detētus adhuc malo incredulitatis. Sed quemadmodum agricola ille, qui desperato fructuū prouentu segetes deuastantia non arcebit: ita & ille qui seminat per lachrymas cōfessionem, nihil lucri expectans, neutiquam dimouere studebit ea quæ resipiscentiā corrumpūt. Corrumpit autem pœnitentiam, iterum ijsdem malis instituisse. Nam
Eccles.34 unus est, ait scriptura, qui extruit, & alter qui demolitur. Quid lucri accedit præter laborem? Expiatur quis à tactu mortui, & iterū attingit funus: quid emolumēti huic ex lauacro? Haud secus homo, qui ieiunat, de peccatis scilicet suis, & pergit, eademq; denuo cōmittit, quis huius preces exaudiet? Et rursum: Qui diuertit, inquit, à iustitia ad peccatum, eum dominus præparabit in gladium. Et sicut canis ad uomitum reglutiendū redit fitq; odiosus: sic imprudens, qui per propriam malitiā ad peccata reflectit. Ne igitur perinde peccatum atq; accusator traduxeris: sed tanquam qui debet iustificari per formam pœnitentię: quo pacto animam confitentis assidua cura licebit cōtinere, ne quando ad uitia relabatur. Nam uehementer se
2.Cor.12 damnare profiteriq; peccatorem, cōmune est, ut sic dixerim, etiam cum infidelibus. Multos à scena tam uiros quàm mulieres, quum turpitudinē suam perpendunt, sui miseret: at nō collimant ad uerum scopum: ideoq; istud confessionem nulla ratione nominarim: quia non est cū animæ compunctione, neq; cum amaritudine lachrymarum, neq; cum peccatorū abolitione, quòd ea sic enuntiant. Verum sunt qui eo nomine ab auditoribus gloriam nimirum elegantia & gratia sermonū aucupantur. Peccata enim non apparent eiusdē molestiæ, quando alius quispiam ingerit, & quando ipse audes. Sunt rursum qui nimia desperatione obstupescunt insensatiq; redduntur, & bonā existimationem & siniſtram opinionē iuxta ponentes, magna petulantia sua, ceu aliena mala proclamant, cæterum caue ne fueris, neq; de horū, neq; de illorum numero. Nolo enim ut proficiscaris à
Prou.18 desperatione ad confessionem, quin cum alacritate ac fiducia eruta radice desperationis, quantum uales, huic diuersum studium ostendas.
Eccl.21 At quæ tandem est radix & mater desperationis? Ignauia, inquam, imò quam quis haud inepte nominauerit non tantū radicē, sed uicissim illius quoq; & parentem, & altricem. Quemadmodum in cadauere tabes gignit uermiculos, quæ ab ijs iterū augetur: ita est propemodum hoc loci. Nam ignauia desperationem parit, ab ea mutuo & illa nutricat̃, adeoq; dum seruant inter se execrabiles uices dandi accipiendiq;, confirmantur in potentiam haud mediocrem: alteram itaq; rescindens abarcensq;, alterā quæ consequitur facili opera conficiet. Nunquam enim qui non torpescit, in desperationē proruet: neq; qui alitur spe bona, aut qui expectationem salutis non abdicat, in socordiam delabitur. Par istud pessimum dissipa, & iugum confringe, hoc est, illam uariam, illam grauem cogitationem. Quando quidem qui utrunq; malum coniunxit, non est unius formæ, sed multiplicem de se præbet speciem omnifariamq;. Quis autem talis est? Usu euenire solet, ut is qui pœnituit, corrigat plurima, maximaq; facinora: interim autem
B quia denuo peccat, nactæ correctioni non minoris pōderis peccatum opponit: quod maxime in desperationē abripit: haud segnius atq; hi ab expectatione cadunt, qui simul eadem ut ædificarunt, demoliuntur, exhausto frustra tanto labore. Necesse est, ut illa in mente habeamus, utq; expellamus tam pernicioſam cogitationē. Si quidē uirtutis modo alteram uitiorum lancem adæquante non anteuerterimus; à mole peccatorum quæ interim obrepserunt, penitus opprimemur: nihil enim tum retinebit, quo minus absorbeamur: sin actione boni præmuniti fuerimus, ea nos defendet nō aliter atq; thorax firmus, acuta noxiaq; tela summouet, quo minus, quod solēt, queāt præstare: quin his discussis, omne periculum à corpo
C re defendit. Nam qui illinc abscedit, tam bonis quàm malis operibus affluens, habebit aliquid solatij in pœna & diris illis tormentis: qui autem à factis melioribus alienus, tantumq; est peioribus stipatus, dici non potest, quàm arctissime pœnæ sempiternæ cohæreat à uita illinc abmandatus. Nam illic bellum erit malorum operū cum alijs diuersæ conditionis. Si hæc deprimūt libram, saluum reddunt non mediocriter autorem suum: & non tantum poterit damnū, quod usu malorum operum accreuit, quantum eam deorsum rapit prior ordo. Peruersa autem opera si exuperant, abducunt ad ignem gehennæ: propterea quòd non sit tantum agmen operum uirtutis, quod ualeat restitisse impulsui tam uiolēto. Sermo noster
D solus hoc non astruit, uerum conteſtantur omnia diuina eloquia: siquidem ait ille: Reddet unicuiq; Rom.2 secundum opera sua. neq; id in gehenna tantum, inuenies etiam in cœlo discrimina plurima. Man Ioan.14 siones enim multæ, inquit, sunt apud patrem meum: &, Alia est claritas solis, alia claritas lunæ. Et 1.Cor.15 quid miraculi est eū tam curiose illa esse perscrutatum, quando stellæ quoq; differentiam ad stellam asseruit? Quare rebus his omnibus perspectis, nunquā ab exercitio operum cessemus. Vbi assurgere ad ordinem solis aut lunę non datur, ne cōtempserimus astrorum cœtum, donec tantum uirtutis de nobis præbuerimus, ut liceat incolere cœlum. Si non aurum, si non pretiosus lapis habebimur, ad argenti modū pertingentes, adhuc permaneamus in fundamento. Id unum curæ sit, ne

ad eam deflectamus materiã,quam ignis cito cor A
ripit:deinde cum uidemus egregia facinora supe
rare captum nostrum,minora perfecisse nihil pu-
deat.Reijcere em̃ parua, ubi magna cõsequi non
uales,extremæ est dementię,quam omnibus mo
dis effugiamus.Quemadmodũ enim opes corpo
ris accumulant̃, quũ amatores illarũ ne minimũ
quidem lucellum negligũt:sic spirituales diuitiæ.
Num absurdũ apparet, quòd iudex quoq; frigidi
poculi mercedẽ rependit? Atqui nos stolidiores,
nisi magna benefacta possimus, minorẽ curã om
nẽ abijcimus.Minima qui non despicit,accurato
studio uel maxima perficiet:qui uero illa fastidit,
ab his interim excidet: quod ne contingat,libuit
Christo pro illis mercedem amplissimã certo pol
liceri.Quid enim facilius,& respectum agere eo- B
rum,qui laborant,de quo tamen magnũ uicissim
prẽmium tribuit? Itaq; uitam sempiternã suscipe,
oblectes te domino, & ei supplica:iterũ arripe iu
gum cõmodum, subeas leue onus, dignũ princi-
pio finem superadde.Ne despexeris diuitias tan-
tas,quæ ultro affluunt:quas semel uniuersas amit
tes, ubi perseueraueris exasperãdo deum per ea,
quæ nũc facis. Vbi aũt obstruxeris canales,ante-
quam multũ damni datũ, aut antequã alluuium
aquarum exculta arua corruperit, recuperare po
teris ab initio cuncta quæ perierant, adiecto etiã
illis nõ exiguo fœnore. Quæ quidẽ cum ritè per-
penderis, excutias obsecro lutũ & sordes:à terra,
ubi iaces, resurgas, & formidabilis eris aduersa-
rio, qui te ceu nunquam resurrecturum prostra- C
uit: postquã uiderit manus te mouentem contrà,
inexpectato uulnere p̃cussus,segnior erit ad insi-
dias denuo ponendas: ipse autem tutior factus,
non amplius accipies tam acerbam plagam.Si a-
liorum calamitates idoneæ sunt,ut nos erudiant:
quanto potentius quas ipsi exhausimus erudiẽt?
Videor mihi propediem uisurus istud in tuo capi
te, & iterum ex libramine diuino te clariorẽ,pul-
chriorémue euasurum,tantamq; p̃stanturum uir
tutẽ, ut alijs illic anteferri queas, modo ne despe-
res, neq; recidas. Hæc enim ad iudicium proficiunt, sic mihi quidem usus est. Postquam aliquid uel per alios intelligo, non cesso quod mihi con-
ducat eligere: qua in re si probè auscultas,nihil e-
rit loci reliquis medicamentis. D

AD THEODORVM MONACHVM, Epistola sexta.

Si fletus posset & gemitus per literas nuntiari, redundantia lachrymis atque suspirijs profecto ad te scripta mississem. Equidem fleo, non quòd paternarum rerum solicitudinẽ geras, sed q̃ ex fraterno te deleueris numero, q̃ negligẽdo calcaueris, q̃quid antè de pectore Christo spoponderas,ad hæc inhorresco,his angor & crucior, p̃pter ista formido, non immerito:ut em̃ non obijcitur desertio militiæ non militãti: ita is qui semel esse cœperit miles, cum deseruisse detegitur, pœna dignus ultima iudicat̃.Nõ est graue Theodore charissime cadere luctantem, sed iace re deiectum:non est pernicioſum in prẽlio uulne rari,sed post uulnus acceptum desperatione curã di medelam ulceri denegare.Nullus se demergit, naue fluctibus semel mersa,ac post totũ onus per ditum desijt nauigare: sed rursus ad maria nudus quoq; festinat, rursus immensa peruolat freta, & iterato feliciuscursu,casus prioris dãna cõpensat. Sępe etiã athletas uidemus,post frequẽtes lapsus & deiectiones plurimas coronatos:militem quo que scimus post fugas multas uirũ fortem fuisse, & uicisse uictores.Multi etiã qui negauerant pri-
us Christum propter crudelitatem necessitatẽq; pœnarum,simile rursus certamẽ aggressi glorio-
se coronam martyrij receperunt. Quòd si unus-
quisq; eorum quos dinumerauimus propter ad-
uersa principia desperãdo cessisset, nunquam ad sequentium uoluntatem, ac fructum bonorũ per uenire potuisset:similis profecto res est frater cha rissime: ideoq; considera ne quia paulisper com-
munis inimicus, te ubi bene steteras,loco mouit: idcirco & ipse te totum ad præceps, quod uidẽ, impellas.Persiste,imò magnanimus esto,et unde extuleras pedem reuoca,neue ignominiæ uel op probrij genus credas exiguam hãc paruí tempo-
ris plagam. Neq; enim reprehenditur miles,cum de prælio reuertitur uulneratus, sed reprehensi-
bile magis,ac semper turpe est arma deponere,& seruitutis iugum subire captiuum. Quamdiu aũt quis in conflictibus perseuerat,siue pro tempore cadat ille siue fugiat, nullus usqueadeo ingratus ac durus, & bellicæ disciplinæ expers erit, qui ui tuperet denuo dimicantẽ. Nõ pugnantẽ quippe est non uulnerari. Quicunq; autem iracũdia per-
tinaci in hostes feruntur, aut cadere nonnunquã uidentur aut uincere.Quod quidẽ tibi nunc pro-
uenisse non miror, qui dum subito serpentem oc cisurus insequeris, minime morsum tetri dentis euadis. Verum si constantior redeas,& sobrio ut conuenit paululum corde confidas: non solum & ipsa uestigia impressi ulceris repentè delebis, sed diuinitatis auxilio, etiã caput scelerati anguis extingues. Neq; illud te forte terreat, quòd tam subitò, & in exordijs suis refrenatus tibi cursus uidetur, & impedita principia. Vidit sine dubio, & uelociter uidit oculus hostilis, nõ modicarum in sensibus tuis signa uirtutum, & inuictũ debellatorem suis rebus increscere longe ante præsen-
sit. Qui enim cõtra ipsum subito moliri tot & tan ta cœpisset,eum nisi inimicitijs occuparet, expu-
gnandũ à se postea difficilius æstimauit. Ob qd̃ solicitius uigilantiusq; festinans, aduersum te to-
tus exiliuit, imò aduersum se magis: si tamen ita ipse perstiteris,ut cœperas repugnare.Quis enim non in te iure miratus sit, post repentinam illam mutationem, & rapidũ ad meliora transcursum, cœlestis iam uere animæ probos mores? Epula-
rum quidem tibi oblectatio omnis & luxus con-
temptui erat.Despiciebatur suppellex uaria, atq; pretiosa:omnis inanium rerum iactura ignoraba tur.Totum illud externæ atq; peregrinæ philoso-

phiæ

phię ſtudium. Nõ diuerſis lectionibus ſuffi ciebat dies, non perpetuæ orationi noctes: excíderat paternæ ſenſibus tuis memoría dignitatis, díuitias obliuio profunda poſſederat. Fraterna autem genua cõplecti, et ſanctorũ pedibus aduoluí, omni nobilitate ſublimius iudicabas. Iſta dæmonẽ perculerant, iſta illum ad certamen armarunt. Propter hæc factum eſt, ut íntorqueret quidem tela uiolentius, ſed tamen certius non feriret. Et quidem ſi poſt multorum hoc tibí temporum ſpatia, poſt diuturna ieiunía, poſt terrenorum duritiam lectulorum, poſt alíos labores cœleſtis philoſophiæ cõtigiſſet, ne ſic quidem deſperandum putarem: quamuís uideretur non parua priorum iactura meritorum, licet maximum damnum plures putarent poſt tot tantoſq; ſudores, tot luctas, tot perícula, tot palmas, ſubito iacere uictũ. Verum quía ís nunc te ín procínctu certamínis, cum quo eras certaturus, eliſit, hoc tantum proficit, ut fortiorem te ſentíat reſurgentẽ. Modo enim tibí ê portu ſoluentí magis, quàm de cõmercíjs reuertentí, ac repleta díuitíjs repertis nauígia reportanti occurrit íncaſſum pírata uiolẽtus: ut ſi quíſpiam prouocatũ leonẽ conetur occídere, ſoloq; tantum rugientís tranſitu feri pelli ſe agnoſcat, non ſolum íllum profecto non læſit, ſed cautiorem, ſæuioremq; in ſuí magis perníciem prouocauit. Lubrícum genus eſt natura mortalís, cíto quídem labítur, ſed nõ ſero reparatur. Et ut facile cadit, ita & uelociter ſurget. Beatus quoq; ille Dauid, uír electus ín ordíne regum, electus ín numero prophetarum: poſteaquam in plurímis deo dígnus apparuit, homínem ſe eſſe monſtrauit, & in amore quodam alienæ mulíeris exarſit. Nec hoc ſolo contentus fuit, ſed adulterium ex cupiditate commíſit, & homícídium propter adulteríũ perpetrauit. Sed non ídeo, quoníam duplex uulnus acceperat, etíam tertío ſeípſe percuſſit: uerũ mox ad medícũ cõuolauit, & díuerſa medicamína plagís feſtínus appoſuit, ieiunía, lachrymas, luctus, preces, et índefeſſam peccatorum confeſſionem, ac ſic per íſta placato ueníam à deo meruit, & ad priorem dignitatẽ redíjt, uſqueadeo, ut poſt adulterij & homícídij crímen, ímpietatem ac ſcelus filij paterna memoría potuerit obumbrare. Fílius enim eíus cuí Salomon uocabulum erat, íjſdem quibus pater uítíjs inuolutus, ob mulíerum gratiam à paterno recedere auſus eſt deo. Hínc aduerte quàm leue ſit nõ uíncere uoluptatem cupíditatís: ſed peruertere ordínem naturæ, & uírum genítum ſubíacere ſeruítío fœmínarum. Hunc ípſum ergo Salomonẽ, quí omní penítus ſpoliarí ímperio dígníſſimus erat, paternorum contemplatíone meritorum ſextam regní dóminus portionẽ habere permíſit. Et ſane ſecure, ſi tíbí eſſet eloquentía ſecularís, & repente in exercendís negligentior ſtudíjs, fori uoces, ac tribunalium palmas, & coronas íllas atq; uíctorías deſeruíſſes: reuocarem profecto ſenſíbus tuis memoríam præteritorum, & peterẽ ne tíbí perire patereris tot ac tantos ínter íllа iudícia deſudatos labores. Verũ quía omnis nobis ſolícitudo eſt cœleſtíũ rerum, ne terreſtríbus prorſus cogitatiónibus præpedía mur: aliud magís contemplare, quæſo, iudícium, aliud proſpíce, quod ſine fine reuerendũ eſt atq; íntremíſcendum tríbunal. Omnes enim nos, ínquit, neceſſe eſt manifeſtarí ante tríbunal Chriſti. Ille tunc iudex ſedebit, quí nunc à te repudiatur. Quid tunc ergo dícemus? quo colore excuſatiónis utemur, ſi in eodem crímine permanebímus? Interrogo, quid loquímur? Negotiorũ forte, atq; cauſarum uarías ſolícitudínes prætendímus. Sed ante nos commonens, ípſe prędíxit: Quid prodérit homíní, ſi totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ damnum patiatur? Sed ſeductos nos à quocunq; cauſabímur. Sed nõ potuit Adam uxoris íllecebras excuſare, dícẽs: Mulier quam dedíſtí míhí ſocíam, ípſa me ſeduxit. Nec rurſum uxorem ſerpentís culpa defendit. Magní horrendíq; timoris plenum illud Theodore iudícium eſt: nõ accuſatore eget, neq; teſtes requírit. Omnia enim nuda atq; detecta ſunt oculís iudicantís: nec factorum tantummodo, uerumetiam cogitationũ noſtrarum reí neceſſário ſubíacemus. Scrutator enim atq; díſcretor eſt cogitatiónis & cordís ílle qui iudícat. Sed forſítan naturalí infirmitate tentabimus crímen obtegere, nec potuíſſe nos ſuſceptum iugum ferre dicemus. Et qualís hæc excuſatio erit, iugũ nos placídum non uoluiſſe ſufferre, onus nõ potuíſſe portare, quod ipſe uocauerit leue? ímò graue, & oneroſum pondus putare, quietum laborem, ad quem nos Chriſtus ínuitat, dícens: Venite ad me omnes quí laboratís & onerati eſtís, et ego uos requieſcere faciam. Et rurſus: Tollíte iugum meum, quía ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Quid enim leuius eſſe dices ac melíus, quàm ſolícitudíne ſeculari, & laborib. & metu exuí, & ab íſtíus mundi fluctíbus ſegregarí & poſſídere placídi trãquíllíq; portus ſecuritatem? Age perſpíciamus quíd ín hoc ſeculo nobís beatum, quid optabile eſſe uídeatur. Sine dubío dignitatem, & opes dices, & ambitionis humanæ felicítatem. Sed quid his míſerabílius erit, ſi ea líbertatí Chriſtíanorũ uoluerís comparare? Illum prímatem beatũ æſtímas. Iudex populari íracundíæ ſubíacet, multitudínisq; uulgarís írrationabílem ímpetum tremít: maíorum autem poteſtatũ autoritatem ueretur, & perpetua pro his quos regit, ſolícitudíne frãgitur: et quí paulo ante iudex erat, fit repentè príuatus. Non eſt profecto theatralíbus ſcenís præſens uíta díſſímilís. Nam ut íllíc ílle Imperatoris, hic iudícis, alter & mílitis ímplet officiũ: ubí aũt cõſecuta nox fuerit, nec imperator agnoſcit imperator, nec iudex quí fuerit iudex uidetur, nec míles poſtea quí príus míles: ita unuſquiſq; noſtrũ ín íllíus ſeculí die, nõ perſonís, ſed rebus atq; actíbus competentẽ accípiet dignitatem. Hæc ergo gloría iudícanda eſt, quæ ſic ab homíne defluit, ut cadere díuínus ſermo florem díxit à fœno? Sed díuítíarũ pompa laudanda eſt, quam quí poſſident, míſerabíles iudícantur. Væ enim ínquit, díuítíbus. Et alíbí: Væ his, quí confi-

Rom.14

Matt.16

Gen.3

Matt.11

Luc.6

Pſal.48

dunt

dunt in uirtute ppria, & qui in ubertate diuitiarũ suarũ gloriant. Christianus aũt nec priuatus ex iudice, nec pauper ex diuite, nec ex glorioso esse inglorioſus potest, sed opibus semper ex ubertate fit egendo locupletior: at tunc maxime supra oẽs esse incipit, cum inferiorem se omnibus facit, & ex dignitate illa, per quam regit nõ homines, sed mundi istius potestates, ipsumq; secularium tenebrarũ obtinet principem. Humilitas quippe non illa tantum laudatur, quæ de conscientia peccatorum uenit, sed illa, quæ ex uirtute descendit, deo chara est. Et quia in ea requiescit deus, ideo omnibus dominatur, & nullus eum de hac dominatione detrudere potest. Bonum quidem nuptias & Heb.13 ipse confiteor. Honorabiles, inquit, nuptiæ, & cubile immaculatum. Fornicatores autem & adulteros iudicat deus. Sed te iam seruare non conuenit priuilegia nuptiarum: Angelorum enim societati semel iunctum, illam relinquere, & uxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere est: quamuis frequẽter hoc ipsum nuptias uoces, ego tamen & adulterio illud tãto peius affirmo, quanto maior ac melior mortalibus angelus. Neq; ullus tibi forte persuaserit, dicens: Nihil de non accipienda uxore dominus præcepit. Nec me ignorare confiteor, quòd adulterium interdixit, non nuptias uetuit: uerum in te adulterij nomen accipiet, si uolueris unquã, quod absit, nuptias cogitare. Et quid mirum, si nuptiæ tales, quibus offenditur deus, adulterio comparantur? Maius longe audies: Homicida iustorum laude donatur, & miſericors plus quàm homicida punitur: quoniam hoc uetante fit domino, illud uolente. Et Phinees quidem ad iustitiam reputatum est, quòd impudicum cum turpi fœmina uirũ uno gladio percussisset. Saulem autem Samuel sanctus dei in luctibus, lachrymis, precibusq; pernoctans, damnatione, cui illum addixerat deus, liberare non potuit; quoniam hostium duci, quem debuerat trucidare, inuito parcendũ credidit deo. Cum hæc ita sint, stupere desiste, si nuptię peiores adulterio iudicantur, quoties Christus offenditur. Atq; ut illud repetam, quod in principio posui epistolæ, si militiæ uincula non tenerent, quis tibi desertionis crimen obijceret? Nunc autem nihil in te penitus tui iuris est, quippe qui tãto imperatori militare cœpisti. Nam si mulier proprij corporis nõ habet potestatẽ, sed uir: multo magis hi, qui Christo potius quàm sibi uiuunt, conditionem corporis sui habere nõ possunt. Iste qui nũc Theodore contemnitur, ipse tunc sine dubio iudicabit. Hoc præcipue cogitemus, prospiciamus illum igneũ fluuium, qui ante conspectum ipsius pręcedet: & quòd qui illis semel traditus fuerit flammis, sperare non poterit requiem, finemq; pœnarum. In hoc quippe seculo aut quæritur uita, aut amittit. Huius enim uitæ diuitiæ, & illicitæ uoluptates, somno similes umbrisq; transcurrunt, in quibus antequam peccato terminus detur, delectatio cupiditatis extinguitur: illa uero supplicia, quæ homines propter ista suscipiunt, non carent fine tormẽti: & quod hic oblectare creditur, temporale est: quicquid autem illic cruciat & consumit, æternum est. Quid in hoc mundo stabile, quid perenne est? Credo diuitię, quę usq; ad uespertinas quidem horas plerunq; manserunt? Sed fortasse gloria secularis? Audi ergo cuiusdã uenerabilis uiri uocem: Tempus, inquit, uitæ meæ leuius cursoribus fuit. Vt enim illi priusquam bene stent, exiliunt: ita & hęc euolat antequã ueniat. Nec ignoro quòd inferiorem te fecerit contra inimici conflictum cessatio dimicandi: scio quòd in medio ueris incendio secularium uoluptatum. Sed si aduersario dictum uelis, Nõ seruiemus oblectationibus tuis, nec radicem adoramus omniũ malorum: si sustuleris ad cœlũ oculos, mox caliginem dominus tetri ignis excutiet: & eos quidem, qui te ad incendium impulerunt, cõcremabit: te autẽ in medio fornacis constitutum respergeret rore nebularum, & sibilantis auræ spiritu æstuantia tibi corda mulcebit, ita ut nec ad cogitationes, nec ad conscientiam tuam uis ignis accedat: tantum ne requiescere segnior uelis, & spõte uincaris. Nam & munitissimas ciuitatum, cum sæpe omnia obsidentium tela uicissent, omnium expugnationũ genera uitassent, unius tantũ uel alterius ciuium interius cõmanentium occulta proditio sine ullo repente certamine capi fecit. Et nũc caue, ne qua in sensibus tuis cogitatio ꝓditionis tibi machinã moliatur innumeris artibus: licet longi temporis expugnatione murorũ utatur inimicus, incassum cuncta tentabit. Multos nanq; ac magnos habes diuini muneris gratia uiros, qui nobiscũ dolent, qui te palæstri oleo spirituali sæpe perfundũt, qui pro animæ tuæ diebus ac noctibus salute formidant. Habes sanctũ Valerium, ac deo dignũ: Florentium quoq; per omnia eidem morum ornamento germanum: Habes Porphyrium philosophiam Christi philosophantem: aliosq; præterea plures numero, & pares uita. Omnes hi indefessa casum fraternum lamentatione deplorãt. Etiam sine dubio iugi prece meruissent assequi dudum q̃d precabant, si paulisper hostiũ temet ipsum laqueis eruere tentasses. Quomodo ergo non incõgruum, & reprehensione dignum uidetur, si cum alij ne nunc quidẽ de tua salute desperent, sed cõtinuis orationib. recepturos se proprij corporis fratrem esse confidant, nolis ipse cõsurgere semel lapsus, sed iacere persistas, atq; ipsum quodãmodo hostẽ increpes, dicens: Occide, ne parcas. Nũquid qui cadit, non resurget? in libris cœlestibus Hier.8 legimus dictũ. Verum contradicis ipse his sermonibus, & repugnas. Nã desperare semel lapsum, nihil aliud est dicere, quàm hoc, qui semel cecidit, non resurgat. Ne quæso, ne usqueadeo in expugnatione tui, ac læsione permaneas, néue tantum ignominiæ oĩbus nobis offundas dolorẽ. Et quidem non nunc solum loquor, quando annum uicesimũ necdum agis, sed etiamsi omni te æuo Christo uixisse meminisses, postmodũ aũt in ultimo senectutis curriculo ęquè ut nunc lapsum uiderem, ne tunc quidem huiusmodi in te desperationem

rationem probarem. Sed erige, obsecro, mentem euãgelici latronis exemplo iustificati in cruce, & in ipsa morte saluati. Ante oculos collocabo eos etiã, qui undecima quidẽ hora aggressi sunt opꝰ, sed ad totius mercedem diei peruenire meruerũt. Vt igitur satis durũ uidet, ac barbarũ his, qui deuoluti fuerint ad profundũ imi gurgitis cœnum, si tamen casus prioris crimina emendẽt, salutare correctis remediũ denegare: ita rursus haud tutũ est hac spe hominẽ ad uitia nutriri, ut dicat, Emẽdatio post ista succurrit, nũc interim uoluptatib. uitæ istius fruar, postea autem per exigui temporis castitatem mercedes transactorum quoq; adipiscar annorum. Memini nanq; sæpe dixisse his, qui in studijs tibi secularibus posito tam pernicio sa suadebant, Etiamsi in isto, aiebas, breuis tẽporis spacio, bonum terminum uitæ minime fuero consecutus: quemadmodum ad illũ ibi, qui dixit: Nolo differas cõuerti ad deum, neq; diem ex die protrahas: nescis enim quid pariat superuentura dies: huius animi, huiusq; consilij recipe ac recordare obsecrationẽ, & constringe uinculis furem. Hoc em̃ nomine excessum de hoc seculo nostrũ Christus appellat, quòd ignorantibus ueniat, & nescientibus nobis repentinus assistat. Cõsidera uniuersas mũdi istius curas, uel quæ singulis quibusq; sunt propriæ, uel quæ multis solent esse cõmunes, metũ intolerabilis iudicij, & extrema nõnunquã pericula, quę ad inuidiam ciuiũ pleruncq; nascunt̃, miserabiles illos labores, & seruile adulationis ingenium: imò & seruos quosq;, qui honestiores paululum uidentur indignos terrenorũ operum, ac breues fructus, quorum infelici cupiditate deficiunt. Multi etiam uoluptate ob quam tot labores impenderãt caruerũt, & priori omni æuo in solicitudinibus periculisq; cõsumpto, tũc cum recepisse se immensi sudoris putauere mercedem, subita morta præuẽti, nihil secũ ex his, quibus nec hic quidẽ uti potuerant, abstulerunt: nec immerito. Nam si huius telluris imperatorem uix aliquem post multa discrimina, post frequẽtium trophæa bellorum cum autoritate promerita uidere cõtingit: quemadmodum cœlestem omniũ regem poterit intueri ille, qui per totum suæ tempus ætatis alij uixerit, & alij militarit? Agè ut & de domestica, quæ in uxore, filijs, seruulisq; sunt solicitudine dicã, durũ esse filios nõ habere monstrabo, quorũ alterum frustra nuptijs illigari est, alterum amarissimæ succumbere seruituti. Ægritudo tentabit paruulũ, formido præcipuè immaturæ mortis disrũpet, orbitate nõ ferenda, crescẽtibus deinceps annorũ gradibus curã quoq; adipiscar animorũ, ac semper pro ipsis, aut timorem parens sustinet, aut dolorem. Graue æquè est, si se magis pauperem quis agnoscat uxore: graue etiã si ditior sit illa, quæ nubit: uno em̃ facultates mariti imminuunt̃, alio libertas & autoritas derogat̃. Quis præterea illas enumerare molestias possit, quæ à dominis ingerunt̃ seruis? Hæc ergo Theodore charissime uita dicẽda est, unã discerpi ac diuidi animã in tam uarias rerũ ac personarũ necessitates, tot hominib. seruire, tot uiuere, sibi autem soli tẽpus omne uiuẽdi penitus denegare? Nihil horum apud nos dilectissime, quod & te teste cõfirmo, inueniri potest. Illo em̃ ipso perbreui tempore, quãdo paulisper demersum fluctibus caput expedire tentasti, memor es quæ dulcedo, quod gaudiũ in tua mente se diffuderat. Nõ est ꝓfecto, non est omnibus curis solutus ac liber, nisi solus ille, qui Christo uiuit ac seruit. Ille semper uniuersis quæcunq; sunt malis superior inuenitur: tantũ ut seipso aduersum se uti nolit inimico. Alius ei obesse nihil poterit, nullius unquã regis captiua colla iugo submittit, non facultatum damnis solicitatur: quippe qui dicit, quòd nihil intulimus in hunc mundum, neq; hinc quicquã auferre poterimus: non gloriæ aut bonorũ cupiditate superat̃. Scit enim quòd nobis dignitas nostra seruatur in cœlo, nõ conuitijs, non plagis ad iracundiã commouetur: unum tantummodo Christianus iudicat malũ, solumq; formidat, domini cœlestis offensam. Nam illa alia, hoc est imminutionem pecuniarum, amissionẽ patriæ, periculũ uitæ, quorum omnes etiam memoriã perhorrescunt, pernicioſa prorsus esse non credit. Hinc aũt aliquando migrare, & ad superna transire fore dulcius, sub ipsa uitæ istius luce confidit, ut si quispiam rupis excelsæ uerticem tenens, pelagus omne prospiciat, multosq; inde nauigantiũ crebris fluctib. freti, unda submergi, alios in prerupti montis saxo collidi, nonnullos ad alia littora cõtendendo properare, & subitò ui tẽpestatis, ut uinctos ad alia deduci, plures sorbente unda sæuientis profundi ima penetrare, aliquos tabulæ unius auxilio ex fragmentis nauis inuentæ à morte defendi, aliquãdo ꝓ gubernaculo, atq; remigijs manib. tantummodo suis uti: alios aũt uideat inter turbidos fluctus multiformi atq; multiplici genere cadauera ferri: Ita est ergo ille, qui militat Christo, cũ se à tẽpestatibus atq; turbinib. uitæ istius separat, consistit in arduo semper, ac tuto securus loco. Quid enim celsius potest esse, quid tutius, q̃ unam tantum nos solicitudinẽ gerere, quemadmodũ deo placere possim9? Vidisti certe Theodore naufragia huiusmodi, pelagus undasq; declina, & excelsum illum huiusmodi pelago quere nauigantem: quamobrẽ obtestor ac deprecor, fuge maria, undasq; declina, & excelsum illum, atq; à periculo captiuitatis immunem occupa locũ. Resurrectionem Theodore nõ ambigis fore, & illud cœleste iudicium, quod nos post finem uitæ huius expectat. Omnes, inquit beatus apostolus, nos adstare oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Non incassum gehenna cum pœnis denuntiatur, nec frustra tot ac tantorum bonorũ præmia præparantur. Vmbra autẽ quædã ipsisq; umbris inanior nequiorq; est conuersatio seculari, plena periculorum, plena tormentorũ, extremo cuidã seruitio subiugata. Ne quæso & præsentis temporis bono frauderis, & futuri. Licet autem utrunq; lucrari, si uelis facere. Clamat beatus

Ioannes

Eccles.5

Iob 9

Hier.3

Rom.14

1.Ioan.2 Ioannes: Qui in Christo credit, debet sicut & ille
1.Cor.6 ambulauit, & ipse ambulare. Et alibi: Fugite for-
Ibid.7 nicationem: & iterum, Tempus breue est: &, Bo
num est, inquit, homini mulierem non tangere,
quasi & in tactu solo periculum sit: & iterũ, Volo
autem omnes homines esse, ut meipsum. Beatus
qui Pauli similis fuerit, felix qui audit apostolum
præcipientem, non ignoscentem. Liberi nos arbi
trij esse natura permisit, ut quod uolumus, hoc fa
ciamus. Eligamus igitur bonũ, potius quia boni
dei creatura sumus, ne nos diaboli opprimãt ma-
la. Nam qui in Christo uiuunt, etiam istius mundi
commoda consequuntur, dicente apostolo: Vos
1.Cor.3 inquit, templũ dei estis, & spiritus dei habitat in
uobis. Et quem cœlum & terra non capit, famuli
dei pectus capit. Vides ergo Theodore, quòd in
hac uita etiam melior ac maior ostenditur ille qui
deum, quàm ille qui cõiugis curam gerit. Nullus
quippe hinc ad illam transgressis pœnitentiæ lo-
cus est. Neq; enim aliquis athletarũ posteaquàm
egressus stadio fuerit, spectaculis ex more finitis
luctamen aggredi potest. Hoc si cogitare semper
uelis, terribilem illum, atq; uiolentum maligni dę
monis gladium, frangendo cõminues, quo inter
ficere plurimos solet, per quem deiectio spem re
surrectionis abscindit. Graue istud ac durum est
armorũ ipsius genus, & alia semel captũ arte non
retinet, sed huiusmodi uinculis illigatos constrin
gere solet, quos potuerit subiugare. Quos tamen
nexus cito, si uolueris, dei nutu dissoluendo rum
pemus. Scio quidẽ me epistolæ excessisse men
suram, sed ignosce quòd longius paulò non spõ-
te processi, sed tristitiæ acerbitate compulsus, &
charitatis affectu: ꝓpter quam & ipse mihi, ut no
sti, imposui istam scribendi necessitatem, uetan-
tibus multis atq; dicentibus: Omitte, quid incas-
sum laboras, & supra petram, ut aiunt, seris? Sed
cum multi mihi ista suaderent, nulli aquiescendũ
putabam. Spero enim, ut mecũ ipse cõfero, Chri-
sti dei nostri clemẽtia faciente, literas aliquid pro
futuras: sin autem id quod abhorret ex uotis fue-
rit consecutũ, nos tamen nõ mediocriter consola
bimur, si silentij crimen uitare potuerimus, neq;
his, quibus mos est peragrare totum nauibus fre-
tum, peiores esse credemur. Qui quoties uiderint
eiusdem artificis disciplina nauem fluctibus mer
sam, aut uentorũ impetu dissolutã, incumbentes
alicuius tabulæ pelago sæuiente deferri, uela de-
ponunt, & ancoras iaciunt, & minoris nauiculæ
remigijs occupãtes homines, alias fortassis igno
tos, sed ex præsentis periculi conditione noscen-
dos, omnibus modis seruare festinant. Verum si
illi forte respuerint salutis auxilium, nullus his
credo poterit imputare eorundem perditionem,
quasi noluissent seruare perituros. Hæc à nobis
transmissa perspicies. Speramus autem quòd eti-
am à te inuicem nobis uotiua referent, & quòd
iterato te sancto atq; felici saluatoris discipulorũ
choro uidebimus aggregatũ, incolumemq; te sa-
nitate, quæ uera est, citius recipiemus, oratioui-
bus sanctorum. O mihi amicũ caput, si qua etiam
nũc in sensibus tuis memoria nostri est, neq; ab ar
cano pectoris tui expulisti, dignare scribere. Nõ
enim ambigis ex literis tuis maximum nobis gau
dium esse uenturum, Amen.

Ad Eutropium quæ hoc loco legebatur, non est Epistola: sed oratio in Eutropiũ, quærẽda circa huius tomi finem.

EPISTOLA D. IOAN. CHRYSOSTOMI ad Olympiam fœminam cum primis illustrem.

E Tcorpora, quæ cum ualidis luctata sunt febribus, & maria quæ cum uẽtis ferocibus certarũt: non repente, neq; illa aduersitatem deposuerunt, quam susceperе de febribus, nec ista motus, quos habuere de fluctibus: sed sensim pau latimq;. Nam & corpora plurimo tempore indigent, cum febrire cessauerint, ad diluendũ omne imbecillitatis, quod ex semet remanserat, tædiũ. Aquæ quoq; ubi etiam aduersi spiritus flare desie rint, diutius fluctuant ac mouentur, & durãt huc illucq; iactitatæ, & plurimo impetu circumactæ opus habent ipsæ etiam tempore ad redeundum in tranquillitatem serenam. Hæc autẽ prooemia sum præloquutus tuæ non temere ueneratioñi, sed ut addiscas, quòd & istam tibi necessario epi-
stolam mittimus. Etsi omnem mœroris dissoluimus tyrannidem, & omnem arcem eius effodimus per litteras precedentes: tamen multã habet instans sermo necessitatem, profundam etiã operandi pacem, ut memoriam omnium delens, quę ueniunt ex mœrore turbarũ, tranquillitatem tibi candidam monstret & firmam: & in plurima te se curitate constituat. Id enim nobis studij est, non ut solũ te à mœrore liberemus, sed & repleamus iucunditate quamplurima atq; perpetua. Possibile enim erit, si uoles. Neq; enim in immutabilibus naturæ legibus, quas cõmutare uel transponere non ualemus, sed in arbitrij sensibus liberis quos tractabiles habemus, status ipse ciuitatis est positus, ut & nosti, & ante forte meministi. Neq; eñ multũ tẽporis intercessit plurimos me ac prolixos super hoc consumpsisse sermones, cum frequenter historias recensserem, quas in mediũ deducebam. Non enim ita in natura negotiorum, sicut in hominum mente assolet stare felicitas: Igitur quoniam ad hunc se habet modum rerũ præsentium conditio, ut & multi diuitijs affluentes, uitam istam arbitrati sint non uiuendam: alij contra in extrema paupertate degentes, lætiores omnes perdurarunt. Et illi quidem dum uterentur officijs, gloriaq; uel honoribus fruerentur, uitæ maledixerunt suæ: hi uero ignobiles, & ex ignobilibus, & nulli penit9 noti, beatiores plurimis se crediderunt. Neq; enim ut in natura causarum, sic in animis hominum, ea quæ eueniunt, à prosperitate consistunt. Neq; sanè cessabo frequenter istud recantans. Ne ergo recedas: sed erige te, & sermoni dextram porrige. Et hoc nobis adiutorijũ præsta, ut plenius te ab istarum cogitationum amarissima captiuitate rapiamus. Si eñ nolueris ipsa quoq; tantum, quantum nos studium commendare:

Amos

dare: nihil uobis proderit ista medicina. Et quid A
mirum est, si nobis ista contingunt? Etenim om-
nipotens deus, cum exhortatus fuerit & consola
tus quemlibet: ille uero qui audit, non obediat di
ctis: ne tum quidem aliqua ex parte proficiet: sed
& maioris hinc pœnæ occasio ei, q̃ noluerit obe-
dire, nascetur. Et hoc significans Christus dice-
Ioan.15 bat: Si non uenissem, & locutus eis non fuissem:
peccatum non haberent. Modo uero excusatio-
Matt.23 nem non habent de peccato. Et præterea, Hieru-
salem qui occidis prophetas, & lapidas eos qui
ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios
tuos, quemadmodum gallina congregat pullos
sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus ue-
stra deserta. Hoc igitur sciens labora & da operã,
atq; contende habens subsidiũ eorum quæ dicta B
sunt, expellendi & eiiciendi cũ multa uirtute tur-
bantes te cogitationes, tumultũ & tempestatem
maximam concitantes. Sed quòd istud operabe-
ris, & hãc nostram admittes exhortationem, om
nino non dubito. Oportet autem te tibi præpara
re gladios & hastilia, & arcus & sagittas, & clype
um & tibialia: ut his quidem muniaris, illis uero
adoriaris atq; configas, & tanquam mortuas ex-
ponas superueniẽtes tibi tumultuosas cogitatio-
nes. Vnde itaq; machinamenta & funditores cõ-
paremus: quatenus ne iuxta quidem hostes per-
mittantur accedere, sed admodum procul mœ-
ror cum plurima excellentia propellatur. Pauca
quędam de ea philosophemur atq; monstremus,
quam grauis hæc res sit & molesta. Nam tristitia C
animarum crudele tormẽtum est, dolor quidam
inexplicabilis: & iudicium omni iudicio uindi-
ctaq; deterius. Nam & uermi est similis uenena-
to: non solummodo carnem, sed & animã ipsam
perimens: & tinea non solum ad ossa, sed ad cor-
da pertingens: & perpetuus quidã carnifex non
animam dilanians, sed uires animæ consumens:
& iugis nox, ac tenebræ profundæ, & tempestas,
& turbo, febris non apparens omni igni ualidius
incendens, & pugna requiem non habens, & lan
guor plurimos obscurãs uidentum. Nam & Sol,
& huius perspicui aeris natura impedimento ui-
detur esse taliter affectis: & in ipso meridie pro-
fundissimã noctem uidet imitari. Vnde & admi-
Amos 8 rabilis Propheta, dũ significaret ista, dicebat: Oc- D
cidit illis Sol meridie, non tanquam sydere dissi-
pato, neq; tanquam si huius cursus esset incisus:
sed quòd in mœroribus anima constituta etiam
diei lucem noctem putaret. Non enim noctis te-
nebræ tales sunt, qualis nox mœroris existit, non
quidem ueniens ex lege naturæ, sed ex cogitatio
num obscuritate collecta: formidabilis quædam
& intoleranda subsistens, crucem circumferens,
faciemq; omni tyranno crudeliorẽ præ se ferens:
nulli facile obtemperans eorum, qui eam disso-
luere moliuntur, sed adamante fortius tenet fre-
quenter animam captiuatam: si quando hæc plu-
rima philosophia usa non fuerit. Quid istud opus
est recensere, tanquam de proprio proferentem?
Est in manibus in eos qui superati sunt, iam ue-

nire, & inde eos ipsius uires addiscere. Magis au-
tem si uidetur, prius interim probationem eius a-
liunde faciam. Quando enim Adã peccauit illud
graue peccatum, & omne genus hominum in cõ
mune damnauit, de mœrore pœnas luebat: illa
uero quæ amplius deliquerat, ideo quoq; grauio
re tristitia mœrebat: adeò ut huius peccatũ dũ cũ
uiri comparat errore, nõ putetur illud esse pecca
tum. Adam enim non est seductus: mulier autem
seducta in præuaricatione fuit. In præuaricatio- 1.Tim. 2
ne igitur ista seducta fuit, dum tale sibi ac uiro po
culum temperasset: ideoq; hoc genere uindictæ
punitur quasi quæ possit dolorem sufferre mœro
ris. Multiplicans enim, inquit, multiplicabo mœ Gen.3
rores tuos, & gemitũ tuum. In tristitia filios gene-
rabis. Nusquam dolor, nusquã labor & sudor, sed
mœror & gemitus. Et illa, quæ ex his uindicta de
scẽdit, doloribus & infinitis mortibus est coęqua
lis, imo etiã multo deterior. Nónne caput huma-
norum malorum formidabile, & non ferendũ, &
mille uidetur luctibus dignũ? Nónne iniquitatis
extremæ hanc esse Paulus dixit ultimã pœnam?
Nam indigne mysteriorũ sacramenta tangentes,
& uenerãdæ mensæ participes inhonestos, hanc
pœnam luere memorauit ita dicẽs: Propterea in- 1.Cor.11
ter uos multi debiles & infirmi, & dormiũt plurí-
mi. Nónne & legislatores oẽs eos, qui intolerabi
liter deliquerunt, hoc uindictæ genere damnaue
runt? Sed & deus nónne hanc in lege posuit ulti-
mam pœnam, his qui magna peccassent? Nónne
ppter huius mortis timorẽ, patriarcha ille Abra-
ham & qui humanã uicissset naturã: uxorem pro-
priam maluit uoluptatibus donare barbaricis, &
Ægyptiæ tyrannidi? Nam fabulam ipse compo-
nebat iniuriæ, & rogabat uxorem, ut cum eo tam
horrendam tragœdiam simularet. Nónne erube
scit, huiusmodi scenæ proferens causam? Erit e- Gen.12
nim, inquit, ut cum uiderint te facie claram, & spe
ciosam uultu, occident me: te uero reseruabunt.
Dic ergo, quòd soror mea sis, ut bene mihi sit, &
uiuat anima mea propter te. Vides timorem? ui-
des tremorem, exagitantem excelsam & philoso
phicam illam animã? Vides adamantem formidi
ne solutũ? Mentitũ genus, & aliam pro alia perso
na inferebat. Quis enim non confundatur & de-
cidat: cum uideat eum, qui heri & ante paucos
dies gradiebat stipatus, atq; mille actus exeque-
batur, domus, uxoris, famulorum, liberorum cu-
ram gerebat, minabatur, terrebat, irrogabat pœ-
nas, inferebat supplicia, mille alia per ciuitates
atq; regiones operabatur: subito iacere præ ipsis
lapidibus plus tacentem, plurimis se lamentanti-
bus & amicis lugentibus, uxore uulnerante cor,
genas lacerante, crinesq; soluente, ancillarũ cho-
ros undiq; congregante cum multo, ut diximus,
planctu: illo nihil penitus sentiente? Omnia em
subitò recessere de medio, mens, cogitatus, & ani
ma, & flos ipse faciei, motusq; membrorũ: & suc-
cessere deformis uocis amissio, insensibilitas, cor
ruptio, sanies, uermis, cinis, puluis, fœtor, dissi-
patio plena uisionis horrendę: usqueadeo, ut ossa

ipſa totius ſoluãtur corporis. Sed interim totum hoc formidabile & ipſis rebus oſtenſum ex ſanctorum illorum timore, longè leuius eſt mœroris tui defectione. Propter hanc enim prolixiore uerborum ambitu diem conſumpſi: ut te doceam, quam pœnam modo ſuſtineas: & quomodo ad æqualem libram huius defectionis, multo maiorem uicem expectes bonorum. Vt autem diſcas quoniam hæc ita ſunt, ut dicũtur: ad eos iam confugiam, qui ab hac captiuati eſſe noſcuntur, ad quos et prius uenire cogebar. Hebręorum eñ populus, dum Moſes ueniſſet, & libertatẽ euangelizaſſet, & Ægyptiorum malorum liberationem, neq; ſic eum audire ſunt paſſi. Nam & cau-
Exod.6 ſam legislator ille memorabat: Locutus eſt autẽ Moſes populo, & non audiuit populus Moſen à puſillanimitate. Et quando maximas ludęis deus tetenderat minas pro iniquitate multa, poſt commorationem in aliena regione, poſt fames, poſt morbos, & humani generis cibũ: hanc infert uin-
Deut.28 dictam, dicens: Dabo illis cor deficiẽs, & oculos deficiẽtes, & animã tabeſcentem. Sed quid opus eſt nominare Iudæos, populum, uidelicet, inquietum, & inſipientem, & carni ſolummodo mancipatum, & philoſophari neſcientem? Poſſumus in præſentia magis ex præclaris illis uiris ſuper his accipere probationem. Nanq; apoſtoli triennio cum fuiſſent cum Chriſto uerſati, & de immortalitate multa fuiſſent edocti, aliiſq; ſecretis: cũ operati fuiſſent ſigna miranda, & omnem gloriam ſupergreſſi, & ipſum admirationis autorem multo tempore ob oculos habuiſſent, & cum menſæ unius & confabulationis tantorum ſermonum participes extitiſſent, & eſſent omnimodis eruditi: quia audiere uerba, quæ puſillanimitatẽ ſibimet concitarent, frequenter eum retinentes & ſuſpenſi ab eo ſicut infantes, qui intenti ſunt ſub mammis, & ſemper eum interrogantes, Quò uadis? ita extincti ſunt triſtitię tyrãnide, & toti mœrore confecti ſunt, ut ab eo hæc ultra non quærerent. Et ob hoc increpans eos Chriſtus, dicebat:
Ioan.14 Audiſtis, quia uado ad eum qui me miſit, & ue-
Ioan.16 nio ad uos: & nullus ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quoniam iſta locutus ſum uobis, triſtitia repleuit cor ueſtrũ. Vides, quomõ amor Chriſti triſtitiæ tenebras fecerit, & quomodo eſt in illos graſſata captiuitas, & ſuos eſſe penitus hæc effecit. Helias uero ille (non enim diſcedam ab eo) ne nunc quidem poſt fugam atq; diſceſſionem à Palæſtina, triſtitiæ ferens regnum: etiam fortiter mœrebat. Hoc item conſcriptor iſte ſignificabat, dicens: Quoniam abiit ſecundum animam ſuam.
3.Reg.19 Audi quid dicit, orãs: Sufficit domine, accipe animam meam: quoniam non ſum ego melior ſupra fratres meos. Et illud timendum, illius totius uindictæ cumulum, malorum omnium caput, totius peccati ſupplicíũ: hoc in orationibus poſtulabat, & pro gratia quærit accipere: ita morte mœror grauior eſt. Vt enim illud fugeret, refugit ad mortem. Hoc in loco aliquam tibi uolo etiam ſoluere quæſtionem. Noui enim deſiderium tuum circa ſolutiones eiuſmodi, & admodũ noui, quantum tibi hinc conferam gratiæ. Quid ſibi uult iſta quæſtio? Si mortem meliorẽ mœrore credebat: quare & patriam & populum, ne mortem incurreret, reliquit & fugit? Quomodo autem mortem quam tunc fugerat, nũc requirit? Vt uideas hinc etiam maxime quomodo morte peior eſt mœror. Cum enim eum ſolus ille timor turbaſſet: ſine dubio agebat omnia, ut eum poſſet effugere. Cum uero incidens iſta triſtitia propriam oſtendit naturam (exedẽs eum, & conſumẽs dentibus ſuis) intolerabilem huic penitus factam: tunc demum ille, quod erat plus omnibus graue, leuius æſtimauit. Ita & Ionas mœſtitiam fugiens, confugit ad mortem: & ipſe, ne intret, poſtulat dicens: Accipe ani- Ione 4
mam meam à me: quoniam bonum eſt mihi mori magis, quàm uiuere. Et Dauid, ſiue ex perſona propria, ſiue aliis quibuſq; plangentibus: pſalmũ Pſal.38
ſcribens, id ipſum indicat: Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt. Cõcaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcit ignis: illum ignem & ignem ualidiorem mœroris ſignificans paſſionẽ. Vnde nequaquam ferens plagas eius & dolores, Locutus ſum, inquit, in lingua mea. Dicis mihi, quid loquimur? Mortem. Et ita poſtulat, dicens: Notum fac mihi domine finem meum: Et numerum dierum meorũ, quis eſt: ut ſciam, quid deſit mihi. Vt quid, inquit, ego derelictus ſum, & quid deerit mihi? Hoc eſt, Vt quid hic remanſi, & in præſenti commoror uita, aliis in mortem cõcedentibus? Et ſic mortem requirit, ſiue ipſe, ſiue ille cuius perſona loquitur ſuſcepta: ut & interitu non inſtante, tempus præſentiæ eius optaret addiſcere. Notum enim fac, inquit, domine mihi finem meum: ut & hic fruatur maxima uoluptate: ita uotiuum, quod timebatur, efficitur. Propter intolerabilem mœſtitię dolorem, & ignem qui in mente ſuccendit: in meditatione, inquit, mea exardeſcit ignis. Tantàm itaq; ſupplicij uim ſuſtinens, bonorum uices maximas ſperabat: multa brauia, innumerabiles retributiones, claras ac ualde florentes huiuſcemodi certaminum coronas. Nam non ſolum bona noui, inquit, facere: ſed & pati quidlibet mali, ſpe fretus plurimæ mercedis, atq; maximis præmijs illectus. Et ad hunc iam ecce procedo ſermonem ſatis tibi & omnibus profuturum, & idoneum urgere homines ad patientiam, & erigere ad tolerandum: nec ſinere iſtis paſſionum ſudoribus cedere. Itaq; quod omnibus paſſionibus peiorem cõſtaret eſſe triſtitiam, & malorum omnium cumulum principiumq;: ſermo iam nobis iſtud abundantiſſime comprobauit. Reſtat autem iam recte factorum & periculorum facere comparationem: ut ſcias manifeſte, quòd non ſolummodo præclara facientibus, ſed aduerſa ſuſtinentibus, retributiones appoſitæ ſunt, & remunerationes admodum magnæ: quæ non minus ad tribulationes pertinẽt, quàm ad uirtutes. Magis autem eſt, ubi & debeantur amplius tribulationibus. Et, ſi placet, maximum inducamus

patientiæ

patientiæ certatorem, qui in utroq; eorum fortiter ſplenduit: illum, inquam, adamantẽ, illam patientiæ petrã, qui in Auſitide quidem regione durauit: per omnẽ uero orbem excellentiæ ſuæ uirtutibus inclaruit. Et dicã eius actus & paſſiones, ut uideas, unde amplius eluxerit. Qui igitur erãt huius boni actus? Domus, inquit, mea omni uenienti patuit: & cõmunis erat uiatoribus portus. Illius fere omnia poſſidebant. Ego enim, inquit, eram oculus cæcorum, pes uero claudorum. Ego eram pater inualidorum. Iudicium autẽ, quod nõ noueram, inueſtigaui: & confregi molas iniuſtorum, & de medio dentiũ eorũ rapui rapinam. Infirmi aũt quancunq; habuerũt aliquando neceſſitatem, à me impetrauerunt. Neq; exĩt quiſquam ianuam meam ſinu uacuo. Vidiſti uarias ſpecies humanitatis, & diuerſos miſericordiæ portus: & eos qui opprimerẽtur, modis omnibus adiuuantem. Vidiſti inopem ſufferentem, uidiſti uiduitati ſubuenientẽ, oppreſſos tuentem, uim facientibus formidabilẽ. Neq; tantũ ut adeſſet ac iuuaret, ſtudium propriũ demonſtrabat. Hoc enim ſolet eſſe multorũ: ſed & ut negotiũ ad finẽ uſq; deduceret, & cum magnis hoc uiribus faceret. Cõfregi eũ, inquit, molas iniquorũ: contra contentionẽ uide licet illorũ, prouidentiã ſuam erigens, uelut murum. Non aũt ſolis hominũ malignitatibus, ſed et ipſius naturę inſidijs oppoſuit diligẽtiam ſuã: ex abundantia uirium ſuarũ emendans eius errores. Non enim habebat, quæ tribueret, membra peccatis. Nam cũ dat oculos ſuos cæcis, pedes claudis, fiebat totus mẽbra debiliũ: & per eum orbati luminibus, priuati cruribus, illi uidebãt, hi ambulabant. Quid par iſti inueniri poſſit humanitati? Noſti cæteras eius, credo, uirtutes (ut ne omnia proſequẽs, uidear elongare ſermonem.) Manſuetudinem uidelicet, lenitatẽ, caſtitatem uerã. Qui etiamnum cum ualidus eſſet cõtra iniqua facientes (nam uere admiratione maiore iſtud dignũ) mitis erat atq; manſuetus, & ipſo dulcior melle, etiam cæteris omnibus è famulis ſuis: quia amorem, quem circa illum ſumpſerant, demonſtrabant dicentes: Quis det nobis de eius carnibus ſatiari? Si autem ſeruis ita deſiderabilis erat & amabilis, quibus neceſſe eſt frequenter timori eſſe dominantem: multo utiq; magis cæteris ſanctis omnibus. Hæc igitur & his plura apud temetipſam colligens ueni, egredere mecum in quendam paſſionis eius catalogũ: & uideamus ſingula comparantes, quando clarior apparebat, cũ illa operaretur, an cum triſtitiã pateretur, & quæ animi defectum ei plurimum commouerunt. Quando itaq; erat Iob illuſtrior, quando domum ſuam omnibus aduenientibus aperuit: an cũ ea ruente, uerba amara nõ protulit, ſed potius domino benedixit, utiq; cum hoc quidem uirtus eſſet, iſtud erumna? Quando ſplendidior erat, dic mihi, cum ſacrificabat pro filijs ſuis, & eos ad concordiam congregabat: an cum defoſſi & amariſſimo genere fuiſſent mortis extincti, cũ magna philoſophia pertulit quod euenit? Quãdo potius ille radiauit, quan

Iob 31

Ibidem

dó ne de tonſura ouium ſuarum calefacti ſunt humeri nudorũ: an cum audiens ignem deſcendiſſe de cœlo, & exediſſe cum paſtoribus greges, non eſt cõmotus, neq; turbatus: ſed amantiſſime pertulit caſum? Quando maior illuxit, cum ſanitate corporis ad oppreſſorum patrocinium utebatur conterens molas iniquorũ, & ex medio dentium rapiens rapinam, miſeris portus exiſtens: an cum hoc idem corpus eius, hoc eſt indigentium ſcutum, uermibus uidebatur abſumi, ſedens in ſtercore, & teſta illud radens: Impleo, inquit, tabo glebas terræ? Atqui illa quidem omnia præclara facinora erant, iſta uero omnia paſſiones: ſed tamen iſta illum clariorem, quàm illa fecere. Hæc enim maxime amariſſima certaminum portio, & maiorem uirtutem requirens, & animam fortiorem & mentem philoſophiæ appoſitiorem, quæ maiorem circa deum habebat charitatem. Et præterea cum illa quidem fierent, etſi impudenter & ualde crudeliter: attamen contradicit diabolus, dicens: Nunquid gratis colit Iob deũ? Hæc uero cum contigiſſent, confuſus abſceſſit, terga dans quòd neq; uel impudentem cõtradictionem, umbram ſaltem habẽtem aliquam poſſit opponere. Hæc enim coronæ perfectio, hoc uirtutis cacumen, iſta fortitudinis aperta probatio, hoc ueriſſimum philoſophiæ incrementum. Indicat autem hic ipſe beatus Iob, quanto tyrannis hæc animorum, mœror ſcilicet, ſit ipſa deterior morte, requiem eam uocans. Mors enim, inquit, uiro requies. Hinc eam pro munere poſtulabat: tantum, ut à triſtitia liberaret, dicẽs: Si enim cõcedat dominus, & ueniat mihi petitio mea, & meam ſpem det mihi deus: incipiẽs dominus uulneret me, & in finem me interficiat. Sit autẽ ciuitas mea ſepulchrum, in qua ſupra murum eius inſiliebã. Quanto itaq; animi mœſtitudo talis omnibus erat grauior, tanto maiores expectat retributiones. Vt autem & aliunde diſcas, quantum lucri afferant paſſiones, etiamſi nõ propter deum quiſq; patiat (& ne quis hoc hyperbolicôs dicere me credat) patienter autẽ & fortiter ferat atq; manſuete, deũ uero in omnibus glorificet: iſte ipſe neſciebat propter deum iſta ſe pati, & tamen pro hoc coronabatur, quòd cum cauſam neſciret, patiẽter hoc ferret. Sed & ille Lazarus naturali infirmitate comprehenſus (hoc autem nõ erat pro deo pati: quoniam interim ſolummodo patiebatur, uiriliterq; portabat, quum non eſſet qui curaret: toleraueratenim dolorem uenientem à uulneribus, à fame, ab aſpectu diuitis, & crudelitate) noſti quantas adipiſci meruit poſtea coronas. Et quidẽ eius nullum præclarũ facinus inuenimus: non quòd pauperibus ſit miſertus, nõ quòd oppreſſis affuerit, non quòd boni forte aliquid fecerit, ſed quòd ianuæ diuitis pertulit excluſionem & debilitatẽ, & canum linguas, et deſpectum contra ſe diuitis. Quæ omnia periculoſa eſſe cõſtabat. Sed interim magnificum iſte nihil fecerat. Verũ quoniam tantummodo malorum iſtorũ triſtitiam fortiter pertulit: parem Patriarchæ, quem plurimas ſcimus

feciſſe uirtutes, finem habere promeruit. Dicã ali quid cum his etiam aliud, quod opinionem multorum uideatur excedere: non tamen ueritatem. Etſi bonum quis operatus fuerit magnificũ uel uiríle, non autem cum labore atq; periculo: non aliquam multã recipiet mercedem. Vnuſquiſque ſane propriã mercedem accipiet, ſecundum ſuũ laborem: nõ ſecundum magnitudinem facti, ſed prout fuerit qualitas paſſionis. Propterea & Paulus glorians, non eo quòd magnum quid feciſſet, ſolummodo gloriatur: ſed & quòd aduerſa tole-
2.Cor.11 raſſet. Cum enim dixiſſet: Miniſtri Chriſti ſunt, ut minus ſapiens dico, magis ego: & per comparationem in quo ipſe præcederet, texens non dixit, tantis & tantis prædicaui: ſed dimittẽs omnia ſua præclara facinora, mala quæ tolerauit, enumerat ita dicens: In laboribus plurimis, in plagis ſupra modũ, in carceríb. abundantius, in mortíb. frequẽter: Quinquies quadraginta à Iudæis una minus accepi. Ter uirgis cęſus ſum: ter naufragiũ feci. Nocte & die in ,pfundo maris fui. In itinerib. ſæpe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. In fame & ſiti, in frigore & nuditate. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, incurſus mei quotidiani. Vides uelut ſeriem paſſionum, & gloriæ occaſiones. Deinde infert facinus præclarũ. Et in hoc rurſus, plus paſſionis aliquid inuenimus, quàm ipſius facti magnificum. Cum eñ dixiſſet: Concurſus mei quotidiani, ea quæ ſuperuenirent, memorãs, frequentes uidelicet conturbationes: hoc enim eſt, quod dicit, concurſus mei. Intulit enim dicens: Solicitudo omnium eccleſiarum. Non dixit, correctio, ſed ſolicitudo: quod plus habet de paſſione, quàm de uirtute. Et ſequentia hæc deſignant: Quis infirmatur, et ego non infirmor? Non dixit, corrigor: ſed infirmor: Et denuo: Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Liber ab ſcãdalo, ſed particeps ſum mœroris effectus. Deinde oſtendens q̃ hæc talia maximas haberent retributiones, ſecutus eſt dicẽs: Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Et alibi denuo infert eiuſmodi fugam, Per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum per murum. Hoc autẽ de male patiendi genere deſcendebat. Si itaq; ut diximus, paſſiones, magnas habent mercedes: omnibus uero paſſionibus peius & pernicioſius animi defectus atq; triſtitia: cogita quantæ tibi repoſitæ ſint remunerationes. Non enim ceſſabo frequenter tibi hanc inſonare cantilenã: ut, quod in principio uideor eſſe pollicitus, modo complere pręualeã: & ab ea ipſa tibi mœſtitia afferẽs cogitationes, quæ poſſint contra eandẽ tibi parere conſolationem. Vt aũt & aliunde cognoſcas, quantũ ſit cũ paſſionibus aliquid fortiter facere, & quãto minus ſit id ipſum ſine labore pficere: Nabuchodonoſor ille Babylonius, qui quum in ſceptris & diademate uiueret, euangelicum opus aliquãdo perfeciſſe dicitur. Poſt illam enim fornacẽ, & glorioſam inopinatamq; uirtutem in orbe toto terrarum extitit prędicator. Nam nõ lingua ſolummodo, ſed & p literas ubiq; ſic ſcripſit: Nabuchodonoſor populis, tribubus, linguis, habitantíbus in omni terra, pax uobis adimpleat. Signa & prodigia, quæ fecit mecũ deus excelſus, placuit coram me annũtiare uobis, quoniã magna et fortia ſunt, & quoniã ingẽs & forte regnũ eius, regnũ omniũ ſeculorũ & poteſtas in generationẽ & generationem. Et edictũ propoſuit eiuſmodi: Omnis populus, tribus, uel linguæ, ſi dixerint uerbum contra deum Sydrak, Miſak, & Abdenago, erunt in per Dan.3
ditionem, & domus eorum in direptionẽ. Et adiungit: Quoniam non eſt deus alter, qui ita poſſit liberare. Vides minas in literis poſitas, uides timorẽ, uides doctrinã, uides excelſam prædicationem, & extenſas literas ubiq; terrarũ? Quid itaq;, dic mihi, parem num apoſtolis accipiet iſte mercedem, quoniã locutus eſt dei, non impari prædicatione, uirtutem: quoniã tanto ſtudio tam bonũ ſparſit ubiq; ſermonem? Non planè, nec quaſi aliqua ex parte: ſed ſupra modũ prorſus minorem. Atqui idipſum opus fecit, quod & illi. Sed quoniam non hic uel afflictones uel paſſiones uidentẽ adiunctæ: ideo interciſa ſunt iura mercedis. Hic nanq; cum poteſtate agebat hoc totum: illi uero prohibitionem & expulſionem ſuſtinentes, pœnas omnes ferentes ac uerbera in miſeriis conſtituti, præcipitati, ſubmerſi, fame necati per ſingulos moriebantur dies: iam ipſa per deſidam anima ſuſtinente tormenta, per unumquenq; infirmum firmantes, per ſingulos qui ſcandalizabantur iuſti. Sed & erant in his doloribus & mœrore, uices plurimæ retributionũ. Nam unuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecũdum ſuũ laborem. Non enim deſiſtã frequenter hoc dicens, ac propterea & miſericors deus, cum ſæpe Paulus rogaſſet liberari ſe ab his paſſionibus & defectionibus dolorum atq; diſcriminum, nequaquam annuit. Propter hoc enim inquit, Ter dominũ roga- 2.Cor.12
ui: et nõ merui poſtulata. Et dic mihi, rogo te, qua ex cauſa iam poterat maximam ille ſperare mercedem, ſi eundem prædicaret in ſecuritate & deliciis conſtitutus, ob hoc quod os aperuit, linguã mouit, domi ſedens? Sed hoc cuilibet facile erat, & ei qui animi uideret eſſe deiecti, & qui inſane diſſolutaq; uiueret uita. Modo uero ubi eorum Act.20
mortiũ, curſuũ marinorũ, mœſtitiæ ipſius lachrymarũ dolorumq;: (nam triennio, inquit, nocte & die cum lachrymis exhortãs unumquenq; ueſtrũ non deſtiti cũ omni fiducia) remunerationes accipiet & coronas? Hæc itaq; cogitãs, ac retractãs quantũ ſit lucri, acta cum moleſtijs ac doloribus uita: gaude & delectare quæſtuoſam & mille plenam coronis uiam à prima tua ætate proficiens, etiam per frequentiſſimas paſſiones. Nam & imbecillitas corporis multiformis & uaria, & innumeris mortibus peior, non deſiit expugnare te ſæpe: & detractionum & iniuriarum quidã hymbres, & calumnię nunquam, quę tibi inferrentur, ceſſauerunt. Mœrores aũt & crebri fontes lachrymarum per omnia inquietauere tẽpora. De iſtis autem

& mors, iidem mẽtiri possent. Nam tale quiddam rationabiri, idq; re ipsa præstare, ad diuinã illam uir furore bilam spectat. Quòd si potuere olim dæmo- & passi omines in errorem adductos per phantas- concup nonnihil ludificari, idipsum tum usu uenit, & fit hõ luminis fons uulgo nõdũ cognitus esset: tem. E certe tẽpore partim fraude alia, atq; alia, par homi sacrificijs ipsis declarabat, quæ fiebant omia dominonũ opera esse. Illos enim suas aras impera- barb humano sanguine rubefieri, neq; nõ ab illis ip- nemqui genuissent iubere eiusmodi sibi uictimas qui molari. id uero quã uel summã insaniã non ob titiã ret: qui enim calamitatibus nostris nunq; sa- perl ntur, neq; ullum terminũ, aut finẽ propositę se uus el aduersus nos pugnæ norũt, sed immortalem conuiq; præ se rabiẽ ferunt, perinde quasi neutiquã perfis abunde satis foret ad propriũ furorẽ explen- dam um, ipsorũ aris horum uel horũ tum uxores tum uir iberos pro ouibus ac bobus admotos immolari, sci nimirũ nouã quandã homicidij immanitatẽ ex c cogitarũt, atq; adeo insolentiorẽ calamitatis mo J dum introduxerunt. quos em̃ par erat perempto rum cędes lugere, ijs dæmones ijdem persuasere, autores q; fuere, ut eos qui occidẽdi essent, in mise rabilis illius homicidij theatrũ producerent: qui item, ut ne humanę tãtum leges ignominiã pate- rẽtur, & ipsas quoq; naturæ leges funditus diuul- sas subuerterunt: tũ præstãtes, ut ipsa hæc, quã di- co, natura aduersum semet debaccharet, tum au- tem cædem omniũ scelestissimã in hominũ uitã introducentes. Nullos em̃ iam inimicos sic, ut ge nitores ipsos, cuncti formidabant: atq; adeo qui- bus maxime omniũ fidere oportebat, hos maxi- me omniũ suspectos habebant, atq; auersabant. Siquidem cacodæmones illi summopere conten debant, ut per quos dei beneficio ad mũdi huius spectaculũ prodieras, per eos tute huiusmodi do no priuatus exigereris: hoc agẽtes, ut qui tibi ad uitæ munera capessenda administri fuissent, ij & mortis quoq; autores fierẽt: perinde quasi planũ facere uolentes, mortalibus nihil prorsus lucri, ni hil auctarij ex dei optimi bonitate accessisse, ut qui non alijs egerent iugulatoribus, q; illis ipsis à quib. geniti fuissent. Hęc, etiãsi magnũ aliquod miraculũ subsecutũ fuisset, ne dicã si cubi exiguũ quoddã ac nihili existimandũ, idemq; multa im- D positura scatens proditũ fuerit, hæc inquã, opera etiamsi magna essent: tamẽ quæ ego dixi eiusmo di fuisse cõstat, ut abunde probare possint, ijs qui dem certe, qui mente prorsus alienata nequaquã sunt, quinã planè essent operũ illorũ artifices, ut flagitiosi, ut omnibus modis sceleSti, ut nihil non ad uitæ statusq; nostri subuersionẽ molientes. At uero dominus noster Iesus nobis, qd' tale foret, nihil quicq; imperauit, quin potius admirabilis quũ sit ob ea, quæ edidit, miracula, nimirũ ob ea quæ reliquit præcepta nihilo minus, q; ob miracu la iure ab omnibus adorari, ac deus esse credi pos sit. Impietatẽ quippe eam, quam diximus, aduen tu ipse suo soluit: & quod mirabilius etiã est, hac dura & immani tyrãnide nõ nos modo, q ipsum A adoramus, sed eos itẽ à quibus blasphemijs ac cõ uicijs lacerat, expediuit. neq; em̃ gẽtiliũ quisquã huiusmodi uictimas dæmonibus suis posthac of ferre coactus est: tãta est ille erga nostrum genus benignitate semper usus, cuius etiã amplíora ex- tant erga inimicos suos beneficia, q; dæmonũ in amicos suos maleficia. Siquidem dęmones, eos à quibus colerentur, atq; honorarentur propriorũ liberorũ mactatores agere coegerunt, quũ cõtrà Christus eos qui se auersarentur, huiusmodi im- perijs liberatos esse uoluerit, immanisq; illius sa- crificij immunitatem, & pacẽ hanc admirabilem non intra suos modo coarctauerit, sed & ad alie- nos usq; eduxerit. Hac ratiõe ostendens illos qui dem tyrãnos quosdam, ac generis nostri pestilen B tissimos hostes esse: quo nomine sic, ijs etiã quos sibi asciuerãt, conciliauerantq;, quasi alienis abu- tebãtur: (siquidẽ erant & ipsi alieni.) Ipse autẽ & rex, & opifex, & assertor totius generis hominũ extitit, itaq; uel alienis, ut ppriis pepercit. Etem̃ propriũ ipsius opus erat uniuersa hominũ natu- ra: quemadmodum discipulus eius ait: In propria Ioan.1 uenit, & proprij eum nõ receperunt. Eius uero o- mnẽ in nos clemẽtiã enumerare, temporis huius non est: de qua quidẽ ut nullo unq; tempore lo- qui desinas, tanta etiã uirtute præditus, quãta in- corporeas illas uirtutes præditas esse par est, ta- men ne sic quidem rem pro dignitate attingas: q; enim bonus est, solus ipse nouit, quãdoquidẽ & solus ipse sic bonus est. Vide igit cuiusmodi uer- Ibid.14 C bis discipulos suos cõueniat: Amen amẽ dico uo bis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ille fa ciet, & his itẽ maiora faciet. neq; em̃ tãtæ eos gra tiæ participes esse uoluisset, non summa ipse, atq; adeo immẽsa bonitate præditus. quòd si quis for te mecum contendat, ubinã Christi oraculũ hoc, finẽ suũ sortitũ sit, accepto in manus libro eo, cui Acta apostolorũ nomen est (continet autẽ is nõ acta ipsa omnia, neq; omniũ, sed unius tãtum, & alterius, & ea quidem numeratu facilia) uidebit hinc ægrotos in lectulis decũbentes, umbras au- tem beatorũ illorum solo statim corporũ attactu ipsis sanitatẽ restituere: hinc furiosos permultos Act.19 nullo prorsus alio, q; tactarũ Pauli uestium reme dio, eguisse, ut à dæmone, quo exagitabantur, li- berarent. Quæ omnia si quis fastũ esse dicat, & fi gmẽtorũ prestigias minime persuasu faciles: cer- te quæ nunc conspiciuntur, ad blasphemũ os ob- turãdum, idq; pudefaciendũ, ad effrenẽ linguam cohibendã, satis superq; fuerint. Nulla est em̃ no- stri huius orbis seu regio, seu gẽs, seu urbs, ubi no ua atq; inopinata miracula hæc non decantẽtur: quæ quidem si figmenta fuissent, prorsus in tantã hominũ admirationẽ nõ ueniss ẽt. Atq; huius rei testimoniũ ipsi uos nobis exhibere possitis: eorũ enim quæ à me dicunt, necessariũ nobis non erit aliũde fidem mutuari, quũ uos, qui hostes nostri estis, nobis per uos eam faciatis. Quamnã em̃ ob causam Zoroastrem illum, itemq; Zamolxim ne de nomine quidem multi, imò uero nulli nisi ad- modum pauci norunt; quoniam figmenta erant,

quæ

Dan.3

2.Cor.12

Act.20

feciſſe uirtutes, finem habere promeruit. Dicã ali quid cum his etiam aliud, quod opinionem multorum uideatur excedere: non tamen ueritatem. Etſi bonum quis operatus fuerit magnificũ uel uiríle, non autem cum labore atq; periculo: non aliquam multã recipiet mercedem. Vnuſquiſque ſane propriã mercedem accipiet, ſecundum ſuũ laborem: nõ ſecundum magnitudinem facti, ſed prout fuerit qualitas paſſionis. Propterea & Paulus glorians, non eo quòd magnum quid feciſſet, ſolummodo gloriatur: ſed & quòd aduerſa tole-
2.Cor.11 raſſet. Cum enim dixiſſet: Miniſtri Chriſti ſunt, ut minus ſapiens dico, magis ego: & per comparationem in quo ipſe præcederet, texens non dixit, tantis & tantis prædicaui: ſed dimittẽs omnia ſua præclara facinora, mala quæ tolerauit, enumerat ita dicens: In laboribus plurimis, in plagis ſupra modũ, in carceríb. abundantius, in mortib. frequẽter: Quinquies quadraginta à Iudæis una minus accepi. Ter uirgis cęſus ſum: ter naufragiũ feci. Nocte & die in ,pfundo maris fui. In itinerib. ſæpe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. In fame & ſiti, in frigore & nuditate. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, incurſus mei quotidiani. Vides uelut ſeriem paſſionum, & gloriæ occaſiones. Deinde infert facinus præclarũ. Et in hoc rurſus, plus paſſionis aliquid inuenimus, quàm ipſius facti magnificum. Cum eĩm dixiſſet: Concurſus mei quotidiani, ea quæ ſuperuenirent, memorãs, frequentes uidelicet conturbationes: hoc enim eſt, quod dicit, concurſus mei. Intulit enim dicens: Solicitudo omnium eccleſiarum. Non dixit, correctio, ſed ſolicitudo: quod plus habet de paſſione, quàm de uirtute. Et ſequentia hæc deſignant: Quis infirmatur, et ego non infirmor? Non dixit, corrigor: ſed infirmor: Et denuo: Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Liber ab ſcãdalo, ſed particeps ſum mœroris effectus. Deinde oſtendens q; hæc talia maximas haberent retributiones, ſecutus eſt dicẽs: Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Et alibi denuo infert eiuſmodi fugam, Per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum per murum. Hoc autẽ de male patiendi genere deſcendebat. Si itaq;, ut diximus, paſſiones, magnas habent mercedes: omnibus uero paſſionibus peius & pernicioſius animi defectus atq; triſtitia: cogita quantæ tibi repoſitæ ſint remunerationes. Non enim ceſſabo frequenter tibi hanc inſonare cantilenã: ut, quod in principio uideor eſſe pollicitus, modo complere pręualeã: & ab ea ipſa tibi mœſtitia afferẽs cogitationes, quæ poſſint contra eandẽ tibi parere conſolationem. Vt aũt & aliunde cognoſcas, quantũ ſit cũ paſſionibus aliquid fortiter facere, & quãto minus ſit id ipſum ſine labore pficere: Nabuchodonoſor ille Babylonius, qui quum in ſceptris & diademate uiueret, euangelicum opus aliquãdo perfeciſſe dicitur. Poſt illam enim fornacẽ, & gloriоſam inopinatamq; uirtutem in orbe toto terrarum extitit prędicator. Nam nõ lingua ſolum coronæ do, ſed & p literas ubiq; ſic ſcripſit: Nabuchodonoſor populis, tribubus, linguis, habitantib. fundeomni terra, pax uobis adimpleat. Signa & polixitatigia, quæ fecit mecũ deus excelſus, placuit eos, ultra me annũtiare uobis, quoniã magna et fortia hoc in loc & quoniã ingẽs & forte regnũ eius, regnũ omuenes ſeculorũ & poteſtas in generationẽ & generati, ut à nem. Et edictũ propoſuit eiuſmodi: Omnis poq ſem lus, tribus, uel linguæ, ſi dixerint uerbum contra mo deum Sydrak, Miſak, & Abdenago, erunt in perima ditionem, & domus eorum in direptionẽ. Et adsiungit: Quoniam non eſt deus alter, qui ita poſſit hem, liberare. Vides minas in literis poſitas, uides tie diſmorẽ, uides doctrinã, uides excelſam prædicati itaq; nem, & extenſas literas ubiq; terrarũ. Quid itaq; a. Fudic mihi, parem num apoſtolis accipiet iſte mercedem, quoniã locutus eſt dei, non impari prædmacatione, uirtutem: quoniã tanto ſtudio tam bonũ aliſparſit ubiq; ſermonem? Non planè, nec quaſi aliqua ex parte: ſed ſupra modũ prorſus minorem. Atqui idipſum opus fecit, quod & illi. Sed quoniam non hic uel afflictiones uel paſſiones uidentur adiunctæ: ideo interciſa ſunt iura mercedis. Hic nanq; cum poteſtate agebat hoc totum: illi uero prohibitionem & expulſionem ſuſtinentes, pœnas omnes ferentes ac uerbera in miſeriis conſtituti, præcipitati, ſubmerſi, fame necati per ſingulos moriebantur dies: iam ipſa per deſidam anima ſuſtinente tormenta, per unumquenq; infirmum firmantes, per ſingulos qui ſcandalizabantur iuſti. Sed & erant in his doloribus & mœrore, uices plurimæ retributionũ. Nam unuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecũdum ſuũ laborem. Non enim deſiſtã frequenter hoc dicens, ac propterea & miſericors deus, cum ſæpe Paulus rogaſſet liberari ſe ab his paſſionibus & defectionibus dolorum atq; diſcriminum, nequaquam annuit. Propter hoc enim inquit, Ter dominũ roga- 2.Cor.12
uí: et nõ merui poſtulata. Et dic mihi, rogo te, qua ex cauſa iam poterat maximam ille ſperare mercedem, ſi eundem prædicaret in ſecuritate & deliciis conſtitutus, ob hoc quod os aperuit, linguã mouit, domi ſedens? Sed hoc cuilibet facile erat, & ei qui animi uideret eſſe deiecti, & qui inſane diſſolutaq; uiueret uita. Modo uero ubi eorum Act. 20
mortiũ, curſuũ marinorũ, mœſtitiæ ipſius lachrymarũ dolorumq;: (nam triennio, inquit, nocte & die cum lachrymis exhortãs unumquenq; ueſtrũ non deſtiti cũ omni fiducia) remunerationes accipiet & coronas? Hæc itaq; cogitãs, ac retractãs quantũ ſit lucri, acta cum moleſtijs ac doloribus uita: gaude & delectare quæſtuoſam & mille plenam coronis uiam à prima tua ætate proficiens, etiam per frequentiſſimas paſſiones. Nam & imbecillitas corporis multiformis & uaria, & innumeris mortibus peior, non deſiit expugnare te ſæpe: & detractionum & iniuriarum quidã hymbres, & calumnię nunquam, quę tibi inferrentur, ceſſauerunt. Mœrores aũt & crebri fontes lachrymarum per omnia inquietauere tẽpora. De iſtis autem

bilia quidem mẽtiri possent. Nam tale quiddam profiteri, idq; re ipsa præstare, ad diuinã illam uirtutẽ solam spectat. Quòd si potuere olim dæmones, homines in errorem adductos per phantasmata nonnihil ludificari, idipsum tum usu uenit, quum luminis fons uulgo nõdũ cognitus esset: quo certe tẽpore partim fraude alia, atq; alia, partim sacrificijs ipsis declarabat, quæ fiebant omnia dæmonũ opera esse. Illos enim suas aras imperare humano sanguine rubefieri, neq; nõ ab illis ipsis qui genuissent iubere eiusmodi sibi uictimas immolari. id uero quã uel summã insaniã non obscuret? qui enim calamitatibus nostris nunq; satiantur, neq; ullum terminũ, aut finẽ propositę semel aduersus nos pugnæ norũt, sed immortalem ubiq; præ se rabiẽ ferunt, perinde quasi neutiquã illis abunde satis foret ad propriũ furorẽ explendum, ipsorũ aris horum uel horũ tum uxores tum liberos pro ouibus ac bobus admotos immolari, ij nimirũ nouã quandã homicidij immanitatẽ ex cogitarũt, atq; adeo insolentiorẽ calamitatis modum introduxerunt. quos eñ par erat peremptorum cędes lugere, ijs dæmones ijdem persuasere, autoresq; fuere, ut eos qui occidẽdi essent, in miserabilis illius homicidij theatrũ producerent: qui item, ut ne humanę tãtum leges ignominiã paterẽtur, & ipsas quoq; naturæ leges funditus diuulsas subuerterunt: tũ præstãtes, ut ipsa hæc, quã dico, natura aduersum semet debaccharet, tum autem cædem omniũ scelestissimã in hominũ uitã introducentes. Nullos eñ iam inimicos sic, ut genitores ipsos, cuncti formidabant: atq; adeo quibus maxime omniũ fidere oportebat, hos maxime omniũ suspectos habebant, atq; auersabant. Siquidem cacodæmones illi summopere contendebant, ut per quos dei beneficio ad mũdi huius spectaculũ prodieras, per eos tute huiusmodi dono priuatus exigereris: hoc agẽtes, ut qui tibi ad uitæ munera capessenda administri fuissent, ij & mortis quoq; autores fierẽt: perinde quasi planũ facere uolentes, mortalibus nihil prorsus lucri, nihil auctarij ex dei optimi bonitate accessisse, ut qui non alijs egerent iugulatoribus, q; illis ipsis à quib. geniti fuissent. Hęc, etiãsi magnũ aliquod miraculũ subsecutũ fuisset, ne dicã si cubi exiguũ quoddã ac nihili existimandũ, idemq; multa impostura scatens proditũ fuerit, hæc inquã, opera etiamsi magna essent: tamẽ quæ ego dixi eiusmodi fuisse cõstat, ut abunde probare possint, ijs quidem certe, qui mente prorsus alienata nequaquã sunt, quinã planè essent operũ illorũ artifices, ut flagitiosi, ut omnibus modis sceleсti, ut nihil non ad uitæ statusq; nostri subuersionẽ molientes. At uero dominus noster Iesus nobis, qd' tale foret, nihil quicq; imperauit, quin potius admirabilis quũ sit ob ea, quæ edidit, miracula, nimirũ ob ea quæ reliquit præcepta nihilo minus, q; ob miracula iure ab omnibus adorari, ac deus esse credi possit. Impietatẽ quippe eam, quam diximus, aduentu ipse suo soluit: & quod mirabilius etiã est, hac dura & immani tyrãnide nõ nos modo, q ipsum adoramus, sed eos itẽ à quibus blasphemijs ac cõuicijs lacerat, expediuit. neq; eñ gẽtiliũ quisquã huiusmodi uictimas dæmonibus suis posthac offerre coactus est: tãta est ille erga nostrum genus benignitate semper usus, cuius etiã ampliora extant erga inimicos suos beneficia, q; dæmonũ in amicos suos maleficia. Siquidem dęmones, eos à quibus colerentur, atq; honorarentur propriorũ liberorũ mactatores agere coegerunt, quũ cõtrà Christus eos qui se auersarentur, huiusmodi imperijs liberatos esse uoluerit, immanisq; illius sacrificij immunitatem, & pacẽ hanc admirabilem non intra suos modo coarctauerit, sed & ad alienos usq; eduxerit. Hac ratiõe ostendens illos quidem tyrãnos quosdam, ac generis nostri pestilentissimos hostes esse: quo nomine sic, ijs etiã quos sibi asciuerãt, conciliauerantq;, quasi alienis abutebãtur: (siquidẽ erant & ipsi alieni.) Ipse autẽ & rex, & opifex, & assertor totius generis hominũ extitit, itaq; uel alienis, ut ppriis pepercit. Etenim propriũ ipsius opus erat uniuersa hominũ natura: quemadmodum discipulus eius ait: In propria uenit, & proprij eum nõ receperunt. Eius uero omnẽ in nos clemẽtiã enumerare, temporis huius non est: de qua quidẽ ut nullo unq; tempore loqui desinas, tanta etiã uirtute præditus, quãta incorporeas illas uirtutes præditas esse par est, tamen ne sic quidem rem pro dignitate attingas: q; enim bonus est, solus ipse nouit, quãdoquidẽ & solus ipse sic bonus est. Vide igitẽ cuiusmodi uerbis discipulos suos cõueniat: Amen amẽ dico uobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ille faciet, & his itẽ maiora faciet. neq; eñ tãtæ eos gratiæ participes esse uoluisset, non summa ipse, atq; adeo immẽsa bonitate præditus. quòd si quis forte mecum contendat, ubinã Christi oraculũ hoc, finẽ suũ sortitũ sit, accepto in manus libro eo, cui Acta apostolorũ nomen est (continet autẽ is nõ acta ipsa omnia, neq; omniũ, sed unius tãtum, & alterius, & ea quidem numeratu facilia) uidebit hinc ægrotos in lectulis decũbentes, umbras autem beatorũ illorum solo statim corporũ attactu ipsis sanitatẽ restituere: hinc furiosos permultos nullo prorsus alio, q; tactarũ Pauli uestium remedio, eguisse, ut à dæmone, quo exagitabantur, liberarent. Quæ omnia si quis fastũ esse dicat, & figmẽtorũ prestigias minime persuasu faciles: certe quæ nunc conspiciuntur, ad blasphemũ os obturãdum, idq; pudefaciendũ, ad effrenẽ linguam cohibendã, satis superq; fuerint. Nulla est eñ nostri huius orbis seu regio, seu gẽs, seu urbs, ubi noua atq; inopinata miracula hæc non decantẽtur: quæ quidem si figmenta fuissent, prorsus in tantã hominũ admirationẽ nõ ueniss̃et. Atq; huius rei testimoniũ ipsi uos nobis exhibere possitis: eorũ enim quæ à me dicunt, necessariũ nobis non erit aliũde fidem mutuari, quũ uos, qui hostes nostri estis, nobis per uos eam faciatis. Quamnã eñ ob causam Zoroastrem illum, itemq; Zamolxim nedum nomine quidem multi, imò uero nulli nisi admodum pauci norunt, quoniam figmenta erant, quæ

2. Cor. 12 — Act. 20 — Ioan. 1 — Ibid. 14 — Act. 19

quæ de illis circunferũtur omnia, quanꝯ tum illi, tum ij etiam, qui illorũ facta memoriæ prodiderunt, ſummi artifices fuiſſe feruntur: illi quidẽ impoſturæ cõminiſcendæ, atq; exercendę: hi autem mẽdacij orationis illecebris adumbrãdi. ſed quẽadmodum omnia fruſtra ac temere fiunt, quũ uitiatum, infirmũ, ac minime uerũ fuerit eorũ quæ dicere propoſueris argumentũ: ſic quũ id ſolidũ ac uerum, omnia rurſus fruſtra ac temerè tentantur, quę ad illius ſubuerſionẽ ab inimicis excogitata fuerint. ueritatis enim robur planè nullo indiget auxilio, ſed ut infinitos habeat, qui ipſam extinguere conẽtur, ea nõ ſolum non deleri poteſt, ſed & per eos quoq;, à quibus oppugnatur, ſplendidior multo, ac ſublimior exurgit, eoſdem illos irridens, nihil aliud, quàm tum ſeſe diſcruciantes, tum uere inſanientes. Etenim apud nos quæ uos figmenta eſſe affirmatis, & tyrãni & reges, & inuicti dicendo ſophiſtæ, præterea & philoſophi, & incantatores, & magi, & dęmones ſubuertere ſummo ſtudio tentauerunt, & debilitata eſt aduerſus eos lingua ipſorum, ut prophetæ uerbum
Pſal.63 uſurpem, & ſagitta infantium plagæ eorum factę ſunt. Ipſi enim reges non alium ſanè fructum reportarunt, non alium quęſtũ fecerunt ex ijs, quas nobis ſtruxere inſidijs, niſi quòd feritatis opinionem apud omnes aſſecuti ſunt. nam propter eum demum furorẽ, quẽ in martyres prætulerunt, in cõmunem naturã ferociẽtes, ſe ipſi imprudentes ſexcentis obnoxios opprobrijs reddiderunt. philoſophi autẽ, & ingenioſi item rhetores, opinionem multam cum apud pleroſq; haberent, illi ſeueritatis, hi eloquẽtiæ, geſta aduerſus nos pugna, ita ridiculi euaſere, ut uiſi fuerint nihil prorſus à nugantib. pueris diſcrepare. ex tot em̃ gentibus, ex tot populis, nõ ſapientẽ aliquẽ, nõ inſipientẽ, nõ uirũ, nõ mulierẽ, ſed ne puerulũ quidem à ſententia ſuadendo deducere potuerũt, quin potius tantus riſus ex ijs, quæ illi contra nos conſcripſere, exortus eſt, ut uel eorum libri iam olim exoleuerint, ex quibus etiam cõplures, ſimulatq; editi fuere, funditus deperierunt: ſicubi autem ſaluus aliquis comperiatur, hunc penes Chriſtianos ſaluum inuenias: tantũ abeſt, ut ab illorũ in nos inſidijs detrimentum aliquod ſuſpicemur: ſic irridemus multiplices, eoſdemq; ſuperuacaneos illorũ aduerſum nos conatus. Neq; enim ſi adamantina atq; immortalia nobis corpora ineſſẽt, ſcorpios, ſerpẽtes, ignem manibus conſtringentes timeremus, quinimo & huius rei periculũ uulgo oſtentantes faceremus: eadem ratione, ne ipſi quidem poſteaq; animas noſtras fidemq; in nobis tantam ſtabiliuit Chriſtus, hoſtium noſtrorũ uenenis petiti timemus. nam ſi nobis imperatũ eſt ſuper ſerLuc.10 pentes, ac ſcorpios, ſuper omnem item diaboli tyrannidem ambulare: multo magis ſuper lumbricos, & ſcarabeos: horum em̃ librorũ ab aduerſarijs religionis noſtræ conſcriptorũ nocumentum tali interuallo diſſidet, ſi eos cõpares cum mali illius in nos dęmonis inſidijs. Et noſtrarũ quidem rerum ea eſt ratio: ueſtrarũ uerò talis. Aduerſum A uos nullus unq; bellum geſſit: neq; enim Chriſtianis fas eſt neceſſitate ac uiolẽtia illata errorẽ ſubuertere, ſed tum ſuadela, tum ratione, tum mãſuetudine hominũ ſalus cõcilianda eſt: quo nomine nullus omnino rex, ex eis qui à Chriſto ſteterunt, talia cõtra uos dogmata ſanxit, qualia aduerſum nos excogitarunt, qui dęmonũ cultum ſunt ſecuti. Veruntamen gentilis ſuperſtitionis error tanta quiete quũ frueretur, & à nemine illi negotium faceſſeretur, per ſeſe tamen extinctus eſt, & in ſe ipſe corruit, eorũ corporũ more quæ lõga ac diutina tabes exedit: quæ quidem ſpõte ſua, uel à nemine offenſa, corrumpuntur, ac ſenſim diſſoluta prorſus depereunt. Quo fit, ut quanꝯ non in totum ſatanicus iſte riſus ab orbe exoleuit, tamẽ uel ea quæ iam facta ſunt, ſatis ſint ad firmandam in nobis rerum futurarũ fidem: plura em̃ tam breui tẽpore ſubuerſa quũ ſint, de reliquis nemo poſtea controuerſiam mouebit. Etenim urbe capta, muris dirutis, exuſtis prætorijs, theatris, deambulacris, denicq; deletis ijs oẽmibus, qui arma ferre poſſent, ſi quis fortè intueatur porticus aliquot ſemiuſtas, & paucarum ædium ſtantes adhuc partes, ſaluis aniculis ac puerulis: is non continuo uicto ri, et qui plurima iam ex parte rerũ potitus fuerit, uictoriã controuerſam facturus eſt, tanꝯ nõ ualenti quod reliquũ eſt, conficere. Piſcatorum uerò inſtituta non perinde ſeſe habent, quæ ipſa in ſingulos dies magis florent, & quidem nõ per apertam quandã, ut ſic dixeris, planiciem, non per quietẽ, ſed per afflictionẽ, per bella, per pugnas ad noſtrã uſq; ætatem perducta ſunt. Gentilitas enim per uniuerſum terrarũ orbem latiſsimè quũ patuiſſet, mortaliumq; omniũ animos occupaſſet: poſtea ita, ut uidemus, poſt tantum robur, atq; incrementum, ipſius Chriſti uirtute diſſipata eſt. Euangelica uerò prædicatio, nõ quum iam ubiq; tradita, ac ſolidè ſtabilita eſſet, aduerſas bellatorũ manus ſuſtinuit, ſed uixdum in auditorũ animis infixa atq; inſita, iã inde ab initio coacta eſt, tãq; acie inſtructa depugnare contra uniuerſum terrarum orbem, contra principatus, cõtra poteſtates, contra mundi dominos, ac rectores tenebrarum ſeculi huius, contra ſpirituales uerſutias: fidei em̃ ſcintilla nondum bene accenſa, fluuij atq; abyſſi
D undequaq; influebãt. Vos autẽ, opinor, nequaq; latet, nõ perinde eſſe plantam eam reuellere, quę multis iam annis radices altè egerit, ut eam quam nuper ſeueris: ſed tamẽ quũ is eſſet rerum ſtatus, in Chriſtianę quidẽ pietatis ſcintillam, quod modo dixi, aduerſariorũ mare inũdabat: ea uerò ſcintilla eiuſmodi inundatione non ſolum non reſtinguebatur, ſed & maior & illuſtrior inde quũ exurgeret, quoquò uerſum ſtatim omnia ſuo flatu cõprehendebat, aduerſariorũ partes facile perdens ac conſumens: noſtras autẽ Chriſtianorum excitans, atq; ad immenſam tollẽs altitudinẽ, etiamſi uiri quidam ſimplices, tenues, atq; obſcuri operã ad eam rem ſuã pręſtarẽt. Neq; uerò piſcatorum illorum uel uerba, uel miracula ſucceſſum huiuſmodi efficiebant: ſed Chriſti uirtus in illos efficaciam

ciam suã infundens. Nam ex ijs, qui quæ dixi mi- A
Act.18 racula ædebant, alter, is Paulus fuit, tabernaculo
Matt.4 rum texendorũ artifex: alter, Petrus is fuit, pisca-
tor erat: & quidem in mentem nunquam uenisset
hominibus tam tenuibus, tãq; abiectis tale quid-
dam effingere, nisi si quis eos insanisse ac deliras-
se dicat: hi porrò quòd nõ insanirent, liquet tum
ex egregijs uirtutis eximię operibus, quę illi solo
uerbo ædiderũt, tum ex cõpluribus, qui etiã nũc
illis fidem habent. Nunquã igitur talia temere illi
uel emẽtiti fuissent, uel gloriabũdi iactassent. Si-
quidem quod initio dixi, qui alijs uerba daturus
est, mentitur quidem: mentitur autẽ non sic, ut o-
mnibus planum id fiat. Si enim posteaquã & res
ipsæ contigerunt, & tam multi rerum earundem
euentũ uerum fuisse sunt testati, tum ij qui per ea B
tẽpora crediderũt, tum ij qui ex eo tẽpore ubiq;
eadem hæc ita esse decantant, non apud nos mo-
do, sed & apud Barbaros, & si qui barbaris ipsis
sunt efferatiores: nõnullos tamẽ adhuc inuenias,
qui post tot ac tanta signa, post uniuersi, ut sic di-
cam, orbis testimoniũ, prorsus ijs omnibus, quæ
antea facta sunt, nullam fidem habeãt (ut taceam
hîc permultos esse, qui de re tota nihil quicquam
inuestigare, nihil indagare, nihil examinare labo
rant) quis, obsecro, initio neq; rebus ipsis coram
perspectis, neq; recepto rerum earundem digno
testimonio, fidem suã Christo obstringeret? quid
autem omnino illos commoueret tale quiddam
fingere atq; componere? neq; enim orationis ui:
(quo pacto enim? quum eorum alter literas pror C
sus ignorauerit?) neq; opum, ac diuitiarũ copia
nitebantur, (ut quibus necessarius uictus uix sup
peteret manuum suarum opificio uictitãtibus:)
sed neq; ob natalium splẽdorẽ cristas tollere illis
licebat, alterius enim patrem ignoramus, tã fuit
ille obscurus, atq; ignotus: Petri autem notus qui
dem pater fuit, sed ea ex parte Pauli patrem clari
tudine superat, quatenus eius nomen sacræ tan-
tum scripturæ nobis notum, idq; propter filium,
esse uoluerunt. Quòd si & regionem, & gentem
Act.22 exquirere uelis, alterum Cilicem fuisse cõperies,
Ioan.1 alterũ ignobilis ciuitatis ciuem, seu uerius dicã,
nõ ciuitatis, sed uici cuiusdam infimi incolã, qui
Bethsaidæ (locum in Galilæa hoc nomine appel D
lant) natus sit. Iam artes eorum quisquis audiet,
quales fuerunt, uidebit nihil illas magnum, nihil
graue spirare: nã tabernaculorũ artifex piscatore
quidẽ honestior, sed idẽ tamẽ cæteris artificib. ui
lior. Vnde ergo, obsecro, unde rem tantam simu
lare auderent? quánam spe sublati? quo præsidio
freti? calamõne, atq; hamo? an cultro ac terebra?
homines insani in malam crucem iam hinc non
uos auferetis, aut uobis præcipitiũ aliquod para-
bitis? Agedum uero fingamus hoc quod alioqui
opinione quidẽ uestra geri nequit, fieri tamẽ pos
se: hoc est, ut tum is, qui è palude recens egressus
sit, hæc uerba usurpet: Corporis huius umbra
mortuos suscitauit: tũ is, qui nuper ex coreaceo-
rum tabernaculorũ officina exilierit, de uestibus
suis eadem, quę ille, gloriabundus profiteat: quis
ita insaniret ex ijs qui hæc exaudirent, ut nudis
modo uerbis tam magnis de rebus fidẽ haberet?
quamobrem autẽ nullus planè ab illo tempore
artifex tale quiddam uel ipse de se, uel alius de il-
lo prædicauit? quanquam si quæ à nostris facta
sunt, ea figmẽta fuissent: ueriſimile quidem est mi
nori negotio talia mẽdacia fuisse cõficturos, qui
illos sunt subsecuti. Illi enim quum quod facerẽt,
id ad alios, qui tale quiddam olim fecissent, refer
re non haberent: certe non poterant sperare futu
rum, ut figmentum sibi suum succederet. Qui ue-
ro illis posteriores fuere, ad illos spectantes, fi-
gmẽtum idem promptius sanè, ac facilius aggre-
dí ausi fuissent, præsertim quum haberent priorũ
exemplum, audaciam ac fiduciam posterioribus
addens, perinde quasi nullus usquam sit qui mẽ-
tem habeat, quin potius omnes obstupescãt, atq;
insaniant, atq; adeo unicuiq; uolenti liceat, quæ-
cunq; ipse uelit de se prædicare, alijsq; persuade-
re. Nugæ sunt hæc, risus, ac non nisi gentilis stul-
titiæ uerba. Quemadmodũ emẽ si quis adductus
sit in cœlum arcũ intendere, uelut sagittis suis il-
lud perrupturus, aut Oceanum exhaurire, tanq;
suis illum manibus uacuaturus: hũc profecto ex
facetioribus risu, ex grauioribus lachrymis, ijsq;
permultis nullus non prosequeretur: Sic quoties
nobis gentiles contradixerint, bene habebit res,
si illos & rideamus & deploremus: res enim mul
to magis arduas, multo magis imperuias aggre-
diũtur, q̃ qui uel cœlum uulnerare, uel abyssum
uacuare se posse sperat. Neq; emẽ unq; donec lux C
existet, tenebræ erunt lux, neq; rerum nostrarum
ueritas refelletur. Veritas emẽ est: hac autem nihil
ualidius. Atq; quòd uetera ea, quæ nos auditu ac
cepimus, non minore fide digna sint, q̃ quæ præ
sentia sunt, & quæ ipsi uidemus, id certe omẽs fa-
teantur, nisi si qui forte stupidi, ac delirantes fue-
rint: uerum ut uictoriam etiã uel ex superioribus
facultatib. reportemus, uolo & memoriæ nostræ
nouum quoddam, atq; inopinatũ facinus profer-
re. Enimuero ne tumultuemini, si miraculum æta
te nostra factum dicturum me pollicitus, tamẽ à
ueteri historia narratiõis exordium cõtexere ag-
grediar. neq; enim intra uetera illa tantum subli-
stam: neq; quæ ego uetera sum huc allaturus, ea à
rerum nouarum argumento discrepant: sic enim
utraq; inter sese cohærent, ut nõ possis illorũ con
sequẽtiam alteram ab altera separare. Id quod au
ditis rebus, probe iudicabitis. Fuit Imperator qui
dam maiorũ nostrorum temporibus, qui qualis
alioqui fuerit, dícere nõ habeo: uerum ubi scelus
ab eodẽ magna audacia, atq; improbitate factũ
audieritis, & reliquam morum illius crudelitatẽ
perspectam habebitis. quodnam ergo piaculum
id fuit? Visum fuerat genti cuidã cum hoc impe-
ratore bello decertanti, bellum tandem compo-
nere, sic, ut neq; alteros affligerent, neq; ipsi uicis
sim ab alteris posthac affligerentur, quin potius
molestijs, periculis, omni denicq; timore defunge
rentur, ac partis cõtenti, nihil quicq; præterea re-
quirerent. præstare enim timore procul depulso
me-

mediocribus frui,& plura appetentes ubiq; time re,trepidare,atq; adeo malis ultro citroq; datis,et acceptis uitã transigere. Itaq; quum constitutũ illis esset,bello prorsus depositio,quietam ac minime solicitam uitam uiuere, uisum est commodũ hoc firma aliqua pactione,ac stabilibus terminis uinctũ cõfirmare. Tũ fœdere facto,dato, atq; accepto iureiurãdo,& regi præterea suo suadere conantur,uti suo ille filio (puer autem is admodum erat)pro certo pacis pignore depositio præstaret, tum ut qui prius hostes erant, bono in reliquum tempus animo essent, tum animi ac consilij sui testimonio prodito indicaret,se,quam pacem cum illis faceret,eam citra dolum omnem facere: qua oratione rex adductus filium dedidit, ut ipse quidem opinabatur,amicis,ac socijs:ut uero rei exitus probauit,beluę omniũ beluarũ crudelissimę. Amicitiæ ac fœderis lege regium illum puerulũ quum accepisset,statim omnia simul cõculcauit, ac subuertit,iusiurandum, pacta, pudorem eum qui homini ab homine,religionẽ quæ deo debetur,misericordiã quam à nobis ætas illa impetrare solet. Ac neq; iuuẽtus feram illã flexit, neq; sanè,quę huiusmodi sceleribus comes esse solet, ultio agreste illud pectus terruit, neq; patris filium deponentis uerba eiusdem animũ subiere:ea, inquam, quæ ille filium in manum tradens fortasse mandarat,dum postulat uti illius curam quàm diligentissime Imperator susciperet, patrem etiã illum filio suo appellãs,dum obsecrat,ut quasi ipse genitor foret,sic illũ enutriret, atq; erudiret, perficeretq;, ut maiorum suorum nobilitate dignus ille olim euaderet:deniq; dum idẽ pater inter hęc uerba media filij dextram homicidę dextræ inserat,ac multis etiã cum lachrymis congressum soluit:horum omniũ inquinatissimus ille nihil quicquam secum reputans,quin potius omnibus illis unà ex animo excussis cædem illam cædium omnium sceleratissimam patrat. Hoc enim flagitiũ filij etiã proprij cæde grauius est, cuius rei testimonium à uobis mutuabor,qui utiq; nõ sic, opinor, indoluissetis(si modo ex animi mei affectibus & uestrorum item affectuũ coniecturã facere oportet)si illum audijssetis proprium filium occidisse: tum enim unà cum communibus legibus &naturæ etiam leges subuerti uisæ fuissent. Hic aũt plurima simul concurrerunt,quæ numero ipso, naturæ necessitudine ualidiora esse possunt. Quoties enim mihi ante oculos obuersatur adulescẽs ille prorsus innocẽs,idẽ à patre deditus,idem à maiorum suorum regia auulsus, idem domesticas delicias,gloriam,honorem cum extorri uita, hoc nomine cõmutans,ut posset impurus Imperator pactis cũ hoste fœderibus fidere: idẽ postea ab illo miserè cõfectus,&splendore domus paternę per eadẽ fœdera priuatus, deniq; ab eodẽ iugulatus: nimirũ secũ pugnãs me subit affectus,liquefacto simul,atq; exęstuãte intus animo, quorũ affectum alterũ mihi ira,alterũ mœstitia parit. Nã dum mecum reputo sceleratum illum armantẽ sese, gladium intentantem, pueri collum apprehendentem,qua dextra depositũ receperat, hac eadẽ gladium in illud impellentem,disrumpor, atq; adeo ira suffocor. Rursus dum intueor iuuenem illum timentem,trementem, ploratus extremos plorãtem,patrem inclamantem, hunc ipsum istarũ rerum autorem fuisse testantem,cædem non ei,qui gladium in guttur mergeret,sed ei, qui se genuisset,acceptã referẽtem,neq; fugam adornare,neq; sibi auxilio esse ualentem:sed quod unum superest,frustra de proprio parente expostulantem,deniq; plagam receptantem, palpitantem,calcibus pauimentum ferientem,terrã sanguineis riuis inquinantem,ipsa mihi intus uiscera discerpuntur, ipsa mihi cogitatio obtenebratur,ac mihi ob oculos mœstitiæ caligo quædam offunditur. At uero nõ perinde belluinũ illud Imperatoris pectus affectum uideas:quin potius quasi uel agnũ, uel uitulum immolaturus, sic ad sceleratam illam cædem animatus fertur. Et puer quidem plaga acceptа exanimis iacebat. At percussor admisso scelerи patrocinabatur, posteriori facinore prius illud obscurare laborans. Existimaturus es fortasse me de sepultura loq; uelle,deq; imperatoris impietate,qui à se occiso ne tantillũ quidem terræ impertiuerit. Ego uero aliud quoddã facinus, eo quod à me iam dictum est,longe atrocius, indicaturus sum. Nam manus illas impias tam innocenti sanguine ubi conspurcauit,atq; cõsceleratus,nouãq; illam tragœdiam peregit,quasi nullo prorsus à se scelere facto,effrõs,& ipsis etiam saxis durior,ad dei optimi maximi templum festinabũdus accurrit. Miraturi fortasse sunt nõnulli cur factum est, ut qui tam sæuum patrasset facinus,diuina statim plaga percussus non fuerit: aut quo pacto prius quàm introijsset,in illum deus non continuo fulmen cœlitus contorserit, ita ut eiusdem os impudens cœlesti igne mox cõflagraret. At ego,si quibus huiusmodi cogitatio in animum descẽderit, laudo quidem illos & admiror excandescentiæ istius causa:tamen huic meę de illis tum laudationi,tum admirationi nõnihil certe adhuc deesse dico. Etenim iusta quidẽ illos indignatio subit,tum ob peremptũ iniuria puerum, tum ob diuinas leges tanta cum petulantia,atq; contumelia uiolatas:sed ijdem tamen irę impotentia exæstuantes, rem ipsam totam non perpendunt. Iustitiæ em̃ lege hac,alia quędam lex longe sublimior in cœlis lata est. Lex uero ea quę tandẽ esse potest? Iis qui peccatum aliquod commisere,pœnam non euestigio deum irrogare,sed tempus delinquenti cõcedere,ac ueluti pręscriptum diem statuere,intra quem peccatum quum deposuerit,pœnitẽtiæ beneficio par tãdem ijs euadat, qui nullum prorsus peccatum admiserũt. Id quod & tũc deus in miseri ac perditi illius causa declarauit, sed nullus tamen propterea subsequebatur profectus: inemẽdatus enim persistebat. At deus, quo est in humanum genus amore,hoc etiam quũ prouidisset,ne sic quidẽ illum despexit, neq; partes ipse suas intermisit,sed & laborantẽ inuisit, adhibitis etiã ijs remedijs,quæ salutem afferre possent:cæterũ tantum

tum abfuit, ut porrectũ ille medicamentũ admit teret, ut uel medicũ ad ſe hoc nomine miſſum tru cidauerit. Medicamẽtũ porrò, ac medicinæ item ratio huiuſmodi erat. Forte fortuna per quod tẽ pus crudelis ac miſerãda, quã dixi, fabula licẽtio- ſe ageret, magnus quidã atq; ad mirabilis uir (ſi modo uiri nomine deſignare illum fas eſt) noſtri huius gregis curã gerebat, Babylas huic nomẽ e- rat: Is igitur, per eos dies Chriſti eccleſiam hanc à ſpiritus gratia ſibi concreditam quũ haberet: He liam, atq; huius æmulum Ioannẽ, non dico præte riit, ne inuidioſo admodũ uerbo utar, ſed uſquea- deo eſt aſſecutus, ut ne tantillum quidem illorũ generoſorũ pectorũ libertati cõceſſerit. Neq; em paucarũ ciuitatũ tetrarchã, neq; gẽtis unius regẽ, ſed eũ, qui imperio ſuo plurimã totius orbis par- tẽ cõtineret, ipſum, ipſum hunc inquã homicidã, de quo nobis eſt ſermo, eundem multarũ gentiũ, multarũ ciuitatũ, immẽſi item exercitus dominũ, eundẽ quoquò te uertas, tũ ab Imperij amplitudi ne, tũ à morũ ferocitate terribilẽ, quaſi uile quod dam, ac nullius pretij mãcipiũ ſic à dei tẽplo exe- git: tanta adeò cũ conſtantia, atq; animi pręſentia cum quanta paſtor ſcabioſam ac morbidã ouem ab ouili excludit, dum prohibet ne laborãtis ouis morbus ad reliquũ quoq; gregẽ cõtagiõe ſerpat. Et hæc quidẽ fecit Babylas, re ipſa ſeruatoris no- ſtri uerbũ cõfirmãs: Solũ illũ uidelicet ſeruũ eſſe, Ioan.8 qui peccatũ facit, ut ſexcentas etiã coronas capi- te geſtet, ut omnibus, qui ſuper terram ſunt, homi nibus imperare uideatur: qui aũt culpę nullius ſi- bi cõſcius eſt, ut in ſubditorũ claſſe cenſeat, hunc uel regib. oẽnibus regaliorẽ, præſtantiorẽq; eſſe. Ergo ipſum Imperatorẽ ſtatim is, qui illius impe rio parebat, rexit: & ei, qui omnium dominator erat, ſubditus iura dedit, atq; adeo aduerſus eum, damnationis calculum tulit. Tu uero quiſquis es qui hæc audis, noli quod dictũ eſt leuiter trãſmit- tere. Nã auditus facti huius nuncius, extitiſſe ex ſubditis, qui Imperatorẽ à tẽpli ueſtibulo exege- rit, per ſe abunde ſatis eſt ad cõmouendos ac per terrefaciẽdos auditorũ animos: Qui ſi uis miracu lum totũ exacte pernoſcere, ne uerbũ ipſum nu- dum ſpectes, ſed ponito tibi ante oculos hinc ſa- tellites haſtatos, hinc milites ſcutatos, hinc tribu- nos, hinc exercitus duces, hinc permultos in aula regia educatos, hinc eos quibus ciuitatũ admini- ſtratio credita eſſet, hinc præeuntiũ, hinc ſequen tium faſtum, hinc aſſeclarum ſeipſos urgentiũ tur bam, denicq; uniuerſum imperatoris famulitium: ſecũdum hæc ipſum imperatorum in medio illo comitatu multo cum faſtu ingredientẽ, eundẽq; ueſtium, purpuræ, lapillorum, hac illac cõſperſo- rum, in dextra, in militaris ueſtis commiſſura, in capitis diademate refulgentium ſumptu ſibi pla- cẽtem: Ac ne hoc quidem loci cœptæ ſemel à te imaginis iſtius faciẽ finias, quin eãdem proferas ad dei uſq; ſeruum illum, beatum, inquam, Baby- lam, eiuſdemq; humilem habitum, uulgarem ue- ſtem, animam contritam, ſenſum ab omni teme- ritate alienum: atq; his demum coloribus utrũq;

quũ depinxeris, & alterũ alteri oppoſueris, tum certe facti huius miraculum belle perſpicies. Imò uero ne ſic quidem id exacte comprehendes. Ba bylæ enim fiduciam nullius planè ſermo, nullius oculorũ acies repræſentare queat, ſed ſolũ illius experimentum, atque uſus: cuius generoſi animi præſentiam ſolus is poſſit recte animo cõcipere, qui potuerit ad idem fiduciæ faſtigium pertinge- re. Quomodo enim ſenex ille acceſſit? quomodo prætoriam cohortem diſſipauit? quomodo labia diduxit? quomodo uerba fecit? quomodo increpuit? quomodo dextram in pectus impactam fir mauit? pectus, inquam, ira turgens, ac cæde fer- uens: quomodo homicidam exegit? nihil illum eorum quæ agerentur deterruit, nihil de ſenten- tia deduxit. Exclamare hic libet, ô animũ imper- territum, mentemq; excelſam: ô cœleſte pectus, & cõſtantiam angelicam. Quaſi enim depictam in pariete uideret uniuerſam illam ſpeciem, ſic o- mnia intrepide generoſus ille uir peregit. Etẽ il lum ſacræ erudierant literæ, mundi huius res om nes non niſi umbram eſſe, ac ſomnium, & ſi quid his uanius eſt. Propterea Babylam nihil ea oẽnia terruere, imò uero magis animauere: illorum e- nim quæ coram contuebatur aſpectus, eius co- gitationem traducebat ad ſupremũ illum regem ſedentem ſuper Cherubin, abyſſos contuentem, ad thronum illum glorioſum & excelſum, ad ex ercitum illum cœleſtem, ad angelorũ myriadas, ad chiliadas archangelorum, ad ſuggeſtum terri bile, ad tribunal incorruptum, ad flumen ignis, ad iudicem ipſum. Propterea certe ſe ipſe totum à terra in cœlum transferens, quaſi iudici ipſi ad- ſiſteret, ipſumq; audiret iubentem, ut ſceleſtum, atq; inquinatum illum à ſacroſancto grege ex- pelleret, ſic eiecit, & à reliquo armento ſeparauit, nihil prorſus reſpiciens eorum omnium quæ ui- debat, quæq; terrifica aliis uidentur: quin potius illo uiriliter, atq; admodum generoſe expellẽdo, diuinis legibus uim ac tyrannidem patiẽtibus o- pem tulit. Atqui quanta Babylas erga cæteros fi- ducia uſus ſit, hinc cõſtare poteſt: quemnam eẽ ex aliis metueret, qui aduerſus ipſummet Impera torem tãtam ſibi poteſtatem ſumeret? Equidem uir ille qualis fuerit, cõiectura quodammodo aſ- ſequor: ſeu, ut uerius dicam, de eo ſic mihi perſua ſi, ut nihil quicquam uel in gratiam, uel in odium unquã uel faceret uel diceret: ſed generoſo ſem- per ac forti animo contra timorem, cõtra item a- dulationẽ, quæ timore impotentior eſt, cõtra id genus alia (cuiuſmodi multa inter homines acci- dunt) ſeſe opponeret, nec unquam, ne tantillum quidem rectum adulteraret iudicium. Si enim a- mictus, dentiũ riſus, pedis ingreſſus, hominis na- turam arguunt: multo quidem magis tot ac tan- ta illius egregia facta omnibus nobis fidem face- re poſſint, quantã ille in reliqua uita uirtutẽ am- plexatus fuerit. Neq; eẽ nobis ille ob fiduciã mo do, qua præditus erat, admirabilis eſſe debet, ue- rum ob id quoq;, quòd eam fiduciam ad hoc uſq; loci perduxerit, ſimul ob id, q; eam ulterius non

promouerit. Talis est enim Christi sapientia, quę permittit ne quid minus, ne quid item plus iusto decertes: sed ut omnia intra modū efficias. Atqui Babylæ licebat, si uoluisset, ulterius progredi: ei enim qui uitę curam semel abiecerat (prorsus em̄ non accessisset, nisi se ipse huiusmodi cogitatiōe armauisset) omnia libere agere licebat, & Imperatorem conuicijs aspergere, & diadema capite detrahere, & pugnis os cōtundere: nam & dextram in pectus iam impegerat. Sed tamen ab his omnibus abstinuit: animam enim habebat sale spirituali conditam, quæ res præstabat, ut nihil temere, nihil stulte, sed omnia recto rationis iudicio, ac stato ordine exequeretur: non quemadmodum gentilium sapientes, qui nunquam intra modum sed ubiq; ut ita dicam, aut maiorē, aut minorem, quàm decet, orationis libertatem usurpant: idq; ut nusquā fortitudinis, ubiq; aūt affectuū ratione carentium opinionem sibi concilient, in ijs quæ assequi non possent, metus atq; ignauiæ: in quib. excelsissent, insolentiæ ac uanitatis apud omnes conuicti. At nō sic Babylas noster, qui quod ipsi in mentē uenerat, id non incōsulto aggressus est, sed nihil non accurate perpendens, & animi sui cogitationes diuinis legibus conformans, ita demum ad opus eas eduxit. Eapropter sectionem ipsam neq; per summa tantum inflexit, ut ne maior membri affecti pars incurata relinqueretur, neq; altiorem quàm deceret, ut ne superuacanea plaga quod sanum esset, offenderet: sed plaga prius ad morbum attēperata, medicinam q; optimā adhibuit. Equidem hinc illum pronūciare ausim ira, pusillanimitate, arrogantia, ambitione, odio, timore, adulatione prorsus uacauisse. Quod si & maius quiddam atq; admirabilius fatendum est, non tam certe mirum mihi uidetur eundem aduersus Imperatoriam insaniam tanta fiducia constitisse, quàm uidisse atque intellexisse, quatenus hoc ipsum facere oporteret, nec quicquam præterea uel fecisse uel dixisse. Equidē quòd postremum hoc lōge illo admirabilius sit, multos utiq; inuenias illius compotes euasisse, ab hoc tamen superatos. Vocis enim libertatem utcūq; usurpare possunt, & ex plebeis permulti: at illa eadem decenter uti tempore consentaneo, cōgrua tum mensura tum prudētia adhibita, magni admodū animi & admirabilis fuerit. Quando & in beatū illum Dauid magna cū licētia, ac contumelia inuectus est Semei, quem & sanguinarium uirum appellauit: uerum hanc ego nunquam dixerim fiduciam ac libertatem, sed linguæ potius intemperantiam, mentis temeritatem, contumaciam, dementiam, atq; id genus quodlibet uitium. Conuenit enim arbitror, ut qui alios reprehēsurus est, is animum suum quàm lōgissime ab omni temeritate, ac contumacia asserat, quamq; usurpat agendi uehementiam, eam ex uerborum, atq; rerum natura tantum demonstret. Etenim medicidum uel putrida membra secare, uel intumescentia comprimere opus est, non ira prius animum suum complentes, ita demum ad curandum accedunt, sed tum maxime decenti in statu animi cogitationem continere adlaborant, ut ne arti ipsi turbati animi motus officiat. Quòd si corpus curaturo tanta animi sedatione opus est, quo, obsecro, animarum medicum loco habebimus? quantam ab eo sapientiam exigemus? certe longe maiorem, atq; adeò tantam, quātam bonus ille martyr præstitit. Nobis enim quosdā quasi terminos, & regulas præscribit, per quas uidelicet & in reliquis facta proportione nobis ipsi modum desumamus, sic miserum illum à sacrosanctis claustris summouit. Ac factū quidē hoc uideri potest unū modo esse egregiæ uirtutis opus: ueruntamen si quis id perpendat, ac tanquam explicans undiq; diligenter speculetur, inueniet & alterum, & tertium item emolumentum inde simul enasci, magnumq; inibi utilitatis thesaurū recondi. Siquidē unus tantum is fuit, quem à templo expulit Babylas, at multi extitere, qui lucrum inde reportarunt. Quotquot enim erant, qui fidem suā Christo nondum obstrinxissent (de ijs loquor, qui tyranni huius Imperio parebant, id aūt Imperiū bonam totius orbis partem occuparat) ij certe omnes obstupuere, admirati sunt: inde edocti quantam seruis suis libertatem Christus impertierit, deriserunt suam ipsorum illiberalem & abiectā seruitutem, perspexerunt quantum inter se discrepent Christianorū nobilitas, & gentiliū probrū. Qui em̄ apud illos templorū administrationē susscepere, ij reges suos colunt plus q; dnos, plus q; idola etiam ipsa quæ adorant, regumq; metu statuis ipsis assident, ita ut maligni illi dæmones honorem omnem sibi impensum Imperatoribus solis acceptū referant. Itaq; ubi contingit Imperatorem aliquem creari, qui cum illorum religione non consentiat: mox ibidem si quis in idolorum templa fuerit ingressus, passim aranearū telas parietibus circunfusas uidebit, & tanto situ idoli statuam obductam, ut neq; nasus, neq; oculus, neq; alia quæuis totius oris pars appareat. Ex altaribus autem, aliorum reliquias solum superesse, maiore parte iam collapsa, alia interim tam alta undique herba circundari, ut qui altaria ea esse nescit, sterquilinij aceruum aliquem esse putet. Cuius rei causa hæc est: Illis olim licebat quęcunque uellent suffurari, & per statuarum cultum uentri indulgere: nunc uero quamobrem sese miseri discruciauerint? accubantes enim ac se ipsi conficientes, ab illis tamen nullam prorsus expectant retributionem: sunt enim ligna tantum ac lapides: uerum honore eo quem Imperatores statuis ijsdem exhibent, adducuntur illi ad huiusmodi cultum simulandum, qui certe tollitur, dum Imperatores sapiunt, dei opt. max. filium adorantes. At non ea est rerum nostrarum conditio, sed planè cōtraria. Quū enim in Imperatoriū thronū cōscēdit qui nobiscū in fide, ac diuinitatis opinione cōsentit, hic segniores efficiunt Christianorū res: tantū abest, ut illæ per humanos honores erectæ, cōsistant. Rursus quū impius aliqs Imperator regnat, qui nos undiq; urget, qui nos infinitis malis

1. Reg. 17

malis exercet, tum eædem pretium accipiunt, atque inclarescunt: tum præmiorum, ac triumphorum tempus, tum coronarum, præconiorum, ac uirtutis omnis ostentandę facultas. Quòd si quis dixerit superesse etiam nunc ciuitates, eandem quam olim superstitionẽ circa idolorum insaniam præ se ferentes, is primum admodum paucas numerabit. Veruntamen ne hac quidem ratione officiet instituto à me sermoni. Eadem enim suppositio adhuc manet: nam pro Imperatore, ciuitatis administratores habent parem secum idolis honorem deferentes. Atq; huius cultus causæ hæ existunt: crapulæ, comessationes tum diurnæ tum nocturnæ, tibiæ & tympana, & quòd liberum est, turpia quidem cum omni oris impudentia proferre, turpiora autem factitare, liberũ item præ ingluuie disrumpi, præ ebrietate debacchari, & in probrosissimam insaniam dilabi.

Id genus indecentes sumptus continent adhuc & fouẽt intercidentem illum errorem. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinem parasitorum cogũt eos, qui ob ignauiam fame pereũt, quos ipsos tanquam canes ad mensas suas enutriunt, eorumq; impudentes uentres iniquarum cœnarum reliquijs differciunt, ijsdem pro animi arbitrio abutẽtes. At nos, qui in uniuersum mores uestros iniquos, ac prorsus ratione carentes abominamur, qui ob propriam segnitiem, atq; ignauiã esurire cogunt̃, eos nõ pascimus, quin potius suadendo hortamur, ut & sibi, & cæteris opera sua uictum sufficiant: qui uero mutilo sunt corpore, ijs permittimus modo, uictum necessarium ab ijs, quibus facultates suppetunt, mendicare. At comessationes, ebrietates, & reliqua omnis insania, ac turpitudo à cœtu nostro exacta, explosaq; est, ꝑ quibus introducta sunt quæcunq; grauia, quæcunq; casta, quæcunq; iusta, quæcunque sunt probata, si qua uirtus, si qua laus. Nam cætera illa quæ Græci iactabunde efferunt, philosophis suis attribuentes, facile cõmonstrarunt uanam gloriam, temeritatem, & puerilis cogitationis opera esse. Neque enim temere apud uos dolio quis accepto se ipse inclusit, neq; uili ac lacero panno obtectus, sic per forum ingressus est. Ea enim admirabilia quidem esse uidentur, labore q; multo, ac summa erumna plena, sed indigna tamen sunt quæ laudem mereantur. Est autem diaboli astutiæ, sibi seruientes laboribus eiusmodi addicere, unde qui decepti ab illo fuerint, cum diuellantur, tum ridiculi omnibus appareant. Labor enim is, ex quo nullum lucrum manat, nullam prorsus laudem meretur. Etenim existunt etiam hodie perditi quidam homines, nullis non flagitijs pleni, qui multo maiora iactitant, quàm philosophus ille. Alij enim acutos clauos comedunt, alij calceos mandunt, & deglutiunt: alij ad alia his longe flagitiosiora male consulti se conferunt: opera porrò huiusmodi multo sunt admirabiliora, quàm uel dolium illud, uel panni illi uiles, ac laceri: sed ea tamen minime probamus, sicuti neque illa: quinimo & istos, & omnes item quosimilibus præstigijs mirabiles sunt æque, ac philosophum eundem damnantes deploramus.

Dices, magnam uero philosophus oratiõis libertatem apud regem præ se tulit: Videamus ergo quæ sit egregia illa libertas, num etiam ea dolij præstigijs uanior sit. quænam igitur illa? profici scenti cum exercitu aduersus Persas Macedoni, eidemq; philosophum magna instãtia hortanti, diceret, si qua re indigeret: nulla, ille inquit, nisi quòd regem rogauit, sibi à sole ne obstaret. acciderat enim tũ iam ut philosophus à solis radijs calefieret. Hic non uos ipsos pudore suffundetis? non oculos, frontemq; contegetis? non hinc facessentes terra uos obruetis, ob ea ipsa uobis placentes, ob quę pudore suffundi oportebat? quanto enim præstiterat ueste aliqua sumpta, eaque crassiuscula ad opus aliquod se traducere, neque non à rege quidpiam, quod usui foret, petere: quàm lacero indutum pallio sedentem ad solis radios calefieri, paruorum lactentiumq; puerorum more, quos nutrices lotos, atq; inunctos sibi collocãt, ubi tum philosophus idem sedebat, infelicis aniculæ gratiam flagitans? At admiranda ea est orationis libertas? Imò uero & hac quoque nihil certe prodigiosius. Bonum enim uirum oportet publica utilitate facta sua omnia metiri, & aliorum uitam emendatiorem reddere. Postulare uero, ut ne sibi à sole obstetur, quamnam id ciuitatem, quamnam domum, quemnam uirum, quamnam mulierem cõseruauit? Age uero num quoddã lucrũ uocis huius libertas peperit? nam lucrum à libera martyris nostri uoce natum iam ipsi demõstrauimus, idq; ulterius progressi apertius detegemus. Tũ enim Babylas iniuriũ Imperatorem, quatenus sacerdoti fas est, puniuit: principum altos spiritus compressit: diuinis legibus, dum uiolarentur, opem tulit: supplicĩũ pro iniuste occiso exegit, supplicĩorũ omniũ grauissimũ, ijs quidẽ certe q mente sana sunt. Meministis q-dem omnino, quũ de cęde ipsa uerba facerẽ, quẽ admodũ uestrũ qui audiebatis unusquisq; intra se afficeretur, atq; inflammaretur, percussoremq; ipsum in manũ capere desideraret, neq; nõ precaretur alicũde apparere, qui cædẽ ulcisceret. Hoc ipsum igitur beatus ille præstitit: pœnam enim sumpsit tum se dignã, tum idoneam quæ illũ conuerteret, si modo stupidus admodum nõ fuisset: nequaquam postulando, ut sibi ad solis radios calescẽti abscederet rex, neu à sole obstaret, qn potius impudenter in templi septa ingredientẽ, atq; omnia cõfundentem, quasi canem quendam aut seruum improbum à domini sui aula excludẽdo. Vides nunc me non iactabunde, nõ temere paulo antè dixisse, philosophorũ uestrorum miracula à Babyla puerilis sensus opera reddita fuisse? At temperans, inquis, fuit, continentemq; uitam egit Sinopensis ille, ut qui etiam legitimas nuptias nõ sustinuerit? Sed adde, obsecro, temperãtiæ ac continentiæ illius modum. Tu uero nequaquam addes, quin libentius temperantiæ laudes illi detraxeris, & temperantiæ eius modũ prodideris.

deris.adeo certe ille infamis,ac magno dedecore plenus uixit. Percurrerem hoc loco & cæterorũ nugas,ſtultum ac uanum ſtudiũ,deniq; turpitudinem: ubi enim,quæſo,utile eſt à ſeminis humani guſtu nõ temperare:id quod faciebat Stagirites: quale cõmodum cum matribus,ac ſororibus miſceri:quod quidem philoſophus Stoę præfectus lege ſanxit. Percurrerem etiam Academiæ principem,illiuſq; diſcipulum:item & eos,de quibus maior eſt admiratio,his quos nominaui obſcœniores fuiſſe demonſtrarem:obſcœnum quoq; puerorum amorem ab illis in honeſtatis ac philoſophiæ parte annumeratũ, omni retecta allegoria denudarem,niſi tũ nobis ad alia properãtibus oratio lõgior hac ratione fieret,tum omnium illorum riſus,uno à nobis detecto,ſatis ſuperq; redargueretur. Vbi em̃ is qui auſteriorẽ philoſophiæ partem ſequi uiſus eſt,quiq; cæteros & linguæ libertate,& uitæ continẽtia excelluit,adeo turpis, adeo ineptus, adeo immoderatus fuiſſe demonſtratus eſt(nam & humanis ueſci carnib. indifferẽs eſſe dixit)quorſum attinet & de reliquis deinceps uerba facere,præſertim ubi qui ſtudij,ac uitæ inſtituti excellentia cæteris illuſtrior fuit, omnibus tam ridiculus,tam puerilis,tam delirus apparuit? Itaque eò noſtra redeat, unde aberrauit oratio.Ergo Babylas,ut dictum eſt, tum eos qui nondum Chriſti fidem receperant, compeſcuit: tum eos,qui iam receperant,religioſiores etiamnum reddidit, non priuatos homines modo,ſed & milites, & militum duces, & præfectos: planum faciens,ipſum etiã regẽ,eumq;,qui ſummus fuerit apud Chriſtianos,nuda tantũmodo eſſe nomina,ac dum uel pœnã irroganda,uel honos deferẽdus fuerit,quiſquis etiã diadema geſtet,hunc uel infimis quibuſq; adequari. Ad hæc eorũ certe ora obturauit,qui impudẽtia quadã abutentes affirmare uellent, quum Chriſtiani libertatẽ apoſtolis tribuimus,eam non niſi fictam quandam à nobis iactantiã eſſe: re quidẽ cõmonſtrans olim etiam eiuſmodi uiros probabiliter extitiſſe, dum eorum poteſtatem ſignorũ præſtatio maiorẽ efficeret.Exiſtit & hinc tertium quoddam rarę uirtutis facinus,atq; exemplum. Futurorũ enim poſthac & ſacerdotũ & regum animos,horũ quidem demiſit,illorũ aũt extulit: planũ faciens terræ, & eorũ quæ in terra fiunt,curam,ac præfecturã ueri us reſidere penes ſacerdotẽ,q; penes eum qui paludamento ornatus,ac purpura indutus eſt: necnon oportere de poteſtatis huius amplitudine ſacerdotẽ nihil detrahere, ſed hominẽ potius exuere,q; autoritatẽ huic principatui ſupernè à deo attributã deponere. proinde q ſic è uita deceſſerit, uel mortuus nemini non prodeſſe poterit: at qui ordinis huiuſmodi deſertor fuerit, nõ ſolum nemini mortuus uſui eſt, ſed uiuentiũ quoq;,quib. preeſt,q; plurimos ſegniores,molliores q; reddit, exteris ipſe interim & uituperabilis & ridiculus. Idem etiam cũ è uiuis deceſſerit,multo cum dedecore, ac mœrore ad Chriſti tribunal ſiſtetur: unde ipſum poſtea trahentes in fornacẽ ardentẽ ab ducent poteſtates eæ,quibus id negotij demãdatum eſt.quamobrem ſapientis uerbũ nos monet: Ne perſonã adſumpſeris cõtra tuã ipſius animã. Eccleſ.42
Quòd ſi diſſimulare tutum non eſt, dum homini ab homine iniuria infertur:quo tandem ſupplicio dignus non erit,qui ſiluerit,ac neglexerit,intuitus diuinas leges iniuriã accipere? Quinetiã et aliud item nõ minus ijs, quæ dixi, bonũ nos Babylas docuit,q;uidelicet unumquẽq; oportet ſuo officio fungi,etiamſi inde nullum lucrum ad alios dimanet(neq; enim ipſi,ad Imperatoris quidẽ emolumentũ,libertas profuit)nihilo tamen ſecius ſuas omnes partes,atq; officium omnibus numeris impleuit,quum interim qui morbo laborabat,propria cõtumacia atq; uecordia artificis peritiã offenderit, medicamento à uulnere magna cum animi indignatione amoto. quaſi enim abũ de ſatis ad impietatẽ nõ eſſet,homicidiũ patraſſe, & frõte perfricta in dei templum inſilijſſe,ſic homicidio priori & alterum adiecit homicidium:& quaſi ſimul ſtuderet poſterioribus ſceleribus priora uincere,nec tamen præcedentiũ indignitatẽ ſubſequentiũ excellentia obſcurare (ea eſt enim diaboli inſania,ut quæ contraria, ac ſibi inuicem pugnantia ſunt aſtruat,moliat̃q;)ſic utriq; homicidio eximiũ id largitus eſt,ut mutuã quandã inter ſe congruentiã haberẽt.Et erat profecto pueri cędes prior poſteriori miſerabilior:Babylę aũt cædes poſterior priori ſceleſtior.Anima em̃, quę peccati guſtum ſemel fecerit,tum quę nullius doloris aut pœnitẽtiæ ſtimulis tangitur, magnũ certe auctariũ morbo abijcere ſolet.Ac quemadmodum uſu uenit,ut ſcintilla ignis,ſi forte immẽſam materiã corripuerit, ſtatim obuiã quãq; exurat, nec ante tamẽ ſubſiſtat,q; quod reliquũ eſt, id omne depaſcatur, quantoq; plura cõprehenderit flãma,tanto magis robur ad alia cõſumenda concipiat:fitq; tum ut cõprehenſorum à flãma lignorum congeries lignis ijs,quæ mox flamma comprehenſura eſt,quaſi inſidias ſtruat,flamma eadẽ ſeſe ſemper lignorũ cõprehenſorum auxilio contra ea,quæ intacta adhuc manent,armãte: Sic & peccati natura,ubi animi cogitationẽ aliquã adorta eſt,nec quiſq; eſt qui malũ reſtinguat, procedẽs ulterius grauior certe,ac magis indomita efficitur:,ppterea ſæpe fit, ut quæ poſteriora ſint peccata prioribus grauiora ſint,anima ſemper poſteriorum peccatorũ acceſſione ad maiorẽ cõtumaciam ac deſpicientiã ſeſe promouente,& per hęc ipſa ſuam quidẽ uim eneruante, peccati autẽ robur alente:qua utiq; ratiõe cõplures uideas in omne peccatorum genus imprudentes prolapſos, q; flãmam initio exorientẽ non reſtinxerint: Sic & infelix ille Imperator peccatis ſuis prioribus, poſteriora grauiora adiecit: ubi em̃ iuuenẽ illum extinxit,eueſtigio ab illius cæde ad inferendã tẽplo iniuriã irruit:rurſus ab hac iniuria, tanq; iter ſemel cœptũ perſequens,ad cõtumaciã temeritatẽq; ſuã,ſacerdotio cõtumelia afficiẽdo ſe accinxit,uinctũq; ferro Babylam, atq; in carcerẽ conie&tũ ita tũ excruciabat ab eodẽ beneficij pœnas exi-

2.Cor.

exigens: eumq; ob quæ officia admirari potius, coronaq; insignire, ac plus q̃ etiam parentes propríos uereri coueniebat, ob ea ipsa cogebat malefícorũ hominũ uincula, uinculorũ calamitates, miserias, erumnas sustinere. Ita, quod modo dixi, peccatum ubi initium cepit, nec est qui id ulterius progredi impediat, cohiberi postea, ac frenari haud facile potest: equorũ insanientium ritu, qui quũ freno ab ore disiecto, nec nõ sessore ab armis excusso, atq; resupinato, neutiquã tolerabiles occurrentibus euaserint, nemine illos inhibente, immoderato quodã impetu hac illac se ipsi præcipites ferũt: quo fit, ut salutis nostrę hostis huiusmodi animas ad insaniã impellat, quò eas medicorũ præsentia atq; auxilio destitutas deprehẽdens cõcidat, & infinitis malis exerceat. Etenim qui corpore laborant, donec medicos ad se adire patiuntur, in magnam certe salutis spem ingrediuntur: ubi uero mente capti calcitrant, ac se morbo liberare uolẽtes mordẽt: tũ deniq; morbo incurabili laborant, idq; nõ ob morbi ingeniũ, sed quòd ab ijs destituti sunt, qui insaniã illam sanare possint. In quam insaniam & tyrãnus iste sese cõiecit. Nã medicum nactus, hunc, uulnus adhuc dum secaret, statim expulit, & à domo q̃ potuit lõgissime exegit. Hîc poteras Herodis fabulã non iam auribus tantũ haurire, sed & coràm maiori sanè cũ petulantia atq; immodestia spectare: quoniã qui dem & maiori certe cũ ostentatione, atq; apparatu diabolus rursus ipsam fabulam in uitæ huius theatrum agendã introduxit, pro tetrarcha regẽ substituẽs, pro una causa duplex argumẽtũ, idq; longe illo inquinatius præbens: ut non numero tantũ, sed & ipsa rerum natura, hæcce tragœdia clarior multo, atq; illustrior euaserit. Non em̃ hîc sicut illic nuptijs iniuria afferebat̃, neq; ex illegitimo coitu, sed ex scelestiori puerilis cædis inquinamento, ex tyrannide crudelissima, ex legis transgressione, non in uxorem, sed in ipsam sanctimoniam præstita, historiæ huius telam diabolus contexuit. Coniectus ergo in carcerem Babylas, gaudebat quidem de uinculis, dolebat autẽ de eius exitio, à quo uinctus fuerat. neq; em̃ pater, neq; pædotriba, quum ille ex filij, hic ex discipuli flagitio, aut calamitate celebriores fiunt, celebritatis huius uoluptatem mœrore uacãtem capiunt. Propterea & beatus Paulus Corinthios alloquẽs dicebat: Precamur aũt ut mali nihil cõ-
2.Cor.3 mittatis, non quò nos probati uideamur, sed ut uos bonum faciatis, nos autem tanquam reprobi simus. Eadem igitur ratione & admirabili uiro Babylæ discipuli salus desideratior erat, quàm expectata ex carcere merces: cui quidem gratius certe accidere nihil potuisset, quàm si per discipulum resipiscentem huiusmodi laudibus priuari ipsum contigisset: seu, ut uerius dicam, si discipulus prorsus in istam morum peruersitatem dilapsus non fuisset. Nolunt enim sancti corollas sibi alienis ex malis contexi: quòd si ab alienis malis nolũt, multo minus ab ijs malis, quæ ipsorum domestícis ac familiaribus obueniunt. Quo nomine & beatus Dauid uictoria parta, ac triũpho iam acto, lugebat, & lacrymabatur, quòd ad calamitatem, quam ex filio receperat, & hæc item accessisset: quin exeuntibus ad conflictũ militib. multa tyranni nomine mandabat, eosq; qui ad illius cædem properabant, hac oratione cohibebat: Parcite puero Absalon, quem ipsum in præ- 2.Reg.18
lio prostratum lugebat, non sine fletibus, lachrymisq; amaris inimicum reuocãs. Quòd si naturalis pater tam propenso est erga líberos suos affectu, certe multo magis id de spirituali patre fatendum est. Parentibus enim spiritualibus liberorũ suorũ maior cura est, q̃ naturalibus, Paulo ita at-
2.Cor.11 testante: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offendiculum patitur, & ego non uror? Sed hoc quidem æqualitatẽ nobis repræsentat, quanquam certe uix patres in hãc ipsam uocem erumpant. Veruntamen demus & illos hucusq; affectu accedere posse: nos enim spirituales patres maiora etiã præstare ostendemus. At hoc ipsum unde? Ab ijsdem iterum uisceribus, & à legislatoris Mosis uerbis. Ille uero quid dicit? Si remit-
Exod.32 tis eis peccatum, remitte: sin minus, & me ipsum ex libro quẽ scripsisti, dele. Nullus sanè est pater cui alio qui bonis infinitis perfrui liberum sit, qui tamen malit unà cum liberis suis pœnis affligi. At Apostolus, ut qui in gratiæ statu uersatus fuerat, paterni huius affectus intentionem addidit, propter Christum. Non enim Mosis exemplo cum illis pœnas dare malebat, sed ut alijs bene esset, sibi ipse excidium imprecabatur, quum di-
Rom.9 ceret: Optarim anathema esse in Christo pro cognatis meis fratribus secũdum carnem. tanta certe misericordia, atque affectu olim sanctorum animi abundabant. Vnde & Babylæ nostri uiscera magis excruciabantur, quòd Imperatoris exitium magis ac magis inualescere intueret̃. Neq; enim solum templi causa stomachatus, sed beneuolẽtia quadam erga Imperatorem adductus id fecit, quod illum fecisse diximus. Etenim hic dũ diuina sacra cõtumelia afficeret, illis quidem detrimenti nihil afferebat, quin potius semetipsum infinitis malis implicabat. quapropter pater filij amore tactus, illum intuitus illata sacris cõtumelia furore percitum præcipitem ferri, immoderatum illum impetũ cohibere conatus est, eundem à se obiurgatum quasi effrenem equum retro inhibere properans. At non sustinuit infelix ille, quin potius morso freno prorsus obsistens, secq; & furori, & insaniæ, rationis gyro relicto, dedẽs, in extremi exitij uoraginẽ coniecit, Babylã è carcere eductum, iubens uinctũ ad mortis supplicium abduci. Atq; hic quæ fierent, ijs, quæ cernerentur, minime respõdebant. Qui enim uinctus uidebatur, oĩbus simul uinculis solutus erat, tam ferreis, quàm alijs item grauioribus (curas hîc intelligo, ac labores, cęteraq; mala omnia quæ nos in hac mortali uita circunsistunt) contrà, qui solutus ferro & adamante uidebatur, alijs quibusdam compedibus longe grauioríb. uinctus erat, peccatorũ scilicet catenis irretitus. Sãctus igitur Babylas

Babylas morti se propinquum dum uideret, cor pus suum unà cum ferreis illis catenis sepelien dum mandauit, planum faciens, quæ ignominio sa uidentur, ea quoties propter Christum fiunt, honorifica esse, ac splẽdida: eumq; qui ea patitur, non solum non dissimulare, sed inde sibi placere oportere, hac quidem in parte beatum Paulum imitatus, qui sursum ac deorsum stigmata, uincu la, catenam uersabat, ob ea ipsa gloriabundus, ac sibi placẽs, quorum alios puderet. Quòd autem alios puderet, id ille nobis ea defensione decla-
Act. 26 rauit, qua ad Agrippam usus est. Nam Agrippæ dicenti: Parum abest Paule, quin me Christia num efficias, respondit Paulus: Vtinam uel paruo, uel multo tempore, non solum tu, sed & qui hic circunstant omnes Christiani fierent: excep tis hisce uinculis: quæ uincula non utiq; adiecis set, nisi res ea ignominiosa uulgo uisa fuisset. San cti enim dominum uere quum amarent, afflictio nes pro illo magna cum alacritate suscipiebant, per quas etiam clariores euadebant: unde & hic
Coloss. 1 idem ait, Gaudeo in afflictionibus meis. Lucas autem & de reliquo apostolorum cœtu eadem
Act. 5 hæc testatur: Post multa, inquit, flagella recede bant gaudentes, quòd digni habiti essent pro Christi nomine ignominia notari. Igitur ut ne quis gentilium existimaret certamina, ac dedeco ra ui ac necessitate à nostris sustineri: ipsa certami num symbola iubet Babylas unà cum cadauere suo inhumari, ostendens sibi illa pergrata, & per amica esse, pro ea quidem charitate, qua totus in Christum appensus erat. Et extant etiam nunc cum Babylæ cineribus compedes, ecclesiarum præfectos omnes commonefacientes, ut uinciri, ut iugulari, ut quiduis pati oporteat: certe omnia prompto atq; alacri animo, ac magna item cum uoluptate sustinenda, ut concreditæ nobis liber tatis ne leuissimam quidem partẽ prodamus, aut contaminemus. Et quidem beatus ille in eo splẽ dore, atque honore mortem cum uita commuta uit. Enimuero existimaturus est fortasse quispiã hoc loci orationi nos nostræ finem imposituros. neq; eñ uita hac finita laudatorũ operũ, aut uirtu tis ostentãdæ occasiones suppetere, quemadmo dum neq; athletis post ipsum certaminũ tempus exactum, corollas contexi conuenire. Verum ea quidem est gentilium non ab re opinio, quorum spes ultra hãc mortalem uitam haudquaquã pro rogatur. At nos quibus uitæ huius exitus illustri oris uitæ alterius initiũ est, ab hac suspicione, atq; opinione lõge absumus: quam sanè opinionẽ re ctam esse, apertius à nobis alibi cõmonstrabitur. Interim & quæ uirtutis eximiæ opera post Baby læ generosi martyris obitũ obuenere, talia sunt, quæ magnam orationi nostræ fidem facere pos sint. Posteaquã enim pro ueritate tuenda ad mor tem usq; decertauit, & ad proprij sanguinis effu sionẽ usq; contra peccatũ depugnãs restitit, atq; ut ne ordinem eum, quem à magno rege accepe rat, desereret, ipsam etiã animã deseruit, nullo nõ generoso atq; egregio bellatore illustrius occum bens, animam quidem ipsius cœlum habuit, cor pus autem (quo tanquam ministro ad uirtutis o pera præstanda usus fuerat) terra, sic ut creatura ipsa athletam diuiserit. Atqui poterat Babylas, uel exemplo Enoch transferri, uel Heliæ modo rapi, ut qui utriusq; æmulator fuerat. At deus qua est in humanum genus benignitate, inter alias, quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones de dit, & hanc quoq; uiam nobis à se munitam esse uoluit idoneum ad uirtutem capessendam stimu lum, relictis scilicet interim apud nos sanctorum reliquijs. Nam post sermonis facultatem, ipsa cer tè sanctorum sepulchra proximum locum obti nent ad animas hominum in ipsos sanctos intu entium ad uirtutum earundem æmulationem ex citandas. Ac sicubi quis huiusmodi conditorijs adstat, suum statim sensum ab hac, quam dico, ui correptum animaduertit: capsulæ enim aspectus in animam inuadẽs ipsam percellit, & exuscitat, ac perinde afficit, quasi qui illic mortuus iacet, preces simul fundat, præsensq; adesse cernatur: deinde fit, ut qui se sic affectum sentit, mira alacri tate gestiens, aliusq; prorsus quodammodo effe ctus, ita ex eo loco discedat. quisquis porrò ani mum aduertere uolet ad eos, qui mortuos luctu prosequuntur, probe inde edocebitur, imagina tionem de mortuis conceptam solere ex ipsis lo cis in animos insinuari: qui ubi mortuorum se pulchris astiterunt, protinus quasi ibidẽ sepultos coram stantes contueantur, sic eosdem in ipso sta tim uestibulo inclamant: plerique autem intole rabili dolore uexati, reliquum uitæ tẽpus ad de mortuorum monumenta habitare sibi in animũ induxerunt. Id quod nequaquam feciissent, nisi à locorum aspectu consolationem aliquam cepis sent. Et quid hîc de locis, ac sepulchris uerba fa cio? quum & sæpe uestis sola mortuorum uisa, & uerbum unum in mentem influens animum no strum excitet, & memoriam interlabentem refri cet, quibus de causis ipsas nobis sanctorum reli quias deus reliquit. Porrò autẽ quòd hæc dicam, non temerariæ cuiusdam iactantiæ causa, sed q̃ id ipsum emolumenti nostri gratia factum fuerit, abunde orationi nostræ fidem faciunt, tum quæ quotidiana à martyribus miracula æduntur, ma gna affatim ad illa hominum multitudine affluẽ te, tũ illis nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitum uirtutis egregiæ specimina. Vbi e nim ita ut mandauit sepultus fuit, & tam longũ temporis interuallum ab eius sepultura interce sit, ut non nisi ossa, ac cinis in feretro superarent, placuit Imperatori uni ex ijs qui postea impera runt, deo ipsius animum ad id impellente, capsu lam in suburbiũ istud Daphnen abduci. Quũ eñ deus uidisset locũ illum adulescentũ intẽperãtia quadam quasi tyrannide obsessum, in periculum uenire, ne prorsus ab ijs desereret, qui grauiores essẽt, quiq; in honestate ac modestia uitã degere in animo haberent, loci incõmodum ac noxã mi seratus, misit qui contumeliam uindicaret. Etenim ipse Daphnes locus pulcher atq; amœnus ut esset,

esset, deus fecit, simul aquarum copia, ac pulchritudine, simul terræ ingenio, simul cœli atq; aeris temperie, non quidem uti solum inde oblectamẽtum ac leuamẽtum captaremus, sed uti his de rebus se optimum opificem laudaremus. Salutis autem nostræ hostis (cuius ea est natura, ut dei muneribus in opus contrariũ semper abutatur) locũ eundem quum occupasset, qua corruptorum iuuenum turba, qua malorum spirituum habitaculis, affinxit præterea & infamem quandam fabulam, per quam suburbij decor omnis ac gratia dæmoni accepta ferebatur. Fabula porrò sic habet.

Daphnen aiunt adhuc puellã Ladonis fluuij filiam (antiquis enim mos is receptus fuerat, ut & fluuij gignerent, & quæ à fluuijs genita essent, in res postea sensu carentes mutarentur, & pleraq; id genus prodigiosa effingerentur) Daphnen, inquam, puellam, forma admodum præstantem fuisse uolunt, quam quum uidisset Apollo, illius statim amore deflagrauit: hæc uero deum cursu se capere cupientem fugiens, in suburbium istud quum peruenisset, ibidem substitit. mater porrò uim patienti filiæ opem ferre uolens, aperto gremio uirginẽ statim excepit, ac pro puella eiusdẽ nominis plantulam reddidit. hic perditus amator amoribus suis fraudatus arborem circumplexus, tum plantam, tum locum sibi uendicauit, propriumq; fecit. In quo postea quum assiduus cõmoraretur, eum præ alijs omnibus diligere, atq; amare cœpit: postremo qui tum rex erat, Apollini templum, & aram extrui iussit, quo posset dæmon suam insaniam per eum locum cõsolari. Et hæc quidem uetus fabula, at incõmodum à fabula exortũ non iam fabula fuit. Posteaq; enim iuuenes permulti impudici illuc accedentes, suburbij pulchritudinem cõtaminarunt, ibidem in comessationibus atq; ebrietatibus uictitãtes, uolens diabolus malum hoc magis ac magis glíscere, fabulã eam quam recitaui, cõfinxit, dæmonẽ loci eius incolã esse diuulgans, ut eiusmodi historia maius illis impudicitiæ atq; impietatis incendiũ fieret. Ad tanta porrò isthæc mala tollenda, inuenit Imperator sapientissimum id remedium. Sanctum Babylæ martyris corpus eum in locum si tranferretur, existimauit perinde fore, ac si medicus ad laborãtes mitteretur. Sin iter id, quod ab urbe ad suburbiũ ferret, autoritatis regiæ mandato impediret, atq; interdiceret, iudicauit mandatum id omnibus uulgo uisum iri tyrannicum quoddam, agreste, ac crudele factum. Quòd si mandato adderet, ut qui honesti ac moderati essent, ijs suburbij adeundi potestas fieret: qui uero incontinentes, atq; intemperantes, ab eo arcerentur, mandatũ perplexum ac difficile fore cẽsuit, utpote per quod præuidebat quotidianas censuras in dijudicãda uniuscuiusq; uita necessarias. Itaq; martyris præsentiam malorum horum omnium finem ac remedium fore existimauit, quem quidem idoneum intelligebat, qui tum dæmonis potentiam antiquaret, tum iuuenũ luxum emendaret: qua uticq; spe nequaquam falsus est. Nam ubi quis Daphnæ appropinquat, uiso statim martyris monumẽto, uel ab ipso suburbij uestibulo, compescitur, atque emendatur, more adolescentis alicuius in cõuiuio accumbentis, ac pędagogum astantem cõtuentis, eundemq; uultus significatione iubentẽ, ut decenti ordine seruato bibat, edat, loquatur, rideat, cauens necubi modum supergressus, suam ipse existimationem dehonestet. porrò ab eiusdem monumẽti aspectu tum ab ea, quam de beato martyre concepit, imaginatione factus ille religiosior, ad capsulam ipsam continuo accurrit: ad quam cumprimum peruenit, maiorem animo trepidationem recipit, mox abiecto omni contemptu tanquam uolatilis effectus, ita ab eo se loco domum recipit. Idem etiam eos qui ab urbe in suburbium ascendunt de uia excipiens, huiusmodi cum temperantia relegat ad Daphnes laxamẽtum, tantum non uocem illam inclamans, Exultate domino in tremore, & apostolicũ illud adijciens, Siue comeditis, siue bibitis, siue aliud quoduis facitis, ad dei gloriam omnia facite: qui idem si incidat in nonnullos delicijs delibutos ex suburbio ad urbem se recipientes (si quibus forte usu uenerit ut quadam quasi animi socordia frenum abijciant, atq; in crapulam, in absurdas aliquas delicias præcipites ferantur) hos ebrios in suum diuersorium excipiens, non permittit ebrietatis noxam gestãtes, domum abire, quinimo timore incusso refrenans, ad eandem reducit sobrietatem qua præditi erant, antequam ebrietate madefierent. Etenim quasi tenuis quædam aura eos, qui in martyris æde fuerint, undiq; circumspirans afflat, non ea quidem sensibilis, nec quæ ad augendam corporis uim faciat, sed quæ in ipsum tantũ animum obrepat, eundemq; undiq; decenter cõpescẽs, ac terrestrem omnẽ sarcinã circuncidens reficiat, atq; ingraescentẽ iam & fractũ agiliorẽ reddat. Et quidem Daphnes forma, ac pulchritudo segniores, ad se ipsa euocat: at martyr quodã quasi in piscatu considẽs, & ad se introgressis insidias parãs, eos retinet, ac ueluti ad normam quandam prius compositos dimittit, & ita dimittit ut amata in posterum pudice, ac citra omnem incõtinentiam sint usuri. dum enim ex hominibus alij socordia adducti, alij mundanis solicitudinibus impediti sanctorũ martyrum monimenta inuisere negligunt, perfecit deus, ut hocce irretirentur modo, & talem ipsi fructũ curationis animæ caperent: ac perinde fit, ut si quis ęgroto medicamẽta salutifera admittere nolẽti medicamentũ dulci quodã condimẽto oblitũ pręparet. Qui igitur ini bi tandem curantur, eò perueniunt, ut iam nõ deliciæ solum, sed & uisendi sancti desiderium suburbij adeundi occasionẽ multis afferat: siue, ut uerius dicã, qui honestioris uitę sunt, hoc uno nomine illuc uentitãt, qui infirmiores illis sunt, utroq; nomine: qui uero infirmissimi, nõ alio, q; deliciarum captandarum nomine: Posteaq; autem illuc peruenerunt, eos aduocans ad sese martyr, suis ipsius epulis splendide exceptos, fortiq; armatura præmunitos, non patitur in malũ aliquod prolabi.

Pſal. 2
1. Cor. 10

labi. Et est perinde mirum eo in loco mollem ali- A quem ac socordē resipiscere, & tanq̄ è media insania sanum caput attollere, ut si quis in medios ignes cōiectus ab igni detrimēti nihil accipiat. circunuallata em̄ rationis arce ab iuuentute, ab effrenata audacia, à uino, à saturitate molestius etiam q̄ à flāma ipsa, beati Babylæros inspectantiū animam ex obtutu ipso influēs flammā ipsam sopit, incendium sistit, ac magnā certe animi religionē instillat. Atq; in eum, quem dixi, modum, Babylas intēperantiæ tyrannidē subuertit. At quo idē modo & dæmonis potestatē extinxit? Primū quidem tum dæmonis inibi habitantis obsidionem, tum fabulæ noxam ijs ipsis, quas dixi rebus ineffi cacem reddidit: deinde & dęmonē ipsum exegit. Verum antequam ad exactionis modū ueniam, B illud uos annotare postulo, Babylam non statim ubi aduenit, dæmonē eiecisse, sed manentē eum otiosum, inertem agendisq; rebus ineptum reddidisse. Illi em̄ os ita obstruxit, ut uel lapidibus ipsis magis mutus redderet. Et quidē manenten inibi dæmonem superauisse, non minus fuit q̄ si eundem de loco exegisset, quū qui loci illius accolis omnibus fucū prius faceret, ne extincti quidem Babylę cineres contueri sustineret. Ea est em̄ sanctorum potestas, ut illorū superstitū dęmones ne umbras quidē aut uestes ferre possint, uita autem functorū & loculos quoq; reformidēt. Itaq; si qs quæ ab apostolis facta fuisse prædicant, fidē non habet: is tandē memoriæ huius miracula intuitus ab impudētia sua desistat. Nam qui de omnib. o- C lim gentilibus uictoriā reportabat, à martyre tanquam ab hero increpitus suppressa uoce latrare desijt. Ac primū quidem uidebat mutus esse, q̄ sacrificiorum, & aliorum id genus cultuū particeps minime fieret. Dęmonū enim mores ij sunt, ut dū mortales nidore, fumo, sanguine eos inuitant, & allectant, tanquam canes cruoris auidi & helluones, ebibendi, absorbendiq; eius causa præsto adsint: rursus dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadam pereāt. Quibus certe sacrificia dum fiunt, ac fœda dum celebrant mysteria (quæ ipsa nihil certe aliud sunt, q̄ amores quidā obscœni, quàm puerorū cōtumelię, quàm adulteria, quàm domorum subuersiones, ut nihil hîc agam de inhumanis cædium generibus, deq; nefarijs illorū D cœnis) quibus, inquam, fœda dum celebrantur mysteria, statim aduolant, & delectantur, etiamsi malefici, etiamsi præstigiatores, etiamsi pestes hominum sint, qui mysteria eadē peragant. Imo uero, ut uerius dicā, nō alios plane habēt, q̄ quos depinxi, sacrorum suorū administros. qui enim temperans, modestus, castus est, is nec comessationē admittet, nec temulentiam, nec dictu fœdum aliquod uerbum proferet, nec alteri cuiquam id genus fœditatibus inseruiēti aures suas accommodabit. quanquam oportebat, si quam illi humanę uirtutis curam gererent, si quam felicitatis assectarum suorum rationem haberent, nihil potius requirere, quàm uitam optimam, quàm mores recte emendatos, prætermissis illis indecoris dapi- bus, quibus tamē (quando nihil habēt antiquius hominū exitio) magnopere delectant, ijsdem colí se profitentes, quibus, tum nostra mortalium uita subuertitur, tum honestas omnis radicitus diuellitur. Primum igitur uidebatur hic dæmon hac, quam dixi, ratione obmutescere, Post autem conuictus fuit, uiolenta necessitate præpeditus id facere: metus enim, quo quasi indito in os freno cogebatur, impedimento illi fuit, quò minus solita contra homines impostura abuteretur. Vn de hoc liquet? Sed ne tumultuemini. Id enim cōmonstrabo, atq; ita commonstrabo, ut ne illis quidem, quibus maxime curæ semper fuit impudenter omnia asseuerare, in posterum ea impudentia abuti liceat, quoties sermo inciderit, uel de ueterum illorum dæmonum, uel de istius dæmonis infirmitate. Neq; enim mihi cōiecturis opus est, neq; id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus, sed ipsum dæmonis hac de re testimonium adhibebimus. Ipse enim letalem uobis plagam inflixit, uestramq; omnem fiduciam ac libertatem concidit. At uos ne illi succenseatis: neque enim prudens, sed à maiore quadam potestate coactus, tyrannidem ipse suam deleuit. Id uero qua tandem ratione factum est? Mortuo eo Imperatore qui Babylæ corpus in suburbium transtulerat, huius fratrem ad imperij administrationem perduxit is idem, qui illum Imperatorem fecerat, atque hic sine diademate imperiū accipit: hactenus enim demortui quoq; fratris potestas præscripta erat. Idē hic Imperator quū impostor ac sceleste esset, primū propter eum, à quo principatum acceperat, Christianū se esse simulauit: deinde eo uita defuncto, abiecta statim persona, fronte perfricta, quā antea superstitionē intus celauerat, hanc in medium productam nemini nō manifestam fecit, diuulgato per uniuersum terrarum orbem mandato, ut idolorum templa instaurarentur, aræ excitarentur, pristini dæmonibus honores redderentur, magni item illis prouentus uarijs ex locis suppeterent. Quo ex mandato magi continuo, incantatores, augures, haruspices, menagyrtæ, hoc est menstrui uiatores, seu præcones, denique omnifariæ impostura artifices undiq; ab uniuerso orbe confluxerunt. hîc cernere quidem licebat regiam ipsam infamibus, abiectis ac profugis hominibus refertam. Nam quotquot usquam fame tabescētes, quotquot ob ueneficia ac maleficia conuicti, quotquot publicæ custodiæ addicti, atq; ad metalli opus detrusi, denique quotquot sordidarum artium artifices uix inde uictitare possent, quum se ipsi derepente sacerdotes esse profiterentur, mirum est quanto in honore, quanto in pretio habiti omnes fuerint. Hic Imperator ducēs ipsos, ac militum præfectos cōtemnere, assis unius non æstimare, contrà mares meritorios, & meretrices è fornicibus suis excitatas unà secum per totam urbem, per angiportus omnes circunducere: quū interim regius quidem equus, omnesq; prætoriani pone multo interuallo sequerentur, lenones autem & meretri-

culæ

culæ anteambulonum loco, & uniuersus merito riorũ aduleſcẽtum chorus regem medium ſtipantes per forum inambularent, ſermones eos profe rentes, atq; cachinnos attollentes, quos par erat eiuſcemodi farinę homines attollere: quę ipſa certe non neſcimus talia, tamq; adſurda fuiſſe, ut poſteris fide maiora futura ſint. neque enim priuatorum quiſquã eorũmue qui humile pudendũq; uiuẽdi genus inſtituerint, uelit tam turpis, tamq; indecens publice uideri. Sed ad eos ſanè, qui adhuc uita ſunt ſuperſtite, oratione nulla opus eſt: qui enim adfuere, & ea dum fierent ſpectauere, hi & quæ hîc à me dicuntur, nunc exaudiunt: propterea enim ſuperſtitibus etiam nũc teſtibus hæc ſcribo, ut ne quis uetera recenſentẽ me, inter eos qui rei ignari ſint, magna licentia mentiri exiſtimet. Ex ijs enim qui ea uiderunt, ſuperant adhuc & ſenes, & iuuenes, quos omnes obſecro, & obteſtor, ſi quid à me hiſtoriæ adiectum fuerit, in medium prodeant, meq; redarguant. ſed ſcilicet tantum abeſt, ut me de meo adieciſſe quicquam ſint redarguturi, ut deprehenſuri etiam ſint, multa certè à me prætermiſſa: neque enim fieri potuit, ut oratione turpitudinis illius immenſam magnitudinem repræſentarem: poſteris uero, qui crediturí iſthæc non ſunt, unum id dictum eſſe uelim, dæmonem ueſtrum, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus adminiſtris uti. Itaque mirum nemini eſſe debet, ſi miſer ille, qui prorſus dæmonum ludibrio ſeſe addixerat, ea minime diſſimularet, propter quæ diij, quos coleret, magnopere ſibi placent. Iam uero quis enumerauerit necromantias? quis puerorum cædes? nã uictimæ illæ à quibus homines ante Chriſti aduentum nõ abſtinebant, poſt eius apparitionem repreſſæ, de integro renouabantur, non iam quidẽ in propatulo: nam tametſi Imperator eſſet, ac licentioſe omnia ageret, tamen tanta erat rerum earum impietas, ut ea imperatoriæ etiam licentiæ magnitudinem ſuperaret: uictimę, inquã, illæ de integro tamen renouabantur. Daphnen itaque idem hic Imperator grauitatem ore præferens conſcendit, multis quidem cum donarijs, ac ſacrificijs, manante etiam ſanguinis torrente, quẽ mactatarũ pecudum cædes effecerat. Tum à dæmone magna inſtantia oraculum poſcit, poſtulans ſibi ille ijs de rebus reſponſum ut daret, quas animo agitabat. Ibi ſtrenuus ille ſcilicet, qui pelagiq; modum, & numerum qui nouit arenæ, qui mutum capit, & ſurdum qui intelligit idem, ut de ſe ipſe profiteꝛ, belle admodum cauit, ne in eum ſermonẽ deueniret ut aperte teſtareꝛ per ſanctũ Babylam, ac uicinorum uirtutem obſtructum ſibi eſſe os, ac propterea loqui nequaquam poſſe, nimirum ueritus, ne cultoribus ſuis ridiculus fieret. Cæterum quum idem adumbrare uellet uirium ſuarum à Babyla deuictarum conditionem, eum taciturnitatis titulum aperuit, per quem ridiculus magis reddebaꝛ, quàm ſi prorſus tacuiſſet. tacens enim imbecillitatem tantummodo ſuam detexiſſet, nunc uero & imbecillitatem, & turpitudinem, & impudentiam declarauit, ſtudens ea adumbrare, quæ adumbrari minime queũt: quis enim color hic eſſe poteſt? Daphnes, inquit, locus cadaueribus ſcatet, id quod oraculũ arcet. Et quãto præſtabat peſſime dæmon, martyris uirtutem non diſſimulare, q; titulum tam impudẽtem prætexere? Et hæc quidẽ dæmon. Imperator autem mente alienata quum eſſet, perinde ut in ſcena ludens, fabulamq; agens, eueſtigio ad beatum Babylam fertur. quanquã ó nequam, ac nequiſſime, niſi uobis ipſi ultro mutuo uerba daretis, inq; aliorum exitium colluderetis: quam tandem ob cauſam tu quidem ſuppreſſis nominibus, atque in genere de cadaueribus loqueris: tu uero quaſi certi alicuius cadaueris nomen exaudiſſes, alijs intactis Babylæ unius cadauer mouendum tibi ſumis? oportebat enim iuxta dæmonis ſententiam conditoria ea omnia, quæ in Daphne eſſent effodere, & terriculum à deorum aſpectu quàm longiſſime abducere. At nõ de omnibus, inquis, mortuis dæmon uerba fecit? Cur igitur id non aperte profeſſus eſt? nempe tibi impoſturæ fabulam agenti ænigma iſtud reliquit, Equidem cadauera, inquit, tibi dico, ut ne palàm fiat, me uictum eſſe: nam & alioquí reformido Babylam nominatim deſignare: at tu intelligito quod à me dictum eſt, atq; unum pro omnibus martyrem amoueto. Ille enim eſt, per quẽ muti efficimur. Tantæ certe dementiæ dæmon cultores ſuos à ſe damnatos eſſe uoluit, ut tam apertã impoſturam capere nequirent. nam ut mente alienata, atque inſana omnes eſſent: tamen, nec ſic quidem ignorare debebant, quòd uictum ſeſe dæmon fateretur, tam ea res manifeſta, tam aperta futura erat. Nam ſi hominum cadauera inquinatum quiddam (quod tu eſſe uis) & execrabile ſunt: multo magis brutorũ cadauera, ac tanto certe magis quanto brutorum genus humano genere contemptibilius eſt. Multorum uero canum, ſimiarum, aſinorum oſſa proxime templum defoſſa ſunt, quæ potius mouenda fuerant, niſi forte cenſes homines ſimijs eſſe uiliores. Vbi nunc ſunt qui Solem bellum dei opificium, & ad noſtrum miniſterium creatum contumelia afficiunt, & dæmoni aſtrum attribuunt, & hunc illum eſſe affirmant? Sol enim, in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia, per uniuerſum orbem diffunditur, nec ullo loco, neq; radios, neq; radiorum ſuorum efficaciam propter ipſas locorum inquinationes contrahit. At deus ueſter impuram hominũ uitam, impoſturas, cædes non modo nõ auerſatur, aut odit: ſed diligit, amplexatur, amat, corpora autem noſtra deuitat: quanq; peccati genus tale eſſe ſolet, ut uel apud ipſos autores in ſummã etiã reprehenſionẽ ueniat, corpus aũt mortuum, et quod minime mouet, omni reprehenſione ac criminatione uacat. Sed ſcilicet iſtud eſt ueſtrorũ deorum inſtitutũ, ut abominenꝛ quæ abominanda nequaq; ſunt: colant ijdem, & approbent quæ omni odio, & auerſatione digna ſunt. Et bonus quidem uir, quiſquis eſt, neq; à ſano aliquo conſilio uel dando, uel capiendo, neq;

do, neq; ab opere neceſſario faciundo per mortu A bat tibi ad alias cõfugere excuſationes, cuiuſmodi multis identidem uteris, infinita ſemper rebus in dubijs artificioſe excogitans, aliàs Lydorum regi promittens magni imperij perditionem Alym fluuium tranſgreſſo: hunc ipſum tamen regem poſtea ſuper accenſam pyram poſitum com monſtrãs, aliàs in Salamine hac eadem arte uſus, quum tu perridiculam illam addidiſſes coniunctionem. Nam quòd dixiſti, Muliebria pignora perdes, ſimile fuit illi, quod Lydorum regi dixeras. quòd autem adiecíſti, Vſquã uel Cerere ſparſa, coeunte uel uſquam, maiore id certe riſu dignũ fuit, ac prorſus ſimile ijs, quæ à circulatoribus in triuijs uulgo iactantur. At tibi ne iſtud quidem facere placuit. Licebat & tibi ſermonẽ tuum obſcuritate uelare (nam & hoc tibi artificium ſolenne eſſe ſolet) at enim inſtitiſſent omnes iterũ non intellectæ uocis ſolutionem quærentes. Tibi etiam licebat ad aſtra confugere: id em̃ tute perſæpe nullo rubore, nullo pudore facis. neq; em̃ tibi res eſt cum uiris mente prædítis, ſed cum pecudibus, atq; adeò cum longe craſſioribus, q̃ ſunt pecudes ipſæ: non erãt utique qui tum te conſulebant Græcis ſapientiores ancipitia reſponſa tua audire ſolitis, ab errore tamen ſeſe non eximentibus. At mendacium intellexiſſent? Te igitur oportuit uni tuo ſacerdoti ueritatem aperire, qui quòd uictus eſſes, melius quàm tute multo adumbrare noſſet. Nunc uero quis te miſer adducit, ut te in tam manifeſtam impudentiam obtruderes? Sed tu fortaſſe peccaſti nihil. Imperator uero perperam fabulæ ſubſeruiuit. In genere enim quum de cadaueribus audijſſet, ad Babylam ſolum adiens, te ille coarguit, & impoſturam tuam denudauit. Sed ne ille quidem uolens id fecit: neque enim unius eiuſdemq; erat tot ac tanta tibi donaria honoris gratia offerre, & temet rurſum infamare.

Verum omnium ſimul oculis martyris uirtus tenebras offudit, neque paſſa eſt illos ea intelligere quæ fierent: quæ omnia fiebant quidem, quaſi contra Chriſtianos, riſus autem non in eos qui ea paterentur, ſed in eos qui ea facerent totus uertebatur. quod ipſum uſuuenire uidemus, quum qui furore correpti ſunt, in ipſos etiam parietes calcitrantes, & fanda ac nefanda in præſentes cõuitia D iactitantes, ſibi ipſi uidentur proximos belle ulciſci, quum factis talibus non illos, ſed ſeipſos dedecorent. Id quod & tum certe euenerat. Trahebatur enim capſula per totam uiam, reuertebatur autem martyr athletę alicuius exemplo coronam alteram in ſuam urbem ferens, in qua & priorem coronam reportarat. Quamobrem ſi quis eſt forte, qui mortuorum reſurrectionem neget, quum uideat martyris noſtri facta illuſtriora poſt obitũ eſſe, in poſterum erubeſcat: qui martyr ſtrenui alicuius bellatoris more trophæis trophæa coniunxit, magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim certamen illi cum Imperatore ſolo fuerat, nunc cum Imperatore pariter ac dæmone. Tum Imperatorem à ſacro templi ambitu exegerat, nunc ex omnibus Daphnes locis peſtilen-

tiſſimum

do, neq; ab opere neceſſario faciundo per mortu A
um corpus prohibebitur: imò ſi animo ſano eſt,
uel ad ipſa ſepulchra inhabitans, & temperantiam, & iuſtitiam, & omnem denique uirtutem præſtabit: prætereaq; artifex ſuæ quiſque artis opera abſq; ullo impedimẽto facturus eſt, ijſq; q ipſum rogauerint præbiturus: nõ ſolum cadaueríb. propinquus aſſidens, ſed etiamſi ipſa mortuorũ monimenta exſtruere opus ſit, & pictor, & latomus & faber tam lignarius quàm ferrarius, denique õmnes ſua ipſorum opera conferunt: unus autem omnium Apollo per cadauera impediri ſe ait, quo minus futura proſpiciat. Atqui & apud nos magni & admirabiles uiri extitere, qui res futuras quadringẽtis ac mille etiam ante annis quàm
eunirent, prædixerunt: quod dum facerent, nul- B
lam prorſus harum excuſationum, uel quæſierũt, uel cauſati ſunt: neque mortuorum ſepulchra perfringi, neq; eos qui intra ea iacerent abijci, neque nouũ & impudentẽ effodiendorum cadauerum modũ excogitari iuſſerunt. Attamen ex eis nõnulli impijs ac ſceleſtis gentibus uicini quum habitarent, uel in medijs ipſis Barbaris, quorum omnia conſpurcata ac polluta erant, uere futura uaticinati ſunt, neq; illis ad uaticinationem aliorũ obfuit conſpurcatio. Quid ita? quòd quæ illi dicebant, ea re uera per diuinæ uirtutis opus dicebant. Dæmon autem quum prorſus in eo diuinauis nulla eſſet, de futuris nihil habuit quod Imperatori prædiceret. Cæterum ne hæreat, perplexusq; eſſe uideatur, cogitur ueriſimilia quædam C
& ridícula ſimulare. Quamobrem em̃, quæro ex te, ſuperiore tempore nũquam tale quiddam elocutus eſt? quandoquidem tum uelamen hoc prætendere poterat, ſui cultum ab hominibus intermiſſum eſſe: hac autem idem excuſatione ſibi adempta ad cadauera cõfugit, anxius animi quorſum euaderet. Nã à decoro ipſe ſuo recedere nolebat. Verum ipſi uos illum coegiſtis, qui cultus excuſationẽ ei ademiſtis, neq; locũ illi feciſtis ad ſacrificiorum penuriã confugiẽdi. Hęc igitur ubi audiuit fabulæ iſtius actor Imperator, iubet ſtatim capſulam deturbari: quo omnibus dæmonẽ uictũ eſſe innoteſceret. Etenim ſi dixiſſet ille, Perſanctũ Babylam loqui impedior, ſed hunc tamen ne loco ſuo moueatis, néue illius capſam ulterius cõturbetis: nimirũ ea res dæmonis modo cultoribus innotuiſſet, illos em̃ puduiſſet factũ id ad alios deferre. Nunc uero quaſi ipſius infirmitatẽ traducere adlaboraret Imperator, ſic nihil non fieri coegit, quo ne uolenti quidem factũ adumbrare licebat. Neq; enim iam ſimulatio ſalua & integra eſſe poteſt, ꝓpterea q̃ non alius mortuus, ſed ſolus Babylas illinc translatus eſt: nec ſolum qui urbem, & ſuburbiũ, et agros item incolebãt, ſed qui remotiſſime etiã habitabãt, in rem præſentẽ quũ uenirẽt, capſulamq; nõ amplius illic eſſe uiderẽt, quæſita cauſa ſtatim edocebant, dæmonẽ ab Imperatore rogatũ uaticinari, reſpondiſſe, id ſe præſtare non poſſe, niſi beato Babyla prius à ſe procul amoto. quanquam ô perridicule dæmon, lice

tissimum humani generis hostem expulit,nõ ma A
num admouẽs, quemadmodum & prius fecerat,
sed uirtute inuisibili inuisibilem uirtutem debellans. Ac uiuentis quidem liberam orationem nõ tulit homicida,mortui autem cineres,neq; imperator,neq; dæmon sustinuit, quo dęmone autore Imperator hæc agebat. Nam quòd Babylas ambobus istis posterioribus maiorem incusserit timorem,quàm antea incussisset priori illi Imperatori, inde certe aperte liquet. Prior enim ille Babylam captũ,eundemq; in uincula cõiectũ interfecit:posteriores aũt isti Babylam solũ trãstulere. Cur enim capsulã in mare demergi, neq; dæmon iussit,neq; posterior hic Imperator uoluit? cur nõ attriuit & exussit? cur non in uastam aliquam solitudinem deferri eam mandauit? Nam si ea piaculum,& scelus fuisset,si eam abominans,ac non B
potius reformidans illinc demouisset, nõ intra urbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam, in saltus transferre oportuit. Sed scilicet perdito huic Imperatori ęquè atque Apollini Babylæ uirtus, & quam cum deo haberet, fiducia cognita erat: ob id formidabat,si hoc feciſſet, ne fulmen diuinũ, néue aliquem alium morbum in se ipse ,puocaret: multa ẽm habebat Christi uirtutis, tum in ijs qui ante se regnauerãt, tum in ijs, qui unà secum imperium administrabant, spectæ argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus ij,qui similia attentauerant,multis,ijsq; intolerabilibus calamitatibus acceptis fœda,ac miserabili morte interierãt,ita ut cuiusdã, dum adhuc uiueret, spõte ex oculis pupillæ exilierint:Maximinus hic fuit:alius aũt furore, alius alia id genus calamitate uexatus mortẽ cum uita commutarit. Cæterum ex ijs qui tum cum ipso erant, patruus, quum licentiosius insaniam suam contra nos prodidisset,ausus impuris manibus sacra uasa contin
gere,hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia ulterius progressus (uasis enim ijs inuersis, & super pauimentũ collocatis,atq; extensis,ita super ea desedit)euestigio illegitimæ huiusce sessionis pœnas luit.Illius enim uerenda corrupta uermiculos generarũt:ita, ut morbum diuinitus illatum constaret,ad quem curandũ medici aues pingues, easq; peregrinas interficiebant, quibus ad putrefacta membra admotis uermiculos euocabant:illi uero loco cum nõ mouerent, mordicus putridis partibus inhærebant,atq; illum ita demũ multis diebus absumptũ perdiderunt. Alius porrò regij ærarij Præfectus, anteq; aulæ regiæ limẽ transcenderet, derepente medius crepuit,& ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas luens.Hæc sanè, & his item plura (neq; enim omnia enumerare temporis huius est) animo lustrãs impius Imperator, uerebatur temeritatẽ suam ulterius promouere. Me porrò hæc non ex me enunciare ex eis cõstabit,quę ab illo postea ædita sunt.Interim historiæ nostræ tenorẽ persequamur, quid exinde euenerit recensentes. Hoc enim demũ mirum admodum est, non modo dei optimi maximi uirtutem, sed & inenarrabilem benignitatem pate-
faciens. Babylas intra sacrũ templi septũ erat, intra quod & prius fuerat, antequam Daphnen tra latus fuisset. At malignus dæmon statim edoctus est,frustra sibi fraudis sua artificia cõficta, seq; nõ iam certamẽ habere cum mortuo,sed cum eo qui uiueret, qui efficax esset, quiq; non se modo, sed omnes quoq; dæmones fortitudine superaret. Is enim deum precatus ignem in templum ut cœlitus dimitteret, totum illius tectum exussit,ipsoq; idolo ad extremos usq; pedes deleto,eodemq; in cinerem ac puluerem redacto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. Ac si quis nunc illò accesserit, nunquã utiq; dixerit factum id, ignis opus esse. Neq; eñ incendiũ id nõ ex cõposito factum, neq; ex materia inanimi natum:sed tanquã manu quadã ignẽ circumagente atq; indicante,à quibus abstinere, quæ porrò absumere oporteret, tanta certe cõcinnitate, tanto artificio ipsum templum detectũ est:nec adsimile quidem ijs,quæ casu, ac temere incendio conflagrasse uidemus: uerum ijs quæ parietũ ambitum integrum quũ habent,tecto tamen carent. Cætera enim omnia, & columnæ item omnes, tam eæ quæ templi culmen, q̃ quæ uestibulum sustinebant, adhuc extant, præter unam,quæ ad posteriorem tẽpli partẽ stabat: & hæc tamen nõ temere perfracta est,sed ea de causa,quam postea dicturi sumus. Hoc incendium ubi accidit,statim dæmonis sacerdos in carcerẽ rapitur, incendij autorem indicare coactus:qui ubi non habuit quẽ accusa- C
ret, intortis cubitis multis flagris uapulauit,in sublime raptus,ac latera undiq; cæsus,quanq; ne sic quidẽ ex eo quicq; didicerit: reiq; huius euentus similis erat illi qui in Christi resurrectiõe accidit. Tum enim dispositi fuere milites qui corpus Iesu custodirent, ne quà possent eius discipuli furto illud auferre: cæterũ is fuit rei ipsius euẽtus, ut nulla uel impudẽs species ijs relicta fuerit, qui resurrectionis eius fidẽ eleuare, ac calumniari uellent. Atq; hic distrahebaẽ miser sacerdos,quo testificaretẽ factũ id non diuina ira,sed humano maleficio accidisse. Is tamẽ cõtortus,ac fœde lacerat9, quũ neminẽ haberet, quẽ ,pderet,ignem è cœlo delapsum testatus est, ut maleuolis, atq; impudentib. nullus iã calũniæ locus relictus fuerit. Sed quod D
nos paulo ante dicere uolentes in aliũ locũ reiecimus,id ipsi hîc tẽpestiue dicemus.quidnã uero id esse potest? Certe martyr noster Babylas Imperatorem eousq; terruit, ut furore ille suo supersederet.Neq; enim ipsum quidem sacerdotem,eumq; quem tãto antea honore prosequebaẽ, tot malis tecti exusti causa affecit, & immanius q̃ fera crudelis dilaniauit (à cuius etiam uorandis carnibus fortasse nõ tẽperasset, nisi res ea detestanda, omnibusq; abominabilis uisa fuisset) Babylam autẽ per quem dæmon os suum obstruxerat, rursus in urbem ea de causa transtulit, ut maior illi honos ab omnibus haberetur. Etenim idem Imperator si minus prius, hoc est, quo tẽpore uictum se esse dæmon fassus est, at certe post ipsum incendium omnia subuertisset, ac perdidisset,capsulam exussisset,

uſſiſſet, utrumq; item monumentum, tum quod in Daphne, tũ quod in urbe erat, niſi metus in eo quàm ira maior fuiſſet, ac niſi eius mœſtitię timor imperaſſet. Solẽne enim permultis eſſe uidemus, quum eos ira, ac dolor corripuerit, etiãſi affectuum eorum autores non nanciſcantur, in obuios quoſq; ac ſuſpectos iram effundere. Non procul autẽ ab hac ſuſpicione Babylas erat. Nam ſimul ut in urbem peruenit, ſtatim ignis in templũ inuaſit. Sed quod dixi affectus cum affectu pugnabat, & irę metus imperabat: mihi enim hîc cogita qualis eſſe poterat bonus ille imperator in ſuburbium aſcendens, hinc martyris monumentũ ſtãs intuitus, hinc templum exuſtũ, idolum deletum, donaria abſumpta, & liberalitatis ſuæ, ac pompæ ſaranicæ memoriã omnem de medio ſublatã. Nã ut concedamus futurũ fuiſſe, ut illum hæc cernentẽ neq; ira, neq; mœſtitia ſubire poſſet: ipſum certe dedecus ac riſum permultum ferre minime potuiſſet, quin potius ſacras, impurasq; manus in ſancti Babylæ ſacellum intendiſſet, niſi illum ea, quam ante dixi, cauſa prohibuiſſet. Neq; eñ parui momenti ea res eſſe uidebatur, per quã uidelicet præciſa ademptaq; erat oñis gentilium fiducia & libertas, lætitia oñis extincta, ac tãta mœroris nebula illorũ animis offuſa, quãta certe offũdi potuiſſet, ſi deorũ ſimul omniũ templa diruta diſturbataq; fuiſſent. Ac quòd rem ipſam uerbis non attollo, ipſa hic ego lamenti, & neniæ eius, quam ciuitatis ſophiſta in dęmonẽ cõſcripſit, uerba apponam, Sic autẽ habet nenię initium: Viri, quorum oculis æque ac meis caligo offuſa eſt, in poſterũ neq; pulchrã, neq; amplã ciuitatẽ hanc uocemus.] Deinde quum nonnulla attigiſſet, diſſeruiſſetq; de Daphnes fabula (neq; enim omnem illius orationẽ huic noſtræ inſerere tempus patiẽ, ne longiores, quàm par eſt, ſimus) Perſarum, inquit, rex olim ciuitate hac capta, templo pepercit. Verba porrò ipſa ſunt hæc: Ille quidẽ ducto cõtra nos exercitu præſtare putauit, ſi templum integrum eſſe ſineret, ac certe ſtatuæ decor Barbaricæ iræ præualuit: nunc autẽ ó Sol, ó Terra, quiſnã, uel unde hoſtis hic? qui citra omne auxilium equitum, citra omne preſidium, & grauis, & leuis armaturæ militũ, tenui ſcintilla omnia abſumpſit?] Poſtea ubi declarauit Babylã dęmone ſuperiorem fuiſſe tum, quum gentilium res uictimis ac ſacrificiis maxime florerent: Et noſtrum inquit, templum ingens illud diluuium nõ diſturbauit: in ſudo autem, atq; adeò cum nubes ipſa præteriſſet, deiectum eſt.] nimirum nubem, ac diluuium appellans Imperatoris eius, qui præceſſerat, tempus. Rurſus oratione paulum prouectus, idipſum amarulentius deplorat, his uerbis:

Adhæc quum aræ tuæ ſanguinẽ ſitirent, ſedulus Daphnes cuſtos, uel contemptus quum eſſes permanſiſti ó Apollo, aliquoties etiam iniuria laceſſitus, atq; externo ſpoliatus ornatu, patienter tamen tuliſti: nunc uerò multis ouibus, multis itẽ bobus ad aram tuã mactatis, poſteaquam ſacroſanctum imperatoris os pede excepiſti, intuitus quæ prædicebas, uiſus liberatus eſſe mortuo quodam, quẽ tute indicaueras malũ tibi uicinũ eſſe, ac tibi obſtrepere, de medio ſtatim cultu ſolũ uertiſti, undenam hoc tẽpore gloriabimur apud eos qui memores ſunt ſacrorum, ſtatuarumq; tibi erectarum?] Quid ais lugubris decantator? Itáne Apollo, quum nullus ei honos tribueretur, atque adeò quum in uituperium ueniſſet, tutus Daphnes permanſit cuſtos: honore autem, ac cultu illi prælitato, ne ſuum quidem templum tueri ualuit: præſertim qui ſciret per illius caſum ac ruinam futurum, ut in maiorem priore ignominiã ipſe deueniret? Quis porrò mortuus ille, ô ſophiſta, qui deo tuo negotiũ faceſſit? qualis mala iſta uicinia? hoc loci enim in beati Babylæ uirtutes quum incidiſſet, neq; poſſet dæmonis ignominiam tranſmittere, re ſimpliciter diſſimulata præteriit, teſtatus quidem dæmonẽ à martyre obturbari, ac premi: ſed neutiquam adijciẽs, quòd quum dæmon infirmitatẽ ſuam adumbrare adlaboraret, eandẽ magis detexerit: uerum ſimpliciter mala, inquit, uicinia liberatus eſt. quamobrem enim non aperte indicas mortuus ille quiſnam fuerit? quamobrem ſolus ipſe deo tuo negotium faceſſit? quamobrem ſolus translatus eſt? quamobrem & tute ipſum eundem uiciniam malam appellitas? Anne quoniam dæmonis impoſturam conuicit? At qui idipſum non praui alicuius hominis opus fuerit, ſicuti neq; mortui, ſed uiuẽtis potius, & opus agentis & probi & præſidis, & patroni, & omnia pro ueſtra ipſorum ſalute procurantis, ſi quidem uoluiſſetis. Nam ut ne amplius uobis liceret uoſmetipſos decipere, ac dictitare dæmonem ipſum excandeſcentẽ, eundemq; propter intermiſſa ſacrificia expoſtulantẽ, tum uero & de reliquo ſui cultu conquerentem ultro abſceſſiſſe: nimirum hac de cauſa illum Babylas ex eo omni loco ſummouit, qui locus ei maxime oñium gratus eſſet, quémque præ aliis tam charum haberet, ut eum etiam inhabitare nõ grauaretur, tum, quum nullus ei honos, nullus cultus redderetur. Tu enim primo ſtatim loco id teſtatus es: Atq; hoc ipſo in tempore quum multas oues, multos boues imperator illi immolaret.] Quo fit, ut undequaq; palàm fiat dæmonẽ ipſum coactũ, atq; à maiore potẽtia pulſum de Daphne deceſſiſſe. Potuiſſet quidem Babylas uel ſtatua ipſa ſtante dęmonem exigere: ſed uos nec credidiſſetis, quemadmodum neque olim, cum ab eo uinctus fuiſſet: & aſſiduo item cultu inſtaretis. Quamobrem Babylas ſtatuam primũ ſtare quum permiſiſſet, hanc ipſam tum deiecit, quum maxime impietatis flamma altior ferretur: planum faciens quiſquis uincit, hunc ſic uincere oportere: non quidem iam depreſſis aduerſarijs, ſed tum maxime, quum efferuntur, ac clareſcunt. Quamobrem enim Babylas quum Daphnem tranſportaretur, imperatori tranſportationis eius autori non mandauit, ut & templum ſubuerteret, & dæmonis ſtatuam aliò trãsferret, quẽadmodũ arculã transferebat? quia nullũ plane detrimentũ ab ea ſtatua Babylas ſentiebat,

tiebat,neq; ei certe aduersus dæmonẽ carneo auxilio opus erat:quem & tunc,& nunc quoq; citra humanæ manus præsidium deiecit, & priorẽ qui dem uictoriã nobis manifestã esse noluit, sed illi os tantũmodo quum obstruxisset,cõquieuit. Tales enim esse sanctos constat,ut perfici modo uelint,quæ ad hominũ salutẽ spectant,non etiã uulgo ostẽtare opera huiusmodi per seipsos fieri,nisi sicubi usus aliquis cogat. Vsum aũt rursus esse dico seruandorum hominũ curam,id quod tum usu uenit. Quum em̃ impostura dæmonis mala inualescerent,tum demũ detecta nobis est uictoria,& quidẽ non à uictore,sed ab eo ipso,qui uictus est: qua ratione & testimoniũ ipsum apud hostes nostros minime suspectum fuit, & Babylas, ut de se ipse prędicaret uel quum necessariũ erat,euitauit. At uero quũ ne sic quidẽ dæmonis impostura finẽ haberet, sed rursus q uel saxis ipsis stupidiores erãt,atq; adeo ad tam apertã ueritatẽ cæcutiebãt, deuicti dæmonis opẽ implorarẽt:hîc necesse fuit statuã igni deflagrare, quò p incẽdiũ & alterũ itẽ idololatriæ incendiũ extingueret. Cur tute ergo dæmonem increpas, qui affirmas illum è medio ipso cultu se subtraxisse? Non ille quidem ultro se subtraxit,quin potius exactus eiectusq; est nolens,coactusq; tum,cum ob nidorem ac sacrificia manere in animo maxime haberet.Nam qui tum imperabat Imperator, quasi ob hoc unum imperaret,ut uniuersi terrarum orbis pecudes insumeret,sic largiter & affatim ad aras oues bouesq; mactabat:qui & eousq; insaniæ prolapsus est,ut multi etiam ex ijs,qui philosophi apud illos uiderentur,coquum ipsum & carnium cauponẽ,nec non id genus artificem uocitarent.A tam opipara igitur mensa, ab huiusmodi nidore ac fumo, ab his sanguinis torrentibus dæmon utiq; non seipse ultro subtraheret, quum idem antea absq; his omnibus,quod tute nuper affirmasti,propter eam insaniam, qua amicam deperibat,libens ibidẽ moraretur.Sed enim suspensa hîc à nobis oratione nostra,interim rursus exaudiamus sophistæ huius lamẽta.Misso enim Apolline ad Iouem, his uerbis questus suos conuertit: Quale ô Iupiter laborantis animi laxamentũ perdidimus? q̃ Daphnes regio tumultib.uacua erat? quãto etiã templũ ipsum magis uacuum? utpote in quo natura ex sese quasi portum in portu fecerat, ambobus quidem admodũ trãquillis, altero tamẽ maiorẽ tranquillitatẽ præstãte. quis nõ ibi mortẽ? quis nõ ibi timorem? quis nõ ibi luctum posuisset? quis præterea fortunatas insulas inibi desiderasset?] Quale, obsecro,laxamentũ ô sceleste perdidimus? quî uero templũ tumultibus magis uacuũ? quî itẽ portus tranquillus? in quo tibiæ,in quo tympana,in quo crapulæ, in quo comessatiões, in quo ebrietates? Quis,inquit, inibi morbũ nõ posuisset? qs potius ex affectis tuis morbũ ibidẽ nõ cõtraxisset, etiãsi prius sanus esset? morbũ,inquã,omniũ longe pestilẽtissimũ. Nã qui dæmonẽ ipsum adorat,& ad Daphnes fabulæ argumentũ exaudiendũ aures applicat, tum aũt tantam Apollinis insaniã uidet ut absorpta amica, loco atq; arbori etiam nũc incubet: hic quantum secum morbum,quantã perturbationem circunfert? hoc igitur animi laxamẽtum,hoc portum quietum,hoc morborum defunctionem appellitas? Et quid mirum fuerit,si contrarijs contraria appendis? nam qui mente capti sunt,nullius rei naturã,ut se habet, sentiunt: quin potius cõtra quàm,rei ueritas habeat,sententiam ferunt. Olympia,inquit,non admodum procul.] Rursus enim ad huius lamentationem reuertar,ostendens quantam Græci illi omnes, qui tum urbem incolerent plagam accepissent, & simul ut nequaquam id æquanimiter tulisset Imperator: quin potius omnem suum furorem in martyris arculam effudisset, nisi eum maior metus cohibuisset.Quid igit̃ ait? Olympia iam appetũt. Conuocatura est autem panegyris ciuitates: hæ uero aderunt Apollini sacrificandos boues agentes. Quid faciemus? quis preco,quæ buccina lachrymas non exprimet,quis Olympia festum diem esse atteſtabitur? cum proximus casus luctum inuexerit. Da mihi arcum & fidiculas,tragœdia, inquit. Ego autem dico & uaticinij nonnihil,ut tum capiam, tum excussis arcu sagittis petã scelris huius autorẽ. ô impiã audaciã? ó animã impuram? ô temerariã manũ? Tityus alter aliquis hic, uel Idas Lynceí frater,non magnus quidẽ,ut ille, neq; iaculator ut hic: uerũtamẽ unũ hoc edoctus, ut contra deos insaniat. Aloei filios,etiamnũ dijs insidias struere cogitãtes morte cõsopiuisti ô Apollo, huic uero ignẽ procul afferenti non obuiã ijt sagitta ipsius cor petẽs. ô dextram malignam, ô iniquum ignẽ, quónam primum delapsus est? quodnam mali huius exordium? Num à tecto exorsus,ad reliqua deinceps serpsit? Ad illius caput, ad faciem, ad phialam, ad cidarim,& talarem uestem? Vulcanus ignis arbiter non cõminatus est igni huic detrimẽtum afferẽti, quũ beneficio deuinctus Apollini deberet, ob indiciũ olim sibi ab illo factũ. sed neq; Iupiter qui imbriũ habenas tenet,aquam in ignem dimisit, præsertim qui olim Lydorum regi periclitãti pyram extinxerit. quid nam primum ad illum fari ausus, qui bellum hoc aggressus est? Vndenam audaciam tantam sumpsit? quonam modo impetum asseruauit suum, qui animi sententiam non mutauit, dei pulchritudinem reuerítus?] Quousq; tandem miser, & infortunate rem ipsam intellecturus nõ es, qui dictitas ignẽ hunc humana manu immissum, quiq; delirantium ritu pugnantia inter se loquutus tecum ipse digladiaris? Nam si dæmon Persarum regis tam magno exercitu stipati capta iam urbe, cæterisq; templis exustis, facem manu quatientis, eandemq; templo isti iamiam admoturi,mentem immutauit (nam & hæc initio statim neniæ tuæ dixisti, sic lamentatus, Persarum regem, eius qui nunc nobiscum bellum gerit ex maioribus unum,urbem proditione captam quum exussisset, & ad Daphnen concederet item facturus,dæmõ sic immutauit,ut face, quam manu teneret, abiecta Apollinẽ adoraret, adeò eius animũ delinijt,

& coercuit conſpectus)iſte,inquam,dæmon ſi fu A
rorem illum barbaricum, & tam magnum exerci
tum uictor, ut tute fateris,exuperare, ac periculũ
illud euitare potuit (addis autẽ & eundem Aloi-
das diis inſidias ſtruere cogitantes morte compe
ſcuiſſe)quo,quæſo,modo,qui tanta præſtare po-
tuit, nunc nihil quicquam, quod tale foret,præſti
tit? quanquam ſi aliud nihil, certe ſacerdotis tam
iniuſte dilacerati, producto facinoris autore,mi-
ſereri oportuit.Et ſi autorẽ ipſum prodere per ip-
ſum incendij tempus recuſauit dæmon, ſaltem re
preſentare tum ac dedere oportuit,aut etiam indi
care tantum, ſi dedere non potuit,quum miſer il-
le ſacerdos ſuſpẽſo corpore latera perfoderetur,
quumq; rogatus incendij autorem indicare, non
haberet quem nominaret:nunc uero ingratus, & B
inconſultus miniſtrum ſuum iniuria flagris affli-
gi, ac lacerari uelut conniuentibus oculis permit
tit:ſinit item & Imperatorem poſt tot ac tanta ſa-
crificia ludibrio haberi. Eum enim ut inſanum ac
delirum omnes riſere, quum iram ſuam in miſe-
rum illum effũderet. Quomodo autem qui regis
procul adhuc diſtantis aduentum prædixit (nam
& ipſum hoc ſuperius lamentatus es) eum qui ſi-
bi propinquus eſſet,ac qui ſe exureret non uidit?
Atqui uatẽ illum eſſe uultis, & ueſtris quidẽ dis
alias aliis artes, perinde ut hominibus diſtribuen
tes,illi uaticinãdi peritiam acceptã tuliſtis, nec ta
men illum tecum artem ſuam cõmunicare poſtu
las.Quo pacto igitur proprias calamitates nõ co
gnouit, quum id factum ne eum quidem qui ho- C
mo ſit,latuiſſet? At uero fieri ne potuit,ut obdor-
miret,quo tempore illum ignis contingeret? Sed
nemo certe tam ſtupidus eſt, quin flamma corpo
ri ſuo admota ſtatim excitetur,& admouentẽ cõ-
peſcat.Reuera pueri ſemper ſunt Græci,ſenex au
tem Græcus nullus.Nam quum oporteat dome-
ſticam imprudentiam complorare, quod uidelicet uel res ipſæ dæmonum impoſturam clamitẽt,
ipſi uos ne ſic quidem ab illis deficitis,ſed dedentes uos ad internecionem,proſtituta ueſtra ſalute
ducimini pecudũ ritu, quà illi uos ſubſequi iuſſerint,ſeſſitando ſtatuarum excidium lugentes.Tu
uero & arcum flagitas, nihil ab illo diſcrepãs,qui
hæc in tragœdia dixit:quomodo emm non aperta,
acmanifeſta inſania fuerit,expectare ut aliqd iſtis D
armis efficias, quæ ne domino quidẽ ſuo opẽ at-
tulere? ſi enim maiorẽ tibi tum artem,tum expe-
rientiam uendicas,q; dæmon habeat,certe haud-
quaq; oportebat illum abs te coli indoctiorẽ, &
imbecilliorẽ iis in artibus,quib. in artib.illũ cæte-
ris antecellere affirmatis : q; ſi primis illi partib.ce
dis,ſiue iaculandi,ſiue uaticinãdi,quî fieri poteſt,
ut tibi perſuaſeris in artis particula quadã præſta
re ea poſſe,quæ ille totã artẽ callẽs præſtare mini-
me potuit? hæc certè deridicula ,prſus ſunt,ac nu-
gatoria. neq; emm ille diuinatoriæ artis quicq; ha-
buit, neq; ſi habuiſſet,ei illa quicq; profuiſſet.Nõ
emm, nõ, inquã, huius incẽdij autor fuit homo,ſed
diuina una uirtus, cauſam aũt poſtea aperiã. Sed
interim nõ indignũ fuerit perdiſcere,quã ob cau-

ſam Vulcanum ingratitudinis accuſat, per hæc
uerba: Vulcanus autem ignis cuſtos non com
minatus eſt igni iſti detrimentum afferẽti, quum
beneficio deuinctus Apollini ob uetus indicium
deberet.] Quodnam, quæſo beneficiũ? quodnã
uetus illud indicium intelligis? quamobrem oc-
cultas deorũ tuorũ præclara & magnifica facino
ra? ſi enim beneficiũ indicares, nimirũ Apollinẽ
magis ingratũ fuiſſe oſtenderes.Sed te uideo,pu-
det,atq; erubeſcis.Igitur ipſi libere res tuas aperie
mus.Quodnam ergo illud beneficiũ? Aiunt Mar
tẽ Veneris amore olim fuiſſe correptũ, eundẽq;
quum Vulcanũ (Veneris is marítus erat)uererе-
tur,obſeruata illius abſentia ad eam acceſſiſſe.A-
pollinem autem, quum illos unà commixtos ui-
diſſet, ad Vulcanum adijſſe, illiq; adulterium re-
nunciaſſe: Vulcanum porrò re comperta,uincu-
lis illos, ſic ut erãt, in lecto cõprehendiſſe,deosq;
ad turpe illud ſpectaculũ aduocaſſe, ac tales qui-
dem de illis adulterij pœnas ſumpſiſſe: huiuſmo-
di beneficio deuinctus Vulcanus Apollini quũ
deberet,poſtulãte tempore ingratum in referẽda
gratia fuiſſe ait.Quid igiť admiſit & Iupiter ô præ
clare? nam & tu hũc immanitatis inſimulas, quũ
eum dictitas imbrium habenas tenentem noluiſ-
ſe aquam in flammam dimittere,preſertim qui o-
lim Lydorũ rege infelicitate preſſo pyram extin-
xiſſet.Sed enim nobis quidẽ non importune Ly-
di regis memoriam ſuggeſſiſti. Nam & illum fla-
gitioſus hic dæmon uana ſpe turgidum decepit,
in præſentaneum periculum cõijciens,ac niſi hu-
manitatem in eum ſuam Cyrus oſtendiſſet, certe
longe illi abfuiſſet Iouis auxiliũ.Quapropter fru-
ſtra Ioui uitio uertis, q; filio ſuo Lydũ antetulerit:
neq; emm ſibi ipſemet q; in loco in primis coleretur
(Romuli urbẽ intelligo) fulmine tactus auxilio
fuit.Cæterũ audiamus & reliqua lamẽti iſtius uer
ba:ita emm belle luctũ eũ, qui illorũ animos occu-
pauit,intelligemus. Viri,trahiť mihi mẽs ad dei
Apollinis ſpeciẽ,ac mihi ob oculos cogitatio ty-
pũ ipſũ repreſentat,formę lenitatẽ,colli mollitiẽ,
idq; in lapide, cingulũ quo aurea tunica circa pe-
ctus ſic colligebatur,ut partim ſubſideret,partim
ſubſurgeret:breuiter totus dei habitus cuius iram
uel feruentẽ nõ ſedauiſſet,ut qui ſimilis eſſet cãti-
lenã occinẽti . & Hercule audiuit hũc olim aliqs,
ut aiũt, in meridie cithara ludentẽ (aures beatas)
cæterũ cãtus erat terræ laudatio,cui quidẽ de au-
reo cyatho libare mihi uideť, q; puellã occuluerit
dehiſcẽs ac ſeſe deinde cõtrahẽs . Poſt hæc pauca
admodũ ad incendiũ pertinentia queſtus, Clama
bat,inquit,uiator flãma erumpente,turbabať per
lucũ Daphnes inquilina ſacerdos dei, plãctus au
tem pectorũ, & ululatus ingẽs per locũ arborib.
denſum percurrens ad urbẽ uſq; uehemens , atq;
horrificus peruaſit. Imperatoris oculus uix ſom-
num capere incipiens, amaro illo nũcio audito,è
lecto exurrexit:ipſe furore percitus, Mercurij ta-
laria perueſtigãs, ad mali iſtius originẽ indagan-
dã pergebat,eque intra ſe flagrãs,ac tẽplũ ipſum:
trabes ferebanť deorſum ignẽ deferẽtes,id omne

quod

quod ignis comprehẽdisset, absumentes, ipsum scilicet statim Apollinem tanq; à tecto nõ admodum distantem, mox & alia musarũ ornamenta, signa inibi extãtia, lapillorũ fulgura, columnarũ pulchritudinem. Vulgus autẽ circunstans lugebat, auxiliũ tamen ferre minime ualens, id quod usuenire solet ijs, qui de terra naufragiũ spectãt, quorũ unum hoc supersest auxiliũ, casum ipsum lachrymis ꝓsequi. Nymphæ certe è fontibus suis egressæ ingentẽ luctum excitarunt, ingentẽ item & Iupiter haud procul considens, cuiusmodi illũ uerisimile est labefactatis filij honorib. cõcitasse, Ingentem aũt sexcentorũ dæmonũ in luco agentium turba, neq; sanè minorem è media urbe Calliope, præside musarũ Apolline, ignis iniuriã sentiente.] Postea & sub finem, ait: Præsta te mihi talem Apollo, qualem te reddidit Chryses, dum Græcis imprecaret, ira plenũ, & nocti adsimilẽ: quando quidẽ tibi ornamenta quũ redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatũ fuerat restitueremus, præreptum est quod colamus simulachrum, haud aliter q̃ si sponsus aliquis, interim dum corollę contexuntur, emoriat̃.] Et sophistę quidem nostri lamẽtatio hæc fuit, seu potius parũ quædam lamentationis partes hæ. Mihi uero succurrit admirari, quî factũ est, ut ob quæ illum præ pudore se auertere oportebat, ob ea ipse placere sibi putet, ut qui Apollinẽ eundẽ intẽperati atq; obscœni iuuenis ritu per meridiem cithara personantem inducat, dicatq; illi, cantilenæ argumentum amicã esse, aures item eas beatas uocet, quibus obscœnũ id carmen exaudire contigerit. Et quidem quòd nõnulli ex ijs qui Daphnen, & adiacentia Daphne loca incolunt, collachrymẽtur, quodq; & ciuitatis princeps ipse excãdescat, ac nulla certe alia in re, q̃ in luctu ac lamentis uersetur: id uero mirum haudquaquã fuerit. Quod autem ipsi etiã dij eadem mẽtis consilijq; inopia laborẽt, & solũ inter se lachrymen̄t, quodq; neq; Iupiter, neq; Calliope, neq; frequens dæmonum turba, ac ne ipsæ quidem Nymphæ extinguẽdo incendio pares sint, sed omẽs eiulatus, omnes luctus tantummodo excitent: id profecto ridiculũ admodum fuerit. Ex ijs itaq;, quæ à nobis dicta sunt, magnam illos plagã accepisse liquet: etem̃ sophista uel in media ipsa monodia apertè ꝓfessus est illos ad uiuũ (q̃d dicit̃) fauciatos. Id q̃d certe neutiq; leuiter tulisset Imperator, nisi illum maior metus, ac formido distinuisset. Cæterũ tẽpus iam appetere puto, ut ostẽdamus tum cur irã suã nõ in Imperatorẽ, sed in dæmonẽ conuertit, tum cur factum est, ut ignis totũ templũ nõ absumpserit, sed tẽpli tecto statim dissipato correptũ simulacrum improbarit, atq; refutarit: neq; enim ea temere, neq; sine causa contigerũt, sed ab ea dei benignitate, qua errantes homines tueri solet, facta fuere. qui enim res omnes, etiam anteq; enascantur, nouit, is & hoc item unà cum alijs nouerat, futurum, ut si fulmen contra Imperatorem contorsisset, qui præsentes rem spectassent, temporario quodam timore percellerentur, altero aũt & tertio uertẽte anno, rei eius memoria deperiret, multiq; miraculo fidẽ minime haberent: sin aũt tẽplũ flãma correptũ fuisset, fore, ut ea res quouis buccinatore clarius nõ ijs modo, qui tũ supstites erãt, sed & posteris quoq; omnib. dei iram enunciaret, ut ijs quoq; qui impudẽtes esse, ac factũ id occultare uellẽt, omnis calũniandi ansa esset prærepta: quisq; em̃ in rem pręsentẽ uenit, quasi nuper cõtigerit incẽdiũ, sic animo afficit̃: idemq; horrore quodã perculsus, cœlũ contuitus, statim dei opt. max. incendij eius autoris gloriã ac uirtutẽ laudibus effert. Vt em̃ si quis primarij cuiusdã latronis perfracta supernè spelunca, ac latibulo, uinctũ illum extraxerit, tum eiusdẽ supellectile omni ablata, locũ illũ feris ac monedulis receptaculũ esse siuerit, postea quisq; latibulũ huiusmodi fuerit ingressus, simul ut locorũ deuastatiões, ac direptiones cõtẽplatus fuerit, statim secũ animo cõcipit, ac reputat, qualis fuerit qui locũ illũ prius inhabitaret: ita & hic usuenit. Procul em̃ colũnas quis intuitus, postea ubi accessit, ac templi limen supergressus est, effingit sibi dæmonis abominationẽ, fraudẽ, insidias: ac dei irã atq; fortitudinẽ admiratus, ita demũ de loco eo decedit. sic quę prio domus erroris, & blasphemiæ fuerat, nũc diuinæ glorię hymnis decãtandæ argumentũ est: tã ingeniosus, tamq; industrius est deus noster. Atq; hęc quidẽ nec opinata nõ nunc primũ, sed iam inde à superioribus seculis magno ille miraculo ædere solet. Omnia porrò recensere, tẽporis huius nõ est: cõmemorabimus tamẽ factũ quoddã huio perq; simile. Prælio olim in Palæstina à Iudæis cõtra alienigenas quosdã facto, uictoria potiti hostes, captã dei arcã, tanq̃ exuuias, et opimũ quoddã spolij suo cuidã idolo (huic nomẽ erat Dagõ) donarij loco cõsecrarũt: ea porro in idoli eius templũ perlata, statim idoli statua delapsa in caput iacebat. Vbi autẽ diuinæ uirtutis robur hac ruina illi minime agnoscẽtes, idolũ de integro excitatũ in sede sua collocarũt, postridie sub auroræ tempus eò quũ accessissent, uiderũt nõ iã collapsum idolũ, sed prorsus diffractũ. Huius em̃ manus ab humeris auulsę unà cũ pedibus ad tẽpli limẽ exilierãt, reliqua idoli parte, & ea quoq; diuulsa, alió dispersa. Et Sodomorum item tellus, ut parua magnis conferamus, hac ratione unà cum ipsis incolis incendio absumpta, sterilis facta est, ut non solum qui id temporis superstites essent, sed & posteri item omnes locorũ uastitate admoniti, cõtinentiores uiuerẽt. si em̃ ad homines solos suppliciũ peruasisset, futurũ erat, ut factum id postea ab alijs minime crederetur: propterea locus ipse plagã accepit, qui tẽpore prorogari potest, quiq; & subsequentia omnia secula admonet, lege cautum esse, ut qui similia commiserint peccata, ij similes pœnas luant, etiãsi in præsentia id non fiat: id quod & in templi huius incendio accidisse uidemus. Ecce enim iam uicesimus ex eo annus agit̃, nec tamẽ ędificij ab igne relicti pars ulla delet̃a est: sed quę partes flãmas euaserũt, eæ solide ac firmiter stant, suntq; etiam nunc sic ualidæ, ut uel

Gen. 19

1. Reg. 4. 5

ad centenos,ducentenosq́,& multo item plures annos durare possint.Id uero quî mirũ uideri debet,si ex columnis nulla prorsus ab altera auulsa ad solũ deciderit? Columnarũ enim earum, quæ ad posteriorẽ templi partem erãt, una tantũ tum perfracta,nec ea quidẽ corruit,sed à sua sede mota,ad murũ dum caderet inclinata,sic mansit.Cuius quidem columnæ partes sunt duæ,quarũ altera à basi ad sectionẽ oblique muro incubuit,altera à sectione eadem ad capitulũ supina cõstitit,& ea ab inferiori parte suffulta. quanq́ autẽ & uenti uehementes loco illi sæpe incubuere, & terræmotibus crebris tellus fuit concussa: ignis tamen reliquiæ inconcussæ manserũt, quæ ipsæ firmiter stant,propemodũ clamitantes, sese ad posterorũ emendationem asseruatas esse. Et quidem quòd templum ipsum totum non conflagrarit, hanc dicere possis causam esse: quòd autẽ Imperator fulmine percussus non fuerit, aliam si quæsieris, causam reperies, ex eodem bonitatis et benignitatis dei fonte manãtem. Propterea enim deus ignem ab Imperatoris capite defendit, eũdemq́ in templi tectum eiaculatus est,ut alieno ille malo edoctus,pœnam sibi reseruatã effugeret,pœnitentia compunctus,& errore liberatus.Illi eñ hoc neq́ solũ,neq́ primum uirtutis suæ signũ Christus dedit, sed & alia item multa hoc ipso non inferiora. Nam & patruus eius,& q̃stor ærarius,sic,ut dixi, uterq́ uitã finiẽtes, præterea & fames in urbẽ statim unà cũ ipso Imperatore inuadẽs,et aquarũ penuria nunquã ante uisa, q́ ab eo sacrificia in ipsis fontib. facta fuissent, & multa præterea alia,tum ea quę in ipsius castris,tum ea quę in urbibus euenerunt,huiusmodi certe fuere, ut uel saxeam animã flectere possent,non ob id quidem q́ permulta essent,neq́ ob id,quòd omnia pariter æderentur, ac deinceps, & post ipsa statim scelera perpetrata, ut quondã Ægyptiorũ regis tempore: sed quòd quæ ædebañ miracula per sese talia erant, ut ad eorum qui ea cernerent emendationẽ aliud alio nõ egeret, uerum illorum unumquodq́ hoc ipsum per se prẽstare posset. Nam ut cætera prætermittam, quẽ tandem, qui idem nõ admodum stupidus esset,nõ perterrefecisset ẽditũ ad ueteris templi Hierosolymitani fundamenta miraculũ? Id porrò cuiusmodi fuit? Tyrannus quũ uideret per omnes imperij sui fines Christi fidẽ diffusam, eandemq́ ad Persas usq́, aliosq́ remotiores barbaros,atq́ adeo ultra etiam illos peruasisse,breuiter omnẽ eam, quã sol radijs suis lustrat, regionẽ occupare,cruciabaẽ animo,atq́ angebaẽ,apparabatq́ sese ad gerendũ cõtra Christianorũ cõuentus bellũ:infelix, ut qui ignoraret se contra stimulum calces. Ac primũ quidem Hierosolymitanũ templum Christi uirtute solo æquatũ excitare conabatur,& Iudæorum res quanq́ Græcus homo procurabat,uirtutis Christi periculum inde facere uolens.Hic uocatis ad se ludẽis quibusdã,ijsq́ sacrificare iussis(nam et illorum maiores dicebat hũc religionis ritum obseruare solitos) ubi Iudæi ijdem eò confugerũt, ut dicerẽt, fas sibi nequaq́ esse, id tẽplo collapso extra ueterẽ metropolim facere,iubet illos pecunia de regali thesauro sumpta, suppeditatisq́ ijs omnibus,quæ ad opus necessaria forẽt, abire, templũ instaurare, & ad pristinam sacrorũ consuetudinẽ redire. Tum illi demẽtes planè, à matrisq́ utero errantes,atq́ ad canos usq́ eruditione indigentes discesserunt, Imperatoris mandato pariturí. At simul ut ędificaturi fossitiam humum euacuare cœperunt,statim è fundamentis ignis exilijt,quo omnes pariter absumpti fuere. Quæ res Imperatori ut renuntiata fuit,neq́ ulterius insaniã suam promouere conatus est:metu enim detinebatur: neq́ tamẽ dæmonum errore (quorum tyrannide prorsus premebatur) liberari uoluit. Ac tum quidem supersedebat. Cæterum non ita multo post tempore ad id genus leuitatis rediit,templũ quidem nõ iam ędificare audens,aliunde aũt paruulis prælijs,ac uelitationibus nos petens: aperto eñ marte nos adoriri tum differebat:primũ,atq́ prę cipue,q́ persuasus planè esset, frustra se id tentaturum,deinde q́ nullã nobis ansam relinquere uolebat, per quam martyrij corona redimiri possemus. Ferre enim haudquaquã poterat, idq́ illi quauis calamitate indignius erat, si quis in medium productus pro ueritate uel ad mortem usq́ tormenta sustineret: usq́ adeo ex animo inimicitias se nostras suscepisse declarabat:nouerat enim,nouerat inquã aperte, futurũ, ut si id ipse attentasset,oñes pro Christi nomine suas animas proderent.Proinde uafer & callidus quum esset,quos intelligebat ob peccatũ aliquod Christianorũ conuentuũ principibus pœnas dedisse,& à præfectura, quã gererent amotos, eos omneis liberos esse siuit:hoc modo pessimis quibusq́ licentiã largiẽs, ecclesiæ leges subuertens,deniq́ omnes inter se committẽs:fore eñ sperabat,ut postea minori negotio debellarentur, si prius bello inter se conflictati fuissent. quinetiã quendã,huic Stephano nomẽ erat,tum ob doctrinæ peruersitatem,tum ob uitę improbitatẽ ab ecclesiastico principatu amotũ, iubet deintegro magisterij sedẽ occupare: atq́ adeo Christianũ nomen tunc ut extingueretur, quoad eius poterat, elaborabat, Galilæos ,p Christianis nos in edictis suis tum ipse appellãs,tum principes ut idem factitarent adhortans. Inter media autẽ ea signa, quæ per famem atq́ siccitatẽ euenisse recẽsui,à sua ipse impudentia,ac duritia minime desistebat. Idem contra Persas bellũ susceptuus, tanto cum fastu quum descendisset, ut si omnem barbarorum gentem deleturus esset, identidem nobis comminabatur,quum diceret omneis se,post suum à Persis reditum, funditus perditurum.hoc enim bellum sibi esse Persico grauius, atque adeo oportere minore illo confecto, tum demum ad hoc quod maius foret descendere.& hæc quidem nobis annuntiabant qui illi à consilijs erant. Æstuãs porrò ira aduersum nos ad maiorẽ quotidie insaniam sublatus, in eadem nunquam sententia persistebat, sed priore illo consilio posito, rursus nobis persecutionẽ minabatur. Cæterum

quum

quũ illum deus inhibere, atq; intumescentẽ seda- A
re uellet, ædidit rursus signũ hoc in Daphne, igni
in templũ immisso: hic uero ne sic quidem furore
suo supersedit, quin potius summa depopulandi
nostri cupiditate quũ disrumperet, ne ad id qui-
dem tẽpus, quod minitatus fuerat, sibi tẽperauit:
sed Euphratẽ traiecturus, militũ suorum animos
probabat, ac paucos quosdam adulatione quum
corrupisset, quos suæ uoluntati repugnantes in-
uenit, nequaquã exautorauit, ueritus si eos à reli-
quorũ cœtu segregasset, ne copias suas contra
Persas debiliores redderet. Quis nobis hic quæ
subsecuta sunt enarrabit? quæ quidẽ ijs multo ter
ribiliora sunt, quæ tũ in eremo, tum in mari, tum
Exod. 14 in Ægypto acciderũt, quo tẽpore Pharao ille sen
su carens plectebatur, & qui cum eo erãt omnes B
submergebant. Quemadmodũ em̃ tum, postea
q; Ægyptius ob nullum calamitatis genus cõce-
dere, ac melior fieri uoluit, illum tandẽ deus unà
cum suo exercitu perdidit: sic & nũc postea q; ad
omnia dei miracula Imperator hic impudenter cõ
stitit, nihil fructus inde percipere uolẽs, animũq;
inemendatũ ad omnia afferens, hunc ipsum deus
idem extremis malis inuoluit, ut quoniã aliorum
calamitatibus edoctus ad frugẽ bonã redire non
sustinuit, eius supplicijs meliores alij euaderent.
Qui enim plures militum myriadas secum duxe
rat, q; ullus unquam ante ipsum Imperator, quic;
Persidem omnẽ per incursionẽ, ac sine puluere,
quod aiũt, capturũ se sperauerat, huic sic infelici-
ter, ac miserabiliter res successit, ut fœminarũ po C
tius, ac puerulorum, q; uirorum exercitum illum
secum habuisse dicas. Primum enim imprudẽtia
sua in tantã illos necessitatẽ adegit, ut equinis carn
nibus uescerentur, ac partim fame, partim siti ab-
sumpti perirent: quasi em̃ in Persarũ gratiam co-
pias ageret, neq; illos caperet, quin potius suos il
lis ꝓdere studeret, sic eos in locorũ difficultates
quasdã cõclusit, ac tantũ non uinctos hosti tradi-
dit. Enimuero calamitatũ earum genus om̃e nul
lus possit, ne ex ijs quidẽ qui illas uiderũt exper-
tiq; sunt, recensere: ita omnẽ modum superarũt.
Sed ut summatim dicamus, illo turpiter ac mise-
rabiliter mortuo (alij enim illũ uolunt à lixa quo
dam rerũ indignitatẽ non ferẽte percussum inte-
rijsse: alij autẽ, ne uidisse quidem se, à quo inter- D
fectus sit, sed fuisse tantummodo percussum di-
cunt, rogasseq; ut in Ciliciam, inibi sepeliendus,
portaretur, ubi etiam nunc iacet) illo, inquã, tam
turpiter mortuo, quũ uiderẽt milites in extremo
sese uitæ periculo cõstitutos, cum hostibus pepi-
gerunt: quibus quum iureiurãdo recepissent, abs
cessuros se à loco locorũ omnium tutissimo, eo-
demq; regionis nostræ tanquã muro quodã in-
expugnabili, Barbaros humanos erga se nacti,
ita euaserunt, atq; è multis pauci reuerterunt, &
ipsi affectis admodũ corporibus, erubescẽtes ob
fœdera cum hostibus pacta, coacti uero illis per
iusiurãdũ paternis bonis cedere. Hic uidere erat
spectaculũ qualibet captiuitate miserabilius: nã
urbis illius ciues à quibus gratiam aliquam expe
ctabãt, quòd suos om̃es intus muri instar in por-
tu collocarant, pro omnibus semper ad om̃ia pe
ricula obiecti, ab ijs hostilia omnia passi sunt, ꝓ
prijs domibus, atq; agris relictis solũ uertere co-
acti, & à maiorum suorũ possessionibus auulsi: et
quidem iniuriam à suis acceperunt. hunc nos fru
ctum ab egregij istius Imperatoris operibus per-
cepimus. Hæc porrò temere à nobis dicta non
sunt, sed ut satisfactum esset ijs, qui quærerẽt, cur
non antea deus de Imperatore pœnas sumpsit. Il
lum em̃ rabie percitũ sæpenumero reprimere uo
luit, ne impetu ulterius procederet, & alienorum
malorũ exẽplo emẽdare: uerũ ubi reluctit, extre-
mis illũ malis obiecit, iustã quidẽ peccatorũ eius
retributionẽ in magnũ illum iudicij diẽ rejciẽs:
præsenti autẽ pœna supiniores excitans & casti-
gans. Talis est enim dei lenitas, ut qui eadem nõ
recte utuntur, eos grauiore pœna afficiat, quæ
quemadmodũ resipiscẽtibus utilis, ita & obstina
tis, ac peruicacibus maioris supplicij occasio esse
solet. Quod si dixeris, Quid? nõne prꝰiderat de
us fore ut tyrannus hic nunq; emendaretur? huic
ita respondebimus: præuiderat quidẽ, sed tamen
ob id q; malitiã nostrã prospiciat, officiũ ille suũ
non intermittit: quin potius etiamsi eius non ad-
mittamus admonitionẽ, clementiã tamen in nos
suã præstat: qui si postea in grauiora etiã nos pec
cata impingimus, id certe non iam eo autore eue
nit, qui nõ propterea lenis lõganimisq; est, ut pe-
reamus, sed ut seruemur potius: uerũ nobis auto-
ribus fit, qui in illius immensam tolerantiã iniurij
sumus. Sic autẽ & infinitã suam in nos benignita
tem ostendit. quoties em̃ recusamus ab eius pro-
lixa lenitate adiuuari, tũ ille in aliorũ usum eam
uertit, nusq; non clementiã erga nos suã simul &
prouidentiã solertiãq; prodens. Id quod tum prę
stitũ est. Et tyrannus quidem in hunc, quem dixi,
modum è uiuis decessit. Rabiei aũt eius, ac beati
Babylæ uirtutis argumenta extant, & templũ, &
martyrij monumentũ: illud desolatũ, hoc eandẽ
quã prius efficaciã retinens. Cuius capsula nõ ul-
tra refertur, deo rem sic dispensante, quò posteris
testatiora sint præclara Babylæ eiusdem facino-
ra. Quisquis enim eò aliunde accedit martyrẽ re-
quirens, hunc ubi ab eo loco abesse uidet, statim
causam scisscitatur, neq; prius de loco decedit, q;
omnem eam historiã perdoctus fuerit: sic et dum
ad Daphnes locũ accedit, & rursus ab eodẽ dum
decedit, fructum maximũ percipit. Ea est marty-
rum uirtus & uiuentium, & mortuorũ, & ad loca
illa, uel illa adeuntiũ, & rursus ab eisdem aliò mi-
grantiũ. Etenim ab initio ad finẽ usq; Babylæ no
stri præclara facinora cõtinua quasi serie copula-
ta fuere. Rem, quæso, animo lustra: dei leges ab
iniuria uindicauit, ꝓ occiso pœnas sumpsit, qua
ex re planum fecit, quanto inter se interuallo sa-
cerdotiũ & regnũ dissideant, mundi fastũ omnẽ
dissoluit: uitæ huius opinionem cõculcauit. Re-
ges docuit nihil ultra modũ ipsis à deo datum po
testatẽ ꝓmouere: sacerdotib. planũ fecit, ut prin-
cipatui huic præesse oporteat. Atq; hæc quidem,

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS — DE — GRANADA

& his ítē lōge plura etiamnū uiuēs,præstitit. Vbi autē hinc emigrauit, dæmonis robur eneruauit, gentilium impoſturam coarguit, uaticinīq; delira mēta detexit, perſonam eiūs cōtriuit, ſimulationē omnib.denudauit,ac patefecit:eū,qui in ea dominari uideret, obmuteſcere cogēs,ac magna uehemētia opprimēs.Hodie quoq; tēpli parietes recti ſtant, omnib. quaſi prædicātes quà dæmonis impudentiā,riſum,imbecillitatē,quà martyris coronas, uictoriā,uirtutē.Ea ſanè eſt ſanctorū fortitudo,tam inexpugnabilis, & terrifica tū regibus, tum dęmoníb.tum ipſi etiā dæmonū principi.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ADVERSVS IVDAEOS, ORATIO PRIMA,

Deſ. Eraſmo Roterodamo interprete.

VRSVS infelices illi, mortaliumq; omnium miſerrimi Iudæi ieiunaturi ſunt, rurſus Chriſti gregem muniamus neceſſe eſt. Quandoquidem & paſtores, quandiu noxia beſtia moleſta non eſt, ſub ilicē aut populum porrecti, fiſtula canunt, ſinentes oues liberè pro ſuo arbitratu paſcere. Verum ſimul atque ſenſerint alicunde luporum incurſionem imminere, mox abiecta fiſtula, fundam arripiunt, & omiſſo calamo, fuſtibus & ſaxis obarmant ſeſe, procq; ſeptis conſiſtentes magno emiſſo iubilo, ingentiq; ululatu uociferantes, frequēter ipſo clamore feram priuſquam irrumpat,abigunt:Itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in ſcriptura,uelut in prato ludentes choreasq; ducentes,nihil in enarratione attigimus contentioſi ſermonis:eo quòd nullus eſſet,qui nobis obturbaret,aut moleſtus eſſet.Cæterum quoniam hodie lupis omnibus ſæuiores Iudæi,oues nobis circunuallaturi ſunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. Ne uero mirum uobis uideatur, ſi quum ieiunium illud poſt decem & eo amplius dies uenturum ſit,nos ab hoc ſtatim tempore munimus & armamus animas ueſtras. Quandoquidem & inter agricolas qui uigilātes & induſtrij ſunt, quum habent uicinum torrentē, qui uexat lædítq; ſegetem, non quum ſuo tempore torrēs inundat uidelicet hyeme,ſed tempus illud præuertentes & ripas obſepiunt, & aggeres erigunt,& foſſas agunt, deniq; modis omnibus ſeſe præparant aduerſus torrentis futuram uiolentiam. dum enim tranquillus eſt & ſtagnans, atque anguſtus,facile eſt illi admoliri manus:uerum poſteaquam increuit, multoq; aquarum impetu fertur uiolentus, non perinde facile eſt exundantibus obſiſtere.Eoq; multo ante tempore præueniunt illius irruptionem, undequaq; præparantes quicquid agros poſſit tutos reddere.Eundem ad modum & milites, & nautæ,& agricolæ,& meſſores facere conſueuerunt. Siquidem & milites, priuſquam ueniat pugnandi tempus, & thoracē abſtergunt, & ſcutum ſi quid deſit circunſpiciūt, & frenos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraq; omnia recte diligenterq; curant. Similiter & nautæ priuſquam nauim in portum detrahant: & clauum apparant, & inſtaurāt latera,& remos dolāt,& uela conſarcināt,deniq; quicquid præterea ad totius nauis armaturā pertinet, diligenter accurant. Quin & meſſores conſimili modo multis ante diebus,& falces acuunt, & aream præparant, boues item & currum, breuiter quicquid ipſis ad meſſem ac trituram cōducibile iudicant. Immò uideas omnes homines ſi quid rerum agēdum eſt, prius ad eas apparatum facere, ut quum aduenerit rei gerendæ tempus, facile cōficiant quod eſt opus. Hos igitur & nos imitantes,multis ante diebus præmunimus animas ueſtras, exhortantes uos ut impium hoc Iudæorum & ſceleratum ieiunium fugiatis.Neque enim ita dixeris,Ieiunant: quin potius illud mihi oſtendito,eos ex dei ſententia ieiunare.Quod ni id fiat, quauis ebrietate ſceleratius eſt ieiunium. Neq; enim ſolum cōſiderandum eſt quid ab iſtis fiat, uerum illud etiam obſeruandum, quam ob cauſam faciant.Etenim quod fit iuxta dei uoluntatem, quamuis uideatur improbum eſſe, tamen omnino deo gratum eſt & acceptum. Contrà, quod fit præter dei uoluntatem, ac ſecus quàm ille uult fieri,quanquam exiſtimatur acceptū deo, tamen eſt omnium peſſimum & iniquiſſimum. Etiamſi quis occidat hominem ita uolente deo, quauis humanitate melius eſt hoc homicidium. Rurſus ſi quis parcat, & humanitatis officiū collocarit in quempiam, præter dei ſententiam,quauis cęde ſceleratior eſt iſta ſanguinis parſimonia. Non enim ipſa eorum quæ fiunt natura, ſed dei uoluntas ac decretum efficit, ut eadem uel bona ſint uel mala. Vt aūt intelligas hoc eſſe uerū, Achab quum aliquando regem quendam Syrorū cepiſſet, contra dei uoluntatē dedit illi uitam,& aſſeſſu dignatus eſt, deniq; multa cum honorificentia dimiſit.Mox propheta quiſpiam accedēs, dixit ad ſibi proximum,In nomine domini percute me, ille uero noluit eum percutere. Dixit igit ad illum, Eò quòd non audiſti uocem domini,ecce tu fugies à me, & percutiet te leo. Diſceſſit ab illo,reperit eum leo et percuſſit.Ac mox prophe ta reperit aliū hominē, cui dixit:Percute iam me. Et percuſſit eū homo ille, uulnerauitq; eū,ac propheta ſibi obligauit faciē.Quid hoc abſurdius fieri poſſit? Quipcuſſit prophetā,euaſit incolumis: qui

Simile

Simile

R

B

C

D

3.Reg.20

3.Reg.20

qui pepercit, dedit pœnas: nimirũ ut intelligeres in iuſſis diuinis non oportere curioſum eſſe, examinareq́ rerum quæ præcipiuntur naturam, ſed nihil aliud q̃ obtemperare. Etenim nẽ prior ille ueritus parceret prophetę, non dixit illi ſimpliciter, Percute, ſed addidit, In uerbo dñi: hoc eſt, Deus præcepit, ne quęre ulteriꝰ: Rex eſt qui hãc præſcribit legem: reuerere iubentis autoritatẽ, ſummaq́ cum animi promptitudine obtempera. At id facere nõ ſuſtinuit, eoq́ pœnas dedit grauiſſimas, ſuo exemplo ſequuturos adhortãs, ut quic quid præceperit deus, per omnia obtemperarẽt, moremq́ gererent in poſterum. Vbi poſterior ille percuſſiſſet eum, & uulneraſſet, propheta ſibi caput obuinxit loro, & oculos obtexit, deniq́ in eam ſpeciem ſeſe trãsformauit, ut à nemine poſſet agnoſci. Cuius igitur rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem, & ſententiã in eum laturus de ſalute regis Syriæ. Is igitur quũ, ut erat impius, ſemper odiũ geſſiſſet aduerſus prophetas, ne cõſpectum ipſum & agnitum ab oculis ſuis ſubmoueret, eoq́ facto nõ reciperet correctionem, uelat propheta ſimul & faciem ſuam & negotij narrationem, ut & ipſi contingeret poteſtas dicendi quæ uolebat, & regis cõfeſſionem extorqueret. Etenim quum rex pręteriret, clamore compellãs
3.Reg.20 eum, dixit: Seruus tuus egreſſus eſt ad exercitum ut præliaretur, & ecce uir quidam adduxit ad me uirum, dixitq́: Serua mihi hunc: quòd ſi elapſus euaſerit, erit anima tua pro anima illius, aut depẽdes argẽti talentũ. Et accidit dum ſeruus tuus circunſpiceret huc & illuc, & ecce uir nõ cõparebat. Et dixit illi rex Iſrael: Ecce iudex tu apud me, occidiſti. Et illico propheta detraxit uelamẽ ab oculis ſuis, & agnouit illũ rex Iſrael, quòd eſſet unus ex filijs prophetarum. Dixitq́ ad illum: Hęc dicit dominus, Eo quòd dimiſiſti uirum exitio dignũ è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & tuus populus pro populo illius. Vides q̃ nõ ſolum deus, ſed & homines ſimili modo iudicãt, nõ reſpicientes ad eorum quę fiunt naturam, ſed ad finem potius & cauſas ob quas fiunt. Ecce, inquit etiam ipſe rex, tu iudex apud me qui occideris. Homicida es, inquit, eo quòd hoſtem dimiſeris. ob hoc enim propheta uelum addiderat, & uelut in aliena cauſa ſententiam elicuit, ut rex quod uerum & rectum erat pronũciaret: quod & accidit. Etenim poſteaquam rex ſeipſum ſua ſentẽtia cõdemnaſſet, detracto uelo, dixit propheta: Quoniam tu dimiſiſti uirum exitio dignum è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius. Vides quas ꝑ humanitate pœnas luerit rex, proq́ intẽpeſtiua ſanguinis parſimonia quo affectus ſit ſupplicio? Et hic quidem qui ſeruauit, punitur: alter uero, qui occidit, comprobatus eſt. Igitur & Phinees, qui eodem tẽporis articulo duplex perpetrauit homicidium, uirumq́ ſimul cum muliere ſuſtulit, ſacerdotio honorat̃: adeo non inquinauit manũ ſanguine, uerum etiã puriorem reddidit. Proinde quum uideris eum qui prophetã percuſſit, eſſe ſeruatũ, eum uero qui nõ percuſſit extinctum, & illum qui pepercerat dare pœnas, rurſus eum qui non pepercit approbatum: ſemper apud te potior ſit ratio, quid deus pręcipiat, q̃ quæ ſit negotiorum natura. Quòd ſi quid compereris illo comprobãte geri, illud ſolum amplectere. Atq́ hac utentes regula, & ieiunium hoc ludæorum expendamus. Etenim ni id fecerimus, ſed actiones nudas per ſe tãtum in medium prolatas conſideremus, ingẽs erit confuſio, magnaq́ iudicij perturbatio. Nã prę donibus raduntur latera, & monimentorũ perfoſſoribus, maleficisq́: uerum idem patiũtur & martyres. Facta quidem ſunt eadem, cæterũ animus & cauſa quur hæc fiant, non eſt eadem, eoq́ plurimũ eſt diſcriminis inter hos & illos. Quemadmodum igitur in illis non tormentum tantum expẽdimus, ſed prius animũ & cauſam ob quam cruciatus inferuntur, conſideramus: & ob id martyres amamus, nõ quòd cruciantur, ſed quòd ob Chriſtũ cruciatus ferũt: Contrà, latrones deteſtamur, nõ quia puniunt̃, ſed q̃ ob malefacta puniũtur: Ad conſimilẽ regulam & in hoc negotio ludęorũ, rationẽ eorũ quę fiunt ſubducito. Quòd ſi uideris illos amore dei ieiunãtes, amplectere q̃d fit: at ſi perſpexeris illos hoc pręter diuinã uoluntatem facientes, magis eos deteſtare, maioreq́ odio proſequere q̃ ebrios, quàm temulẽtiæ & comeſſationibus indulgẽtes. In hoc autem ieiunio nõ ſatis eſt cauſam inquirere, ſed & locus & tempus conſideranda ſunt. Verum priuſquã moueamus aciem aduerſus ludæos, lubens orationẽ uertim ad eos qui ſunt noſtri corporis membra; ac noſtri quidem ordinis eſſe uidentur, cæterum illorum cultum ſequuntur: quãdoquidem horum cauſa totum hoc quicquid eſt laboris ſuſcepi, atq́ hac quidem ex parte dignos eſſe uideo grauiore condemnatione, quàm ludæos uniuerſos. Id eſſe uerum non modo ſapientes & cordati, uerum etiam quicunq́ uel paulum habent mentis ac rationis, mecum fatebuntur. Nec enim opus eſt argumentis arte excogitatis, nec artificioſa probatione, nec prolixis ſermonum ambagibus ad hoc demonſtrãdum, quum ſatis ſit illos ſimplici percontatione interrogatos, ex ipſa reſponſione capere. Quid igitur? Percontabimur iſtorum quenque, qui in hiſce rebus inſaniunt, Chriſtianus es? Quã igitur ob cauſam moleſtus es eccleſiæ? Qui Perſa eſt, nónne quæ Perſarum ſunt curat? Barbarus, nónne Barbarorum ritus æmulatur? Qui habitat in ditione Romanorum, nónne ueſtris utitur legibus? Age dic mihi, nónne ſi quis horum qui apud uos uiuũt, cum illis ſentire fuerit deprehenſus: inauditus citraq́ examinationem punítur, etiamſi multa habeat, quibus cauſam ſuã poſſit defendere? Et ſi quis apud iſtos extiterit, qui Romanis utatur inſtitutis, nónne rurſus idẽ perpetietur? Quomodo igitur tu qui ad impium illud uitæ inſtitutum defeciſti, audes ſperare ſalutem? Neq́ enim exiguũ interuallum eſt inter nos & ludæos, neq́ de rebus leuibus aut uulgaribus inter nos eſt controuerſia, ne tu unum & idem

esse credas nostrum & illorum institutum, ac nõ A cum sentire, cum quærant diuersa. Igitur & ad il-
miscenda misceas. Illi crucifixerunt Christum, tu los uolo dirigere sermonem. Cõcedite mihi ut li-
crucifixum adoras. Vides quãtum interest? Quî ceat doctrinam hãc altius repetere, quo perspicu
fit igitur, ut ad illos qui Christum occiderunt, cur um fiat, ludęos nunc ieiunãtes legem ignominia
ras, profitẽs te adorare crucifixũ? Neq; uero ipse afficere, deiq; præcepta cõculcare, semper ea fa-
legem hanc fero qua illos crimíner, nec hãc accu cientes quę illius placitis aduersant. Etenim cum
sationis formã inueni. An nõ scriptura simili mo illos uolebat ieiunare, tum incrassabantur dilata-
Hiere.2 do accusat illos? Audi igit quid dicat Hieremias bantur q;. Rursus ubi non uult eos ieiunare, mor-
aduersus eosdem illos: Abite in Cedar, & uidete, dicus tenẽt ieiunium: quum uellet illos uictimas
emittite ad insulas Chettin, & iudicate, nũ talia fa offerre, ad simulacra properabant. Cum non uult
cta sint. Quæ nã ista? An gentes mutẽt deos suos, illos celebrare festũ diem, studio festum diem a-
& isti non sunt dij. Vos autem mutastis gloriã ue gunt. Et ideo Stephanus dixit ad illos: Vos semp Act.7
strã, in eam ex qua nihil utilitatis capietis. Porrò spiritui sancto resistitis. In hoc, inquit, solum incu
quod dicit, huiusmodi est: Illi, inquit, cum uenerẽ buistis, ut quæcunq; deus præceperit, ijs cõtraria
tur simulacra, colantq; dæmones & adorent, tam faciatis, quemadmodum & nunc faciũt. Vnde id
constant in errore, ut ne uelint quidem illa relin- B liquet? Nimirum ex ipsa lege. Siquidẽ in ipsis e-
quere, & ad ueritatem cõuerti. Vos autem qui ue tiam festis Iudaicis, non tempus solum, uerum &
rum adoratis deum, relicta maiorum religione ul locũ obseruari iussit ipsa lex. Nã & de pascha qđ Deut.12
trò ad aliena defecistis, neq; tantum religiosæ mẽ erat apud ipsos disserẽs, loquitur hunc in modũ:
tis præstatis in ueritate, quantũ illi præstãt in suo Non potestis celebrare pascha in ulla ciuitatũ ea
errore. Proinde dicit: Si istiusmodi facta sũt, si mu rum quas dominus deus dat uobis. Sed quemad-
tarunt gẽtes deos suos, & isti non sunt dij: uos au modũ decimoquarto die primi mẽsis, ita Hiero-
tem mutastis gloriam uestrã, unde nullam capie- solymis iubet illud peragi, similiter & Pẽtecostẽ.
tis utilitatem. Nõ dixit, Mutastis deum uestrum: Et hic loci simul & temporis obseruationem cõ-
deus enim non mutatur: sed, mutastis gloriam ue plexa est, dum post septẽ hebdomadas iubet hoc
stram. Neq; enim me læsistis, inquit, neq; ulla no- festum celebrari, rursum cum addit: In loco quẽ
xa ad me peruenit: uosmetipsos affecistis ignomi elegerit dominus deus tuus. Sic & festũ scenope-
nia. Meam gloriam nõ imminuistis, sed uestram giæ & ieiuniũ hoc instituit. Sed dispiciamus, utrũ
ipsorum. Concedite sanè mihi ut hũc sermonem tandem horum est magis necessariũ, locus an tẽ-
etiam ad nostros accommodẽ, si tamen par est il- pus. Et si non sint hæc inter se paria, utrum obser-
los appellare nostros qui cum illis sentiũt. Abite uandum est, tempus neglecto loco, an neglecto
in synagogas, & uidete num Iudæi mutaturi sint C tempore loci ratio tenenda est. Quod dico, tale
suum ieiunium, num illi sub pascha nobiscũ cele- est: Præcepit dominus ut in primo mense & Hie-
brarint ieiunium, num hũc diem unquam præter rosolymis celebraretur pascha, uidelicet tempo-
miserint. Atqui hoc non est ieiuniũ, sed legis trãs re pariter & loco prefinito. Ponamus igitur duos
gressio, sed error, sed peccatum: attamen illi nun- quospiam esse qui pascha celebrent, quorum al-
quam mutarunt, uos autem mutastis gloriam ue- ter præuaricetur locum, tempus obseruet: rursus
strã, unde nihil utilitatis capietis, & ultrò ad illo- alter obseruet quidem locum, sed transgrediatur
rum ritus desciuistis. Quãdo paschæ ieiunium ce tempus. Atq; is qui tempus obseruat neglecto lo
lebrarunt illi? Quando martyrum festos dies no co, celebret pascha in primo mense, sed alicubi
biscum egerunt? Quando diem Epiphaniorũ no procul extra Hierosolymã. Is uero qui locum ob
biscum communiter celebrarunt? Illi non accur- seruat neglecto tẽpore, pascha celebret Hieroso
runt ad ueritatem, & uos ad iniquitatem propera lymis, nõ tamen primo mense, sed secundo. Dein
tis? Iniquitatem autem dico, quandoquidem ista de uideamus uter horũ duorũ sit in crimine, uter
fiunt non suo tempore. Erat olim tempus quo cõ probandus, is ne qui neglecto tempore locũ ser-
ueniebat ista seruare, iam uero non est amplius. D uauit, an qui loco neglecto tẽpus seruauit. Etẽm
Eoq; quod tum iuxta legem fiebat, nũc præter le si is qui tempus neglexit, ut intra ciuitatẽ pascha
gem fit. Concedite mihi, ut illud etiã Helię dicã celebraret, uidetur approbandus: contrà, qui ser-
aduersus eos. Cũ enim ille cõspiceret Iudæos im- uato tempore locum neglexit, uocãdus est in cri
pie uiuentes, & nunc quidem obtemperãtes deo, men, & impietatis reus peragendus: nimirum li-
nunc rursus idola colentes, ad hunc loquitur mo quet, q; isti quoq; legem uiolãt, loco nõ suo faciẽ
dum: Quousq; claudicatis utroq; poplite uestro? tes quod faciunt, etiamsi decies millies prædicẽt
3.Reg.18 Si dominus est deus, uenite & sequimini eũ. Idẽ sese seruare tẽpus. Vnde igitur hoc nobis perspi-
& ipse loquor ad istos: Si Iudaismũ putatis uerum cuum est? uidelicet ab ipso Mose. Siquidẽ cũ qui
esse, qua gratia obstrepitis ecclesię? Quòd si Chri dam essent celebraturi Pascha, adierũt Mosen di Num.9
stianismus ueruseſt, sicut reuera est, in eo manete, centes: Nos impuri sumus super hominis anima,
& illum sequamini. Particeps es nobiscum myste num omittemus offerre munus domino iuxta tẽ
riorum: age dic mihi, Christum adoras, ab illo bo pus suum, in medio filiorũ Israel? Respondit illis
na petis, & cũ illius hostibus festum celebras? Et Moses: State hic, & audiam quid præcepturus sit
quo tandem animo prodis in ecclesiam? Verum dominus de uobis. Et respõsum dedit dñs Mosi,
hæc dixisse sufficiat ad illos qui prędicãt se nobis dicens: Homo quicunq; fuerit inter uos impurus
super

sup hominis anima, aut in lõgo itinere, aut in nationibus, faciet pascha mense secundo. Quod aũt dicit, tale est: Quisquis, inquit, primo mẽse deprehensus fuerit in peregrinatione, ne faciat pascha extra ciuitatem, sed mense secundo, ut uenire possit Hierosolymã, ac tempus negligat potius q̃ faciat extra ciuitatem. Ex hoc declarans q̃ obseruatio loci temporis obseruatione magis est necessaria. Quid igitur isti habent quod dicant, qui extra ciuitatem præscriptam faciunt pascha? Nam posteaquã transgrediuntur id quod magis est necessariũ, nihil illos excusare potest eius obseruatio, quod minoris est momẽti. Igitur etiãsi decies mil lies uideãtur seruare tempus, extrema legis transgressio est quod faciunt. Atq̃ id esse uerum non hinc liquet tantũ, uerum etiam ex prophetis. Cũ enim constet illos nunquam sacrificasse, neq̃ canticũ ceciniſſe in terra aliena, neq̃ istiusmodi ieiunium ieiunasse: quam ueniã promerentur isti? At tamen illi quidem expectantes reditum in ciuitatem suam, nihilo secius persistebant in lege, parẽtes illi, queq̃ lex prescribebat, implẽtes. Hoc eñ lex ipsa illis fore promiserat. Isti uero hæc faciũt, cum nullam habeant spem, fore ut pristinum uitę statum recipiant. Non habent, inquã, ullam spẽ: id ipsorum prophetarum testimonio docere possumus, & tamen ne sic quidẽ possunt conquiescere. Iam ut maxime sperarent se ciuitatem recepturos, etiã tunc oportebat sanctos illos imitari, tum à ieiunijs, tum à cæteris obseruationibus abstinẽtes. Quòd enim istiusmodi rerũ nihil illi fecerint, audi quid rogantibus respõderint. Cum enim urgerent, compellerẽt, cogerentq̃ Barbari ut uterẽtur organis suis, dicerentq̃: Cantate nobis canticum domini. illi qui pulchre legis mẽtẽ tenebãt, responderunt: Non decere ut ista facerent extra Hierosolymam: quomodo, inquiunt, cãtabimus canticum domini in terra aliena? Rursus tres illi pueri qui uersabãtur in Babylone, dicebant: Nõ est hoc tẽpore princeps, neq̃ ꝓpheta, neq̃ dux, non locus ut sacrificemus in conspectu tuo, & in ueniamus misericordiam. At sanè multus erat ibi locus, cæterum quoniam ibi templũ non erat, abstinẽt à sacrificijs. Iam uero & ad alios per Zachariam loquitur dominus: Nũ ieiunium ieiunastis mihi per annos septuaginta? Sentiens de annis quos egerant in captiuitate. Quomodo ergo tu nunc ieiunas, dic mihi, cum maiores nec sacrificauerint, nec festa celebrauerint? Id ex eo palàm est q̃ ne pascha quidem ibi celebrarũt. Nam ubi nõ erat sacrificiũ, ibi ne festum quidem erat, eo q̃ omne festũ sacrificio tũ peragi oportebat. Quòd si pleniorem huius rei demonstrationem exhibere uelimus, audi quid dicat Daniel: In diebus illis eram ego Daniel lugens, panem desiderabilẽ nõ comedi, & uinum carnesq̃ nõ ingressę sunt in os meum, & unguento non ungebar in hebdomadibus illis. Et factũ est in decimoquarto die primi mensis uidi uisionem. Hic mihi diligenter auscultate. Ex his enim perspicuũ est, q̃ tum pascha nõ celebraueritis. Qui sic? Dicã. Per dies azymorũ, id est quibus abstinebãt à fermentatis, ieiunare lu dæis phas nõ erat. Hic autem dies uiginti unum, prorsus non attigit panem. Et unde hoc docetur, dicet aliquis, & quòd isti uiginti dies & unus inciderint in dies azymorum? Id inde demonstratur, q̃ dicit, quarto & uigesimo die primi mẽsis. At paschæ festũ uigesimo primo die finiebatur. Nam incipiẽtes à decimoquarto die primi mẽsis, deinde diebus septem cõtinuata celebritate, ad uigesimum primum diem perueniebant. Attamen Daniel perseuerabat ieiunans etiam cum pręteriſſet paschæ tempus. Nã cum cœpisset à tertio die primi mensis, ac deinde per dies uiginti unum continuasset, nimirum decimũquartũ diem prætericit, & post hunc item alios decem ieiunauit. An non igitur isti exleges & impij, qui cum illi sancti uiri in aliena terra nihil seruauerint eorũ quæ lex præscribebat, tamen per cõtentionem & peruicaciã diuersa factitant? Etenim si quilibet fuissent incogitãtes parumq̃ circũspecti, qui talia uel facerẽt, uel dicerẽt: forsitan incogitãtiæ negligentiæq̃ tribueret aliquis, q̃ ea non obseruauerunt. Iam cum fuerint amãtes dei, cũ pij, cum ij qui pro dei præceptis tradiderunt animas suas: conspicuum est, eos haudquaquam per negligentiam feciſſe qd̃ fecerunt, sed ab ipsa potius lege persuasos, quòd non oporteat quicquam talium cæremoniarũ extra Hierosolymã obseruare. Quin & aliud quiddam ex his perspicue colligitur lõge maximum, uidelicet quòd obseruationes sacrificiorum, sabbatorum, & nouiluniorũ, denicq̃ similium rituum omnium ex superfluo additę sunt Iudaicę uitę, ut neq̃ si seruentur, aliquid magni momenti conferre possint ad uirtutem: neq̃ si prætermittant, possint ex bono facere malum, aut pietatis studium, quod in animo situ est, aliqua ex parte imminuere. Illi igitur qui uitam angelorum nobis in terris ostẽderũt, cum harum rerum nihil omnino peregerint, non uictimam mactarint, non festum diẽ obseruarint, nõ istiusmodi ieiunium susceperint: adeò tamen placuerunt deo, ut ipsam naturã transcenderint, totoq̃ terrarum orbe superiores meritis suis in dei cognitionem raperentur. Quid eñ proferri queat quod cum Daniele conferat? q̃d quod cum trib. pueris? quãdoquidem illi qd̃ est præceptum in euangelijs maximũ, quodq̃ bonorum omnium caput, ante proditum euãgeliũ occuparunt, ipsisq̃ factis declararũt. Maiorem hac, inquit, charitatem nemo habet, quàm si quis animam suam exponat pro amicis suis. Illi uero animam suam exposuerũt pro nomine dei. Nec hac parte solum admirãdi sunt, uerumetiã ob hoc q̃ id nullius mercedis gratia fecerũt. Ideoq̃ dicebãt: Est deus in cœlo potens eripere nos: qui etiam si nõ eripiat, notũ sit tibi rex nos nõ seruituros dijs tuis. Sufficit nobis illa merces, q̃ propter deũ morimur. Hæc præstiterũt, tamq̃ insignem uirtutem exhibuerunt, nihil eorũ obseruantes quæ lex prescripserat. Ergo qua tandem, inquies, gratia deus ista præcepit, si non uolebat obseruari? Qua gratia tuam ciuitatem demolitus est? Nam alterũ è duo-

Act.7 Deut.12 Num.9 Psal.137 Dan.3 Zach.7 Dan.10 Ioan.15 Dan.3

duobus illi faciendũ erat, si uoluisset illa remanere: aut non debebat præcipere, ut ipsi uno tãtum in loco sacrificia fierent, cũ uos per omnes mundi plagas esset dispersurus: aut si nolebat uos eo in loco sacrificare, nõ solũ debebat uos per uniuersũ orbẽ dissipare, uerũetiam solã illam ciuitatẽ desertam & inaccessam reddere, in qua sola uictimas iusserat immolare. Quid igitur? An secũ ipse, inqs, pugnat deus, qui uno in loco sacrificari iusserit, & rursus ab hoc ipso loco quem prescripsit, excludat? Nequaquã, imò magnopere sibi constat deus: neq; enim initio sibi uolebat offerri sacrificia. En ipsum prophetã adduco testem, qui
Esaiæ 1 loquitur hunc in modum: Audite uerbum domini principes Sodomorũ, attẽdite sermoni dei uestri populus Gomorrhæ. Non ad Sodomitas & Gomorrhæos uerba faciẽs hęc loquit̃, sed ad Iudæos. Sic autem appellat illos deus, quòd imitantes illorum malitiam, sibi cognationem cum illis
Esaiæ 56 assciuissent. Similiter & canes illos appellat, &
Hier. 5 equos insanientes in fœminas, non quòd illorum esset transformata natura, sed quòd illorũ animalium incontinentiam imitarẽtur. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Cæterum qui Sodomis habitabant, nũquam uisi sunt immolare uictimas, sed ad Iudæos sermo dei dirigitur, ob
Esaiæ 1 causam quam diximus: Sodomorũ cognomina illis tribuẽs. Quo mihi multitudinẽ uictimarum uestrarũ dicit? Plenus sum holocaustomatis arietum, & adipem ouium, & sanguinem hircorũ ac taurorum nolo. Nequaquam ueniatis in conspectum meum. Quis enim exquisiuit hęc omnia de manibus uestris? Audistis clarissimam uocem dicentem, quòd in initio non postularit hæc de manibus uestris? Etẽ si postulasset, similiter & priscos illos omnes qui ante hos floruerũt, prius ad hoc uitę institutum adegisset. Quo igitur, inquis, consilio hæc præcepit? Nimirũ uestræ morem gerens infirmitati, non aliter quàm medicus, uidẽs hominem febricitantẽ, morosum, minimeq; sibi temperãtem, si cõcupiscat frigidam bibere, ac ni accipiat peritarum, ac planè futurum, ut uel ad laqueum fugiat, uel è sublimi se præcipitẽ det, dum studet maius excludere malũ, permittit quod minus est, cupiẽs illũ à uiolẽta morte reuocare. Consimilem ad modum fecit & deus, quoniã uidit illos insanientes, anxios, cõcupiscentes uictimarũ oblationem, iamq; nisi acciperent quod desiderabant, paratos ut ad idola se deflecterẽt, imò nõ solum paratos, uerũetiam eò iam prolapsos, permisit immolationem uictimarum. Atq; ut scias hãc fuisse causam, uel ex ipso tempore declaratur id quod dico. Siquidẽ post festum quod impijs dæmonibus celebrarãt, tum demũ permisit illis immolationes pecudum, tantum non dicens: Insanitis, & uultis immolare uictimas, quin igitur mihi potius immolatis? Quanquam ne hoc quidẽ ita permisit, ut perpetuo liceret, sed prudẽtissimo cõsilio quod permiserat, rursus eripuit. Et quemadmodũ si medicus ille (nihil enim uetat eodem exemplo denuo uti) posteaquã indulsit appetitui laborãtis, mox phiala è suis ædibus allata præscribat, ut ex hac sola biberat aquam: deinde persuaso ægroto, clam ijs qui ministrant, præcipiat cõfringere phialam illam, ut eum clàm nihilq; suspicantem auocet ab illa cupiditate bibẽdi frigidam: Itidem fecit deus permittendo sacrificia. Neq; enim in ullo orbis loco permisit id fieri, nisi in unis Hierosolymis. Mox ubi per breue tempus sacrificassent, diruit ciuitatem: & quemadmodũ ille fracto uase, ita deo subuersa ciuitate, uel inuitos illos abducere uoluit à uictimis. Etenim si clare palamq; dixisset, Desistite: haud quaquã facile ab immolãdi insania destitissent. Nunc autẽ loci adempti necessitate, clanculũ ac dissimulanter illos abduxit ab oblationũ insania. Sit igitur medicus quidem ipse deus, phiala uero ciuitas: sit ægrotus, ille morosus Iudæorũ populus. Denicq; frigida potio, sit uictimarum permissio concessioq;. Quemadmodum igitur medicus fracto uase ægrotũ cohibet ab intẽpestiuo frigidi potus appetitu: sic & deus, euersa ciuitate ipsa, adeoq; funditus diruta, ut omnibus facta sit inaccessa, Iudæos à sacrificijs abduxit. Nam si non hoc agebat, cur religionem illam in unum locum concluſit, qui nusquã non est præsens, qui implet uniuersa? Cur cultũ redegit ad uictimas, uictimas ad certum modũ, modum ad tẽpus, tempus ad unam ciuitatem contraxit, ac rursus hanc ipsam ciuitatẽ subuertit? Adde quod mirum est & incredibile, totus terrarum orbis conceditur Iudæis ad sacrificandũ, ubi phas nõ est sacrificari, solã Hierosolymam illis adire non licet, in qua sola licet immolare. An nõ igitur uehemẽter etiam tardis clarum perspicuumq; est, quam ob causam ea ciuitas fuerit subuersa? quemadmodum faber iactis fundamentis, erectis parietibus, concamerata testudine, ipsaq; cõcameratione in unum lapidem in medio positum cõnexa, si eum tollat, totam ędificij cõpagem soluerit: Similiter deus cum eam ciuitatem feciſſet quasi nodum totius religiõis Iudaicæ, ac mox eã subuerterit: nõne pariter & uniuersum eius ciuitatis statum dissoluit? Verũ hactenus aduersus Iudæos pugnatum esto. Nam hodie solũ eminus in illos iaculis uelitati sumus, tãtum locuti, quãtum fatis erat ad depellẽdum periculũ à fratribus nostris, imò multo etiam amplius. Restat autem illud necessario, ut uos qui adestis, adhortemur, ut multã solicitudinẽ habeatis pro membris uestris. Ne dixeritis, Quid mea refert, cur autẽ ego rerum alienarũ curiosus sim & solicitus? Dominus ꝓpter nos mortuus est, tu uero ne sermonẽ quidẽ profers pro illo? Et quam inuenies ueniam, aut quam reperies excusationem? Quomodo ad Christi tribunal stabis cum fiducia, dic mihi, tot animarum exitiũ dissimulans? Vtinam mihi cõtingat eò currentes uidere, nequaq; uobis opus esset, sed celerrimã adhiberem correctionem. Quoties frater est ad meliora reuocãdus, etiam uitam oportebat impẽdere, ut serues. Imitare dominũ tuum. Quòd si famulum habes, si uxorem, multa cũ austeritate illos domi contineas. Etenim si nõ permittis illis ut in thea-

Num. 10

theatrum eant, quanto magis à synagoga Iudęorum sunt arcẽdi? Maius est hic scelus quàm illic. Quod illic fit, peccatũ est: qđ hic, impietas. Hæc non ideo loquor, ut illos sinatis in theatrũ ire, nã & isthuc malũ est: sed ut ab illis arcẽtes, & ab his multo magis prohibeatis. Age dic mihi, quid spectaturus eò curris, num homines tuba canentes? At oportuit domi sedentẽ gemitus ac lachrymas pro illis ꝓfundere, quòd rebellant præcepto dei, quòd diabolum habent cum ipsis choreas agentem. Nam, ut antè dixi, quod fit prẹter uolũtatem dei, etiamsi quando fuit permissum: postea uiolatio legis est, & innumerabiliũ suppliciorum materia. Tuba canebant Iudæi, tum cum habebant sacrificia, nunc uero nõ est illis permissum idem facere. Proinde accipe iam qua de causa datæ sint il
Num.10 lis tubæ. Fac, inquit, tibi tubas ductiles argẽteas. moxq; cõmonstrãs usum illarum subijcit: Et illis canite in holocaustomatis uestris. Vbi igit̃ est altare, ubi arca, ubi tabernaculum & sancta sanctorum, ubi sacerdos, ubi Cherubin gloriæ, ubi thuribulum aureum, ubi propitiatoriũ, ubi phiala, ubi pateræ libatoriæ, ubi ignis ille cœlitus demissus? Cum omnia amiseris, nihil aliud retines quàm tubas? Vides illos ludere ueriusq; sacrificare? Verũ quemadmodũ illos culpamus, quòd legem transgrediũtur: ita multo magis uos incusamus, quòd ad trãsgressores legis concurritis, nec illos tãtum qui eò cõcurrũt, uerumetiam eos quibus cum sit autoritas prohibendi suos, nolint tamẽ id facere. Ne mihi dixeris: Quid mihi cũ illo cõmercij est? C Alienus est, ignotus est. Dũmodo sit fidelis, dũ eorũdem particeps mysteriorũ, dum eadem iungat̃ ecclesia, & fratrib. & cognatis, & necessarijs, & cæteris oẽibus est propinquior. Proinde quẽ admodum non ipsi tantum fures dant pœnas, uerum etiam eadem pœna plectũtur ij, quibus cum esset potestas uetãdi, non uetuerunt tamẽ: ita nõ solũ qui impie agunt, uerũ etiam illi qui cum possint ab impietate reuocare, tamẽ uel ob pigritiã, uel ob timiditatẽ id facere nolunt, simili cum illis pœna plectuntur. Alioqui talentũ illud quod acceperat ac defoderat seruus ille, reddidit integrũ: attamẽ dat pœnas, eo ꝙ non auxerat lucrum: ita tu quidem etiamsi ipse purus & innocẽs perseueres, cæterũ non augeas talentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad salutem, eadem quæ ille patitur, patieris. Quid magni postulo? unusquisq; uestrum unum mihi ex fratrib. ad salutem reuocet. Hic solicitus, hic quisq; curiosus esto, quo nimirũ in crastina cõmunione multa cum fiducia cõpareamus, donaria deo ferentes. Donaria, inquã, omniũ pretiosissima, si animas errantium reduxerimus, etiamsi contumelia fuerit ferenda, si toleranda uerbera, breuiter si quid aliud his etiam molestius sufferẽdum, omnia faciamus ut illos recuperemus. Quãdoquidẽ & ægrotos ferimus, calcib. ferientes, cõtumelijs & cõuicijs incessentes, nec offendimur cõtumelijs: uerum nihil aliud uidere cupimus, ꝙ sanitatẽ hominis, per morbum indecora faciẽtis. Quin & medici uestem sæpe lacera-

A uit ægrotans, at nõ ideo à cura destitit ille. Qui fit igitur ut qui corporib. consulunt, tanta utãtur diligentia, nos animabus istorum pereuntib. cessemus, perinde quasi existimemus nihil accidere graue, cum membra nostra putrescunt? At non 2.Cor.11 ita Paulus: sed quomodo? Quis, inquit, infirmatur, & non infirmor? Quis offenditur, & non uror ego? Hunc ignem tu quoq; concipe, & si cõspexeris fratrem pereuntem, quamuis conuicietur, quamuis uim & contumeliam inferat, quamuis uerberet, quamuis minitet̃ se futurum hostẽ, aut aliud quidlibet intentet, fac omnia perferas fortiter, ut illius lucrifacias salutem. Si ille fiat inimicus, deus tibi est amicus, magnisq; in die illo bonis te remunerabit. Vtinam autem hæc donet
B deus sanctorũ uotis ac precibus, ut & qui in errorem abducti sunt, recuperent̃ ad salutẽ, & uos in hoc uenatu uoti cõpotes euadatis: & illijpsi blasphemi liberati ab impietate sua, Christũ agnoscãt ab ipsis crucifixũ, ut oẽs uno animo, eodẽq; ore glorificemus deum & patrẽ domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ADVERSVS IVDAEOS Oratio secunda.

NDE tandem nobis hodie frequentior conuentus factus est? Ad efflagitãV dum quod polliciti sumus, comparuistis omnes, & in hoc aduenistis, ut argentum igni probatum quod me uobis exhibiturum promiseram, accipiatis. Nam e-
C loquia, inquit, dei, eloquia pura, argentũ ignitum Psal.11 probatum terræ. Benedictus deus qui uobis tantum audiẽdi spirituales sermones inspirauit ardorem. Quemadmodum enim homines uino & potionibus dediti, singulo quoq; die simul atq; surrexerunt, obambulant, curioseq; disquirunt, ubi compotationes agantur, ubi cõuiuia, ubi cœnæ, ubi comęssationes, ubi temulentiæ, phialæ, crateres, & pocula: Sic & uos quotidie simulatq; surrexeritis, curiosẽ perquiritis, ubinam futura sit exhortatio, ubi salubris admonitio, ubi doctrina, ubi sermo ad sermonem Christi conducens. Quas ob res & nos quoq; propẽsiore studio hoc quod polliciti sumus, aggredimur: & quę promisimus, summa cum fide præstabimus. Itaq; pugna nobis cum Iudęis susceptа, exitum quem debuit, sortita
D est. Trophęum erectum est, & corona nobis parta est, & brabium ex superiore dictione reportauimus. Siquidem hoc susceperamus agendum, ut demonstraremus quòd ea quæ fiunt ab istis, sit quædam transgressio legis præuaricatioq;, nec aliud quàm hominũ aduersus deum erecta machina bellumq;, idq; deo auxiliante nobis accuratissime demõstratum est. Etenim si ciuitatem suam essent aliquando recepturi, & ad pristinum uitæ statũ redituri, templumq; instauratũ uisuri, quemadmodum aiunt ipsi, quanquã id nũquam est futurum, ne sic quidem haberent iustam excusationem eorum quæ faciunt. Nam & tres illi pueri, & Daniel, cęteriq; omnes qui uiuebant in captiuitate, expectabant donec reciperent ciuitatem suã,

ac post

ac poſt annos quadraginta uiderent patrię ſolũ, priſtiniſq; uiuerẽt legibus. Atqui cum hoc illis & palàm euidenter eſſet promiſſum: nõ tamen auſi ſunt quicquam eorũ facere iuxta legis ritus, quæ faciũt iſti. Hoc pacto poteris & ipſe Iudęo occludere os. Roga illũ, Qua de cauſa ieiunas, cum nõ habeas ciuitatem? Quòd ſi dixerit, Quoniam ſpero me recepturum ciuitatem: dic illi: Proinde quieſce, donec receperis. Nã illi ſancti donec ad patriam ſuam redirent, nihil eorum quæ tu facis, auſi ſunt facere. Vnde palàm eſt, quòd nunc legẽ dei uiolas: etiamſi, ut uis, recepturus ſis ciuitatẽ, tamen pacta cum deo inita reſcindis, & in ipſum uitæ ſtatũ contumelioſus es. Igitur in oratione ſuperiore diximus ueſtræ charitati, quãtum ſatis eſt ad retundendam Iudęorum impudentiam, & ad redarguendam eorum præuaricationem. Cęterũ quando nõ hoc tantum nobis erat propoſitũ, ut illorum ora clauderemus, uerum ut eccleſiam copioſius de ſuis propriis dogmatib. edoceremus: age rurſus, & hoc ex abũdanti demonſtremus, q templum nunquam inſtaurabitur, neq; ad priſtinum uitæ ſtatum reſtituendi Iudæi ſunt. Hoc pacto fiet ut &uos exactius noueritis apoſtolica dogmata, & illi contra ad maiorem impietatẽ prolapſi capiantur. Harum uero rerum teſtem adducemus non angelum, nõ archangelum, ſed orbis uniuerſi principem dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum. Is enim quum ingreſſus Hieroſolymam, uidiſſet templum, dixit futurũ ut Hieroſolyma cõculcaretur à gentibus multis, donec implerentur tempora gẽtium, uidelicet tẽpus ſignificans uſq; ad conſummationẽ mũdi. Ac rurſus hęc de tẽplo cõminatus eſt, loquẽs diſcipulis, non manſurum lapidem ſuper lapidẽ in eo loco qui nõ diruatur: uidelicet explanate prędicẽs eum prorſus abolẽdum, & in perpetuã ſolitudinem redigẽdum. Verum Iudęus omnino reijciet hoc teſtimoniũ, nec recipiet ea quæ dicimus. Inimicus autem, inquit, meus eſt, qui talia loquitur: ego illũ adegi in crucem, & quomodo recipiã illius teſtimoniũ? Atqui hoc ipſum prodigioſum eſt ó Iudæe, quòd cũ tu crucifixeris eum, ille poſteaquam abs te crucifixus eſt, tunc ciuitatem tuam euertit, tuam gẽtem diſſipauit, tuum populũ per uniuerſum orbem diſperſit, uidelicet re ipſa declarãs ſe reſurrexiſſe, ac uiuere, atq; nunc agere in cœlis. Quoniã enim ex benefactis noluiſti potẽtiã illius cognoſcere, per afflictionẽ ac ſupplicia demõſtrauit robur ſuum ineuitabile pariter & inexpugnabile. At ne ſic quidẽ credis, aut putas illũ eſſe deũ, ac totius orbis dominũ, ſed arbitraris hominẽ fuiſſe quemlibet è uulgo. Age igitur perinde quaſi nihil aliud quàm homo fuerit, ipſum æſtimemus. Quum aliquos uidemus homines, quos in omnibus cõperimus eſſe ueraces, nec ulla in re mẽtientes: horũ etiamſi fuerint hoſtes, modo ſapiamus, dicta recipimus. Rurſum ſi uiderimus eos mentientes, etiã ſi in nonnullis ueraces fuerint, nec illa facile recipimus, quæ uerè ab illis dicta ſunt. Age nunc igitur cõſideremus Chriſti mores, & cuiuſmodi fuerit uita. Non enim hoc tantũ quod diximus, prędixit, clareq; pronuntiauit: uerumetiam alia multa, longo poſt tẽpore uẽtura, uaticinatus eſt. Proferamus igitur prędictiones illas in mediũ, in quibus ſi uideris illum mendacem, ne hanc quidem recipito, neq; putes illi fidem habendam. Contrà ſi uideris illum in cæteris omnibus ueracem, & hanc ipſam prędictionem eueniſſe: deinde quũ uideas immenſum temporũ curriculum atteſtãs ueritati eorum quæ prędixit, ne uelis ultra perfricare frontẽ, neq; rebus ſole clarioribus obſtrepere. Videamus igitur quid pręterea prędixerit. Accęſſit ad illum mulier alabaſtrum habẽs unguenti pretioſi, & effudit unguẽtum in caput illius accumbentis. Hoc factum indignè ferentes diſcipuli, dicebant: Quin iſtud potius uenundatũ eſt triginta denarijs, ac datum pauperibus? Hoc reprehendens, loquitur hunc in modum: Quid moleſti eſtis mulieri? bonum enim opus fecit. Dico enim uobis, quum prędicatum fuerit hoc euangelium in uniuerſa terra, dicetur & hoc quod illa fecit, in ipſius memoriam. Vtrúmne mentitus eſt, an dixit uerum? Euenit quod prędixit, an fuit inane uaticiniũ? Interroga Iudęum, & ſi millies perfricuerit frontem, aduerſus hanc prædictionem non poterit oculos attollere. In omnibus eẽ eccleſijs appellari mulierem audimus. Sunt conſules, duces, uiri, mulieres, nobiles, illuſtres, ſplendidi, in omnibus urbibus, & in quãcunq; orbis partem deueneris, ſummo cum ſilentio audiunt omnes huius mulieris officium. Nec eſt ulla mundi plaga quę factum hoc ignoret. Atqui quot reges multa magnaq; in multos contulerunt beneficia, bella cum laude geſſerunt, trophęa ſtatuerũt, gentes gubernarunt, ciuitates erexerunt, & innumeris commodis auxerunt rempublicam, & tamen cum ſuis benefactis ſilentio teguntur. Item reginæ primarięq; fœminæ innumerabilia benefacta contulerunt in eos quibus imperabãt, quę ne de nomine quidem ulli notæ ſunt. Hęc autem abiecta mulier, quæ tantum effudit unguentum, toto terrarum orbe decantatur. Ne temporis quidem tam immenſa longitudo memoriam illius uel extinxit, uel extinguet unquam, idque quum factum ipſum non eſſet inſigne (quid enim magni erat unguentum effundere?) neque perſona eſſet celebris: erat enim mulier abiecta: neque multi teſtes aderãt: nam inter diſcipulos res eſt geſta: neq; locus nobilis: neq; eẽ hoc fecit per theatrũ tranſiens, ſed in domo decem duntaxat hominibus præſentibus. Attamen neq; perſonæ uilitas, neq; teſtium paucitas, neq; loci obſcuritas, neque ulla res alia potuit illius abolere memoriã. Quin potius regnis omnibus ac regibus uniuerſis celebrior eſt nunc hęc mulier, nec ulla ætas obliuioni tradidit quod factum eſt. Vnde id? dic mihi, aut quis hoc effecit? An nõ deus ipſe, cui tum hoc officium pręſtabatur, hanc famam per omnia terrarum loca diſperſit? Proinde dic mihi, num huiuſmodi prædicere, uirtutis humanę uidetur? Quis enim ſanæ mentis hoc dixerit? Nam prædicere

Matth. 24

Matth. 26

quæ

quæ facturus esset, priusq; ab ipso fierent, mirum A quidem ac prodigiosum: uerū prædicere quę fiūt ab alijs, efficereq;, ut fides illis habeat, sintq; cunctis pspicua, multo maius est ac mirabilius. Rursus prædixit Petro: Super hāc petrā ædificabo ecMatth.16 clesiā meā, & portæ inferi nō prævalebūt aduersus eam. Proinde dic age ludęe, quid habes quod reprehendas aut redarguas ex ijs quę dicta sunt? quid habes quo doceas hanc prædictionem esse mendacem? An non testimonium cum rebus cō sentit, etiamsi mille modis ipse cōtendas in aduersum? Quot enim bella aduersus ecclesiam cōcitata sunt, quot exercitus instructi, q̄t arma mota, quod nō afflictionum & uindictæ genus excogitatum, sartagines, catapultę, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia, bestiarum dentes, maria & pro B scriptiones, aliaq; innumera tormentorum genera, neq; dictis memoranda, neq; factis tolerāda? Atq; hæc non tantum ab extraneis, uerum etiā à nostris domesticis. Nam ciuile quoddam bellum occuparat omnia, uel quouis potius ciuili bello pernicios̄ius. Neq; enim ciues modo cū ciuibus, uerum etiā cognati cū cognatis, domestici cum domesticis, amici cum amicis cōflictabant: nihil tamen horū dissoluit ecclesiā, ac ne inferiorē quidem reddidit. Atq; id sanè mirū & incredibile, q̄ hęc in ipsis statim primordijs mota sunt. Nā si tū irruisset hæc acerba, posteaq; iam radices egerat, & per omnes mūdi partes plātatū esset euāgeliū, haud perinde fuisset admirandū nō fuisse subuersam ecclesiā. Cæterum cum in ipso doctrinę exor C dio nuper iacto fidei semine, teneris etiānum auditorum mentibus, tot procellæ bellorum erupe rint, res nostras nō solū nulla ex parte fuisse diminutas, uerumetiam multam accessionem adiunctam fuisse: hoc nimirū superat oīme miraculum. Ne quis autem dicere possit, quòd nunc ecclesia ob pacem à regibus præbitam constabilita sit, cū esset minor, quum uideretur imbecillior, tunc illam oppugnari permisit: uti cognoscas etiā quòd nunc in tuto est, non acceptum esse ferendum paci quam præstant reges, sed à potentia dei profici sci. Id quo magis cognoscas esse uerum, reputa tecū, quàm multi conati sint apud Græcos opiniones nouas ac peregrinas uiuendi rationes inducere, uelut Zenon, Plato, Socrates, Diagoras, Pythagoras, alijq; innumeri; tamē adeò nō uicerūt, D ut pleriq; ne de nomine quidē sint noti. Christus aūt non modo præscripsit uitę formam, uerumetiam hanc per totum terrarum orbem plantauit. Quàm multa fertur Apollonius ille Tyaneus fecisse? uerum uti scires illa omnia esse conficta, uana, nihil habentia ueri, extincta sunt, & finem acceperunt. Iam ne quis arbitretur contumeliam esse Christi, q̄ de illo uerba facientes, Pythagoræ, Platonis, Zenonis & Tyanei meminerimus: nō em̄ id facimus ex animi nostri sentētia, sed ad Iudæorum infirmitatem nosipsos demittentes, qui credunt nihil aliud eum esse quàm hominē. Itidē & à Paulo factum est. Is em̄ ingressus Athenarū urbem, non ex prophetis nec euāgelio cum illis disseruit, sed ab ara cœpit exhortationem. Nō q̄ aram illam ad faciendam fidem plus habere momenti crederet quàm euangelia, neque quòd lite ras illic inscriptas potiores duceret pphetis: sed quoniam cum gentibus disputabat, quæ nulli nostrorum uoluminum credūt, à proprijs ipsorum dogmatib. ipsos aggressus est. Hinc est quod ait: Factus sum Iudæis Iudæus, his qui sine lege erāt, 1.Cor.9 tanquam essem sine lege, cum sine lege nō essem deo, sed essem in lege Christi, ut lucrifaciā eos qui sine lege sunt. Itidem & ueteris testamenti scriptura facit de deo Iudæis loquens. Sic enim ait: Quis Psal.85 similis tui in dijs domine? Quid ais pphetа? Itáne cōparatio est ulla dei ueri ac deorum falsorū? Nō, inq̄t, hoc ut cōparationē inducā, locutus sū, uerū quoniā ad Iudæos mihi erat sermo, qui magnificam de dæmonib. habēt opinionē, ad illorū imbecillitatem memet accōmodans, hoc docēdi genere sum usus. Quoniā igitur nobis quoq; disputatio est aduersus Iudęos, qui Christum existimāt simplicem fuisse hominem, & hominē quēpiam legis præuaricatorem: ppterea ab his quæ apud gētes in admiratione sunt, induxi comparationem. Quòd si uultis me & eorū qui apud ipsos Iudæos eadē conati sunt uel aduersus discipulos, uel aduersus principes aut prę fectos, sed protinꝰ extincti sunt, exempla recensere, age conabimur & hæc demōstrare. Hoc igitur modo Gamaliel illis obturauit os. Cum enim uideret illos insanientes, cupidosq; effūdēdi sanguinis discipulorū, studēs eos ab impotēti uæsania cohibere, iustis paulisper secedere apostolis, sic ad illos uerba fecit: Prospicite uobis qd de his hominib. sitis facturi. Act.5 Ante hos em̄ dies exortus est Theudas, dicens se esse aliquē, & secuti sunt illū uiri quadringenti, & ille periit, & omnes quotquot ei paruerūt, dispersi sunt. Et post illū exortus est Iudas Galilęus, qui concitauit turbā magnā, & mortuus est, discipuliq; illius perierūt. Et nunc dico uobis, prospicite uobis: quoniāsi factum hoc fuerit ex hominibus, dissoluetur: Sin ex deo est, nō potestis illud dissoluere. ne fortè cōperiamini & aduersus deum pugnare. Vnde igitur manifestum est, fore ut quicquid ex hominibus sit dissoluatur? Experimētū, inquit, cepistis à Iuda & Theuda. Itaq; & hic qui ab istis prædicat, si talis est quales fuerūt illi, nec diuina potētia peragit omnia, expectate paulisq;, & ipse rerum euentus uobis faciet fidē: ex ipso fine certū cognoscetis, utrū hic sit impostor, ut dicitis, ac legis transgressor, an deus uniuersa tēperans, ineffabiliq; potentia res mortalium dispensans moderāsq;. Quod dico, factum est. Expectarunt, & ex ipsis factis declarata est diuina & inexpugnabilis potētia. Atq; hoc inuentū quod ad decipiendos plurimos adhibitum erat, retortum est in caput diaboli. Nam quum uideret illum aduenisse, uolens illius obscurare aduentum, submisit deceptores aliquot, quo uidelicet & ille unus q̄spiam ex eorū numero putaret. Quodq; de cruce fecit, procurās ut duo latrones cum illo crucifigerentur: idē fecit de illius aduentu, studēs ueritatē

admixto mendacio obſcurare: uerũ nec illic præ
ualuit, nec hic, quin magis hoc ipſum potentiam
Chriſti declarauit. Alioq; dic mihi, quid eſt in cau
ſa, ut quum tres fuerint crucifixi eodem loco, eo-
dem tempore, ſub ijſdem iudicibus, illi ſileantur,
hic ſolus adoretur? Rurſus quam ob rem tãdem
quum plures nouam uiuẽdi rationẽ induxerint,
ac diſcipulos habuerint, illorũ ne nomẽ quidem
hodie notũ ſit, hic per omnes mundi plagas cola
tur? Res enim potiſſimum eluceſcũt ex collatio-
ne. Confer iſta mihi ô Iudæe, ac diſce ueritatis ex-
cellẽtiã. Quis impoſtor tot eccleſias toto terrarũ
orbe parauit? Quis ab extremis ad extrema mun
di cultum ſuũ protulit? Quis oñes ſubiectos ha-
buit, idq; quũ eſſent innumera obſtacula? Nemo
ſanè. An non igitur perſpicuũ eſt Chriſtũ nõ eſſe
impoſtorẽ, ſed ſoſpitatorẽ, ſed beneficũ, ſed cura
torẽ, ſed principẽ uitæ noſtræ? Proinde ad id qd
erat propoſitũ redibo, ſi prius unam adhuc prędi
Matt.10 ctionẽ addidero. Non ueni, inquit, ut mitterẽ pa-
cem ſuper terram, ſed gladiũ: non declarans quid
ipſe cuperet, ſed rerum euentũ prædicẽs. Veni e-
nim, inquit, ſeparare hominẽ, excitare filiũ aduer
ſus patrem ſuum, & nurũ aduerſus ſocrũ ſuam, &
filiam aduerſus matrẽ ſuã. Vnde hæc prædixit, ſi
nihil aliud erat quàm homo, & unus qſpiã è uul-
go? Quod aũt dicit, hũc habet ſenſum: Quoniam
eueniet, ut in eadẽ domo unus ſit fidelis, alter infi
delis: deinde pater uelit filiũ ſuũ pertrahere ad im
pietatem, hoc ipſum prædicens ait: Adeò uincet
euangelij poteſtas, ut filij quoq; cõtemnãt patres
ſuos, & filiæ matres, & parentes liberos. Non ſo-
lum autẽ prius habebunt familiares cõtemnere,
uerũ etiam ſuam animã exponere, cunctaq; ſuſti-
nere ac ꝓpeti, ne pietatẽ ab ſe repellãt, aut quicq;
deſerant eorum quæ noſtræ conducunt prædica
tioni. Vnde hęc ille tum ſcire, tũ efficere potuit, ſi
fuit homo unus quiſpiam è uulgo? unde illi ue-
nit in mentem hęc cogitare, ꝙ ipſe filijs eſſet ma-
gis reuerendus futurus quàm patres, quòd paren
tibus dulcior quàm liberi, quòd uxoribus deſide
rabilior quàm mariti, idq; non una in domo, neq;
duabus, neq; tribus, neq; decẽ, neq; uiginti, neq;
cẽtum, ſed ubiq; per orbem terrarum, in urbibus
omnib. ac regionibus, in terra pariter atq; in ma-
ri, & in parte mundi habitata ſimul & inhabitabi
li? Nec illud poſſis dicere, Dixit quidẽ iſta, uerũ
haud perduxit ad effectum. Complures igitur in
primordijs eccleſiæ atq; adeò nunc quoq; ob pie
tatẽ habentur odio, eijciuntur è paternis ædibus,
nec ad quicq; horũ reuertunt, abunde magnũ ſo
latium eſſe ducentes, ꝙ hæc ob Chriſtũ perpetiũ-
tur. Dic mihi, qs hęc unq; potuit inter homines?
Hic igitur qui hæc omnia prædixit, de muliere il
la, de eccleſia, de bello hoc: idem prędixit templũ
ruiturum, Hieroſolymam interiturã, eamq; ciui-
tatem non amplius fore ciuitatem Iudæorũ, quẽ-
admodum fuit antea. Itaq; ſi mentitus eſt illa om
nia, nec euenerunt quæ prædixit, diffide & his.
Quòd ſi uides illa clariſſime eueniſſe, inq; dies ſin
gulos augeſcere, neq; inferorum portas aduerſus
A eccleſiã prævalere, ſi uides ꝙ mulier illa fecit præ
dicari tanto iam tempore per uniuerſum orbem,
ſi homines qui illi crediderunt eum pluris faciũt
quàm parẽtes, quàm uxores, quàm liberos: quur
quæſo te, huic uni prædictioni reſiſtis, præſertim
quũ ex ipſo tempore teſtimonium illius ſilentiũ
imponat impudẽtiæ tuę? Quòd ſi poſt excidium
urbis non tranſiſſent niſi decem anni, aut uiginti,
aut triginta, aut quinquaginta: minime tamen de
cebat uel tum impudenter obſiſtere, etiamſi fuiſ-
ſet aliqua reluctãdi reliqua occaſio: iã uero ſi non
quinquaginta tantum, & centum, imò bis ac ter
tantum annorum multoq; amplius, pręteriit poſt
ciuitatem captam, nec interim ullũ ueſtigiũ, aut
umbra apparuit, pollicens rerum ueſtrarum mu-
B tationem: quur fruſtrà, nullaq; de cauſa impuden
tiam tuam obtines? Hæc ſatis erãt ad demõſtran
dum uobis, nunq; fore ut tẽplum reſtituatur. Ve-
rum quãdo ueritas multis modis exuberat, omiſ-
ſis euãgelijs ad ꝓphetas me uerto, quibus & ma-
xime uidentur fidere: atq; ex his perſpicuũ faciã,
neq; ciuitatem, neq; tẽplum unq; poſthac reſtitu
endum. Quanquã nihil erat mihi neceſſe demon
ſtrare quòd nõ reſtituetur. Neq; enim hoc meum
erat, ſed illorum partes erãt, docere quòd eſſet re
ſtituendũ. Nam ipſe quidem ex ipſo tempore cõ
gruum habeo teſtimonium, mihi patrocinãs: ip-
ſi contrà, quum ex ipſo rerũ euentu deijciantur,
nec alioqui quicquam eorum quæ dicunt queãt
demonſtrare, tamen nihil aliud quàm oſtentant
C ſeſe, quum oporteat ipſos hoc teſtimonium exhi
bere quod exhibeo. Nam illa quæ dico, ex ipſo re
rum euentu doceo eſſe uera. Corruit enim ciui-
tas, nec tam lõgo iam tempore inſtaurata eſt. Cõ
trà, quæ dicunt iſti, nudis uerbis nituntur. Atqui
debebãt ipſi docere, futurum ut ciuitas rurſus in-
ſtauretur, quando quidẽ in forenſibus iudicijs ui-
demus ſic fieri probationes. Nam quoties inter il
los aliqua incidit controuerſia, & alter alterũ ſcri
pto conuenit, deinde is aduerſus quem agitur, in
ficiatur ea quæ obijciuntur, cogitur is qui negat,
poſtea teſtes & alias adferre probationes, quibus
doceat non eſſe uera quę ſcripto continentur, nõ
is qui ſcriptum produxit: Eodem modo conue-
niebat & iſtos hic facere, nobiſq; in medium pro
D ducere prophetam qui prædixerit omnino futu-
rum ut ciuitas reſtituatur. Nam quòd prorſus eſt
neceſſe, prophetas uobis prædixiſſe uenturum i-
ſtius captiuitatis in qua eſtis finẽ, ſi uenturus eſt,
nimirum perſpicuum eſt omnibus qui uel inſpe-
xerint libros propheticos. Mos enim erat apud
Iudæos uetus, ut prophetæ diuinitus afflati prędi
cerent illis quæ imminerent, ſeu bona, ſeu mala.
Qua gratia & quã ob rẽ? Propter inſignẽ illorũ
improbitatem & impudentiam. Alioqui fugiſſet
illos, beneficia quibus afficiebãtur, à deo profici-
ſci: eaq; quæ fiebant, dęmonibus aſſcripſiſſent, &
bona illis imputaſſent. At nunc quidem cum illis
egreſſis ex Ægypto, mare ſciſſum eſſet, aliaq; ꝓ-
digia fierent, obliti ꝙ hęc autore deo gererentur,
ijs qui dij non erant, tribuebant ea quæ fiebant,

dicen-

Exod.32 Hier.44 dicentes Aaroni: Fac nobis deos qui præcedant nos. Videntur autem & Hieremię dicere: Sermonem quē locutus es ad nos sub nomine domini, nō audiemus ex te: quoniā faciemus omnia quæ egredientur ex ore nostro, ut sacrificemus reginę cœli, & immolemus illi uictimas, quemadmodū hactenus fecimus & nos, & patres nostri, & principes nostri, & repleti sumus panibus, & bene nobis erat, & mala non uidimus: & posteaq; destitimus sacrificare reginæ cœli, & immolare illi uictimas, diminuti sumus omnes nos, & gladio fameq; defecimus. Proinde ne quid eorū quæ contingūt simulachris imputarent, sed potius crederēt & ultiones, & beneficia ipsis à deo proficisci, illas quidem ob peccata, hæc uero per dei bonitatē erga genus humanum, prophetæ diuinitus afflati præ B dicebant illis euentura. Atq; ut certius scias hanc esse causam prædictionis, uide quid dicat uocalis Esaie 48 simus ille Esaias ad populum Iudaicū: Scio quòd durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua: hoc est, inflexibilis: & frons tua ærea, hoc est, impudens. (Sic & nos frequēter solemus eos qui nesciūt erubescere, χαλκοπροσώπους, id est, æream habētes faciem appellare.) Et annūciaui tibi quæ uētura erant in te priusq; fierent, & ingessi auribus tuis: deinde prædictionis causam applicans, subiicit: Ne quando dicas, Idola me seduxerūt, & sculptilia cōflatiliaq; præceperunt mihi. Ac rursus, quoniam peruicaces quidam & elati, post euentū rei, perfricabāt frontem, perinde quasi non antea fuisset illis prædictum: prophetæ non solum futura C prædicebant, uerum etiam testes adhibebant eorum quæ gerebātur. Sic enim rursus loquitur idē ibid.8 Esaias: Da mihi testes uiros bonæ fidei, Vriam sacerdotem & Zachariam filiū Barachiæ. Nec hoc contentus, in nouo uolumine descriptā deposuit ꝓphetiā, quo postq; euenisset, ipsæ res de se ipsis testimonium ferrēt, ꝙ afflatu cœlesti multo ante tempore fuisset illis prædictū. Eoq; nō solum scripsit in uolumine, sed in nouo uolumine, quo posset in multū durare tempus, nec facile corrumpi, sed expectare euentū rerū quæ ibi continebātur. Equidē esse uerū quod dico, uidelicet deum illis omnia uentura prædixisse, non ex his tantū, uerū & ex ipsis quæ illis acciderūt, tum bona tum mala, demonstrabo. Tres seruitutes grauissimas pertulerunt Iudæi, quarum nullam deus illis ingessit non prædictam, sed singula illis prædicēda curauit, & locū, & tempus, & personā, & afflictionis D speciem, & reditū, aliaq; cuncta summa cū diligētia prænūcians. Ac primo loco dicam de captiuitate quam passi sunt in Ægypto. Deus loquens Gen.15 ad Abraham his fermè uerbis utitur: Sciēs scias, ꝙ semen tuum peregrinū erit in terra non sua, & in seruitutem adigent & affligent illud annis quadringentis. Gentem autē cuicūq; seruierint, ego iudicabo, dicit dominus. Quarta autē generatione reuenient huc cū apparatu copioso. Vides ut & numerum annorū expresserit, & seruitutis modum, quū non simpliciter inquit, In seruitutē adigent, sed addit, affligent. Audi quomodo Moses

A paulo pòst exponat afflictionē: Palęę, inquit, nō Exod.5 dantur famulis tuis, & iubent nos lateres facere: & flagris cędebantur quotidie, ut intelligas quid sibi uelit, in seruitutem adigent & affligent. Gentem autem, inquit, cuicūq; seruierint, ego iudica- Gen.15 bo: significans Ægyptiorū submersionē in mari rubro, quā in canticis describens Moses sic loquitur: Equum & ascensorem proiecit in mare. Mox Exod.15 & reditus modum, ꝙ essent redituri cum multa supellectile: Sumite, inquit, cōmodato à suo quisq; uicino & cōtubernali uasa aurea & argētea. Quoniam enim longo tempore seruierant, nec mercedem receperant, deus effecit ut insciētibus ac nolentibus etiam peterēt, clamatq; propheta dicēs: Eduxit eos cum argēto & auro, nec erat in tribu- Psal.104 bus eorū infirmus. Hæc est una seruitus exactissime prædicta. Age nūc & ad alteram captiuitatē uertamus sermonē, quam perpessi sunt in Babylone. Nā & hæc accurate prædixerat Hieremias Hier.29 ita loquēs: Sic ait dominus: Posteaq; impleti fuerint in Babylone septuaginta anni, uisitabo eos, & ponam erga uos uerba mea bona ut redeatis in locū hunc, & cōuertam captiuitatem uestram, & congregabo uos ex omnibus gentibus, & ex cūctis locis in quos dispersi uos, dicit dominus, & cōuertā uos in locū unde uos demigrare feci. Vides ut rursus hic & ciuitatem expresserit, & annorum numerū, & unde & quò esset illos cōgregaturus. Eoq; Daniel nō prius super his rogauit dominum quàm uidisset annos septuaginta cōpletos. Quis hęc dicit? Ipse Daniel ita loquēs: Et ego Dan.9 Daniel faciebā opera regis, & admirabar uisionē, nec erat qui intelligeret, & intellexi in libris numerum dierum, qui fuit sermo domini ad Hieremiam prophetam, ad expletionem desolationis Hierosolymæ anni septuaginta: & dedi faciem meam ad dominum deum meum, ut exquirerem precationem & obsecrationem in ieiunio, sacco, & cinere. Audisti quemadmodum hæc quoque captiuitas prędicta fuerit, & propheta non ausus fuerit preces ad supplicationem admouere deo ante tempus præfinitum, ne frustra temereq; admouens audiret quod audiuit Hieremias: Ne ro- Hier.7 gaueris pro populo hoc, neq; postularis pro illis: quoniam non audiam te. Verum ubi uidit uaticinium esse completum, simulq; tempus uocare ad reditum, tunc orat, non simpliciter, sed in ieiunio, sacco & cinere: & quod in hominum moribus euenire solet, id fecit erga deum. Nos enim quum uidemus aliquos qui famulos post multa grauiaq; commissa coniecerunt in uincula, nō protinus in principio exordioq; punitionis admouemus supplicationem: sed ubi sciuerimus illos aliquot dies temperatiores esse factos, tūc adimus heros, nacti iam & ab ipso tempore auxilium. Hoc sanè & propheta fecit. posteaquam enim pœnas dederant, haudquaquam dederant dignas admissis, attamen iam adit deum pro illis uerba facturus. Quòd si uidetur, ipsam etiam deprecationem audiamus: Confessus sum enim, inquit, & dixi, Deus magne & admirabilis,

qui ſeruas pactũ tuum & miſericordiam tuam ijs qui te diligunt,& ſeruant præcepta tua. Quid facis ô Daniel,pro hominibus qui peccarunt & offenderunt intercedens, eorum mentionem facis qui leges illius ſeruauerunt? Ergo indigni uenia ſunt,qui præcepta illius uiolant? Nõ ob iſtos hæc loquor,inquit,ſed ob horũ progenitores, ob Abraham,ob Iſaac,ob Iacob.Illis promiſit, illis pollicitus eſt deus,qui præcepta illius ſeruauerunt.

Quoniam igitur hi nullo iure poſſunt petere ſalutẽ,idcirco progenitorũ mentionẽ facio: ac ne putares q̃ de his uerba faceret,quum adieciſſet:Qui ſeruas pactũ tuũ & miſericordiã tuã diligentibus te,& ſeruantibus præcepta tua:mox ſubijcit,Peccauimus,iniquè egimus, iniuſtitiam perpetrauimus,exceſſimus,deflexímus à præceptis tuis, & à iudicijs tuis:non auſcultauimus ſeruis tuis prophetis. Vna ſiquidẽ ſolaq̃ purgatio peccatorib. reliqua eſt poſt peccata, uidelicet ut ſua cõmiſſa confiteantur.Tu uero mihi cõſidera & iuſti uirtutem,& Iudæorũ improbitatẽ.Nam ille quidẽ nullius mali ſibi conſcius ſeipſum multa cũ auſteritate damnat dicẽs:Peccauimus,iniquè fecimus,iniuſtitiam perpetrauimus:Hi uero malis innumeris pleni,cõtra fecerũt dicentes: Seruauimus præcepta tua:& nunc beatos dicimus alienos,&reſtituuntur qui patrant iniquitatẽ ac peccata.Quemadmodum enim ſolẽt iuſti poſt iuſta facta modeſte agere,ita ſolent mali poſt admiſſa ſcelera laudare ſeſe.Qui nullius peccati ſibi conſcius erat,dicebat:Iniquitatẽ fecimus, deflexímus à præceptis tuis: Contra, qui innumerabilium facinorum ſibi conſcij erant, dicebant: Seruauimus præcepta tua.Atq̃ hæc eò loquor, ut alterum uitemus, alterum imitemur.Poſt hæc quoniam attigerat illorũ peccata,narrat & uindictam ac pœnã quam dederunt,& ex hoc deum ad miſericordiam reuocare cupiẽs ait: Et uenit ſuper nos execratio quæ ſcripta eſt in lege Moſi ſerui dei, q̃a peccauimus.

Deut.28 Quænam eſt iſta execratio? Vultis' ne legamus illam? Niſi ſeruieritis,inquit,dño deo ueſtro,inducet ſuper uos gentẽ impudentẽ,& non audies uocem illius,& eritis numero pauci.Hoc idẽ declarantes tres illi pueri, palamq̃ facientes q̃ ob ipſorũ peccata accidiſſet hoc uindictæ genus, & ipſi pro cõmunibus peccatis cõfeſſionẽ proferentes, dicebãt:Tradidiſti nos in manus hoſtium impiorum,inimiciſſimorũ,deſertorũ, ac regi iniuſto & ſceleratiſſimo,terrã quæ trãſgreſſa eſt. Vide quomodo cõpleta eſt illa execratio quæ dicit? Eritis numero pauci.Rurſus quòd dicit:Adducã in uos gentem impudentem:Idem hoc & Daniel hic tecte ſignificãs dicit: Venerũt ſuper nos mala,qualia non acciderunt ſub omni cœlo,præ his quæ facta ſunt Hieroſolymis.Quę tandem iſta? Matres liberos ſuos comederũt.& hoc ſanè prædicit Moſes:cęterum Hieremias oſtendit euenìſſe.Ille quidem loquitur: Ciuitas tenera ac delicioſa. Cuius enim non cepit experientiã pes eius ut inſiſteret in ueſtigio propter tenerítudinẽ ac delicias,attinget impiam mẽſam,& ſuos ipſius filios comedet.

A Hieremias autẽ declarat hoc euenìſſe dicens:Manus mulierum miſerabilium aggreſſæ filios ſuos. Thren.4
Quanquam autem peccata illorum qui peccauerant elocutus eſſet,& ultionem in medium adduxiſſet: ne ſic quidem illos ex his iudicat dignos q̃ ſeruentur. Vide bonitatem famuli.Siquidem hic quum oſtendiſſet q̃ nõdum digna meritis eſſent perpeſſi,nec his quæ multa licet pertulerant, diſſoluiſſent quæ pro commiſſis debebant, mox cõfugit ad dei miſericordiam,& ad ſolitam illius bonitatem erga genus humanum,dicẽs: Et nũc dñe qui eduxiſti populum tuum è terra Ægypti, & feciſti tibi nomẽ,ut hic eſt dies,peccauimus, iniquitatem fecimus.Et quemadmodũ illos, inquit,nõ ex ipſorum benefactis ſaluos feciſti,ſed afflictionem uidens,& anguſtias & clamorẽ illorũ exaudiẽs:ſic & nos libera à pręſentibus malis,propter ſolam bonitatem tuam erga genus hominũ. Nã aliud nullum habemus ius ſperandæ ſalutis. Hęc loquutus,multaq̃ lamẽtatus, mox inducit ipſam ciuitatem ceu mulierem aliquã captiuam, & ait: Oſtẽde faciem tuam ſuper ſanctificationẽ tuam, inclina aurem tuam & audi,aperi oculos tuos, & uide interitum noſtrũ ciuitatiſq̃ tuæ,in qua inuocatum eſt nomẽ tuum ſanctum.Poſteaquam circumſpectis hominibus neminẽ uidit qui poſſit deum reddere propitium,ad ędificia confugit,& ciuitatem ipſam obijcit,eiusq̃ deſolationẽ ponit ob oculos,atq̃ ad hæc deflexo ſermone deũ propitium reddit. Id perſpicuum eſt ex his quæ ſequũtur. Verum quod dicebam: oportet enim ad id quod erat propoſitum reuerti,quando hęc obiter interiecta ſunt,nõ ſimpliciter,neq̃ temere,ſed ut animos ueſtros aliquantiſper refocillarem ex perpetuis cõtentionib.fatigatos. Age redeamus igit̃ unde digreſſi hæc diximus, demõſtremusq̃ q̃ ea quæ Iudæis erant euentura, diuinitus prædicta ſunt illis exacte plenecq̃. Iam enim duas captiuitates ſermo noſter demonſtrauit illis accidiſſe, quemadmodum à prophetis erat prædictũ, idq̃ non caſu neq̃ pręter expectationem.Supereſt ut ubi tertiã adiecerimus,de hac qua nũc tenẽtur dicamus,doceamusq̃ perſpicue, q̃ nullus ꝓpheta promiſit illis futurum, ut ullo pacto ab his malis in quibus nunc ſunt,ſoluantur aut liberent̃.Quę eſt igitur tertia? Quæ facta eſt ſub Antiocho cognomento Illuſtri.Nam Alexander Macedonum rex,ubi Darium Perſarũ regem deuiciſſet, in ſeſe tranſtulit imperium.Hoc autẽ extincto,quatuor poſt illum reges ſucceſſerunt,è quorũ uno prognatus Antiochus longo poſt tempore & templũ incẽdit,& ſancta ſanctorũ deuaſtauit,& ſacrificia ſuſtulit,& Iudæos ſubegit,deniq̃ totã illorũ religionẽ ac ritus deſtruxit.Et hæc oẽia ad unũ uſq̃ diẽ exactiſſimè prædicta ſunt à Daniele, & quãdo hęc eſſẽt futura,& quomodo,& à quo, & qua ratione,& ubi finem acceptura,& quam tandem mutationem ſortitura. Hoc autem euidẽtius perſpicietis, ubi uiſionem ipſam audieritis quã ſub ſimilitudinis inuolucro propoſuit propheta Arietis uocabulo deſignans Darium regẽ Perſarum:

hirci

hirci uero Græcorum regem, uidelicet Alexandrum Macedonẽ: quatuor cornua uocat eos, qui post illum extiterũt: postremum cornu ipsum signat Antiochum. Quin præstat ipsam audire uisionem. Vidi, inquit, uisionem, & sedebam in Vbal: Dan.8 (Vbal locum quempiam dicit: Persarũ lingua sic illum appellãs.) Et sustuli oculos meos & uidi, & ecce aries unus stans in Vbal, & erant illi cornua excelsa, & unũ excelsius ceteris, & excelsum illud peruenit usq; ad extrema. & uidebã arietem mouentem cornu contra mare, & Boream, & Notũ, & omnes bestiæ non steterunt in cõspectu eius, nec erat qui eriperet de manu illius, & faciebat iuxta uoluntatem suam, & magnificatus est, & ego intelligebam. De potentia loquitur Persica, quæ ibid. peruasit totã terram. Deinde de Alexando Macedonum rege loquẽs dicit: Et ecce hircus caprarũ uenit ab Austro super faciẽ uniuersæ terræ, & nõ tangebat terrã, & hirco illi prominebat cornu in medio oculorũ ipsius. Deinde narrãs cõgressum Alexandri cũ Dario, eiusq; uictoriã uiribus partam: Venit, inquit, hircus usq; ad arietẽ habentẽ cornua, & efferatus est in eum, & percussit arietẽ, (dicendum est enim compendio) & contriuit utrunq; cornu illius, nec erat qui eriperet de manu illius. Post hæc narrans mortẽ Alexandri, & quatuor regũ successionem, Et quum hic inualesceret, inquit, contritum est cornu magnum, & exorta sunt quatuor cornua sub illo, ad quatuor uentos cœli. Hinc transiens deinceps ad Antiochi regnum uenit, & declarans q; ex horum uno sit ortus, sic ferè ait: Ex uno prodijt cornu ualidum, & exaltatum est uehemẽter supraq; modum ad Notum & Orientem: deinde designans, quòd Iudaicam ditionem funditus destruxit, Post hæc, inqt, per eum sacrificium turbatũ est delicto. Et factũ est, & successit illi prospere, & sanctum desolabitur, & datum est contra sacrificium peccatum, altari sublato, sãctis cõculcatis, idolũ statuit intus, & hostias immolauit dæmonib. impijs, & proiecta est in terrã iustitia, propter mala quæ fecit: Et successit illi prospere. Deinde repetẽs denuo hãc eandem quæ sub Antiocho Illustri facta est captiuitatem, excidiumq; ac desolationẽ templi, etiã ipsum tempus addidit. Exorsus denuo ab Alexãdri regno usq; ad finem libri, cõmemorãs obiter & omnia quæ Ptolemæi & Seleuci conflictãtes inter sese fecerunt, quæq; horum ductores gesserunt, dolos, uictorias, exercitus, pugnas nauales, Dan.11 prælia pedestria: deinde progressus in Antiochũ ἀνθελεχισμος iuge sacrificium desinit iterum, dicẽs, Brachia ex ipso exorientur, & prophanabunt sanctũ, & transferent continuationem: (Continuationem appellans, solẽnes & quotidianas uictimas) & inferent in illam abominationem, & eos qui uiolant testamẽtum, hoc est præuaricantes Iudæos abducent in ruinas, secum habebunt ac transferent, & populus cognoscens deũ suũ præualebit: Maccabæorũ res significans, quæ acciderunt sub Iuda & Simone & Ioanne: & prudentes populi intelligent ad multa, & infirmabũtur in gladio & flãma: nimirũ iterũ narrans incendium ciuitatis: & in captiuitate & in direptione dierũ, & quũ infirmati fuerint, adiuuabunt ad iutorio paruo: Significans q; in medijs illis malis poterũt respirare, & emergere ex afflictionibus, quibus inuoluti sunt. Et adiũgentur illis multi in ruinis, & ab intelligentibus infirmabuntur. His aũt uerbis significat futurũ, ut multi etiam stãtes cadant. Deinde causam etiã aperit, ob quam permisit deus illos in tãtis malis uersari. Quænam est Dan.11 ea? Vt intendant, inquit, in illis, & eligant ac dealbent usq; ad terminũ tẽporis. Propter hæc enim inquit, hęc permisit deus, ut eos repurgaret, ostẽderetq; qui essent inter illos probati. Deinde cõmemorans regis illius potentiam, ait: Vt faciat iuxta uoluntatẽ suã: & exaltabitur & magnificabitur. Mox blasphemũ illius animũ significãs addit Aduersus deum deorum, inquit, loquetur super- Dan.12 ba, & prosperabitur donec consummet irã: declarans q; non ex proprio cõsilio, sed propter irã dei aduersus Iudæos ille sic inualuerit. Tandem ubi dixit quãta mala p alios cõplures facturus esset, tum Ægypto, tũ Palæstinæ, quomodo rediturus sit, & quo uocãte & qua urgente causa: postea narrat earum rerum cõmutationem: præterea quòd Iudęi postea quã per hęc omnia pœnas dederint, nanciscẽtur aliquod auxiliũ, misso angelo in illorum subsidium. In tempore enim illo, inquit, exorietur Michael princeps magnus, qui præfectus est filijs populi tui, & erit tẽpus afflictionis, quale non fuit ex quo gẽtes fuerũt in terra, usq; ad tempus illud, & in tempore illo salua fiet omnis multitudo, quæ reperiẽt descripta in libro, hoc est q; digni sunt salute. Verum ne nunc quidem adhuc demonstratum est de quo fuit instituta quæstio. Quid autem hoc est? Videlicet quòd illis etiã tẽpora prefinierit in his malis, uelut illic, ãnos quadringentos & postea septuaginta. Videamus igitur, an his quoq; prefiniat tẽpus aliquod. Vbi uero licebit hoc inuenire? In his quæ post hæc dicẽtur: Quoniam enim audierat multa magnaq; mala: Ciuitatis incendiũ, subuersionem, familiarum captiuitatem, postea desiderat finem illorũ discere, & quæ futura sit earum calamitatum cõmutatio. Percontans autem loquitur hunc in modum: Domine quis est istorũ finis? Et dixit, Veni huc Daniel, quoniã signati sunt sermones: uidelicet tecte significans obscuritatem eorum, quæ dicerentur usq; ad temporis finem. Mox causam aperiẽs quare ista permiserit euenire mala, Donec eligantur, inquit, & dealbent, & igni examinentur multi, & iniquè agent iniqui, & intelligent omnes impij, & cordati intelligent. Deinde quanto tempore sint illos contristatura hæc mala prædicens ait: A tempore transmutatiõis endelechismi. Sic autem uocabatur quotidianum sacrificium. Nã hoc perpetuum est, frequens & continuum. Erat autem mos Iudæis & uesperi & sub auroram & singulo quoq; die sacrificiũ offerre deo. Atq; hac de causa sacrificium illud endelechismum, id est, assiduitatem siue continuationem uocabant. Itaque ueniens Antiochus hunc morem sustulit, &

immutauit:hoc eſt,quod ait angelus:A tempore trãſmutatiõis endelechiſmi,hoc eſt à tẽpore quo cõmutabitur hoc ſacrificium.Sunt aũt dies mille ducenti & nonaginta,hoc eſt,tres anni cum dimidiato,ac paulo amplius. Deinde q̃ tum eſſet futurus horum malorũ finis ac terminus,ſubiícit:Beatus q̃ ſuſtinuerit, ac peruenerit uſq; ad dies mille trecẽtos & triginta quinq; : Ducentis nonaginta addens quadraginta quinque.Quoniam enim in menſe & dimidio menſis accidit ut fieret ille cõflictus, in quo uictoria illa pura facta eſt, & omnium malorum urgentium cõmutatio,quum ait: Beatus qui ſuſtinuerit ad dies mille trecentos triginta quinq;,rerum immutationẽ declarat. Neq; ſimpliciter dixit, Qui peruenerit, uerũ quoniam multi eorũ qui impietatem perpetrarant uiderũt cõmutationem,non eos ſimpliciter dixit beatos, ſed eos qui teſtimonium præbuerant in diebus afflictionũ,nec à pietate deſciuerant,ac deinde cõſequuti ſunt relaxationem, nec amplius patiebãtur, quæ merito patiebantur qui non perdurarãt in tempore certaminis ac probationis bonorum ac malorum, ut inſtabiles in bono, temporariíq; amici reperirentur.Eoq; nõ ſimpliciter dixit, qui peruenerit:ſed qui ſuſtinuerit & peruenerit. Age, quid his eſſe poteſt dilucidius? Vides ut non uſq; ad annum unum, aut menſem, ſed unũ uſq; diem ſumma cura & captiuitatem & captiuitatis ſolutionem prædixerit ppheta. Atq; ut ſciatis quòd hæc non loquor ex coniecturis, age proferamus & alium teſtem eorum quæ dicta ſunt, quem illi grauiſſimum habent autorem, Ioſephũ loquor: qui calamitates illorum tragicas deſcripſit,ac uetus teſtamentũ omne ueluti paraphraſi fuſius explicauit:qui fuit poſt Chriſti aduẽtum, & captiuitatẽ à prophetis prædictam cõmemorans,de hac quoq; diſſeruit, Danielis uiſionẽ enarrans, de ariete, de hirco, de quatuor cornibus, de poſtremo poſt illa exorto.Et ne qs habeat ſuſpecta quę à nobis dicta fuerint: Age referamus & illius uerba.Quum enim laudaſſet Danielem, ſupraq; modum extuliſſet,cæteris omnibus prophetis anteponens,ad hãc uenit uiſionem ac dicit: Reliquit autem nobis ſuorum ſcriptorum monumẽta:unde nobis huius prophetię exactã & ineuitabilem certitudinem præſtitit.Ait enim,Suſis, quæ Perſidis eſt metropolis, quũ exiſſet in campum cum ſocijs ſuis,ſubito terræ motu concuſſioneq; obortа,deprehenſum fuiſſe ſolum fugiẽtibus cæteris: & ipſe quidem turbatus pronus in faciem concidit innixus ambabus manibus: dein ubi quiſpiã tangeret eum interea,iuberetq; ſurgere ac uidere quæ poſt multas ætates ciuibus eſſent euentura, erecto monſtratũ ait fuiſſe arietem ingentem,cui multa quidem enata ſunt cornua, ſed horum poſtremũ excelſius fuiſſe cæteris. Deinde ſuſtuliſſe oculos ad occaſum, uidiſſeq; hircum, qui per aerem impetu ferebatur. Hunc congreſſum fuiſſe cum ariete,& cornibus inuolutum bis eum in terram deiecíſſe,cõculcaſſeq;.Atq; hircum fuiſſe uiſum excelſiorem, è fronte producentẽ cornu maximum,non adglutinatum,ſed agnatũ. Quatuor autem ad ſingulos obuerſa uẽtos, ex his aliud minus exortum fuiſſe ſcripſit, quod increuit. Dicebat autem qui illi hęc oſtẽdebat deus,futurum ut gẽs ipſius bellum gereret, ac ciuitatem ui ſubueret, templum cõfunderet, ſacra prohiberet:futurum aũt ad dies mille ducẽtos nonaginta.Hæc quidem uidit in campo iuxta Suſas Daniel quæ ſcripſit. Declarat aũt q̃ deus expoſuerit quid ſibi uellent,quæ per uiſum apparuerant, uidelicet q̃ aries indicaret regna Perſarum ac Medorũ, cornua uero reges futuros, extremum autem ac poſtremo natum,regem eſſe,qui hos omnes præceſſurus eſſet tum opibus tum gloria. Cæterũ hircus ſignificabat & ex Græcis oriturũ regem, qui bis cõgreſſus cum Perſa prælio ſuperaret, ablaturus uniuerſum illius principatum.Significatũ aũtem fuiſſe per magnum cornu,quod erat in fronte hirci,primum regem,& quatuor illorum exortũ.Exciſo aũt illo ſignificari,iuxta quatuor cornua ſingulorum ſucceſſorum exortum poſt mortem primi regis,foreq; ut regnum illius inter multos diuideretur,quãdoquidem primus ille,nec filios nec fratres eſſet habiturus, eosq; pluribus annis regnaturos in orbe terrarum. Ex his rurſus exoriturum regem quendam qui expugnaturus eſſet,& leges illius gẽtis et religionẽ ac ritus ſublaturus, tum ſacrilegio ſpoliaturus templum, ac per trienniũ uetiturus fieri ſacra.Hæc ſanè iam euenerunt omnia.Paſsi ſunt iſta Iudęi ab Antiocho, cui cognomen Illuſtri,ſicut Daniel multis ante ãnis prędiderat,ſcripſitq; euentura.Age q̃d his poſſit eſſe euidẽtius? Nũc tempus eſt,niſi uidemur eſſe moleſti,ut ad id quod quærebatur reuertamur,cuius gratia hanc preſentem captiuitatem ac ſeruitutẽ, reliquaq; omnia hodie mouimus. Agedũ igitur nunc uigilantibus animis auſcultate. Non enim nobis de rebus uulgaribus certamẽ eſt. Abſurdũ em̃ fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie à medio noctis uſq; ad meridiẽ pdurare,expectãtes ut uideãt, cui ceſſura ſit corona, nudoq; capite excipere ſolis radios, nec prius abſcedere, q̃ de certamine fuerit pronunciatũ:nos uero nũc quũ certamẽ ſit nõ de tali corona, ſed de corona immortali, defatigari ac tædio affici. Itaq; q̃ tres captiuitates prædictæ fuerint anteq; acciderent, una quę annos habebat quadringentos,altera ſeptuaginta,tertia tres ac dimidiatũ, hactenus ſatis eſt nobis demonſtratũ:Age ſupereſt ut & de hac loquamur.Quòd aũt et de hac uaticinatus ſit propheta,rurſus eundem Ioſephũ adducamus teſtẽ, qui res Iudaicas optime nouit.Poſtq; enim illa dixerat, audi quid poſt ſubiíciat: Eodẽ aũt, inquit, modo Daniel & de Romanorũ principatu ſcripſit, quodq; ab illis tollenda eſſet Hieroſolyma ac deſolandum templum.Tu uero illud mihi conſidera,quòd tametſi Iudæus eſſet Ioſephus, tamen ueritus eſt ueſtram imitari peruicaciam. Etenim quum dixiſſet ſubuertendam eſſe Hieroſolymã, non auſus eſt addere quòd eſſet reſtituenda,neque tempus aliquod certum præſcribere : ſed quo-

τρία ἥμισυ ἔτη.

Iudaicæ Antiquitatis lib. 8. cap. 14.

Dan. 9

Matt. 23

Luc. 16

quòniam sciebat, prophetam nõ præfiniuisse tẽpus, quanq; superius enarrans Antiochi uictoriam ac desolationẽ, & dies & annos expresserat, quantũq; tẽporis esset duratura, de uictoria Romanorũ nihil istiusmodi loquutus est: tantũ hoc scripsit, quòd esset in solitudinẽ redigenda Hierosolyma, tẽplumq; diruendum. Cæterum quòd esset aliquando uenturus finis desolationis, non addidit, eo quòd uideret ne prophetã quidẽ hæc addidisse. Hæc autem omnia, ut ait, Christo monstrante conscripta reliquit: ut qui legerint, & euenisse conspexerint, Danielem admirẽtur ob honorem illi à deo habitum. Vbi igitur dixerit Daniel fore ut templum redigeretur in solitudinem, nos deinceps cõsideremus. Nam ubi precationẽ illam in sacco & cinere perfecerat, uenit ad eum
Dan.9 Gabriel, & ait: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populũ tuum & super ciuitatem sanctã. Ecce hic, inquit aliquis, & tẽpus expressum est. Tempus, non captiuitatis, sed post quantum tẽporis esset reditura captiuitas. Possumus & aliud tẽpus dicere, quamdiu esset duratura captiuitas, rursum tempus post quod esset uentura. Septuaginta, inq̃t, hebdomades abbreuiatę sunt super populũ: nõ ait, super populũ tuũ, nõ super populũ meũ. Atqui propheta dixerat, ostẽde faciẽ tuã super populũ tuũ, sed deus illũ posthac ,p alieno ducit, propter futurã audaciã. Mox & causam exprimit: donec inueteraſcat delictum, et cõsummentur peccata. Quid est hoc, donec cõsummentur peccata? Multa, inquit, peccãt, sed malorũ finis tunc erit, quum dominum suum occiderint. & hoc dixit Christus: Implete mensuram patrum
Matt.23 uestrorum, Seruos occidistis, addite & herilẽ sanguinem. Vide quomodo concordant sententiæ, Christus dixit, implete: Propheta ait, consummetur delictum, & signentur peccata. Quid enim est, signentur? ne quid præterea reliquum fiat, & adducat iustitiam sempiternam. Quid est autẽ æterna iustitia, nisi quæ à Christo data est? Et donec propheta quoq; signet uisionẽ & inungatur sanctus sanctorum: hoc est, Sistere oportet posthac
Luc.16 prophetias: hoc eñ est signare, sistere unctionẽ, sistere uisionem. Ideo Christus dixit: Lex & prophetæ usq; ad Ioannem. Vides ut hæc oñino minentur desolationem, ac scelerũ malefactorumq; uindictam? Non enim indulturum se, sed incubiturũ peccatis illorũ, minitatur deus. Quãdo tandem hoc factũ est? quando prorsus sublatę, quando unctio sic est sublata, ut nunquã sit reditura? Et si nos sileamꝰ, ipsi lapides clamabũt, adeò manifesta est ipsa rerũ uox, nec enim possunt aliud tempus proferre, quo hæc gesta sunt, quàm hoc longum ac magnum, sed maius etiam futurum. Post hæc exactius etiam de his loquẽs ait, Et cognosces & intelliges ab exitu sermonũ, ut respõdeas, utq; ædificetur Hierusalem, donec regnet Christus, Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ. Hic mihi diligenter auscultate, nã hic est totius quæstionis cardo: hebdomades septem, & hebdomades sexagintæ duæ cõficiunt an-

A nos quadringẽtos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierum aut mẽsium, sed annorum. Nam à Cyro usq; ad Antiochum qui dictus est Illustris, & captiuitatem illam, sunt anni trecẽti nonaginta quatuor. Itaq; declarans quòd non de captiuitate sentiat, quæ fuit sub Pompeio, Vespasiano & Tito, ulterius profert tẽpus: mox docens nos, unde oporteat supputare, demonstrat non esse numerandũ à die reditus. Sed unde tandem? Ab exitu sermonum, ut respondeas, & ædificetur Hierusalem. At non fuit extructa sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomẽto Longimano. Post descensum enim rursum ascẽdit Cambyses, deinde Magi, post hos Darius Hystaspę filius, de
B inceps Xerxes Darij filius, post hũc Artabanes, post Artabanem Artaxerxes Longimanus imperauit Persidi. Et dum hic regnum obtineret anno uigesimo regni illius Neemias reuersus ciuitatẽ instaurauit, & hæc Esdras accuratissime descripsit. Nos igitur hinc quadringentos octoginta annos numeremus, & haud dubie ueniemus ad hãc subuersionẽ. Eoq; dicit: Ædificabit platea & mu Dan.9
rorum ambitus. Quum igitur, ut ait, restituta fuerit, suumq; statũ receperit, ex hoc supputa hebdomadas septuaginta: et uidebis hãc captiuitatem nondum sortitã finẽ esse. Atq; hoc ipsum euidentius etiam aperiẽs, quòd mala quibus nũc tenentur, non sunt habitura finem, ad hunc ferme modum loquitur: Post hebdomadas autẽ septuaginta abolebitur unctio, & iudicium nõ erit in ea, &
C ciuitatẽ & sanctum perdet, cum eo qui præcedit & uenturus est: & concidentur tanquam in diluuio, neq; supererunt reliquiæ, neq; radix quæ repullulet, & usq; ad finem belli abbreuiati interneciõibus. Rursus loquens de hac captiuitate dicit: Tolletur sacrificium & libamen, ac præterea, super templum abominatio desolationis, cõsummatio dabitur ad desolationem. Heus Iudææ audis cõsummationem, quid adhuc supereſt quod expectes? Rursus, post hæc: quid autem est, post hæc? hoc est, præter hęc quę dicta sunt, post sacrificiorũ & libaminis sublationẽ & aliud maius accedet malũ. Quodnã hoc dicis? Super tẽplũ abominatio desolationis. Hieron eñ uocat templũ, abominationem aũt desolationis uocat statuam
D quam collocauit in templo, is qui ceperat ciuitatem. Et usq; ad consummationẽ, inquit, desolationis. Quam ob rem dicit Christus, qui iuxta carnẽ fuit posterior Antiocho Illustri, uaticinans immi nens urbis excidiũ, ac declarans q̃ de hac prædixerit Daniel: Quũ, inquit, uideritis abominatio- Matt.24
nẽ desolatiõis, de qua loquutus est Daniel ,pphe ta, stantẽ in loco sancto, qui legit intelligat. Quoniã eñ oñe simulachrũ & hominis effigies apud Iudæos appellabat abominatio, tecte significãs statuam illam, simul aperuit & quo tempore, & simul quo rege captiuitas esset uẽtura. Quòd autem de Romanis hęc dicta sunt, et ipse Iosephus, quemadmodũ ante docuimus, asseuerauit. Quid igitur uobis reliquum est quod loquamini? Quũ reliquas captiuitates prædicunt prophetæ, certũ

& præfinitum tẽpus expreſſerunt:in hoc nullum tempus præfiniunt, quin potius contrarium addunt, uidelicet captiuitatẽ uſq; ad conſummatiõnem duraturam. Porrò quòd hactenus dicta uana nõ ſint, age à rebus etiam ipſis exhibeamus teſtimonium. Nam ſi Iudæi nunquam tẽtaſſent ædificare templum, dicere poterãt: Si uoluiſſemus aggredi templi inſtaurationẽ, omnino potuiſſemus, & perfeciſſemus. Nunc autẽ res ipſa demonſtrat eos nõ ſemel aut bis, ſed ter aggreſſos, & impetum feciſſe, nõ aliter quàm fit in certaminibus Olympiacis, ut nulli dubiũ eſſe poſſit, quin eccleſiæ ſit uictoria. Qui eñ igitur hoc aggreſſi ſunt? Nimirum illi qui ſemper reſiſtunt ſpiritui ſancto, qui res nouas moliunt, qui ſeditiones concitant. Poſt deuaſtationẽ quæ facta fuit ſub Veſpaſiano ac Tito, ſub Adriano mota ſeditione conati ſunt priſtinã rempublicã inſtaurare, haudquaq; intelligentes quòd arbitrio dei bellũ gereretur, iubentis in perpetuum eam ciuitatem deuaſtari. Porrò deo bellãte ſuperare impoſſibile eſt. Impetu igit̃ facto in Cæſarem, rurſus eum adegerũt, ut funditus deleret ciuitatẽ, deuictis ac ſubactis illis: omnibuſq; reliquijs abolitis, ne in poſterũ poſſẽt impudẽter agere, ſtatuam ſuam in loco collocauit. Deinde ſciens futurum ut illa tempore collaberetur, quo illius uictoriæ notam immedicabilẽ inureret, & illius impudentiæ monumentũ, nomẽ ſuum ciuitatis ruinis impoſuit. Quoniã eñ ipſe dicebaſ Ælius Adrianus, ideo & ciuitati nomen Ælię iuſſit imponi, inde & Ælia dicit̃ in hodiernum uſq; diem, cognomine uictoris & euerſoris. Poſt hunc ſub Cõſtantino rurſus eadem aggreſſi ſunt. At ille amputatis illorũ auriculis, ac rebellionis ſigno impreſſo corpori illorũ, per oñia loca circũferebat illos, ceu fugitiua mãcipia ac uerberones, corporibus mutilatis cõſpicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant ſparſi, erudiens, ne in poſterum eadem conarentur. Sed hæc, inquient, priſca & obſoleta. Imò hoc potius notum eſt etiã ijs qui inter uos ſunt ſeniores. Quiddam etiam dicturus ſum, ualde iuuenibus clarum ac perſpicuum. Non eñ geſtum eſt ſub Adriano aut Conſtãtino, ſed ſub Imperatore qui fuit ætate noſtra ante annos uiginti. Etenim cũ Iulianus qui Imperatores oñes ſuperauit impietate, uocaret illos ad ſacrificandũ idolis, & ad ſuam impietatẽ pertrahere conaret̃, ac mox obijceret illis priſcũ culturæ ritum, dicens: A ueſtris maioribus deus hoc modo cultus eſt, etiam nolẽtes tum fatebantur hæc quæ nos nũc demonſtrauimus, q̃ phas non eſſet extra ciuitatem immolare uictimas: ſed totam, inquiebãt, religionem uiolant, quicunq; ſacrificãt in terra aliena. Proinde ſi uis nos uidere ſacrificantes, redde nobis ciuitatẽ, reſtitue templum, exhibe nobis ſancta ſanctorũ, colloca aram, & ſacrificabimus nũc quemadmodum olim. Nec puduit ſceleratos & effrõtes hæc poſcere à uiro impio paganoq;, & impuras manus uocare ad extructionẽ ſanctorũ: nec intelligebãt ſe conari impoſſibilia, neq; perpendebãt, q̃ ſi homo illa demolitus eſſet, potuiſſet homo illis ea reſtituere. Verum quum deus eſſet qui ciuitatem illorũ ſubuerterat, fieri nequaquã potuit, ut quæ deus decreuerat, unquam uerteret humana potentia. Nã quæ deus ſanctus, inquit, ſtatuit, quis diſſipabit? ac manum illius excelſam quis auertet? Sicut enim quęcũq; ille ſtabilierit, uolueritq; manere, nullus homo poteſt demoliri, ita q̃cunq; deſtruxerit, uolueritq; manere diruta, nemo poterit inſtaurare. Verum eſto ſanè, templũ reddiderit, aram prorſus erexerit, quẽadmodum uos fruſtra potuiſſe fieri ſuſpicamini: nũ & ignẽ cœleſtẽ è ſublimi poterat uobis demittere? qui ſi defuiſſet, impium & impurum fuiſſet ſacrificiũ. Ob hoc enim perierunt filij Aaron, quòd ignem alienũ induxerint. Nihilominus ad oñia obcæcati, obſecrabãt ac ſupplicabant, ut cum ipſis ſuſciperet & aggrederetur inſtaurationẽ templi. At is qui & pecunias impendit, & pręfectis dedit negotium, uiros primates & artifices undiquaq; accerſi iuſſit, nihil non fecit, nihil nõ tentauit, paulatim ac ſenſim hoc agẽs, ſperansq; futurum, ut ſi poſſet illos ad ſacrificãdum inducere, facile illos reuocaret ad cultus ſimulachrorũ. Simul & illud fore ſperabat inſanus ille ac uecors, ut Chriſti ſententiam fruſtraretur, quæ non patitur templũ inlud inſtaurari. Verũ is qui comprehendit ſapientes in ipſorũ aſtutia, protinus ipſis factis declarauit illi, quòd dei decretum omnibus eſt potẽtius, quodq; ualida ſunt opera ſermonum dei. Nam ſimul atq; tẽtaſſent hũc impium conatum, cœpiſſentq; nudare fundamenta, multamq; terram exhauſiſſent, reſtaretq; ut iam ſtructurã aggrederẽtur: protinus ignis exiliens è fundamẽtis exuſſit multos, & intempeſtiuã pertinaciam interrupit. Hæc ubi reſciuit Imperator, quanquam tanta ueſania deditus erat illi negotio, ueritus tamẽ ne ultra progreſſus in ſuum ipſius caput ignẽ accerſeret, deſtitit, extinctus cum tota gente. Et nũc ſi rediens Hieroſolymã, conſpicies nuda fundamenta: quòd ſi cauſam quæras, haud aliam quàm hãc audies. Huius rei nos oñes teſtes ſumus. Noſtra enim ætate hæc nõ ita pridẽ acciderunt. Iam conſidera uictoriã inſignem. Nõ hoc accidit ſub pijs Cæſaribus, ne quid dicere poſſint, quòd Chriſtiani ſuperuenientes, opus perfici uetuerũt, ſed tum quum res noſtræ afflictæ, quum oñes de uita periclitaremur, quum omnis libertas eſſet ſublata, quum floreret paganiſmus, quũ fideles alij quidem in ędibus ſuis latitabant, alij uero in ſolitudines demigrarant, foraq; fugerant, tum demũ hæc acciderunt, ne qua iſtis uel impudens reliqua fieret occaſio tergiuerſãdi. Etiámne adhuc dubitas Iudæe, quũ perſpicias & ex Chriſti prædictione, & ex prophetarũ uaticinijs, & ex ipſarum rerum demonſtratione teſtimonium aduerſus te confirmatum? Verum nihil mirum eſt. Iſtiuſmodi quippe fuit tua natio, ab initio effrõs & peruicax, ſemperq; rebus euidentibus repugnare ſolita. Vultis ut & alios prophetas in uos armemus, qui hoc ipſum aperte dicũt, futurum q̃ ueſtra ditio, ueſtraq; religio

Hieroſolyma dicta Aelia.

Malac.1

Eſaiæ 1

2.Cor.3

religio finem esset sortitura? nostra cõtra efflori- A
tura, totoq; terrarũ orbe proroganda, Christi prę
conium, aliudq; sacrificiorum genus inducendũ,
ijs quæ apud uos fuerunt, abrogatis? Audi Mala
chiã qui cæteris prophetis fuit posterior: nondũ
eñ Esaiæ aut Hieremiæ produco testimonium,
neq; cuiusquam aliorum qui præcesserũt captiui
tatis tempus, ne dicere possis quòd hęc mala quę
prædixerunt, acciderunt in captiuitate: sed addu
co prophetã qui fuit post reditũ è Babylone, ac
post ciuitatis instaurationẽ, deq; rebus nostris a-
perte uaticinatus est. Etẽ posteaq; redissent, ac
restituta ciuitate templũ extruxissent, hãc prę sen
tem desolationẽ narrãs futurãq; sacrificiorũ sub-
lationẽ, hoc fermè pacto sub persona dei loquit
Malac.1 Malachias, Accipiã facies uestras, dicit dominus B
omnipotens, quoniam ab ortu solis usq; ad occa
sum, nomẽ meum glorificatum est inter gentes,
et in omni loco sacrificium offertur nomini meo,
& sacrificium purum. Vos autem prophanastis il
lud. Quãdo hæc euenerũt ludæe? Quando in o-
mni loco incensum oblatum est deo? Quando sa
crificium purum? Non possis aliud proferre tem
pus, quàm hoc, posteaq; Christus aduenit. Quod
nisi de hoc tẽpore prædixit, nisi de nostro sacrifi-
cio uaticinatus est, sed de Iudaico, etiã legi repu-
gnat prophetia. Nam cum Moses uetet ullo alio
in loco sacrificiũ fieri, præterq; in eo quem elegit
dominus deus, cumq; ille in unum locum sacrifi-
cia illa concluserit: nimirũ propheta dicens, q; in
omni loco incẽsum adolendum sit, ac sacrificium C
purũ, aduersatur ac repugnat Mosi. Verum nul-
la est inter illos pugna, neq; dissensio. Ille de alio
locutus est sacrificio, & hic de alio post uaticina-
tus est. Vnde hoc declaraẽ? Tum ex his quæ dic-
ta sunt, tum ex alijs plurimis signis. Ac primum
ex ipso loco. Non eñ in una ciuitate, quẽadmo-
dũ sub Iudęis, sed ab exortu solis usq; ad occasum
prædixit hãc culturam esse celebrandã. Præterea
ex sacrificij modo, siquidem purum illud appel-
lans, declarauit de qua loqueret. Denicq; à perso-
nis offerentiũ. Non eñ dixit, in Israel, sed In gen-
tibus. Ac ne putares quòd in una duabúsue aut
tribus ciuitatib. hoc culturæ genus instaurandũ
esset, nõ simpliciter dixit In omni loco, sed Ab or
tu solis usq; ad occasum: demonstrãs quòd quan D
tum terræ sol aspicit, tantundem Euangelium es-
set occupaturum. Purum autem dicit sacrificium,
quasi prius illud fuisset impurum, nõ quidem sua
Esaiæ 1 pte natura, sed iuxta uoluntatem offerentium. &
ideo dixit: Incensum abominatio est mihi. Quan
quam & alioqui si quis ipsum hoc sacrificiũ con-
ferat cum illo, ingens immensumq; discrimen in-
ueniet, ut iuxta cõparationis rationẽ solum hoc
purum dici mereatur. Quodq; de lege et gratia di
2.Cor.3 xit Paulus, ne glorificatũ quidem fuit quod erat
glorificatum, propter eminentem gloriam: idem
& hic iure dixerimus, uidelicet quòd hoc sacrifi-
cium cum illo collatum solum dici debeat purũ:
Non enim per fumum ac nidorem, non per san-
guinem ac redemptionis pretia, sed per spiritus

gratiam offertur. Audi igitur & alium prophe-
tam hoc idem prædicentem, quòd dei cultus nõ
circumscribendus esset loco, sed ipsum omnes de-
inceps homines essent laudaturi. Sophonias au-
tem ad hunc fermè modum loquit, Illucescet do Soph.2
minus super omnes gẽtes, et abolebit omẽs deos
gentium, & adorabũt illum è suo quisq; loco. At
qui non dixit hoc Moses, sed uno in loco sacrifi-
cari iussit. Cũ igit audiamus prophetas hoc dicẽ-
tes ac uaticinantes, quòd nõ in unam ciuitatem,
neq; in unum locũ compellẽdi sint homines, sed
suæ quisq; domi sedẽs culturus deum, quod aliud
possis afferre tẽpus quàm hoc præsens? Audi sa-
nè quo pacto et euangelia & apostoli cũ prophe
tia cõcordẽt. Hic dixit, Illucescet dominus: Apo
stolus ait, Illuxit gratia dei salutaris. Hic, inqt, su- Tit.2.
per gentes: Ille, super omnes homines. Hic dixit,
Abolebit deos gentiũ: Ille erudiens nos, ut abne
gantes impietatẽ ac mundanas concupiscentias,
sobrie & iuste & pie uiuamus. Rursum Christus
Samaritanæ dixit: Crede mihi mulier, quòd uen- Ioan.4
turum est tempus, quando nec in monte hoc, nec
Hierosolymis adorabitis patrẽ. Spiritus est deus,
& qui eum adorant, in spiritu & ueritate oportet
adorare. Hæc autẽ dicebat, simul & necessitatem
tollens obseruandi loci, & culturæ sublimius ma
gisq; spirituale genus inducens. Ex his igitur rur
sum poterat demonstrari, q; posthac neq; sacrifi-
cia, neq; sacerdotium, neq; regnum apud Iudæos
futurum sit. Nam per urbis euersionẽ hæc omnia
potissimum semel probata sunt: attamen potera
mus & alios ꝓphetas allegare, qui hoc expresse
loquunt: sed uideo uos orationis lõgitudine fati
gatos, uereorq; ne frustra temereq; uidear esse
molestus. Qua ꝓpter polliceor me hæc alio tẽpo
re absoluturũ. Illud interim rogabo uos, ut fratres
uestros seruetis, ab errore reuocetis, ad ueritatem
reducatis. Nihil enim profuerit audisse, nisi facta
demonstrẽtur, quæ cum dictis consentiant. Ete-
nim quæ dicta sunt, non ꝓpter nos dicta sunt, sed
propter infirmos, ut illi postquam hæc à uobis di
cerint, & à praua cõsuetudine fuerint liberati,
syncerum et germanum præstent Christianismũ,
fugiantq; prauas Iudæorum synagogas, siue quæ
fiunt in ciuitate, siue in suburbijs, speluncas latro
num, dęmonũ habitacula. Proinde ne deseratis
illorum salutem, sed omnia facientes, nihil nõ tẽ-
tãtes, ægrotos reducite ad Christum, ut & in hoc
seculo, & in futura uita recipiamus prẽmium be-
nefactis nostris longe maius: Gratia & bonitate
domini nostri Iesu Christi, quicum & per quẽ pa
tri gloria, unà cum spiritu sancto nunc & semper
& in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ORATIO TERTIA, QVVM superiori die prolixius disseruisset aduersus Iudę
os, atq; hinc raucedinem uocis contraxisset, hãc
deinceps orationem habuit.

ESTIAE donec in syluis pascũt, &
ab hominib. negligunt, mitiores sũt
B minusq; sæuæ, Verũ ubi uenatores
eas captas in ciuitates adduxerint,
atq; in

atq; incluſas extimularint, ut pugnẽt cũ iſs q̃ beſtiis obiiciunt, protinus irruẽtes ubi carnẽ deguſtauerunt, & ſanguinem humanum biberunt, poſtea nõ facile abſtinẽt à talibus epulis, ſed multa cum auiditate ad eandẽ decurrunt menſam. Hoc ſanè & nobis uſuuenit: quoniã nunc cum Iudæis pugnam ſuſcepimus, & impetu aduerſus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum ſubuertimus, omnemq; celſitudinem erigentem ſeſe aduerſus cognitionẽ dei, & cogitatiões captiuas duximus ad parendũ Chriſto, maior etiam nos cepit aduerſus illos bellandi cupiditas. Sed quid faciam? Vidétis mihi uocem factam imbecilliorẽ, idẽq; mihi nunc accidere, quaſi ſi quis miles conciſis aliquot ex hoſtibus, magnoq; animo impreſſione facta in hoſtiũ condenſatã aciẽ, pluribus proſtratis, mox fracto gladio conſternatus ad ſuos ſeſe referat. Quin potius quod nobis accidit, periculoſius eſt. Nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam aſtantium enſem eripere, ſuumq; animũ exerere, multamq; ſtrenuitatem oſtendere. Cæterum ſi uox laboret, nõ licet ab alio uocẽ mutuo ſumere. Quid igit? ſuffugiemus & nos? At non permittit hoc ueſtræ charitatis tyrannis ac uiolentia. Vereor & patris præſentiam, & ueſtram reuereor promptitudinem. Proinde conabor & ea quę ſupra uires meas ſunt. Oĩa cõmittemus & precib. huius, & charitati ueſtræ. Ne uero ueſtrum quiſpiam reprehendat orationem, uelut intempeſtiuã, ſi cum martyres uos hodie uocent, nos ſuperſedentes illorũ exponere certamina, aduerſus Iudæos exuimur. Nam & ipſis martyribus hic ſermo eſt exoptatior. Ex noſtris eĩm laudationibus nihil illis ſplendoris accreſcet. Quid enim egeant linguis noſtris, quorũ certamina ſuperant naturã humanam, quorum præmia uim ingenij noſtri uincunt? Deriſerunt hanc uitam, conculcarunt carnificinas ac tormenta, deſpexerunt mortem, ad cœlũ euolarũt, erepti ſunt è fluctibus rerum humanarũ, in tranquillum enauigauerunt portũ, haudquaq; aurũ argẽtũmue, aut ueſtes pretioſas, ſed theſauros quos nemo poteſt eripere importãtes, tolerantiã, fortitudinem & charitatẽ. Nunc in Pauli chorum peruenerũt, ánte coronas ſuas expectatiõe coronarũ alacres ac geſtiẽtes, eo q; iam de futuro incerti eſſe deſierũt. Quid igit iſtis opus ſit oratione noſtra? Hoc igitur argumentum illis gratius. Ex noſtris enim laudationib. quemadmodum antea cœperam dicere, nihil illorum gloriæ acceſſerit. Cęterũ ex noſtris aduerſus Iudæos conflictationib. multum illis adiungetur gaudij, et libẽter auſcultaturi ſunt, maxime ſermones eos qui pro gloria dei dicunt. Iudæi in primis inuiſos habẽt martyres, quandoquidem ab illis crucifixũ maxime diligunt. Nam iſti dicebãt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: illi uero ſanguinem proprium effuderũt eius amore quẽ illi occiderunt. Hos igitur ſermones libenter audiẽt. Ergo q; ſi hæc Iudæorũ ſeruitus finẽ eſſet habitura, hoc quoq; prędicturi fuerint prophetę, & nequaq; ſilentio præterituri, ſatis declarauimus: poſteaq; docuimus oĩes captiuitates, ut à prophetis prædictæ fuerant, in illos ueniſſe, primũ in Ægypto, deinde in Babylone, tertiam ſub Antiocho illuſtri. Demonſtrauimus enim harũ unicuiq; & locum & tẽpus fuiſſe prædictum in ſacris literis. Huic uero preſenti nullus propheta præfiniuit tempus. Verum q; eſſet uẽtura, omniaq; deſolatura, ditionẽ inſuper & religionem trãslatura, quantoq; tempore poſt reditum è Babylone uentura, prædixit Daniel. Cæterũ q; ſit habitura finem, quodq; aliquãdo ſiſtenda ſint iſta mala, nec ille patefecit, nec quiſq; aliorũ prophetarũ. Quin contrà magis prædixit, q; ad finẽ uſq; duratura eſſet hæc ſeruitus. Atteſtat his quæ diximus et ipſum tempus, quòd iam tantum peractum eſt, nec ullum initiũ ad hunc uſq; diem bonæ cõmutationis oſtendit, idq; cũ crebro iam conati ſint inſtaurare templum. Nam ſemel & iterũ ac tertio ſub Adriano, ſub Cõſtantino, ſub Iuliano conatus illorum interruptus eſt. Primum quidem à militibus, rurſus ab igni promicante è fundamentis, & illorũ importunã peruicaciam coercẽte. Iam uero lubẽs illos rogauerim, qua de cauſa cum tantum temporis in Ægypto uerſati receperint ſtatũ ſuæ ciuitatis, ac rurſus abducti in Babylonem redierint Hieroſolymã, tertio ſub Antiocho tam multa paſſi mala, ad priſtinũ reuerſi ſint ſtatũ, ac denuo ſacrificia, altare, ſancta ſanctorũ, breuiter omnia cum priſtina receperint dignitate, nũc nihil ſimile factum fuerit: uerum quum cẽtum anni, imò bis tantum, imò ter, imò quater tantũ, multoq; amplius annorũ præterierit (nam hic quingẽteſimus ex eo tempore agitur annus) ne ſignificationẽ quidem ullam eius mutationis uidemus alicunde apparere, ſed res illis funditus collapſas, ac ne per ſomnium quidem ullam ſpẽ eis oſtendi, quemadmodũ prius. Etenim ſi peccata ſua obiicerẽt, dicentes: Quoniam peccauimus deo, offendimusq;, ideo non recipimus noſtrã religionẽ: & ſi qui prius cum à prophetis accuſarentur aſſidue, nõ erubeſcebãt, atq; illis atrociter exprobrantibus homicidia negabãt, ijdem nũc cõfiterẽt damnarentq; propria peccata: libens de integro unumquenq; illorũ interrogauerim ob quæ tandẽ peccata ô Iudæe, extra Hieroſolymã agis tãto tempore? Et quid iſtuc nouũ eſt aut mirum? Non enim nunc tantum in peccatis uiuitis, prius in iuſtitia rectęq; factis ſoliti uiuere. Nónne iam olim ab initio in innumerabilib. peccatis uerſabamini, an non innumera reprehendit in uobis Ezechiel propheta, cũ inductis duabus meretricibus Oolla, & Oolliba loquitur hunc in modũ, Lupanar ædificatũ eſt in Ægypto, & inſaniſtis in Barbaros, & alienos deos coluiſtis. Quid porrò? quum mare findéretur, quũ petræ rumperentur, quum tot miracula fierẽt in deſerto, nónne uitulum adoraſtis? Nónne Moſen nũc lapidibus impetentes, nũc aliis atq; aliis modis frequenter conati eſtis occidere? Nónne adhuc perſeuerabatis blaſphemias iaciẽtes in deum? Nónne Beelphegor immolaſtis? nõne filios ueſtros ac filias ſacrificaſtis

Dixit præſente epiſcopo

Matt. 27

Pſal. 94

Pſal. 77

Ezech. 23

ficastis dęmoniis? nónne omnẽ peccatorũ genus
ppetrastis? nónne ꝓpheta uobis sub persona dei
Psal.94 loquit, Quadraginta annos infensus fui generationi huic, et dixi semp errãt corde? Quî fieri potuit, ut tum uos nõ auersaretur deus, sed post mactationem filiorũ, post tantam improbitatẽ, post ineffabilẽ ingratitudinem, etiam prophetã apud uos esse passus est, magnũ illum Mosen, signaq; ædidit mirãda ac prodigiosa, quæq; sub alio mortalium nemine facta sunt? Hęc inter uos contigerũt, nebula super uos testudinis uice porrecta, columna tedæ loco uos præcedẽte, hostibus uobis ultro cedẽtibus, ciuitatibus sola propemodũ uoce captis, nõ armis uobis opus erat, non acie, nõ pugna, tantũ insonuistis tuba, et ultro mœnia corruerũt. Suppeditatus est uobis nouus quidam & B
inauditus cõmeatus, de quo clamat Propheta, di
Psal.77 cẽs: Panem cœli dedit eis, panem angelorum comedit homo. Quibus igit de causis, dicite mihi, tunc aspernantes deum, simulachris immolãtes, liberos mactantes, prophetas lapidibus obruentes, aliaq; innumera scelera perpetrantes, tantam beneuolentiã estis consequuti, tantam à deo prouidentiam? Nũc uero cum nec idola colatis, nec liberos occidatis, nec prophetas lapidetis, in perpetua degitis captiuitate? Nũ em̃ tum alius erat deus quam nũc est? An non idem est qui tum illa gubernabat, & qui nũc quæ fiunt operat? Quid igitur in causa fuit, ut quum grauioribus peccatis abũdaretis, uberior fuerit erga uos dei beneficen C
tia: nũc uero quum leuiora peccetis, prorsus uos
auersetur, perpetuaq; tradiderit ignominiæ? Etenim si uos nũc ob scelera reijcit, multo magis hoc tunc conueniebat facere. Quòd si tunc uos sustinuit impie uiuentes, nũc multo magis oportebat sustinere, quum nihil simile committatis. Quamobrem igitur non sustinuit? Si uos pudet causam dicere, ego dilucide profitebor, immo potius nõ ego, sed ipsa rerum ueritas loquitur. Posteaquam Christũ occidistis, posteaquam in dominum iniecistis manus, posteaquam sanguinem illũ pretiosum effudistis: propterea nõ est uobis reliqua corrigẽdi spes, neq; uenia, neq; purgatio. Tum enim quæ per audaciã perpetrastis, in seruos perpetrastis, in Mosen, in Esaiam, in Hieremiã: Tum tametsi impietas aliqua cõmittebatur, tamen au- D
dacia nondũ processerat usq; ad malorum caput:
Nunc autem omnia ueterum facinora uestris sceleribus occultastis, nec uobis ullum reliquistis locum atrociora committendi, ob insaniam qua debacchati estis in Christũ: eoq; nunc grauiores luitis pœnas. Etenim si hæc nõ est causa uestræ reiectionis qua nũc tenemini, quare deus uester tum uos occidentes liberos uestros tolerauit, nunc autem à talibus abstinẽtes auersatur? Siquidem occiso Christo maius grauiusq; scelus commisistis, quàm si mactassetis liberos. Agedũ igitur dicite mihi, etiãmne posthac sustinebitis illũ uocare impostorem ac legis transgressorem, ac non potius aliquò secedẽtes uosipsos occultabitis, qui corã oculis obtueamini tam manifestam & euidẽtem

Ezech.4

ueritatem? Etenim si impostor erat Iesus, quemadmodum dicitis, legisq; transgressor, par erat ut hanc etiam laudem ferretis, qui talẽ occideritis. Nam si Phinees unico tantũ perempto homine, totam numinis iram aduersus populum exardescentem sedauit (Stetit enim, inquit, Phinees, & Psal.105
placauit, & cessauit quassatio) tãq; multos homines eripuit ab ira diuina uni9 hominis cæde: multo magis hęc uobis oportuit accidere, si legis trãsgressor erat quem uos crucifixistis. Quur igitur, quęso, Phinees, uiro legis transgressore perẽpto, iustus habitus est, & sacerdotio honoratus? Vos autem quum in crucem egeritis uirum impostorem, ut dicitis, deoq; aduersantem: qui fit ut non solum non feratis laudem & honorem, uerum etiam acerbiora passi sitis, quàm tum cũ filios uestros mactaretis? An nõ istud perspicuum est, etiã uehementer tardis & hebetibus, quòd postea quàm aduersus seruatorẽ ac principem orbis impie egistis, talis uindicta de uobis sumpta sit? Et nunc sanè abstinetis à nefario sanguine, & sabbatis, tum uero ipsum etiam sabbati diẽ uiolabatis.
At ecce deus per Hieremiã iussit parci ciuitati ue Hier.17
stręi, si desisteretis gestare onera sabbato. Sed hoc nunc facitis, neq; tollitis onera sabbato, attamen ne sic quidem uobis recõciliatur ille. Nam peccatum illud uestrũ omnium erat maximum, ut ista uobis excusatio de peccatis, supuacanea sit. Non enim ob cætera uitæ cõmissa, sed propter illud facinus estis in istis calamitatibus. Quod ni sic haberet, deus haud uos fuisset ad istũ modũ auersatus, etiamsi innumera alia peccata cõmisissetis. Id quum perspicuum sit ex oĩbus quæ dicta sunt, ex hoc qd' dicturus sum, erit dilucidius. Quid aũt est hoc? Audimus deum crebro per prophetas dicentem maioribus nostris, Vos quidem eratis digni malis innumeris, at ego nõ facio propter nomẽ meum, ne prophanetur inter gẽtes. Non propter uos ego facio domus Israel, sed propter nomen meum. Sensus autem hic est, Eratis quidem grauioribus digni supplicijs ac pœnis: uerum ne quis diceret, quòd deus quũ ob inopiam uirium nõ posset seruare, reliquit ludæos in manibus hostium, auxiliabor & prospiciã uobis. Itaq; si legis transgressor erat Christus, quẽ uos crucifixistis, etiãsi decies mille peccata commisissetis, multo etiam prioribus illis grauiora: profecto propter hoc factũ seruasset uos deus, ne nomẽ ipsius polluereturne ipse crederetur non esse magnus, néue quis diceret ꝙ ipsius causa hæc pateremini.
Quòd si uidetur ob suam ipsius gloriam relaxare peccata: multo magis hoc nunc erat facturus, & mactationem hanc acceptam habuisset, ac multitudinem peccatorum uestrorum deleuisset. Cæterum, quoniam, ut apparet, uos perpetuo auersatur, palam est quòd per hanc iram & perpetuam derelictionem, demonstrat etiam uehemẽter impudentibus, eũ qui à uobis occisus est, non fuisse transgressorem legis, sed ipsum legis conditorẽ, & innumerabiliũ bonorum autorem uobis aduenisse. Eoq; uos qui impie fecistis aduersus illũ,

in con-

in cõtumelia & ignominia degitis: nos uero qui illum adoramus, honore uos omnes præcedimus, perq; dei gratiã uenerabiliores uobis omnib. sumus, & in maiore dignitate constituti. Et unde liquet, inquiunt, quòd nos repulit deus? Quæso te etiamnum opus est hoc uerbis demõstrare, cum ipsa res clamitet, ac uocem tuba clariorẽ emittat, tum per urbis euersionem, tum per templi destructionẽ, tum per cætera omnia? Verum homines, inquiunt, nobis hæc intulerũt, nõ deus. Imò deus ista potissimum effecit. Quòd si hęc hominib. imputas, illud rursum considera, q̃ ut homines ista fuerint ausi, nisi deo placuissent, haudquaq; potuissent ad effectum perducere. Quũ igitur rediisset ille Barbarus, totam Persidem secum ducens, speras fore ut uniuersos ex insidijs adortos caperet, ciuitatem totam uelut sagena quadam ac reti cõclusam habebat: tunc demum, tum, inquam, quoniam deus erat uobis propitius, absq; bello, sine cõflictu, sine prælio centum octoginta millib. militum interfectorũ Assyriorum apud uos relictis, ita fugit ut satis haberet si solus euaderet incolumis. Verũ & alia bella innumerabilia frequenter istum ad modum iudicauit deus. Itidem & nũc ni si ipse esset qui semel uos deseruit, haudquaq; potuissent ciuitatẽ uestram diruere, ac templum uastare, nequaq; hucusq; tanto tempore mãsissent solitudinis calamitas, nequaquã uobis sæpe conãtibus instaurationem, conatus in uacuum cessisset. Iam nõ ex his solum, uerumetiã ex alijs conabor uobis facere fidẽ, quòd non suapte uirtute uobis ista fecerunt Romanorum Imperatores, sed quia deum habuistis iratũ, qui uos deseruerat. Etenim si quod gestũ est, humanũ erat opus: oportuit uestras calamitates excidio finiri, nec longius pferri uestram ignominiam. Ponamus enim iuxta uestram sententiã, mœnia ab hominibus fuisse subuersa, ciuitatem dirutam, altare deiectum: num et illud ab homínib. factum quòd prophetæ cessarunt? num & spiritus gratiam sustulerũt? num alia quę apud uos fuere magnifica destruxerũt? ue luti uocem de propitiatorio reddi, uim unctiõis, declarationẽ quæ fiebat in lapidibus sacerdotũ? neq; eñ Iudaica religio origines omnes habebat ex inferioribus, sed plures ac magnificẽtiores superne è cœlis. Hoc autẽ dico: Permisit sacrificia fieri. Altare quidẽ erat ex inferioribus, quemadmodum gladius & ligna, necnon sacerdos. Cæterum ignis uenturus in adyta illa, uictimasq; consumpturus, è supernis habet originem. Nec enim homo inferebat ignem in templũ, sed flamma è sublimi immissa suo ministerio cõsummabat hostiam. Rursum si quando cognoscendum erat aliquid è propitiatorio, uox quæpiam è medio Cherubin prodibat, prędicens futura. Rursus è lapidibus qui erant in pectore summi sacerdotis (id uocabant Declarationẽ) relucebat fulgor quidã futura significans. præterea quoties esset aliquis inungendus, deuolabat spiritus gratia, & insiliebat in unguentum. Hæc aũt administrabant prophetæ. Quin & nebula frequẽter & fumus adyta corripiebat. Itaq; ne Iudæi perfricta fronte hominib. imputarent suarum rerum uastationem, non solũ ciuitatem deus passus est dirui, ac templum uastari, uerumetiã illa quæ cœlitus habebant originẽ è medio sustulit, uidelicet ignem, uocem, è lapidibus reddi solitum fulgorem, & huius generis alia uniuersa. Proinde cum tibi Iudæus dixerit, Homines nos expugnarũt, homines insidijs adorti sũt, dicito illi: Profecto nequaquã expugnassent homines, nisi deus hoc permisisset. Verũ esto sanè, murum uestrũ diruerint homines, num & ignem ex alto deuehi uetuit homo? Num uocẽ assiduè ex propitiatorio audiri solitam inhibuit homo? Num declarationẽ in lapidibus? num sacram unctionem? num cætera omnia sustulit homo? An nõ deus hæc omnia submouit? Nemini non perspicuum est. sed qua de causa sustulit? An nõ manifestum est ideo fecisse, q̃ uos odisset, quodq; se mel auersatus esset? Nequaquã, inquiũt, sed quoniã ciuitate caremus, ideo caremus & istis. Quin potius ut ex abũdanti impudẽtia illorũ ora claudamus: age & hoc scripturarũ testimonijs demõstremus, quòd templi apparatus non fuerit causa destructionis cæterorũ à prophetis prędictæ, sed ira dei, & quòd magis etiã ipsum prouocarint insaniẽtes in Christũ, quàm tum cum uitulum adorarẽt. Nam quum uaticinaretur Moses, nec templum erat, nec altare, sed quum persisterent in innumeris impietatibus, tamen prophetiæ donum nõ cessauit. Verum & hic ipse egregius uir, & alij rursus præter hunc septuaginta tum extitere prophetæ: nec id solum, uerũ & post datum templũ reliquamq; totam culturam: deinde hoc incenso, cunctisq; deportatis in Babylonẽ, rursus extiterunt Ezechiel & Daniel, qui nec sancta sanctorũ aspicerent, nec altari assisterent, sed in media Barbarorum regione & impurorũ hominum consortio agentes spiritu repleti futura prædicebãt, idq; de rebus multo tum pluribus, tum admirabiliori bus quàm præcesserant: ac diuinam uisionem uiderũt quatenus ipsis uidere licuit. Itaq; dicite mihi, quam ob causam nõ habetis nũc prophetas? An nõ perspicuum est hanc esse causam, q̃ deus uos repulerit? Sed quam ob causam repulit? Clarum item & hoc, quòd ob illum crucifixũ, & impium illud facinus. Vnde hoc liquet, inquis? Ex hoc, q̃ cũ antehac impie uiueretis, nihil nõ obtinebatis: nunc uero cum uideamini modestius uiuere post crucẽ, atrociores luitis pœnas, neq; qcquam eorum contigit habere quæ prius habebatis. Vt autẽ, & ipsis prophetis hoc euidẽter & expresse testificãtibus, præsentiũ malorũ causam intelligatis, audite quid dicit Esaias, quomodo prædicit simul & uenturam omnibus per Christũ beneficentiã, & uestram improbã ingratitudinem. Liuore, inquit, eius nos sanati sumus: salutẽ indicans per crucẽ omnibus oblatam. Deinde de nostri similibus loquẽs, subiecit: Omnes ut oues aberrauimus, homo in uia sua errauit. Tum crucis modum explicãs, sic loquitur: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & ut agnus in conspectu tondentis

Esa. 53

dentis ipsum sine uoce fuit, sic nõ aperuit os suũ. Et ubi licet hoc uidere? In nefasto prętorio Pilati, Quũ tam multa, inquit, testimonia proferrẽt aduersus ipsum, nihil eis respõdit Iesus. Et dixit ad illum præses: Audis quàm multa in te testificẽtur? Matth.27 Verũ nihil respõdit, sed stabat tacitus. Hoc olim cœlitus afflatus propheta dixerat: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus corã se tondente mutus. Post hæc exponens iniquitatem in Esaiæ 58 prætorio perpetratam, ait: In deiectione eius iudicium sublatum est. Nemo tum iuxta iuris rationem de illo suffragiũ tulit, sed falsa potius aduersus illũ recipiebãt testimonia. In causa erat, quòd tum nolebat elabi. Nã si uoluisset, omnia turbasset, concussissetq;. Etenim si id temporis quo pendebat in cruce, saxa dissidit, orbem terrarum obscurauit, solis radios auertit, noctẽ medio die per uniuersam terram induxit, idem potuisset in prætorio facere. Verum noluit, mãsuetudinem ac lenitatem exhibens. Eoq; dicit: In deiectione illius sublatum est iudicium. Deinde demõstrãs, quòd non esset unusquilibet è uulgo, subiecit: Generationẽ eius quis enarrabit? Quis enim est? de quo dicit: Tolletur de terra uita eius. Ideo & Paulus di- Coloss.3 cit: Vita nostra abscõdita est cum Christo in deo. Quum apparuerit Christus uita nostra, tũc & uos apparebitis cũ illo in gloria. Sed quod dicere proposueram, ut demonstrarem quòd propter hunc sustinuerint prẽsentia mala, tẽpus est ut ipsum Esaiam inducam loquentem. Vbinam hoc est, inquis? Post dictum prętoriũ, post occisionẽ, post Esaiæ 53 assumptionẽ, ubi dixit: Tollet de terra uita eius, & subiicit: Et dabo improbos pro sepultura eius, & diuites pro morte illius. Nõ simpliciter dixit ludęos, sed improbos. Quid em illis improbius esse possit, qui post tot tãtaq; accepta beneficia beneficum occiderũt? Nisi hæc euenerunt, nisi nũc uiuitis in ignominia, nisi omnibus quæ maiores habuerunt, estis priuati, nisi corruit uestra ciuitas, nisi templum uestrum uersum est in ruinam, deniq; nisi uestræ calamitates superant omnẽ tragœdiã, ne credas ô ludæe. Contrà, si res ipsæ clamitant, si quod prædictũ erat à pphetis perfectũ est, quid frustra, quid in cassum obtines tuã impudentiã? Nam ubi illa apud uos ueneranda, ubi pontifex, ubi stola & rationale, ubi declaratio? Ne uero mihi istos patriarchas dixeris, caupones, negociatores, iniquitate plenos. Dic mihi qualis est sacerdos, cũ nõ sit uetus illud oleum, neq; quicquam omnino ueteris sanctimoniæ? Dic, inquã, mihi, qualis sacrificus, quum non sit sacrificium, neq; altare, neq; cultura? Vis tibi recitem leges de sacerdotio, quomodo solent olim consecrari, ut intelligas quòd qui nunc apud uos dicũtur patriarchę, nõ sint sacerdotes, sed per simulationem sacerdotum agant personam, nec aliter ludant quàm histriões in scena, imò, ut uerius dicam, nec sustinere possint sacerdotis personam? nõ dico iuxta ueritatem, uerũ ne iuxta simulationẽ quidem sacerdotij. Excute igit̃, recordare quõ tum Aaron factus sit sacerdos, quot hostias pro illo immolarit

A Moses, quot pecudes, pstrauerit, quomodo illũ lauerit, quomodo illum unxerit, extremũ auricula, manũ dextram, in sancta sanctorum introduxerit. Post hæc iussit præscripto septem dierũ numero manere intus. Quin potius operæpretiũ est audire uerba illorum: Hæc, inquit, unctio Aarõ, & unctio filiorum eius. Et dixit dominus ad Mosen, dicens: Assume Aaron & filios eius, & stolas, Leuit.7 & unctionis oleum, & uitulũ pro peccato, & arietem, & conuoca synagogam ad ostiũ tabernaculi testimonij. Et dixit Moses uniuersę multitudini cõgregatæ sermonem quem mãdarat dominus, & posteaquam applicuisset illos (dicẽdum est enim compẽdio) lauit eos aqua, induit tunica, cinxit zona, induxit epẽdyten, imposuit humerale, B præcinxit illũ ac substrinxit, imposuit rationale, imposuit declarationẽ & ueritatẽ, & mitram imposuit capiti illius, & super mitram laminam auream: deinde sumpto oleo cõsperšit altare, & sanctificauit illud, & uasa, & basim sãctificauit ex eodem, & effudit ex eo in caput Aarõ, & filijs illius Leuit.8 similiter fecit, & adduxit uitulũ. Quum autem occidisset eum, posteaquam Aaron cũ filijs suis imposuissent manus, sumpsit de sanguine, & imposuit cornib. altaris, & purificauit altare, & sanguinem effudit in basim, & sanctificauit illud, ut propitiaret super illud. Deinde posteaquam quædã ex his mactasset, alia foris, alia intus, adduxit rursus alium arietẽ, & ipsum immolauit in holocaustum, & iterum adduxit arietem cõsummationis, & rursus Aaron cum filijs imponẽte manus occidit, rursusq; sumens de sanguine eius super extre- C mum auriculę Aaron dextrę, & super extremum manus dextræ, & super extremum pedis dextri, simili modo fecit & filijs illius. Deinde sumens hostias, imposuit manibus Aarõ & filiorum eius, ac sic obtulit. Et sumpto sanguine, rursus ex oleo cõsperšit super Aaron & stolas illius, & super filios eius, & super stolas eorum, & sanctificauit eos, & iussit coq; carnes in atrio tabernaculi testimonij, illicq; eis uesci: & ab ostio tabernaculi testimonij ne egrediamini, inquit, dies septẽ, donec impleat̃ dies ordinationis uestræ. septẽ enim dieb. cõsummabit manus uestras, ut propitiet̃ pro uobis. Cũ igit̃ dicit, q; his rebus legitime initiatus sit Aarõ, D his purificatus, his sanctificatus, per hæc placauerit deũ: nihil aũt horũ nũc fiat, neq; uictima, neq; holocaustũ, neq; sanguinis aspersio, neq; olei inunctio, nec adsit tabernaculũ testimonij, neq; ad prędinitum dierum numerum sedeatur intus: profectò palàm est, q; sacerdos q nũc apud istos est, impurus sit ac nefastus, illegitimus ac pphanus, deniq; q; nõ propitiet, sed prouocet. Etenim si nõ poterat aliter cõsecrari, nisi hisce ritibus: omnino necesse est totum sacerdotiũ illorum non cõsistere. Vides à me meritò dictum, q; nõ solũ à ueritate, uerum etiam ab ipsa rei simulatione procul absunt. Nec ex his tãtum, uerum etiã ex alijs discere licet, quãta fuerit sacerdotij dignitas. Proinde cũ aduersus Aaron seditionẽ mouissent homines q- dam scelerati perditiq;, conãtes eum à principatu

depellere,& de honore cum illo disceptarēt,mā-
suetissimus Moses cupiens illis,rebus ipsis facere
fidem,quòd non ut fratrem,aut cognatum,aut fa
miliarē euexisset illum ad eum honorē,sed dei pa
rens edicto tradiderit illi sacerdotium illud,iussit
ut unaquæq; tribus uirgam adferret,idem præce-
pit Aaroni:quū attulissent,omnes accepit, & in-
tus reposuit,eo facto iussit expectari diuinum iu
dicium,quod per uirgas illas esset proferendum.
Deinde quum simul omnium reliquorum uirgæ
manerent in eodem habitu,sola uirga Aaron ger
minauit,frondesq; produxit ac fructus, ut intelli
gerent quòd naturæ dominus illum delegisset de
nuo,literarum uice folijs utens.Etenim qui in ini
Gen.1 tio dicebat:Germinet terra herbam graminis, e-
iusq; uim ad fructificandū excitauit,idem & illud
lignū quod erat aridum & infrugiferum,fecit ut
absq; terra,sine radice germinaret. Ac nūc quidē
illa uirga simul & illorum malitiam & dei iudici-
um declarat,non emittens quidem uocem,sed ip
so aspectu quauis tuba clarius exhortās, ne quid
taliū facinorum in posterum aggrederētur. Nec
hoc modo tātū,sed alio quodam argumēto deus
declarauit eum sacerdotem. Etenim quum multi
mota aduersus illum seditione, appeterent ipsius
honorē(principatus enim res est, pro qua depug
nari solet,eo q; expetatur à multis) iussit ut illatis
thuribulis,& impositio thymiamate, cœlitꝰ expe
ctarēt sententiā.Atq; illis adolentibus, terra dehi
scens,omnes absorbuit,& eos qui ipsis consense
rant foculosq; sumpserant,ignis è cœlo demissus
exussit. Tū ne quod acciderat tēporis progressu
deletum obliuione iaceret, néue admirabilē hāc
dei sententiam ignorarent posteri, præcepit Mo
ses,ut thuribula sublata applicarent ad altare, ut
quemadmodum uirga sine uoce uocem emisit ip
so conspectu,itidem & hæc per ora posterorū uo
litantia cunctis cōmemorarētur, admonitura cō
sulturaq; minoribus, ne maiorum amentiam imi
tarentur,ne quando simili pœna plecterētur. Ad
hunc modū olim sacerdotes creabantur,nunc ue
ro lusus meri sunt risusq;, quæ fiunt apud Iudæos
omnia,pudor & cauponatio, plena immensæ im
pietatis.Hos igitur sequeris,dic mihi,qui pertina
citer solēt semper tum facere, tum dicere omnia,
quæ dei legibus aduersentur? ad horum synago-
gas accurris? nec metuis,ne fulminis impetus cœ
litus emicans exurat caput tuū? An ignoras eos
qui ipsi quidem non prædantur,sed tamen in prę
donum spelunc is conspecti fuerint, easdem dare
pœnas cum prędonibus? Quid autem loquor de
prędonibus? ipsecto scitis omnes ac meministis,
quòd apud nos scelerati quidā & impostores sta-
tuas principis demoliti sunt. Quid factum? Non
illi tantum qui facinus ausi fuerant,sed quotquot
simpliciter pręsentes erant ijs quę gerebant,quo
niam uidebantur illis assentiri, in iudicium abre-
pti,easdem cum illis pœnas dederunt. Tu uero u-
bi pater afficitur contumelia, ubi filius la cessitur
conuicijs,ubi spiritus sanctus cōtemnitur, eo stu
des accurrere? Age dic mihi, non metuis, non
horresc is, quum teipsum in loca prophana impu
raq; conijcis? Dic mihi, quid habebis quod excu
ses,quam sperabis ueniam,qui uolens teipsum in
barathrum immittas,in precipitium des? Neq; e-
nim mihi illud dixeris,quòd illic sita est lex,& p-
phetarum libri.Neq; enim ista res locū reddit san
ctum. Vtrū enim maius est, libros esse repositos
in loco, an loqui ea quæ sunt in libris? Perspicuū
est, melius esse si ea quę sunt in libris sones,habe-
asq; in animo.Ergo responde mihi,quū diabolus
recitaret ea quæ sunt in scripturis,nū os illius san-
ctificatum est? Non potes dicere, sed permāsit id
quod erat diabolus.Quid autē dæmones? quum Act.16
prædicarent ac dicerent:Isti homines serui dei al-
tissimi sunt, annunciantes uobis uiam salutis, an
ideo illos in apostolorum ordinē referemus? Ne
quaquam,imò nihilo minus execramur illos,odi
musq; quàm antea.Ergo quum uerba prolata nō
sanctificent,libri repositi sanctificant? Minime.
Qua tandem ratione id cōsequitur? Imò hoc no-
mine odi synagogam,quòd legem habeat ac pro
phetas,& nunc etiam amplius odi, quàm si nihil
istorum haberet.Quur ita tandem? Quoniā hinc
habent escam uariamq; fraudis materiā, qua sim-
pliciores alliciant.Quandoquidem & Paulus spi
ritum illum loquentem magis quàm tacentem in
sectatus est.Etenim molestia tædioq; affectus, in
quit spiritui,Exi ab illa.Qua de causa? Quoniam
clamabat:Isti homines serui dei altissimi sunt.Ta
centes enim non perinde decepissent simplices,
loquentes autem multos simpliciores erant attra
cturi, persuasuriq;,quo nimirum & alijs in rebus
sibi auscultarent. Siquidem ut ostiū aperirēt suis
fraudibus,possentq; in posterum mentiri cōfidē-
tius,propterea uera quoq; nonnulla commisce-
bant:non aliter quàm qui letifera miscent uene-
na,os poculi melle circumlinentes,efficiunt ut fa
cilius accipiatur malum. Hanc ob causam & Pau
lus potissimū afficiebatur molestia, festinabatq;
illis occludere os,quòd sibi autoritatem usurpa-
rent,nequaquam ipsis cōgruentem.Hāc ob cau-
sam & ipse Iudæos odi, quòd quum legem habe-
ant,legem uiolant,& hoc modo simpliciores ine
scare conantur.Non perinde graue crimē admit-
terent, nisi quum credant prophetis, diffiderent
Christo.Nunc uero sibi omnem ueniæ spem ade
merunt,qui cum se iactent prophetis credere, cō
tumelijs afficiunt eum quem illi prædixerunt. In
summa,si credis illos esse sanctos, eo q; illic lex &
prophetarū libri repositi sunt, superest ut & ido-
la & idolorū templa pro sanctis ducas. Quondā
enim quum bellum teneret Iudęos,uictores Azo
tei ceperūt arcam, inq; suum templum intulerūt.
An ideo sanctum erat illorum templum quòd ha
beret arcam? Nequaquā,sed prophanū,sed impu
rum:id protinus ipsis factis declaratum est: ut ho
stes intelligerent uictoriā ipsis cessisse, nō ob im
potētiā dei, sed ob iniquitatem eorum à quibus
colebatur, arca capta in aliena terra uim suā ostē-
dit,idolo bis in solum deiecto,effecit ut etiam cō
minueretur. Tantum aberat ut locum sanctifi-
caret,

1.Cor.14

Gal.5

Matt.7

Hier.7
Ioan.2

1.Cor.3

caret,ut locum etiam expugnaret. Verũ hic quę- A
nam est arca penes Iudæos, ubi nõ est propitiato
rium,non unctio,non testamenti tabulæ,nõ san-
cta sanctorum,non uelum,nõ summus sacerdos,
non thymiama,nõ holocaustum,nõ uictima, nõ
alia quæ tum arcam illis reddebant uenerãdam?
Mihi quidem Iudęorum,quam nunc habẽt, arca
nihilo melius habere uidetur,ijs quę ueneũt in fo
ro,imò peius habet.Nam hæ nihil lędere possunt
siquis adeat, illa uero quotidie multã noxã infert
1.Cor.14 ijs qui accesserint. Fratres ne sitis pueri sensibus,
sed malitia paruuli estote:eosq; qui ad ista stupẽt,
ab hoc intempestiuo certamine liberantes, erudi
te quid oporteat timere,reuereriq; nõ istam arcã,
sed quòd concurrentes ad illam uiolant templũ
dei,per conscientiam ad Iudaismum propensam, B
Gal.5 per intẽpestiuã istã obseruationẽ.Quotquot, in-
quit,in lege iustificamini,à gratia excidistis. Hoc
oportet timere, ne in die illo audiatis ab eo q uos
Matt.7 iudicaturus est:Discedite,non noui uos: cõmuni
castis enim cũ his qui me crucifixerunt,ad Iudæo
rum qui impiè agebant in me,ac legem uiolabãt,
synagogas concurristis.Atqui ego quidem tem-
plum illorum subuerti,& in ruderum aceruũ uer-
ti templum illud uenerabile,templum res ueren-
das & horrendas cõtinens. Vos autem habitacu
la negotiationum nihilo meliora speluncis latro
num colitis. Etenim si tũc quum esset Cherubin,
quum arca,quũ adhuc spiritus floreret gratia,di-
Hier.7 xit:Fecistis illud speluncam latronũ, aut ut refert
Ioan.2 Ioannes,domum negotiationis,propter iniquita C
tes ac cædes illorum:Nũc postq; illos spiritus de-
seruit gratia,cunctaq; illa magnifica sublata sunt,
etiam cum deo pugnantes impiam istam religio-
nem celebrant,quid addere possit aliquis, ut no-
minatis synagogis reperiat illis dignam impieta
tem? Etenim si iam tum erat spelunca latronum,
quum statum suum obtineret:nunc etiamsi lupa-
nar,si trãsgressionis locum,si diaboli speluncam,
si animarum exitium dixeris,si totius perditionis
præcipitium ac barathrum,deniq; quicquid addi
deris,minus quàm pro rei dignitate dixeris. Tem
plum cupis uidere, ne curras ad synagogam, sed
ipse fias templũ. Vnicũ tẽplum diruit deus Hie-
rosolymis,& innumerabilia erexit illo lõge uene D
1.Cor.3 rabiliora. Vos,inquit, templum estis dei uiuẽtis.
Hãc domũ exorna,omnem exige cogitationem
malam,ut fias pretiosum membrũ Christi, ut fias
templum,deinde & alios redde tales.Et quemad
modum quum uides pauperes,non facile præter
curris:ita quũ uideris aliquem ad synagogam cur
rẽtem,ne dissimules,sed oratione ceu freno quo-
dam cohibitũ reducas ad ecclesiã. Hæc est maior
eleemosyna quàm illa,imò maior quàm decẽ mi
lia talentorum,quàm hic mũdus uniuersus, quan
tus quantus undiq; patet oculis.Siquidem homo
est toto mũdo preciosior:huius enim causa & cœ
lum,& terra,& mare,condita sunt & sol & stellę.
Perpende igitur quanta sit dignitas eius cuius sa-
luti consulitur,& ne cõtemperis illius curã.Nam
etiamsi pecuniæ uim immensam dinumerarit ali

quis,nihil simile præstiterit ei quod præstat is qui
seruat animam, & abducens ab errore ad pietatẽ
manu reducit. Qui dederit pauperi, famẽ soluit:
qui Iudaizantem correxerit, impietatẽ extinxit.
Ille paupertati solatium adhibuit, hic iniquitatẽ
inhibuit:Ille corpus liberauit à dolore, hic animã
eripuit à gehenna.Ostendi thesaurum,ne desera-
tis lucrum.Non est quod hic paupertatem cause-
mini,non est quod mendicitatem prętexatis:uer
ba tãtum insumenda sunt,sermonis modo fit im-
pendiũ.Ne pigritemur igitur, sed omni studio ue
nemur fratres nostros,eisq; uel inuitis in domum
nostram pertractis prandiũ apponamus, ad men
sæ cõmunionẽ illos asciscamns hodie, ut ubi no-
stro in cõspectu ieiunium soluerint,satisq; decla-
rauerint,fidemq; plenã fecerint, quod in melius
correcti sint,& sibi ipsis & nobis æterna bona cõ
cilient,gratia ac bonitate domini nostri Iesu Chri
sti, quicum & per quem patri unà cum spiritu san
cto gloria,imperiũ,honor, & adoratio in æuum.

EIVSDEM ADVERSVS IVDAEOS, Oratio quarta.

TRVM uos pugnæ huius cum Iudæis
susceptæ satietas cepit, an uultis ut rur
V sus hodie quoque materiam eandem
tractemus? Quanq; enim multa sunt
iam dicta,attamẽ arbitror uos sic affe-
ctos, ut cupiatis ijsdem de rebus iterum audire.
Etenim qui non satiatur amore erga Iesum,is nec
unq; satiabitur pugna aduersus eos suscepta, qui
Iesum oderũt.Super hæc, & alioqui nobis hic ser
mo necessarius est. Supersunt em̃ adhuc festorũ
Iudęorum reliquię.Sed quemadmodum illorum
tubę multo sceleratiores erãt ijs qui sonãt in thea
tris,& ieiunia quauis ebrietate & comessatione e
rant improbiora:ita & tabernacula que nũc apud
illos figuntur, nihilo sunt honestiora diuersoriis,
in quibus scorta uersantur ac tibicinę.Ne quis au
tem orationis huius audaciam reprehẽdat. Nam
ausus est extremus summaq; impietas secus de il-
lis opinari.Quum enim aduersus deũ cõtendant,
ac spiritui sancto resistant: quur non de illis fera-
mus sentẽtiam? Erat olim hoc festum uenerabile
quũ iuxta legem fieret,deiq; iussu. Nunc autẽ nõ
amplius,eo q; tota illius dignitas sublata est,eo q;
cõtra dei mentem celebratur. Quiq; maxime uio
lant legem priscaq; festa,ij maxime omnium sunt
qui nunc uidentur ea celebrare.At contrà,nos su
mus qui maxime legẽ ueneramur, q; eã uelut ho-
minem senio defectũ quiescere sinimus,nec in ca
ueas hominib. differtas protrahimus posteaquã
incanuit,neq; præter ætatem certare cõpellimus.
Nunc enim nec esse legis tempus,neq; uetustę re
ligionis,satis ante demonstrauimus. Age igitur,
quod superest hodie persoluamus. Satis quidem
erat ex prophetis omnibus demonstrasse, q; nũc
extra Hierosolymam tale quippiam facere, trans
gressio legis sit & impietas.Nã si uerũ esset q̃d isti
semper ubiq; iactãtes prędicãt, futurũ ut ciuitatẽ
denuo recipiant,ne sic quidẽ possent à uiolatæ le
gis crimine liberari:attamẽ nos ex abundãti hoc

quoq; demõstrabimus,q; nec ciuitas sit instaurãda, neq; priscum reipublicæ statũ sint recepturi. Hoc autẽ demonstrato,reliqua omnia in cõfesso sunt,uidelicet q; neq; sacrificiorũ ritus, neq; holocaustorũ,neq; legis uis,nec alia pars ulla status illius cõsistere poterit.Primum enim præcepit lex, ut ter in anno omne masculinũ ascenderet in templum:cæterũ deiecto tẽplo hoc fieri nequaq; poterat.Rursus præceperat, ut qui profluuio seminis laboraret,qui lepra contaminatus esset,quæ mẽstruo fluxu teneretur,quæ peperísset, offerret sacrificia.Atqui nec hoc fieri potest,quũ desit locus,nec extet altare.Iussit cani sacros hymnos, & hoc ante declarauimus tum ipso loco uetari,tum à prophetis damnari accusantibus illos ac dicentibus,q; foris legerent legem, & appellarent confessionẽ. Quum igitur ne legere quidẽ fas fuerit extra ciuitatẽ,quomodo legem seruare potuerũt extra ciuitatẽ? Hanc ob causam & minitans illis
Osee 4 dicit,Non uisitabo filias uestras,quũ stuprũ admiserint,neq; nurus uestras, quũ mœchatæ fuerint. Quid autẽ hoc est? Recitata ueteri lege conabor uobis reddere dilucidius. Quæ igitur illa lex? Si
Num.5 mulier præuaricata fuerit à uiro suo,eumq; negligens despexerit,dormieritq; aliquis cũ illa coitu seminis,& latuerit oculos uiri, nec testis fuerit ad uersus illam,nec fuerit deprehẽsa: ac super ipsum quidem spiritus zelotypiæ,cęterũ ipsa non fuerit contaminata.Sensus horũ uerborũ hic est:Si mulier,inquit,mœchata fuerit,& uir habeat illã adulterij suspectã,ille quidem suspicabit̃.Et si nõ fuerit testis,nec uterus coarguens,ducet, inquit, illã ad sacerdotẽ,& offeret donũ illius,ordeaceam farinã.Quur ita tandem non siligineã,nõ triticeam farinã, sed ordeaceam? quoniã id quod gerebat̃ luctus erat,& incusatio suspicioq;:forma sacrificij domesticã calamitatẽ imitabatur, eóq; dicit: Nõ effundes super illam oleũ,neq; impones illi thus. (nam cõtrahendus est sermo.) Adducet illam sacerdos,sumétq; purã aquã in uase fictili, & sumet de terra quæ est in pauimẽto,sumptámq; cõijciet in aquã,statuétq; mulierẽ,& adiurabit illam & dicet:Si non es transgressa,nec polluta uiro tuo, salua esto ab aqua redargutionis. Quòd si trãgressa es ac polluta,& aliquis tecũ concubuit,det dñs te in execrationẽ, ac detestationẽ in medio populi. Quid est,in execrationẽ,ac detestationem? Vt dicãt, Ne mihi accidat quod accidit illi mulieri. Vt reddat dñs uterum tuum inflatum, & ingrediat̃ aqua execrata,inflétq; uẽtrem tuum: & dicet mulier,Fiat,fiat. Et erit si fuerit polluta, ingredieẽ aqua redargutionis,& inflabit uentrem illius, & erit mulier execrabilis. Quòd si non fuerit polluta mulier,erit innocua,& proseminabit semẽ. Ergo postq; in captiuitatẽ abducti sunt,neq; quicq; horum fieri potest,quũ nec tabernaculum habeant, nec offerantur hostiæ, dominus cõminans dixit: Non uisitabo filias uestras,quũ stuprum admiserint:nec nurus uestras,quũ mœchatæ fuerint. Vides legem à loco uim habere? Ex hoc perspicuũ est, ne sacerdotiũ quidem esse posse, quum desit

A ciuitas. Quemadmodum enim fieri nõ potest,ut imperator sit,si nõ sit exercitus aut diadema,non purpura, non alia quæ regnum cõmendãt, comprobãtq;:ita nec sacrificus esse potest sublata hostia,uetita oblatione,sanctis conculcatis, toto rerum statu abolito. Nam his rebus omnibus constabat sacerdotiũ.Sufficiebat igitur nobis ad probationẽ, quẽadmodũ dicere cœperamus, quòd neq; sacrificia,neq; holocaustomata,neq; reliquę purificationes, neq; pręterea quicq; obseruationis Iudaicæ rediturum sit. Supererat, ut demonstraretur,nunq; fore ut templũ instauretur. Nam quemadmodum omnia sunt abrogata, si non sit templũ,& si quid uideatur fieri, facinus est aduersus legem cõmissum: Ita posteaq; ratio demõstra
B uit nunq; fore ut templum redeat ad pristinũ statum,eadem opera & illud demonstratũ est,quòd neq; cæteri ritus & cultus ad pristinũ statum sint redituri:Non sacerdos erit quispiã, non rex. Etenim si non erat permissum uti quis ex ipsorũ cognatione quamuis plebeius,seruiret alienigenis: multo magis fas non erat ipsum regẽ alienigenis subijci. Verum quoniam hic contendimus conamurq; non tantum, ut illis obturemus os, uerum etiam ut uestram charitatem erudiamus:age hoc ipsum aliunde demonstrabimus, uidelicet quòd illis & sacrificiorum & sacerdotij finis sit,adeò ut nunquam amplius ad pristinam consuetudinem hæc sint reditura. Quis igitur hæc dicit? Admirãdus ille ac magnus propheta Dauid.Declarãs e-
C nim quod omne sacrificiorũ genus esset eijciendum,& aliud inducendum, loquitur hunc in modũ: Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia Psal.39
tua, & cogitationib. tuis nõ est qui similis sit tui. Annũciaui & loquutus sum. Vides prophetæ sapiẽtiã:ubi dixisset, Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua,stupefactus admiratiõe diuini opificij,nihil dicit de conditione rerum nobis conspicuarũ,cœli,terræ,maris, & aquæ,& ignis, non de stupendis illis prodigijs,quę acciderũt in Aegypto,nõ de cæteris huiusmodi oraculis:Sed quę dicit esse miracula? Sacrificiũ & oblationem noluisti. Quid obsecro dicit? An istud stupendũ est ac mirandum? Nequaquam,inquã: nõ enim hoc solũ uidit, sed cœlitus edoctus prospiciebat
D oculis propheticis futurum ut gentes adduceren tur: & quomodo qui prius erant addicti dijs,colebantq; lapides, miseriores ipsis brutis, repente uisum reciperent, omniumq; dominum agnoscerent, ac relicta impura dæmonum cultura, purè citraq; sanguinem deum colerent: simulq; intelligens quod nõ illæ solum,sed & Iudæi infirmiores relicta hostiarum, holocaustomatum, aliorumq; corporalium rituum obseruatione,ad nostram & ipsi philosophiam adducerẽtur: simulq; reputans ineffabilem Dei erga genus humanum charitatem, quæ superat omnem intellectum, & attonitus admiratione tantæ mutationis futuræ, & quàm mirabiliter ista deus in alium ordinem translaturus esset, & homines ex dæmonibus facturus angelos: ac uitæ genus inducturus

cœlis

cœlis dignum. Tum quod hæc omnia essent futura uetere sacrificio abolito, & altero in illius locũ inducto per corpus Christi: quod sacrificiũ admiratus ac stupefactꝰ dicebat, Multa tu fecisti deus
Psal.39 meꝰ mirabilia tua. & ex persona Christi totũ hoc uaticinium ædit. Sanè quũ dixisset: Sacrificiũ & oblationem noluisti, subiicit: Corpus autẽ adaptasti mihi. De corpore loquẽs dominico, cõmuni pro toto orbe sacrificio, quo nostras purificauit animas, peccata dissoluit, mortẽ extinxit, cœlos aperuit, multasq; ac magnas spes nobis ostẽdit, cęteraq; præparauit oĩa: quæ quidẽ & Pau-
Rom.11 lus uidens exclamauit, dicens: O altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. Hæc igitur omnia prospiciẽs dicebat, Multa tu fecisti domine deus meus mirabilia tua. Deinde quum ex persona Christi dixisset: Holocausto mata & pro peccato nõ probasti, subiunxit: Tũc dixi, Ecce adsum: quoniã perfectioris doctrinæ tempus est. Nam imperfectiora per seruos erant docenda, sublimiora uero & humanam superantia naturam per ipsum legis autorẽ. Ideo & Pau-
Heb.1 lus dicebat: Multipharie multisq; modis deus loquutus patribus nostris per prophetas, extremis hisce diebus loquutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omnium. Ac rursus Ioannes:
Ioan.1 Lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est. Itaq; hæc summa legis laus est, quòd ea naturam humanam illi doctori præparauit. Deinde ne putares hunc esse recentem deum, aut aliquid nuper inuentum adferre, audi
Psal.39 Psal.39 quid dicit: In capite libri scriptum est de me. Iam olim meum aduentum prędixerunt prophetę, & in initio librorũ meę diuinitatis cognitionẽ obiter hominibus aperuerunt. Itaq; quum deus dicit
Gen.1 in initio conditi mundi: Faciamus hominem ad similitudinem nostrã, recte nobis filij diuinitatẽ aperit ad quem loquitur. Post hęc declarãs, quòd hæc uitę ratio nõ est priori cõtraria, sed hoc quoque uoluisse deũ, ut illo sacrificio antiquato in eiꝰ locum hoc induceretur. (Nam erat correctionis uehementia, non contrarietas aut pugna) ubi dixisset: In capite libri scriptum est de me, subiecit: Vt facerem uoluntatẽ tuam, deus uolui, & legem tuam in medio uentris mei: post exponẽs quę tãdem esset uoluntas dei, prætermissa mentione hostiarum, holocaustomatum, oblationum, laborũ, ac sudorum, ait: Annunciaui iustitiam in ecclesia magna. Quid hoc est, annunciaui iustitiam in ecclesia magna? Non dixit, dedi: sed, annunciaui. Quid tãdem igitur? non ex benefactis, nec laboribus, nec pensatione, sed ex sola gratia iustificauit genus nostrum. Quod & Paulus declarans dicit: Nũc autem absq; lege iustitia dei manifestata est, iustitia autẽ dei per fidem Iesu Christi, nõ per ullum sudorem aut laborem. Et hoc assumpto te-
Heb.10 stimonio hũc in modum loquitur: Vmbram eĩm habẽs lex futurorum bonorum, nõ ipsam rerum imaginem, singulis annis ijsdem hostijs quas semper offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Eoq; ingrediens mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi: significãs ingressum unigeniti in mundum per carnis dispensationem. Sic enim ad nos uenit, non locum loco cõmutans (qui nanq; conueniat hoc in eum, qui est ubiq;, quiq; cuncta complectꝰ) sed per carnẽ nobis factus cõspicuus. Cæterũ quoniam non solum aduersus Iudęos est nobis pugna, uerũ etiam aduersus gentes, ac multos hęreticos: age profundiorẽ sensum quendam hic uobis aperiamus, quæramusq; quid tãdẽ sibi uelit, quòd quum Paulus innumerabilia haberet testimonia, quæ docerẽt cessare legem ueteresq; ritus, huius meminit: neq; enim simpliciter, neq; fortuitò id fecit, sed ratione ac sapientia quadam ineffabili. Quòd eĩm alia quoq; habuerit testimonia, tum maiora, tum uehemẽtiora si uoluisset adducere, omnes confitebunt. Esaias enim ait: Nõ
Esaiæ 1 est mihi uoluntas in uobis, plenus sum holocaustomatibus arietum: & adipem agnorũ & sanguinem taurorũ & hircorum nolo, neq; si ueneritis in conspectum meum. Quis enim exquisiuit hęc de manibus uestris? Si obtuleritis similaginẽ, frustra facietis. Incensum abominatio mihi est. Et a-
Ibid.43 libi rursum: Non nũc aduocaui te Iacob, neq; molestiam tibi exhibui Israel, non glorificasti me sacrificijs, neq; seruisti mihi in donis, neq; tibi molestus fui in thure, neq; parasti mihi argento suffitũ. Hieremias autem: Ad quid mihi thus è Saba offe-
Hier.6 ras, & cinnamomum è terra longinqua? holocau-
Ibid.7 stomata uestra nõ delectarũt me. Ac rursus: Holocaustomata uestra additis sacrificijs uestris, & comeditis carnes. Et alius insuper prophetarum sic
Amos 5 ait: Auferà me strepitũ cantionum tuarum, & cãticum organorũ tuorũ non audiam. Rursus alibi, quum Iudæi dicerẽt: An accipiet dominus in holocaustomatibus, si dedero primogenita mea ꝓ
Mich.6 impietate mea, fructum uentris mei pro peccato animę? Propheta increpans illos dicebat: Annũciabo tibi homo quid sit bonũ, & quid dominus deus quærat abs te, ut diligas misericordiã, & facias iudicium & iustitiã, ut paratus sis ambulare post dñm deũ tuũ. Dauid quoq; sic dicebat: Non
Psal.49 accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Quã igitur ob rẽ quũ tot posset adferre testimonia, per quæ deus uidetur illa sacrificia reijcere, neomenias, sabbata, dies festos, omnib. illis omissis huius unius meminit? Nõ simpliciter id factũ, neq; fortuitò: sed iam causam dicemus. Multi infideles & ex Iudęis ipsis pugnãtes aduersus nos, dicũt ueterẽ religionẽ antiquatã esse, nõ ꝙ ipsa esset imperfecta, neq; ꝙ inducta sit maior, nostra uidelicet religio, sed propter improbitatẽ eorũ, qui tunc offerebant sacrificia. Esaias itaq; di-
Esa.1 cit: Si extẽderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis: si multiplicaueritis obsecrationẽ, nõ exaudiam uos. Mox causam addens prosequitur: Manus uestræ sanguine plenæ. Hoc autem non est sacrificia accusare, sed offerentium iniquitatem criminari. Et ideo non accepta habuit sacrificia, quòd ea manibus impuris offerrent.

Psal.49 Rursum quum Dauid dixisset: Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hœdos, adiecit dicēs: Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinā, & abiecisti sermones meos post tergū tuum: si uidebas furem, currebas cum eo, & cū adultero ponebas portionem tuam: os tuum abundauit malitia, & lingua tua cōtexebat dolos: sedens aduersus fratrem tuum obtrectabas, & aduersus filium matris tuę ponebas offendiculum. Vnde perspicuum est, quòd hic ob has etiam causas reiecerit sacrificia, quoniā furabantur, quoniam fratribus insidiabātur. Sed quum unusquisq; prophetarū, inquiunt, accuset offerentes, fatentur omnes deū has ob causas aspernatum fuisse nostra sacrificia. Sed Paulus illis plagam satis magnam inflixit, & abundè illorum impudentiæ silentium imposuit hoc testimonio. Quū enim uellet ostēdere, quòd ipsam Iudęorū religionem, ut imperfectissimam reiecisset, irritāq; fecisset: hoc assumpsit testimonium, in quo accusatio offerentium nulla est, sed ipsius religionis imperfectio nuda per se declaratur. Propheta enim nulla in re accusans Iudæos, simpliciter sic loquitur: Sacrificiū & oblationem noluisti, corpus autē adaptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non probasti. Idq; exponēs
Heb.10 Paulus ait: Tollit prius, ut posterius statuat. Nam posteaq; dixit, Sacrificiū & oblationem noluisti, deinde addidit: Corpus aūt adaptasti mihi: quoniam ostendit aliud inductum sacrificium, nullā pręterea spem dedit futurū, ut illud restitueretur. Et hoc ipsum interpretās Paulus dixit: Per oblationem hanc sanctificati in uoluntate Christi. Si enim sanguis taurorū & hircorum, & cinis uitulæ asperſus inquinatos sanctificat ad carnis emūdationem: quāto magis sanguis Iesu Christi, qui per spiritum æternum obtulit semetipsum immaculatum, emundabit cōscientiam uestram ab operibus mortuis? Itaq; quòd illud sacrificium antiquatū est, & aliud in eius locū inductū, quodq; posthac illud non sit restituēdum: satis ex his demonstratū est. Age, iam supereſt, ut quod dudum conati sumus demonstrare, illius sacerdotij ritus posthac nō exorituros, neq; denuo redituros, euidēter hoc palamq; è scripturis ipsis dilucidū faciamus, pauca prius uobis prefati, quò fiat euidētior eorum quæ dicētur enarratio. Abraham reuersus è Perside genuit Isaac, Isaac deinde Iacob, Iacob duodecim patriarchas, ex quib. profectæ sunt duodecim tribus, magis aūt tredecim: quādoquidē loco Ioseph duo ipsius filij Ephraim & Manasses extiterūt tribuū principes: & quemadmodū unicuiq; filiorū Iacob, tribus cognomine respōdebat, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Nephthalim, Gad, Aser, Beniamin: sic sub Ioseph duo illius filij cognomē indebant tribubus, & appellabātur, altera quidem Ephraim, altera uerò Manasse. Harum itaq; tredecim, cęterę quidem omnes agros habebant ac prouētus multos, & agricolabātur omnes, reliquaq; omnia exercebāt ad uictum pertinentia. Cęterum tribus Leui sola honorata sacerdotio à negotijs ad uictum pertinentib⁹ liberata erat, neq; colebāt agros, neq; tractabant opificia, neq; præterea quicq; huius generis exercebant, sed soli sacerdotio uacabant, ac decimas accipiebant à toto populo tum frumenti, tū ordei. Ex his enim rebus illis portionē dabāt omnes, & hic erat illis prouentus. Nec phas erat ex ulla alia tribu sacerdotē unq; fieri. Ex hac em̄ tribu factus est Aaron, nimirū de tribu Leui, ac per Heb.7
successionē illius posteri sacerdotiū accipiebant, neq; quisq; unq; ex alia tribu creatus est. Hi itaq; Leuitæ decimas ab illis accipiebant, & sic alebantur. Sed ante Iacob, sub Isaac, sub Abraham, quū nondum esset Moses, nondū scripta lex, nōdum Leuiticum sacerdotiū esset proditū, non tabernaculum, non templū esset, non tribus discretæ, nō Hierusalē extaret, quū nullus omnino in Iudæos rerum principatum occupasset, fuit quidam Melchisedec, rex idē & sacerdos: typus enim futurus erat Christi, cuiꝰ & scriptura manifestè meminit. Quum enim Abrahā irruptione facta in Persas, ac fratris filio Loth ex illorum manibus erepto, omnibus spolijs direptis rediret, hostibus uirtute deuictis, hūc in modū de Melchisedec loquitur scriptura: Et Melchisedec rex Salē obtulit panē Gen.14
ac uinū: erat enim sacerdos dei altissimi, & benedixit Abrahę dixitq;: Benedictus es Abrahā deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit illi decimas ex omnib. Abraham. Si quis igitur prophetarum extitit qui dicat, quòd post Abraham postq; sacerdotium illud, & hæc sacrificia atq; oblationes exoriturus esset sacerdos alius, nō ex illa tribu, sed ex alia, ex qua nunquam creatus est sacerdos, non secundum ordinē Melchisedec: manifestum est quòd uetus sacerdotium cessauit, aliud autem nouum in illius locum inductum est. Nam si futurū erat ut uetus illud obtineret, non secundum ordinem Melchisedec, sed secūdum ordinē Aaron, oportuit hoc explicare. Quis igitur hoc dicit? Hic ipse q de sacrificijs loquutus, de Christo differens hoc quoq; alicubi dicit: Dixit dominꝰ domino meo, Psal.109
sede à dextris meis. Deinde ne quis de uulgariū hominum aliquo suspicaretur illud esse dictum, non dicit hoc Esaias, neq; Hieremias, neq; quisq; alius propheta priuatæ conditionis, sed ipse rex: ut intelligeres quòd nō possit hominē appellare suū dominū, sed deū solū. Nam si priuatus fuisset, fortassis aliquis improborū dixisset illum de homine loqui. Quomodo enim si de quopiā hominum hæc loquutus fuisset Dauid, dixisset quòd homo à dextris consedisset ineffabilis ac summæ illius maiestatis? Hoc enim impossibile. De hoc uero ait: Dixit dominꝰ domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Deinde ne putares eum imbecillem esse minusq; potentem: Tecum, inquit, principatus est in diebus potentiæ tuæ. Manifestius etiam declarans addidit: Ex utero ante luciferum

genui

genui te. Ante luciferum nullus hominũ fuit genitus. Tu sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedec. Non dixit secundum ordinem Aaron. Proinde percontare Iudæum, si sacerdotium uetus non est antiquandum, quam ob causam induxit alium sacerdotem secũdum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron. Per hoc igitur ipsum rem euidentiorem reddidit.

Quum enim dixisset de Christo, quemadmodũ
Heb.7 & alibi loquitur: Tu sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedec, subiunxit, de quo multus nobis sermo & enarratu difficilis. Deinde quũ increpasset discipulos, (dicendum est enim breuiter) ait: Quis est ille Melchisedec? & adducit historiam quæ loquitur hoc modo: Hic occurrit Abrahæ reuertenti à cõcisione regum, benedixitq; illi, cui & decimas impartitus est Abraham. Post aperiens consideratione figuræ: Cõtemplamini autem quantus sit iste, inquit. Hoc autem nõ simpliciter dixit, sed ostendere cupiens, quòd maius sit sacerdotium nostrum quàm Iudæorum, atq; in ipsis typis præueniens rerum excellẽtia declaratur. Nam Abraham Isaac erat pater, auus Iacob, proauus Leui, siquidem Iacobi filius erat Leui. Ex Leui sacerdotium apud Iudæos sumpsit originẽ. Verum hic Abraham progenitor Leuitarũ ac Iudaicorum sacerdotũ, sub Melchisedec, qui typũ gerebat nostri sacerdotij, laici locũ obtinuit, idq; duplici modo declarauit. Primũ quòd illi dederit decimas. Nam laici sacerdotibus dabant decimas.
Gen.14 Deinde quòd benedictionẽ acceperit ab eo. Etenim laici à sacerdotibus benedictionẽ accipiũt. Rursum cõsidera quanta sit excellentia nostratis sacerdotij, quandoquidem Abraham patriarcha Iudæorum, progenitor Leuitarum comperit benedictionẽ accipere à Melchisedec, illiq; dare decimas. Nam horum utrunq; narrat uetus testamẽtum, & quòd Melchisedec benedixerit Abrahæ, & q; decimas ab eo acceperit. His igitur in mediũ adductis Paulus dicebat: Cõsiderate quantus est iste. Quis? Melchisedec, inquit, cui etiã decimas Abraham ex præcipuis dedit, ipsorũ patriarcha. Et quidem hi qui sunt ex filijs Leui, sacerdotium
Psal.109 accipientes, mandatum habẽt, ut decimas accipiant à populo, hoc est à fratrib. suis, quãq; egressis ẽ lumbis Abrahæ. Quod autẽ dicit, tale est: Leuitæ, inquit, qui apud Iudæos sunt sacerdotes, mandatum acceperunt, iuxta legem, ut decimas acciperent ab alijs Iudæis, attamen omnes Leuitæ, progeniti sunt ex Abraham, quemadmodum & reliquus populus, nihilominus decimas accipiunt à fratribus suis. Melchisedec uero qui nõ ducit originem ab illis, neq; enim ex Abraham progenitus erat, neq; ex tribu Leuitica, sed ex alio genere: decimauit Abraham, hoc est, decimas accepit ab Abraham: nec id solum, uerum & aliud quiddam fecit. Quid autem hoc? quòd eidem, qui promissiões habebat, uidelicet Abraahamo, benedixerit. Et quid hoc, inquis, significat? quòd hoc sacerdotium illo multo sit inferius. Quomodo? Citra omnem controuersiam quod minus est, à maiore benedictionem accipit. Itaq; nisi Abrahã, progenitor Leuitarum fuisset inferior Melchisedec, nequaquam ille huic benedixisset, neq; hic illi decimas dedisset. Deinde uolens ostendere quòd per Melchisedec aduenerit hoc sacerdotium, subiecit dicẽs: Et, ut ita loquar, hoc est propemodũ, per Abrahã etiã ipse Leui q decimas accipiebat decimatus est. Quid est, decimatus est? Decimas dedit Melchisedec & ipse Leui, qui nondum erat genitus per patrem ipsius, inquit. Adhuc enim in lumbis patris erat quum occurreret Abrahę Melchisedec. Nam ideo hoc occupãs dixit. Cuius igitur causa hæc dicebat? Subijcit dicens: Si cõsummatio igitur erat per Leuiticum sacerdotium, populus enim sub illo legẽ accepit, quid opus erat deinde secundum ordinem Melchisedec exoriri alium sacerdotem, qui nõ dicatur iuxta ordinem Aarõ? Quid autem est quod dicit? Si res, inquit, erant perfectæ quæ gerebantur apud Iudæos, neque lex erat umbra futurorum bonorum, sed ipsa totum efficiebat, nec futurum erat ut cuiquam alteri concederet, neq; ut sacerdotiũ prius cessaret, qua de causa propheta dixit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec? dicendum enim erat, secundum ordinem Aaron. Et id circo ait: Si consummatio per Leuiticum sacerdotium erat, quid deinde opus erat secundum ordinem Melchisedec exoriri sacerdotem alium, qui non diceretur secũdum ordinem Aaron? Ex hoc enim liquet, quòd illud finem acceperit, aliud in illius locum inductum sit multo melius ac sublimius. Hoc autẽ euicto, simul & illud in confesso est, quòd alius etiam uitæ status sacerdotio congruens, simul inducẽdus esset, neq; nõ legislatio melior, nimirum nostra. Quod sanè demonstrãs
Heb.7 Paulus dicebat: Trãslato enim sacerdotio, necessario fit & legis translatio. Quoniam aũt pleraq; legalia circa sacerdotij ministerium consistebãt, prius autem sacerdotium profligatũ est, nimirũ alio in illius uicẽ inducto, legislationẽ etiã meliorem in illius locum induci oportuit. Post hęc declarans de quo hæc dicat, ait: De quo enim dicuntur hæc, alterius tribus particeps fuit, ex qua nullus uacabat altari. Manifestum est enim quòd ex Iuda exortus est dominus noster, in quam tribũ nihil de sacerdotio Moses loquutus est. Quũ igitur clarum sit Christũ ex illa esse tribu, nimirũ ex Iuda, & sacerdotem iuxta ordinem Melchisedec, porrò Melchisedec esse multo honorabiliorẽ Abrahamo, nimirũ & illud undiquaq; cõstat, quòd etiam aliud pro alio inducitur sacerdotium, multo quàm prius fuerat sublimius. Nam si typus talis, etiam Iudaico sacerdotio splẽdidior erat, multo magis ipsa ueritas: quod tractans idẽ Apostolus, dixit: Amplius adhuc manifestum est, si secũdum similitudinẽ Melchisedec exorit alius rex, qui non sit iuxta legem præcepti carnalis, sed iuxta uirtutem uitæ incorruptibilis, quòd nullum illius præceptum erat carnale. Non enim oues mactare neq; uitulos iussit, sed uirtutem animi curare, & hoc pacto deũ colere, & horũ prẹmia uitam

nobis designauit, quæ nunquã corrumpetur. Ac rursum mortuos nos sub peccatis uenientes suscitauit, & in uitam reduxit destructa duplici morte, altera peccati, altera carnis. Quoniã igitur uenit, propter hoc dicit: Non iuxta legem præcepti, sed iuxta uirtutem uitæ incorruptibilis. Iam igitur & illud quod restabat demonstratum est, quod trãslato sacerdotio, legis quoq; translationẽ fieri cõueniebat. Attamẽ & hoc ipsum expresse licebat demonstrare, prophetasq; testes rursus adducere, quòd & lex esset transferenda, quòd reipublicæ status in melius transmutãdus, & quòd nunq; rex aliquis ludæus exoriturus sit. Verum quoniã tantum est dicendum, quantum auditor possit capere, nec omnia simul, nec aceruatim, illis in aliud tempus dispensatis: hic sermonem finiemus, exhortantes uestram charitatẽ, memineritis eorum quæ dicta sunt, & hæc illis quæ prius dicta sunt, annectatis: quodq; prius rogauimus, idem & nũc rogamus, ut fratres uestros reducatis ad salutem, multam solicitudinem habeatis pro membris neglectis. Propter hoc enim nos tantum laborũ suscipimus, non ut uulgari more loquamur, neq; ut plausum strepitũq; feramus: sed ut auulsos ad uiã ueritatis reducamus. Ac ne quis mihi dicat, Nihil mihi cum eo est negotij, utinã cõtingat mihi mea ipsius negotia recte gerere. Nemo suũ ipsius negotium recte gerere potest, neglecta proximi salute. Propter hoc & Paulus ait: Nemo quod suũ est quærat, sed quisq; quod alterius: sciens quòd sua cuiusq; utilitas in proximi utilitate sita est. Sanus es tu, sed oculus tuus infirmatur: hoc est, est ægrotus. Itaq; si uere solicitus fueris pro ægrotante, magis dolebis, & imitaberis in hoc quoq; beatum illum qui dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non uror? Etenim si quum duos obolos dederimus, paulumq; pecuniæ insumpserimus in pauperes, gaudemus: si poterimus animas seruare, quãto maiorem uoluptatis fructum capiemus? quãtum autem in futuro seculo recipiemus gaudium? Nã ibi quoq; quoties conueniemus, multã capiemus uoluptatem ex congressu, reminiscentes officiorum, quæ uicissim alij in alios præstitimus. Deinde quũ illos cõspexerimus ad tribunal illud metuendum, multæ fiduciæ participes erimus: & quemadmodum qui iniuria afficiunt, qui usurpãt aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximis inferunt, quum illuc uenerint, eosq; uiderint qui hæc passi sunt, (uidebũt enim, uidebũt, inquam, omnino, id quod perspicuum est & ex diuite illo & Lazaro) neq; os aperire poterunt, neq; habebũt quod dicant aut excusent, sed multo pudore magnaq; condemnatione repleti ex illorum aspectu, ad ignea flumina adducentur. Itidem qui bene uiuunt, qui docent, qui instituunt, ubi uiderint eos quos seruauerunt, illic patrocinantes ipsis, multa fiducia replebuntur. Et hoc Paulus declarans dixit: Gloria uestra sumus, quemadmodum & uos nostra. Quando hoc? In die domini nostri Iesu Christi. Ac rursus Christus exhortatur, dicens:

1.Cor.10

2.Cor.11

2.Cor.1

A

B

C

D

Facite uobis amicos ex mãmona iniquitatis, ut quum defeceritis, accipiant uos in æterna sua tabernacula. Vides q̃ multa fiducia nobis contingit ab his, quos hic nostro beneficio iuuerimus. Quòd si ubi pecunia dũtaxat insumitur, tot sunt coronæ, tanta merces, tanta remuneratio: ubi iuuat anima, quî fieri potest ut nõ multa magnaq; nobis cõtingant bona? Etemĩ si Tabitha illa quæ uiduas uestiebat, quæ paupertati subueniebat, à morte in uitam reuocata est, & lachrymæ eorum qui beneficijs affecti fuerant, animam in corpus reduxerunt, quum nondum uenissetresurrectio: quid facient hominum lachrymæ per te seruatorum? Quemadmodum enim hanc circunstantes uiduæ uiuam ex mortua reddiderunt, sic & te tũc circunstantes qui nunc per te seruati fuerint, efficient, ut multam experiaris humanitatem, & ex incendio gehennæ eripient. Hæc igitur scientes non ad præsentem horam tantum feruidi simus & uigilantes, sed ignem quem habetis nunc, excitate egressi foras, lustrantesq; curate salutem ciuitatis. Quod si ignoretis, disquirite ubi sint qui his malis ægrotãt. Sic enim & nos uobis promptius lubentiusq; loquemur, ipsis factis cognoscentes quòd non in petram semẽ iacimus, & uos ipsi circa uirtutis exercitationem eritis alacriores. Quẽadmodum in pecunijs, qui duos lucratus est aureos, procliuis est ad decem, ad uiginti colligendos congregandosq;. Sic usu uenit & in uirtute, qui fecerit bonum opus, officiúmue præstiterit, extimulationem aliquam aut exhortationem ad agẽdum sumit, ut alia quoq; benefacta aggrediatur. Vt igitur & fratres seruemus, & nobis ueniã pro peccatis, imò potius multam fiduciam reponamus, deniq; curemus & illud, ut à cæteris omnibus nomẽ dei glorificetur, cum uxoribus, liberis, & famulis ad hunc uenatum & indaginem egressi, extrahamus è diaboli laqueis captos ab illo iuxta ipsius uolũtatẽ: nec prius desistamus, q̃ quicquid per nos præstari poterit, præstiterimus, siue pareant, siue non pareant. Quin potius impossibile est, ut Christiani quum sint, non pareãt: sed ne uel hanc excusationẽ habeatis, illud dico: Si postquam multa uerba exhauseris, & quicquid per te præstari poterit, expleueris: uideris illum non obtemperare, adducito ad sacerdotes, & omnes per dei gratiam potientur uenatu, totumq; tuum erit, qui illum adduxeris. Expedit ut hæc & uxores dicant uiris, & uiri uxoribus, & filij parentibus, & patres filijs, & amici amicis. Discant hæc & Iudæi, & ij qui nobis quidem cõiuncti uidentur, sed cum illis sentiunt, quòd nobis aliquod studiũ est, ac solicitudo, uigilantiaq; pro fratribus nostris ad illos ultro currentibus. Et omnes antenos, illos corrigent, qui quũ nostræ professionis sint, tamẽ illò cõmeãt. Quin potius nemo posthac ausurus est ad illos confugere, sed erit corpus ecclesiæ purum. Deus autem qui uult omnes homines fieri saluos, & ad agnitionẽ ueritatis uenire, & uos ad istum uenatũ corroboret, & illos ab hoc errore liberet. Deniq; cunctos ad salu-

Luc.16

Act.9

Esaiæ 5
Eph. 5

salutem reuocatos dignos reddat cœlorum regno, in gloriam eiusdem domini nostri ac saluatoris Iesu Christi, cui gloria & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM ADVERSVS IVDAEOS, Oratio quinta.

PRAETERIIT ieiunium Iudæorũ, imò potius ebrietas Iudæorum. Est enim & absq; uino ebrietas, est & in sobrietate temulẽta luxuriosaq; comessatio. Quòd si nemo posset absq; uino temulentus esse, nequaquàm prophetа diceret: Esaiæ 5 Væ ijs qui ebrij sunt, & non à uino: si non esset sine uino ebrietas, haudquaquàm dixisset Paulus: Eph. 5 Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Nam quemadmodum uino, sic & alio modo possit aliquis inebriari. Eoq; dixit, Nolite inebriari uino. Est enim ebrietas & in ira, & in absurda concupiscentia, & in auaritia, & in amore gloriæ, denique in alijs innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud est, quàm excidisse à recta ratione, deliratioq; & sanæ mentis priuatio. Non solum igitur qui multũ exhaurit merum, uerumetiam qui alium quempiam morbum alit in animo, uehementer ebrius esse iudicabitur. Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui scortis uacat, ebrius est. Et quemadmodum is qui multum ebibit merum, sesecq; ingurgitauit, illiberales uoces effundit, aliudq; pro alio uidet: sic & hic ueluti mero quopiam, sua cupiditate repletus, neq; sana profert uerba, sed obscœna omnia, sed pernicioſa, sed illiberalia, risusq; plena, aliaq; pro alijs uidet, cæcutiens ad ea quæ cernuntur. Quòd si cui mulieri stuprum inferre cõcupiscit, hanc ubiq; imaginans, non aliter quàm mente captus, ac delirans, in conuenticulis, in conuiuijs, in omni tempore, in omni loco, etsi innumera hominũ milia ipsum alloquantur, ne audire quidem uidetur, sed ad illam tantũ intentus est animus, nec aliud somniat quàm peccatum, habetq; suspecta omnia, metuit omnia, nihilo melior animante quod alligatũ scutica impellitur. Rursusq; quem tenet ira, ebrius est: Similiter & huic turget facies, uox fit asperior, oculi fiunt sanguinolenti, mens obtenebratur, prudentia submergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro alijs audiunt, nimirum ira longe grauius quàm ullum merum soleat percellente cerebrum, tempestatem concitante, turbationemq; gignente insedabilem. Quòd si ebrius est, quem tenet cõcupiscentia iráue: multò magis homo impius & in deum blasphemus, illiusq; legibus repugnans, quiq; hanc intempestiuam Iudæorum pertinaciã nunq; uult effugere, ebrius est insanitq;, deterius affectus quàm ij qui comessant, quiq; mente capti sunt, licet ipse morbum suum non sentire uideatur. Nam id maxime conuenit ebrietati, etiam sensu uacare malorum, quæ turpiter committit. Quemadmodum igitur illud est grauissimum in mente captis & attonitis, quòd quum ægrotent, nec hoc ipsum sentiant se esse ægrotos: sic & Iudæi, nunc quũ sint ebrij, non sentiunt tamen morbum suum. Præterijt igitur illorum ieiuniũ, quauis ebrietate fœdius. Nos autem ne remittamus pro fratribus nostris solicitudinem, neq; posthac existimemus ullam illorũ curam esse importunam: sed quemadmodum faciũt milites, ubi cõmisso prælio uerterint in fugã aduersarios, ab insectatione redeuntes, non protinus currunt ad tabernacula, sed prius ad conflictus locum profecti, tollunt eos qui ex ipsorũ numero cæsi sunt, ac uita quidẽ defunctos terra occulunt: cæterũ si quos uiderint inter mortuos spirantes adhuc, nec letale uulnus habẽtes, ijs in tentoria sublatis, multam adhibent curationẽ extracto telo, accersitis medicis, absterso sanguine, pharmacis porrectis, reliquaq; omi curatioe admota ad sanitatẽ reducũt. Et nos igitur quoniam opitulãte dei gratia Iudæos persequuti sumus armatis aduersus illos undiquaq; prophetis, reuersi ad nos uideamus, num qui fratrum nostrorum ceciderint, numqui ab ieiunio intercepti sint, num qui illis in festo communicauerint: ac neminem quidem tradamus sepulturæ, sed potius sublatos omnes curemus. Nam sub externis quidem hostibus, qui semel conciderit, animamq; efflarit: fieri non potest ut miles eum recuperet, & ad uitam reuocet: Cæterũ in hoc bello prælioq;, etiamsi quis letale uulnus acceperit, fieri potest ut auxiliante nobis dei gratia eum ad uitam reducamus. Non enim hæc naturæ mors est, quemadmodum illa, sed uoluntatis ac propositi. Voluntatem autem mortuam licet denuo suscitare, animeq; morti dare persuadere licet, ut ad suam uitam redeat, suumq; dominum agnoscat. Agite ne defatigemur fratres, neq; delassemur, neq; desistamus, neque quisquam illa uerba dicat, quòd ante ieiunium illis cauere oportuerit, omnẽq; mouere lapidem: Nũcuero posteaquam ieiunatum est, posteaquã peccatum admissum est, posteaquã iniquitas consummata est, quæ supereſt utilitas? Etenim si quis nouit quid sit fratri cõsulere, nouit & illud, quòd nunc potissimum oporteat admouere manus, omneq; studium impendere. Neque enim tantum ante peccatum admissum conuenit fratris saluti cauere, uerum & post lapsum manus porrigendæ sunt. Etenim si deus ab initio fecisset istud, tantumq; nobis cõsuluisset ante peccatum, post peccatum neglexisset hominem, passusq; fuisset perpetua in ruina iacere: nullus adhuc nostrum unquam salutem fuisset consequutus. Verũ hoc nõ facit deus, quippe amans humani generis, ac mitis, nostreq; salutis auidissimus. Quin & post peccata multam præstat solicitudinem: quandoquidem & Adæ cauit ante peccatum, dicens, E quo uis ligno quod est in paradiso comedens comedes: e ligno uero cognitionis boni maliq; non comedetis: sed quocũq; die comederitis, morte moriemini. Ecce & facilitate legis, & largitate concessorum, & acerbitate supplicij, & ipso fine illatiõis prospexit ne peccaret. Nõ enim dixit, Post unum aut duos tréſue dies, sed, In ipso die quo comederitis, morte moriemini. Deniq; cũctis qbus Gen. 2

cauc-

cauere oportuit modis, cauit homini: attamẽ ubi post tantam prouidentiam, eruditionem, exhortationem, beneficẽtiam lapsus est, nec obtemperauit iussis diuinis, nõ dixit deus, Quæ iam restat utilitas? Comedit, cecidit, trãsgressus est legẽ, credidit diabolo: despexit præceptũ dei, accepit uulnus, mortuus est, neci traditus est, in damnatiõis sententiam incidit. Quid posthac est quod illi loquamur? Nihil horũ dixit, sed protinus ad illum uenit, alloquutus est, cõsolatus est, ac rursus aliud admouit remediũ, uidelicet laborẽ ac sudorẽ: nec prius destitit omnia facere, conari omnia, donec naturã collapsam restituisset, atq; à morte liberasset, & ad cœlum prouexisset, maioraq; q̃ perdiderat homini bona dedisset: factis ipsis docens diabolum, q̃ his insidijs nihil profecisset, sed quòd homines eiectos è paradiso, paulo post uisurus esset in cœlis angelis permixtos. Idẽ fecit in Cain. Siquidem & illius priusquã peccaret, cauerat saluti, denunciato periculo dicẽs: Peccasti, quiesce, ad te conuersio illius, & tu illius dominaberis. Vide sapientiam prudentiamq; dei. Hoc metuis, inquit, ne te frater spoliet prærogatiua primogenitorũ, propterea quòd mihi charus est, ne principatum sibi usurpet tibi debitum. Nam primogenitos, posterius genitis oportebat honorabiliores esse. Bono, inquit, animo sis, ne metue, ne hac de causa despondeas animum: ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius. Quod autem dicit, hunc habet sensum, Mane in honore primogeniti, & esto fratri tuo refugium, umbraculum, ac patrocinium. imperaq; & dominare illius, tantum ne ad parricidium prosilias, neq; ad impiam illam feraris occisionẽ. Verum ne sic quidem auscultauit, neq; conquieuit, sed cæde semet impiauit, dexteram in fraternum immisit iugulum. Quid igitur? num dixit deus, Sinamus illum in posterũ? quis posthac erit profectus? perpetrauit parricidium, mactauit fratrem, contẽpsit admonitionẽ meã, insanabile, minimeq; condonandum homicidiũ ausus est perpetrare: taliq; ac tanta dignatus solicitudine mea, eruditione, cõsilio, cuncta illa propulit ex animo, nec ulla ratione cõuersus est. deseratur igitur in posterum ac proiectus esto, nec ullo meo respectu dignꝰ habeat. Nihil tale deus nec dixit, nec fecit, sed ad illũ uenit denuo & corrigit hominem dicens: Vbi est Abel frater tuus? Ac ne inficiantem quidem deserit, sed uel inuitũ adigit ad facinoris confessionem: quumq; ille dixisset, Nescio: Num custos fratris mei sum ego? ait, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipse, inquit, res prædicant te homicidio inquinatum. Quid ille? Maius est peccatum meum q̃ ut mihi remittatur, etsi ejicias me de terra, etiam à facie tua occultabor. Huius sermonis sentẽtia sic habet, Grauiora quidem commisi, quàm ut ueniam mereantur, aut excusari possint, aut condonanda sint: sed si uelis urgere quod factum est, omnibus obijciar, tuo auxilio destitutus. Quid igitur deus? Non sic, inquit: imò quisquis occiderit Cain, septem uindictas persoluet. Ne metuas, inquit, hoc, uiues longam uitam. Si quis te occiderit, obnoxius erit multis supplicijs. Nam septenarius numerus in scripturis infinitæ multitudinis significationem habet. Quoniã igitur Cain multis supplicijs obnoxius erat, anxietati, tremori, suspirijs, deiectionibus animi, dissolutioni corporis: Qui occiderit, inquit, te, & ab illis uinculis liberarit, ipse in sese uindictas accerset. Ac uidetur quidẽ id quod dicit uehemẽter atrox esse, quum contrà declaret domini beneuolentiam. Etenim deus uolens posteros ad temperantiam adducere, tale supplicij genus excogitauit, quod Cain à peccato posset liberare. Nã si protinus illum interfecisset, abisset quidem peccatum in sese tectũ ferens, neq; posteris ullo pacto fuisset cognitus. Nunc autem permissus multo tempore uiuere in illo tremore, docuit obuios omnes ipso aspectu, uacillationeq; carnis exhortans ne quando similia auderent, ne similia paterentur: simul & ipse redditus est melior. Nam tremor & timor ac uita cum anxietate peracta, corporisq; dissolutio, ueluti uinculo quopiam constrinxit illum, neq; permisit denuo ad simile facinus prorũpere, & prioris assidue cõmonefecit, & interim ipsius animã moderatiorẽ reddidit. Sed inter hæc loquenti mihi uenit in mẽtem, ut in medium adducam, quæramq; quamobrem tandem quum peccatũ suum esset confessus, factumq; damnasset, dicens se maiora peccasse quàm ut ueniam mereretur, nullaq; excusatione se dignum esse, nõ potuerit abluere peccata, quũ propheta dicat, Dic tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris: sed condemnatus fuerit. Quoniam non dixit quemadmodum iussit propheta: non enim simpliciter dixit, Dic tu iniquitates tuas: sed ait, dic tu prior iniq̃tates tuas. Quod quęritur hoc est, nõ simpliciter esse dicendas, sed prius esse dicendas, non expectandam redargutionem accusantis. Hic autem nõ dixit prior, sed expectauit donec redargueretur à deo, quin potius illo redarguẽte negauit. Postq̃ autem semel factum est peccatũ palam, tum dixit peccatũ, quę quidem non est confessio. Proinde tu quoq; dilecte quum peccaueris, ne expectaris ut ab alio accuseris: sed priusquã accuseris ac deferaris, tu cõdẽna quæ facta sunt. Nam si quis alius deinde te redarguerit, non iam confessionis est officiũ, sed illius qui accusat correctio. Quapropter & alius quispiam inquit: Iustus suũ ipsius accusator est in principio sermonis. Itaq; nõ hoc est quod quæritur ut accuses te ipsum, sed ut prior teipsum accuses, nec expectes ab alijs redargutionem. Petrus itaq; post illam nefariam abiurationẽ, quoniã celeriter suũ ipsius peccatũ recordatus est, nulloq; accusante dixit peccatũ, fleuitq; amare: adeo abluit illam abnegationẽ, ut etiã primus apostolorum fuerit factus, ac terrarum orbem totũ subiecerit. Sed quod dicebã (nam oportet ad id quod propositũ est reuerti) satis uobis ex his demõstrauit ratio, q̃ non oporteat fratres lapsos negligere neq; cõtemnere, uerum prospicere quidem illis ante peccatum, cęterum etiam post peccatum mul-

Gen.4

Esaiæ.43

Prou.18

Matt.26 Luc.22

1.Cor.5

Luc.10

multam erga illos præstare curam. Itidem faciũt & medici: præscribunt enim ac præcipiunt hominibus, quæ possunt illorum sanitatem tueri, omnemq́ morbum excludere: cęterum ubi neglexerint præscripta, & in ualetudinem aduersam inciderint, non negligunt eos ipsi, sed tum maxime multam adhibent solicitudinem, quò illos morbo leuent. Idem & Paulus fecit, qui eum qui 1.Cor.5 stuprum commiserat, post illud peccatum quod ne inter gentes quidem inueniebatur, non contempsit: uerũ etiam auersantem, nolentemq́ confiteri peccatum, sed subducere se parantem ac resilientem, reduxit ad sanitatem: & ita reduxit, ut coniungeret corpori ecclesiæ: neque dixit apud sese, Quid amplius? quæ utilitas? Stuprum cõmisit, peccatũ perpetrauit, nec uult desistere à lasciuia, uerũ sibi placet, & immedicabile uulnus reddidit: sinamus igitur illũ ac deseramus. Nihil horum dixit, sed propter hoc ipsum maxime multa usus est erga illum solicitudine, quod ad non referendam malitiã uidebat illum esse delapsum: neque cessauit terrere, minari, punire, tum per sese tum per alios complures, nihil non faciens, nihil non tentans, donec illum ad agnitionem peccati perduxisset, ad sensum iniquitatis, postremo donec ipsum liberasset ab omni nota. Hoc sane faci Luc.10 to tu quoq́, imitare Samaritanũ illum, qui in euangelio tantam erga uulneratum præstitit solicitudinẽ. Etenim illic præterijt leuita, præterijt pharisæus, ac neuter deflexit ad iacentem, sed inclementer crudeliterq́ relicto seminece abierũt. Sa- Esaiæ 43
maritanus autem quispiam, qui nulla ex parte illi coniunctus erat, nõ prętercurrit, sed accurrẽs misertus est, instillauit oleum & uinum, imposuit asino, duxit ad diuersorium, pecuniam partim dedit præsentem, partim pollicitus est, pro eius qui nihil ad ipsum pertinebat curatione, nec dixit apud sese: Quæ mihi cura est istius? Samaritanus sum, nihil mihi cũ illo, procul absumus à ciuitate, & ille ne ingredi quidem potest. Quid autem si ferre nõ possit uiæ longitudinem, mortuum afferam? capiendus sum ob cædem, obnoxius ero homicidio. His sanè de causis multi sæpe prætereũtes ac uidentes homines uulneratos, prætereunt, non quod grauent tollere, pecunijsq́ parcant, sed metuentes ne & ipsi pertrahantur in iudicium tanq́ D
cædis rei. Verũ humanus ille ac mitis nihil horũ Prou.18
metuit, sed his oĩbus cõtemptis imposuit eum asino, & in diuersorium perduxit, neq́ quicquã harum rerum spectabat, non periculum, non pecuniarum impendium, non aliud prætera quicquam. Quòd si Samaritanus adeo humanus mitisq́ fuit erga hominem ignotum, quam habituri sumus nos ueniam, si proprios fratres neglexerimus in malis grauioribus? Nã & isti qui nũc ieiunauerunt, inciderũt in prædones Iudæos: imò uerius omnibus prædonibus sęuiores, quiq́ grauioribus malis afficiũt eos qui in ipsos incidũt. Neq́ enim uestes illorum lacerarũt, neq́ corpori inflixerunt uulnera, quemadmodũ illi tunc fecerant: sed animam sauciarunt, multisq́ uulneribus illis Matt.26 Luc.22
inflictis sic abierũt illos relinquẽtes in fouea peccati iacẽtes. Ne igitur dissimulemus talem tragœdiam calamitatemq́, neq́ prætereamus inclemẽter tam miserabile spectaculũ. Quinetiam si alĩ hoc fecerint, tu ne feceris. Ne dixeris apud temet ipsum, Homo sum mundanus, uxorem et liberos habeo, ista sacerdotũ sunt, ista monachorũ. Neq́ eĩ Samaritanus ille hęc dicebat, Vbi nunc sacerdotes, ubi nunc pharisæi? ubi Iudęorũ doctores? sed perinde quasi uenatũ quempiam maximum nactus esset, ita lucrũ arripuit. Et tu igitur quum uideris aliquẽ egentẽ curatione uel corporis uel animæ: ne dicito apud teipsum, Quare ille & ille eum non curauerunt? sed à morbo libera. Ne petas ab illis causas negligẽtiæ. Si inueneris aurum iacens, non dicis apud teipsum, Quare ille & ille B
hoc non sustulerunt? sed festinas ante alios rapere. Itidẽ & de fratribus collapsis cogita, putatoq́ te thesaurum reperisse, nimirum occasionem illis medendi. Etenim si instillaueris illi uelut oleũ sermonis doctrinã, si obligaueris humanitate tẽperantiaq́ uulneratum, si sanaueris, ille te faciet di- Hier.15
tiorem quouis thesauro. Qui enim eduxerit pretiosum ex indignitate, tanq́ os meum erit, inquit ille. Quid huic poterit æquipararí? Quod neq́ ieiunium, neq́ humi peractæ cubatiões, neq́ peruigilia, neq́ aliud quippiã potest efficere, efficit fratris procurata salus. Cogita q́ multa tuum os frequenter peccauerit, q́ multa uerba obscœna protulerit, q́ multa conuitia, quàm multa maledicta euomuerit, et omnino susc̃ipies collapsi curã. C
Nam hoc uno benefacto omnẽ illam delere maculam poteris. Et quid dico delere? facies ut sit os tuũ, sicut os dei. Quid huic honori possit æquipararí? Non enim ego ista polliceor, ipse deus hoc dixit. Si unum quempiam eduxeris, inquit, ut os meum, erit os tuum, purum, sanctumq́. Ne igitur negligamus fratres, neq́ prætereuntes dicamus, Quàm multi sunt qui ieiunãt, q́ multi intercepti sunt? sed curam habeamus illorum, etiamsi multi sint qui ieiunarunt, tu ne traducas, néue in fabulam uertas ecclesiæ calamitatem, sed medere potius. Et si quis dixerit, Multi ieiunarũt, obtura illi os, ne fama diuulgetur, eiq́ dicito: Ego quidẽ nõ noui, deceptus es homo, mẽtirisq́ dicẽs illos esse multos. Ac delatori quidem impone silẽtium, cæterum eos qui intercepti sunt ne neglexeris: ut utrinq́ multa securitas cõtingat ecclesiæ, tum ex eo quòd fama non sit euulgata, tũ inde quod eos ipsos interceptos ad sacrum gregem reduxeris. Ne igitur obambulantes referamus qui peccauerint, sed festinemus ut eos qui peccarunt, corrigamus. Est enim praua cõsuetudo tantum accusare fratres, nec illorum curam habere, traducere mala infirmorũ, nec mederi. Auferamus igitur hanc prauam cõsuetudinem charissimi. Neq́ enim ea mediocrem pestẽ inuehit. Et quo pacto? ego dicam. Audiuit aliquis ex te quòd multi cũ ludæis ieiunauerint, minimeq́ expendẽs quo animo dixeris, in aliud id quod dictũ est, detorsit. Rursus ille parum attẽtus, alteri hoc ipsum elocutus est,

deinde

deinde paulatim hac mala fama increſcente, magnum quidem probrum offunditur eccleſiæ: his uero qui pereunt nulla affertur utilitas, quin potius grauiſſima noxa, tum his tum alijs. Etiāſi pauci fuerint, nos tamē eos rumoribus malis multos facimus: & eos qui ſtāt, imbecilliores reddimus, & eos qui ad caſum procliues ſunt, impellimus. Frater enim audiens eſſe multos qui ieiunarunt, ipſe negligētior erit: Deinde rurſus qui infirmior eſt, hoc audito, accurret ad multitudinem eorum qui ceciderunt. Ne igitur uel ſuper hoc, uel ſuper alio quouis improbo facto gaudeamus, etiamſi multi fuerint peccatores, traducere eos ac dicere multos eſſe, ſed potius obturemus os, & coerceamus. Ne mihi dixeris, Multi ſunt qui ieiunarunt, ſed corrige multos. Non ideo mihi conſumptum eſt tantū uerborum, ut accuſes multos, ſed ut ex multis facias paucos, imò potius ne paucos quidem, ſed & hos ipſos etiā ſanes. Ne itaq; traduxeris peccata, ſed medere. Quemadmodum em̄ qui traducūt, & in hoc tantū uacant, etiā ſi paucí fuerint qui peccauerunt, faciunt ut multi eſſe putentur: ſic qui cohibēt ac ſilentium imponunt traductoribus, lapſorumq; curā habēt, etiā ſi multi fuerint & eos ipſos facile corrigūt, nec quenq; ſinūt ex horū fama lædi. Non audiſtis quòd Dauid de plorās Saulem dixit, Quomodo ceciderunt potentes? Ne annūtiaueritis in Geth, neq; prædicaueritis in uijs Aſcalonis, ne lætentur filiæ incircūciſorum. Quòd ſi ille rem manifeſtā noluit tradu cí, ne aduerſarijs gigneret uoluptatē: quanto magis non oportet hæc efferre ad aures alienas, ſed potius ad noſtras, ut neq; hoſtes audiētes gaudeant, neq; noſtri re cognita concidant, ſed oportet cohibere rumorē, & undiquaq; compeſcere. Ne mihi dixeris, Hoc illi dicebant. apud teipſum cōtine uerbū. Quemadmodum tu non poteras tacere, ita nec ille poterit hæc apud ſeſe cōtinere. Hęc non de hoc præſente tantum ieiunio dico, ſed de cæteris etiā innumerabilib. peccatis. Ne hoc conſideremus tantum, an multi ſint abrepti: ſed illud conſideremus, quomodo illos reducamus, ne exaggeremus res hoſtiū, ac noſtras deijciamus: ne illos potētes oſtendamus, noſtras uero res imbecilles: ſed omnia potius in contrarium faciamus. Nouit etiā fama uel deijcere, uel erigere animū. Ideoq; moneo ut illos rumores augeamus, q̄ res noſtras attollunt, magnasq; uideri faciunt: nō autem illa fratres exaggeremus, quæ toti ſodalitati dedecus offundūt. Cōtrà, ſi quid audierimus boni, apud om̄es proferamus: ſi quid uero mali prauiq;, apud nos ipſos occultemus, idq; ut tollam9, nihil nō faciamus. Et nunc obambulemus, curioſe ſcrutemur, contemplemur eos qui lapſi ſunt, etiamſi in ædes oporteat ingredí, ne grauemur. Quòd ſi ignotus fuerit, nec ulla ex parte ad te pertinens is qui cecidit, ſcrutare, eſto curioſus, quem habeat amicum aut neceſſarium, & cui maxime obtemperet, hoc aſſumpto ingredere in ædes, ne pudeſcas, neq; erubeſcas. Si ingrederis pecuniā poſtulaturus, aut beneficium accepturus ab illo,

Quare non expediat, publicare turbam peccantium.

2. Reg. 1

æquum erat erubeſcere. Cæterū quum pro illius ſalute ingrediendi occaſionem ceperis, liberatus es ab oīi crimine. Aſſide ſanè, loquere cum illo, alijs de rebus facto ſermonis exordio, quò correctio careat ſuſpicione. Dic mihi, laudásne Iudęos eo quòd Chriſtum crucifixerint, quodq; eum cōuitijs afficiant, & legis tranſgreſſorem appellāt? Profecto nō ſuſtinebit ſi fuerit Chriſtianus, etiāſi millies Iudaizet dicere, Laudo: ſed obturabit aures, dicetq; tibi Abſit. Bono animo ſis homo, quū ab ipſo ceperis cōſenſum unius ꝓloquij. Rurſus aſſumito dicēs: Quomodo igitur cum illis, dic mihi, quomodo particeps es feſtis? quomodo cum illis ieiunas? Poſt hęc accuſa illorum improbitatē, expone omnem iniquitatem, quam ſuperioríb. diebus narrabam apud ueſtram charitatem, à loco, à tempore, à templo, à prædictione propheta rum redargui: oſtende quomodo fruſtra et incaſſum omnia faciunt, nec unquam ad priſtinum ſtatū redituri ſunt, quodq; fas illis nō eſt extra Hieroſolymam quicquam tale facere. Ad hæc cōmonefacias gehennę, formidandí tribunalis Chriſtí, eorum quæ noſtram cauſam illic uel leuatura uel grauatura ſunt, quodq; illorum omnium redditurí ſumus rationem, quòd ultio non parua repoſita eſt eis qui talia audēt. Commonefacito & Pauli dicētis: Quicunq; in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis: & rurſus comminantis, Si circumcidamini, Chriſtus nihil uobis ꝓderit: dicitoq; quòd quemadmodum circūciſio, ita & ieiunium Iudaicum è cœlis expellit ieiunantē, etiam ſi habuerit alia innumeralibia benefacta. Dic, q̄ Chriſtiani propter hoc uocamur & ſumus, ut Chriſto pareamus, non ut ad hoſtes curramus. Quòd ſi prætexat curationes aliquas, dixeritq; tibi, Pollicentur remediū, & ideo ad illos curro: patefacito illi impoſturas, incantationes, applicaturas, ueneficia. Neq; enim alio modo uident̄ mederi, neq; enim uere medentur. Abſit. Quin ego quidē illud longe mirabilius dicam, etiamſi uere ſanarent, ſatius tamē eſſe emori, quàm ad Chriſtí hoſtes accurrere, itaq; ſanari. Quid enim prodeſt curare corpus, anima pereunte? Quid autem lucri, aut quid ſolatij nanciſcamur, mox conijciendi in ignem æternum? Nam ne dicerent iſta, audí quid dicit dominus: Si extiterit propheta in te, aut ſomnium ſomnians, ædiderítq; ſignum ac prodigium, euenerítq; ſignum ac prodigiū ſicut loquutus eſt, dixeritq;, Eamus & ſeruíamus dijs alijs: ne auſcultetis prophetæ illi, quoniā tētat uos dominus deus ueſter, an diligatis ipſum ex toto corde ueſtro. Qđ dicit tale eſt: Si quis, inquit, ꝓpheta dixerit, Poſſum excitare mortuum, mederí cæco, ſed obtēperate mihi, adoremus dæmones, immolemus idolis. Deinde ſi quí hæc loquitur, poſſit mederí cæco, aut excitare mortuum: nec iſta pręſtanti credideris, inquit, eò quòd deus tentans te, permiſit ut ille hoc poſſit, nō quòd ille non noſſet tuum animum, ſed ut tibi probationis occaſionem exhibere ret, an uere diligeres deum. Eſt autem amantis, etiamſi exanimes ad uitā reuocent qui nos conantur

Gal. 5

Deut. 13

lob

tur ab amato distrahere, nequaq; tamen ab amato deficere. Quòd si hæc dixit ludæis, multo magis ad maiorem sapientiam inuitauit eos, quibus resurrectiõis ostium aperuit, quibus præcepit ne in rebus præsentibus figerent amorẽ, sed spes omnes ad uitam futuram transferrẽt. Sed quid dicis? Affligit te, premitq; corporis morbus? Atqui nondum tanta passus es, quanta beatus ille Iob, imò ne minimam quidem partem malorũ illius. Siquidẽ postquam simul interissent greges & armenta cum cæteris omnibus, in prædã abductus est & puerorum totus chorus, eaq; omnia uno die peracta sunt, ut non modo natura calamitatum, uerum etiam perpetuitas deijcere posset athletã. Post hæc omnia uulnus accepit letale, uidit uermes toto undiq; corpore scatentes, nudusq; sedit in sterquilinio, publicum ijs qui aderãt calamitatis spectaculum, ille iustus, ille pius, ille ab omni malo opere abstinẽs athleta. Ne hic quidem erat malorum finis, sed dolores addebantur diurni pariter ac nocturni, nouaq; quædam & admirabilis illum fames oppugnabat: Auenã, inquit, uideo cibum meum, probra quotidiana, scommata, risus: Nam famuli, inquit, mei, & concubinarum mearum filij insurrexerunt aduersum me, & in somnis terrores, cogitationum perpetua quædam fluctuatio. Atqui uxor consilium dedit, ut ab his omnibus malis liberaretẽ, ita loquens: Dic aliquod Iob 2 uerbum aduersus dominum, ac morere. Dic, inquit, blasphemiam, & ab urgentibus malis libera re. Quid igitur? Num subuertit sanctum illum uirum mulieris consilium? Imò contrariũ fecit, magisq; sibi sumpsit alas, sic etiam ut increparet uxorem. Potius enim duxit, maioribus affici cruciarijq; doloribus, innumeraq; perpeti mala, quàm blasphemia ulla tantorum malorũ relaxationem consequi. Itidem & ille qui triginta octo annis detentus fuerat in infirmitate sua, singulis annis currebat ad piscinam, & singulo quoq; anno repellebatur, nec assequebatur sanitatem: sed quotannis cõspiciebat alios sanari, propterea quòd multos haberent à quibus curarentur, se uero quoniam nullos haberet qui ipsum exhiberẽt, in perpetua manere paralysi. Ne hic quidem confugit ad diuinos, non adijt incãtatores, aut prosilijt ad eos qui per applicaturas promittunt sanitatem, sed expectauit diuinam opem, eoq; tandem admirandam quandam & inauditam sanitatem adeptus est. Lazarus autem cum fame, cum morbo, cum solitudine per omnem uitam colluctatus est, nõ triginta & octo annos uersatus in his, sed per omne uitæ tempus. Sic igitur & expirauit in diuitis uestibulo iacens, contẽptus, irrisus, esuriens, canibus obiectus pabulũ. Sic autem illius corpus debilitatũ erat, ut nec canes irruentes ulceraq; illius lingentes posset abigere. Haud tamen quærebat incantationem, non petala circumligauit, non expertus est imposturas, non ueneficos ad se uocauit, nec aliud quicquam uetitarum artium tentauit, sed prius habuit illis immori malis, quàm ulla ex parte deserere pietatem. Quam igitur ueniam

A nos impetrabimus, qui cũ illi in tantis malis perdurarint, ob febriculam, aut leue uulnus procurrimus ad synagogas, ueneficos & impostores in ædes nostras accersimus? Non audisti, quid dicat scriptura: Fili si accedis seruituru dominо, præ- Eccl.2
para animam tuam ad tentationẽ: dirige cor tuũ, & perdura in morbo ac paupertate: in illo fidens esto. Sicut in igni probãt aurum, sic homo sit acceptus in camino deiectiõis. Si tu famulũ tuũ flagris ceciderís, & ille triginta aut qnquaginta plagis acceptis, illico prouocet ad libertatem, aut deserat tuum dominium, & ad alios quospiam sese conferat, qui te oderint, eosq; in te concitet: dic mihi, num is abs te ueniam impetraturus sit? An quisquam pro illo poterit esse patronus? Nequa
B quam. Quur ita tandem? Quoniã officium est heri, punire talem famulum. Non ob id tantum, uerum etiam ob hoc: quòd si fugiendum erat, non ad hostes & osores domini prioris oportebat fugere, sed ad amicos & cognatos. Proinde tu quoque si uideris te puniri à deo, ne profugias ad inimicos Iudæos, ne magis etiã illos in te prouoces, sed ad amicos illius martyres ac sanctos, q illi placuerunt, quiq; multam apud illum habent autoritatẽ. Sed quid loquor de famulis & heris? Filius nõ poterit hoc facere, nec abnegare cognationẽ quã habet cum patre. Nam & naturæ leges, & leges ab hominibus institutæ, sic præscribunt, etiamsi flagris cædat pater, si à mensa depellat, si ædibus exigat, si quocũq; modo puniat: iubent omnia fortiter perpeti, nec ullam illi ueniam concedunt, ni paruerit pertuleritq;. Etiamsi filius cæsus innumeras querimonias deplorans proferat, hæc uerba audit ab omnibus: Pater est qui cecidit ac dominus, habetq; potestatẽ in te quod uult faciẽdi, & oportet omnia placide ferre. Ergo famuli quidem ferunt dominos, filij parentes, frequenter & prẽter æquum punientes: tu uero non sustines deum te corripientem, qui plus habet in te iuris, utpote uerè dominus, qui plus te diligit quàm pater, quiq; nihil per iracundiam, sed omnia facit in tuam utilitatem: sed si leuis aliquis morbus acciderit, illico resiliens ab illius dominio, ad dæmones accurris, & ad synagogas cõfugis? Et quã tandem post hæc ueniam consequeris? Quo pacto ualebis illum denuo tibi propitium reddere? Quin potius nec alius quisquã pro te deprecari
D poterit, etiamsi tantum ualeat apud deum autoritate quãtum Moses. Non est, inquam, quisquam qui hoc facere poterit. Nõ audis quid deus loquatur ad Hieremiam de Iudæis: Ne depreceris pro Cap.7 & 15
populo isto, quoniã si surrexerit Moses & Samuel, non exaudiam illos. Adeo sunt peccata omnẽ remissionẽ superantia, quẽq; nullam recipiant excusationẽ. Itaq; ne tantã in nos prouocemus irã, etiamsi uideantur aliqui febrẽ incantamẽtis sedare, non enim uerè sedant: tamen aliam in conscitiam inducunt febrem, ratione singulis diebus stimulante, conscientiaq; flagellante ac dicente: Impie feci, iniquitatem perpetrasti, uiolasti fœdus cum Christo ictũ, ob paululũ bonæ ualetudinis,

pietatem deseruisti. Num tu solus hæc passus es? An non alij multo quàm tu acerbiora passi sunt? Attamen nullus illorum tale quid ausus: tu uero mollis ac dissolutus animam tuam oppigneraſti. Quomodo excusaberis Christo? quomodo illũ implorabis precibus? qua conscientia posthac ingredieris ecclesiã? quibus oculis uidebis sacerdotem? qua manu sacram attinges mensam? quibus auribus audies scripturas, quæ illic legũtur? Quum his stimulis quotidie ratio te punget urgebitq́, quum conscientia flagellabit, rursus ipse dices: Quæ hæc est sanitas, quum intus tam multas habeam cogitationes accusatrices? Quòd si perdurauerís paulisper, eosq́ qui uel incantationem aliquam canere uoluerint, uel applicationes aliquas applicare corpori, multa etiam cum contumelia tuis ex ædibus eieceris: protinus ab ipsa cõsciẽtia refrigerationem acceperis. Etiamsi milies exurat febris, anima tua quouis liquore, quauis irroratione meliorem utilioremq́ mitigationem adducet. Quemadmodum enim postquam receperis incantationẽ, sanusq́ factus fueris, miserius affectus es ijs qui febre laborãt, dum tecũ reputas peccati magnitudinẽ: sic nunc quoq́ etiã si febriciteris, innumeraq́ patiaris mala, repulsis impijs illis, quouis sano melius eris affectus animo, gestiente præ gaudio conscientia ac laudãte te probanteq́ ac dicẽte, euge euge, heus homo Christi seruus, fidelis uir, athleta pietatis, qui malueris molestijs immori q̃ deserere tuam pietatẽ, proximo secundum martyres loco stabis in illo die. Quemadmodum enim illi præoptarunt cędi flagris torqueriq́, ut ad honorẽ peruenirent: ita tu quoq́ hodie præoptasti flagellari torqueriq́ à febri uulneribusq́, ne abijceres pietatẽ, nõ incantamentis, non applicaturis ac spebus istiusmodi inescatus, neque sensu prementium dolorum dejectus. Nã etsi te non auferat hæc febris, alia prorsus auferet, etsi nunc non moriamur, tamen post hac moriemur. Mortale corpus sortiti sumus, nõ ut illius cupiditatibus obtemperantes impietatem amplectamur, sed ut illius affectionibus ad pietatem abutamur. Hæc enim corruptibilitas, & hoc ipsum mortale corpus si sobrij fuerimus, nobis est materia probationis, multamq́ nobis in illo die præstabit fiduciam, non autem in illo solum, uerumetiam in præsenti uita. Siquidem quum eieceris incantationes multa cum contumelia ex ædibus tuis, omnes hoc audito collaudabunt, mirabuntur, & inter se dicent: Ille laborans ægrotansq́ plurimis exhortãtibus, incitantibus, cõsulentibus, ut magicis quibusdã incãtamentis uteretur, non accessit: sed respondit, Satius est hoc pacto mori, q̃ deserere pietatẽ. Ad hęc cõsequentur multi plausus ab his qui audierint, cunctis stupẽtibus, deum glorificantibus. Hoc quot statuis erit tibi honorabilius? quot imaginib. magnificẽtius, quãto honore insignius? Omnes laudabũt, oẽs tuã felicitatẽ prædicabunt, oẽs te corona dignum iudicabunt. Præterea ipsi quoq́ meliores fient, ac uicissim tuũ exemplũ æmulabunt, imitabunt q̃q́ fortitudinẽ, & si quis alius tale quippiam fecerit, tu mercedem feres, qui exempli fueris autor. Neq́ tantum consequentur laudes rectè factorum, uerum etiam celerrima morbi leuatio, quum ipsa tua præclara uoluntate cõciliante tibi deum ad maiorẽ beneuolentiã, tum sanctis omnibus gratulantibus tuæ promptitudini, atq́ ex intimo corde pro te preces fundentibus. Quòd si hic talia sunt præmia fortitudinis huius, cogita quantas illic recipies coronas, quũ angelis omnibus præsentibus, omnibus archangelis, Christus aduenies prehensa manu tua in medium te illud theatrum produxerit, cunctisq́ audientibus dixerit: Hic homo quum aliquando febre correptus esset, multis ipsum exhortantibus ut à morbo liberaretur, propter nomẽ meum, ac reuerentiã quam habet erga me, ne quid offenderet meam bonitatẽ, omnes qui pollicebantur ipsi damnatarũ artium præsidio sanitatẽ, repulit, cumq́ ignominia reiecit, ac præoptauit emori potius morbo, q̃ deserere meam beneuolẽtiam. Etenim si eos qui ipsi potũ dederunt, qui uestierunt, qui cibum dederunt, in mediũ adducit: multo magis adducet eos qui propter ipsum optarũt obnoxij esse & affligi febri. Neq́ enim simile est dare panem ac uestem, & morbum diutinum perferre. Imò hoc illo multo maius est. Quanto enim laboris ac doloris plus toleratũ fuerit, tãto etiã corona erit magnificẽtior. Hęc & sani meditemur, & ęgrotãtes inter nos colloquamur, & si uiderimus nos ipsos aliqñ febri intolerabili correptos, illud apud nos ipsos dicamus: Quid aũt si nobis alicunde intentata lite ad tribunal rapiamur, moxq́ sublatis nudentur latera, an non necesse fuerit omnino perpeti, idq́ nullo lucro nullaque mercede? Hoc & nũc cogitemus, ꝓposita sit etiã tolerãtiæ merces satis magna, ut leniat collapsum animũ. Sed molesta est febris. Verũ oppone illi incendiũ gehennæ, quod effugies omnino, si uolueris istã febrim cum omni tolerantia perferre. Reputa tecum q̃ multi passi sunt apostoli, considera iustos perpetuo in afflictiõibus fuisse, recordare beati Timothei, qui nunq́ ab aduersa ualetudine respirauit, sed ab adolescentia iugi morbo erat obnoxius, idq́ Paulus declarans dixit, Modico uino utere propter stomachũ tuũ ac frequentes infirmitates tuas. Quòd si ille iustus, ille sanctus, ille qui orbis pręfecturã susceperit, qui mortuos excitauit, q̃ dæmones abegit, qui morbos innumerabiles in alijs correxit, tam acerba passus est: quam excusationẽ habebit qui tumultuatur ac deficit in morbis tẽporarijs? Non audisti scripturam dicẽtem: Quem diligit dominus castigat, flagellat aũt omnem filium quem recipit? Quàm multi frequẽter optarunt martyrij coronam accipere? Hęc est parata martyrij corona. Non enim is modo martyrium peragit, qui iussus sacrificare, potius ducit emori, uerũ etiam seruantẽ quod iustũ est, ac sponte ꝓpter deum mortẽ accersere, manifestum est martyriũ. At ut intelligas hoc esse uerũ, recordare quõ Ioannes Baptista mortuus sit, & qua de causa

1.Cor.

Heb.

Ioan.

1.Tim.5

Heb.12

causa & quamobrem, quomodo Abel. Neuter enim horum uel altare uidit incensum, uel statuã positam, uel iussus fuit immolare dæmonibus: sed ille quidem quia tantummodo reprehendit Herodem, decollatus est: hic uero quoniã deum meliori sacrificio honorauit q̃ frater, occisus est. Nũ igitur priuati sunt martyrij corona? At quis hoc audeat dicere? quando quidẽ ipsum etiam mortis genus sufficit ad omnibus persuadendum, quòd inter primos martyres celebrantur. Quòd si etiam diuinam sententiam super his prolatã quẽris, audi quid dicit Paulus. Nam quæ ille loquitur, sine dubio spiritus sunt. Puto enim, inquit, quòd
1.Cor.7 spiritũ dei habeam. Quid igitur hic dicit? Exorsus ab Abel quũ dixisset, q̃ maiorem hostiam Abel præ Cain obtulisset deo, & propter hanc mor
Heb.11 tuus adhuc loqueretur: deinde digressus ad prophetas ac decursa serie usq; ad Ioannem, dixisset, occisiõe gladij mortui sunt, alij uero distẽti sunt, multis & diuersis mortis generibus cõmoratis, subiecit hoc modo: Itaq; nos quoque tantam habẽtes circundantẽ nos nubem martyrum, abiecta omni segnicie, & tenaciter inhærente peccato, per tolerantiam curramus. Vides quòd etiam Abel appellauit martyrem, & Noe & Abraham & Isaac & Iacob. nam & isti propter deum mortui sunt. Quemadmodũ inquit Paulus, quotidie morior: atqui non mortuus est, sed proposito tantum perpessus est mortẽ: Sic & tu si repuleris incantamenta, ueneficia, ac magicas artes, etiamsi morbo moriaris, martyr perfectus fueris, eò q̃ a- C
lijs pollicentibus morbi leuationẽ cum impietate, præoptaris mortem cum pietate. Et hæc nobis dicta sunto, aduersus eos qui iactant dicunt q̃ dæmones mederi. Cæterum ut intelligas, ne hoc qui
Ioan.8 dem esse uerum, audi quid Christus dicat de diabolo: Ille homicida erat ab initio. Deus dicit, homicida est, & tu ad illum tanq̃ ad medicum curris? Dic mihi quum accusaberis, quam rationem adferre poteris, qui credas horum imposturis esse fidendum potius q̃ Christi sententiæ? Quum igitur deus dicat, homicida est: isti uero dicãt, potest leuare morbos, nimirum repugnantes sentẽtiæ diuinæ: tu recipiens maleficia illa, & incantamenta, nihil aliud q̃ ipsis factis tuis iudicas, istorum uerbis potius habẽdã fidẽ q̃ Christi. Quòd D
si diabolus homicida est, manifestũ est q̃ illi serui entes dæmones sunt. Et hoc quoq; te ipsis factis docuit Christus, qui permisit illos irruere in illum gregem porcorum, ut intelligeres q̃ eadẽ facturi fuerint hominib. statimq; præfocassent, si deus illis permisisset aduersus eos propria potentia ac uolũtate uti. Nunc uero ipse illos coercuit, phibuitq;, nec quicq̃ eis permisit facere aduersus homines: quod quidẽ ipsi potestate accepta in porcos declararunt. Etenim si porcis non pepercerunt, multo minus à nobis abstinuisset, si aduersus nos potestatem habuissent. Ne igitur dilecte fraudibus illorum abducaris, sed esto confirmatus in timore dei, ne similis illorũ fias. Nam similes illorũ sunt qui faciunt eadem, & omnes qui confidunt
1.Tim.5
Heb.12

in illis. Et quõ ingredieris synagogã? Si signaris frontem tuam, illico fugiet praua potestas synagogam inhabitãs: sin uero nõ signaueris, in ipsis foribus protinus arma abiecisti, mox nudũ & inermem abreptum diabolus malis innumeris affi ciet. Sed quid attinet de illis loqui? Nã quod ipse quoq; maximũ peccatũ esse iudicas, ad sceleratũ illum locum accurrere, manifestum est ex ipso adeundi modo. Etenim quoties illuc accedis, studes & famulos & amicos & uicinos fallere, iubẽs que ne te deferant ad sacerdotes: ac si quis detulerit, indignaris. An non igitur magnæ dementiæ sit, homines uelle fallere, quũ deus qui uidet, ubiq; sit præsens, perfrictaq; facie tãtum facinus audere? Sed non times deum? Ergo saltem ipsos
B reuerere ludeos. Quibus enim oculis ipsos intueberis? quo ore alloqueris, profitens te esse Christianum, tamen ad illorum artes currẽs, & ab illis opem imploranss? Non perpendis quantũ risum in te effundẽt, quot scõmata, quantã subsannationem, quanta dedecora, quantã irrisionem, quanta probra? Etsi nõ palàm, certe in sua ipsorum cõ scientia. Proinde dic mihi, hæccine sunt tolerabilia? hæccine ferenda? Etiãsi mille mortes sint oppetendæ, & non ferenda mala tolerare sit necesse: multo satius erat omnes illas perpeti molestias, quàm istis scelestis risui & ludibrio fieri, præterea cum mala conscientia uiuere. Hæc non dico ut audiatis tantum, uerum etiam ut his morbis laborantes sanetis. Quemadmodum enim illos
C incusamus, quòd ad sceleratũ illud theatrum, & impiam illam aberrent synagogam: sic & uos, quòd infirmos corrigere non uultis. Non igitur hoc est quod quæritur dilecte, ut huc ingressus tantum audias quæ dicuntur. Nam id quidem etiam ad condemnationẽ facit, quũ auditis sermonibus non adiungit operum demonstratio. Etenim propterea Christianus es, ideo hoc nomẽ accepisti, ut Christũ imiteris, eiusq; legibus operũ exhibitione pareas. Quid aũt ille fecit? Nõ Hierosolymis desidẽs uocauit ad se ægrotos, sed obambulabat ciuitates ac uicos, geminos curãs morbos, tum animi, tum corporis: attamẽ poterat eodem in loco sedens oẽs ad se attrahere, nõ tamen hoc fecit, nobis præbens exemplũ, ut obambulemus & quæramus eos qui pereũt. Rursus hoc eti
D am parabola de pastore significauit: non emẽ desidebat cũ nonaginta ouibus, expectans donec quæ aberrauerat ueniret ad ipsum, sed abijt ipse & inuenit, inuentãq; gestauit humeris ac reduxit. An non uides medicos quoq; hoc ipsum facere? Non cogunt ægrotos lecto decũbẽtes ad ipsorũ Simile
ædes deferri, sed ipsi accurrunt ad eos. Hoc & tu facito dilecte, sciens hãc præsentẽ uitam esse breuem: quod q̃ nisi hæc lucra parauerimus, nullam illic sumus habituri salutẽ. Sæpe una anima quã lucrati fuerimꝰ, potest innumerabiliũ peccatorũ pondus abolere, animæq; redimendæ fieri pretiũ in illo die. Cogita quamobrem propheta, quãobrem apostolus, quamobrẽ iusti, quamobrem frequenter angeli missi sint, quapropter ipse primo

genitus filius ac uerbum dei aduenit. An non ut homines seruaret? an non ut eos errantes reduceret? Hoc idem fac agas tu quoq; pro uiribus tuis, omneq; studium ac solicitudinẽ impendas ad reducendũ eos qui aberrarũt. Ad hæc uos singulis concionibus adhortari nõ cesso: siue mentẽ adhibeatis siue non adhibeatis, ego dicere nõ desinã. Nam hanc legem nobis deus præscripsit, ut siue audieritis, siue nõ audieritis, hoc ministeriũ impleam. Et si quidẽ audieritis ea quæ dicunt, multa cum uoluptate hoc ipsum faciemus. Sin autem neglexeritis ac per insignem socordiã cõtempseritis, nobis quidem ex uestra inobedientia nullũ futurum est periculũ: (quandoquidem quicquid erat nostrum, præstitimus) attamen quanquam non periclitamur nos qui præstiterimus omnia quæ in nobis sunt, dolemus tamẽ quòd uos accusabimini in die illo. Non enim absq; periculo uobis erit audisse, si non accesserint opera. Audi igitur quõ Christus accusans doctores sermonem occultãtes, etiam his qui docent, loquatur. Quũ
Matt.25 enim dixisset: Oportuit deponere pecuniam meam apud mẽsarios: & adiecisset: Ego ueniens cũ usura utiq; repetissem illam: ostendit, quòd postquàm audierit (nam hæc est pecuniæ depositio) qui accepit doctrinam, usuram facere oporteat, tãq; domino repetituro. Vsura aũt doctrinę nihil aliud est, q; operum exhibitio. Ergo quoniã nos quoq; deponimus pecuniam in aures uestras: ne cesse est, ut uos reddatis usuram domino, hoc est, salutem fratrũ uestrorum. Itaq; si hæc ipsa quæ dicuntur tantum detinuerítis, nihil ex his lucri faci
C entes: metuo ne eandẽ detis pœnam, quam dedit ille q defoderat talentũ. Nam ille propterea manibus ac pedibus uinctus in tenebras eiectus est externas, quoniã nõ deprompsit in alios quæ audierat. Ne igitur nos quoq; eadẽ patiamur, eum qui quinq; talentis acceptis duo lucratus est imitemur, etiãsi sermonẽ, etiãsi pecuniã, etiamsi corporis laborẽ, etiamsi preces aut aliud quippiam, quicquid illud fuerit, proximo seruando insumere oportuerit, ne grauemur: ut undecunq; talentum nobis à deo traditum pro sua quisque portione multiplicantes, possimus illam beatam audi-
Ibid.22 re uocem: Euge serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in
D gaudium domini tui: quam nobis omnibus audire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, quicum & per quem patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

THEODORI GAZAE THESSALONI censis ad Alphonsum regem præfatio in orationes de incomprehensibili dei natura, diui Ioannis Chrysostomi, quas è Græco in Latinũ uertit.

VNDEM regem, & pontificem olim fuisse accepimus, diue Alphonse rex
E inclyte, tanquam regis officio is fungi non posset, qui minus iura & rationes rerum sacrarum teneret, quas nosse pontificis certe interest. Romani itaq; tui, gens armis præstantior cæteris omnibus, ingenio autem, doctrina, & deorum cultu facile cum Græcis etiam conferenda, homines præditos sacerdotio potius Reipublicæ præesse censuere: & uehementius de summo pontifice, quàm de Consulatu solebant contendere: quippe qui ita sese dignius rem publicam regere credi posse arbitrarentur, si profiteri cognitionem partis quoq; diuinæ uiderentur. Græcis item hominibus hæc eadem opinio semper & probata, & summo in studio habita est. Vnde apud Athenienses inter nouos illos, & primarios magistratus regia dignitate præditus is enumerabatur, qui dearum Cereris & Proserpinæ mysteriis, & Mineruæ ludis præesset, & sacra urbis pręcipua faceret: ad quem causa uel impietatis, uel sacerdotij, uel cuiusuis de religione cõtrouersię deferretur: qui iura matrimoniorum discerneret, & unus ex principum numero, cum sancto Areopagitano senatu de homicidijs iudicaret. Ad hæc Iudæorum genti, cuius nobilitatem Iosephus cognomine Flauius insignis autor, duobus libris, quos contra Appionẽ Grãmaticum scripserat, late ac perpulchre aperuit, id fuisse in more certum est, quandiu reges tales siue diuinitus, siue optimo iudicio hominum crearentur, ut reipublicę bona & seruarentur & augerentur. Ægyptios præterea, quos bonarum artium, & religionis studium singulare nobilitarit, atque etiam Persas, Medos, Indos, gentes nominis magni, suos reges uel ex sacerdotum ordine facere, uel maxime familiaritate sacerdotibus deuinctos habere solitos legimus. Ita omnes quasi duce natura regerentur, regem, quem peritum esse rerum humanarum oportere censerent, eundem haudquaquã diuinarum esse ignarum patiebantur: & ut gens quęq; magis ad rempublicam probam & laudabilẽ accederet, ita diligentius id seruauit semper, & coluit. Verum hac nostra ętate, sic institutũ uidelicet à primis Christianę religionis tẽporibus usq; habetur, ut non idem & reges sint, & pontifices: credo ob eam potissimum causam, quoniam regi facilius posse existimabant, si duo quidam, quorum alter rebus humanis, alter diuinis pręesset, crearentur. Quam ob rem & si uterque, tam rex quàm pontifex, sine altero exequi officij quidem sui ratione autoritateq; posset uices rei tum diuinę, tum humanę, tamen digestum in duas personas est. Vnde fit, ut rex sępius res sacras sibi uendicare iure suo existimet, & pontifex non alienam adire prouinciam arbitretur, si quando rem attinentem ad regem sibi attribuat: quod cęterorum quoque officiorum collegis usuuenire conspicuum est. Cedere tamen & rex pontifici debet, & regi pontifex: & alterum seruari ab altero, quantùm constitutum delegatumq; à maioribus est, oportere existimamus. Quòd etsi rex minus diuinam rem facit, minusq; iudex constitutus est rerum sacrarum, quas ecclesia suo uocabulo spirituales appellat: tamen rationes nosse earum rerum, & quemadmodum agi singula Christianę religionis debeant, minime igno-

ignorare,pulchrum proculdubio est,&maiestati regiæ consentaneum.Quocirca tu ut semper hoc ita esse iudicasti, ita semper dedisti operam, ne quid desit,quò te regem minus perfectum absolutumq; ageres:atq; ita effectum est, ut te cæteris nostræ ætatis regibus elegantiorem, & planè cũ illis, quorum memoriam & laudem seruant secula,comparandum omnes & censeamus & prædicemus:ac nisi mentiri quis uelit, & uerba contrà quàm sentit facere (quod non hominis grauis & ueri,sed assentatoris est)te quisq; adeo religione, & rerum diuinarum scientia cæteris principibus antecellere affirmauerit:ut non cui te comparet, quærat,sed cuius unius exemplo cæteros omnes ad eam ipsam præclaram uirtutem hortetur & moneat.Quis enim ex tot terrarum orbis principibus te pietate insignior? quis diuini cultus obseruantior? quis ordinem sacerdotum sibi deuinxit familiarius,uel plura suæ pietatis reliquit monumẽta? Quis autẽ acutius de rebus diuinis, aut subtilius potest disserere? Cęteri prorsus uel eo tenentur errore, ut putent parum attinere ad principem rerum diuinarum cognitionem: uel cum eam probarent studerentq; adipisci, uoluntate quidem proxime accesserunt ad laudem, sed doctrina atq; ingenio tanto te existunt inferiores,ut non minus theologiæ princeps, quàm facultatis & copiæ rerum ciuilium iure inter principes habearis & nomineris. Sed cur præ cæteris principibus te consideres,quando ne hominibus priuatis,qui in hoc stadio uersantur, amplius quicquã supereſſe quàm tibi percipimus? Quoties Narcissus Verdunẽsis,& uir & theologus singularis, argumentis,quibus uel respondisses,uel obiecisses,recitatis in frequẽti omniũ doctorũ cõuentu, ratione demõstrauit euidentissima ita esse,ut qui tecũ ita disputãt,nõ regię maiestati,sed exquisitę tuæ doctrinæ uiribus cedant, & uictorẽ te inuiti interdum confiteant? Quoties eiusdem scientiæ ꝓfessores alios,ultro, sed animo inuito,ut uerbo Homeri utar,expertos in se fuisse fateri,q̃dmodo Narcissũ doctorẽ sæpenumero explicasse retuli, uidimus? Ita fit ut maiorem in modum tuum admiremur ingenium, quo præter cæteras uirtutes ingenuas,quas tam multas cõplexus mirifice es, theologiã tam pulchre cõsequi potuisti: quæ res etsi honestissima & grauissima est,tamen ob percipiẽdi difficultatem uix à paucissimis quæritur. Ita merito unus tu uehementissime laudaris ab homine probato & laudato, Bessarione Põtico, Romanæ ecclesiæ Cardinali,quem desideriũ tui uisendi Neapolim ad te duxit,ac mẽsem iã quartum tenet apud te summa cum delectatione,laude & admiratione tuarum uirtutum & operum. Laudat hic sapiens uir, & religionibus uenerandus te regem & sapientem,& religionis tum cultorem,tum defensorem egregiũ: bona animi tui cõmendat homo,cui certe omniũ consensu cõtigit,ut literarum Græcarũ sit facile princeps, Latinarum autem tantum teneat, quantum nemo ad huc Græcorũ consequi potuit: effert summis laudibus prudẽtiam,ingenium, doctrinam, mores, denicq; præstantiam tui animi. Vir qui præ sui animi magnitudine admodũ paucos solet laudare, te tamen ita is admiratur,exosculatur, & complectitur animo,ut uix posset abs te discedere.Ostẽdit hic porrò quanti tuam doctrinã faceret, cum libros, quos Aristoteles nobilis philosophus de rebus diuinis inscriptos Metaphysica ędidit, hos diligentissime tibi in Latinum cõuertisset sermonem,ac tuo dicasset nomini:ut quos ille Alexandro regi sapiẽti perquam gratos cõposuit, ijdem ad te interpretati mitterẽtur regem theologũ, ac longe rebus diuinis edoctiorem, quàm de rege Alexandro coniectari ex ijs quæ accipimus, licet. Te igitur religionis obseruantissimũ, & Christianæ doctrinæ studiosissimum regem, si operibus non modo, quæ ad rem attinent militarem, uerumetiã quæ summæ religionis sunt, adire censemus,non inepte id agimus,nec ea offerre uidemur,quæ minus te delectent & moueant. Quam ob rem post Mauritij illos de re militari libros, quos anno superiori obtuli tibi,ut iudici peritissimo eorum,quę imperator ille & gessit &scripsit: has De incomprehensibili dei natura orationes quinq;, Ioannis Antiochensis,cognomine Chrysostomi,doctoris ecclesiæ singularis,conuerti:& legendas propterea tibi obtuli,ut uel ex hac mea interpretatione,& ingeniũ,& dicẽdi copiam eius doctoris perciperes,& te sacro sermone,ut soles, oblectares.Fuit is certe facundior cæteris Christianæ religiõis doctoribus,& copiosior. Et quã quam more ecclesiæ, uel in grauitate sermonis, uel in exquisito Atticæ linguæ usu negligẽtior, aut Gregorio,aut Basilio eiusdem professoribus, & prædicatoribus Christianæ religionis:tamẽ in exponendis sacris codicibus, tũ magna utilitate populi ad dilatandũ argumẽtũ, ad amplificandã sentẽtiã,ad exemplorũ copiam,ad facilẽ & omni no accõmodatã,tum ad populi aures, tum ad religionis præcepta elocutionẽ,ad memoriã omnium,quæ officiũ doctoris Christiani requirit, hic meo iudicio anteponendus est cæteris: nec esse arbitror quempiam,qui, si modo quæ is Græce disseruit,assequatur, aliter sentiat. Vnde hic iure optimo cognomen id Chrysostomi meruit, ab oris aureo flumine:quod idem datum est Prusiensi Dioni:sed eo dignius Ioanni nostro, quo longe hic plura,& ad hominum uitam moresq; utiliora,quàm Prusiensis ille scripsit, prædicauit, & docuit. Constat hunc ijsdem claruisse temporibus,quibus Arcadius Theodosij imperatoris gẽtilis,cuius filius tum armis,tum pietate, ingenio, & literarum bonarum studio sese exhibuit singularem, tantaq; apud eum ipsum Imperatorem auctoritate & gratia ualuisse,ut & suos ciues Antiochenses, homines parum quietos, & plus sibi libertatis sumentes,q; Romanorũ pateretur Imperium, ab ira capitali Imperatoris sæpe liberarit, uniuersamq; ipse unus seruauerit ciuitatẽ, ne pœnas grauissimas lueret:& ecclesiæ Cõstãtinopolitanę patriarcha præfuerit,quæ dignitas proxima

in sacro ordine à summo põtifice habetur. Vixit tanta probitate morum,& sanctimonia illustris, ut nomen sancti acceperit ea uice,qua aut heroa, aut certe diuum,homines superioris religiõis nominarent eum, qui uirtute quadam excelluisset heroica, mirumq; in modũ generi mortaliũ pro A fuisset.Huius itaq; orationes, quas homilias ipse à conuersatione, & suæ doctrinæ cõmunicatiõe inscripsit,ut hominis sancti & docti & elegantis, & diui Arcadij Imperatoris familiaris,leges cum otiosior fueris:eris aũt eò citius,quò plus apud te religionis charitas,cũ ciuile negocium ualet.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA,

contra Anomœos,absente Episcopo,Homilia prima, Theodoro Gaza Thessalonicensi interprete.

VID hoc sit fratres charissimi, pastor abest, & tamẽ oues suum cum diligentia seruant ordinem, uideo. Profecto boni illius pastoris id quoque officium est, ut non modo illo præsente,uerum etiam absente ouile studium omne adhibeat, ne quid temere agatur. Brutorum gregem si quis educet,nec adsit,manere intra septa necesse est:uel si sine pastore prodierit, passim oberrat & uagatur. At inter uos nihil eiusmodi uideo euenire: sed etiam cum pastor abest, uos consueta pascua petitis cum ordine & decore. Verum ut melius loquar, pastor & ipse adest mẽte & animo,quanquam corpore abest: nemo id abesse dixerit,cum ordinem nostrũ, & modestiam contempletur, tametsi minus corpoream eius faciem cernit. Quam ob rem ego magis magisq; illum laudo & miror, quòd tantum nobis imponere studij,uirtutis,ueraq; religionis potuerit.Nam & copiarum Imperatorem ita præcipue commendamus,si eo non solum præsente, sed etiam absente milites suum ordinẽ seruant & tuentur.Quod idem Paulus à suis petebat discipulis, cum diceret:Itaq; charissimi sic semper obtempe- Philip.2
rastis,non in præsentia mea solum, sed multo magis in mea absentia.Cur multo amplius in absentia,quàm cum pastor adest? Si lupus gregem inuadit,repelli facile potest,& fugari:at cum abest, grauius periculum imminet, cum nemo sit qui defendat,& seruet.Adde quòd pastor cum adest, mercedem studij ac industriæ cum eo ipso ouili, quod custodit regitq;,partitur:cum autem abest, totum suum officium, munusq; uirtutis ab ipso ouili proficisci intelligendum est. ob hæc eadem uel absens ille humanissimus magister & pater, ubicunq; gentium sit,uos uestrumq; conuentum & ordinem cogitat, & complectitur animo: neque tam quos sibi habet præsentes,quàm uos absentes cernit,atq; intuetur. Noui illius summum amorem, noui charitatis feruorem insuperabilem, quem penitus radice innixum uiuacissima, animo continet, & singulari studio colit. Quippe qui certe sciat charitatem ipsam caput esse bonorum omnium,& radicem,fontem & parẽtem, B atque ea una absente, cætera uobis nullum fructum afferre,nullam præstare posse utilitatẽ.Hęc enim discipulorũ domini indicium est, magnus seruorum dei character.In hoc,inquit, omnes cognoscent,quòd mei discipuli estis. In quo? num Ioan.13
in eo,ut mortuos suscitent, ut leprosos purgent, aut dæmonia expellant? Minime,inquit.Sed illa missa faciens omnia,in hoc uno,dicit, omnes cognoscent,quòd mei discipuli estis, si charitatem adinuicem habueritis. Nam illa unius supernæ gratiæ munera sunt,hoc humani studij est officium: animũ aũt probũ & generosum, non tam ea quæ deus præbuerit, munera, quàm suorum laborum officia commendant. Quapropter Chri- 1.Cor.
sto nõ à signis, sed à charitate suos cognosci discipulos asserit. Hæc enim si adest, nulla pars deest C philosophiæ:sed integerrima perfectissimaq; uirtutis ratio habet:quẽadmodũ certe laborũ expertem esse necesse est omniũ,cui hæc deest.Quocirca & Paulus eam cõmendat, & uerbis magnopere extollit,quãuis eius dignitatẽ nemo satis attingere queat.Quid em̃ ea esse possit cõdignũ, quæ prophetas,legem q; uniuersam continet,sine qua non fides,nõ scientia,non sacramenti ratio, non ipsum martyriũ,nõ quicquid dixeris, aliud seruare hominẽ ualeat? Nam si tradidero, inquit,cor- 1.Cor.13
pus meũ,ita ut ardeã,charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi prodest.Idem item cum summũ bonũ, & caput bonorũ omniũ charitatẽ esse ostendere uellet,sic retulit:Siue ꝓphetiæ euacuabunt̃, siue D linguæ cessabunt,siue scięti̇a destruet̃: manet aũt fides,spes,& charitas. Sed quæstio ex ijs, quæ de charitate ꝓposui,oritur nõ meo iudicio negligẽda:prophetiã em̃ euacuari, & linguas cessare nil mirum est,quãdo hæc mira ubi suũ usum ad tempus nobis præstitere,deinde cessant,& nihil detrimenti nostræ inferre possunt rationi.Iam prophetia nulla est,nullum linguarum munus: & tamen ratio pietatis nihilo impedita est.At si scientia cessat,ambigendum, quærendum' que est, an quicquid hominis restet.Cum enim dixisset,siue prophetiæ euacuabunt̃,siue linguæ cessabũt: adiunxit,siue scientia destruet̃.Quòd si scięti̇a aliquando cessauerit,res nostra non ad melius, ut speramus,sed in deterius deducet̃. Nam sine scięti̇a id quoq;

quoq; ut homines simus, amittemus. Deum em̄ metue, inquit, & mandata eius custodi, quoniam hoc quisq; homo est. Quòd si homo nō aliud scit, quàm deum timere: timor aūt ipse dei nō nisi ex scientia prodeat: scientia item destruetur, ut Paulus autor est, aliquādo nostra omnia amittemus, & scientia priuati omnino peribimus, & nulla ex parte melius, imò multo ex rebus uilius q̄ anima lia bruta euademus. Hac enim re una pręstamus, cum in cæteris omnibus corporeis longe admodum à natura brutorum superemur. Quid igitur sit, quod Paulus dicat, & qua de re ita asserat, ut scientia destruatur? Non de perfecta & uniuersali scientia disputat, sed de particulari & imperfecta, profectumq; nostrum in meliora destructionem uoluit nominare, uidelicet nostra particulari scientia ita destructa, ut non præterea particularem perfectam, & uniuersalem habeamus. Vt enim puerilis destrui solet, non deleta substantia & natura pueri, sed tempore aucto, & ipsius ætatis processu, euentuq; in uirum perfectum: sic in ea scientia posse fieri intelligere debemus. Parua hęc scientia, inquit, non propterea erit parua, sed amplitudinem in posterum capiet, magnaq; efficietur, hoc sub illo uocabulo Destruetur, intelligit: quod clarius ipse suis frequentibus uerbis explicauit. Vt enim cum audires scientiam destrui, non posses inferre destructionem cuiusq; scientiæ, sed incrementum potius, & sciendi profectū
1.Cor.13 in meliora, addit: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectum est, tunc euacuabitur quod ex parte est. Vt non præterea sit hoc ex parte, sed perfectum, ergo imperfectio eius destruitur, ne præterea sit imperfectum, sed perfectum esse incipiat: destructio igitur ista accumulatio est, & ad maiora accessio. Ac uelim, ut aduertas diligētiam Pauli: non enim partem cognoscimus, dicit: sed ex parte cognoscimus: hoc est, partis partem tenemus. Sed quātum restet, & utrum maiorem an minorem partem teneamus. Ergo ut te partem minorem tenere intelligas, nec quamlibet minorem, sed centesimam aut millesimam, accipe quæ sequuntur: uel potius antequam uerba Apostoli recitem, exemplum referam, quo exprimet̄ quoad fieri potest exemplo, quantum restet, quantumq; sit, quod impræsentiarum tenemus. Quæris quantum differentiæ sit inter præsentem scientiam & futuram. Quantum inter uirum perfectū sit, & lactentē puerum, tanto futura scientia præsente amplior est & præstantior. Quod ita esse, à Paulo item accipe, qui cum dixisset: Ex parte cognoscimus: uelletq; explicare quanta ex parte, & quàm exiguum esset id quod tenemus, addit: Cū essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus: cum aūt factus sum uir, euacuaui quę erant paruuli. Cum habitu paruuli, præsentem scientiam comparat, cū habitu uiri perfecti, futuram scientiam confert. Nec dicit, cum essem puer, quoniā & qui decennis est, puer dicitur: sed, cum essem paruulus, hoc est, infans & lactens, & parentis desiderās ubera. Hunc enim à scriptura uocari paruulum, accipe à psalmo, qui ita dicit: Domine dominus noster, quàm admirabile est nomē tuum in uniuersa terra: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore paruulorum & lactentium perfeciſti laudem. Vides iam paruulum accipi pro lactente ubiq;? Tum spiritu præsagiens sancto, hominum posteriorū impudentiā & temeritatē explicat, nec uno exemplo contentus, sed etiā secūdo & tertio idem affirmat. Quemadmodū enim Exod.4 Moses cum ad Iudæos mitteret̄, trium signorum demōstrationē accipiebat: ut si primo illi diffiderent, secūdo obtēperarent: aut si parum etiā arderent, secundo persuasi, & tertio eximiū prophetā illum reciperent: Sic & Paulus tria proponit exempla, primum ex paruulo, secundū ex speculo, tertiū ex ænigmate. Nā posteaq; dixit: Cū essem paruulus: intulit: Videmus autem nunc per speculum. Secundū uero præsentis infirmitatis exemplum est, & imperfectæ scientiæ nostræ indicium. Tertio per ęnigmatis obscuritatē idem declarat. Etenim puer tametsi cōplura uidet, audit, loquitur, tamē nihil expresse, nihil dilucide aut uidet, aut audit, aut loquit̄, & sapit quidē, sed nihil integre. Itaq; more pueri ego quoq; & scio complura, tamen modū eorū ignoro. Deum nāq; esse ubiq;, totūq; esse quaq; in parte orbis terrarū noui, sed quemadmodū sit, nescio. Item non incœptum, nō genitum, sempiternum esse deum non ignoro: sed quo pacto ita sit, intelligere nequeo. Haud enim humana ratio potest capere, quēadmodum fieri potest, ut aliqua substantia sit, quæ neq; à semetipsa, nec aliūde suā originē habeat. Filium esse à patre deo immortali genitum noui, sed quemadmodū, ignoro. Spiritū ex eo procedere scio: sed quemadmodū, nescio. Vbi igitur illi sunt, qui se totam scientiam recepisse affirmant, qui se in fauces summæ ignorātiæ præcipitarūt? Nam qui hoc in seculo totum sciendi modum se recepisse autumant, in postero priuatos sese omni scientia constituunt, & miserrimos ac perditos esse patiuntur. Quippe cum ego qui me ex parte cognoscere asseuerē, & hanc meā scientiā destrui aliquando debere fatear, in melius ac perfectius proficiscar, destructa particulari scientia, & accedente perfectiore & pleniore: ille uero qui se intergerrimam, perfectissimamq; tenere scientiā arbitretur, & tamen destrui eam aliquādo debere cogatur asserere, omni scientia priuatū, destitutūq; in postero fore nequaquā possit inficiari. quam enim nunc tenet, destruit̄, & nulla requiritur perfectior, cū ea sit perfectissima, ut ipse censet, quā hoc tēpore obtinet. Videtisne quēadmodū cum omnem hoc in seculo sese habere scientiā contēdant, neq; in hoc habeant, quod intelligant, & in postero omni despoliati sciētia pessum eant? Tā malum, tam nephariū est, non intra iustos se continere limites, quos principio deus immortalis nobis descripsit & statuit. Sic Adam honorem, quo erat præditus, spe amplioris amisit. Sic homi-

nes cupidi & quæstui dediti, sæpenumero cum plura maioraq; psequerent, non modo nihil plus acquirere potuerunt, sed etiã quæ habebant, amiserunt. Sic etiã isti summæ scientiæ autores, cum se totũ tenere arbitrent, parte etiã quam possunt habere, destituti labunt & corruunt. Quas ob res uos fratres charissimi hortor & rogo caueatis, & insaniam illorum hominũ fugiatis. Contendere em scire quid substantiæ deus sit, postremæ esse insaniæ iudico. Quod ut melius intelligatur, prophetarum sententias afferam: quos non solum quid substantiæ deus sit ignorare uidemus, sed etiam de sapiẽtia eius quanta sit, plane ambigere: quanq; non à sapientia substantia est, sed ex substantia sapientia. Verum cum eam ne prophetæ quidem plene percipere ualeant: quantum ij insaniunt, qui substantiã ipsam suis obijcere rationibus posse arbitrantur? Audiamus quid de ea Da
Psal.138 uid dicat propheta præclarus: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Vel potius altius repetamus: Confitebor tibi, quoniã terribiliter magnificatus es. Quid, cum terribiliter dicat, significat? multa sunt quæ licet miramur, nõ tamẽ cũ timore: Verbi gratia: Magnifica ædificia columnarum, ornamẽta parietum, picturas corporum, flores & elegantiam miramur. Item maris uastitatem, immensosq; gurgites, sed non sine metu, cum eius inspicimus altitudinem. Sic & propheta cum uastum id immensumq; diuinæ sapientiæ mare inspiciat, uertigine quasi tẽtatus stupescit, ac summo cum timore demirans recedit, atque exclamat: Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua. Ac rursus: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Corroborata est, & non potero ad eam. Vide modestiã famuli, nota animi gratitudinem. Gratias, inquit, propterea tibi ago, quòd te dominum habeo incomprehensibilem. Non de substãtia agit hoc loco, illam enim utpote inter omnes cõstantem esse incomprehensibilem omittit. Sed cum deum esse ubiq; cogitaret, hæc retulit, explicauitq; ne id quidem se intelligere, quemadmodum fieri possit, ut deus ubiq; adsit. Hac de re eum illa dixisse, accipe ab his quę adiungit: Si ascendã in cœlum, tu illic es: si descẽdero in infernũ, ades. Vidésne q; propheta, quẽadmodum deus ubiq; adsit, intelligere nequeat, sed ambigat, hæreat, uacillet una eius ipsius rei cogitatione? Quõ igitur fieri potest, ut non ad postremum insaniæ sint profecti, qui tantũ ab illius gratia absunt, quantum quid ipsa dei substantia sit, curiose quærunt & perscrutantur? Atqui hic est
Psal.50 ille propheta, qui Incerta, inquit, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi: ueruntamen qui occulta & incerta diuinæ sapientiæ percepit, de hac eadem sapientia refert, Immensa est, incõprehensibilis est. Quippe qui Magnus dominus dicat, et magna uirtus eius, & scientiæ eius non est numerus: id est, nulla est cõprehẽsio. Heus tu, quid ais? Sapientia dei non comprehendi à nobis potest? Nónne istud perspicua sit insania? Magnitudo eius nullo describit fine, & tu substantiã describere audes, satisq; cõplecti animo posse opinaris? Hæc eadẽ cum Esaias pro suo nobilissimæ philosophiæ studio contẽplaretur: Generationẽ, dicebat, eius quis enarrabit? non, quis enarrat: sed qs enarrabit: ut omnem posteri temporis rationem secluderet. Cũ itaq; Dauid dicat: Mirabilis facta est scientia tua ex me, Esaias non ex se tantũmodo inquit, uerumetiam ab omni natura humana secludi narrationem eiusmodi asserit. Sed uideamus, an Paulus uas illud electionis cognouerit, utpote qui gratia ampliore potiretur. Omnino hic est, qui illa refert: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nec eo loco solum, sed etiam alibi, non de substantia, sed de sapientia ipse quoq; differens ea, quæ in prouidentia uersetur, nõ de illa uniuersali, qua angelis, archangelis, ac omnibus supernis uirtutibus prouidetur: sed de ea prouidentiæ parte, qua hominibus terræ incolis consulit, ac de eius ipsius parte, nec tamen totam eam scrutat, qua sol oritur, qua animæ inspirantur, qua corpora effigiantur, qua mortalia alũtur, qua uniuersus mundus continetur: sed hęc omnia omittens, & particulã quandã diuinæ prouidentiæ inquirens, qua scilicet Iudæos neglexerit, gentes autem natos receperit, amplexus sit: et hanc ipsam particulam ueluti ad mare immẽsum & gurgitem prælatum inspiciẽs, conturbatur, deficit & recedit, illico uoce magna exclamat: O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius. Non incomprehẽsibilia dicit, sed inscrutabilia: quòd si scrutationem nõ patiant, longe minus percipi possint & cõprehendi. Et inuestigabiles uiæ eius. Iam uias eius inuestigabiles esse audis, & ipsum esse cõprehensibilem putas? Sed cur loquar de uijs? præmia ipsa, quæ nos manent, cõprehendi non possunt. Oculus enim non uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt, quæ deus præparauit his qui diligunt eum. Et munus eius inenarrabile est. Gratias enim deo, inquit, pro inenarrabili eius dono, & pax eius omnem excedit intellectũ. Quid ais? iudicia inscrutabilia sunt, & uiæ inuestigabiles, pax omnem excedit intellectum, donum inenarrabile: quæ præparauit diligentibus se, non ascenderunt in cor hominis, magnitudo finem non habet, scientia caret numero, omnia eius incomprehensibilia sunt: & ipse solus est cõprehensibilis? quis ad tantam insaniam possit accedere? Retine illum hæreticum, noli sinere abire, urge acrius, quære quid in ijs Paulus referat: Ex parte cognoscimus. Nõ id de substantia, sed de dispensationibus dici respondent. Omnino si de dispensationibus Paulus ita dixerit, longe amplius uicimus, quàm si de substantia loqueretur. Nam si dei dispensatio incomprehensibilis, multo mãgis ipse deus incomprehensibilis esse debeat. Verum non de dispensationibus agi hoc loco, sed de ipsa dei substantia, accipe ex his quæ adduntur. Cum enim proposuisset: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, adiunxit: Nũc ex parte cognosco: tunc aũt cognoscam

Esaie 53

1. Cor. 13

Rom. 11

Esa.

sicut

sicut cognitus sum. Dic ergo, à quo est cognitus? A deó ne, an à dispensationibus? A deo scilicet. Deum igitur ipsum ex parte cognoscit, nõ tamẽ ita ex parte, ut partẽ substãtiq; nouerit, partẽ ignoret, cũ deus natura simplicissima sit: sed q; esse quidem deum proculdubio norit, quod aũt substantiq; sit, omnino ignoret. Sapientem esse certo scit: quantum sapientia ualeat, nescit. Magnum esse minime ignorat: sed quemadmodum & quæ sit eius magnitudo, intelligere non potest. Vbiq; deum adesse exploratũ habet, sed quemadmodum, nescit. An prouideat, contineat, regat, gubernet summa cum diligentia omnia, non dubitat: sed modum quo hæc agat, ignorat. Hac de causa ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Sed iam si placet, dimissis prophetis & Paulo, cœlum petamus, & an in illa regiõe superiori aliqui sunt, qui dei substantiã norunt, quæramus: quanquam si qui id scientes, ibi comperiãtur, nihil inde potest deduci argumenti. Nihil enim commune angelis cum hominibus est, cum tam magnum discrimen inter naturam corpoream sit & incorpoream. Veruntamen demus & concedamus, ut latissime intelligatur, deum incomprehensibilem esse, quando ne in cœlo quidem uirtus aliqua sit creata, quæ norit diuinam substantiam. Audiamus igitur angelos ipsos, non quòd de diuina substantia illi disputent inter sese, atque disceptent, sed quòd glorificant, adorant, & modulos triumphales, secretósque assidue referunt summo cum timore. Alij, gloriã in excelsis deo, Esa.6 modulantur: alij, hoc est Seraphin, Sanctus, sanctus, sanctus concinunt: & suos auertunt oculos, cum ne condescensum quidem & indulgentiam dei ualeant tolerare. Ad hæc, Cherubin benedicta gloriam eius ex loco eius obseruãtissime referunt, non quòd locus aliquis circa deum constet, sed quòd more humano cõsueuimus dicere, ubicunq; sit, & quẽadmodum sit: quanquam ne id quidẽ tute dici de deo potest. Homines sumus, nec aliter quàm lingua humana uerba de deo facere possumus. Vidésne quantum timoris, quanta religionis obseruãtia inter angelos est? Vides quantus contemptus, quanta negligentia inter homines? Angeli glorificant, honorant, colunt, obseruant, adorant: homines paruifaciunt, petulanter scrutantur, temere plusquã capere possunt, conantur rapere. Illi commẽdant & laudãt, hi disceptant & plus sibi arrogant, quàm ualeant intelligere. Illi oculos integunt & uenerantur: hi contendunt impudenter inspicere, atque intueri ineffabilem gloriam. Quem non hominum eorum misereatur? Quis non lugeat, quum adeo errantes, insanientésque uideat? Volebam prolixius agere, sed quoniam nunc primum in istud disputandi certamen deuenerim, commodius esse arbitror non plura uobis in præsentiarum proponere, ne larga eorum, quæ occurrant copia, suo impetu memoriam eorum, quæ iam accepistis, detrahat atq; aboleat. Aliàs itaq;, si deo placuerit, sæpius de hac re disseremus. Equidẽ iampridem hæc referre uobiscum & discutere cupiebam: sed cunctandũ præterea, differendumq; duxi ob eam rem, quia complures ex his, qui eo morbo laborant, uiderẽ nostris interesse libẽter sermonibus: quos cum nollem repellere, linguã adhuc meam retinui, ut primum illos nobis familiares, deinctosq; redderem: deinde in hoc perluctandi genus me more athletarum, expoliarem. Nunc uero quoniam dei immortalis gratia ipsi me & adhortentur & cogant adire hunc puluerem, subeo iam pro incomprehẽsibili deo certamen, & arma suscipio: quæ hominum uanas cogitationes, omnem animi elationem atque superbiã, contra dei scientiam possint euertere, fundere, & prosterne re. Suscepi tamen, non ut euerterem aduersarios, sed ut erigerem iacentes. Hæc enim armorũ meorum uis est, ut homines contendentes feriant atq; uulnerent: audientes pie benigneq;, curent cum diligentia, & tueãtur. Nõ id genus armorum inferre uulnera, sed mederi uulneribus consueuit.

Igitur non contra illos excandescemus, non animo irato agemus: sed modeste, humane, amiceq; disputabimus. Nihil enim mansuetudine ualidius, nihil modestia efficacius. Quamobrem Paulus rẽ huiuscemodi seruari accuratissime monet cũ dicat, Seruũ domini non pugnare oportet, sed 2.Tim.3 mãsuetum esse erga omnes. Ac rursus: Modestia Phil.4 uestra nota sit, non fratribus, dicit: sed omnibus hominibus. Quæ enim sit utilitas, inquit, si eos diligitis, qui uos diligunt? Si tamen amicitiæ detrimento sint, & ad societatem suæ impietatis inuitent: recedendum, resiliendumq;, etiamsi cum parentibus agitur, eruendus est oculus si offendit. Ita enim præcipitur: Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum: quod nõ de oculo corporis intelligimus. Nã si de corporis natura hoc diceretur, crimen & culpa iure in corporis creatorem transferretur. Præterea non oculum unum, sed utrũq; eruere oportet. Nam si alter, id est, sinister relinquetur, non minus scandalizare te poterit. Sed ut intelligas non de oculo dici, adiungit dextrum: quo ostendat præstare, si quem amicum habeas etiam charum perinde ac tuum oculum, eum quoq; reiicere, & à tua præcidere familiaritate, si modo te scandalizet, hoc est, animæ noceat. Quid enim iuuat habere oculum, cũ reliquũ corpus lædatur & pereat? Ergo si, ut proposui, detrimento sæ sint amicitiæ, resiliamus & fugiamus: at si nullam noxam, nullam iniuriã nobis ad religionem pietatisq; rationẽ inferant, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verũ si neq;, pdesse amico possis, & detrimentũ ex eo haurias: consulere tibi debes, ut tutus, securusq; maneas. Fugiendæ sũt enim amicitiæ, si offendãt. Si minus probent, fuge, tamẽ sine lite, sine pugna. Sic enim Paulus Rom.12 monet, cum dicit: Si possibile est, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacẽ habentes. Seruus es dei, qui autor pacis est: qui cum dæmonia eiiceret, & bona ageret innumerabilia, & cũ male audiret, in homines qui eum dixere dæmoniũ habere, non fulmẽ misit, nõ ora maledica prostrauit,

uit,non linguas igne confulſit impudicas, ingratas,improbatas, quanꝯ hæc facere omnia poterat,ſed uerbis hiſce duntaxat maledicta illa auertit:Ego dęmoniũ nõ habeo,ſed eum honoro,qui me miſit.Famulus item pontificis alapam cõtumelioſe in eius faciem inflixit.At is ita reſpondit: Si male locutus ſum,teſtimonium perhibe de malo:ſi bene,cur me cædis? Quòd ſi dñs & angelorum & hominũ omniũ,uindictam ſibi nõ faciat, ſed excuſet,& ſeruo atrienſi examinandũ propo nat,nihil ꝓfecto eſt,quod nos ſermone egeamus prolixiore admonitionis:hæc eẽ pauciſſima uerba abunde ſufficiant,hęc tantũmodo animaduerte.Cogita tecum frequentius, meditare & refer: Si male locutus ſum,teſtimonium perhibe de malo:ſi bene,cur me cædis? Et quis ſit qui hæc dixit, intellige,& ad quem,& cuius cauſa dixerit.Ita enim efficietur, ut hæc uerba diuinũ quoddam & perpetuum carmen tibi habeant, ut omnem animi inflationẽ,omnem timorem doloremꝙ ſedare poſſint & tollere. Cogita dignitatem eius qui affectus eſt contumelia & autoritatem, perſonam uilem atꝙ abiectã eius qui contumelia affecit. Adde grauitatẽ contumeliæ,& moleſtiam,& acerbitatẽ.Non enim maledixit ſolum,ſed etiam cecidit:nec modo quolibet cecidit,ſed alapa:qua quidẽ plaga nil ignominioſius,nil contumelioſius eſſe poteſt.Sed tamen hęc omnia ęquo animo tulit,& trãquillo,ut tu latiſſime intelligeres,quẽadmodum modeſtiã,patientiam, manſuetudinẽ, deniꝙ uirtutis officiũ ſeruare deberes. Hæc non modo philoſophari probareꝙ hoc loco debemꝰ fratres chariſſimi:uerumetiã quum res exigit,meminiſſe & colere probata & cõmendata, quæ diximus: uerum non ſatis hoc eſt, ſed etiã cum res agitur, ſerues ea oportet, quæ probas & laudas. Nam & athleta non fruſtra ſe in palęſtrã exercet, ſed & fructũ,quẽ ex ſtudio meditandi ceperit, in ipſo dimicãdi certamine explicat. Igitur & tu qui modo audiſti,poſtea quum ira te cõcitarit,quantum fructus adeptus hinc fueris oſtendes, & uerbum illud crebrius dices:Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo:ſin bene,cur me cædis? Hoc manda memoriæ, hoc tuo inſcribe animo & tene.Nam ob eam rem idem ſæpius memoro:ut in animis noſtris inhæreat, ut eius memoriam fructumꝙ memorię nullum tempus,nulla negotij occupatio poſſit delere: Etenim ſi hæc uerba ſcripta in pagina animorum noſtrorum tenea mus, nemo tam durus, tam excors, tam inſenſatus ſit & lapideus, ut per iram turpiter efferatur, & erret. Nam omni freno, omnibus habenis firmius ac ualidius linguã noſtrã, ultra modum decorẽꝙ ſe proripientẽ poſſunt hęc uerba inhibere & retinere, poſſunt hæc animũ intumeſcentẽ ſedare,cõpeſcere,& in ꝓpetua modeſtia tranquilli tateꝙ conſtituere: poſſunt hæc truces oculos & efferatam faciem emendare,placare,& mitigare: poſſunt hęc pacẽ pleniſſimã integerrimãꝙ in nobis creare & cõſeruare, qua utinam ſemper fruamur & potiamur,gratia & clementia &c.

A DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE incomprehenſibili dei natura,contra Anomœos Homilia ſecunda.

GE iterũ aduerſus impios Anomœos certamen ingrediamur:qui ſi ægre ferant,quòd impij appellantur, fugiant ipſi rem, ut ego uocabulum fugiam:diſcedant ipſi à mente impia,ut ego ab hac probroſa appellatione diſcedam. Sed ſi ipſi cũ fidẽ re ac opere negligant, & ſemetipſos turpiſſime tractent,nõ ſentiunt:cur mihi ſuccenſeant, qui ea obij cio, quæ ipſi ſummopere exerceant? Nuper quum in hoc ueniſſemus curriculũ diſputandi, & luctandi captus eoſdem tetigiſſemus,quemadmodũ meminiſtis, pugna nos cum cuneo ludæorum excepit, cum minime eſſet tutum membra propria grauiter ægrotantia negligere.Diſputatio contra Anomœos agi quoꝙ tẽpore poteſt oportuno.At fratres noſtros morbo teterrimo, ludæorũ opinione laborantes, niſi feſtinatius ab igne eripuiſſemus ludaico,nihil iuuare admonentes poſſemus,cum iam error ieiunandi ille pro uolũtate ceſſiſſet firmius. Deinde nos aduentus accepit patrum ſpiritualiũ,qui complures huc diuerſis ex locis acceſſerunt. Neꝙ enim per id tẽpus duximus eſſe opportunũ, ut dum illi omnes ueluti flumina quædam in hoc mare ſpirituale affluerent, nos ſermone prolixiore ageremus: poſt deceſſum illorum celebritates percrebræ martyrũ occurrere,quorũ ſolennitatẽ negligere,& laudem haudquaquam deberemus.Quę propterea refero atꝙ enumero,ne per aliquã me am negligentiam aut deſidiam cõmiſſum eſſe exiſtimetis,ut certamen Anomœorũ uſꝙ ad hoc tẽpus differret.Nunc itaꝙ cum ludæorũ pugnam, deo bene iuuãte,curſu felici expedierimus, & patres in ſuas redierint ſedes, & martyrũ laudes nos ſatis delectarint, age diuturnum ueſtrum audiendi deſiderium expleamus.Nam certe ſcio nõ minus uos hac de re audire cupere, ꝙ me diſputare: cauſam cur ita ſit, dicam. Ciuitas noſtra ſemper dedita Chriſto,eiusꝙ obſeruantiſſima fuit,& paternam hanc deniꝙ accepiſtis hæreditatẽ,ut nunquã pietatis ueræꝙ religionis opinionẽ adulterari,deprauariꝙ pateremini. Vnde id cõſtet? Venerant olim ex ludæa nonnulli tẽpore maiorũ ueſtrorum, qui lucem ac mundiciam doctrinæ apoſtolicæ perturbarent, atꝙ præciperent circuncidi,& legem ſeruari Moſi.Quam rem nouam ferre minime potuerunt, qui per id tempus urbem colebãt:ſed quemadmodũ canes generoſi & nobiles, conſpectis lupis aggrediẽtibus atꝙ uaſtantibus gregem,ſic concitati illi inſultarunt,nec prius expellentes profugantesꝙ undiꝙ illos deſtiterũt,quàm effeciſſent,ut ab apoſtolis quoquo uerſus decreta mitterentur,quæ & illorum & poſterorum omnium impiorum inſidias contra fideles & impetus reprimerent atꝙ arcerent.Sed unde exordiar? An ab ipſa perfidiæ infidelitatisꝙ eorum improbatione & compellatione? quippe cum ſummopere nitantur, & omnia tractent ac faciant,

Ioan.8
Ibid.18
1.Cor.4
Luc.
Ioan

faciant,ut fidem ab hominibus oīmino excludāt: quo crimine qd fieri possit grauius? quid ad pietatem sceleſtius? Cum eī deus immortalis quippiam asserit,accipere cum fide oportet quod asserit, non temere rimari & perscrutari. Vocet me, qui ex his uelit,infidelem ac impium, non ægre feram.cur ita? quia facta dictaq; mea quo nomine appellandus sim,late ostendunt. Stultum etiā me appellet,si placet,in Christo.Nam uel hoc nomen tanquam adeptam coronam gloriabor, & communem hanc habebo cum Paulo nuncupationem.Sic enim ille egregius autor scribit: Nos 1.Cor.4 stulti propter Christum. Porrò hæc stultitia prudentior omni sapiētia est.Quæ enim externa illa sapientia comperire non potuit,hæc stultitia quā secundum Christum excolendam censemus, nimirū efficere potuit: hæc tenebras orbis terrarū excussit,hæc lucem cognoscēdi reuocauit.Quid secundum Christū stultitia sit,cupis audire. Cum nostras efferas cogitationes cōpescimus, & animi furentes appetitiones cōtinemus & moderamur,tunc secundum Christum stultitiā colimus: atq; etiam quoties data opera animum expertem externarum disciplinarum & uacuū scisscitamentis illis curiosis habemus: ut cum res exegit sacra Christi edicta recipere,uacantem & mundum ad recipiendum adhibeamus.etem quoties aliquid deus asserit,quod minus scrutari ac discutere ualeas, ex bona fide recipiendum & admittendum est.Nam rerum eiusmodi causas pertinacius quærere,& rationes exigere,& modum scisscitari: animi certe est nimirum audacis & temerarij.Quod & ipsum sacræ scripturæ testimonio confirmabimus.Fuerat Zacharias quidam uir miræ uirtutis, præclaricq; nominis: sacerdotio præditus, & patrocinium totius populi commeritus apud deū immortalem:qui sācta sanctorū ingressus, ipsum scilicet penetrale,quod uni fas erat illi inspicere, ac pro populo deo supplicās(intellige quantum in illo fuit autoritatis)& dominum reddens propitium famulis, quasi quidam esset interpres dei & hominum: uidit angelum intra parietem sacri illius domicilij stantem, cuius aspectu ictus atq; Luc.1 expauidus uocem audit: Noli timere Zacharia, exaudita est oratio tua,& ecce Elizabet uxor tua pariet filium.Sed unde hæc uerba cōsequendi habeāt rationem? Ille pro populo rogabat, pro peccatis ueniam suis conseruis implorabat. Hic noli timere,inquit,nam exaudita est oratio tua. Atq; exaudiendi indicium addit, filium in lucem uenturum Ioannem. Vide quàm recte ista sequantur,quū pro peccatis rogaret populi, nasci ex eo Ioan.1 debere filium,qui clamaret: Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi: ratione sanè optima, ita angelus retulit:Exaudita est oratio tua, & Elizabet uxor tua pariet tibi filium. Quid ille ad hæc? quod enim probare uoluimus id est, nullam ijs dari ueniam,qui modos dei oraculorum scrutantur, & hæsitant, qui diuinas sententias non fide recipiunt,sed rationis examine requirunt. Conspicatus est suam ætatem, suam caniciem, suum debile corpus & imbecillum. Animaduertit suæ uxoris naturam sterilem, atq; ita diffidit, & modum quo ita fieret petijt & dixit: Vnde hoc sciā? Quo pacto, inquit, possit fieri? Iam ego consenui & percanui, uxor sterilis prouecta in diebus suis,ætas inepta, natura incommoda, quæ ratio huius pollicitationis sit,nō equidem uideo. Ego qui seram, admodum sum imbecillis: seges quæ semen recipiat,nihil reddere potest. Nónne illi seni dixeris esse ignoscēdum, cum rerum ordinem petat,& legem naturæ cōsideret? Nónne aliquid illum ex ratione rerum deliberare putaueris? Sed tamen deo nullam mereri ueniam uisus est,& recte quidem.Quum enim asserit deus, nemo suas rationes debet mouere.Nullus rerum cōsequentiæ aut naturæ necessitati locus relinquitur. Nil penitus huiusmodi est obijciendum. Vis enim diuinæ sententiæ longe ijs omnibus est superior. Homo quid agis? Deus pollicetur, & tu respicis ætatem, & senectutem proponis? Num senecta ualidior sit uoluntate diuina? Num natura potentior sit suo creatore? Nescis uerbo illius uno summa atq; præcipua esse effecta opera? Iam eius uerbum cœlum instituit,angelos creauit, orbem terrarum condidit,creaturam omnem produxit: & tamen tu de filij procreatione & unius animulæ inspiratione dubitas? Idcirco molestе angelus tulit,ne sacerdotij quidē negotio pepercit,imò obidipsum pœnam illi subeundā cēsuit grauiorem. Qui enim plus q̄ cæteri obtinebat honoris,habeat fidem quoq; quàm cæteri ampliorē.Sed quem admodum puniatur,uideamus.Ecce eris tacens, & non poteris loqui.Lingua tua, inquit, quæ ad meorum uerborum diffidentiam suum officium præstitit,pœnam incredulitatis ipsius luet. Ecce eris tacens,& non poteris loqui usq; in diem quo hæc fient. Animaduerte clementiam domini & humanitatem.Quia mihi,inquit, non credis,nūc pœnam aliquam solues:quum aūt re effecta mōstrauero quod proposui,tunc illam iram meā extinguam: quum te punitum iure optimo intellexeris,tunc te supplicio eximam. Audiant Anomœi quemadmodum deus ægre atq; molestе tulit, quum eius sententia curiosius quæreretur. Quòd si ille quū minus crediderit humano mortalique puerperio,punitur: tu qui diuinam ac ineffabilem & supernam illam unigeniti generationem pensitas uane & rimaris, quo pacto effugere ualeas,quin supplicio plectaris grauissimo? Ille nihil sua autoritate asseruit, sed tantummodo quo pacto res efficeretur, uoluit intelligere,& tamen nullam ueniam cōsequutus est:tu qui & scire te uehementer affirmas, quæ omnibus inconspecta,inaudita,& incomprehensibilia sunt, qua excusandi ratione utaris. Quod genus supplicij non merito tibi haurias? Verum dispensationē generationis ad tempus aliud differamus, nunc priorem causam repetamus: cuius reliquias his diebus superſedimus,quum radicem illam pernicioſam secare atque euellere conaremur, quæ parens malorum omnium est,ex qua omnis eorum

opinio

opinio proficiſcitur. Quænam ſit iſta omniũ malorum origo, horret animus dicere, piget ea narrare, quę illi aſſidue meditant̃ atq; efficiũt. Quod nemo unquã dicere auſus eſt, ipſi ſe ita deũ noſſe quemadmodum deus ſeipſe nouit, aſſerunt. Hoc audent dicere? hoccinne refelli debeat argumentis, & tanquam res dubia in controuerſiam cadere? Nónne ſatis hac ipſa uerborum ſerie efficitur, ut omnis eorum impietas late oſtendatur? Nónne ſtatim ex ſe ipſum eorum ſcelus explicatur & deprehenditur furor? Id manifeſta eſt inſania minime ignoſcenda, nouus impietatis modus, nemo unquam aliquid tale uel animo cõcipere, uel lingua referre auſus eſt. Intellige homo infelix & miſer, quid nã ſis, & qd quęras atq; explores. Homo quum ſis, deum ſcrutaris, & noſſe omnibus rebus contendis. Tua ipſa tantũmodo nomina ſatis tuæ amentiæ poſſunt monſtrare nimietatem. Homo es, terra, cinis, caro, ſanguinis, fœnum, floſculus herbæ, umbra, fumus, uanitas, & ſi quid ijs exilius, uilius, atque abiectius. Sed nolim ita putetis, quaſi ego inuehar in naturã humanam, uelimq; maledictis eam laceſſere. Nec enim à me iſta dicuntur, ſed à prophetis ſtudio philoſophiæ ueræ atq; nobilis: non tamen ut genus noſtrum uituperarent notarentq;, illa retulerunt: ſed ut hominum ſtolidorum & deſipientium animos opinione inflatos caſtigarent: non ut noſtræ naturæ detraherent, ac probro darent & uitio, ſed quo furentium hominum inſolentiam & petulantiam conpeſcerent atq; ablegarent. Nam ſi poſtquam tam copioſe, tam ſeuere, imò acerbe diſputarunt, non deſunt, qui animi fatui elatione ſuperbiam diaboli ſuperent: quo tandem amentiæ non proueherentur, ſi nihil eiuſmodi ſanctiſſimi illi homines appoſuiſſent? Qui ubi appoſitã gerunt medicinã, tamen adhuc inflant̃ & intumeſcũt: ad quid faſtus ſtoliditatisq; nõ demum ruiſſent, ni illi tot atq; talia de natura aſſeruiſſẽt humana? Audi qd
Gen.18 ille beatus patriarcha de ſe referat: Ego ſum puluis & cinis. Deum alloqui meruit, & tamen nihil propterea effertur, quinimmo ea propter moderatiorem ſe exhibere oportere cenſebat & humiliorem. At iſti qui ne cũ umbra quidem illius ſunt cõferendi, angelis ipſis maiores ſeſe faciunt & ſuperiores: quã rem certe ultimæ inſaniæ argumentum eſſe nulli dubiũ eſt. Deũ ſcrutaris, & pertinaci ſtudio inueſtigas, qui nullo eſſe cœpit initio, nullã patit̃ immutationẽ, nullo corpore conſtat, nulla corruptiõe diſperit, qui ubiq; adeſt, omnia ſuperat, omni creatura excelſior eſt. Audi qd de eo ꝓphetæ ꝓphetant̃, & metue: Qui aſpicit terrã, &
Pſal.103 cõtremere facit eã. Aſpexit em̃, & illico terrã tam magnã, tã ponderoſam cõmouit & cõquaſſauit. Qui tangit mõtes, & fumigant̃. Qui cõmouit orbem terrarũ funditus, & colũnæ eius cõcutiunt̃. Qui mari minat̃, & ſecat id. Quid dicit abyſſo, de
Pſal.113 ſolaberis. Mare uidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Mõtes exultauerũt ſicut arietes, & colles ſicut agni ouiũ. Omnis creatura mouet̃, metuit, cõtremiſcit, deſtituit̃, ſoli iſti cõtendũt, deſpiciunt, negligũt, parui faciunt ſuã ſalutẽ, nõ dicam dñm omniũ. Paucis ante dieb. à ſuperiorũ uirtutũ ordine eos admonebam9: hoc eſt, ab angelis, archãgelis, Cherubin, Seraphin, nunc à creatura ſenſu priuata. Hoc em̃ genus ferũ hominũ nullis rationib. cedũt, nullis argumẽtis flectunt̃. Vides cœlũ hoc q̃ pulchrũ q̃ amplum, q̃ magnificũ ſit, quemadmodũ uario ſtellarũ ordine exornetur & ſplẽdeat, quantũ edurare potuerit tẽporis. Iã em̃ quinq; milia annorũ atq; etiã plus ſeruat̃ & conſtat, nec tamẽ longo tẽporis ſpatio effectũ eſt ut ſeneſcat, ſed ad corporis modũ adoleſcẽtis robuſti floret, uigetq; ætate: & q̃ principio ſortitũ eſt pulchritudinẽ, eãdẽ integerrimã ſeruat, nulla ex parte factũ deteri9 tanto ſpatio tẽporis. Attamẽ
B hoc pulcherrimũ, ſplendiſſimis ſtellis elegantiſſime ornatũ, infeſſum, edurãsq; iã diu deus, quẽ tu ſcrutaris, & rationib. tuis ſubijcis, & definis, quaſi quis per ludũ tuguriũ faceret, ita ſumma cũ facilitate creauit. Quã rem Eſaias ꝓpheta pulcherrime exprimit cũ dicit: Qui inſtituit cœlũ ſicut ca-
Eſaie 40 merã, & extẽdit ſicut tabernaculũ ſuper terram,. Quid de ipſa terra? qui cõtinet gyrũ terræ, qui fecit terrã quaſi nihil, tã ingẽs corpus, tã opus arduum. Animaduerte q̃t montiũ moles, quot mortaliũ gẽtes, quot ſtirpiũ, quot quadrupedũ, reptiliũ deniq; animãtiũ genera ſua dorſo ſuſtineat tell9. Sed tamẽ hãc talẽ tantãq; deus facile adeo condidit, ut ꝓpheta q̃ ne exemplũ quidẽ tantæ facilitatis haberet, perinde ac nihil factũ tradiderit. Quũ
C em̃ nõ ſatis rerũ cõditarũ magnitudo & ornamẽta potentiã facultatẽq; ſui cõditoris exprimerẽt, ſed lõge ab omni illius ui & excellẽtia iacerẽt inferius, modũ ꝓphetę excogitarũt aliũ, quo pro uiribus poſſent aliqd plus nobis explicare de diuina potẽtia: quo magnitudinẽ nõ ſolũ creaturarũ, ſed etiã modũ creationis referrẽt, ut utraq; ex parte, uidelicet tũ rerũ magnitudine cõditarũ, tum facilitate cõdẽdi poſſemus dignius quid pro uiribus noſtra de deo omnipotẽti intelligere. Igit̃ nõ modo rerũ magnitudinẽ ſpectare debem9, uerũ etiã qua factæ ſunt à deo facilitatẽ. Nec ſolũ in terra
Ibid.5 hoc patet, ſed etiã in ipſa natura hominũ. Quippe quũ autor dicat: Qui cõtinet gyrũ terræ & habitãtes in ea quaſi locuſtas: aut quaſi ſtilla ſitulæ,
D oẽs gẽtes in cõſpectu eius: ne minus conſiderate qd̃ dicit prætereas, ſed diligẽtius attẽdas, diſcutias, atq; iniquiras rogo & hortor. Repete oẽs gentes, cõplectere animo Syros, Cilices, Cappadoces, Bithynios, Myſos, Phryges, Mæones, Lycios Pãphylios, Iones, Aſſyrios, Arabes, Indos, Ægyptios, Æthiopes, Pœnos, Hiſpanos, Gallos Germanos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Maſſagetas, deniq; oẽs Scythas, degẽtesq; ultra Aquilonẽ: itẽ Albanos, Iberes, Bactrianos, Caſpios, Medos, Perſas, Parthos, Armenios, ponti Euxini uicinos oẽs & incolas, Thraces, Macedonas, Græcos oẽs: adde Epirum, Daciã Dalmatiã, Italiã: inſulas oẽs tã interioris maris q̃ exterioris, cęterasq; innumerabiles gẽtes, quarũ ne nomina quidẽ nouimus: hęc omnia mortaliũ genera inſtar

gutte

guttæ labentis de ſitula coram deo uerſari autumat. Accipe accuratius, dic quęſo, quota eius guttæ particula ſis, qui deum, cui uniuerſæ gẽtes proſtilla ſitulæ habent, ſcrutaris atq; examinas? Sed cur de cœlo, terra, mari & natura hominum loquar? Cœlũ ſuperet ipſũ noſtra oratio, & ulterius pergat ad angelos. Noſtis denicq; unumquẽuis angelum rependi, paremq; eſſe uniuerſæ huic uiſibili creaturæ, uel potius multo nobiliorẽ pręſtatioremq;. Nam ſi homine iuſto dignus nõ ſit uniuerſus mundus, ut Paulus autor eſt, qui dicit: Quib. non erat dignus hic mundus, longe minus ad dignitatẽ poſſit accedere angeli, qui omni homine iuſto ſuperior eſt admodũ & præſtantior. Verum tamen mília angelorũ ſunt innumerabília, mille mília archãgelorũ: adde ſedes, dominationes, poteſtates, principatus, cœtus incorporeos uirtutũ innumeros, denicq; genera cœleſtia innumerabília, quæ oẽnia deus creauit tãta cũ facilitate, quan tam nemo ualeat uerbis exprimere. Satis eẽ illi ad omnia fuerat uoluiſſe. Itaq; ut nobis uoluntas Eſaiæ 40 níhil affert laboris, níhil negotij: ſic illi creare tot tãtasq; uirtutes facile fuit, & ſine ullo labore. Qđ propheta expreſſit, cũ diceret: Omnia quæcunq; Pſal. 113 uoluit, fecit in cœlo & in terra. Vidésne quemad Pſal. 134 modum non ſolũ ad condendũ res inferiores, ſed etiã ad creandũ uirtutes ſuperiores, una eius uoluntas ſatis fuerit? Hæc cum audis, non te luges, nõ te ab hominũ cõſortio diſtrahis, nõ te obruis, qui eò temeritatis atq; amentiæ proruiſti, ut quẽ glorificare duntaxat debes & adorare, hunc ceu rem quandã abiectã & uilem curioſe ſcruteris & contendas penitus cõprehẽdere? Hinc Paulus ſapiẽtiſſimus ille cùm incõparabilẽ dei exuperãtiam & naturæ hũanæ fragilitatẽ cogitaret, contra homines qui diſpẽſationes diuinas ſcrutabant & perquirebant, moleſtiſſime ferẽs dicebat ad hanc Rom. 9 uehemẽtiã: O homo tu qs es, qui reſpõdeas deo? Quis es? intellige prius tuã naturã, quæ ſit: nomẽ eẽ nullum cõperies, qđ poſſit tuã ſatis exprimere exiguitatẽ. Dices credo, homo prædítus ſum libertate & honore præponderãs. Sed honorẽ adeptus es iſtũ, nõ ut libertate ad obloquendũ abutaris, ſed ut eũ qui te affecit honore colas atq; obſerues ſũmo cũ honore. Deus te cẽſuit honorãdum, non ut eũ afficeres cõtumelia, quod facis quum eius ſubſtãtiã inq;ris & perſcrutaris: ſed ut animo pio, fideli, modeſto, grato uicẽ pro uiríb. reddas. Nam dum eius pollicitationes minus ſcrutaris, glorificas & obſeruas: porrò cũ quæris & curioſius exploras, non ſententiã ſolũ, ſed etiã dicentẽ ſentẽtias contẽnis & negligis. Quàm uere deum glorificet is, q eius pollicitationẽ minus ſcrutet et quęrat, ex Paulo accipe, qui de Abrahã ac eius Ibid. 4 obedientia, & in rebus omníb. fide hæc dicit: Cõſiderauit quidẽ corpus ſuum emortuũ quum iam ferè centũ annorũ eſſet, & emortuã uuluã Saræ: uerum in repromiſſione dei nõ hęſitauit fide. Natũra quidẽ & ætas, inquit, faciebant, ut deſperaret, ſed fides ſpẽ bonã mouebat. Sed confortatus eſt fide, dans gloriã deo, & pleniſſime ſciẽs, quia quæcunq; promiſit, potens eſt facere. Vides quẽ admodũ qui ratus & certior de reb. iſtis eſt quas deus aſſerit, gloriam reddit. Quòd ſi gloriã is reddit, qui confidit & credit: contumeliam certe, qui diffidit, nõ in deum, ſed in ſuum caput conuertit & trahit. Tu quis es, inquit, qui deo reſpondeas? Deinde quum oſtendere uellet, quantũ differentię inter deum & hominẽ eſt, retulit minus quidẽ cq; res tanta deſiderat: eo tamẽ quod proponit exemplo fieri poteſt, ut etiã longe maiorẽ differentiam intelligamus. Quid dicat, audí: Nunquíd dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud uero in cõtumeliã? Quid ais? Itáne debeo ſubijci & obtẽperare deo, ut lutũ figulo? Ita inquit. Tantũ eſt enim inter deũ & hominẽ diſcrimen, quantũ inter figulũ & lutũ: uel potius ne tantũ quidẽ, ſed lõge amplius: quippe cũ luti & figuli eadẽ natura ſit: Quod etiã apud Iob ſcribit: Síne, inquit, habitan Iob. 4 tes domus luteas. Sed ſi homo nobilior & formoſior luto uideat, hoc nõ diuerſitate naturæ, ſed ingenio artificis, puenit. Nã materiæ quidẽ ratione níhil inter lutũ & te intereſt. Quòd ſi nõ credis, ſepulchra & monumẽta inſpice maiorũ tuorũ, illa ſuo exẽplo facile tibí poſsũt perſuadere te puluerẽ eſſe & lutũ. Diſcrimen itaq; luti & figuli nullũ eſt. At inter deũ & hominẽ tanta eſt ſubſtãtię differentia, quãta nec lingua narrat, nec animus cõplecti oẽnino polleat. Quo ígit modo illud manibus figuli, quocunq; duxerint, obſequit, paret & ſeruit: ſic tu morẽ gerere ac deo obtemperare prõptus, libensq; debes, quoties aliquid iſte ſtatuit et diſpenſat: nec aliter cq; more luti ad nutũ te uoluntati diuinæ exhibere tuum omníno eſt. Non eẽ ob eam rem Paulus illa ſcripſit, ut nobis poteſtatem agẽdi auferret, & liberũ arbitriũ tolleret: ſed ut multo amplius noſtrã temeritatem, procacitatemq; prohiberet atq; perimeret. Sed ſi placet, illud etiã uideamus, qđ quũ illi intelligere uelint, tam uehemẽter increpant & reprimuntur. Num ſubſtantiã dei ſcrutabant? Minime: nemo unq id auſus eſt. Sed qđ eſt minus, diſpẽſatiões diuinas quærebãt, ſcilicet quã ob rem hominũ alius puniret, alius ueniã impetraret, alius ſupplício liberaret, alius angorib. & moleſtijs implicaret, alij ignoſceret, alij minime. Hęc. n. & cætera id genq illi ſciſcitabãt & quęrebãt. Vnde id cõſtat? ex his quę ſcribunt ſuperius. Cũ eẽ dixiſſet, Ergo quẽ uult miſerat, & quẽ uult indurat: díces itaq; mihí, qđ adhuc quęrit? uolũtati eẽ eius qs reſiſtet? adiũxit cõtinuo: O homo tu quis es, qui reſpõdeas deo? Ita cõſtat eos cõfutari & reprimi, qui curioſius dei quærebãt diſpenſatiões. Quòd ſi illis ne id quidẽ cõcedit, tu qui beatã illã ſubſtantiã q reb. oẽníbus cõſulit, quę oẽnia regit, gubernat, diſpenſat, tã curioſe inquiris & perſcrutaris, nõ te putas mereri, ut fulmíníb. innumerabílib. corripiaris? Qui fieri põt, ne iſta ſint furoris ſummi facinora? Audi pphetã dicentẽ, uel potius deũ immortalẽ uerba facientem ore illius: Sí pater ego ſum, ubi Malac. 1

est honor meus? Et si dominus ego sum, ubi est ti-
mor meus? Qui em̃ metuit, nõ scrutat̃, sed colit,
obseruat, adorat, honorat, glorificat, laudat, com
mẽdat. Accipe hæc tum à superis illis uirtutibus,
tũ uero ab ipso beato Paulo, qui ut cæteros repre
hendit, ita ipse nõ aliter agit q̃ doceat: audi quid
ad Philippẽses scribat, cũ se particularẽ adhuc te-
nere scientiã et nondũ totam perfectã q̃ recepisse
uelit declarare: quod idẽ scribẽs ad Corinthios di
1.Cor.13 xit: Ex parte cognoscimus. Fratres ego me nõdũ
Philip.3 arbitror cõprehendisse. Quid hac uoce apertius,
quid certi9, qd expositius, qd denic̃ manifestius
dici potest? Tuba clarius sonat, uniuersum cõmo
uere faciẽs orbẽ terræ, contentũ esse eo ipso scien
di modo, quẽ deus præbendũ censuerit, nec totũ
p̃fectũq̃ sciẽtiæ munus in hoc seculo se recepisse B
existimare. Quid dicis Paule? Christũ in te ipso lo
quentẽ geris. Idcirco ita sentio, ita mihi est persua
sum, doctrinæ ipsius Christi, qui in me loquit̃, be
neficio. Quã ob rẽ isti quoq̃, nisi penitus spiritus
sancti adiumẽti et auxilij̃ essẽt inanes, eiusq̃ oẽm
intelligẽdi operandiq̃ gratiã ab animo suo exter
minassent, non cũ Paulus diceret, nõdum cõpre-
hendisse me arbitror, ipsi totã scientiã adeptos es-
se arbitrarent̃. Vnde, inquis, id cõstet, ut de fide,
sciẽtia & opinione ista dicant̃ à Paulo, nõ de uita
& moribus? Quasi dicat: Ego minus me esse per-
fectũ uirtute ac uitę officio, probũ & laudabilẽ ar
bitror. Profecto hoc ipsum amplissime ille expli-
2.Tim.4 cauit, cũ diceret: Certamen bonũ certaui, cursum
cõsummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est C
mihi corona iustitiæ. Qui itaq̃ recepturus erat co
ronã, & suũ cursum p̃fecit: qua ratiõe dicere apte
de se potest, nondũ cõprehendisse arbitror? Agẽ-
da itẽ, & nõ agenda nemini esse possunt incerta,
sed omnib. tã Græcis, q̃ barbaris uitæ officia ex-
plorata habent̃ oẽmia: nec est ullũ mortaliũ gen9,
q̃d ignoret quid honestũ sit, quid turpe, qd iustũ,
quid iniustũ, quid utile, quid inutile aut detrimen
tosum: quid denic̃ probatũ improbatúmue ex le
gib. et institutis maiorũ suorũ. Quo igit̃ pacto ip-
se unus se intellexisse cõprehendisseq̃ negaret, q̃
oẽnib. cõstant? Atq̃ ut latius mea hæc sentẽtia pa
teat, epistolã ipsam nõ itẽ interciſam, sed continẽ
Phil.3 tem exponã. Cum em̃ dixisset: Videte canes, uide
te malos operarios, cũ plura de his qui importu- D
nè ritus Iudaicos introducebant disseruisset, addi
dit: Quæ mihi fuerũt lucra, hæc arbitratus sũ pro
pter Christũ detrimẽta, ut inueniar nõ habens iu
stitiã, q̃ ex lege est: sed iustitiã quæ ex deo est, quę
per fidem Iesu Christi est. Post hæc qua de fide lo
quat̃, adiungit: Vt eũ cognoscerẽ, & potentiã re-
surrectiõis eius, et societatẽ passionũ eius. Sed qd
signat cũ dicit: potẽtiã resurrectiõis eius? Nouus
quidẽ, inquit, et inusitatus resurgẽdi modus appa
ruit. Plericq̃ em̃ antea resurrexere mortui, uerum
eodẽ quo Christus modo nemo unq̃ surrexit. Cę
teri quippe oẽs, qui aliquãdo resurrexerũt, in ter
ram iterũ redierunt: & mortis uinculis relaxati ad
tẽpus, rursum ad potestatẽ illius ducti sũt. At cor
pus ipsius dñi cum semel surrexerit, nunq̃ præte-

A rea collapsum in terrã est, sed cœlũ ascẽdit, & ty-
rãnide hostis perẽpta, ex toto uniuersum terrarũ
orbẽ secũ luci restituit, & nũc uictor & dñs oẽmiũ
regio sedet solio. Quæ cũ animaduerteret omnia
Paulus, uelletq̃ explicare tot tãq̃ admirãda, quæ
ratiõe quidẽ nulla, fide aũt una possent recipi, ac
pro ueris certisq̃ haberi, dixit fidẽ cognoscendi
potẽtiã resurrectiõis eius. Nã si resurrectionẽ ab
soluta cõtẽplatione nulla docere ratio potest, cũ
hoc sit plus q̃ natura & series rerũ patiat̃: quo pa
cto eã exprimere possit resurrectionẽ, quæ tam à
cæteris omnib. differat resurrectionib. tamq̃ no-
bilior sit & admirabilior? Nulla certe ratio est q̃
rem tantã attingere ualeat, sed fide opus est, si opi
nari uelimus corpus mortale, fluxũ, caducũ, sensu
oẽmi priuatũ surrexisse, et uitã recepisse perpetuã,
nullo fine, nullo termino describendã. Quod idẽ
alibi significat his uerbis: Christus cũ ex mortuis Rom.6
resurrexerit, nõ pręterea moritur, mors illi ultra nõ
dominabit̃. Duplicat̃ itaq̃ admiratio, cũ & surre-
xerit, & eo modo surrexit: causa hæc est, cur dicat
fidẽ cognoscẽdi potẽtiã resurrectionis eius. Qd
si fieri nõ potest, ut eius resurrectionẽ ratione ca-
ptemus, lõge minus superam illã generationem
ratiocinari nos possumus, & eius elicere scientiã.
De his reb. cũ Paulus disputaret, de cruce quoq̃
& passione dñi egit, q̃ & ipsa cõmittenda fidei cẽ
suit: quę ubi mouit, explicauitq̃ oẽmia, id addidit:
Ego me arbitror nõ cõprehendisse. Non ego ar- Phil.3
bitror me non scire, aut nosse dicit, sed cõprehen
disse: ne ex toto uel scire uel ignorare intelligat̃.
Quòd em̃ fatet̃ se arbitrari nondũ cõprehẽdisse:
adhuc illũ esse in uia, & ambulare ac ulterius per-
gere, nec dũ deuenisse ad finẽ, quẽ totũ adipiscere
tur, significat. Quod ad alios quoq̃ scribẽs sic ad-
monet, dicẽs: Qui cũq̃ perfecti sumus, hoc sentia
mus: et si q̃d aliter sapitis, hoc deus reuelabit, non
ratio docebit. Vides nõ de uita & morib. agi, sed
de opiniõe et fide? Vita em̃ et mores nõ desiderãt
reuelationẽ, sed opinio & scientia. Quod idẽ etiã 1.Cor.9
alibi significãs scribit: Si quis existimat se aliquid
scire, nõdũ aliquid nouit. Nõ em̃ nihil oẽmino sci-
re asseuerat, sed nihil quẽadmodũ oporteat. Ha-
bet quidẽ sciẽtiã, sed nõ perfectã illã et exquisitã.
Quod ut latius ita esse intelligas, omissis superio
ribus illis, mẽteq̃ illa accipiẽdi, inferiorẽ hãc & sen
su nostro subditã creaturã prosequamur. Cœlum
hoc formã quidem cõcamerati gerere nouimus,
idq̃ nõ ingenio nostro & ratione, sed diuinæ scri
pturę sentẽtia. Cõplectiq̃ idẽ uniuersam terrã nõ
ignoramus, q̃d & ipsum ab eodẽ diuino fõte hau
simus. Sed qua substãtia cõstet, nescimus. Dicat q̃
cõtendit, & se nouisse affirmat, quid substãtię cœ
lum sit. Nũ humor quidã in gelu cõcretus? Nũ ob
densata nubes et in spissiorẽ obducta substantiã?
Nũ aer crassus & corpulẽtior? Nemo certe quid
sit, plane docere potest. Quod si ita est, quis pręte
rea postulet argumentũ, q̃ amentiã intelligat, &
furorẽ eorũ qui deũ, qd sit, se scire autumãt? Cœ-
li q̃d q̃tidie cernis, naturã reddere nequis, & in-
uisibilis dei substantiam scire indubie profiteris?

Quis

Quis tam rudis & insensatus sit, quin his qui hæc A garrulãt, nõ postremũ insaniæ irroget? Quas ob res uos fratres charissimi oẽs & hortor & rogo, curare tẽtetis ꝓ uirib. eorũ opinionẽ. perinde ac insaniã & deliriũ furẽtiũ, cũ modestia tamẽ & cũ clemẽtia. Nam hęc eorum opinio orta est ex stoliditate & inflatione mẽtis uehementissima: uulnera autem inflata & tumescẽtia tactum omnem recusãt asperiorẽ, ne attrectationẽ quidẽ manus patiunt. Proinde medici spõgia quadã pręmolli et humefacta ulcera leuiter leniterq; attrectare consueuerũt. Qđ cũ his quoq; ulcus in animo sit inflatũ ac tumescẽs, officij est his quas diximus rationibus, uelut humore quodã clemẽte ac mirifico, spõgia mollissima abluẽdũ curare, atq; flatũ eorũ cõpescere, ac tumorẽ omnẽ diffundere co- B narí: & quãuis nos afficiant cõtumelia, quãuis inspuant, calcitrẽt, quodcũq; faciãt, noli relinquere curã, noli deserere hominẽ, Multa em̃ huiusmodi patiat̃ necesse est, qui furiosũ hominẽ curat. Non propterea desistendũ est frater charissime, quinimo ea ꝓpter maiorẽ in modũ miserandũ, illachrymandũq;, ꝙ tali genere morbi laborãt & pereũt. Hæc tamẽ ad eos dicta intelligi uolo, qui animo sint firmiore, qui nullũ ex societate, colloquijsq; eorũ possint capere detrimẽtũ. Nã qui infirmior est, fugere debet cõgressum & uocẽ, deuitet is cõuentũ eiusmodi hominũ, ne ratio amicitiæ pariat errorẽ impietatis. Sic em̃ & Paulus facit, ipse quidem cũ ægris conuersat̃, & dicit: Factus sum ludæis tanq; ludæus, his qui in lege erãt, tanq; sine C lege essem. Sed suos discipulos atq; infirmiores a uocat cõmonefaciens ad hũc modũ dicens: Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Quod ꝓpheta etiã pręcipit, cũ dicit: Exite ex medio eorũ, & separamini, dicit dñs. Medicus em̃ cũ ad ęgrotũ accedat, prodest sępenumero & illi & sibi. Sed si quis parũ sanus ualidusq; accesserit, & se & ægrotantẽ mutua cõtagione reddet infirmiorẽ: & qui ꝓdesse illi haud quicq; potuisset, sibijpsi magnã hausit labẽ. Omnino quẽadmodum, qui oculos inspiciunt lippientiũ, malo afficiunt̃ eodẽ: ita his accidit, qui cõsortiũ blasphemorũ & fœdorũ illorũ hominũ adeunt, eo ꝙ animo sint infirmiori: plurimũ quippe cõtrahũt sibi impietatis, & stolidorũ numerũ augent. Igitur qui ita se habent, ut offendantur, uitent & fugiant illorum colloquia, & optẽt duntaxat, ut clemẽtissimus deus qui oẽs homines uult saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire, liberet eos ab errore & diaboli laqueo, & ad lucẽ sciẽtiæ restituat: hoc est, ad deũ & patrẽ, qui uiuit & regnat in secula seculorũ, Amen.

Rom.6

Phil.3

1.Cor.15

1.Cor.9

Esa.51

1.Cor.9

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE incomprehensibili dei natura, contra Anomœos, Homilia III.

AGRICOLAE, qb. nõ deest industria, arborẽ quam syluestrẽ ac sterilem uiderint, suis officientem laboribus, uel ex radicis reptatu improbo, uel umbræ opacitate nimia detrimentum in uehentẽ generi urbano stirpiũ & frugali, præci- A dẽdam tollendamq; summo studio curare cõsueuerũt: qua in re flatus quoq; interdũ, casusq; adiuuat, qui suo impetu comã intorquẽs uehemẽtius arboris frãgat stipitẽ, molẽ totã prosternat, itaq; bona laboris parte leuet agricolã. Cum itaq; nos quoq; arborẽ pręcidendã curemus syluestrẽ, atq; erraticã ipsã Anomœorũ opinionẽ, deũ immortalẽ rogemus, nobis gratiã sui diuini spiritus mittat, quæ omni uehementius flatu occurs̃as, errorẽ illum stirpitus extrahat, & nostrũ laborẽ reddat leuiorem. Profecto ut seges cultu solito destituta herbas uitiosas educit, & sentibus horret, & arbores spõte interdũ ædit syluestres: sic animus Anomœorũ cultu scripturæ sactæ priuatus, & carens doctrinæ sanctæ & Christianæ munere, spõte ac suopte motu ferocẽ istam & horridã prompsit hęresim. Hanc etenim arborẽ nõ Paulus plantauit, nõ Apollo rigauit, nõ deus auxit: sed plantauit rationũ intẽpestiua scrutatio, rigauit superbia stolida, auxit ambitiosa cupiditas. Itaq; flamma spiritus sancti opus est, ut non solũ extrahamus pessimã istam radicẽ, sed etiã peturamus. Inuocemus igit̃ deum ipsum, quẽ illi maledictis lacessiũt, nos omni laude prosequimur & honore: rogemusq; ut linguã ad dicendũ plenius & mentẽ ad intelligendũ certius excitet. Causam em̃ illius agimus, ꝓ eiusq; gloria laboramus, uel, ut uerius loquar, pro salute nostra cõtendimus. Deum nãq; nemo quisq; est, qui uel contẽnendo offuscet, uel commendando reddat illustriorẽ. Manet ille quidem semper in suo eodem statu cum gloria, neq; laudibus ampliandus, neq; maledictis diminuendus. Homines uero, qui digne illũ cõmendant, uel potius qui pro uiribus (nam digne quis potest commẽdare?) fructũ sibi ex ea ipsa cõmendatione egregie capiũt. Cõtra, qui blasphemãt & ꝓ nihilo putant, ipsi lædunt salutẽ & perimũt. Verissima nãq; illius sentẽtia est, qui blasphemis inquit hominibus: Lapidẽ qui sursum iaciunt in excelsum, Eccl.27 in ipsorũ caput iaciunt & contendunt. Quemadmodũ em̃ qui lapidẽ illò iaculat̃, corpus cœleste nõ attingere, nedũ lacerare potest, plagã aũt suo capite excipit, cũ lapis eodẽ unde iaculatus est redeat: ita qui beatã illam blasphemat subst̃tiã, ut nunq; offendere eam potest, cũ longe potior atq; D excelsior sit q; ut affici aliquo possit detrimento: sic ferrũ aduersum animã suã acuit & parat, cũ se ingratum dño bene merẽti exhibet. Inuocemus itaq; ipsum ineffabilẽ, inuisibilẽ, incõprehensibilẽ, inintelligibilẽ deũ, qui omnẽ linguæ humanæ superat facultatẽ, qui omnes mortalis intelligentiæ uires excedit: quẽ neq; angeli inuestigare, nõ archangeli indagare, non uirtutes, non deniq; alí qua creatura cernere ualet: sed filius duntaxat cognoscit & spiritus. Nec uero ignoro aduersarios nostros uerbis his meis insolentiã summam obiecturos, quòd ne supremis quidem uirtutib. deum esse comprehensibilem iudicẽ. Verum ego suum ob idipsum illis obijcio furorem. Non insolẽter is agit, qui natiuorũ omnium uim comprehendi & superarí à suo creatore autumat, sed qui ipsum

incomprehẽſibílem uirtutíbus ſuperis,exiſtímat poſſe deſcríbi & comprehendí rationíbus hominum, qui terrenam hanc regionem incolunt, & tam à ſuperis illis diſtant ac diſcrepant. Ego niſi quod pollícitus ſum, probauerim atq; demonſtrauerim, me crímine inſolentiæ damnãdum eſſe cõfiteor. Atqui uos, poſteaquam oſtenſum ſit deum incomprehenſibílem eſſe uírtutíbus ſuperis,contendetis præterea & affirmabítis uoſmet illum noſſe,& comprehendere: quo terræ hiatu, quo præcipitío,qua mala cruce non iure optimo puniamini,qui eò inſolẽtíæ deueníſtis,ut quæ uirtutes incorporeę omnes inſpicere nequeunt,hęc uos explorata certaq; habere putetis,ac prædicetis? Age igitur ad rem ipſam demonſtrandam explicandamq; ueniamus, ſi príus interím oraueríB mus, à deoq; implorauerímus auxílium. Sæpius eñ orandí ratio rem de qua agitur, probabit atq; 1.Tim.6 exponet. Inuocemus itaq; ipſum regem regũ, & dominum dominantíum, qui ſolus habet immortalitatem,& lucem inacceſſibílem habitat:quem nullus hominum uídit, neq; uídere poteſt,cui eſt honor & imperium, in ſempiternum, Amẽ.Hæc nõ mea ſunt uerba,ſed Pauli. Tu uelím animí deuotionem intellígas, & amorem penè incredíbílem. Cum enim dei meminerit,non ante ad deſtinatæ doctrínæ rationem uenire patitur, q̃ debítum ſuum exoluat, finem dicendí faciens cũ com Prou.10 mendatione & laude. Nam ſi memoría iuſti cum laudíbus,teſte Salomone uiro ſapientíſſimo:longe magis mentionem dei immortalis facere cum C commendatione debemus & laude. Quod ídem Paulus in exordíjs ſuarum epiſtolarum facere aſſolet.Sæpius enim cum epiſtolam ordiatur, ſi dei meminerit, nõ príus pergit ulterius, quàm debitam reddat commendatíonem & gloríam. Audi Gal.1 quíd ſcríbens ad Galatas dícat: Gratía uobis & pax à deo patre noſtro, & domíno Ieſu Chriſto: qui dedit ſemetipſum pro peccatís noſtris,ut eriperet nos de præſentí ſeculo nequam: ſecundum uoluntatem dei & patrís, cui eſt honor,& gloria 1.Tim.1 in ſecula,Amen. Atq; etiam alíbi:Regí autem ſeculorum immortalí, inuíſibíli,ſoli ſapiẽti deo honor & gloría in ſecula,Amen. Sed nunquíd in patre tantummodo hoc facere cõſueuit,non itidem ſeruat in filio? Víde quemadmodum in unigenito quoq; faciat hoc ídem díligentíſſime: cum eñ Rom.9 dixíſſet:Optabã anathema eſſe à Chriſto pro fratríbus meis, qui ſunt cognatí ſecundum carnem, adiunxit:Quorum adoptío filiorum,& gloría,& teſtamentum,& legislatio, & obſequium,& promíſſa,quorum ſunt patres,& ex quíbus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt benedíctus ſuper omnía in ſecula, Amen. Iam ut patri, ſic etíam fílío poſtquam laudem & gloríam reddíderit, ſermonem aggredítur:quíppe qui dícentem audíerit Chriſtum,ut omnes honorent filíum,ſicut patrem honorant.Sed ut intelligatis ipſa noſtrę orationis propoſita uerba ea eſſe, quæ rem de qua agímus probare poſſint atque exponere: age hæc ípſa in medium afferamus. Regem regũ, inquit, & dominum dominantíum, qui ſolus habet immortalitatem & lucẽ inacceſſibílem habitat.Hic inſiſtendum interrogandumq; hæreticum illum, quíd hoc ſignificet: Et lucem inacceſſibílẽ habitat.Atq; attendas uelím díligentíæ Pauli.Non enim dicit,qui lux inacceſſibilis eſt:ſed,qui lucem inacceſſibílẽ habítat, ſcílícet ut intellígas, quàm ipſe habítans deus inacceſſibílis ſit, quãdo domicílium quod inhabítat inacceſſibíle eſt. Non tamen ita hæc refert,ut dei locũ,& domũ eſſe ſuſpiceris:ſed quo latíus,quàm ipſe deus incõprehenſibílis ſit, accípias. Quapropter nec lucem incõprehẽſibílẽ habítat,dícit,ſed inacceſſibílẽ: quod longe pluſquam incomprehẽſibíle eſt. Quod enim inquíſitum,inueſtigatumq; cõprehendí non poteſt,id eſſe incomprehenſibíle dícimus.Quod autem ne inueſtigandí quídem ullo pacto operam patitur, & ad quod nemo propíus accedere poteſt,id inacceſſibíle eſt.Exempli gratia: Mare incomprehenſibíle dícimus, quòd ſubeuntes urinatores,multumq; altitudínis tranſmittentes fundum attingere nequeunt:inacceſſibíle,quod nemo uel urínarí tentet, uel metíri.Quid ad hæc díxeris? Hominíbus,inquis,lux ílla incomprehenſibílis eſt,non angelis,non uírtutíbus ſuperis.Tu uero angelus es, ínter uírtutes incorporeas enumeraris,non homo es, & eíuſdem cuius ego ſubſtantíæ? An etiam tuæ naturæ oblítus es? Sed ponamus hominíbus tantũ eſſe inacceſſibílẽ, quanquam hoc non addítum eſt, nec ita Paulus ait,hominíbus lucem inacceſſibílẽ habítat, angelis uero non inacceſſibílem. Veruntamẽ hoc ſi placet do tíbi, & pono. Sed licet angelis ſit acceſſibílis, quíd hoc ad te hominem, qui examínas & cõtendis,& comprehenſibílem eſſe naturæ humanę diuinam íllam ſubſtantíam iudícas? Verum ut non hominíbus ſolum, ſed etiã uírtutíbus ſuperis incomprehenſibílẽ eſſe intellígas,audí quíd Eſaías dícat: (cum autem Eſaíam dico, ſententíam ſpíritus ſancti intelligo: propheta enim non niſi quæ diuínitus inſpírantur, ſcríbit & loquítur.) Anno quo mortuus eſt Rex Ozías,uídi dominum ſedẽ Eſaie 6 tem in ſolio excelſo & eleuato, & Seraphín ſtabãt círcum eum,ſex alæ uní,& ſex alæ alterí:duabus obuelabant facies ſuas, & duabus obuelabãt D pedes.Dic quæſo, quamobrem alas prętendunt, & ſuas operiunt facies? quíd alíud díxeris cauſæ, quàm ſplendorem procurſantem è ſolío íllo, & fulgur proſíliens ferre nequire? quanquam non ípſam meram uídebant lucem, nec ipſam ſynceram ſubſtantíam: ſed quæ uídebant, cõdeſcenſus Condeſcenſio erant & índulgentía. Quíd nomẽ hoc condeſcenſus ſignificat? Cum deus nõ ut eſt,ſe oſtendit: ſed quoad uídere ís poteſt qui aſpectum huíuſmodi meruit, eatenus firmítate uidentis ſuam repræſentationem metitur ac temperat, condeſcendere íllum tantíſper dicímus: & eíuſmodí rem condeſcenſum nominamus & índulgentíam. Conſtat & ílla condeſcenſum fuiſſe uerbis ipſíus prophetæ. Vídí dominũ, ínquit, ſedentẽ. At deus nõ ſedet, corporis enim hic habítus:& in ſolio, cum deum

deum nullum ſolium complectatur. Eſt enim nul lius penitus capiens deſcriptiõis. Attamẽ ne con deſcenſum quidem ferre potuerũt, quanquã pro pinquæ: Seraphin enim ſtabant circum eum, inquit: quod tamẽ nõ loci ſignat propinquitatem. Sed cum ſpiritus ſanctus uellet oſtendere illas eſ ſentias, quanquam diuinæ ſubſtantiæ propiores, non tamẽ propterea poſſe proſpicere: idcirco dixit, Seraphin ſtabant circum eum, non ut locum & ſpacium indicaret, ſed quò ex ipſa loci propin quitate propius quàm nos illas eſſe oſtenderet: deum namq; incomprehenſibilem eſſe non pari modo nos atq; uirtutes nouimus. Sed quanto illæ excretiores, puriores, ſapientiores, & perſpica ciores ſunt natura humana, tanto perfectius norunt & melius. Quẽadmodum lucem radiorum ſolis non tam cęcus, quàm qui uidet, eſſe inacceſſibilem nouit: ſic naturam dei inacceſſibilem nõ eodem nos nouimus modo quo illæ ſuperæ uirtutes & incorporeæ. Quantum enim inter hominem cæcum & uidentem diſcriminis eſt, tantum illę à nobis differunt. Quamobrem ſi prophetam dicentem audis, Vidi dominum: noli quaſi eius ſubſtantiam uiderit, ſuſpicari, ſed condeſcenſum ipſum uidiſſe intellige, eũq; obſcurius, quàm uirtutes ſuperæ uideant: non enim tantum uidere, quantum Cherubin potuiſſet. Sed cur de beata illa ſubſtantia loquor, quando ne angeli quidem ſubſtantiam homo uidere libere ualeat? Quod ut ita eſſe intelligatis, hominẽ uobis in medium ducam, dei immortalis familiarem, & plurimum confidentem audentẽq; cum ſapientia & religio ne, cum iuſtitia cæteriſq; uirtutum officijs, ſanDan.8 ctum Danielem, cuius inſignẽ pietatem & probitatem iuuat audiuiſſe: ut cum eum oſtẽdam expaueſcentem, languentem, deficientem, deſtitutum omnino propter præſentiam angeli, nemo cauſa peccatorum malæq; conſcientiæ hoc acciditſſe exiſtimet: ſed expoſita illius animi audẽtia, uirtutiſq; ampliſſima confidentia, naturæ humanæ fragilitas planè deprehendatur, & pateat. Hic Eſaie 6 Dan.10 igitur Daniel trium hebdomadarum diebus panem deſiderabilem non comedit, & uinum aut mulſum non introiuit in os eius, neq; unguento uſus eſt. Tum uiſionem meruit illam, cum iam aptior eius animus eſſet ad recipiendam eiuſmodi faciem, lenior ſcilicet ieiunij beneficio factus, & ſpiritualior. Quid igit inqt? Leuaui oculos meos & uidi: & ecce uir lineis ueſtitus, & renes eius accincti auro obryzo, & corpus eius quaſi chryſoli thus, & facies eius quaſi ſpecies fulguris, & oculi eius quaſi lampas ardens, & brachia eius & crura quaſi ſpecies æris cãdentis, & uox ſermonũ eius, ut uox multitudinis. Vidi autẽ ego ſolus hanc uiſionem: porrò uiri qui erant mecum non uiderũt: ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum, ego ſolus relictus uidi, & non remanſit in me fortitudo: ſed ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcuit, nec habui in me quicquam. Quid iſtud ſit, Species mea immutata eſt, & emarcuit? Fuit ille adoleſcẽs corpore pulchro, forma perquã uenuſta & liberali. Quem florem, quam elegantiam oris, cũ ſummus præſentiæ diuini angeli pauor abſumpſiſſet, pallorem q; induxiſſet, & uultus triſtitiam, adeò ut perinde quaſi animã expirare uideretur, hac de cauſa dixit: Species mea immutata eſt, & emarcuit. Vt eñ ubi auriga perterritus habenas amiſit, equi præcipines feruntur, & currus diſtractus labefactatur, ac perit: Sic prorſus euenire animo ſolitum eſt, quoties magno occupatur ſtupore, grauiq; metu detinetur: quippe qui ictus expauidusq; ſuo deſit officio, ac ueluti quaſdã habenas ſuas actiones amittat, membraq; ereptis ſenſibus deſerat, quæ protinus amiſſo, quo cõtinentur & reguntur, frigent, corruunt & labuntur. Quod Danieli quoq; tunc accidit. Quid angelus facit? Erigit hominẽ, ſicq; alloquitur: Daniel uir deſideriorum intellige uerba quę ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim miſſus ad te ſum. Ille ſurrexit tremebundus. Et cum angelus item is ad eum fari inceperit: Ex die, quo poſuiſti cor tuum affligi in conſpectu dei, exaudita ſunt uerba tua, & ego ueni propter ſermones tuos: Rurſum frangitur, & exanimatus labitur in terrã. Quod euenire his, quibus animus deficit, ſolet. Vt enim illi cum receperint ſe, erectiq; reſpexerint, aliquãdiu rurſum inter ſociorum amplexus, dum frigido inſperguntur rore, deficiunt, reſolutisq; membris collabuntur: ſic nobilis ille propheta afficiebatur, laborabat, occumbebat: animus enim metu uehemẽti perculſus, conſpectusq; impatiẽs angeli, minime lucem illam ferre idoneus, ſolicitabatur, & admodũ conturbatus cadebat, quaſi ſe extrudere corpore ueluti uinculis feſtinaret. Audiant qui principẽ angelorũ perpenſant atq; examinant. Daniel quem uenerati leonum oculi ſũt beluarum ferociſſimarum, Daniel qui plus quàm natura pateretur humana efficere potuit, præſentiam angeli ſui conſerui ferre nequiuit: ſed defectiſſimus uiribus, atque exanimatus iacuit. Sunt enim conuerſa, inquit, inteſtina mea in uiſione mea, & nihil in me ſpiritus remanſit. Iſti qui tam longe ab illius iuſtiſſimi hominis uirtute abſunt & iacent, & ſordent, ipſam ſubſtantiam dei ſeſe diligentiſſime noſſe profitentur: quæ ſuprema & prima eſt, quæ millia angelorum creauit, quorum unum Daniel uidere non potuit. Sed redeo ad id quod propoſui explicandum, & quàm ſuperis quoq; uirtutibus deus quanquam condeſcens minime conſpiciatur, oſtẽdam. Cum enim Seraphim alis productis ſeſe obuelãt, nulla prorſus alia ratio eſt, quàm lux, quam inacceſſibilem deum habitare præclare Paulus retulit: nec Seraphin ſolum re ipſa lucem eſſe inacceſſibilem prædicant, ſed etiã Cherubin qui his ſuperiores uirtutes ordinantur. His enim prope conſtare datum eſt: illæ ſedẽ deo miniſtrant, ipſæ pro ſolio ſubditæ: non quòd deus ſedili conſideret, ſed ut nobilitatem uirtutum earum intelligas & præſtantiam. Audi igitur alium quoque prophetam de his, modo quidem diuerſo, ſed cogitatione eadem narrantem: Factum

Condeſcenſio

Ezech.1 est uerbū domini ad Ezechielem filium Buzi se-
cus fluuium Thobar. Hic quoq; ad Thobar flu-
uium, quomodo Daniel ad Tigrim diuinam rem
accipit. Quoties enim deus nonnihil explicatu-
rus suis famulis est, extra urbem tumultumq; ho-
minum ducit, & loco tranquillo constituit, quò
nullis rebus, quę sese aut oculis aut auríb. offerāt,
animus interpellet: sed liber omnino, ac otiosus
uacet eorum, quæ diuinitus aperiantur, contem-
plationi. Sed quid se uidisse enarrat? Ecce nubes
ueniebat ab Aquilone, & splendor in ea, & in me
dio similitudines animalium quatuor: Hic aspe-
ctus eorū, similitudo hominis in his, & quatuor
facies uiri, & quatuor alæ uni. Erat his altitudo &
aspectus horribilis, & terga eorum plena oculis,
in circuitu eorum quatuor, & similitudo super ca
put animalium firmamēti, quasi aspectus crystal-
li horribilis extenti super capita eorum desuper:
& alis unum quodq; duabus uelabat corpus su-
um: & super firmamentum quasi aspectus lapidis
sapphiri, similitudo throni: & super similitudinē
throni, similitudo quasi aspectus hominis desu-
per. Et uidi quasi speciem electri à lumbis eius &
desuper, & à lūbis eius usq; ad deorsum uidi spe-
ciem quasi ignis splendentis, uelut aspectū arcus
cum fuerit in nube in die pluuiæ. Post hoc cū uel-
let exprimere, nec à propheta, nec à uirtutibus il-
lis meram ipsam substātiam recipi, illud addidit.
Ezech.2 Hæc uisio similitudinis gloriæ domini. Vides tā
hic, quàm ibi dei condescensum? Attamen uirtu-
tes ipsæ suis etiam pennis sępe operiuntur, utpo-
te quæ facie detecta nequeant contueri, quāquā
sapientissimæ & purissimæ. Vnde id constat? Ex
ipsa nominū ratione. Nam ideo angelus dicitur,
quia dei sentētias hominibus ἀγγέλλει, hoc est nū-
ciat. Et archangelus nuncupatur, quod angelis
ἄρχει, id est imperat, siue præest. Sic illæ quoque
uirtutes nomina sortiuntur, quæ sapientiam, pu-
ritatem, notam denicq; earum nobiliorē consigna
tissime indicent. Et quemadmodum angelorum
pinnæ naturæ eminentiā referunt: Gabriel quip-
pe uolitans repræsentatur, non quòd deus pinna
tos angelos condidit, sed ut eum ex supremo do-
micilio & cœlesti collegio, ad terrā & genꝰ deue
nisse humanum intelligas: sic in his quoq;, de qui
bus agitur, nihil pinnæ significant aliud, quàm ui
res sublimes atq; excelsas naturæ. Quo igitur mo
do pinnæ superiorem naturæ conditionem inter
pretantur, solium requiē in his ipsis dei designat,
oculi perspicacem dei intelligentiam, propinqui
tas solij & hymnus assiduus insomniū & uigilan
tiam docent: Sic etiā ipsa nomina partim sapien-
tiam, partim puritatem, syncerítatemq; declarāt.
Enimuero Cherubin nuncupatio plenam accu-
mulatamq; scientiam exprimit. Seraphin uero à
candente, flagranteq; ore nomen inuenerunt. Vi
des quam & puritatem, & sapiētiam nomina ex-
plicent. Quòd si uirtutes tam expletæ scientiæ
compotes, ne cōdescensum quidem dei ualeant
tolerare: quantæ sit amentiæ facinus, quæso, ho-
mines in quibus particularis quædam ineſt scien
A tia, Paulo autore: Qui ex parte cognoscimus, in- 1.Cor.13
quit, & per speculum & ęnigma: ea sibi perspicua
exploratacq; haberi putare, quæ ne illis quidē pa-
tere uirtutibus liceat? Statueram quidem nō mo
do Cherubin ac Seraphin, uerumetiam principa
tibus, potestatibus, & omni uirtuti creatæ deum
esse incomprehensibilem explicare: sed animum
fessum iam sentio uestrum, non tam eorum quæ
proposui multitudine, quàm horrore. Solet em̄
animus pij hominis expauescere, quoties diu in
suprema illa uersatur contemplatione. Quam-
obrem age animum reuocemus de cœlo, & soli-
ta recreemus exhortatione: qua, ut homines, qui
eo morbo laborant, conualescant, aliquādo opte
mus. Nam si pro ægrotis, pro laborantibus in ar-
B genti fodinis metallorum, pro seruientibus du-
ram seruitutem, pro agitatis spiritu malo, deum
rogare præcipimur: quanto magis pro his ora-
re debeamus? Error nanq; impietatis longe gra-
uior agitatione illa dæmonis est: furori etenim il-
li ignosci potest, at uitium hoc omni caret pur-
gandi ratione, nullam ueniam potest impetrare.
Sed quoniam mentionem orationis pro agitatis
fecimus, nonnihil ad uos quoque fratres chariss
mi censeo differendum, quò morbum perquam
grauem à conuentu nostro eijciam. Perperam e-
nim, ac perabsurde agetur, si qui externis tam ac
curate medemur hominibus, membra propria
pessum ire patiamur. Quod genus morbi istud
sit? Ingentem, & pene inauditā hanc populi mul-
titudinem, quæ modo affluxit, tantacq; cum atten
C tione sermonem audit meum, sæpenumero tem-
pore illo perhorrendo requisiui, & tamen nun-
quam uidere potui, atq; ita me uehemēs cepit su
spirium, quòd cum ego disputo uester cōseruus,
studium adhibetis & ingenium, contenditis ani-
mum, alter alterum impellit & iactat, ut ipse pro-
pius adsit, frequentes ad finem usq; dicendi pa-
tientissime perseueratis. Cum autem ipse Chri-
stus communis magister & dominus, semet in sa
cris mysterijs ostensurus est, uacua desertacq; ec-
clesia redditur. Proh fidem hominum Christiano
rum, quo pacto isthæc ueniam consequantur?
Facit profecto uestra ista siue desidia, siue negli-
gentia, ut laudem studij auscultandi illius om-
nem amittatis. Quis enim nō tam uos, quàm me
D damnet ac reprobet, cum fructum omnem audi-
endi delapsum cernat, & euanidum? Nam si cum
diligentia his quæ docuissem attenderetis, facto
palam studium faceretis uestrum, non uerbis te-
nus, corde habere monstraretis. Sed quòd statim
cum audiuistis, discedítis, & fugam quasi uos ho
stis insectaretur arripitis: coniectari omnino li-
cet, nihil uos recepisse & recondisse animo utilita
tis. Nam si quæ proposita sunt, recondita in ani-
mis uestris seruarētur: prorsus uos illa in templo
tenerent, & ad rem horribilem maiore cum de-
uotione hortarentur & mouerent. Nunc uero
quasi fidicinam audiretis aliquam, sic om̄i utilita
te uacui, simul ac factus finis dicēdi est, discedítis.
Sed ô frigidam excusationem excusandi, quam à
com-

compluribus reddi audio. Orare uel domi possu mus dicunt, sed homiliã doctrinamq; audire non nisi in ecclesia possumꝰ. Te homo decipis, & ma gno in errore uersaris. Nam si & domi quoq; datur orandi facultas, tamen fieri non potest, ut domi tã bene ores, q̃ in ecclesia, ubi tot patres, ubi clamor felici societate excitus ad deum immorta lem referẽ: non pariter exoras cum solus dominũ obsecras, atq; tuis cum fratribus. Est enim in hoc plus aliquid, uidelicet concordia, conspiratio, co pula amoris & charitatis, sacerdotum clamores: præsunt enim ob eam rem sacerdotes, ut populi orationes quæ infirmiores per se sunt, ualidiores illas complexę simul in cœlum euehantur. Adde quòd nil fructus capi ex homilia potest, nisi ora tio adiungatur. Porrò sermoni oratio debet ante
Act. 1 & 2 ire. Sic apostoli dicunt: Nos in oratione ac sermo nis doctrina perseuerabimus. Sic Paulus facit cũ in exordijs suarũ epistolarũ oret, ut perinde quasi lumen lucernæ lux ipsa orationis tegat sermonẽ, ac dirigat. Profecto si orare cum diligentia insue scas, nihil est qd' doctrinã tui cõserui desideres, cum ipse deus sine ullo interprete mentem tuam abunde luce afficiat. Quòd si omnis oratio tantã uim habeat, longe magis eam, quæ ore multorũ proueniat ualere consentaneũ est. Plus enim ner uorũ in ea est, & multo audientia maior, quàm in domestica illa & priuata. Vnde id constet, Pau-
2. Cor. 1 lum ipsum dicentem audi: Qui ex tantis periculis eripuit nos & eruit, etiam speramus quòd ad huc eripiet: uobis quoq; in oratione ꝓ nobis sub uenientibus, ut dono in uos collato, à multis per sonis gratiæ agantur pro nobis. Sic etiam Petrus
Act. 12 carcerem euasit. Oratio enim pro eo ab ecclesia sedulo agebatur ad deum. Quòd si Petro ecclesię oratio profuit, & columnam illam ac stabilimen nostrę religiõis carcere liberauit: cur eius uim tu contemnis & negligis? Qua te possis purgare ra tione? Deum quoq; dicentem audi, quàm popu lo cum beneuolentia inuocante placetur, & par cat. Quippe qui se excusans apud Ionam prophe tam fruticis augmento cucurbitæ, uerba ad hũc
Ionæ ult. modum faciat: Tu doles super cucurbita, in qua nõ laborasti, neq; fecisti ut cresceret: Ego nõ par cam Niniue, ciuitati meæ magnæ, in qua habitãt plures q̃ centumuiginti milia hominũ? Non abs re amplum populi numerũ proponit, sed ut intel ligas plurimũ eam pollere orationẽ, quę cum cõ sensu agitur, & iugi concordia pluriũ hominum. Quod exemplo quoq; rei humanæ libet explana re. Nam ante hos decẽ annos capti sunt, nõnulli tyrannidem appetentes, cuius rei uos etiã memi nisse arbitror. Fuit inter eos quidam dignitate ac principatu prædítus, qui cum dãnatus capite ad supplicium duceretur: populus motus misericor dia, uniuersus prætorem adijt, & deprecandi cõ muni opera efficere potuit, ut reus ille uenia nul la dignus liberaretur ab ira Imperatoris. Quòd si cum iram terreni Imperatoris uelitis extinguere, uniuersi cũ liberis & uxoribus festinatis: cur quo ties ad cœlestem illum Imperatorem placãdum, reddendumq; propitium ire pergitis, ut eius iræ eximatis non unũ, ut tunc: nec duos, aut tres, aut centũ, sed omnes orbis terrarum peccatores, om nes dęmone agitatos, à flagello liberetis diaboli: foris sedetis, non uniuersi concurritis, & ecclesiã penetratis, ut deus uestram reueritus atq; exoscu latus concordiam, & illis pœnam dimittat, & uo bis peccata absoluat? Si in negotijs necessarijs non omni leone uehementius, disruptis omnib. uinculis, curriculo is & te confers ad supplicatio nem communem, quam spem habere possis salu tis, ni ita facias? Tempore illo mi frater charissi me, non solum homines clamorem illum horribi lem reddunt, sed etiam angeli domino genu flec tunt, & archangeli rogant, habent sibi tẽpus id idoneum, habent sacram illam oblationem in fa uore. Itaq; ut homines ramos olearũ gerẽtes mo uere reges consueuerunt: eoq; arboris genere mi sericordiam commemorant & humanitatem: sic angeli tunc pro ramis oleaginis corpus domini ipsum protendentes, rogãt pro genere humano, quasi dicãt: Pro his domine rogamus, quos tu a deo dilexisti, ut pro eorum salute mortem obires, animã in cruce efflares: pro his supplicamus, pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti. Agi tatos quoq; ob eam rem diaconus tẽpore illo ad ducit & iubet caput inclinare. Cum eos unà cum fratribus orare non liceat, adducit eos, ut tu mise ratus, & quia tam acerbe uexãtur, & quia uocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorũ utaris de fensionem & auxilium. His itaq; magis magisq; animaduersis fratres charissimi, omnes tempore illo in ecclesiam properemus, ut dominum ad mi sericordiam inuitemus, & tempestiui adiumenti gratiam cõparemus. Probastis quæ dixi, magno cum tumultu & plausu admonitiõem recepistis: sed uelim curam quoque adhibeatis, ut facto ue stra approbatio ostendatur. Iam non lõgum post tempus periculum faciam obtemperandi. Ora tio excipere solet admonitionem. Equidem ge nus id probandi & commendandi cupio atq; po stulo: plausum illum desidero, quem non dicta, sed facta conficiant. Alter igitur alterum horte tur constare, quo nunc modo manetis: & si quis se moueat, reuertite, retinete cum diligentia, ut duplicem tam proprij studij, quàm curę in fratres mercedem adepti, fidentius ac audentius supplí cetis deo immortali, benigno ac propitio, & con sequi uitæ felicitatem tum præsentis, tum futuræ possitis, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, qui cum patre uiuit, & regnat in unitate spiritus sancti &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE incomprehensibili dei natura, contra Anomœos, Homilia IIII.

SATIS iam esset fratres charissimi, si posteaquam nuper ostendimus de um incomprehensibilem esse homini bus, atque etiam Cherubin ipsis & Se raphin, molestia hominum hæretico

rum leuati nihil ulterius moneremus: ſed cũ animus & ſtudium ſit, ut nõ ſolum ora aduerſariorũ cõprimamus, ſed etiam uos faciamus doctiores, eandem aggrediamur cauſam, & ſermonem ulterius protrahendum cẽſemus. Faciet enim mora, quam his in rebus traxerimus lõgiorẽ, ut & uos plura percipiatis, & ego palmã adipiſcar ſplẽdidiorem, dum ſi quid reliquiarũ reſtet, id penitus excidẽdum delendumq; perſequor. Nam herbas quoq; uitioſas & noxias nõ modo tõdere p ſumma ceſpitum: ſubito enim radix repullulat: uerũ etiã ſtirpitus ab ipſo telluris gremio euellere, diſpoliatasq; ſua humo ſolis ardori facilius macerãdas, exiccãdasq; exponere, officium boni agricolæ eſt. Age igitur cœlum iterũ ſermone cogitatione q; petamus, non tamen ut curioſe rem inquiramus diuinã, nõ ut pluſq; ſatis ſit indagemus, ſed ut hominum qui ſe ignorant, nec modum humanæ naturæ intelligere patiuntur, contentionẽ intempeſtiuam peruertamus. Hinc enim magna argumentandi copia. Nõ ſolum dei conſpectũ, ſed etiam angeli intolerãdum ſanctiſſimo illi uiro extitiſſe oſtẽdimus, totam uobis hiſtoriam recitauimus. Et ſæpius beatum Danielem poſuimus ante oculos pallentem, cõtrementem, nihilominus q; qui ex uita diſcedũt cõſtantem, cum eius animus uinculum corporis abrumpere feſtinaret, & liber ſupernum petere domicilĩ. Nam ut domeſtica & manſueta quædam columba per tabulata ſpacians ædium, ſi ſtrepitum ſenſerit, exterrita abuolat in tectum, & ſublimem ſeſe efferens, exitũ ſolicite petit, pauoreq; leuari enitẽ: ſic animus beati illius à corpore efferre, foraſq; omi ex parte extrudere cogebatur. Et quidẽ exiſſet, abuolaſſet, corpus ſuũ deſeruiſſet, niſi continuo angelus eũ intimo liberaſſet metu, ad ſuũq; reuocaſſet diuerſoriũ. Hæc ob eam rem tunc latius diſſerebamus, ut illi re cognita, quãtum inter angelum & hominem intereſt, perſpectaq; cõſerui præſtantia emẽdarentur, atq; ita ceſſarẽt ſæuire in dominum. Vir
Dan.8 ille iuſtiſſimus qui tantũ apud deum ualebat, cõſpectum nõ tulit angeli, qui uero tam ab illius uirtute longe abſunt, non angelum, ſed ipſum dominum angelorum perquirũt atq; examinãt. Ille ferocitatem leonũ edomuit, nos ne uulpeculas quidem uincere poſſumus. Ille draconem conuulſit, tamq; pernicioſam beluam ſuperauit ſua in deũ familiaritate: nos minutiſſima reptilia pertimeſcimus. Ille regem more leonis ſequentem cohibuit, iram ille Nabuchodonoſoris flãma omi rapacio rem in hoſtes ruẽtem ſtatim quum acceſſiſſet, extinguere, & diſpulſa caligine, lucem cunctis reſtituere potuit. Veruntamen qui lucẽ præbuit illã, cum angelum dilucẽtem aſpexiſſet, caligine graui occupatus, humi ꝓſtratus eſt. Quo igitur modo purgare ſeſe habeant, qui beatam illam dei naturam perluſtrare tentant, & explorare? Sed nos finem dicendi non in his ipſis tum fecimus, ſed etiam ad ſapiẽtiſſimas illas uirtutes cenſuimus pergere, quas ſuos auertere oculos, pinnis ſe obuelare, cruribus conſtare erectis, clamorem aſſiduum reddere late oſtẽdimus. Porrò illæ uirtutes pauorem metũq; rebus omnibus ſuum uobis aperuerunt. Quo enim ſapiẽtiores ſunt, ac propius ad ineffabilem & beatam illam accedunt ſubſtantiam, eo magis quàm nos deum, quàm ſit incomprehẽſibilis norunt. Auget enim admirationem & metum ſapiẽtiæ magnitudo. Diximus item quid inacceſſibile eſt, quod eo plus eſt quàm incõprehẽſibile: poſtquam inueſtigatum eſt, incõprehenſibile eſſe cõſtat: inacceſſibile autem ne inueſtigãdi quidem operã, aut ullum aditum recipit: quã ad rem ſimilitudinẽ quoq; à mari petiuimus. Ad hæc Paulũ nõ deum ſed lucem eſſe inacceſſibilẽ dixiſſe retulimus, ut ſi domicilĩ dei inacceſſibile, longe magis ipſe habitãs deus inacceſſibilis eſſe intelligeretur. Quæ tã pręclarus ille autor ſcripſit, non ut loco circũſcribat deũ & ſpacio: ſed ut ampliſſima argumẽti copia doceret, q; deꝰ inacceſſibilis, minimeq; intelligibilis. Adduximus alias quoq; uirtutes, id eſt Cherubin, ſuper aquas firmamẽtum, cryſtallũ, throni ſimilitudinem, ſpeciem humanam, electrum, ignem, arcum oſtendimus. Quæ cum propheta enumeraſſet omnia, ad
Ezech.2 iunxit: Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini. Atque ex his omnibus dei cõdeſcenſum intolerabilem eſſe uirtutib. ſuperis explicauimus. Quæ modo non uacanter cenſui repetenda: ſed quoniã ꝓ miſſionis illius debitorẽ me eſſe ſcio, intelligere diligentius uolo quantum exoluerim, quantũ reſtet. Sic ęris alieni boni ratiocinatores faciũt, affe
C runt tabellas in mediũ in quibus ratio computandi omnis notata eſt. Vnde cum quantum de ſumma ſuis reddiderint creditoribus conſtiterit, reliquum exoluunt. Quorum exẽplo ego quoq; memoriam ueſtri animi uelut libellum aperiã, & ſermone quaſi digito quodam parte quę ſoluta iam eſt, dogmatum demonſtrata, pergam ad reliqua. Sed quid reſtat? an ut oſtendamus non principatus, non poteſtates, non dominationes, nõ ſi qua creata uirtus alia eſt, dei exquiſitam capere comprehenſionem? Sũt enim uel aliæ uirtutes, quarũ ne nomina quidẽ nouimus. Animaduerte hæreticorum amentiam quæſo, ſeruorum ipſorum nomina ignoramus, & tamen ſubſtãtiam domini ipſius exquirunt, cõtenduntq; cõprehendere. Sunt
D eñ angeli, archangeli, throni, dominatiões, principatus & poteſtates: ſed nõ hi ordines ſolũ, ſed innumera cœleſtem regionem incolunt genera, quorum nulla dicẽdi facultas numerũ poteſt exequi illorum. Vndenam cõſtet, quęretis, plures hiſce enumeratis uirtutes eſſe, quarũ nomina ignoramus? Paulus qui hæc docuit, id etiam dixit, cũ
Eph.5 de Chriſto in hunc modum ſcriberet: Conſtituit eum ſuper omnem principatum, & poteſtatẽ, & uirtutem, & dominationem, & omne nomẽ qd nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Videtis quàm ſint aliqua facillimæ cognitionis nomina: hac de cauſa nõ ſolum quę in hoc ſeculo nominãtur, ſed etiam in futuro, inquit. Verum quid mirum, ſi uirtutes illę exquiſita careant comprehenſione diuinæ ſubſtantiæ? id enim demonſtra

monſtrare nil ardui eſt. Sunt porrò diſpẽſationes eiuſdem illius complures, quas neſciant principa tus ijdẽ & poteſtates, & dominationes. Quam ad rem teſtem religioſiſſimum item Apoſtolũ citemus. quippe cum uerbis eiuſdem planè oſtenda tur, eſſe nõnullas diſpenſationes, quas uirtutes illæ nobiſcum intellexere, cũ omnino antequam nos intelligeremus, ignorarent: nec modo nobiſcum, uerũ per noſipſos accepere. Quod alijs generationibus, inquit, non eſt agnitum: ſic nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu, eſſe gentes cohæredes & concorporales, & comparticipes promiſſionis eius per Euangelium, cuius factus ſum ego Paulus miniſter. Sed quonam argumento conſtat modo uirtutes ſuperas accepiſſe (quæ enim propoſita adhuc ſunt, de hominibus proculdubio diſſeruntur) audi: Mihi omniũ hominũ minimo eſt data gratia hæc euangelizare in gentib. inueſtigabiles diuitias Chriſti. Quid inueſtigabile eſt? qđ quæri non poteſt, qđ non ſolum ſcrutari, ſed etiam ueſtigare nequeas. Audiãt quemadmodũ per crebra aduerſum ſeſe iacula à Paulo iaciantur. Nam ſi diuitiæ inueſtigabiles ſunt, quî fieri poteſt quin deꝰ qui largitus diuitias eſt, ueſtigabilis ſit? Et illuminare oẽs quę ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſcõditi à ſeculis in deo, qui creauit, ut manifeſtetur nunc principatib. & poteſtatibus per eccleſiam multiformis ſapiẽtia dei. Audis quemadmodũ nunc non antè cognouerint hoc illæ uirtutes, & recte quidẽ. Rẽ enim de qua apud Imperatorem conſultatur, miles neſcit. Vt manifeſtetur principatibus & poteſtatib. per eccleſiam multiformis ſapiẽtia dei. Vide quãtum honoris in genus humanum deus immortalis contulerit, nobiſcum & per nos uirtutes ſuperæ regis ſummi ſecreta cognouerunt. Sed unde nam pateat de cœleſtibus illis dici? Nã & dæmones principatꝰ & poteſtates ſolet appellare, uelut
Eph.6 cum dicat: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principes, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum ſeculi huius. Nũquid ergo hoc etiam loco illud uelit intelligi, dæmones rẽ minime tenuiſſe? Nequaquam, ſed de illis uirtutibus ſupernis loq̃tur: ubi enim principatibus & poteſtatibus dixit, addit, in cœleſtibus: ille enim principatuũ & poteſtatum ordo cœleſtis eſt, hic ſub cœlo uerſatur. Sed ad debitum illud ſoluẽdũ ueniamus, hoc eſt ad demonſtrandum nec principatus, nec poteſtates nouiſſe dei ſubſtantiam. Quis hæc dicit? Non itẽ Paulus, aut Ezechiel, aut Eſaias: ſed uas illud immaculatum, & ſanctum, ipſe tonitrui filius cha
Eph.5 riſſimus ille Chriſto Ioannes, qui ad pectus recubuit domini, atq; ab illo diuino fonte ſacra ſua flu
Ioan.1 mina hauſit. Quid hic dicit? Deum nullus unquã uidit. Vere tonitrui filius dictꝰ, qui uocem tam illuſtriorem, tam omni tuba clariorem reddidit, q̃ ut omnes contentioſi cõturbarentur, & obmutescant, facit diligẽtiſſime. Sed ſcrupulũ qui ſe obijciat, uideamus. Quid ais Ioãnes? deum nullus unquam uidit? Ergo minime prophetis credemus, qui ſeſe uidiſſe inquiunt. Eſaias enim: Vidi dominum, inquit, ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatũ. Daniel: Vſquequo throni poſiti ſunt, & antiquus dierũ ſedebat. Micheas: Vidi dominũ deum Iſrael ſedentẽ ſuper ſolium ſuum. Alius rurſus propheta: Vidi dominũ ſtantem ſuper altare, & dixit mihi: Percute cardinem, &c. Deniq; multa huiuſcemodi teſtimonia poſſũt colligi: quæ cũ ita ſint, quamobrem Ioannes negat ita eſſe quenquam qui deum uiderit? Nullũ uidiſſe deum Ioãnes inquit, ut exquiſitam illam cõprehẽſionem, & expreſſam cognitionem in nullo contigiſſe intelligas. Conſtat illa condeſcenſum fuiſſe omnia, nec uidiſſe quempiã illorum ſynceram ipſam ſubſtantiam, eo quòd uarie quiſq; uiderit. Deus eñ ſimplex omni cõcretione abiũctus, nulla forma aut figura effigiatus eſt. At uero illi oẽs figuras uiderunt uarias: quod idem deus per aliũ item ꝓphetam inſinuans ac ſuadens, neminẽ ſcilicet exquiſite ipſam ſuam uidiſſe ſubſtãtiã, inquit: Ego
Oſee 13 uiſiones multiplicaui, & in manib. prophetarum aſſimilatus ſum. Tum ex his quę deus Moſi denegat: cum enim ille uidere deum ſenſu oculorũ cõcupiſceret: is, Nemo uidebit faciẽ meam & uiuet,
Exod.33 addidit. Liquidũ itaq; nobis hoc, & cõfeſſum habetur. Quamobrem nõ de natura humana ſolum ſic ait: deũ nullus unquam uidit, ſed etiam de uirtutibus ſuperis. Proinde unigenitum allegat eius dogmatis prẽceptorem & autorem. Ne quis eñ unde id conſtet, obijceret, addidit: Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe expoſuit: teſtẽ prorſus locupletiſſimum, & magiſtrum egregium ſuę opinionis allegat. Atqui ſi Moſes id idẽ uellet deſignare, porrò hic uacanter dixiſſet: Vnigenitus expoſuit filius. Nam uel anteq̃ Ioannes hæc tanquam ab unigenito accepta referret, cõſtaret ita eſſe uerbis prophetæ, qui ex deo acceperat. Verũ quòd plus aliquid quàm olim propoſitũ fuiſſet, ipſe nobis eſſet reuelaturus, uidelicet ne uirtutes quidẽ ſupernas poſſe deũ uidere, idcirco unigenitum allegare magiſtrum uoluit. Viſum autẽ hoc loco pro cognitione poſitum arbitrare: haud eñ pupillæ & oculi, & genæ inſunt in uirtutibus illis ſupernis, ſed quod uiſus in nobis eſt, idem in illis cognitio. Quapropter quoties deum nullum unquam uidiſſe audis, illud intellige, nullũ eſſe qui deum nouerit, qui deum cognouerit, qui ſubſtãtiam dei exquiſita ratione perceperit. Quin etiã cum de Seraphin audis, oculos auertiſſe, pinnas uiſui obduxiſſe, item Cherubin hoc idem feciſſe, noli oculos habere illos exiſtimare, corpori eñ hæc forma peculiaris eſt: ſed his ipſis humanæ, ac pinguis Mineruæ uocabulis cognitionem illarũ deſignari tibi à propheta intellige. Cũ itaq; dicat deum quamuis condeſcẽdentem minime ferre illas uirtutes potuiſſe, nil aliud docet, niſi eius cognitionem expreſſam, amplam, integram non potuiſſe recipere, neq; auſas eſſe intueri ſynceram illam perfectiſſimãq; ſubſtãtiam, imò ne ad ipſum quidem eius condeſcenſum ſatis aſpirare. Hinc etiam Euãgeliſta certior, neq; humanæ naturæ in tereſſe

tereſſe rem tãtam ſcire,neq; ipſis uirtutibus ſuperis deum eſſe comprehenſibilem,ipſum à dextris eius ſedentem,ac diligentiſſime rem ſciẽtem allegat huius opinionis autorẽ.Nec filius tãtummodo dixit:quanquã etiam ſatis ſi ita dixiſſet,ora impudẽtium hominum comprimere, atq; obturare poſſemus. Vt enim Chriſti eſſe cõplures poſſunt, ſed uerus & præcipuus Chriſtus unus eſt:& multi quidem domini nominantur, unus tamẽ dominus per excellentiam eſt, ac etiam dij plures dicũtur, at uerus princepsq; deus unus eſt: Sic multi quoq; filij appellãtur,uerus tamen filius unus eſt, & quidẽ ipſa articuli Græcæ linguæ adiectio prẽcipuã & excellẽtem unigeniti exprimere poteſt conditionem.Attamen non cõtentus his fuerat, ſed quum dixiſſet,Deum nullus unquã uidit, iunxit: Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe expoſuit.Primũ unigenitus dixit,deinde filius:cum enim propter nominis cõmunitatem gloriã eius plericq; minuãt, unum ex hoc uulgari filiorum numero eſſe arbitrantes: nomen etenim filij cõmune omnium eſt:hinc,quod eius prẽcipuum eſt,& peculiare,ac nemini è cẽteris tribui poteſt hominibus,id eſt unigenitus,antepoſuit: ut ex hoc credas,uel commune illud non præterea eſſe cõmune,ſed peculiare eius & proprium,nec ulli è cæterorum numero perinde ac ei conueniens.Atq; ut dilucidiꝰ quod doceo fiat, exponã latius.Filij nomen & hominibꝰ datur &Chriſto,ſed nobis abuſiue,illi ꝓprie:at uero unigeniti nomen eius uniꝰ eſt,nec ulli è cæteris uel proprie,uel abuſiue contingit.Vt igiť ab ea quæ nemini cõgruat, niſi ipſi uni appellatione,alteram quoq; illam multitudinis propriã eius eſſe per excellentiam arbitreris, ea ꝓpter primũ unigenitus, poſt filius dicit.Sed ſi minus hæc tibi ſufficiant,inquit, tertium illud addam,craſſum quidem atq; humanum, uerum efficax ſatis,ut uel iacentes homines ad unigeniti intelligendam gloriã erigat.quid hoc ſit? In ſinu patris.Chariſſimi,hoc uerbũ eſt ad explicãdam cognitionem,& ueram germanamq; , ut ita loquar, intimitatem aptiſſimum: modo piè, & quemadmodũ deum deceat,accipiatur. Vt enim quum ſedem audis,& ſedere à dextris,nõ ſedile intelligis, non locum,nõ aliquid deſcriptionis, ſed ſedis uocabulo,& ſedẽdi ſocietate honorẽ parem,& nulla ex parte diuerſum cogitas: ita quum ſinum audis,non amiculi gremium,non loci quicquã adeſſe putandum,ſed ipſo ſinus uocabulo proximitatem ad parẽtem & familiaritatem apud eundem arbitrare.Nam cum uerſari in ſinu dicitur, longe expreſſius propinquitas genitoris, quàm cum ſedere à dextris,ſignificať:nec enim pater ſuo in ſinu tenere filium pateretur,niſi eiuſdem eſſet ſubſtantiæ,nec filius in ſinu paterno degere auderet, ſi naturam inferiorem ſortiretur. Ergo ut filius & unigenitus in ſinu degẽs paterno, rem omnẽ patris diligentiſſime nouit & tenet. Ob eãq; rẽ uerbis hiſce Euangeliſta uſus eſt,ut filij exquiſitã ſuo de patre cognitionẽ explicaret. De hac enim ipſa cognitione agebatur.Quod niſi ita eſſet,cur quæ ſo, ſinus uocabulum ſumeretur? Nam ſi neq; corpore deus conſtat,neq; cognitio & ad genitorem propinquitas aduocat: fruſtra id nomẽ inſeritur, nullum ad uſum idoneum. Verum nõ fruſtra(dictum enim quicquã à ſpiritu ſancto fruſtra putare nefas eſt) ſed filij ad patrem propinquitatẽ deuinctionemq; declarat.Cum enim rem magnã aſſeruiſſet, uidelicet ne ſuperam quidẽ creaturam poſſe deũ uidere,id eſt,exquiſita ratione cognoſcere,huiusq; opinionis teſtẽ fide dignum uellet adhibere,hæc inſeruit uerba,cui ut filio & unigenito,& ut in paterno ſinu degenti,de rebus omnibus crederes,nec quicquam dubitares. Si autem quis non contendat,nec agere impudẽtius uelit, idem hoc æternitatem interpretari dixerim. Vt enim eo quod ad Moſen dicit̃:Ego ſum qui ſum, ſempiterni rationem dicimus: idem uel ex hac dictione Qui eſt in ſinu patris, deducere ſanè licet. Sed iam deum incomprehenſibilem eſſe omniũ creaturarũ generi, latè ex his quæ propoſuimus, patet.Reſtat ut à filio & ſpiritu ſancto dũtaxat exquiſite illum cognoſci diſſeramus. Verum hoc in aliud tempus differri melius eſt,ne admodum ꝓlixo ſermone memoriã eorũ quæ propoſuimus, obruamus atq; oblíteremus. Hinc itaq; ad ſolitã ueniamus admonitionem.Quẽnam iſta ſolita admonitio eſt? Vt orationem ſeruemus ingenuam mente ſobria,animo uigili. Nuper enim cum hac de re diſſeruiſſemus,omẽs facile uidi obtẽperantes:quamobrem perperam certè ageretur,ſi cum negligitis,nõ increpem, quum ex officio facitis, nõ laudem Laudare igitur uos hodie uolo,& gratiam uobis ob illam obediẽtiã reddere. Gratiam autẽ reddam,ſi uos docuero, quamobrẽ illa præcæteris oratio ſolet fieri,& cur homines dæmone agitatos,& furore accitos teterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet diaconus. Qua de cauſa igitur ita agiť dicã. Vincula perquã praua,& grauia agitatio dæmonum eſt: uincula eñ ferro ualidiora. Vt itaq; tempore inſtante,quo iudex prodire,& pro tribunali ſedere ſolitus eſt: cuſtodes carceris,homines quos in uinculis tenent, oñes carcere educunt,& pro cancello ſeptiſq; fori collocant ſqualentes,ſordẽtes, coma expletos nimia,pannis miſerrime obductos: ſic patres ſtatuerant,ut quum breui Chriſtum uelut pro tribunali ſedere,in ipſiſq; ſacramentis apparere futurũ eſſet,homines dæmone agitati illi tãquam uinculis quibuſdam retenti adducerentur, nõ ut rerum quas commiſiſſent,examen ſubirent,modo eorũ qui in uinculis ſunt, nec ut luerent pœnas,& ſupplicio afficerẽtur:ſed ut populo uniuerſaq; ciuitate præſente communes pro his fierẽt ſupplicationes,ut omnes iugi concordia dominum communem orarẽt pro his,& quòd miſereretur, magno clamore contenderent.Cæterũ ut his tunc ſuccẽſſui,qui orationem huiuſmodi negligerẽt, foriſq; tempore eo uerſarentur: ſic impræſentiarũ his q intus conſtant,ſuccenſendum utiq; reor, nõ quia intus manent,ſed quod cum eo quo debent,maneant loco,nihilo melius afficiũtur, quàm qui foris

Exod.3

Heb.

tis euagantur. Diſputant enim inter ſeſe, & autio A
cantur, aut negotia tractant tempore illo perhor
rendo. Homo quid facis, quum tot in uinculis fra
tres uideas tuos adſtãtes, tu de rebus quæ nihil ad
te pertinent, diſputas? Vnus ipſe aſpectus non ſa
tis te pauefacere, & ad cõdeſcenſum commiſera-
tionẽq; ducere poteſt? Frater tuus in uinculis, &
tamen tu piger & negligẽs. Quo pacto tibi igno
ſcatur, quum tam durus ſis, tam inhumanus, tam
crudelis? nõ uereris, ne dum diſputas, omittis, ne
gligis, dæmon quis inde proſiliens, tuam animã
nactus otioſam, & ſcopis mundatam, ei ſeſe inſi-
nuet, & ſumma cum facilitate domum patentem
ingrediatur? Quàm cunctos tẽpore illo luctu cõ
fici, quàm riuos lachrymarum effundere, maden
tesq; ubertim oculos peruideri, & flere atq; inge B
mere uniuerſam eccleſiam deceat? Iam poſt ſacra
menti communionem, poſt ſacri lauacri ſplendo
rem, poſt Chriſti ſocietatẽ lupus ille agnos de no
ſtro ouili rapere potuit, & retinere: tu cum tantã
calamitatem, tantam iacturam uides, non lachry
mas commoues? Quã purgãdi rationem habere
tua iſta poſſint facinora? Si nolis uicẽ fratris do-
lere, ſaltẽ pro te ipſe uerere & expergiſcere. Si do
mum tui uicini conſumi incendio uideris, etiamſi
infeſtiſſimus tibi ſit ille uicinus, nõne intentiſſime
ad extinguẽdum occurres, ne ignis paulatim ſer-
pens, tua quoq; ueſtibula ineat? Idẽ in his qui dæ
mone agitantur, cõſidera: ignis quidem & exitio
ſum incendium dæmonum agitatio eſt. Caue igi
tur ne tuam etiam animam dæmon ſenſim paula C
timq; incedens occupet. Cumq; eum præſentẽ ui
deris, refuge quãprimum ad dominum, ut perſpe
cto animi tui ardore, & ſtudio dæmon nullũ ſibi
aditum apud te dari intelligat. Nam ſi uiderit deſi
dioſum, oſcitãtem, otio & pigritia marceſcentẽ:
compẽdio te utpote diuerſorium deſertum ingre
dietur. At ſi excitatum, intẽtum, ſtudioſum, para-
tum, cœlum ipſum petẽtem, ne reſpicere quidem
audebit. Quamobrem etſi fratrem contemnis, ta
men rebus tuis cõſulere, & aditum omnem in tuũ
animũ immũdo illi ſpiritui occludere debes. Ni-
hil autem eſt, quod tam excurſionem eius aduer-
ſus nos arcere ac repellere ualeat, q; orandi ac
deprecãdi intentum ſtudium. Haud enim illa dia
coni exhortatio erecti cõſtantisq;, fruſtra & ſine D
cauſa inſtituta ſancitaq; eſt: ſed ut noſtras repẽtes
humi cogitationes erigeremus, ut noſtrum ani-
mum preſſum, demiſſum, fatigatum rerum huma
narũ cura, reiecta omi eiuſmodi ſolicitudine, ere-
ctum, leuatum, recreatum, deo immortali repræ-
ſentaremus. Animũ igitur iubemur erigere. Quo
uerbo Paulum quoque modo eodem utentem li
cet perſpicere. Cum enim ad homines iacẽtes, &
oneri aduerſarũ rerum ſuccũbentes, ac pene per-
Heb.12 ditos ſcriberet, dicebat: Languentes manus, & re
ſoluta genua erigite. Quid igitur? num de manib.
& genibus corporis ſcribit? Minime. Non enim
cum hominib. curſum pugillatũmue exercentib.
ille diſputat: ſed uires cogitationum proſtratas tẽ
tatiõe, ſuſcitandas his uerbis monet atq; hortat.

Cogita apud quem proxime ſtas, quib. cum inuo
ces deũ, ſcilicet cum Cherubin, cum Seraphin, cũ
omnibus cœli uirtutibus: animaduerte quos ha-
beas ſocios, ſatis hoc tibi ſit ad ſobrietatẽ, cum re
cordaris te corpore conſtantem, & carne coag-
mentatũ admitti, cum uirtutibus incorporeis cõ-
mẽdare omnium dominum. Nemo igitur animo
reſoluto ſacras illas & myſticas laudes ineat ſoci-
us, nemo rerum uitæ humanæ cõſilia illo tempo-
re uolutet, ſed omni terrena ſorde animo pulſa, in
cœlum quiſq; ſe totum transferat, utpote qui pro
pinquus ſolio gloriæ ſuæ ſtet, & cũ Seraphin uo-
litet, atq; ita laudem ſanctiſſimam referat ſummo
optimo, glorioſiſſimo deo. Idcirco bene cõſtare
tẽpore illo iubemur. Bene eĩ cõſtare nihil aliud
eſt, niſi ita conſtare, ut hominem cõuenit, qui co-
ram deo immortali ſtat, cũ horrore tremoreq;, cũ
ſobrio, parato ſtudioſoq; animo. Nã id quoq; uo
cabulũ pertinere ad animũ, Paulus idem docet,
cum dicit: Sic ſtate in domino chariſſimi. Etenim Phil.4
ut ſagittarius qui ſua tela directurus ſit, probe ac
ſcite priuſq; mittat quemadmodũ cõſtet, procu-
rat: & ubi ſe per directum calci propoſitæ accura
te conſtituit, tum iacere incipit: Idẽ etiam tu age-
re debes, cum ſagitta peſſimũ illud infeſtumq; ho
ſtis diaboli caput trãsfigere cupias, cura de ſtatu
cogitationũ tuarũ accipere prius, ut ex directo,
& ſine ullo impedimento fixo pede tela tua, pbe
in illũ poſſis dirigere. Hactenus de oratione. Cũ
autem poſt illam orãdi deſidiam genus inſidiarũ
aliud aggreſſus hoſtis idem diabolus moleſtiam
quandam intulerit: nos hac etiam ſua tentandi fa
cultate eum fruſtrari faciamus. Quid itẽ infeſtus
& peſſimus ille molitus eſt, cum uos ad hunc mo
dũ quaſi ad corporis cõpagem unius adductos
conſtitutosq; uidiſſet, magna cum intentiõe præ
cepta uitæ opiniõisq; optimæ accipiẽtes animad
uertiſſet, ſubmittere qdẽ aliquos è ſuis miniſtris
qui conſilio & hortatiõe uos à ſtudio audiẽdi ab
ducerẽt, minime auſus eſt, ratus ſcilicet neminẽ
ueſtrum tali conſilio obtemperaturũ: ſed latrũcu
los quoſdam, furaces homũculos ueſtræ inſeruit
multitudini, quibꝰ molitus ſæpius eſt, ut à multis
aurum appẽſum ſubriperetur. Ne igitur hoc ſem
per accidat, & ueſtrum auſcultãdi animum iactu
ra pecunię furto indies inualeſcẽte extinguat, cõ
ſulo atq; hortor neminẽ huc uenientẽ ſecum por
tare aurum: ita enim efficietur, ut nunq; ueſtra at-
tentio præſtet illis furandi occaſionem, & lætitia
quam ex mora huius cõuerſationis capitis, nulla
pecuniæ amiſſione peruertatur. Hanc enim rẽ il-
le molitus eſt, nõ ea gratia ut uos redderet paupe
riores, ſed ut iacturæ pecuniarię moleſtia reuoca
ret à ſtudio audiẽdi. Nam & Iob illum ditiſſimũ
hominem omni diſpoliauit pecunia, non ad eum
finẽ ut inops egenusq; fieret, ſed ut pietate amo-
req; illo ſuo erga deum ſingulari enudaretur. Cu-
pit enim ille, & ſtudet nõ pecunias auferre, quip-
pe qui nihil eſſe hoc nouerit, ſed p priuationẽ pe
cuniarum præcipitare in peccatũ delictumq; ani
mæ. Quod quidẽ ſi facere nequeat, nihil ſe perfe-
ciſſe

ciſſe arbitrat. Certior itaq; de eius animo, ſtudio A
q; in te frater chariſſime, quoties tibi aurũ, uel per
fures, uel per quaſuis artes auferat, facile patere,
et gratias age, ut debes, domino. Ita em̃ pl9 poſſis
lucrari quàm amiſeris, & uulnus duplex hoſti in-
fligas, & quia non ægre tuliſti, & quia gratias do
mino egiſti. Nam ſi te uiderit damno pecuniarũ
frangi, eoq; adduci ut in dominũ perturberis: nũ-
quam deſiſtet, quin idẽ moliatur & inuehat. Sed
ſi te nõ modo non blaſphemare deum qui te crea
uit, uerumetiam gratias illi agere in rebus perſpe
xerit arduis: recedet prorſus a tentationum nego
tio, certus ſcilicet cauſam gratiarum agendarum,
fidelisq; & cõſtantis animi prẽberi tibi ab ipſo re
rum aduerſarum periculo, itaq; palmam cõfici ti-
bi illuſtriorẽ, & prẽmia dari ampliora. Quod cer B
tè uel iure Iob illi piſſimo eueniſſe conſtat. Quũ
enim ſublatis opibus, & corpore morbo grauiſſi
me infeſtato, animũ nihilominus ſibi conſtare &
gratias agi perſpexit, non item aggredi auſus eſt,
ſed turpiter, & omni uenia procul deuictus abijt,
reliquitq; ſua opera illum dei athletã clariorem.
Hoc igitur nos quoq; & tenẽtes & cogitãtes pec
catum rem unã metuamus, & euitemus: cætera
animo forti & conſtãti feramus, ſiue iactura pecu
niarum, ſiue corporis morbus, ſiue tẽporum dif-
ficultas, ſiue rerum moleſtia, ſiue hominũ iniuria,
ſiue quid aliud malũ nobis inuehatur. Hæc enim
non ſolum detrimẽto afficere nequeunt, ſed etiã
prodeſſe egregie poſſunt, ſi animo grato pioq;
feramus. Porrò longe plures, amplioresq; merce C
des nobis hæc comparabunt, atque efficient. Iam
enim uides & Iob illum, quàm poſt adeptam pa-
tientiæ coronam & fortitudinis, omnia quæ ami
ſerat, dupliciter recepit. Tu uero non duplicata,
non triplicata, ſed centuplum exaucta recipies
omnia, ſi modo forti animo tuleris & tranquil-
lo, atq; etiam uitam poſſidebis æternam, quam
utinam omnes adipiſcamur, gratia & humanita-
te domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecu
la ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE incomprehenſibili dei natura, contra Anomœos hæreticos, Homilia V.

VI rem ſibi explicandam propoſue D
rit ampliorem, & tam prolixum deſi-
Q derantem ſermonem, ut non uno ac
altero die, ſed uix pluribus poſſit ex-
pediri: eum neceſſe habere arbitror
nõ uniuerſam eodẽ dicendi curſu rem offerre au-
ditorũ auribus, ſed in plura partiẽdo leuius hinc
& facilius reddere onus oratiõis. Nam & lingua
& aures & ſinguli noſtri ſenſus modum, normam
& limitem certum habent datum à natura. Quẽ-
admodum qui egredi ſuperareq; contẽdit, uel ab
ea ipſa data, præſẽteq; ſibi facultate eijcitur, & q̃d
ſeruare poteſt, amittit, cum plura quàm ualeat p-
ſequatur. Quid luce iucũdius? quid radio ſolis ac
ceptius? Attamen res hæc tam iucunda, tam acce
pta & placida, ubi ſupra modũ ſeſe oculis noſtris
obtulerit, grauis moleſtaq; occurrit. Quamobrẽ
dei immortalis noctẽ diei ſuccedere uoluit, quæ
oculos fatigatos demiſſis genis operiret, & pupil
lis quietem reconciliaret, atq; ita uim recrearet ui
dẽdi, & ad futurum officium redderet aptiorem.
Hinc etiã uigilia & ſomnus res inter ſe contrarię,
pariter iucũdiſſimæ accedũt ſuæ moderatione ui
ciſſitudinis: & quum lucem ſuauem nominemus,
ſomnum quoq; ſuauẽ dicimus, qui nos dimoue-
re à luce cõſueuit. Ita omnibus in rebus graue mo
leſtumq; eſt, quod immodicũ eſt: ſuaue, utile & iu
cũdum, quod modicum eſt. Quam ob cauſam &
ſi dies iam quintus poſteaquã agere de incõpre-
henſibilitate incepimus, tamẽ nondum perficere
diſputationem ualuimus totã, ſed adhuc partim
differendum, partim relaxandum cenſuimus. Ve
rum ubinam diſputationẽ reliquimus nuper, in-
de etiam repetamus neceſſe eſt, quũ una quędam
dicẽdi ſit ſeries & ſequela. Diximus autem à Ioã-
ne filio illo tonitrui propoſitũ eſſe, Deum nullus
unquam uidit, unigenitus filius qui eſt in ſinu pa-
tris, ipſe expoſuit. Hodie quo loco ipſe unigenit9
dei filius expoſuerit, cõperire atq; excipere ope-
ræpretium eſt. Reſpondit, inquit, Iudæis, & dixit: Ioan.6
Nõ quia patrem uidit quiſquam, niſi is qui eſt ex
deo, hic uidit patrem. Viſionem hic rurſus cogni
tionem appellat. Nec ubi, nullus uidit patrem di-
xiſſet, tacuit, ne quis de hominibus tãtum hoc di-
ci exiſtimaret, ſed quum oſtẽdere uellet nec ange
los, nec archangelos, nec uirtutes omnino ſuper-
nas cognoſcere, certum hoc ipſum ex his quæ ad
iunxerat, reddidit. Quum enim prępoſuiſſet: Nõ
quia patrem uidit quiſquã: addidit, niſi is qui ex
deo eſt, hic uidit patrem. Nã ſi Nullus tãtummo
do dixiſſet, cõplures credo de natura dũtaxat hu-
mana hoc dici arbitrarentur: nũc uero quòd ubi,
nullus prępoſuit: adiũxerit: Niſi filius, ea ipſa uni-
geniti adiectiõe omnem ſecludit creaturã. Quid
igitur? nũquid ſpiritus etiam ſãctus ſecluſus eſt?
Nequaquam, pars enim creaturæ ille non eſt: uo
cabulum id autẽ Nullus, ſemper ad diſtinguendã
creaturæ tantum conditionẽ poni ſolitum eſt. Ita
que fit, ut nec ſi de patre agitur, filius remoueatur:
nec ſi de filio, ſpiritus unquam ſecludatur. Atque
ut hoc ipſum continuo explanetur, uidelicet uer
bum hoc nullus, nõ ad ſpiritus ſancti ſecluſionẽ,
ſed ad creaturę poſitum, dum de ea ipſa cogitatio
ne filij unius differitur, audiamus quid Paulus ad
Corinthios ſcribat: Quis enim ſcit quę ſunt homi 1.Cor.2
nis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quę
dei ſunt, nullus cognouit, niſi ſpiritus dei. Quem-
admodum igitur eo loco, cum nullus dicatur, nõ
ſeiungitur filius: ſic etiam hic, ubi de Chriſto nul-
lus, poſitum eſt, nõ ſpiritus ſecluditur ſanctus. Pa
tet ergo hoc ita eſſe ut propoſuimus. Nam ſi cum
diceret, nullus patrem uidit, niſi is qui ex deo eſt,
ſecluderet ſpiritũ: uacãter Paulus ſcriberet: Vt ho
mo ſua quiſq; nouit: ſic ſpiritus ſanctus rẽ dei no
uit diligentiſſime, & tenet. Vnus quoq; eodẽ hoc
dicitur modo: habet enim eãdẽ omnino uim atq;
poteſtatẽ. Quod ita eſſe, ex eodẽ illo autore accí-
pies: Vnus deus pater, ex quo omnia: & unus do-
minus

Deut.6

Pſal.146

mínus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Nam ſi q̄ unus dicitur pater, filius à deitate ſecluditur: pari utiq; ratione pater quoq; à dominatione dimouebitur ipſe, q̄ filius unus domin9 dicit̄. At uero nō ꝓpterea pater ſecludet̄ à dominatione, quia Chriſtus unus dicitur domin9: ergo nec filius dimoueri à deitate debet, cum unus deus pater ꝓponit̄. Si autem dicant, idcirco unus deus dicitur pater, quoniā filius etſi deus eſt, tamen non talis eſt qualis pater: licet his eiſdē uti in eos quæ ipſi aduerſum nos ſumunt, & ponūt: ſcilicet unus dominus Chriſtus dicitur, quoniā dominus quidem pater quoq; eſt, ſed nō talis qualis filius eſt. Quod ſi nephas dictu, nec prius illud ratione ulla dicendum eſt. Sed quemadmodū, cum unus dominus Chriſtus dixeris, nō patrem ſecludis à perfecta abſolutaq; dominatiōe, nec eſt cur filio uni rationem tribuas dominādi: ſic cum unus deus pater protuleris, non à uera germanaq; deitate excludis filium. Nec eſt q̄ patris unius deitas eſſe confirmetur: filium quippe deum eſſe, & talem qualis pater eſt deum, dum tamen filius manet, cōſtat ex eo ipſo quod additur. Nam ſi nomen hoc deus, patris tātummodo eſſet, nec poſſet ullā ſignificare perſonam, ſiue hypoſtaſim aliam, ſed illam ſolā primā atq; ingenitā, utpote propriū eius unius & peculiare (ut ita dicam) notificum, uacāter pater adiūgeretur. Satis em̄ eſſet dixiſſe, unus deus. Ita enim cum diceretur, facile intelligeremus. Verum quoniam deus, nomen cōmune patris & filij eſt, atq; ob eam cauſam, ſi unus deus tātum dixiſſet, quē nam deum referret, minus cōſtaret: ideo pater addidit, ut de prima illa & ingenita hypoſtaſi, ſeu p̄ſona dici oſtenderetur, tanq̄ deus, nomen ſolum ſatis eam non poſſet exprimere, cum pater id cōmune haberet cum filio: nomina enim diuina partim cōmunia, partim propria habentur. Communia, ut eadem atq; indifferens ſubſtantia oſtendatur: Propria, ut perſonarū denotet̄ proprietas. pater namq; & filius nomen perſonæ proprium eſt: deus uero & dominus, cōmune. Quamobrē ubi nomē cōmune deus, propoſuiſſet autor ille ſapiētiſſimus, meritò proprium id addēdum cēſuit, ut poſſes de quo diceret, intelligere, ne in execrādā illam incideres Sabellij opinionē. Nec enim de9, nomen maius quàm dominus eſſe: nec dominus minus q̄ de9, patet ueteri in teſtamēto, in quo pater frequenter dominus dicitur: Dominus deus tuus, dominus unus eſt, Dominum deum tuum adorabis, & ei ſoli ſeruies. Item q̄: Magnus dominus noſter, & magna uirtus eius, & ſapiētiæ eius non eſt numerus. Atq; etiam cognoſcāt, quia nomen tibi dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra. Atqui ſi dominus, nomē minus quàm deus, indignumq; illa ſubſtantia eſſet, haudquaquā filiū qui minor eorum ſententia eſſet, nomine eodem quod patri cōueniat, eiusq; unius propriū ſit, appellare oportet. Sed non ita, non ita. Nec enim filius patre inferior eſt, nec dominus nomē, quàm deus abiecti9. Quapropter uiciſſim modo de patre, modo de filio ſine ullo diſcrimine ſcriptura ſacra his appellatiōib. utitur. Itaq; ut patrem dominum appellari audiuiſtis, filiū quoq; deū dici audite: Ecce uirgo concipiet, & pariet filiū, & uocabitur nomē eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcū deus. Vides quomodo & patri dn̄s nomen, & filio deus nomen reddatur: ut enim ibi eſt ſcriptum: Cognoſcant quia nomen tibi dominus: ita hoc loco: Vocabitur nomen eius Emmanuel: itēq;: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & uocabitur nomen eius magni cōſilij angelus, deus fortis & potēs. Velim conſideres ingenium, & ſpiritualē ſapientiā prophetarū. Nam ne cum deum tantummodo dicerēt, de patre diſſerere putarent̄, incarnationis prius meminerāt. Non enim pater ipſe natus de uirgine eſt, nec factus eſt puer. Quādo etiam propheta alius ita ſcribit: Hic deus noſter, nō exiſtimabitur alius aduerſus eum: addidit, Inuenit omnem uiam ſcientiæ, & dedit eā Iacob puero ſuo, & Iſrael electo ſuo: poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Paulus uero ſic ait: Ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper om̄ia deus benedictus in ſecula, amen. Item: Omnis fornicator, aut auarus nō habebit hæreditatem in regno Chriſti & dei. Ad hęc per illuminationē dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ioānes quoq; ſic nominat eū, cum dicit: In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbū. Sint iſta, inquis: ſed illud oſtende, ubi ſcriptura filiū patri cōiungens, dn̄m patrē ipſum appellat. Ego uero nō iſtud ſolum, ſed etiam dn̄m tam patrē q̄ filium appellari iunctis perſonis facile oſtendā. Vbi Chriſtus cū aliquando cum Iudęis diſſereret, quid uobis uidetur de Chriſto, interrogauit, cuius filius eſt? Illi dicūt: Dauid. Dicit eis: Quomodo igitur Dauid in ſpiritu dominum eum uocat, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis? Ecce dominus, & dominus. Viſne præterea ubi deum patrē, & deum filiū nominet, iūctis perſonis accipere? Audi cum Dauid prophetam, tum apoſtolū Paulum: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga directionis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiā, & odiſti iniquitatē, ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo lętitię præ cōſortib. tuis. Paul9 hoc idē allegat, & ſuæ ſententiæ teſtimonium adhibet, quum dicat: Et ad angelos quidē dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus: ad filiū autem: Thronus tuus in ſeculum ſeculi. Sed quamobrem, inquis, patrem hoc loco deum appellat, filium autem dominū? Non temere, nec ſine cauſa id facit, ſed quòd aduerſum gentiles ageret, qui deorum opiniōe plurium laborarent, ne illi dicerent: Cum nobis deorum, aut dominorum plurium cultum uitio des, ipſe eidē es obnoxius crimini, cum deos dicas, non deum. Id circo indulgens imbecillitati eorū, nomine filiū appellauit diuerſo, quod tamen uim eandē omnino obtineret. Qd' ita eſſe latè intelliges, ſi eā epiſtolę partem altius repetamus. De his autem quę idolis ſacrificantur, ſcimus quoniam omnes ſciētiam habemus. Scientia inflat, charitas uero ædificat. De eſcis autem quæ idolis ſacrificantur, ſci-

Ioan.6 Deut.6 Pſal.145 1.Cor.2 Eſa.7 Pſal.82 Hier.13 Eſa.9 Bar.3 Rom.9 Eph.5 Ioan.1 Matt.22 Pſal.44 Heb.1 1.Cor.3

mus quoniam nullum idolum in mundo est: & quoniã nullus deus, nisi unus. Vides quomodo in eos, qui plures colerent deos disserit. Nam & si sunt qui dicũtur dij & domini multi, siue in cœlo siue in terra, eosdẽ ita impugnat. Vt certe sint dij multi, & domini multi, hoc est, qui dicãtur: nobis tamẽ unus deus pater, ex quo omnia: & unus dominus Iesus Christus, per quẽ omnia. Hinc etiam, unus, addidit, ne deos itẽ plures introduci illi arbitrarentur. Et quamuis patrem deum unũ appellet, tamẽ nõ à deitate secludit filium: ut etsi filium dominũ unum dicit, non tamen remouet patrem à dominatione, sed imbecillitatem emendat gentium, nec ullam uult dare occasionẽ. Quod idem certe causa etiam fuerat quamobrem nõ expresse ac manifeste, sed obscurius raroq; à prophetis filius dei Iudæis significaretur. Quòd enim ipsi nuper errore deorũ plurium essent abiuncti, si iterũ deum & deum audiuissent, prorsus ad morbũ animi reuerterentur. Quocirca frequens id apud prophetas usurpatum est: Vnus deus est, præter quẽ nullus est alius, non quò secluderẽt filium, absit: sed ut hominum imbecillitatem emendarent, ac suaderent ante suspicionem plurium deorum reijcere, quàm filium & hunc deum prædicarent. Quoties igitur audis, unus & nullus, & cætera generis eiusdem: non trinitatis opinionem diminui, sed quantũ inter eam, & creaturam intersit, uerbis his ipsis signari arbitrare. Quippe quũ etiam alibi dicat: Quis cognouit sensum domini? Rom.11 Quod quidem, quis, nec filium, nec spiritum à cognitione secludere, ostẽsum iam his quæ supra diximus est, quũ testimoniũ afferremus illud: Quis 1.Cor.2 enim scit quæ sint hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quę dei sunt nullo cognouit, Matt.11 nisi spiritus dei. Ad hæc filius ait: Nullus cognoscit filium, nisi pater: neq; patrem quis cognoscit, nisi filius. Igitur & hoc loco ad eandem sentẽtiam accipe: Nõ quia patrem quis uidit, nisi qui est ex deo, hic uidit patrem: plene & exquisite illum nouisse, & causam quamobrẽ nouerit dicit, quoniã ex eo est: Cuius item documẽtum, quòd eum norit exquisite. Hinc enim aperte eũ nouit, quia ex eo est, argumentoq; est ex eo, quòd eum plane aperteq; cognoscit. Substantia nanq; substantiã superiorem nũquam perfecte intelligere potest, etiam si parum interest. Audi quid propheta de angelis, ac de hominum genere dicat, quàm parum inter eam utramq; naturã interest. Cum enim proposuisset: Quid est homo, quòd memineris eius, Psal.8 aut filius hominis q uisitas eũ? addidit, Minuisti eum paulominus ab angelis. Verumtamẽ etsi parũ discriminis est, tamẽ quia interest aliquid, nescimus exquisite angelorũ substantiã, nec si summè philosophabimur, cõperire unquam quid sit poterimus. Sed cur de angelis loquor? Quãdo ne ipsius quidem animi nostri substãtiam satis nouimus, imò nullatenus attingere ualeamus. Sin illi nosse contendunt, percontare quidnam substantiæ sit animus, nũquid ignis, num aer, num aqua, num terra? nihil ex his esse dicẽt. Hæc eñ omnia corporea sunt, ille incorporeus est: Tamẽ qui angelos nesciunt, qui suos animos ignorãt, ijdẽ dominum & cõditorem omniũ rerũ scire exquisite cõtendũt. Quid hac amentia potest fieri tetrius? Sed cur de substãtia loquor animi? Iam quemadmodũ insit animus in nostro corpore ignoramus. Quicquid eñ dixeris, extẽdit sese unà cũ dimensione corporis, totaq; infusa per artus mẽs agitat molem: At hoc penitus ratione caret, cum id corporis proprium sit, atq; ita euenire uideamus, ut plerunq; & manibus præcisis & pedibus integer ille permaneat, nihilo ipse trũcatus, corpore diminuto & manco. Sed non tota toto in corpore est, sed parte se colligit certa & residet: ergo reliquas partes reddi inanimas necesse est: sed dici ne id q dem potest. Verum animũ esse quidem in nostro corpore nouimus: sed quemadmodũ sit, ignoramus. Et quidẽ etiam hanc rationẽ sciendi propterea deus immortalis à nobis secluserat, ut larga quadam argumẽti copia nostra opprimeret ora, & mentem fragilem detineret, ac deorsum moueret: constaretq; minime res maiores, quàm uires possunt humanæ attingere, scrutari & curiose exquirere. Sed ne rationibus nostris hæc confirmemus, scripturam iterum repetamus sacram, ut inde argumẽta lõge potiora adducamus. Nõ quia patrem uidit quisq;, nisi is qui ex deo est, hic uidit patrem. Sed quid hoc doceat, nõdum id uerbum cognitionem ulli plenam, exquisitamq; attestat. Sed creaturam quidem minus eum nosse signat, cum dicat: Non quia patrem uidit quisq;. Filium item nosse eundem significat, cũ addat, nisi is qui est ex deo, hic uidit patrem. Verum exquisite eũ nouisse, & ita, ut ipse se nouit, nondum explicatũ est. Dixeris enim: Esse itaq; potest, ut nec creatura, nec filius eum expresse sciant: sed quanquã expressius quàm creatura filius nouerit, tamen plena illa & exquisita comprehẽsione filiũ quoq; carere: Nam q eum uidet, quicquid tandem est cognoscere ait: perfecte autem & absolute cognoscere, & ita ut seipse, nondum ostendit. Vultis ne igitur huius quoq; fidem à sacris scripturis, atq; à uoce domini ipsa petamus? Audi quid ad Iudęos ipse dicat: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrẽ. Quid hac cognitione certius quæras? Interroga aduersarium, an pater filium exquisite norit, omnẽq; eius teneat rationẽ, nec eũ quicq; filij lateat, sed integram, expletã, & absolutã quandam cognitionem percalleat. Ita est, inquit. Ergo cum audis ita filium patrem nosse, ut & ipse pater filiũ nouit: nihil præterea quærere, nihil ambigere debes: cũ tam pari modo inter sese æquẽt cognitiões. Quod idẽ etiã alibi exprimit cũ dicit: Nemo cognoscit filiũ, nisi pater, neq; patrẽ quis cognoscit, nisi filius, & cui uelit filius reuelare. Reuelat aũt nõ quãtũ cognoscit, sed quantũ nos recipere possumus. nã si Paulus ita fecit, multo magis Christus idẽ facere debet. Ille quippe ad suos discipulos scribẽs, sic ait: Nõ potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanq; paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escã: nondum enim

2.Cor.12

1.Cor.13

Eph.1

Ioan.10

Matt.11

1.Cor.3

enim poteratis. Sed dicet fortasse agendum ita fu A ignorare. Dic quæso, si inter duos orta altercatio
isse cum Corinthijs tantũ. Quid si pleraq; alia no esset de cœli magnitudine: quorum alter negaret
uisse ipsum ostẽdam, quæ nemo acceperit, sed u- hominis oculum rem posse percipere, alter cõtẽ
nus ipse sciens è uita abijt? Vt hoc quod ad Co- deret fieri posse ut palmo suæ manus facile meti-
2.Cor.12 rinthios scribit, sic dicens: Audiui ineffabilia uer- endo totam molem transmitteret: quem cœli no
ba, quæ non licet homini loqui. Verumtamen uisse dixeris magnitudinem? eúmne, qui scire cõ
hic etiam ipse, qui ineffabilia audiuisset, & quæ tẽdit, q' ot palmos cœli ambitus compleat, an eũ
nemini narrare liceret, particularẽ quandã cogni qui nescire confitetur? Hũc prorsus. Quòd si qui
tionem tenuit, & multo futura illa inferiorẽ. Qui cœli amplitudini cedit, hic poti9 nouit eius mag
1.Cor.13 enim hoc retulit, idem etiã illa scribit: Ex parte co nitudinem: longe omnino abest, ut is mente sit sa
gnoscimus, & ex parte prophetamus. Itẽq;: Cũ es nus, qui in dei immortalis ratione ne tantillũ qui
sem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut dem censeat temperãdum. Requiritur certe à no
paruulus, cogitabã ut paruulus. Atq; etiã nũc ui- bis, ut esse deum sciamus, non ut quid deus sit in-
deo per speculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad fa dagem9. Quod Paulus doctor eximius docet, cũ
ciem. Ita omnis istorũ deprehẽditur fraus, omnis dicit: Credere enim oportet eum, qui ad deum ac Heb.11
fallacia coarguitur: quando enim ipsa dei substã- B cedit, quia est. Propheta item cũ impietatis quẽ-
tia ignoratur, nõ inquã an sit, sed quid sit, furoris piam argueret, non crimini assignat quòd nescit,
certe est summi uel nomẽ ei tribuere, nedũ cõpre quid deus sit: sed quòd deũ esse ignorat, quippe
hendere opinari. Quanq; etsi nota certaq; habe- qui ita scribat: Dixit insipiens in corde suo, nõ est Psal.13
retur, nõ tutũ propterea esset nosipsos iudicio no deus. Igitur ut ille impius est, nõ quia deum quid
stro modum appellãdi statuere substantiæ domi- substantiæ sit, ignorat: sed quia nescit deum esse,
ni. Nam si Paulus nomẽ uirtutibus superis impo- sic satis ad pietatem est scire deum esse. Sed habẽt
Eph.1 nere minus ausus est, sed quum dixisset: Cõstituit aduersarij nostri aliam quoq; argumentãdi medi
Christum super omnem principatum, & potesta tatam euigilatamq; rationem. Dicitur, inquiunt,
tem, & uirtutem, & omne nomen quod nomina- deus spiritus est. Sed nunquam hoc nomen expri
tur, nõ solum in hoc seculo, sed etiã in futuro: quũ mens diuinæ substãtiæ est. Quis enim si nuper a-
docuisset nomina nonnulla esse uirtutũ, quæ tũc deo fores scripturæ sacræ adierit, nõ peregrinam
scire poterimus, minime ipse confisus est uel alia & omnino alienam iudicet istam sentẽtiam? Iam
pro illis statuere nomina, uel eadem illa exquire- enim eadem ipsa ratione deus ignis quoq;. Nam
re: quî fieri potest, ut his omnibus aut ignoscatur, ut scriptum est, deus spiritus est: ita scriptũ habe-
aut purgandi detur occasio, qui in ipsa substantia mus: Deus noster ignis consumens est. Itẽq;: fons Deut.4
C
domini tam temerè audent, totq; nefaria commit aquæ uiuæ. Nec spiritus, & ignis, & fons solũ sit:
tunt? Quãdo autem ipsius quoq; sapientiæ ratio sed etiam animus, & uentus, & mens humana, &
ignoratur, profecto genus id hominum nõ secus cõplura alia multo ijs quæ modò enumerauí, ab-
quàm insanos deliros q; despicere, aspernariq; de surdiora. Non enim omnia persequi debeo, nec il
bemus. Iam deum esse unigenitum certum est, no lorum insaniam imitari. Spiritus quippe nomen
men tamẽ idipsum esse diuinę illius substantię, à plura significat. Nam & animum nostrum: uelut
nullo uel propheta, uel apostolo, uel euãgelista, cum Paulus dicit: Tradite hominẽ huiusmodi sa- 1.Cor.5
aut expresse, aut per ambagem proposità est. Et tanę, ut spiritus saluus sit. Et uentum, ut propheta
recte quidem: qui enim ipsam ignorarent substã inquit: Spiritu uiolento conteres eos. Donum e-
tiam, quo pacto eius nomẽ tradere haberẽt? Sed tiam spirituale spiritus dicitur: Ipse spiritus conte Rom.8
cur de sacris loquor scripturis, quando tam abso statur spiritui nostro. Item: Orabo spiritu, orabo 1.Cor.14
nè, tam iniquè de natura dei proponitur quęstio, etiam mente. Ad hæc ira atq; excandescentia, au-
Ioan.10 ut ne quidem gentilibus, qui à uera opinione ab- tore Esaia: Non tu es, qui meditaris spiritu duro Esaiæ 27
errarũt, tale quid unquam placuerit? Nemo emẽ interimere eos. Præsidium quoq; & auxilium dei
naturæ diuinæ definitionem reddere, unóue am- D uocari spiritum nouimus: spiritus enim ante fa- Thren.4
plecti nomine deum ausus est. Sed cur naturã, in- ciem nostram Christus dominus. Erit igitur deus
quam, diuinam, quãdo ne uirtutes quidem incor hęc omnia illorum sententia, atq; ex ijs ipsis reb.
poreas, quos deos appellant illi inferiores, plenè cõstabit. Sed ne tempus incassum teramus, dum
definierunt, sed obscura quadam expositione ac confutanda refellendaq; proponimus, quæ tam
descriptione potiusquàm definitione docuerũt? perspicui sunt erroris, ut nullam penitus postulẽt
Matt.11 Verum quid isti pro sua eximia sapientia ex his, contradictionem: age finem hic faciamus dicẽdi
quæ diximus, inferent? Ergo deum, quem colis, aduersus eos, ad orandumq; more nostro uenia-
ignoras. Prorsus nihil ad hanc eorũ obiectionem mus. Ergo pro his amplius rogem9, atq; oremus
respondere debemus, cum tam latè scripturæ sa- ut aliquando insania liberentur: hoc enim gratũ
cræ autoritatibus demonstratũ sit, fieri non posse acceptũq; deo saluatori est: Qui omnes homines
ut quid substantiæ sit deus sciatur. Verum quoni uult saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire.
1.Cor.3 am non propter inimicitias agimus, sed quò eos Minime igitur negligendum, ut preces pro his a
doceamus & emendemus: age benigne id etiam gamus, supplicemusq; domino. Aptissima emẽ ar
ostendamus, non eos qui nesciunt quid substãtię ma oratio est, thesaurus certe ppetuus, diuitię in-
deus sit: sed eos potius, qui scire cõtendunt, deũ exhaustæ, portus quietus, occasio tranquillitatis,

denicp autor, parẽs, fons, & radix bonorũ omniũ, & innumerabilium oratio eſt, atcp etiam regia ipſa facultate potior & ſuperior. Sæpius itaque euenit, ut cum rex ipſe ægrotet, cubet, febriat, ardore laboret, & adſint medici, adſint clientes, familiares, proceres, milites, duces: non ars medicorum, non amicorum præſentia, non familiarium adminiſtratio, non medicamẽtorum copia, non apparatus magnificentia, non pecuniarum facultates, non aliud quicp rerũ humanarum poſſit reddere infeſtantem morbũ leuiorem. At ſi quis ualens apud deum familiaritate acceſſerit, & corpus languens dũtaxat tetigerit, & ſyncere pro eo orauerit, lãguorem omnem expellit: & quod non diuitię, non numerus miniſtrorum magnus, non medicinalis ſciẽtia, nõ regius faſtus efficere potuit, hæc unius pauperis atcp egeni oratio potuit. Orationem autem dico, non tenuem illam & deſidioſam, ſed eam quę intẽta, ex animo dolente, & corde cõtrito proficiſcatur. Hæc enim eſt quę in cœlum ſcãdere ualeat. Et quemadmodũ aqua dum per plana & ampla ſpatia fertur, non in altũ exurgit, ſed tenuem ſeſe late quacp uerſus expãdit: cũ autem manu artificum ſubtus colligente ſtringẽtecp coacta fuerit in anguſtũ, iam inde ſolicita omni telo uelocio ſe in excelſum iaculatur, petitcp regionem ſupernam: Sic mens humana dũ otioſa & liberior, quàm expediat, degit, diffunditur, latecp defluit: cum autem rerũ euentu aſperiori, caſucp ſubtus coarctãte aduerſo ſolicitetur, iam agilius ſe extrudit, & intentas, dilucidascp orationes mittit in excelſũ. Atcp ut intelligas eas potiſſimũ oratiões poſſe exaudiri, quę preſſo afflictocp animo reddãtur, audi quid propheta referat: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Igitur noſtram feruefaciamus conſcientiam, affligamus animam, torqueamus memoria peccatorum, ut nõ in anguſtam deducamus uiam, ſed ut idoneã exaudiri à deo efficiamus, ut uigilem, ſobriam, & ipſum cœlum tãgentem reddamus. Nihil tam pigritiam & negligentiam poteſt expellere, quàm dolor & afflictio animi, quę undicp cogitationes uagãtes colligat, & ſua in ſede cõſtituat. Qui ita afflictus mœſtuscp orat, hic lætitiæ plurimum poſt orationem ſibi poteſt concíliare. Et ut frequentia nubiũ principio cœlum obfuſcat: ubi uero percrebras dimiſerit ſtillas, iam & humore ſepoſito, ſerenum cœlũ & dilucidũ facit: ſic mœror animi dum intus uerſatur, caligine cogitationem noſtram obducit: cum autem uerbis orationis & lachrymis, quę ſolent comitari orationem, foras uerſus euaporatus, diffiatuscp euanuit, plurimum iam inde ſplendoris afferri in animum ſolitum eſt, fauore ſcilicet humaniſſimi & liberaliſſimi dei, ueluti radio quodam in eius qui orat animum ingruente, ac luce afficiente lætiſſima. Sed quàm frigidam, quàm ineptam & ſordidam complures ſui erroris reddunt rationem. Non audeo, inquiunt, minime cõfido, me pudet, ne diducere quidem os poſſum, peccata me detinent. Satanica iſta uerecundia eſt, pudendi ratio peſſima, obtentus negligentiæ ac deſidiæ occludere tibi aditum ad miſericordem & clementiſſimum deum. Tuus hoſtis diabolus te petit, cum te tam uerecũdũ facit, & pauidũ. Diffidis ne? Magna idipſum ad cõfidẽdum facultas, magna hinc proficiſcetũ utilitas, ſi te arbitraris meritò carere fidẽdi audendicp facultate: ut cõtrà ſummus pudor, ſummum dedecus, ſumma condemnandi ratio, ſi te arbitreris poſſe fidenter agere. Quancp em̃ multa ex officio feceris, quãcp nullius tibi ſis cõſcius mali: modò putes agere poſſe fidenter ac líberè, omni gradu orationis cõtinuo eijcieris ac decides. Cõtrà, ſi onera conſcientiæ innumerabília ſuſtines, peccatis ſummis grauaris: nec eſt quod te nõ premat delictum, modò illud unũ perſuaſum ſit tibi, te omnium eſſe minimum, mirifice tibi animus fidẽdi audendicp apud deum præſtabitur. Quancp id nulla humilitas eſt, ut cũ peccator ſis, peccatorẽ te opineris: humilitas enim eſt, quoties quiſpiãrum ſibi præclararum conſcius, nihil magni de ſe ipſo exiſtimat. Quoties quis Paulo ſimilis dicere iure ſuo poteſt: Nullius mihi ipſe ſum cõſcius: & tamen dicit, non in hoc iuſtificatus ſum. &, Chriſtus Ieſus uenit peccatores ſaluare, quorũ primus ſum ego. Hoc eſt humilitas, ſi te excelſum per uirtutũ officia, humilem per opinionẽ reddas. Deus tamen pro ſua ineffabili humanitate, nõ ſolũ modeſtos illos & humiles, ſed etiam eos qui ſua confitentur peccata, recipit, amplectitur, benigniſſime tractat. Atcp ut planius intelligas, quàm ſit bonum nihil magnum de ſe opinari, finge animo bigam duplicem: quarum ſub altera uirtus iũcta ſit cum ſuperbia, ſub altera peccatum cum humilitate. Videbis enim bigam illam peccati, uirtuti facile anteire, palmãcp decurſionis celerioris obtinere, non peccati pernicitate, ſed coniugatæ humilitatis facultate. Cõtrà, bigã alterã uirtutis retardari & uinci, non imbecillitate uirtutis, ſed ſuperbię mole ac pondere. Vt enim humilitas præ ſumma ſua excellentia, peccati ſuperat põdus, atcp in cœlum peruenit: ſic ſuperbia præ nimio ſuo põdere ac intolerabili onere ſuæ molis præualet, adeò ut etiam leuiſſimam illam & ſupernam uirtutẽ uincat, deorſũcp uerſus facile detrahat. Quoniã alterũ quod dixi, nõ parũ exiſtat pernicius altero, latius ſanè exemplo phariſęi, & publicani illius perſpicies. Iunxerat phariſæus iuſtitiã cũ ſuperbia, dixitcp: Deus, gratias ago tibi, quia nõ ſum ſicut cæteri hominũ, raptores, iniuſti, adulteri, nec uelut hic publicanus. O inſaniã hominis, uniuerſa natura hominũ minus explere ſuperbiã eius & inſolẽtiam potuit: itacp publicanũ proxime ſtantẽ petulantiſſime inuadit, & elatus ſua iuſtitia temerè inſultat in hominem. Sed quid hic agit? nõ repellit probra ſibi obiecta, nõ angitur maledictis, nõ repugnat aduerſario, non ulciſcitur inimicũ, ſed patitur facile petulantiam. Itacp efficit ut illud aduerſarij telum medicamento ſibi occurrat atcp remedio: & probrum conuerſum in laudem ſit, & maledictũ in coronam & cõmendationẽ. Tam magnum humilitas bonum eſt, tam magnũ cõparatur emolu-

Pſal. 114

Luc. 18

1. Cor. 4

Luc. 18

Dan.

Pſal. 12

emolumẽtum,dum hominum maledictis minus mordemur,dum ad illatas contumelias minus incendimur. Licet enim uel ex his ipsis fructũ egregie capere modo publicani illius: cum enim patienter probra tulisset, peccata seposuit omnia: Luc.18 cumq; dixisset,Deus propitius esto mihi peccatori,descendit iustificatus super illum, & dicta superauerũt facta,& uerba uicerũt opera. Alter nanq; iustitiam,& ieiunia,& decimas proposuit suas,alter uerba duntaxat reddidit:atq; ita effectũ est, ut magnus ille numerus delictorũ deleretur,& peccata obliterarentur omnia publicani. Non enim uerba deus tantummodo audiuit,uerumetiã animum,quo ita dicerentur,inspexit:quem cum humiliatũ cõtritũq; cõperiret, misertus est,& benignissime,ac humanissime egit. Hęc tamen non ob eam rem dixi,ut licentius peccaremus:sed ut animum seruaremus humilem & modestum. Nã si homo publicanus ultimum uitiorũ genus nõ humili,sed facili quodã & pio duntaxat animo peccatis propositis,& rem,ut erat,confessus, tantum beneuolentiæ apud deum contraxit:quantũ meritũ quęso sibi homines cõparare possint, qui cũ præclara egerunt bona, nihil magni fecisse arbitrent? Quas ob res uos hortor,& rogo, & oro fratres charissimi,crebrius deo immortali cõfiteamini,& enumeratis uestris delictis ueniam petatis, & numen propitium. Non te in theatrum conseruorum tuorũ duco, non hominibus peccata tua detegere cogo. Repete corã deo cõscientiã tuã, & explica, ostẽde deo medico præstãtissimo tua uulnera,& pete ab eo medicamentum. Ostẽde ei qui nihil opprobret,sed humanissime curet. Cur taces,quę optime ille nouit? Dic atq; enumera,ut fructum maximũ cõsequaris. Dic ut, absterſis hic tuis maculis,abeas illuc mundus, & sine ullo dedecore,ut intolerabili promulgatiõe illa delictorum tuorũ libereris. Tres illi pueri in fornace continebantur,suamq; animã exposuerunt certo suæ uitæ periculo. Verumtamẽ post tot tantaq; uirtu- Dan.3 tis officia referunt:Non possumus aperire os, cõfusio & opprobriũ facti sumus seruis tuis, & colẽtibus te. Cur itaq; os aperuistis? Vt hoc ipsum dicerem9,nobis os minus licere aperire, atq; ita dominũ inuitaremus ad beneficium. Vis orationis uim ignis extinxit,impetũ leonũ cohibuit, bella cõposuit,prælia remouit,tempestates sustulit,dæmonia expulit,cœli fores aperuit,uincula mortis Luc.18 disrupit,lãguores eiecit,offensas repressit, urbes terræmotu nutantes firmauit,plagas cœlitus irruentes,insidias hominũ, mala deniq; oĩa deleuit oratio. Orationẽ aũt,ut iterũ dicam, non eam cõmendo,quæ frustra in ore habeatur,sed quæ ab imis animi prodeat. Vt enim arbores, quæ radicẽ altius miserint, quamuis summũ uẽtorũ excipiãt impetum,non frangi,aut euelli possunt, cũ plãta & firmissima stirpe innitantur:sic orationes quas animus de suo imo reddiderit,perq; tutè affixę efferunt sese in excelsum,nullo q; peruertuntur ag- Psal.129 gressu cogitationũ. Vnde propheta insignis ait: De profundis clamaui ad te domine. Hæc ita do-

A ceo,non ut uerbis probetis tãtum, & laudetis:uerumetiam ut factis palam animũ uestrũ recepisse quę laudat faciatis. Nã si apud homines suos quẽpiam casus dixisse,suasq; calamitates narrasse affert nonnihil consolationis,quasi diffiatio quędã malorum per ipsam narrationem ageretur: lõge magis si cum domino illo cõmuni ægritudines animi tui cõmunicaris,consolationẽ atq; remediũ capies. Homo enim uel grauatur plerunq; tædio alienæ querelæ,& luctus repellit,fugitq; hominẽ miserum:at uero deus non ita agit nobiscũ, sed inuitat,ducit,hortatur, acceptat. Et si totum diẽ in cõmunicandis cum eo tuis calamitatibus cõsumpseris, ita tẽ magis magisq; diliget, & tuis precibus liberalius annuet. Et quidẽ hoc ipse domino explicãs,ita dicebat: Venite ad me omnes qui la- B Matt.11 boratis,& onerati estis,& ego reficiã uos. Vocat, obsequamur:inuitat,accedamus:si peccatis innumerabilibus detinemur,cursum ob eam rem maiorẽ in modũ eò agamus. Tales em̃ homines ad se uocat:Non ueni,inquit,iustos uocare,sed pec- Ibid.9 catores ad pœnitentiam. Homines oneratos, oppressos,fessos,fatigatos põdere peccatorũ. Deus enim dicitur consolationis, deus misericordiarũ: quoniam hoc eius officiũ est perpetuũ, ut homines dolentes,mœrentes,afflictos consoletur atq; hortetur,etiam si peccata cõmiserint innumerabilia,modò nosipsos ei dedamus, modò accedamus nec negligamus:re ipsa experti sciemus eorũ quę proposui ueritatẽ omnium. Nihil penitus nos do- C lore afficere poterit,si orationem intẽtam exquisitamq; habeamus:quicquid em̃ acciderit, facile per eius oratiõis facultatem repellemus. Nec mirũ si casus humanos tollere uires possunt orationis,quando & ipsam peccatorum naturam extinguunt,& cõpendio excidunt,ac delent. Vt igitur uitam cũ facilitate agamus, & quæcunq; peccata contraximus,omnia reiiciamus, & fidenter ac ardenter apud Christi iudicis nostri tribunal constemus: hoc assidue nobis ipsi medicamentum præparemus, ex lachrymis, studio, sedulitate, pecunia compositum. Ita enim efficietur, ut perpetua ualetudine bona fruamur, & bona illa futura obtineamus:quæ utinam omnes nos consequamur, gratia & humanitate domini nostri Ie- D su Christi,qui cum patre uiuit,&c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERmo:Quòd neq; uiui,neq; mortui anathemate plectendi sunt.

VPER ad uos de incomprehensibili cognitione dei differens, tam scriptu
N rarum testimonijs, quàm rationibus quas natura suppeditat, copiose declarabam, q̃ licet illam inuisibiles potestates,quæ uitam omnino beatã & materiæ expertẽ agunt,attingere nequeant:nos tamen,quorum uita planè dispescens & fluitans est, & qui omnibus uitijs immersi sumus, tentemus apprehẽdere id quod inuisibilibus substantijs est denegatũ. Atqui dũ id argumẽti tractamus,& multũ nostro tribuentes iudicio,& inanem ab auditoribus

captãtes gloriolam,fit interim,ut neq; naturæ no
ſtræ menſura nobis comperta ſit, neq; diuinã ſcri
pturam,neq; patres probè imitemur,&proinde à
noſtrarũ imaginationũ delirijs,quaſi à rapido tor
rẽte abſtracti, in grande ruimus peccatum. Age,
nunc & de anathemate,quæ cõuenit in mediũ fi-
deliter afferamus demonſtraturi uim mali, quod
plerisq; neq; inter mala cõputant,ut detegat mor
bus eorum qui hoc malo laborant, cõpeſcãturq;
ora perpetuò frenum reſpuentia. Etenim in tam
deploratã ualetudinẽ res noſtrę perductæ ſũt,ut
quaſi uulgariter ægrotantes,ignoremus nos peſ-
ſime habere. Atq; adeò implet in nobis uox pro-
Eſa.1 phetica:Non eſt,q; adhibeãtur,uel malagma,uel
oleũ uel obligaculũ. Igitur de hoc malo,unde di-
cẽdi initium faciam? num à dominicorũ manda- B
torũ diſpoſitionibus, an à ueſtra inſcitia & ſtupo
re? Rideór ne,& inſanire uideor,q; hæc dico? Exi
bilórne, q; tam iniucunda, lachrymiſq; digna di-
cturum me polliceor? At quid mihi accidit? Do
leo,mente diſſecor,rumpũtur uiſcera: quia uideo
tam inſenſatos & malos,ut legis trãſgreſſione lu
dæi & impietate gentes,ſuperentur. En ſpecto ui
ros,qui nullum ex ſacris literis germanũ ſenſum,
imò nihil oñino ſacrarũ literarũ tenẽt, (& ut ple
raq; tranſeam,nam erubeſco dicere furibundos,
nugaces, cõtentioſos) qui neq; ſciunt,quę dicũt,
neq; de quibus affirmant, in hoc uno tantum au-
daces quòd dogmata ſtatuũt,& anathema decla
rant ea quæ maxime ignorant. Hinc eſt,quòd ex
teris hoſtibuſq; fidei noſtrę ludibrio ſumus,habe C
murq;: perinde quaſi nulla ſit nobis honeſtę uitæ
cura,& nunq; benefacere didicerimus. Heu mihi
quàm dura atq; dolenda ſunt hęc. Heu mihi. Pro
phetæ deſiderauerũt uidere quæ uidimus,& non
uiderunt:& audire,quæ audiuimus,& non audie
runt:& nos inter hæc enutriti ſumus. Audite oro
quęnam illa,ne quando pereamus. Nam ſi ſermo
per angelos dictus, ita confirmatus eſt, ut omnis
tranſgreſſio & inobedientia iuſtam præmij repẽ
ſationẽ acceperit: quo pacto nos adeò ſalutis ne-
gligentes ſupplicia effugiemus? Dic quis ſcopus
euangelij gratiæ? quidnam ſpectat? an nõ filij dei
in carne aduentũ? Et quare? an ut mutuũ mordea
mus & deuoremur? Minime. Nam cum ubiq; per
fectiora ſunt præcepta quæ à Chriſto quàm quę à D
lege data,etiam maior charitas à nobis expoſcit.
Matt.22 Lex dicit: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum: hic
Luc.10 aũt & moriẽdum eſt pro proximo. Audi & Chri
ſtum quid dicat: Homo quidã deſcendebat à Hie
ruſalem in Hiericò, & in latrones incidit, qui &
deſpoliarunt ipſum, & uulneríb. inflictis abierũt
ſemimortuo relicto: accidit autẽ, quòd ſacerdos
quidam deſcenderit eadem uia, uiſoq; ipſo, tran-
ſiit: ſimiliter & Leuites, cum eſſet in eodem loco,
uiſo ipſo tranſiit: Samaritanus autem quidam,ut
uenit ad eum locum,uiditq; illũ,miſericordia mo
tus eſt,& accedens obligauit uulnera eius,infun-
dens oleum & uinum:& impoſito eo ſuper iumẽ
tum ſuum, duxit in diuerſorium, curamq; eius e-
git. Poſtero aũt die deprõptos denarios duos ſta
bulario dedit ac dixit, Curam eius habe,& ſi quid A
expenderis ultra,cũ rediero reddam tibi. Quis igi
tur horũ trium proximus tibi fuiſſe uidetur ei qui
in latrones incidit? Ille aũt dixit: Qui fecit cũ eo
miſericordiam. Dixit autẽ ei Ieſus: Vade,& tu fac
ſimiliter. Papè,quàm mira? Non ſacerdotẽ,nõ le
uitam dixit proximum: ſed illum qui iuxta ludę o
rũ decreta,eiectus erat: qui Samaritanus erat, qui
alienigena: qui in multis blaſphemabat, & illũ ip
ſum uocat proximum: quia apud eum inuẽta eſt
miſericordia. Hæc uerba filij dei ſunt. Hęc & ope
ra eius ſunt, quę in carne aduenies demõſtrauit.
Nam mortuus eſt,non ſolũ pro amicis & ſuis,ſed
& pro inimicis,pro tyrãnis, pro maleficis, pro o-
ſoribus,pro crucifigẽtibus,atq; pro his ipſis quos
tales fore ante conditionem mundi ſciebat,eosq;
præſcius formauit,uincente pręſcientiam bonita
te,& pro eis ſanguinẽ fudit,mortemq; ſubijt. Pa- Ioan.6
nis,inquit,caro mea eſt,quam ego dabo pro mũ- Rom.5
di uita. Paulus item per epiſtolã ſic dicit: Si enim
cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per
mortem filij eius. Et iterũ in epiſtola ad Hebræos
dicit ipſum pro uniuerſis guſtaſſe mortem. Cũ igi Heb.2
tur & hæc ab ipſo geſta ſunt, & horũ typos expri
mit eccleſia,quotidie pro omnibus preces faciẽs, 2.Tim.2
quomõ tu audes talia loqui? Quin dic, quid eſt
iſthuc ipſum dicere anathema? Vide q̃d dicis: co
gnoſce quid loqueris. Noſti uerbi uim? Quãuis
inuenies in ſacra ſcriptura, quod dicit contra Hie
richo: Et anathematizabis totam ciuitatẽ domi- Ioſue 6
no deo tuo. Et inualuit apud nos omnes conſue-
tudo, quæ in hodiernum uſq; diem durat, ut ana-
thema dicat quod certo loco ſuſpenſum. An hoc
tu dicis anathema? ſed hoc plerunq; in bonum ſo
nat,& eſt interdum oblatũ deo. Quid ergo illud?
quòd anathema tu dicis eum qui oblatus eſt dia-
bolo,nec ultra regionem ſalutis inhabitat, ſed a-
lienus eſt à Chriſto. Heus,quis tu tantæ autorita
tis,qui tantam tibi uſurpas potentiam? Tũc enim
ſedebit filius dei,& ſtatuet oues à dextris, & hœ- Matt.25
dos à ſiniſtris. Cur igitur dignitatem tantam aſſu-
mis? quæ apoſtolis tãtum cõmunicata, & his qui
illorũ idonei ſucceſſores,uerè pleni gratia & uir-
tute. Iam apoſtoli diligenter id mandati ſeruarũt.
Sic enim hęreticos eijciebant ex eccleſia, quaſi ef
fodiẽdus eſſet dexter oculus. Qua tẽpeſtiua mẽ-
bri deſectione, magnum ſuæ compaſſionis & do
loris indicium præ ſe ferebant. Atq; idcirco Chri
ſtus quoq; dextrum oculum dicit, ut illum abie-
cturis compaſſionem commendaret. In qua re, ſi
cut & in alijs admodum diligentes fuere: hæreſes
quidem redarguendo & eijciendo, nulli autẽ hæ 1.Cor.1
reticorum hanc pœnam adhibendo. Porrò Apo
ſtolus in duobus dũtaxat locis uocem hanc quaſi
coactus affert, nec tamẽ certę & determinatę per
ſonæ illã intentat. Nam Corinthijs ſcribit: Si quis 1.Cor.16
non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, a- Gal.1
nathema ſit. &: Si qs uobis euangelizauerit aliud
pręter id quod accepiſtis, anathema ſit. Cur igit
quod nullus eorũ, qui poteſtatem acceperũt, uel
facere, uel declarare auſus fuit, tu facere audes,
plane

planè aduersarius mortis dominicæ,& præoccupãs iudicium regis? Vultis discere qualia de hoc sanctus quidam dixerit,qui &apostolorum temporibus martyrium meruit? Monstraturus huius uerbi grauitatẽ,tali utebatur exemplo: Sicut priuatus homo,regiam sibi ipsi purpuram circumponens,unà cum omnibus qui se iuuant, punitur ut tyrannus:ita & qui dominicam sententiam fert, & hominẽ facit anathema ecclesię,abducit seipsum in extremam perniciem, usurpãdo dignitatẽ filij dei.Sic ille dicebat: Putatis ne hãc parui momẽti rem esse, ante iudicem iudicij tempus aliquem eiusmodi sententia condẽnare? Anathema enim omnib.modis à Christo separat. Ad hæc quid respondent illi malitia potentes? Hæreticus,aiunt, ille factus est,inhabitantẽ habet diabolum,aduersus deum iniustitiam loquitur, multos in profundum perditionis abducit eloquẽtiæ suæ efficaci suadela & deceptione. Sanè propter hoc à patribus eiectꝰ est, maxime, quia eius magister quoq; partem ecclesię abstulit:Paulinum uel Apollinarem designando. Sanè de singulorum istorum discrimine, sermo multis bene nouitatẽ refutauit, errorem in pernicioſissimę præsumptionis penetralibus inualuisse redarguens. Doce,ait,in lenitate,erudiens eos qui obsistunt, si quando det eis deus pœnitentiam ad agnoscẽdam ueritatem, ut resipiscant à diaboli laqueo capti in uoluntatem illius.Extende sagenam charitatis, ut non subuertatur claudicãs,sed potius sanetur. Ostẽde,quòd magna affectione bonum proprium cupias facere cõmune. Affer dulcem escam compassionis in hamo,& sic scrutare profunda,atq; eximo perditionis extrahe eum qui sensu descenderat, ut & quod opinabatur, & quod ignorabat, bonũ existimaret.Erudi sicut alienum ab apostolica traditione:& si quidẽ hoc boni consulere uoluerit homo,qui prius errore infectus erat, iuxta uocẽ prophetæ,& ille uiuet uita,& tu animam tuam liberabis:si autem respuit sermonem, utpote contẽtiosus,tu contestare, ne reus fias,tantum cum longanimitate& suauitate,ut ne animam eius de manu tua iudex requirat. Ne odio habeas, ne auersꝰ, ne persequaris, sed synceram & ueram erga eum ostende charitatem. Vt interim etiamsi aliud nullum,certè hoc feras lucri: & magna est hæc utilitas,egregiumq; lucrum quòd diligis, & simul doctrinã Christi doces.In hoc enim, ait, cognoscẽt, quòd mei sitis discipuli, si charitatem habueritis inuicem. Qua absente nihil proderit, uel scientia mysteriorum dei,uel fides,uel prophetia,uel paupertas,uel confessio Christi:id quod & Paulus ipse demonstrauit,dicens:Si tenuero mysteria omnia,& omnem scientiam,& fidem,ita ut etiã mõtes dimoueam:charitatem aũt non habuero,nullam inde utilitatem capio. Et si linguis angelorũ loquar, & si impertitus fuero omnes facultates meas, & si tradã corpus meum, ita ut comburar: charitatem autem non habeam,nihil sum.Charitas suauis est,nõ inflatur,nõ quærit quæ sua sunt: omnia suffert,omnia credit,omnia sperat, omnia sustinet.Dilecti,nullus ex uobis taliter erga Christũ fuit affectꝰ,qualiter ista sancta anima. Nullus hominũ talia uerba præter illũ loqui ausus fuisset. Nã anima eius amburebat cũ diceret:Adimpleo afflictiones Christi in carne mea quæ reliquæ:&, Precabar ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis:&,Quis infirmat,& non infirmor ego? cumq; tanta erga Christum affectione præditus esset,non iniurias, nõ uiolentias, nõ anathemata euipiam inferebat: & profecto,quasi non esset is qui tot gẽtes, & integras ciuitates domino obtulisset: sed quasi humiliaretur, uerberaretur, colaphis cæderetur,ridiculusq; esset omnibus,ita hęc curabat blandiendo,adhortando,obsecrãdo.Sic sanè & apud Athenienses sibi patefecit introitum. Nam cum inuenissent omnes idolorum cultu insanientes,nõ exprobrauit eis dicẽs:Impij estis uos, & planè omnis religiõis expertes.Nõ dixit:Omnia uos diuino honore dignamini, deum ipsum, unicum & uerum dominum & opificẽ uniuersi, negatis.Sed quid? Obambulans,inquit,&considerans culturas uestras,inueni etiam aram inscriptam,ignoto deo.Quem igitur ignorãtes colitis, hunc ego uobis annuncio.O miraculũ,ò paterna uiscera. Piè colere dicit Græcos & idololatras, quamuis impiè colentes.Quare? quia ut pij & uerè religiosi cultum suum perficiebant,deum se colere putãtes.Hoc & uobis persuadete.Huius uos imitatores omnes fieri precor,atq; uobiscũ & me ipsum. Nam cum dominus,qui prænouit quid unusquisq; nostrũ elegit,& qualis futurus est: hoc facit,ut bonitatem & magnificentiam suam comprobet:(neq; enim propter malos creationem intermisit, sed etiam illos communibus bonis locupletauit:) quo pacto igit̃ tu secus facis,qui in ecclesia cum alijs adcurris, et hostiam filij dei perficis? Nescitis quòd calamum confractum nõ contriuit, et linum fumigans non extinxit? Et quorsum hoc dictum? audi: ludam et eos qui sicut ille exciderant tamdiu non abiecit, quousq; seipsum quisq; abductum errori mancipauit.Nõne et pro populi ignorãtijs preces offerimus? Nónne præceptum habemus, ut pro inimicis, et qui nos oderunt et persequuntur,precemur? En quàm probè implemus ministerium? en obsecro ordinatio nõ effert,non in sublime extollit,nõ potentiam præstat? Omnes eũdem spiritum accepimus, omnes in adoptionem filiorũ uocati sumus: quos autem probauit pater, eos fratribus in potestate seruire uoluit.Eia ministerium nostrũ curemus:obsecramus,et contestamur uos, ut à tanto malo desistatis. Nam is quẽ tu anathematizare decreuisti, uel uiuit, et adhuc in mortali uita hac supersest, uel mortuus est: quod si adhuc supersest, impiè agis, qui eum qui à malo in bonũ se uertere potest, crudeliter absecas:sin mortuus est,multo magis crudelis es.Cur nam? Quia dño suo stat uel cadit,nõ iam sub iure humano existens. Et de eo quod occultatum reseruatumq; seculorum iudici,pronunciare tutum est solum ei, qui mensuram scientiæ, et quantitatem fidei cognoscit:dic mihi obsecro,

Ioan.6 Rom.5 Heb.2 2.Tim.2 Ioan.13 1.Cor.13 Matt.25 1.Cor.16 Gal.1 Iosue 6 Coloss.1 2.Cor.11 Act.17

quî ſcis, quibuſnam uerbis ſeſe accuſabit uel defendet ille in die quo deus uẽturus eſt, ut iudicet occulta hominum? Profecto inſcrutabilia ſunt iudicia, & imperueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, uel quis eius conſiliarius fuit? Dilecti, fortè nullus ex uobis baptiſmũ ſe conſecutum putat, nullus iudicium aliquando futurum ſuſpicatur? Quid dico iudicium? ipſam noſtram mortem & egreſſum è corpore nõ cogitamus, adeo corda noſtra huius uitæ ſolicitudine & curis obbruteſcunt & deſipiunt. Obſecro, deſiſtite ab hoc malo. Ecce dico, & cõteſtor coram deo & electis angelis, hinc uobis in die iudicij magnum malum, & inextinguibilem ignem parari. Nam ſi in uirginum ordine eos, qui cum fulgida fide & morum honeſtate uixerunt, dominus qui omnium opera eorum conſiderabit, ob miſericordiæ penuriam à thalamo arcebit: quomodo nos qui in omni luxu & crudelitate erga cognatos uerſamur, obliti dei, ſalutem aſſequemur? Ea propter uos oro, ne uobis uerba hæc mente excidant. Dogmata enim impia, & quę ab hęreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro ſalute ipſorum orandum. Det deus omnes nos ita charitatis erga deum & proximum eſſe ſtudioſos, implereq; mandata domini, ut cum miſericordiæ oleo, & fulgidis lampadibus occurramus in die reſurrectionis ipſi ſuperno & cœleſti ſponſo, offerentes ei plurimos in gloria, quos noſtra compaſſione & pietate lucrifecimus: præſtante gratia & miſericordia ipſius unigeniti filij dei, cum quo patri ſit gloria ſimulq; ſancto ſpiritui in ſecula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ADuerſus Gentiles demonſtratio, quòd Chriſtus ſit deus.

QVONIAM librorum magnitudo, faſtidium parit mortalium pleriſq;, qui uel ignaui domi reſident, uel immodicis huius uitæ curis implicantur, uel hebetudine & inſcitia præpediuntur: ideo operæpreciũ uiſum, reſecare multiloquij remoramenta, & in arctum redigere uarios, plixósque patrũ ſermones, ut ad inſtituti operis lectionẽ etiã plurimũ deſides allecti, magnã prõptitudinem & alacritatẽ præ ſe ferãt. Atq; ea de cauſa, orationem hanc nullis uerborũ nominúmue fucis & lenociniis illuſtrabo: ſed huiuſmodi nominibus utar, quæ & famulo, & ancillæ, & uiduæ, & inſtitori, & agricolæ cõprehenſibilia, captuq; facilia ſint: & omnino periclitabor, ut quantũ fieri poteſt, omiſſa prolixitate, appetitus & ſtudia excitem ſupinorum oſcitantiumq; auditorũ, quò & ad hæc noſtra facilè & abſq; labore ingrediantur, & quæ apprehendunt fideliter memoria retineant. Primum autem cum gentibus nobis certamen ineundum. Dicet enim utiq; gentilis: Vnde manifeſtũ, quòd Chriſtus eſt deus? Ante omnia igitur hoc præſtruere oportet, & ſponte ſequentur alia omnia. At non à cœlo petenda demõſtratio, neq; ab aliis id genus. Nam ſi ad gentilẽ dixero, Creauit cœlum uel terrã, uel mare: non me feret: Incredulus enim eſt. Si dixero: Mortuũ excitauit, cæcos curauit, dæmones fugauit: neq; hoc accipiet. Deniq; ſi dixero, quòd regnum & ineffabilia bona promiſerit, hoc nõ ſolum nõ credet, ſed & ridebit. Vnde igitur illum, maxime ſi idiota eſt inſtituemus? Non aliunde quàm ab his quę inter nos & illum confeſſa ſunt, & quæ in dubium reuocare nequit. Nam quòd cœlũ fecit, & alia quæ dicebam, non ſuſtinebit ut ſibi nunc ſuadeantur. Quæ igitur ſunt quæ & ille feciſſe Chriſtum confitetur, & non cõtradicit? Quòd Chriſtianorum genus plantauit Chriſtus. Neutiquam enim contradicet, quòd omnes undiquaq; eccleſias orbis Chriſtus fundarit. Hinc faciemus demonſtrationem uirtutis Chriſti, & oſtendemus ipſum deum. Etenim non eſt puri hominis, in tantis rebus, orbem terra, mariq;, tam breui tempore cõprehendere, & tam abſurdis moribus præuentum, tantiſq; malis irretitũ liberare humanum genus: & non Romanos tantum, ſed & Perſas, & omne (ut ſic dicam) barbarorum genus. Inſuper quòd hæc cõfecit, nullis uſus armis, nullos faciens ſumptus, nullos mouens exercitus, nulla prælia cõmittẽs, ſed p undecim uiros principio, ignobiles, uiles, rudes, idiotas, pauperes, nudos, perſuaſit tot hominum tribubus: idq; non pręſentibus ſolum, ſed & futuris. Quid? quot ſubuertit leges patrias, aboleuit conſuetudines inueteratas, euellit ſtirpes tanto tempore radicatas, & pro illis ſuas alias imPlantauit? Abduxit ab his in quæ propenſi eramus, & in ardua & difficilia induxit: cumq; hæc faceret, infeſtabantur & ſui ab omnibus, & crucem ipſe genus mortis ignominioſiſſimum ſuſtinuit. Nihil hic contradicent, quòd crucifixus eſt & à Iudæis, quòd innumera ab illis paſſus, quòd quotidie prædicatio increſcit & floret: non hic ſolum, ſed & apud Perſas, etiamnum dum ab illis oppugnatur. Etenim & inde multa ſunt martyrũ examina, & qui ibi lupis ferociores erant, accepta prædicatione, ouibus manſuetiores euaſere, nuncq; de immortalitate & reſurrectione, & ineffabilibus bonis diſſerunt. Neq; in ciuitates ſolas, ſed in ſolitudinem uſq; peruaſerunt hæc præclara facinora, & in pagos, & in regiones, & in inſulas, & in portus, ac nauium ſtationes. Nec priuati & principes tantum, ſed & ipſi reges qui diademata ferũt, inſigni fide crucifixo ſe ſubmittũt. Ad hęc: Non ſimpliciter contigerunt iſta omnia, ſed multo antea prædicta ſunt: atq; adeò ut ne ſermo ſuſpectus ſit, libros habemus à Iudæis, qui illum crucifixerunt, & ipſorum teſtimonijs, & ex libris quos illi cuſtodiũt, noſtra probamus, è quibus etiam nunc nonnulla proferemus. Primo omnium quòd deus exiſtens, homo futurus erat, dicit Hieremias: Hic deus noſter, non conferetur alius ad illum, inuenit omnem uiam ſcientiæ, & dedit ipſam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terra uiſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt. Vides, quomodo omnia paucis uerbis

Baruc.3

bis declarauit, nempe quòd deus existens, homo factus est, & quòd etiam ueterem legem ipse cõdidit? Inuenit enim inquit, omnẽ uiam scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Ecce declarat his, quòd & ante suum in carnem aduentum omnia ipse dispensarit, & omnia ipse fecerit, legem statuens, prouidens quoq; curans & benefaciens. Alius propheta non solum quòd homo futurus, sed & quòd è uirgine nascẽ-
Esa.7 dus erat, dicit, quem audi. Ecce, inquit, uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel: quod si interpretaẽ quis, sonat, nobiscum deus. Deinde ostendit, quòd non apparenter, sed uere homo sit, adiecit enim dicẽs: Butyrum & mel comedet. Mos enim est, ut his cibis peculiariter pascantur pueri mox ut nati fuerint. Et declarans quòd non purus homo, iterum addit dicens: Propter quod priusquam sciat puer bonum uel malum, bene sciet à malo seligere bonum. Et quòd non solum homo ex uirgine, sed et quòd ex domo Dauid futurus, audi quomodo et hoc multo antea prædicit Esaias, figuralibus uerbis & translatione usus multa, prædicit tamen: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & quiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: spiritus timoris dei implebit ipsum. Nam Iesse ille pater fuit Dauid. Manifestum igitur, quòd à tribu illa, & nõ solum à tribu illa, sed & à domo illa processurus erat. Et hoc prædixit, dicens: Egredietur uirga de radice Iesse, non de uirga loquẽs, sed de Christo & regno eius. Quòd non de uirga dixerit, consequentia declarant. Nam cum dixisset: Egredietur uirga: adiecit, quiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus. Nullus autem tam insipiens qui dicat, quòd super lignum ueniat spiritus gratia, sed manifestum quòd super immaculatum illud templum: & non dixit, ueniet: sed, super eum quiescet: quia ut uenit, mansit, & non di-
Matt.3 scessit. Hoc etiam Euangelista dixit: Ego uidi spiritum descendentem sicut columbam, & mansit super eum. Neq; siluit Iudaicam sententiam, quã ostenderũt ipso nato. Nam Euangelista sic dicit:
Ibid.2 Vt Herodes audiuit, turbatus est, & omnis Hierusalem cum eo. At propheta, audi quomodo &
Esaiæ 9 hoc multo ante prædicẽs annũtiarit: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: & uocabit nomen eius magni cõsilij angelus, admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri seculi. Hoc de puro homine nemo dicit, etiam qui ualde contentiosus. Nam nullus hominum unquam etiã ab ipso seculo dictus est Deus fortis, sicut neq; pater futuri seculi, neq; princeps pacis huius. Nam pacis suæ, ait, non est terminus. Et manifestat rerũ euentus, quòd pax in omnem intrauit terram, et in mare, in orbem habitabilem
Baruc.3 & inhabitabilem, & in montes & colles, & ualles
Ioan.14 à die illa à qua Christus incipiens dixit: Pacem meam do uobis, non sicut mundus dat pacẽ. Hominum enim pax statim dissoluitur, & uarias habet uicissitudines. Verum quæ à Christo datur, stabilis est, imò firma, solida, immortalis, sine carens, licet milia bellorum undiquaq; ingruant, & quotidie milia insidiarum parentur: attamen omnipotens sermo suus etiam hanc perficit, & conseruat. Non solum autem prædixerunt futurũ hominem, sed & modum aduentus eius. Nam affuturus erat, non iaciens uel fulmina uel fulgetra è supernis, nec concutiens terram, nec rotans cœlum, nec alia id genus prodigia operãs: sed absq; strepitu, & ita absq; tumultu & turbatione, ut nemo persentisceret. In domo enim fabri natus est, in domo ignobili & uili. Audi quomodo neq; illud propheta prædicẽdo tacuerit, dicit enim: De
Psal.71 scẽdet sicut pluuia in uellus, quib. aduentus illius tranquillus & quietus signatur. Neq; hoc contẽtus, declarauit etiam quam mansuete & suauiter cũ hominibus conuersaturus esset. Nam cùm iniurijs afficeretur, opprobraretur, conspueretur, flagellaretur, & denicq; cruci affigeretur, nullum ultus est talia facientem: sed tulit omnia sapienter, & æquo animo, cõtumelias, insidias, insaniam & furorẽ importunæ illius plebis. Quod etiã ipsum manifestans scriptura, sic dicit: Calamũ cõtritum
Esa.42 non cõfringet, & linum fumigans nõ extinguet, donec educat in ueritatẽ iudicium, & in ipso gentes sperabunt. Et alius locum in quo nascendus erat, indicat, dicens: Et tu Bethlehem in terra Iu-
Micheæ 5 Matth.2 da, nequaquã es minima in principibus Iuda: ex te enim egredieẽ dux, qui reget populum meum Israel, & exitus eius ab initio à diebus seculi. En diuinitatem & humanitatem indicat. Nam dum dicit, & exitus eius ab initio, & à dieb. seculi, substantiam declarauit, quæ ante secula fuit. Cum autem dicit: Egredietur dux, qui reget populũ meum Israel: natiuitatem secundum carnem docet. Vide autem iterum & aliam prophetiã refulgentem. Non solum enim quòd nascendus sit, sed & quòd nobilis ille loc9 futurus, tametsi uilis & paruus. Nequaquam enim, inquit, minima eris in ducibus Iuda. Nam omnis orbis Bethlehem cõfluit, ubi natus positus est: & nobilis factus est locus ille non alia de causa, q; hac sola. Item & tempus
Gen.49 quo affuturus erat, manifestauit, sic dicens: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux ex lũbis eius, donec ueniat cui repositũ est: & ipse erit expectatio gentium, ligans ad uineã pullum suum, & ad uitem pullũ asinæ suæ: lauabit in uino stolã suam, & in sanguine uuæ pallium suũ: iucũdiores oculi eius uino, albiores dẽtes eius lacte. Vides & hoc uaticinium congruere? Nam tunc cõparuit, cum iam deficerent principes Iudaici, & sceptris Romanorum subderentur: & impleta est prophetia, quæ dicit: Non deficiet princeps à Iuda, neq; dux à lumbis eius, donec ueniat: Christũ dicens. Nam simul ut natus est, et descriptio prima facta est, imperantibus uidelicet Romanis Iudæorum genti, & eam sub seruitutem suã agentibus. Deinde assignatur & aliud: Et ipse erit expectatio gentium. Aduentu enim suo gentes oẽs attraxit. Herodes Christũ inquisiturus erat, & interempturus propter eum

pter eum omnes qui ibi erant pueros: & neq; hoc A tionis. Cui rei conscius propheta mentem qua fa
silverunt prophetę, sed multis antea temporibus ciebat, prædixit in hunc modum: Zelus domus Psal.68
Hier.31 prædixerũt, dicentes: Vox in Rhama audita est, tuæ comedit me. Quid hoc euidentius dici po-
luctus & fletus, & clamor multus: Rachel plora- tuit? Tradendus erat à participe mensæ suæ, pro-
bat filios suos, & consolari noluit, eò quòd non ditorem agente. Vide quomodo & illum reuela
erant. Rediturus erat ex Ægypto, & hoc significa- uerit propheta: Qui comedit, ait, panem meum, Ibid.40.
Osee 11 cauerunt uates: Ex Ægypto uocaui filiũ meum. magnificauit super me calcaneũ. Cõsidera item,
Erat in locis insignibus manifestãdus, ubi statim quàm cõsonet euangelium: Qui intinxit, ait, me- Marc.14
signa faceret ac doceret, & ipsum prædictum est, cum manum suam in catinũ, ille me tradet. Erat
Esaiæ 9 propter quod Esaias dicebat: Regio Zabulon, autem illum traditurus non simpliciter, sed uen-
terra Nephthalim, populus qui sedebat in tene- dens sanguinẽ preciosum, & pro illo pecuniam
bris, uidit lucem magnam: sedenti in tenebris & accipiens: & neq; hoc obticuit propheta, demon
umbra mortis, lux orta est eis. Quibus manifestat strans consona, & impudentia illorum consilia,
aduentum illius. Doctrinam quoq; & cognitio- ac sermones quos inter se conferebant. Nam ille Matth.26
nem, quam à miraculis illius acceperint, enarrat: dicebat: Quid uultis mihi dare, & ego uobis illũ
& deinceps alia miracula subiungit, quomõ clau B tradam? Isti uero respondebant: Triginta argen-
dos curarit, quomodo cæcos sanos, & quomodo teos. In ænigmate dicit: Os peccatoris & dolosi Psal.108
balbos expedite loqui fecerit. Tunc aperientur, super me apertũ est. Proditor ille dãnans seipsum
inquit, oculi cæcorum, & aures surdorum audi- ob peccata quæ fecerat, argenteos abiecit, & ad
ent, tunc saltabit quasi ceruus claudus, & clara e- laqueum currens uitam finiuit, fecitq; uxorem
rit uox inexpedite loquentiũ: quod scilicet nun- suam uiduam, & filios orphanos, & domum de-
quam factum est, quàm in aduentu illius. Signo- sertam. Vide ergo quomodo & hãc tragicam ca-
rum item aliquorũ etiam speciatim meminerunt. lamitatem propheta annunciat, dicens: Fiãt filij
Ingresso enim aliquando in templum, pueri ad- eius orphani, & uxor eius uidua. Commoueantur, usquequo eiiciantur à scrutantibus domus
huc ab ubere pendentes, & inexpeditam haben- eorum. Et post illum factus est apostolus quidã
tes linguam, cecinerunt in illum hymnos, sic di- Matthias, & istucipsum etiam præcinuit, dicens:
centes: O sianna in excelsis, benedictus qui ue- Episcopatum eius accipiat alter. Tradito Iesu, &
nit in nomine domini. Hoc multo antea prædixe comprehenso uolũtariè, coactum est concilium
Matt.21 rat propheta, sic dicens: Ex ore infantiũ & lacten iniquitate plenum, cõuenientibus ludęis & gen
Psal.8 tium perfeci sti laudem, dum destruis inimicũ & C tibus. Vides, quomodo etiam hoc prædixerit, p-
ultorem, hoc est ludaicũ populum: contra quem pheta, dicens: Quare fremuerunt gentes, & po- Ibid.2
pugnabat natura, & opificem prædicabat, funge puli: usque, Abijciamus à nobis iugum ipsorum.
baturq; apostolico munere innocens ætas: nec- Quæ uox est eadem cum illa quam clamauerunt
dum loqui ualens. Porro, quòd nonnunquam di cum Pilato dicẽte: Regem uestrum crucifigam? Ioan.19
sputando cum ludęis, ob ingratitudinem eorum, respondernnt: Nos Regem nõ habemus nisi Cæ
pleraque ænigmatis & parabolis adumbraturus sarem. Ad hæc quoq; prædixerunt, & multos ali-
Ibid.77 esset, prædictum etiam istucipsum antea fuit: Lo- os sermones & accusationes, quos interim misce Psal.23
quar eẽ, inquit, propositiones à fundatione mũ- bant. Silebat Iesus, & silentium quoq; Esaias di- Esaiæ 45
di, eructabo occulta ab initio. Quin & sapientiã xit: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut Esa.53
eius in concionando propheta prędixit, inquiẽs: agnus coram tondente mutus, sic non aperuit
Ibid.44 Diffusa est gratia in labijs tuis. Et alius iterum: os suum. Postea corruptam sententiã monstrans,
Esaiæ 28 Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glo- In humilitate sua iudicium illius sublatum est, ait:
rificabitur, & ualde sublimis erit. Præterea aduen hoc est, nullo illi iusta iudicauit. Postea & causam
tus sui insignia facta cum miraculis, quasi in sum- cædis dicit. Nam suorum peccatorum gratia nõ
Ibid.61 ma enarrat idem. Spiritus, ait, domini super me, D est passus quæ passus est, immaculatus enim &
cuius gratia unxit me, ut euangelizem pauperib. innoxius erat, sed pro mundi malis traditus est.
misit me, ut prædicem captiuis remissionem, & Vide quomodo duo hæc aperuerit, cum dixit:
cæcis usum. At quòd Iudæi tanta beneficia in se Peccatum nõ fecit, neq; inuentus est dolus in ore
conferentem, quem nec in paruo, nec in magno eius. Cuius ergo gratia occisus est? pro iniquita- Psal.40
arguere poterant, sine omni causa auersaturi es- tibus populi ad mortem uenit. Quid lucri à cruce
Psal.119 sent, audi Dauid dicentem: Impugnauerunt me & morte illa? Bona quibus nunc gaudemus, pec
gratis, cum osoribus pacis eram pacificus. Erat a- cati interitus, uulnerum animæ emendatio, cura
sino aliquando ciuitatem ingressurus: hoc etiam & medicina mirabilis, ac rara. Quod & ipsum
ipsum olim est prædictum, Zacharia sic dicente: quomodo prædicat uide, dicit enim: Omnes si- Ibid.10
Zach.2 Gaude ualde filia Sion, prædica filia Hierusalem: cut oues errauimus, unusquisq; in uiam suam ab-
Ecce rex tuus uenit mansuetus, ascendens super errauit, & disciplina pacis nostræ super eum, li- Esaiæ 5
subiugalem & pullum nouum. Eiecit uendentes uore eius nos curati sumus. Ad hæc & Iudæi pœ-
columbas & nummularios, faciens hoc zelo do nas daturi erant pro flagitijs suis. Vide quõ hoc
mus dei, & ostendens quòd nõ sit cõtrarius deo, manifestauit, dicens: Dabo malos pro sepultura
idem sentiẽdo quod pater: unde & iuste uindica- eius, diuites pro morte eius. Quod Dauid cum
bat, quia facta erat domus patris, domus negotia dixisset,

dixisset: Abijciamus à nobis iugũ ipsorũ, adijcit: Qui habitat in cœlis, irridebit eos: tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Quibus significat dispersionem eorum in omnes gentes in toto orbe. Quod & in euangelijs declarans, dicebat: Eos autem qui me super se regnare Luc.19 nolebant, adducite huc, & occidite eos ante me. Præterea, qui prænunciauerunt mortẽ, neq; mor Psal.21 tis genus siluerunt, sic dicentes: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Insuper & aliam post crucifixionem iniquitatem non tacuerũt, dicentes: Partiti sunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Consequenter sepeliendus erat, quod sic Ibid.87 manifestatum: Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in umbra mortis. Funeris quoq; pom B pam non trãsierunt silentio: nempe, quòd mulieres attulerunt myrrham, guttam, & casiam, audi Ibid.44 quid dicat propheta: Myrrham, & guttã & casiã à uestimentis suis, ex quibus lætificauerunt te filiæ regum in honore suo. Resurrecturus erat, ui- Ibid.15 de quomodo & hoc prædixerunt: Non derelinques, ait, animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Alijs autẽ uerbis Esaias idem hoc monstrat, dicens: Et dominus uult ipsum purificare à plaga, ostendere ei lumen, iustificare iustum, qui bene multis seruierat. Quòd eius occisio fuerit multorum peccatorum humanorum solutio: Peccata, dicit, multorum ip se tulit. Quòd à dæmonibus liberauit homines: Et diuisit, ait, spolia fortis: per mortem enim hoc C fecit, & ea de causa in mortem tradita est anima eius. Et quia præficiendus erat toti orbi, addit: Et ipse hæreditate possessurus multos. Insuper, descendit in infernum, omnes disturbauit, & tumultu turbationeq; impletam arcem destruxit. audi de hoc in inferioribus tumultuantes, & dicentes: Psal.23 Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & intrabit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus uirtutũ ipse est rex glo- Esaiæ 45 riæ. Et Esaias iterũ: Portas æneas confringã, & uectes ferreos conterã, & aperiã tibi thesauros obtenebratos, & inuisibiles ostẽdã tibi. Infernũ sic uocat. Nã quãuis infernus esset, animas tamen tenebat sanctas, & uasa precIosa Abraham, Isaac & Iacob. Propter quod thesauros uocat: obtenebratos autem, quia nondum sol iustitiæ ibi fulserat, neque de resurrectione sermones prædicarat. Iam quòd non mãsurus in terris post resurrectionem, sed ascensurus esset, hoc quoq; nobis mani- Psal.46 festauit, dicendo: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ. Per iubilationem & tubam, clara eius ascensio docetur. At quòd ascensurus ipse, non staturus esset cum angelis, neque cum archangelis, neq; cum alijs administratorijs uirtutibus: sed sessurus super sedem regiam, audi Ibid.109 quid dicat: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Post hæc missurus erat apo- Esaiæ 52 stolos, & hoc prædixerunt, dicentes: Quàm speciosi pedes annunciantiũ pacem, annunciãtium bona. En quantũ laudat corporis partem pedes, qui illos undequaq; ferebant. Sub hæc, cõmemorat quomodo præualuerint apostoli, dicit enim: Psal.67 Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Non enim mouerunt arma, neq; expenderunt pecunias, neq; robore corporis, neq; exercituum multitudine, neq; aliquo tali usi sunt: sed uerbo simplici, & multam habente uirtutem, ac miraculorum ostensionem. Crucifixum enim prædicantes, & miracula facientes, totũ orbẽ sibi subiecerũt: & propterea dicit: Dabit uirtutẽ euangelizantibus uirtute multa: miracula significans. Etenim mira uirtus erat, piscatorem, publicanũ, pellionẽ, nudis præceptis mortuos suscitare, dæmones expellere, mortem abigere, philosophorum linguam mutam facere, rhetorum ora constringere, apud principes ac reges uersari, Barbaris, Græcis, & omni hominum generi imperare. Nam omnia hæc uerbo illi perfecerũt, & uirtute multa mortuos in uiuos mutauerunt, peccatores in iustos, cæcos in uidẽtes, & morbos naturæ, ac malitiam animæ expulerunt. Dein, quòd uirtus hæc eis à spiritu sancto affuerit, declararunt, cum dicunt: Spiritu impleti sunt, prophetaruntq; uiri ac mulieres. Quòd autem in linguis igneis super eos consedit: Ioel multo antea prædixit, inquiẽs: Ioel.2 Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ: & adulescentes uestri uisiones uidebunt, priusquam ueniat dies domini magnus: futurum illum prædicens: nam nec hunc siluit. Postea, declarans fide salutem constare, dicit: Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Nec solum habemus quòd illi mittendi erãt, sed etiam quòd in totũ orbẽ peruenire debebat prædicatio, ita ut nulla pars esset in qua non audiretur. In omnem ter- Psal.18 ram, ait, exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Ad hæc, quòd cum autoritate prædicarint, & regibus potẽtiores fuerint, docet, inquiens: Constitues eos principes in omni terra. Ibid.44 Quòd aũt regibus maiores sint Petrus & Paulus, declarauit euentus. Nam regũ leges, etiam ipsis uiuentibus, irritantur: at piscatorum illorũ, etiam mortuis ipsis ratæ sunt, & immobiles manent: licet multis legibus, animaduersiõibus, armis, supD plicijs, argutijs, uerborum eloquentia, cognationibus, amicitijs, dæmonibus, diabolo, consuetudinibus, malis moribus, uoluptatib9, & infinitis alijs refringere plurimi conati sint. Et quia illi cõstituti principes, etiam desiderabiliores sint subditis, nõ sicut multi principes, terribiles, molesti, & atroces: ideo subdit, dicẽs: Propterea populi confitebunt tibi in seculũ: hoc est, gratias dicent tibi, gratias multas tibi offerẽt, q̃ tales principes dedisti. Et q̃ prædicatio ubiq; increscat, audi: Postula Ibid.2 à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ. Et iterum alicubi: Implebitur omnis terra scientia domini, sicut Esaiæ 11 aqua multa, quę operit mare. Et facilitas obedientiæ docetur. Non docebit, ait, unusquisq; proxi- Hier.31 mum suum, & unusquisq; fratrem suum dicens: cognos-

cognoſce dominum: quia omnes cognoſcēt me
à minimo illorum uſq; ad maximum illorum. In-
diſciſſa eccleſia manifeſtat: In nouiſſimis diebus
Eſa.2 inſignis erit mons domini præparatus in uertice
montium, & exaltabitur ſuper omnes colles, &
uenient ad eum omnes populi, & gentes multæ.
Et quòd nō ſolum firma, & ſolida, & immobilis,
ſed quòd & multa orbi pace præſidebit. Et interi
bunt principatus multorum in ciuitatibus, & mo
narchiæ: unum autem quoddam regnum propa-
gabitur, & abundantius erit pace, nō ſicut prius.
Nam priſca illa regna, & doloſi rhetores, & ar-
mati milites parauerunt: Chriſto autē aduenien-
te, omnia illa diſſoluta ſunt, & bella in partē ſeor-
ſum conceſſerunt. Hoc enim docens propheta,
dicebat: Et cōfringent gladios ſuos in uomeres, B
& lanceas in falces, & non accipiet gens contra
gentem gladium, & nō diſcent bellum. Nam pri-
us in illis omnes exercebantur, nunc & artis eius
obliti ſunt, imò plures eius nec; initium guſtarūt.
Si autem ſunt pauca quædam bella: quid hoc ad
crebra illa & continua, cum gens contra gentem
inſurgeret? Deinde & unde cōſtituta ſit eccleſia,
prædicit. Nam nō ſolum benigni & manſueti, &
ſuaues homines, ſed & feri, & inhumani inter ſe-
ipſos, & lupi, & leones, & tauri moribus colligē-
di erant: è quibus omnibus una fiebat eccleſia.
Ibid.11 Audi quomodo armēti illius uarietatē declarans
& 65 propheta dicit: Tunc paſcetur ſimul lupus cum
agno, quo frugalem uitam regum indicat. Quòd
autem non de feris hæc ſonant, ut fortè dixerit lu C
dæus, quando hoc factum eſt dicat, nunquam lu-
pus agno compaſcuus fuit. Aut ſi ſimul paſcetur,
quid hoc humano generi proderit? Sed hoc ad fe
ros & agreſtes homines pertinet, Scythas, Thra-
ces, Mauros, Indos, Sauromatas, Perſas: quia gen
tes illæ omnes ſub uno iugo erunt. Id quod &
Soph.2 alius quidam propheta manifeſtius dicebat: Et ſer
uient ei ſub iugo uno, & adorabit eum unuſquiſ-
que à loco ſuo. Non ultra Hieroſolymis ſolum,
ſed in toto orbe: nec; ultra dicetur hominibus, ut
Hieroſolymas adeant, ſed unuſquiſq; domi ma-
nens, cultum illum perficiet. Erant eiiciendi Iu-
dæi, audi quomodo & hoc prædixit propheta:
Malach.1 Ecce & in uobis concludentur ianuæ, & non ac-
cenditis altare meum gratis. Et mihi quidem ſer- D
uiunt, ait, ab Oriente ſolis uſq; ad Occidentem.
Nomen meum glorificabitur in gentibus, & in
omni loco ſacrificium mihi offertur, & hoſtia pu
ra. Vides quomodo cultus nobilitatē manifeſta-
uit, quomodo excellentiā & immutationē eius,
quòd non in loco, ſed modo: non in nidore & fu-
mo, ſed in alio cultu noſtra erunt miniſteria. Et
quomodo illos, dicet quiſpiam, attraxerunt apo-
ſtoli? Qui non niſi unā linguam habebāt, nempe
Iudaicam: quomodo Scytham, & Indum, & Sau
romatam, & Thracem docebant? Acceperant à
ſpiritu ſancto gratis multijugarum linguarū do-
na. Et hoc quoq; non apoſtoli ſolum ſuum dicūt,
ſed & pphetæ ſimul duo hæc declarātes, ſcilicet,
quòd uarietatem linguarū acceperint apoſtoli,

& quòd nec; hoc attraxerit Iudæos. In uarijs lin-
guis, & in labijs alijs loquar populo huic, & nec;
ſic audient me, dicit dominus. Quid hoc manife-
ſtius uidit aliquis? Erant Iudæi increduli futuri,
& gentes ad fidem aſciſcendæ: hoc Eſaias decla-
rans manifeſtat: Inuentus ſum ab his qui me non Eſaiæ 65
quærunt, manifeſtatus ſum his qui me non inqui
runt. Dixit: Ecce ego ſum ad gentem, quæ nō in-
uocauit nomen meum, ad Iſrael expandi tota die
manus meas, ad populum incredulum, & cōtra-
dicentem. Et iterum: Annuntiamus coram eo ut Ibid.53
puer, & ſicut radix in terra ſitienti. Domine quis
credidit auditui noſtro, & brachium domini cui
reuelatum eſt? Et non dixit, doctrinæ noſtræ: ſed
auditui noſtro: ubi oſtendit, quòd non proprium
aliquid loquuntur, ſed ea ipſa adminiſtrarūt, quæ B
audierunt à deo. Et quòd noſtra Iudaicis præfe-
renda magiſq; colenda ſint, uide quomodo præ-
dicit propheta: Iritabo uos in non gente, in gente
inſipienti iritabo uos. Prioris populi uilitatem ſi-
gnat in hoc, quòd dicit, in non gente: non enim
gens putabatur eſſe, ob uilitatem nimiā, ob ſtul-
titiam, ob inſipientiam. Sed mutatio hæc fide fa-
cta eſt, ut noſtra gens nunc multo dignior appa-
reat, quàm iſta fuit olim: Vide etiam quō declara
uit hæc ægrè laturos Iudæos, & inde iritatos futu
ros meliores: dicit enim: Iritabo uos in non gen- Deu.32
te: hoc eſt, tanta dabo ipſi bona, ut æmulatione
corripiamini, & mordeamini. In hoc meliores fa-
cti ſunt: nam cum audirent Moſen, & propheta-
rum ſigna uiderent, mare diuiſum, petras ſciſſas, C
aerem mutatum, aliaq; prodigia, filios ſacrifica-
bant, & initiabant Beelphegor, magicæq; uaca-
bant arti. At ubi nos ad fidē acceſſimus, longeq;
uenerabiliores apparuerunt res noſtræ, quàm il-
lorū: & ipſi zelotypia laborarūt, & humiliati ſunt,
& ita meliores facti, quàm dum à prophetis eru-
direntur, & prodigia uiderent. Nam ex æmula-
tione noſtri rectè ſe gerūt: nullus enim ipſorum,
uel pueros nunc immolat, uel ad idola currit, uel
uitulum adorat. Virginitatis decor apud ueteres
nec; nominabatur, in noua autem lege fulſurus
erat. Vide quomodo & hoc prædixit Dauid: Af- Pſal.44
ferentur regi uirgines poſt eam, afferentur in tem
plum regis. Et nec; ipſum ſacerdotū nomen ob-
ticuit, epiſcoporum nomen dico. Cōſtituā enim
principes tuos in pace, dicit, & epiſcopos tuos in
iuſtitia. Veniet ut iudex rationem exacturus ab
hominum genere, & cum primis à Iudæis. Vide
quomodo hoc prædicit & Dauid & Malachias.
Malachias enim ſic dicit: Et ueniet ſicut uentila- Malach.3
brum, ſicut herba fullonum, & purgabit argen- 1.Cor.3
teum & aureum, iuxta dictum Pauli: Dies decla-
rabit, quia in igne reuelabitur. At Dauid ſecun-
dum eius aduentum prædicans, Deus manifeſtè
ueniet, dicit: Nam prior eius aduentus multę mi-
ſericordiæ eſt, ſecundus autem non item: ſed ade
rit è cœlis ipſis, angelorū multitudine undiq; effu
ſa, aduentuq; ſuo ad ſimilitudinem fulguris om- Luc.17
nia comprehendente. Nam ut fulgur egrediens
in Oriente, etiā in Occidente uidetur, ita erit ad-
uen-

uentus filij hominis. Quo declaratur eius claritas, & quòd semetipsum annunciet: nullo enim præcone opus habebit, quod propheta docens dicebat: Dominus manifestè ueniet. Deinde iu-
Psal.49 dicium adducens futurum, sic inquit: Ignis in cõspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida. Dixit supplicia, dicit & fulgorẽ: Aduocabit cœlum desursum, & terram, ut discernat populum suum. Terram hic omne hominum genus dicit, deinde cum omni hominum genere & Iudæos iungit. Nam ad ipsos pertinet: Congregate illi omnes sanctos eius, quia deus Iudex est.
Esaiæ 65
Aduentu suo cultum uictimarũ reiecturus erat, ut ne amplius ille acceptus esset, sed nostrũ illud
Ibid.53 sacrificiũ admitteretur. Accipe quomodo & hoc
Ibid.39 prædictum sit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autẽ perfecisti mihi. Nam per corpus, & obediẽtiam nostram instituturus erat cultum nouum: ideoq; dicit, corpus autẽ perfecisti mihi.
Ibid.17 quod & alibi manifestãs dicebat: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, non uidens mare scissum, non petram ruptam, sed audiens meos apostolos. Et ubi corpus perfecisti mihi, tunc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptum est de me. Duo autem hæc manifestauit: & quod affuturus sit tunc, quando cessabunt sacrificia: quod & factũ principatu Iudæorum ad Romanos transeunte: & quòd de aduentu suo antequam adueniret, prædictum sit. Quomodo autem scriptũ de eo quòd aderit, diximus
Deu.32
Baruch 3 quòd Baruch dicit: In terris uisus est, & cum ho-
Deut.18 minibus conuersatus est. Dicit autem & Moses sic: Prophetam uobis excitabit dominus deus de fratribus uestris, sicut me, ipsum audietis: & erit, omnis anima quæ prophetam illum nõ audierit, exterminabitur de populo suo. Vides hoc in nullo impletũ, quàm in hoc solo. Etenim multi prophetæ surrexerunt, & omnes parum auditi sunt: attamen propterea Iudæi nihil sunt passi. Hunc autem quia non audierũt, uagantur erratici, fugitiui, & exules, oberrantes ubiq;, excluſi à sua ciuitate, & à paternis legibus & consuetudinibus, in
Psal.44 ignominia & ultionis pœna. Quæ sub Vespasiano & Tito sunt passi, iã dicere nõ uacat: ita omnẽ calamitatem excedit ea tragœdia. Et impletũ est propheticum illud: Omnis qui non audierit pro-
Esaiæ 26 phetam illũ, exterminabitur. Propter hoc omnia quæ illorum fuerunt, in solitudinẽ redacta, quia prophetam illum non audierunt. Quòd suscitabit omnes, prędictum est, cum dicunt: Resurgẽt
Malach.3 mortui, & euigilabunt qui in monumentis. Ros enim paradisi medicina ipsis est. Quòd post crucem, post mortem res Christi clariores futuræ, &
1.Cor.3 quod post resurrectionem prædicatio Christi in-
Marc.14 ualitura esset, similiter prædictum. Nam postquã orauit in Oliueto, proditus est à discipulo, cõsputus est, conuicia audiuit, flagellatus est, crucifixus est, & irrisus quantum illi uolebant, neq; sepulturam obtinuit: uestes eius diuiserunt carnifices: in
Luc.17 mala opinione uitam finiuit, ut blasphemus, ut ty-
Ioan.19 rannus. Nam, omnis qui seipsum facit regẽ, dicebant, non est amicus Cæsaris. Et iterũ: Ecce audistis, quòd blasphemus est. Erantq; hæc omnia antea significãda. Ne timueris, horum gratia, quòd crucifixus, quòd flagellatus, & colaphis cæsus, & consputus, quòd à latronibus cõuitijs incessitus, quòd tyrannidis & blasphemiæ nomine occisus. Ita se habebunt res eius post mortem & resurrectionem, ut nemo contradicat, quin summo honore antecellat. Hoc certe & factum est, & prædictum, quod & propheta prędicebat inquiẽs: Erit
Esa.11 radix Iesse, & qui exurgat ut regat gentes, in ipso gentes sperabunt. Et erit quies eius, honor. Hoc autẽ mortis genus diademate quouis gloriosius est. Nam reges positis diadematis, crucem suscipiunt, mortis symbolũ. In purpuris crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, & in mensa sacra crux, & in toto orbe crux, & super solem fulget crux. Et erit requies eius, honor: licet diuerso modo in rebus humanis cõtingere solet. Nam cum hi qui hic in magna gloria, rebusq; florentibus agunt, moriuntur, pereunt cum eis simul alia omnia: id quod non solum in diuite, sed et in principe, atq; adeo id & in regibus ipsis quis uidet. Nam leges eorum irritantur, statuæ obscurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in obliuionẽ uenit, à cognatis despiciuntur. Et licet pridem mouerint arma, cõcitarint seditiones populorũ & urbium, reuocauerint proscriptos, occiderint dominos, simul tamẽ conciderunt hæc omnia, quamuis gloriosa prius fuerint. At secus in
Ioan.18 cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant, Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerũt, Iesus solus inter amicos comprehensus est: multi qui crediderant, retrorsum abierunt. Cæterũ, ubi occisus est, & mortuus, ut discas q̃ non sit purus homo: non solum res eius non interciderunt, sed multo clariores illustriores q̃, & sublimiores sunt redditæ. Nam ante crucem præcipuus apostolorum, neq; ostiariæ minas tulit, & post tantã erudi tionem aiebat se nescire quis esset. At post crucẽ, orbis ad fidem accessit, & infiniti martyrũ populi occisi, malentes mori q̃ dicere quod præcipuus ille apostolorũ formidans unius ostiariæ minas. In omni regione, omni ciuitate & solitudine, & parte orbis, quæ habitatione accõmoda, & quæ non accõmoda, prædicamus crucifixũ. Et reges & principes, & milites, & præsides, & serui, & liberi, & idiotæ, & sapientes, & insipientes & barbari, & reliqua hominum genera, ac terræ omnes quas sol spectat, ad hoc nomen currũt, ut adorẽt: ut discas quid sit, Et requies eius honor. Et locus quidem quo corpus hoc positum, breuis erat, & ualde angustus: augustior tamen, & uenerabilior mille regum palatijs, imo etiam regibus ipsis. Et erit requies eius honor. Non in ipso tantum, sed & in discipulis suis hoc contigit. Nam qui ducebantur & circũducebantur, qui contempti erant & uincti, qui innumera patiebantur dum uiuebant: ubi defuncti sunt, regibus ipsis erant magis uenerabiles: etiam Romæ, quæ urbium est regalissima, relictis omnibus, ad sepulchra piscatoris

& pellionis currunt & reges, & præsides & milites. Et in Constantinopoli reges nostri magnam gratiam putant, non si prope apostolos, sed si uel extra eorum uestibula, corpora sua sepeliantur: fiantq; piscatorũ ostiarij reges. Neq; hinc in morte confunduntur, sed honestantur & ipsi, & eorũ nepotes & pronepotes. Et erit requies eius honor. Quale autem symbolum huius mortis? Signum erat mortis maledictæ, mortis omnium deformatissimæ. Hoc enim solum mortis genus maledictioni obnoxiũ fuit. Vt exempli gratia quid dicam, qui olim peccabant, comburebantur, lapidabant̃, & alijs modis uitam finiebãt, ut in supplicijs tantum: Crucifixus autem, & in ligno suspensus, non solum hoc ferebat, ut graue aliquod supplicium, cui adiudicatus erat, sed & ut maledictũ
Deut.21 quoddam. Nam maledictus omnis, dicit, qui pendet in ligno. Veruntamen hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolum, crux, diadematibus & coronis clarius factũ est. Neq; em̃ sic regia corona ornat̃ caput, ut cruce, quæ omni cultu dignior: & quã omnes prius abhorrebãt, eius figurã tantopere quærũt: atq; adeo ubiq; ea inuenit̃ apud principes, apud subditos, apud mulieres, apd' uiros, apd' uirgines, apd' nuptas, apud seruos, apud liberos: subinde oẽs ea se signant, inscribendo in nobilissimum membrum nostrum. In fronte enim nostra, quasi in columna quotidie figuratur. Sic in sacra mensa, sic in sacerdotum ordinationibus, sic iterum cum corpore Christi, in mysticis cœnis fulget. Hanc ubiq; celebrari uidere licet, in domibus, in foro, in solitudine, in uijs, in montibus, in collibus, in uallibus, in mari, in nauigijs & insulis, in lectis, in uestibus, in armis, in thalamis, in symposijs, in uasis argẽteis, in aureis, in margaritis, in murorũ picturis, in corporibus brutis male affectis, in corporibus à dæmonijs obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorum choreis, in monachorũ ordinibus: adeò certatim donum hoc mirabile rapiunt omnes. Mira est hæc gratia, nullus confunditur, nullus erubescit, cogitans quòd maledictæ mortis symbolum fuerit: sed oẽs ipso magis ornantur, quàm diadematũ coronis, uel multis gẽmatis monilibus & torquibus. Et non solũ nõ fugitur, sed & desideratur & adamatur, & omnes de ea solliciti sunt, & ubique fulget, & sparsa est in parietibus domorum, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in uicis, in locis quæ habitant̃, & quæ non habitantur. Vellem audire à pagano, unde symbolum tam maledicte mortis ac supplicij omnibus tam desiderabile, si nõ magna crucifixi uirtus? Quòd si nihil hoc esse putas, sed adhuc impudens manes, & ueritati te opponis, & ad lumen cæcutis: ex alio argumento disce, quale hoc sit, & quantę uirtutis. Sunt lictoribus multa tormentorum genera, ligna, lora, ungues, plumbum, quibus torquent corpora, & membra dilacerant, & distrahunt: & quisnam uellet hæc in domũ suam inferre? quis uellet manu cõtingere? uel quis uellet ad carnifices, dũ hęc agunt, propius accedere,

A ut uideat? An nõ plures ita abominãtur, ut neq; aspectum, neq; tactum sustineant, aliqui nauseant, & inauspicatum censent, proculq; fugiunt, et oculis auersantur? Tale quippiam utique & crux olim erat, atq; illis multo grauior, ut suprà memini. Nam non mortis tantũ, sed & maledictæ mortis symbolũ erat. Vnde ergo, dic mihi, omnibus tantum eius studium & cura, quòd ita desiderata cũctis, & omnibus desiderabilior? Ipsum ergo hoc lignum, in quo positum sanctum corpus domini, & crucifixum: quarenam habere totus orbis ita contendit? ut qui paruum quiddam exillo habent, hoc auro includant, tam uiri q; mulieres, & ceruicibus suis aptant, hinc ualde honestati, & magnifici, muniti & protecti, licet condemnatio
B nis fuerit lignũ. Sed qui omnia operat̃ & præparat, qui orbem terrarũ à peccato tanto trãsfert, & terrã cœlum facit, etiã rem hãc, licet contemptã, & oẽibus mortibus turpiorem, supra cœlos eleuauit. Hæc igitur omnia præuidens propheta dicebat: Et erit requies eius, honor. Hoc enim mortis symbolũ (nõ desisto idem sæpe cõmemorare) multæ benedictionis argumentum est factum, et omnigenæ securitatis murus, tempestiua diaboli plaga, dæmonũ frenum, chamus contrariarũ uirtutum. Hoc mortẽ sustulit, hoc inferni æreas portas confregit, hoc ferreos uectes cõtriuit, diaboli arcem expugnauit, peccati neruos execuit, totum orbem condemnationi subiectum eripuit,
plagam à deo immissam aduersus naturam no-
C stram remisit: quæq; non potuit mare cum diuideretur, & petræ cum rumperentur, & aer cum mutaretur, & manna quod quadraginta annis tot milibus dabatur, & lex, & alia signa, tam in eremo, quàm in Palæstina facta, ea potuit crux: non in una gẽte, sed in toto orbe, & in omnibus quas sol aspectat terris. Crux maledicti symbolũ, qd' omnes fugiebant, quod omnes deprecabantur, quod probrosissimum dicebant omnes, tantum actale post crucifixi mortẽ robur accepit. Disce ergo, quanta eius sit uirtus, quomodo sine bello & omnia facile operetur. Non solum autem hæc, sed & præter hæc & alia ostendũt eius uirtutem. Orbem enim cum esset sterilis, & infœcundus in sermone uirtutis, & nõ melius se haberet ad hoc,
D ut aliquid boni pariat, quàm terra solitaria, uel in fœcunda mulier: fecit matrem multorum filiorũ, & paradisum frugiferam. Et hoc quoq; antea prę Sapien.3
dictũ à propheta sic dicente: Lætare sterilis, quæ Esa.54
nõ paris: iubila & clama, quæ non parturis: quia plures sunt filij sterilis, quàm habentis uirum. Et quòd talem eum fecerit, dederitq; ei & legẽ, sed priore multo præstantiorem, minime obticuerũt prophetæ, dicentes: Disponam testamentum no Hier.31
uum, non sicut disposui patribus eorum in die, qua manum eorum apprehendi, educẽdo ipsos è terra Ægypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponã eis: dabo enim leges meas in mente eorũ, & in corde eorum inscribam eas. Præterea illam magnam mutationem

tationem, eruditionemq; facillimã declarans præ A dicebat: Et non docebit unusquisque proximum suum, dicens, Cognosce dominum: quia omnes scient me à minimo ipsorum usq; ad maximum. Iam etiam hoc ipsum quòd daturus esset & remissionem peccatorum, omnibus ad se uenientibus, prædixit propheta, sic dicens: Hoc erit ipsis à me testamẽtum, quia auferam iniquitates eorum, & iniquitatum eorũ nõ ero memor amplius. Quid hoc manifestius? quid dilucidius? Vocatur lex noua, ueterem excellit: facile credentes instituuntur, danturq; in baptismate gratia & donũ. Porrò qui hæc fecit, idem aderit, & post hæc iudicabit: sed uide quomõ nec hoc silentio transierint. Nã eorum aliqui uiderunt ipsum in habitu quo uenturus est: alij per uerba ipsum prædixerunt. Nã B Daniel quidem in medio Babylonis, & inter Bar
Dan.7 baros, uidit ipsum in nubibus sedentẽ. Ecce em̃, ait, quia filius hominis uenit, & peruenit usque ad antiquum dierum, & ei oblatus est omnis principatus: omnes populi, tribus & linguæ ei seruiũt. Et de tribunali eius subdit, dicẽs: Throni positi sunt, & libri aperti sunt, & fluuius ignis exijt ante eum, mille milia ministrabant ei, & decem milia assistebant ei. Et quòd per ignem erit hoc iudiciMalac.3 um: Ingredietur, ait Malachias, sicut ignis conflans, & sicut herba fullonum. Sed quòd boni magno honore tunc perfruentur, ac de resurrectioDan.12 ne gaudebunt, inquit idem Daniel: Resurgẽt qui in puluere sedent. Vidisti diligentiam prophetarum, quomodo uentura omnia prędixerũt? Quo C modo ergo adhuc in incredulitate perstas, cũ tantam uirtutis eius demonstrationẽ acceperis? Verba ante hæc tempora prædicta sunt, & opera uerbis succedere uides consona, & omnino prætermissum nihil. At quòd non sint figmenta, testantur hi qui libros & primum acceperunt, & conseruant, inimici nostri, & à crucifixoribus progeniti. Et quomodo hoc, dicet quis, quòd habentes libros non credunt? Ecce uiderunt tunc operantẽ miracula, & non crediderunt: sed hoc non arguit id quòd non creditur, sed eos magis qui in meridie cæcutiunt. Nam & hũc mundum in medium proposuit, opus bonis proportionibus undiq; bene constitutum, & uoces undequaq; missas, quæ annũcient opificem. Et sunt homines aliqui, qui D dicere audent omnia fortuita, & per se mota: alij non esse facta quæ uidentur, alij opificium & cõditionem, ac prouidentiam dæmonibus adscribunt: alij fortunæ, & natiuitati, & fato, & stellarum circumferentiæ. Neq; hæc in opificem cadit reprehensio, sed in eos potius, qui inter tot remedia adhuc extremis laborãt morbis. Nam ita contingit, ut anima prudens si uidet aliquid quo sibi opus, non multis ad hoc egeat adiumẽtis: imprudens autem, & stupida, & quæ multis antea languet affectionibus, cæcutiens maneat, etiã quanticunq; illi cõtingãt manuductores. Vide ut hoc semper & ubiq; euenit, non in hoc argumẽto dũtaxat. Nam quot sunt, qui nullis unquam auditis legibus, honeste ac legitime uixerunt, quum interim quidam à pueritia enutriti legibus, usq; ad senectam, nunquam transgredi illas cessarũt? Hæc & apud ueteres contigerunt. Nam Iudæi, licet signa & miracula plurima haberẽt, nunquã tamen per ea meliores euasere. Niniuitę una tantũ uoce Ionæ 3 audita, uitam mutarunt, à peccatis liberati. Hoc etiam uidere licet, nõ in nobilibus tantum uiris. Nam Iudas quanta doctrina admonitus, factus est proditor: latro autem qua admonitione incitatus, in cruce Christũ confessus est, & eius regnũ prædicauit? De rebus igit̃, non à peruersis cõsilia quære, sed à rerũ ueritate calculum iustum affer apud rectè uolentes. Non crediderunt Iudæi, & crediderunt multi ex gentibus, quod & ipsum à prophetis nõ est prętermissum silentio. Dicit em̃:
Psal.17 Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati
Esaiæ 53 sunt, & claudicauerũt à semitis suis. Et Esaias: Domine quis credidit auditui nostro, & brachiũ domini cui reuelatũ est? Et iterum: Inuentus sum ab his qui me nõ quęrũt, notus factꝰ sum his qui me
Matt.15 non interrogant. Et in hoc Christi aduentu crediderunt Chananæi & Samaritana mulier: sacerdotes autem & principes eum impugnauerũt, & ei insidiati sunt, & alios abegerunt, & è synagogis credentes in eum eiecerunt. Non utiq; rara hæc fuerint: nam & uita nostra plena huiuscemodi exemplis est, quę & partim nostro tempore, partim superioribus seculis acciderunt. Nihilominus licet non omnes, tamen etiam ex Iudæis & nunc, & olim multi credidere. Quòd autẽ non omnes, nihil nouũ, nihilq; admirabile. In causa enim est, quòd alium insipientia, aliũ uero incogitans, uel affectionibus pessundata mens perdit. Cæterum, quia ꝓphetias quę de Christo multo ante sua tempora prædictas tractauimus, age in medium afferamus, quæ etiam ipse in terris ambulans, cumq; hominibus cõuersans, de futuris dixit, ut & inde eius potentiã ac uirtutem discas. Igitur cum adesset, nostræq; salutis ageret negotium, uarijs modis id egit, & quantum ad illos qui tũc uiuebant, & quantum ad posteros attinebat. Et quid facit? Miracula operatur, prædicit nonnulla longis postea temporibus euẽtura. Et per ea quæ tunc fiebant, ueritatem eorum quæ post multum tempus uentura exponit, fidem faciens auditoribus, tam præsentib. quàm sequuturis, & ex dictis suis quę tunc implebantur, & miraculis quæ fiebant: atque hac duplici demõstratione sermones fide digniores erant. Nam duplicia prædicere solebat, ea uidelicet quæ in præsenti uita, & quæ post consummationem & mortem euentura: & confirmabant hæc se mutuum, omniaq; uerè dicta monstrabantur. Et uide quid dicam: nam sermo parũ dilucidus est, unde & dilucidiorem ipsum facere tentabo. Duodecim erant discipuli sequentes ipsum, & ecclesiam referebant, quamuis nullus tũc eam mente conciperet: siquidem nec nomen ecclesiæ erat: sed florebat synagoga. Quid igitur dicit? Orbe fermè toto in impietate detento, prædixit: & Supꝑ petrã hãc ædificabo ecclesiã meã, & Matt.16 portę inferi non prævalebũt aduersus eam. Exa-

mina quid hoc ſibi uerbũ uult, & uidebis perſpicuam eius ueritatem. Nam nõ ſolum hoc mirum eſt, quòd ædificauit eam per totum mundum, ſed quia inuictam fecit, & inuictam licet tot bella inſurgant. Hoc enim eſt quòd portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam: Pericula, ait, quæ mortem generant, pericula quæ ad infernũ deducũt. Vidiſti prædictionis ueritatẽ: uidiſti euentus certitudinem ac robur: uidiſti uerba in operibus relucentia, & uirtutẽ abſq; armis omnia facile conficientem: Ne ideo quia paucis dicitur, Ædificabo eccleſiam, tranſcurras obiter: ſed conſidera & cogita tecum, quid ſit in tam breui tẽpore omnẽ ſub ſole terrã tantis eccleſiis impleri, tantas gentes ad fidem transferri, populos perſuaderi, ut patrias leges irritent, cõſuetudinẽ ſtabilitam & radicatã reuellãt, altaria & templa, & ſtatuas & ſacrificia, & prophana feſta, & immundũ odorem, ſicut ſimum aliquem aboleãt: & excitent altaria ubiq; gentium in regione Romanorũ, Perſarum, Scytharum, Maurorum, Indorũ, & ultra orbem noſtrum. Nam & Britannicæ inſulæ extra hoc mare ſitæ, & quæ in ipſo Oceano ſunt, uirtutem uerbi ſenſerunt (ſunt enim etiam illic fundatæ eccleſiæ, & erecta altaria) Illius, inquam, uerbi, quod tunc dictum, quod & in omnium animabus, inq; omnium labijs plantatum. Vnde & omnis (ut dicitur) terra ſpinis plena, repurgata, factusq; purus ager, ſemina pietatis ſuſcepit. Magna res foret, & excellenter magnæ diuinæq; uirtutis, etiamſi nemo interturbaret, eſſetq; pax ſumma, & multis ſimul adnitentibus, & reluctante nullo, poſſe intra tam breue tempus totum orbem, à conſuetudine ſua mala, qua præoccupatus fuit, liberari, & ad aliam induci. Verum hoc multo maius, quòd non ſolum in aliam inducitur, ſed in multo difficiliorem: non ſolum enim diuerſa cõſuetudo erat, ſed & uoluptate firmata. Duo uiolenta. Quæ enim acceperat à patribus, auis & proauis, alijsq; ſuperioribus progenitoribus, & philoſophis, & rhetoribus, ea reſpuere docebatur, quod ſanè difficillimum erat: at difficilius nouam accipere cõſuetudinẽ quæ nuper irrepſerat, illamq; ualde laboriоſam. Abduxit enim Chriſtus à uoluptate, & induxit ad ieiunium: abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis: abduxit à luxu, & induxit ad temperantiam: abduxit ab ira, induxit ad manſuetudinem: abduxit ab inuidia, & induxit ad benignitatem: abduxit à uia lata & ſpatioſa, & induxit in anguſtam & arctam, & præruptam, & induxit aſſuetos uiæ latæ. Neque enim alios homines extra huius mundi conſuetudinem uiuentes aſſumpſit, ſed illos ipſos qui in talibus uitijs cõputruerant, & luto molliores erant, iuſſit ut anguſtam & arctam uiam, aſperamq; illã & duram ambularent. Et perſuaſit eis. Quot aũt perſuaſit? Non duobus, uel decẽ, uel uiginti, uel centũ, ſed omnibus fermè ſub ſole habitantibus. Et per quos perſuaſit? Per uiros undecim illiteratos, priuatos, ineloquentes, obſcuros, pauperes, patria, facultatibus, robore corporis, præcellẽtia A glorię, dignitate progenitorũ, uehementia rhetorices, eminentia ſcientiæ carentes: per piſcatores, per pelliones, per barbaros. Neq; enim eadẽ illis et auditoribus uox, ſed extraneũ planè & peregrinum ſermonem à linguis eorum, quibus prædicabant, ſortiti erant. Hebraicũ dico. Atq; per hoſce ædificauit eccleſiam hanc quæ à finibus uſq; ad fines extenta eſt. Neq; hoc ſolum mirabile, quòd priuati & pauperes illi, & parui, & ignobiles, & illiterati, & uiles, & exotici ſermonis, et cõtemptibiles, totius orbis correctionẽ attentarunt: ſed & q; ad longe difficiliora opera ipſum ducere iuſſi, non hoc in pace fecerunt, ſed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nã in unaquaq; gente & ciuitate, & quid dico, gente et ciuitate? in ſingulis domib. B gerebatur bellum. Radicata enim hæc doctrina, & puerum ſæpe à patre diuiſit, & nuptã à ſocru, & fratrem à fratre, & ſeruum à domino, & ſubditum à principe, & uirum à muliere, & patrẽ à pueris (neq; enim ſimul omnes crediderũt) Ad hæc, quotidianas inimicitias, continua bella, multasq; ipſis mortes attulit. Et fecit, ut apoſtolos quaſi cõmunes hoſtes & inimicos plerique auerſarentur, abigerentq; eos à ſe omnes, reges, principes, priuati, liberi, ſerui, populi, urbes: & nõ ſolum ipſos, ſed & (quod grauius) nouitios in fide, & eos qui ab ipſis inſtruebant. Eodem em̃ bello premebantur & diſcipuli, & magiſtri. Videbatur enim doctrina hæc contraria præceptis regijs, & conſuetudini & patrijs moribus: quandoquidem adhor C tabantur ab idolis abſtinendũ eſſe, deſpectui habenda altaria, quæ patres progenitoresq; ipſorũ coluerant: deſiſtendũ à prophanis præceptis, ridendas ſolennitates, reſpuenda ſacrificia: quæ illis maxime horribilia & formidabilia uidebantur, pro quibus & animas potius expoſuiſſent, quàm ut eligerent ea quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria, & crucifixum, & ductum ad tribunal præſidis, conſputum, & infinita alia paſſum, & eum qui mortem maledictam ſuſtinuit, qui ſepultus, quiq; reſurrexit. Et quæ ad paſſionẽ pertinebãt, omnibus manifeſta erant: utpote flagella, colaphi, alapæ, ſputa, crux, irriſio, probra, quæ omnes in eum iactabãt: & ſepultura, quæ partim beneficij loco erat: at reſurre D rectio non item: nam reſurgens ſolis diſcipulis apparuit, ueruntamen & eam dicendo perſuaſerunt, ſicq; eccleſiam ædificauerunt. Quo pacto, & qua ratione? Virtute eius qui iuſſit: ille enim præuius, omnia faciebat, reddens etiã facilia quæ dura. Niſi enim diuina quædam uirtus effeciſſet, nequaquam hæc uel principium, uel præludium accepiſſent. Quo em̃ modo ille dixit, fiat cœlum, Gen.1 & monſtrauit opus: fundetur terra, & illius ſubſtãtia producta eſt: fulgeat ſol, et indicauit aſtrũ, omniaq; uerba operatus eſt: eodem modo idem & eccleſias illas plantauit. Et uerbũ hoc, Ædificabo eccleſiam meam, hæc omnia operatum eſt. Illa uerba dei condiderunt opera tam admirabilia, & quæ nemo expectaſſet. Nam ſicut cũ dixit: Germinet terra herbam fœni: & omnia mox hor-

tus erant

tus erãt,& omnia pratum,terraq; mandatũ susci- A piens, infinitis ornabatur plantis: Sic & nũc ubi dixit: Ædificabo ecclesiam meam:multa acceleratione facta est,etiam contra illam tyrannis se armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus ualido igne insanientibus,& obluctante consuetudine, etiam oratoribus, & sophistis, & diuitibus,& principibus insurgentibus,sermo dei uelut ignis ualidus aduenies spinas consumpsit, agros repurgauit, seminauit uerbum prædicationis.Et licet hi qui crediderunt,in carceribus seruarentur,despectui essent,amitterent substantias,occiderentur,traderentur igni,submergerentur aqua, & omne tormentorum genus sustinerent cum summa ignominia, & persecutionẽ paterentur, ut hostes publici, plures tamen semper B accrescebãt:non solũ nihil ex afflictionibus aliorum facti segniores,sed & multo alacriores,& ad pulchram hanc piscationem assiliebãt: sicq; à piscatoribus capiebantur,nõ coacti,non uim passi: sed sponte accurrentes,gratiamq; habẽtes adducentibus. Et quamuis uiderent fluere torrentes sanguinis credentiũ, feruentiores tamen reddebantur in fide,& fidentiores. Et non discipulis solum, sed & magistris uinctis, fugatis, flagellatis, aliaq; mille mala passis, discipuli plures fiebant, Philip.1 & magis studiosi. Quare Paulus clamat, dicens: Atq; adeò plures fratres freti in domino uinculis meis, ut abundantius audeãt impauide sermonẽ 1.Thess.2 loqui.& alibi iterũ: Vos imitatores facti estis ecclesiarũ dei, quæ sunt in Iudæa: quia eadem passi C estis quę et nos à cognatis propriis,prohibentib. nos loqui gentibus ut saluentur.Aliis quoq; scri- Hebr.10 bens, sic dicit: Memores estote dierum pristinorum, in quibus illuminati graue passionum certamen tulistis,scientes meliorem habere substantiã in cœlis,& manentem. Vides uirtutis excellentiam,quæ tanta operata est? Nam qui tanta patiebantur,non solum non ægrè ferebant,uel deficie- Act.5 bant,sed & gaudebãt, gestiebãt, exultabãt.Et de discipulis quidem dicit, quòd publicationẽ substantiæ cũ uoluptate acceperint:de magistris uero,quòd iuerint à conspectu concilij gaudentes, utpote digni habiti pro nomine Iesu contumeliã Coloss.1 pati. At de seipso ait: Gaudeo in afflictionibus D meis, & adimpleo, quod reliquum afflictionum Christi in carne mea.Et quid miraris,q; in passionibus gauisus fuit, cum & moriturus non solum gaudebat,sed & discipulos ad cõmunionem lætitiæ suæ uocabat, quod sanè excellenter lætantis Phil.2 animæ erat: sic enim ait,Gaudeo & congratulor omnibus uobis,id ipsum etiã uos gaudete & congratulamini mihi. Et quid factũ est dicito, quòd Gen.3 tanto gaudio impletur? Ego enim, ait,immolor, 2.Tim.4 & tempus meæ resolutionis instat. Sic igitur ædificabant. Alioqui nullus ædificare potest parietẽ unum,quẽ lapidibus & calce extruit, si impediatur & fugetur:illi aũt etiam ecclesias in toto orbe ubiq; extruxerunt, licet ligarentur,persequutionem ferrent, fugarentur, proscriberentur eorum bona,flagellis cæderentur,occiderentur,combu-

rerentur,submergerentur unà cum discipulis. Et ædificabant, non lapidibus, sed animabus & institutis:quod planè multo difficilius q; lapidibus extruere. Non enim par est,cõstruere sensibilem parietem,& animæ tantis temporibus à dæmonibus iritatæ persuadere, ut ab insania illa desistat, & ad tantam perueniat temperantiam.Nihilominus hoc potuerunt nudi illi & calceis carentes,et una ueste amicti, perq; uniuersum orbem currentes.Habebant enim adiutricem & cõmilitantem inuictam uirtutẽ eius, qui dixerat:Super petram Matth.16 hanc ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Numera, quot tyranni ab illo tempore aduersus ipsam instruxerunt acies,quot grauissimas persecutiones mouerunt,quomodo toto priore tempore,quando nouitia erat fides, & nuper plantata, teneræq; hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius,Caius,Nero,Vespasianus & Titus, & post illum omnes,usq; ad beati Constantini tempora,et omnes illi,alij minus, alij sæuius infestabant ecclesiã,infestabant tamẽ omnes. Quòd si qui ipsorum uisi sunt mansueti, hoc ipsum quòd reges manifeste in impietate erant, materia aliqua bellorum erat, cum alij eis adularentur,alij satagerent,ut aduersus ecclesiam bella susciperent. Veruntamen insidiæ & machinationes illæ omnes leuius quàm araneorum telæ discerptæ sunt.Et ea quibus nos inuadebant,& quibus insidiabant,citius fumo dissoluta,puluere præterierũt infirmiora.Magnum enim nobis numerum martyrum implerunt, immortalesq; illos ecclesiæ thesauros reliquerũt, & columnas,& turres, & eos qui non solum uiuentes: sed & mortui posteris magnæ utilitatis materia facti sunt. Vides prædictionis robur? Et portę inferi non præualebunt aduersus eam. Ab his & de futuris crede, quod nullus obsistet. Si emim cum ex paucis constaret,& nouæ sectæ opus esse uideretur, nouaq; haberetur doctrina,ac tot bella,tot pugnæ ubiq; committerentur,non præualuerũt, neq; obstiterũt:multo magis cum uniuersum orbem,& omnem locũ,& montes,& colles,& ualles, & terram, & mare, & gentes omnes quæ sub cœlo sunt, comprehenderit.Parum est,quicquid reliquũ est impietatis, præsertim sublatis tẽplis, altaribus,idolis, omnibusq; festis & sacrificijs,& fumo, & nidore, & prophanis cõuentibus.Quo pacto ergo tale atq; tantũ negotiũ, tot munitum obstaculis,finem habere potuisset,tam clarũ ueritati exitum testificantem, nisi diuina quædam & inuicta uirtus fuisset, quæ & hæc prædixisset, & pfecisset? Nullus utiq; his contradixerit,nisi quis ualde insanus, & totus stupidus sit,naturæq; sensũ priuatus. At non hæc tantũ,sed & cæteræ eius prophetiæ,& alia,inuictam eius potentiam testãtur. Nam futura uerissime prædixit, & ad finem felicissime pduxit.Adeoq; impossibile est, ut intercidat uel unum uerborum, quod ab eo dictũ, imò citius peribit cœlum & terra, quàm aliquod uerbum in prophetia falso dictũ coargui possit. Propter quod & ipse anteq; res fieret, hoc ipsum

declarans, de dictis ſuis ita manifeſte affirmauit: A
Matt.24 Cœlum & terra tranſibunt, uerba autẽ mea non tranſibunt. Et meritò: nam licet uerba ſint, ſunt tamen uerba dei, & per quæ res conduntur: ſic cœlum fecit, ſic angelorũ multitudines, ſic alias inuiſibiles poteſtates: Quod manifeſtum faciẽs propheta dicebat:
Pſal.148 Dixit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. De omni ſimul creatura tam quæ ſupra, quàm quę infra nos: tam ſenſibili, quàm intellectuali: tam corporea, quàm incorporea, ea pronuncians. Indicabat igitur, ut antea commemorauí, prophetia de eccleſia, magnitudinem, pondus & eminentiã ueritatis, prudentiæ, bonitatis & curæ eius. Agè & aliam eius prophetiam in manus accipiamus, quæ ſole & radijs illius ſit clarior, quæ ante omniũ oculos ſita, quæ in omnes ſubſe- B
cuturas generationes protendatur, ſicut & prior. Nam id genus ſunt multa eius uaticinia: non conſummantur breui tẽpore, neq; in una generatione complentur: ſed ad omnes pertinẽt homines, tàm ad eos qui ſunt, quàm qui futuri ſunt poſt illos, & iterum ad illorum poſteros, & eos qui illos quoq; ſequentur: & ita uſq; ad ſeculi cõſummationem, omniaq; docẽt ueritatis illius fortitudinem, quemadmodum & prius uaticinium. Nam à die, qua dictum eſt, conſtat eccleſia ſolida, & ſtabilis, ac inuicta, florens & fulgens, & indies magis ac magis uigens, creſcens, & plus roboris ſumens, & omnibus qui ab illo die uſq; ad domini aduentum futuri ſunt, præſtãs ut ſummos inde fructus, & ineffabilem utilitatem capere queant. Nam & C
qui ante nos, & qui ante illos, & qui multo ſuperius fuere, cognouerunt eius uirtutem, uidentes eam uexari bellis, periculis, tumultib⁹, turbis, fluctibus & tempeſtatibus: & neque ſic ſubmergi, uinci, ſuperari, & extingui: ſed florere, creſcere, & extolli. Et hoc uaticinium quod nunc dicturus ſum, tale eſt, ut demonſtrare poſſit eius robur ac dictorum ueritatem. Et quænam prophetia illa? Ingreſſo aliquando Ieſu in templum Iudaicũ, florens tunc & undequaque fulgidum auro, conſpicuumq; tam pulchritudine, q̃ magnitudine ædificiorum, ac alia omnifaria magnificentia, non ſolum artificio, ſed & materia, admirantibusq; diſcipulis: qd inquit? Nónne uidetis hęc omnia? Amẽ
Matt.24 dico uobis, nõ manebit lapis ſuper lapidem. Eam D
ſubuerſionẽ ibidem declarans, deſolationem, interitum, ruinam, quæ nũc in Hieroſolymis: Omnia enim ædificia illa, quamuis fulgida & præclara, corruerunt. Vides in utroq; magnam & ineffabilem eius potentiam, in eo quod ſe colentes augebat & ædificabat, & in ſe impingentes humiliabat, deſtruebat, & radicitus euellebat. Nuſquam enim huic ſimile templum erat, & tam uenerabile, & quod tãto cultu inſigne. Nam in toto orbe habitantes Iudæi, etiã in finibus terræ, illuc olim proficiſcebant̃, dona & hoſtias, & oblationes, & primitias, & multa alia ferentes, orbisq; diuitijs templum ornabant: confluebant enim eò omnes ex toto orbe aduenæ Iudæi, ita ut celeberrimum nomen loci eſſet, etiam in extremitatibus terræ. Sed unum uerbum Chriſti omnia illa obſcurauit & perdidit, & quaſi puluerẽ è medio eiecit. Et illuc olim neq; Iudæis omnibus, neq; ſacerdotibus omnibus, ſed uni ſoli ſummo ſacerdoti intrare licebat: & hoc ſemel tantũ in anno, & cũ ſtola, coronis, & mitra, alioq; amictu ſacerdotali: nũc aũt & meretricibus, & mollibus, & effœminatis, & mœchis ingredi licet, nec eſt qui phibeat: Nã ut uerbũ illud aduenit, omnia euaneſcere fecit, & perdidit. Et tantæ ſolũ ſuperſunt templi reliquiæ, ut monſtrari queat olim ibi fuiſſe templum. Cogita ergo quantæ & hoc ſit uirtutis. Nam hi qui olim tam potentes erant, ut ſe opponerent populis & regibus, & abſq; ſanguine ubiq; hoſtibus præualerent, miros & inopinatos triũphos ſtatuentes: templum unũ ab illo die uſq; in hodiernũ reædificare non ualuerunt: quamuis tot tantiq; reges, & tanta multitudo in toto orbe diſperſa ipſos iuuarent, eſſentq; ſibi tãtæ opes. Vides quõ quęcunq; ædificauerit, nullus deſtruet: & quęcũq; deſtruxerit, nullus ædificabit? Ædificauit eccleſiã, & nullus eam deſtruere poterit: deſtruxit templum, & nullus illud ædificare poterit, idq; in tam longo tempore. Nam & illã deſtruere conati ſunt, & nõ potuerũt: & hoc ædificare attentauere, & nec idipſum potuerũt. Cõcedatur aũt hoc, quod nullus dicere poterit, ſi attentaſſent, potuiſſent: ecce attentarunt, & nihil ualuerunt. Enimuero rex, qui hac noſtra ætate oẽs alios impietate præcellebat, & facultatẽ tunc dedit, & cooperatus eſt: & opus incipiebant, ſed nec in minimo profecerunt: nam ignis à fundamẽtis exiliens, omnes ipſos fugauit. Quòd autem uoluerint, & hoc indicium eſt, quia uſq; nunc manent fundamenta denudata: ut uideas quòd attentarunt quidem effodere, non ualuerunt autẽ extruere. Nam obſiſtebat eis hoc Chriſti uerbum. Quamuis autem & olim deſtructum templum illud, attamen ubi poſt ſeptuaginta annos redierunt, ſtatim excitatum eſt, fuitq; priore multo præclarius. Et dicũt hoc prophetæ, & prædicunt priuſquã factum. Nunc autem ſupra quadringenteſimum annum eſt, & nulla uel cogitatio uel expectatio eſt, ſed neq; ſpes quòd inſtauretur. Et quid obſtabat, ſi non diuina uirtus obluctata eſſet? Non certè opũ penuria, quarum multa illis copia: neq; patriarcha, qui omnium undequaq; colligebat tributa, & immenſos theſauros poſſidebat: non raritas populi, non pudor, non lites, non inſcitia, non bella, non hi qui in Palæſtina, non q̃ in Phœnice, nõ alia multitudo. Quo modo ergo non potuerunt unũ templum extruere, præſertim uidentes cultũ ſuum alioquin ubiq; reſidere quaſi ligatum, & Iudaicos ritus aboleri, & ſacrificia, & oblationes, & alia legitima auferri? Imò non licebat eis excitare uel templũ uel altare, aut ſacrificium offerre, aut immolare ouem, aut imponere thymiama, aut recitare legẽ, aut inſtituere feſta, aut aliud quiddã, qd̃ uel in ueſtibulis quondã agebãt. Porrò cum olim in Babylone eſſent, & cogebant̃ ab hoſtibus ut pſallerent, illis tamen nõ parebãt: & licet ſerui & captiui eſſent,

domi-

dominis tamen & imperatoribus nõ obediebãt: A
sed quia patriam & libertatem amiserant, & peri
clitabantur de uita, in medio laqueorum, & in
manibus potentium derelicti, iussicq; canere can-
Psal.136 ticum in organis, sic dicebant: Super flumina Ba
bylonis illic sedimus & fleuimus, quando roga-
bant nos, qui captiuos duxerant nos. Quomodo
cantabimus canticũ domini in terra aliena? Neq;
quis dicere poterit, quòd ob organorũ penuriã,
luctum faciebant: nam & ipsi causam posuerant,
dicẽtes: Quomodo cantabimus canticũ domini
in terra aliena? Nam in salicibus in medio eorum
suspẽdimus organa nostra. Sed neq; ieiunium ie-
iunare licebat: & hoc declarans propheta, dice-
Esaie 58 bat: Non ieiunabitis ieiunium mihi septuaginta
annis, dicit dominus. Et q; neq; immolare, neq; sa B
crificare eis ius erat, audi è tribus pueris dicentib.
Ezech.7 Non est princeps, neq; propheta, neq; dux, neq;
locus primitiarũ coram te, ut inueniri queat mise
ricordia. Non dixit, non est sacerdos: aderãt enim
sacerdotes. Sed ut discas, quòd hoc totum illius
loci erat, & omnia quæ à lege statuta, tunc erant
impedita, dixerunt, nõ est locus. Et quid de sacri-
ficando & litando inquam? prorsus ipsam legem
legere non licebat. Quod & alius propheta citãs,
Esaie 29 ait: Et legerunt absq; libris legem, & indixerunt
confessionem: non Pascha, non Pentecosten, nõ
scenopegiam, neq; aliud quicquam illorũ. Atta-
men nunc uident, quòd solitudo eius loci ab his
omnibus se excludat, & quòd attentarunt qui-
dem, sed temeritatis pœnam luentes non potue- C
rũt locum, in quo hæc omnia licebat legitime o-
perari, erigere & construere. Nam uirtus Christi,
quæ ædificauit ecclesiam, eadem & templum de-
struxit. Et prædixerunt prophetiæ etiã hoc, quòd
Malach.1 & aderit Christus, & hæc operabitur. Et quidam
post captiuitatem sic dicebat: Propter quod & in
uobis concluduntur ianuæ, & non accẽditur al-
tare meum gratis: non est mihi uoluntas in uobis.
Quia ab Oriente Solis usq; ad occidentẽ nomen
meum glorificatũ est in gẽtibus, & in omni loco
sacrificium offertur mihi, & oblatio pura. Vides
quomodo manifestè & Iudaismũ eiecit, & Chri-
stianismum monstrauit effulgentẽ ubiq; in terra
Soph.3 Amos 5 diffusum, rationẽq; cultus significauit? Alius ite- D
rum: Et adorabit eũ unusquisq; à loco suo, & ser-
uiẽt ei sub iugo uno. Alius quoq; ait: Virgo Israel
cecidit super terrã suam, non est qui erigat eam ul
trà. Et Daniel manifeste omnia hęc narrat, & quòd
omnia auferentur, sacrificiũ & immolatio, & un-
ctio, & iudicium. Sed hæc omnia, quãdo cum Iu-
dæis conferemus, manifestius & latius considera
bimus. Iam aũt in instituto itinere manentes, gen
tilium stultam contentionem redarguimus. Non
tibi dixi mortuos suscitatos, nõ leprosos munda
tos: ut ne dicas hæc, mẽdacia, figmẽta & fabulas:
quis uidit, quis audiuit? Et quãuis qui dixerũt, q;
crucifixus sit à Iudæis, & consputus & alapis cæ-
sus, & colaphis: illi etiam hæc dixerunt: quomo-
do dignos fide putas in illis, in his uero arguis,
quasi dixerint non facta? & si ad gratiam magi-

stri sui hæc scripsissent, stulte & frustra iactassent,
si non tacuissent, quæ multis ignominiosa & du-
ra uidentur. Nunc autem horum ueritatem mon-
strarunt hi, qui in his maxime conuersati sunt, o-
mniaq; ualde diligenter & magna copia tracta-
runt, neq; paruum neq; magnum prætermitten-
do, sed in signis & miraculis plura transierunt: o-
mnia autem quæ ad passionem attinent, & quæ
contumeliosa uidentur, ab omnibus dicta sunt.
Verum ego nihil horum tibi dixi, de signis & mi
raculis loquor, ut abundanter omnem impuden-
tis linguæ furorem compescam. Sed in medium
attuli ea quæ nunc apparent, & quæ nunc ante
oculos sita sunt, quæ sole clariora, quę ubiq; in to
to orbe dispersa, quæ in toto orbe recepta factaq;
sunt: ita ut humanam naturam transcẽdant, sintq;
dei solius. Quid dicis, non suscitauit mortuos?
An & hoc potes dicere, quòd ecclesiæ non sint
per totum orbem, uel quòd non insidias passæ,
uel quòd non infestatæ, uel quòd non uicerint &
obstiterint? Sed sicut dici non potest, quòd non
sit sol: ita nec hæc. Quid autem templi Iudaici sub
uersionem dicam? Non uides ante totius orbis
oculos hæc conspicua? Quare non ipse tecum ex
pendis? Si non deus esset Christus, quomodo có
lentes illum, sic aucti forent, cum diuexarentur?
At hi qui crucifixerunt illum, & impegerunt in
petram, & sic humiliati sunt, ut & totam rempu-
blicam perdiderint, ipsiq; uagi, errones & profu-
gi obambulent, neq; ullus ex eis in tanto tempo-
re liberatus est: quamuis tunc tam potentes Iudęi
illi fuerint, ut aduersus Romanorum principa-
tum bellum decreuerint, & arma mouerint, &
longo tempore illis se opposuerint, etiam aliquã
do uicerint, & negotia fecerint non uulgaria Au
gustis: tanta ipsorum potentia erat: Veruntamen
qui cum tãtis regibus bella gessere, & in acie de-
certarunt, & opum tantam potentiam ac armo-
rum & militum habuerunt, totq; milites, ac fosso
res, unum non potuerunt extruere templum: sed
synagogas in omnibus ciuitatibus ædificant, lo-
cum autem, à quo suæ reipublicæ dominium cœ
pit, & ubi omnia facere consueuerunt, & unde Iu
daismus collectus est, illum solum reparare non
potuerunt.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI contra Anomœos Sermo.

NVM apud uos diem disserui, & inde
tantum uos dilexi, quantum si ab ini-
V tio uobiscum essem educatus: tantum
me uobis charitatis alligant uincula,
quantum si plurimo tempore fructus
dulcissimæ consuetudinis à uobis percepissem.
Quod fit, non quia ego admodum ad amicitiam
& charitatem sim idoneus, sed quia uos desidera
biles, omniumq; maxime amabiles. Quis enim
non admiraretur, & obseruaret igneum zelum,
charitatem absq; simulatione, beneuolentiam in
præceptores, concordiã inter uos, quibus cõspi-
cui estis? Sufficerẽt hęc & lapideã animã uobis
conciliare. Et propterea nõ minus uos amamus,

quàm eccleſiam illam in qua nati, ſcripti, & erudi
ti ſumus. Soror em̃ illa huius ueſtræ eſt, uosq; cog
nationem illam opere declaraſtis. Quãuis autem
illa tempore ſit antiquior, hæc tamen fide feruen
tior eſt: & illic maior cõuẽtus eſt ac celebrio thea
trum, ſed hic maior patientia, maioriſq; fortitudi
nis indiciũ. Nam uideo undequaq; hic lupos ob
ambulare, ouile autẽ nõ imminui. Quaſſant ſan-
ctam hanc nauim continuo tempeſtas & hyems,
procellarumq; uis: non ſubmerguntur tamen qui
in ea nauigant. Vndecũq; inuadunt hæreticæ flã-
mæ, & qui in medio ſunt camino, rore ſpirituali
perfruuntur. Eſt & hoc admirabile, q̃ uidemus in
hac parte ciuitatis eccleſiam hanc plãtatam, & ni
hilominus quaſi in medio camino oleã germinã-
tem, foliisq; comantem, & fructu grauem. Igitur
cũ uos tam cordati, tamq; multis bonis digni, agẽ
prompto ſtudio, promiſſionẽ pridem uobis rece
ptam reddamus. Tunc em̃ de armis Dauid & Go
liath apud uos philoſophabamur, ſermone no-
ſtro oſtendentes, hũc quidẽ omnigena grauiq; ar
matura undiq; munitũ, illum aũt armis nudum,
fide munitiſſimũ, & hunc quidem extrinſecus ful
gidum thorace & ſcuto, illum autem intus ſpiritu
& gratia radiantem, atq; hanc ob cauſam à puero
certamine uictum iuuenem, à nudo ſuperatum ar
matum, à paſtore proſtratum militẽ, à paſtoralis
lapidis natura, bellici æris naturã cõtritam & cor
ruptam. Proinde & nos lapidẽ illum in manus ac
cipiemus, angularem illum & ſpiritualẽ inquam.
Si enim Paulo philoſophari licuit de petra in ſoli
tudine, neq; nobis quis ſuccẽſebit, ſi lapidẽ illum
eodem modo accipiamus. Nam ſicut non natura
petræ uiſibilis apud Iudæos, ſed uirtus ſpiritualis
petræ emittit illarum aquarum flumina, ita utiq;
apud Dauid nõ ſenſibilis, ſed ſpiritualis lapis bar
baricum illud caput deiecit. Et nos quoq; pollice
bamur uobis, nihil ex rationibꝰ dicturos. Noſtra
enim arma, non carnalia, ſed ſpiritualia deſtruen-
tia rationes, & omnem ſublimitatẽ quę ſuper ter-
ram ſeſe extollit contra ſcientiam dei. Præceptũ
nobis eſt, ut eas demoliamur, non extruamus: im
peratum nobis eſt, ut eas diſſoluamus, non arme-
mus. Rationes enim mortalium timidæ ſunt. Et
quare nõ dicam timidæ? Quemadmodum enim
timidus, etiamſi ſecuro loco ambulet, non audet,
ſed formidat ac trepidat: ita quæ propter rationes
accepta ſunt, etiamſi uera ſint, nondum tamen ſa
tis certa argumenta, dignamq; fidem animæ affe
runt. Proinde quia tanta rationum infirmitas eſt,
agè ſcripturis contra aduerſarios pugnemus. Vn
de igitur ſermonis exordiũ ſumẽdum? Vnde uo-
bis placet, an ex noua, uel ex ueteri? Non enim ſo
lum in euãgelijs, & apoſtolorum uerbis, ſed & in
tota ueteri lege fulgẽtem unigeniti gloriam uide
re licet. Vnde mea ſentẽtia etiam inde aduerſus il
los corripienda ſunt tela. Ita enim nõ illos tãtum
q̃ ſuos ſermones inde afferũt, ſed & multos alios
hæreticos ſimul proſternere poterimus, uidelicet
Marcionem, Manichæum, Valentinum, Iudæo-
rumq; omniũ ora. Nam ſicut cum à Dauide pro-
ſtratus eſt Goliath, in fugam ſimul uerſus eſt om-
nis Allophylorũ exercitus: & mors quidem unio
corporis, & percuſſio unius capitis erat, fuga au-
tem communis, & timor totius exercitus: Ita & ſi
nos unã hæreſim deiecerimus, cõmunis erit enu-
meratorum omnium profligatio. Manichæi em̃
& qui factioni illorũ ſocij, uidentur accipere Chri
ſtum qui prædicatur: prophetas autem & patriar
chas qui illum prædicant, cõtemnunt. Contrà, Iu
dæi eos qui Chriſtum prædicant, accipere uiden-
tur: prophetas, inquã, & legislatorem ſuum: Chri
ſtum autem qui ab illis prædicatur, contemnunt.
Igitur ſi fauente gratia dei demõſtrauerimus ma-
gnam unigeniti gloriam in ueteri prędictam, om
nia illa deo aduerſa ora, linguasq; blaſphemas cõ
fundemus & compeſcemus. Nam ſi colliqueſcet
Chriſtum in ueteri inſtrumento prædicari, qua ſe
defenſione tutabuntur Manichæi, & cæteri qui
cum illis ſcripturam contemnunt, quę prędicat il
lum cõmunem omnium deum? Quod item effu-
gium erit Iudæis, quam ueniam merebũtur ij qui
à prophetis promiſſum nõ ſuſcipiunt? Itaq; cum
abunde de eis triumphare poſſimus, ſermonem
ad libros uetuſtiores uertamus, & ad ipſum q̃ a-
lijs omnibꝰ uetuſtior eſt, ad Geneſim, inquam, &
ad caput Geneſeos cõſcendamus. Dicit em̃ Chri
ſtus: Si credidiſſetis Moſi, credidiſſetis utiq; & mi Ioan.5
hi, nam ille de me ſcripſit. id quod nunc declarare
tẽtabimus. Poſteaquam igitur perfecta eſt omnis
creatura, cœlumq; uario ſyderum choro corona-
tum, & terra omnigenis florib. ornata eſt, multaq;
eſſent montium cacumina, multi campi & ualles,
& in ſumma, omnis terræ facies plantis, & arbori
bus, & herbis cõſpicua, laſciuirentq; greges & ar
menta: aerem autem impleret genus auium cãtil-
lantium natura & ſingulari muſica: maria quoq;
marinis animalib. plena: ſimiliter & ſtagna, & fon
tes, & fluuij, omnibus quæ in eis naſcuntur: nihil-
que eſſet imperfectum, ſed perfecta omnia: tunc
quęrebat corpus caput, ciuitas principem, creatu
ra, inquam, hominem. Formaturus igitur ipſum
deus, inquit: Faciamus hominem ſecundum ima Gen.1
ginem & ſimilitudinem noſtram. Ad quem dicit?
Manifeſtum quòd ad unigenitum ſuum. Non di
xit fac, ut ne ſeruile aliquid ſuſpiceris præceptum
iuberi: ſed dicit faciamus, ut forma conſultoriorũ
uerborum ęqualis detegeretur honor. Nam deus
interdum conſiliarium habere, interdum non ha
bere dicit: & nõ ſibijpſi pugnat ſcriptura, ſed per
duo hæc aperiuntur uobis abſcondita dogmata.
Quando enim ſignificare uult, deum nullius ege
re, dicit eum non habere conſiliarium: quãdo au-
tem docet æqualem unigeniti gloriam, conſiliari
um uocat Chriſtum. Et ut diſcas duo hæc, q̃ pro-
phetæ filium uocent conſiliarium: non quòd pa-
ter opus eius conſilio habeat, ſed ut unigeniti glo
riam doceant, & quòd non opus habeat conſilia
rio, audi Paulum dicentem: O profunditatem di- Rom.11
uitiarum, & ſapientiæ & ſciẽtiæ dei, quàm inſcru
tabilia iudicia eius, & inueſtigabiles uię eiꝰ. Quis
enim nouit ſenſum domini? uel quis conſiliarius
eius

eius fuit? & propterea dicit eum nullius indigere. A
Esaias uero iterum de unigenito dei loquens, sic
Esaie 9 inquit: Puer natus est nobis, & filius datus est no-
bis, & uocabitur nomen eius magni consilij ange
lus, admirabilis, cõsiliarius. Et si admirabilis, con
siliarius: quomodo Paulus dicit: Quis sensum no
uit domini, uel cõsiliarius eius fuit? nisi quòd Pau
lus, sicut dixi, uoluit patrem nullo indigere: pro-
pheta autem æqualem filij gloriã docere uoluit.
Et idcirco etiam hic nõ dixit fac, sed faciamus. Di
cere em̃ fac, præcepti esset seruo iniungendi, qđ
discere inde potes. Accessit aliquãdo Cẽturio le-
Matt.8 sum, & dicit: Domine, filius meus iacet in domo
paralyticus, & grauiter torquet̃. Quid igitur Chri
stus? Ego cum uenero, curabo eum. Centurio au
tem non audebat medicum in domum trahere, B
quamuis misericors ille spõte sua pollicebatur se
illò iturum, ut causam & occasionẽ illi daret, quo
uirtutẽ suam nobis declararet. Præscius enim qd
ille dicturus erat, pollicitus est se affuturum, ut ui
ri pietatem discas. Dicit enim Centurio: Non sum
dignus ut intres sub tectum meum. Neq; morbi
necessitas eũ à pietate auertere ualebat, quin ex-
cellentiam domini testaretur, etiam in tanta cala
mitate. Ea propter dicit: Dic tantum uerbũ, & sa-
nabitur puer meus. Nã & ego homo sum, habẽs
sub me milites, & dico huic uade, & uadit: & alteri
Ioan.5 ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit. Vides
quod uerbum fac, est domini ad seruum loquen-
tis? At faciamus, uerbum est eius cui æqualis ho-
nor. Quãdo enim seruo dominus loquitur, dicit, C
fac: quando autẽ pater filio, dicit, faciamus. Quid
ad hæc dicit hæreticus? Cẽturio ita suspicabatur:
res autem non sic se habet, neq; apostolus est Cẽ-
turio, neq; discipulus, ut ipsius uerbis credamus.
Verisimile est quòd errauerit. Bene, nõ est aposto
lus. Quid ergo? Videamus quod sequitur. Num
correxit ipsum Christus? nũ increpauit? num di-
xit ad ipsum: Cur hoc facis homo? Maiorẽ de me
habes opinionẽ quàm par est. Plura mihi tribuis
quàm mihi debẽtur. Ex autoritate putas me im-
perare, quum nõ sit mihi autoritas. Num dixit ta-
le quid? Minime, sed stabiliuit illius sentẽtiam, &
comitibus dixit: Amen dico uobis, neq; in Israel
tantam fidem inueni. Igitur dominus laudãdo cõ
firmat Centurionis uerba. Vnde iam non sunt D
Cẽturionis uerba, sed occasio quędam à domino
ad uirtutem declarãdam oblata. Quod enim ipse
laudat, & calculo suo tanquã bene dictum appro
bat, pro diuino oracullo habendum est. Autorita-
tem enim superne à domini iudicio sumit. Vides
ut nouum ueteri consonet, & utraq; autoritatem
Christi indicent? Quid igitur, si faciebat quidem
hominem, cũ hoc ut minister fecerit, inquit? sed
audi uerba quæ sequuntur, & desiste ab intempe
Gen.1 stiua cõtentione. Enimuero ut dixit: Faciam9 ho
Rom.11 minem: non dixit secundum imaginẽ tuam mino
rem, neq; secũdũ imaginem meam maiorem, sed
secundum imaginem nostram, nempe patris & fi
lij imaginem, quæ una est. Non enim dixit imagi
nes, sed imaginem nostram, nõ quòd duę sint in-
æquales, sed una & eadẽ æqualis patris filijq; ima
go. Vnde & à dextris iubet sedere, ut æqualem ho
norem & potestatem nõ inferiorem discas. Mini
ster em̃ nõ sedet, sed adstat. Sedere, dominicę po Dan.7
testatis est: adstare, seruilis & subiectę cõditionis.
propterea & Daniel dicit: Aspiciebam donec po
siti sunt throni, & antiquus dierũ sedit, mille my-
riades ministrabãt ei, & mille millia assistebãt ei.
Esaie 6 Et iterum Esaias: Videbam dñm sedentem super
thronũ excelsum, & eleuatũ, & Seraphin in circui
tu eius steterunt. Micheas aũt: Videbam dominũ
3.Reg.22 deum Israel sedentem super thronum suum, & o-
mnis exercitus cœli stabat à dextris eius & à sini-
stris eius. Vides ubiq; supnas uirtutes assistentes,
ipsum autem sedentem? Cum igitur uideris & fi-
lium à dextris habentem cathedram, nõ ministrã
tis dignitatem quandam putes, sed habentis auto
ritatem dominicam. Idcirco & Paulus quum utra
que sciret, quòd adstare ministrãtiũ sit, sedere au-
tem imperantium & prẽsidentium: Vide quomo
do hæc separat, dicẽs: Angelis quidẽ suis inquit:
Heb.1 Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos
flammã ignis. Filio autem: Thronus tuus deus in
seculum seculi. Itaq; quum sermo noster omnino
probauit, filij dignitatem non seruilem, sed herilẽ
esse, adoremus quoq; & dominũ ipsum patri ho-
nore coæqualem: sic & ipse prẽcepit quum dixit,
ut omnes uenerentur filium, sicut uenerantur pa-
trem. Cõiungamus item rectitudini dogmatũ di-
ligentiam uitæ & operũ, ut ne dimidiatim quę ad
noſtram salutem spectent, curentur. Iam uitæ dili
gentiã & puritatem nihil sic efficit & corrigit, ut
continua in templis conuersatio, & alacre ad au-
diendum uerbum dei studiũ. Quod enim corpo-
ri est cibus, hoc animæ diuinorũ eloquiorum do-
Deut.8 ctrina. Nõ em̃ in solo pane uiuit homo, sed & in
omni uerbo quod procedit per os dei. Hinc & fa
mem inducere solet, ut huic mensæ non cõmuni-
cetur, & audi de hoc interminantẽ, & famem hãc
in ordine suppliciorũ, & pœnarum intentãtem.
Dabo enim eis, inquit, non famem panis, neq; si-
Amos 8 tim aquę, sed famem audiẽdi sermonem domini.
Quomodo igitur nõ absurdum pro corporali fa
me repellẽda facere & attẽtare omnia, animæ au
tem famem sponte quærere? quamuis multo gra
uior sit, quãto scilicet grauius est & damnũ. Oro
& supplico, ne tã male nobis cõsulamus, sed præ-
feratur hoc studium occupationibus & curis om
nibus. Quid enim tantum lucrari potes, quãtum
damni facis & tibij ipsi, & toti domui, si cõuentum
& synaxim relinquis? Quamuis & integrum the
saurum auro refertum inuenias, & propter illum
domi detinearis: maius tamẽ detrimẽtum quàm
lucrum facies, & tanto maius quãto sensibilibus
spiritualia sunt meliora. Nam licet illa multa sint,
& undiquaq; affluant, nõ tamen hinc tecum com
migrabunt ad uitam futurã, neq; simul nobiscum
in cœlos transferentur, neq; adstabunt apud terri
bile tribunal, sed sæpe & ante mortẽ nos destituẽ
tia dilabuntur: quòd si ad finem usq; mãserint, ne
cessario tamẽ sub ipsum finem tollũtur. Spiritua-
lis au-

lis aũt thesaurus possessio est, quæ auferri nequit, A & ubiq; comes est, sequiturq; peregre eũtes, multum fiducię apud tribunal Christi nobis tribuẽs. Quòd si ex alijs conuentibus multum lucri cõsequimur, certè ab his qui hic celebrãtur, duplex lucrum expectare licet. Non enim hunc fructum solum capimus, quòd animã diuinis eloquijs rigamus, sed & quòd hostes confundimus & dispergimus, fratrib. nostris magno solatio existentes. Nostræ huius aciei & ordinis lucrum est laborare, utique periculosam partem in exercitu tenemus. Et propterea omnes huc confluere oportebat, & hostes qui nos adoriunt̃, repellere. Esto, nequeas lõgum sermonem producere, nec habeas docendi gratiam, adsis solum, & totum perfeciſti. Nónne qui ad hæc uestibula ascendit, uidens paucos, ala B critatem suam remittit, abijcit, torpescit, factusq; segnior, inde recedit, fitq; sic omnis multitudo hæc paulatim dissolutior & ignauior? Sin uideris concurrere undiquaq; magnoq; studio: nónne etiam si ualde ignauus sis, alacrior redderis? Nã si lapis sæpe ad lapidem concussus scintillas exilire facit, tametsi nihil sit frigidius lapide, nihilq; igne calidius: attamen cõcussio, uicta natura ignem elicit. Quod cum in lapillis contingit, multo magis idẽ fit & in animabus quæ mutuum atterũtur, & igni Act.4 spiritus cõcalescunt. Non audistis quòd apud maiores nostros tantum centum & uiginti erat totꝰ fidelium numerus, imò ante illos cẽtum & uiginti, duodecim tantum erant, & neq; hi manserunt omnes, sed unus ex eis Iudas perijt? & erant unde C cim omnes, attamẽ ex undecim illis facti sunt cẽtum & uiginti, & ex centum & uiginti, tria millia, & deinde quinq; millia, denicq; omnem orbẽ terrarum impleuerunt scientia dei: non tunc conuẽtus tenuiores fiebãt, sed simul in templo cõuersabãtur, precibus & lectionibus intenti, & propter ea magnum ignem incenderunt, propterea nunquam diffluxerunt, sed totum attraxerũt orbem. Hos & nos quoq; imitemur. Quomodo enim nõ absurdum, quòd non tanta cura ecclesię habetur, quantam uicinis suis mulieres exhibent? Illæ cũ uiderint uirginem aliquam pauperẽ, & omni destitutã præsidio, officiosæ sua afferunt, & magnã quis ibi uidet frequẽtiam, dum uirgo desponsat̃: D & aliæ quidem offerũt pecunias, alię corpore prę sentes sunt, quod etiam ipsum nõ est parum: nam hisce studijs existimant̃ humanæ & pacificæ, contegit̃q; illarũ paupertas. Facite hoc & uos in hac ecclesia, concurramus omnes undiquaq;, & eius cõtegamus inopiam, imò soluamus eius pauper-
Eph.5 tatem, cõtinuo hic præsentes. Caput mulieris uir est, mulier uiri adiutrix. Ne igitur caput absq; corpore uiã ad hæc sancta arripiat, neq; corpus absq; capite, sed integer huc ingrediat̃ homo. Habete & pueros uobiscum. Nam si iucundum est uidere arborem quæ habet nouam plantam è radice sua exurgẽtem: multo magis iucũdum est uidere hominem omni olea amœniorem, à radice sua filiũ habere adstantem, quasi nouam plantam. Non iucundum aũt hoc solum, sed & utile. Etenim quod dixi, si congregati fuerimus, maius lucrum erit. Enimuero & agricolam tũc maxime admiramur, non quãdo agrum colit antea bene cultum, sed si loca non seminata & inarata, digna cura excoluerit. Sic & Paulus faciebat studiosus maiore studio euangelizans, ubi Christus non erat nominatus. Illum & nos ad decorem ecclesiæ, utilitatẽq; nostram imitemur, quotidie ad hanc congregationem confluentes. Nam si concupiscentia flagras, poteris eam facile restinguere, tantum uisa hac domo: & si iraſcaris, facile bestiam domabis, iram, inquam: & si alia quapiam affectione impeteris, tempestatem eam facile sedabis, reddesq; pacem & serenitatem animæ tuæ. Qua nos frui concedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc, & in secula seculorum, Amen. Psal.143

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD uersus hæreticos Sermo.

ST lapis quidam quẽ chrysaconion uocant, quo probatur aurum adulte-
E rinum & nothum, si illi atteratur, ostendituꝛq; purum & immixtum, incorruptũq; numisma. Hunc indicem ego fidelissimorũ hominũ cor dixerim. Nam ut qui de fide ratiões orthodoxorũ & aduersariorũ accipiũt, & in gnomone cordis quasi atterunt & probant, inueniũt fidem orthodoxorũ synceram & puram, prauamq; aliud sentiẽtium opinionẽ, & fidem esse adulterinam. Verum ne uidear à scripturis aberrare, tali parabola utens, audi Apostolum nos admonentem & consulentem: Estote, probi nummularij: & quia eloquia domini auro igni to & probato cõferuntur, Dauid inquit: Eloquia Psal.11 domini casta, argẽtum ignitum probatum terræ. Esaias quoq; quum considerasset apud Iudęos diuinæ legis eloquium uitiatum sicut argentum, & diuinã doctrinã humanæ malitiæ lenocinio adulteratam, dicit eis: Argentum uestrum reprobum, Esaiæ1 caupones uestri miscent uinum aqua. Proinde dilecti, quũ in promptu habeatis & uos gnomonẽ & indicem cordis, quum nostras tum aduersario rum rationes accipite, nihil ad cuiusquã gratiam facientes, sed in ueritate ambulãtes, & quorum rationes solidas, pbaueritis, eas in cordibus uestris fortiter seruate. Hęc autem dico nõ omnibus, sed his qui adhuc in fide claudicant & hæsitant. Nam qui stabiles & immutabiles in fide, anchoram cõfessionis triplici funiculo unitam, in profundum mentis suæ proiecerunt, etiam absq; his inconcussam & immotam cordis sui scapham in fide custodiunt. Nunc non est nobis certamen aduersus san Eph.6 guinem & carnem, sed contra principatus, cõtra potestates, contra mundi dominos, rectores tenebrarum harum, contra spirituales uersutias in cœlestibus. A quib. excitati hostes fidei, blasphemos sermones ex gutture quasi sagittas è pharetra depromptos, in sublime deitatis iaculantur. Et uide dilecte hæreticorum alia lingua loquẽtiũ aciem. Armatum est enim cor eorum quasi exercitus impiorum, contraq; deum pugnantiũ. Acuta est lin-

Esaiæ 45

Matt.

Psal.9

gua

gua eorum gentiliũ impietate quasi serpẽtis. Ful
get eorũ sermo quasi honestus & aduersarius im-
pietati spiritus: sed coinquinati sunt eorũ mores,
immanisq; illorũ iniquitas est in deũ. Habẽt arcũ
extentũ, os inq; quod porta carẽs, nõ claudit. Ha
bent quoq; sagittas, iacula uerborũ, inq;, cõtra ue
ritatem stridentia, quæ à mẽte eorum prodeũt, &
simpliciorum animas & conscientias uulnerant.
Propterea patres & fratres precemur, ut domin⁹
animę nostræ manus cõtra aciem aduersariorum
erudiat, & mentis nostræ digitos ad prelia sermo
Psal.143 num instruat, ut & nos dicamus psalmum qui du
dum decantatus est: Benedictus dominus qui do
cet manus meas ad preliũ, & digitos meos ad bel
lum. Misericordia mea & refugium meum. Igitur
primus ad bellum uocetur Arius. Nunquam em̃
ille pacificus esse potest dilecti, id quod ex nomi
ne eius cõiectari potest. Ares enim, quo nomine
exteri utuntur, bellum interpretamur. Mittant te
la sua à diabolo fabricata. Non em̃ timeo talia ob
tusa, ualdeq; inualida iacula. Veniat & Macedo-
nius, qui figura quidem ab Ario differre uidetur,
re autem ipsa idem quod ille sentit. Nam quũ &
illũ uideris paris blasphemiæ sermones aduersus
spiritum sanctum sagittare, disces quomodo duę
gentes diuersis linguis, figura tãtum distinctę, re
autem unitæ aduersus nos certent. Eunomij me-
moriam prętereo. Etenim si tanquã Dauid Golia
then principẽ impietatis illius subuerterim⁹, uni
uersa castra simul fugabuntur: at quia nobis quo-
que telis opus est, non deerunt ea. Habemus em̃
tela diuina à spiritu sancto fabricata, quib. & flagi
tiosa opera interimuntur, & hominum animę eru
diuntur. Quales hæ sagittæ? Sagittę potentis acu
tæ cum carbonibus desolatorijs. A quibus erudi-
Ibid.37 tus clamabat: Dñe ne in furore tuo arguas me, ne
que in ira tua corripias me: quoniam sagittæ tuæ
infixæ sunt mihi. Sed missis factis multis sagittis
dilecti, unica sagitta utemur, qua omnis hæretico
rum & ludæorum, & gentium phalanx prosterni
Esaiæ 49 tur. Qua sagitta? Sagitta ipsa loquit in Esaia: Po-
suit me ut sagittam electam, & in pharetra sua oc
cultauit me. Sagitta electa uerbum dei est ante se
cula ex patre natum. Nam occultauit in pharetra
corporis, dignitatẽ deitatis à dracone. Aperi Ari
sepulchrũ gutturis tui impletum mortuis sermo-
nibus. Nõ enim habes uerbum illud uiuificũ, qui
tuis rationibus factum illud & creatum fabricas.
At ille statim quum accersitur, à scripturis dicẽdi
facit initiũ. Verum tu ut fidelis, ne timueris eum,
quum uideris ipsum ex scripturis loquẽtem. Nã
Eph.6 & diabolus quum accederet Christum, & tẽtaret
Matt.4 eum, per scripturas locutus est cum eo, dicẽs: Si fi
lius dei es, mitte teipsum è supernis deorsum: scri
Psal.90 ptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te,
ut custodiant te in omnibus uijs tuis, & in mani-
bus portabunt te. Cætera autem quę sequunt, ob
ticuit. Sciebat enim quòd aduersum se dicta erãt.
Qualia hæc? Super aspidem & basiliscum ambu-
labis, & conculcabis leonem & draconem. Et at-
tende diligẽter dilecte, quia ex eadem arte profe
Psal.11 ctũ est quod diabolus dixit, & q̃d sui qui filiũ dei
creaturam & facturam dicũt. Degustauit scriptu
ram diabolus. Aperiat os & Arius, ac dicat. Et in
uenies etiam eum à capite exordiri, & cętera tace
re, ut ne arguatur. Nam quid dicit? Dominus, in-
quit, in Euangelio dicit: Descendi è cœlo, non ut Ioan.6
faciam uolũtatem meam, sed uolũtatem eius qui
misit me patris. Vides, inqt, quòd est minister pa
tris? uides quomodo ei subditus sit? Ipse fatet, &
dicit: Descendi de cœlo, non ut faciã uoluntatem
meam, sed eius qui misit me patris. O Ari, q̃d ob-
tices? dic & sequentia. Imitaris diabolum præce-
ptorem tuum, sicubi causæ tuę seruit. Quãuis au-
tem tu taceas, ego tamen clamabo cum Euange-
lio, nõ furabor tecũ diuina eloquia & uerba do-
mini, timeo enim iudicium dicentis: Nã tametsi Psal.49
uideres furem, currebas cum eo, & cum adultero
ponebas portionem tuam. Descendi de cœlo, nõ
ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem ei⁹
qui misit me patris. Dic & quæ sequũtur. Hæc est
autem uoluntas patris, ut credant in eum quem il
le misit. Quid ergo pugnas? Cur nõ subijcis cerui
cem cordis tui iugo seruitutis? sed incõposite ob
errans, peruerso sulco pietatis aras. Iam iterum à
scripturis inquirit, nõ ut ueneretur Christum, sed
ut filium dei uituperet: nõ ut exaltet, sed ut mino-
rem faciat, quamuis eloquiũ dicat: Exaltate dñm Ibid.98
deum nostrum, & adorate scabellum pedũ eius,
quia sanctus est. Et iubemur adorare scabellũ pe-
dum eius. Macedonius autem spiritum sanctum,
qui ex patre ineffabiliter procedit, adorare no-
lebat. Verũ nobis nunc aduersus Ariũ sermo est.
Et quomodo, inquit, si habuit eũdem honorem
cum patre filius, gloriam à patre quærit? Dicit e-
nim ad patrem: Glorifica me pater gloria quam Ioan.17
habui apud te antequam hic mundus esset. Non-
dum intellexisti, ô Ari, sacramentum quod est in
Christo, nec mirum: spiritu enim cares qui te in-
ducat in ueritatem: nondum capis quòd non pro
semetipso hoc dicit, sed pro Adam, quem & acce
perat. Nam sicut aduocatus à malefactore instru
ctus, ad tribunal accedit, & personã gerit eius cui
patrocinatur, & omnia crimina eius qui iudicatur,
in se assumit, & quasi pro seipso apud iudicẽ cau-
sam agit, tametsi criminum minime reus sit: eum
in modũ & dominus noster Iesus Christus uenit
ê cœlis impeccabilis. Peccatum enim nõ fecit. In Esaiæ 53
duit me Adam, assumpsit in se mea crimina. Ipse
enim peccata nostra portat, & pro nobis dolet. In
duit me Adæ personã, & pro me intercedit. Glo-
rifica me pater, inquit, gloria quam habui anteq;
hic mundus esset. Qui factus sum Adam, eram in
incorruptibilitate, æqualem cum angelis mẽsam
sortitus eram, indeficientem mihi cibũ paradisus
quotidie producebat, spiritus sancti gratiã & glo
riam in facie ferebam, hãc per meam transgressio
nem amisi: nũc oro, glorifica me pater gloria, quã
habui apud te, antequã hic mundus esset. Eapro-
pter superne respondet pater, dicens: Et glorifica
ui tũc in paradiso, & iterum glorificabo. Nam in
eandem paradisi gloriam, & delicias te iterũ col-
locabo.

locabo. Quòd autẽ quum hæc diceret filius dei,
Ioan.8 habuerit gloriam patri æqualem, teſtatur ipſe cũ
Ibid.14 dicit: Ego & pater unũ ſumus: &, Qui uidet me,
uidet & patrem meum. Et Ioãnes clamat, dicens:
Ibid.1 Vidimus gloriã eius, quaſi unigeniti à patre, ple-
nus gratia et ueritate. Verũ iterum curioſe inqui
rit & ꝓfert tela inæqualia & imbellia. Apud fide
les enim tela iſta obtuſa ſunt & inutilia, ſicut ſcri-
Pſal.63 ptum eſt: Sagittæ paruulorũ factæ ſunt plagæ eo
rum. Si ante ſecula, inquit, regnauit filius dei, qua
Ibid.2 re ipſe ergo in pſalmis dicit: Ego autem conſtitu-
tus ſum rex ab eo? quod temporis ſignificatiuum
eſt. Ne cõfuſionem facito Ari, da carni paſſiones,
& deitati diuinas dignitates. Nã quod dicit: Ego
autem conſtitutus ſum rex ab eo: non ſecundum
deitatem dicit, ſed ſecũdum formam ſerui, quæ in
tẽpore genita ac in genealogia recenſetur. Quip
pe diuinitatis illius genealogiã ne angeli quidẽ
dicerent, humanitatis autem & euangeliſtæ nar-
Matth.1 rant, dicentes: Liber generationis Ieſu Chriſti. Et
quòd ante ſecula regnauerit deus uerbũ, audi ꝓ-
Pſal.73 phetam iterum clamãtem: Deus autẽ noſter rex
ante ſecula. Arius nõdum audiens quæ ſequunt,
ſtatim audaci ore dicit, De patre hæc dicta ſũt. At
tu audi quæ ſequuntur. Non enim de patre dicun
tur, ſed de filio, & declarat id quod ſequitur, Deꝰ
aũt noſter rex, ante ſecula: operatus eſt, inquit, ſa-
latẽ in medio terrę. Quis ille? an nõ oĩno ille q
tropheũ crucis ſtatuit, & mortẽ ſoluit, diabolũ li-
Ibid.109 gauit, & hominẽ ſeruauit? Sed ꝓfectò ait: Recẽtẽ
habet thronũ. Dicit enim ad ipſum pater: Sede à
dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellũ
pedum tuorum. Ecce quod dicit ſede, tẽporis eſt
indicatiui. Atqui ignorãt, ꝙ etiam hic ſimiliter lo
quitur ei qui è uirgine natus eſt. Nam quòd deus
ſermo ante ſecula cum patre fuerit regnans, & ſe-
dem habens, indicat Pſaltes, & poſt eum Paulus:
Heb.3 Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi: uirga dire-
ctionis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odi
ſti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuꝰ
oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Præ cõſortibus
Coloſſ.2 enim eius unxit Ieſum ſpiritu ſancto. In ipſo eĩ
erat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: nos
autem oĩes de plenitudine eius accipimus, ſicut
Ioan.1 dicit Ioannes: De plenitudine eius omnes nos ac
Heb.3 cepimus. Ita quoq; & Apoſtolus dicit: Participes
eius ſumus, ſi cõfeſſionis primitias ad fidem uſq;
ſolidas ſeruauerimus. Mox autem occurrit & Ma
cedonius. Et qualia ille contra ſpiritum ſanctum
tela iaculatur? Profectò, inquit, bene dicis, ortho
doxe, pater thronũ habet, & ſedet. Dicimꝰ enim,
quòd habet thronum decentem & dignum deo,
nõ corporalem, ſed ſicut ſcriptum eſt: Deus ſedet
ſuper thronum ſanctitatis ſuę: Habet etiam filius
thronum. Thronus tuus, inquit, deus in ſeculum
ſeculi. At ubi ſpiritus habet thronum, uel cõſidet
patri & filio? O aduerſarie dei maxime, non opor
tebat eĩ te de ſpiritu dei ambigere, quòd ſedeat,
& habeat thronũ ſicut pater & filius. Quãdoqui-
dem & de patre, & filio, & ſpiritu ſancto dicere li
cet, quòd ſedeant, ut dicimus. Ita enim ſcriptũ eſt,

(alioquí diuinitas loco non continetur, ſed ubiq;
eſt). Quò enim ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò
fugiam? thronũ dei ſcriptura dicit regiam digni-
tatẽ. Iam ſi apoſtoli cathedras habẽt, ut dicit: Vos Matt.19
ſedebitis ſuper duodecim thronos, iudicãtes duo
decim tribus Iſrael: Spiritus ſanctus ne throno ca
ret? Sed quòd ſpiritus ſanctus thronũ habeat, ut
& hoc uos diſcatis, oſtẽdimus quòd & dominus
ſit, & Sabaoth dicit. Dicat igitur Eſaias, qui & te
& me maior: Vidi dominũ Sabaoth ſedentem ſu Eſaiæ 6
per thronũ ſublimem & eleuatũ, quia plena erat
domus gloria eius. Et Seraphim in circuitu adſta
bant, ſex pennę uni, & ſex pẽnæ alteri, & reliqua.
Et dixit dominus ad me: Quem uiderat domi-
num ſedentem ſuper thronum excelſum & ele-
uatum, ille dicebat ei: Quem mittam? & quis ibit
ad populum iſtum Iudæorum, ac dicet: Auribus
audietis, & non intelligetis: & uidẽtes uidebitis,
& non perſpicietis? Venit Paulus poſt multos
annos, ut diceret prophetiam illam: uenit, mitti-
tur Romam à ſpiritu ſancto, congregat Iudæo-
rum gentem per omne ſabbatum docens: & cum
non audiretur ab eis, memoriam huius ſcripturæ
fecit, ſic inquiens Iudæis: Bene dicit ſpiritus ſan-
ctus per Eſaiam prophetam: Auribus audietis, &
non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non per
ſpicietis. Itaq; quia oſtendimus regiam dignita-
tem & diuinitatem ſpiritus, nos cathedra exur-
gentes, uno ore, & uno corde glorificemus pa-
trem, & filium, & ſpiritum ſanctum, nunc & ſem-
per, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI CON
tra Iudæos, gentiles & hæreticos Sermo, de Euã-
gelio: Nuptiæ factæ ſunt, &c.

IRVNDINVM pulli in nidulis ſedẽ-
tes, parẽtum ſuorum qui ſibi alimen-
H ta afferunt, aduentum expectant: &
quum ipſos uenire perſpexerint, leui
ala mouent aerem cantillantes, & ad
illorum aduentũ applaudentes: ſimiliter & eorũ
parentes, cum nidulo appropiant, cantillant, pul
lis aduentum ſuum nunciãtes. Similiter autem &
uos in nido templi huius ſedetis, meum aduẽtum
expectantes: & quia uenientem uidetis, leui men
tis ala uolatis. Neq; ego diſſimiliter ſpirituali huic
nido appropiaturus, deum uoce præmiſſa glorifi
co, quòd mihi filios dedit tã mei amantes. Sed hi-
rundines alimenta ſua ab ore in os tradũt: nos au-
tem noſtra nõ ſic, ſed ab ore in aurem. Illa enim in
corruptionem procedunt, noſtra uero in incorru
ptibilitatẽ: illa corpora paſcũt, noſtra animas im-
pinguant. Hęc omnia nõ temere à me dicta ſunt,
ſed quia lecti Euangelij continentia ad hæc docẽ
da nos inducit, neceſſariũ ut uos doceam. Voca- Ioan.2
tus eſt, dicit, Ieſus ad nuptias. Oro, cõpoſitis mo-
ribus eſtote, & audite quę dicuntur. Quoniã mul
ti nuptias prætexunt, alij filios, alij militiam, alij
negotiationem, alij artificium, alij ſeruitutẽ, alij
diuitias, alij inopiam, & quæcũq; talia ſunt. Volo
igitur declarare uobis, ꝙ neq; diuitiæ impediunt,
neq; inopia, neq; militia, neq; negotiatio, neq; nu
ptiæ,

ptiæ,neq; pueri,neq; seruitus, neq; opificiū, neq; aliquid tale. Vocatus est Iesus ad nuptias. Venit, uel nō uenit? Certum quòd uenit. Quòd si uenit, quomodo ergo nuptię malę? nō potes excusare. Ego autem non dico, q̄ tantum uenerit, sed q̄ & dona secum attulerit. Aquam in uinum mutauit. Ne excuses te propter nuptias, dominus tuus nuptijs interfuit, & nuptias honestauit, & tu nuptias arguis, & dicis nuptias obstaculum esse ad pietatem? Nullū enim ad pietatem est obstaculū. Vis cognoscere q̄ nihil nocet habere uxorē & pueros? Moses nonne uxorem habuit & liberos? Helias nónne uirgo erat? Nónne Moses māna è cœlo deduxit? Nōne Helias ignem è cœlo deduxit? Nónne Moses coturnices aduolare fecit? Nōne Helias uerbo cœlum clausit? Nōne Mosi deus locutus est? Nónne & cum Helia conuersatus est? Nónne Moses mare diuisit, & transduxit populum? Nónne Helias curru igneo in cœlum sublatus est? An nocuit huic uirginitas: an impedimento fuerunt illi uxor & liberi? Vidisti Heliam auriga in aere, uidisti Mosen in mari uiatorē? Vide & Petrum ecclesiæ columnam, q̄ & ipse habuit uxorem. at nō est scriptum, inquit, q̄ Petrus habuit uxorē: unde ergo liquet, q̄ uxorem habuit? Ego dico: Ingressus est Iesus ad socrum Petri, & erat illa infirma, & tetigit eam, & reliquit eam febris, & stetit, & ministrauit. Vides q̄ & Petrus uxorē habuit? Vbi ēm socrus, manifestū quòd ibi & uxor. Vides q̄ & Petrus uxorem habuit? ne incuses nuptias. Hæc dico, ut ne quis prætexat uel uxorem, uel liberos, uel militiā, uel negotiationē, uel opificium, uel seruitutē, uel diuitias, uel paupertatē. Hęc excusatio, hic prętextus diaboli insidię sunt. Militiam prętexis, & dicis: Nō possum esse pius. Cēturio nōne miles erat? & dicit ad Iesum: Non sum dignus ut intres sub tectum meū, sed dic uerbo, & sanabit puer meus. Et admiratus Iesus, ait: Amen dico uobis, neq; in Israel tantam fidem inueni. Nihilq; nocuit illi sua militia. At quid si opifex? Et Paulus operatus est manib9, qui & antea ecclesiarum depręd ator, & post hoc factus prędicator & apostol9. Quid uero si diues? Et Abrahā diues, & ipse uxorem habuit & pueros. Credidit enim Abraham, & reputatum est ei ad iustitiā, & amicus dei uocatus est: tam nihil obfuerūt ei diuitiæ, & mulier, & pueri. Nō habes excusationem. Tria quę prętexere potes, unus ille habuit, & uxorē, & pueros, & diuitias. Sed quomodo si seruus? Et Onesimus seruus erat, & scribit Paulus Philemoni, dicens: Onesimum qui olim nullius frugis, nunc aūt & mihi, & tibi utilis. Verum quid si rex? Erat & Dauid rex, & quum ingressus ad eum Nathan propheta arguit ipsum de peccato quod fecerat, nunquid in illum tyrānidem rex exercuit? nunquid uel asperum aliquod uerbum prophetę dedit? an non & in regno seruum se fatebatur, dicens: Peccaui domino? Et propheta uidēs pœnitentiam eius, dixit: Et dominus abstulit peccatū tuū. Velox pœnitentia, uelocior cōdonatio. Nū aliquid tribuit sibi rex, & dixit: Rex sum, amictus purpura, circūdat9 diademate, fero tela, sagittas, scuta, arma: mihi sunt milites & armigeri, & pauperem illum timerem? ferrémne eum, & nō occiderem? Sed nihil talium, quāuis rex esset: sciebat ēm quod peccarat, & ob hoc pœnituit, quia sciebat se grauiter peccasse. Et nihil ei obfuit regnū. Iam quid si iuuenis? erat & Daniel iuuenis, & leonum ora constrinxit, & dracones confregit, Bel subuertit, & presbyteros iudicauit, Susannā liberauit, tantæq; uirtuti imperfecta ætas non obfuit. An nō & talis erat fratrum amator Ioseph, qui tātam præ se tulit sapientiam & continentiam apud Ægyptiam? Vestem suam diuisit, fidem nō disrupit, impudentiam mulieris uicit, concupiscētiam nō satiauit, & nihil impediuit illius uirtutem adolescētia. Sed quid si uidua? Erat & Sidonia uidua, quę Heliā hospitio excepit, & pauit pane & aqua, & autorem famis non est reuerita. Quid autem si meretrix? Erat & Raab, quæ exploratores occultauit, & quum filij Israel terrā promissionis accepissent, saluata est ipsa cū domo & genere suo. At quomodo si pauper? Pauper erat talis & Lazar9. Et quantam ille sapientiam ac patiētiam in extremis ostendit, licet nihil illum in tāta necessitate leniret? Iam si mulieri quis dedit9 sit, an nō & Sampsōn? nam licet à muliere sit proditus, tamen ipsi deus dedit ut se de alienigenis ulciscereť. Sed q̄d si amas filios? amabat & Iob. Sed tentaris, tētabatur & Iob. Vides quòd saluati sunt? Habes fidem, habes omnia: non habes fidem, rex licet sis, nō tibi proderit regnū. Sed ne ,pmissionis obliuiscar: Vocatus est igitur Iesus ad nuptias, & cū ipse ibi esset, uinum non habebant. Dicit ei mater sua: Vinum nō habent. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerūt hydrias aqua, & fecit aquam uinum. Quare autē dixit, implete hydrias aqua? an nō qui uerbo cœlum fecit, & terram fundauit, & omnia quæ in eis, cuius oculus arefacit abyssos, à quo tremit omnis creatura tam cœlestiū, quàm terrestrium, qui ea quæ non sunt, facit esse: potuit etiā hydrias aqua implere? & dicit, Haurite aquā. Ad quid? Ego dico, quòd si negarint, man9 eorū quę hauserunt, & humeri qui gestauerūt aquam, ipsos redarguant. Idem etiam fecit, cum Lazarū suscitauit, antequam ad locū illum ueniret, dicit discipulis suis: Lazarus amicus noster obdormiuit. Postquam autem uenerunt sorores Lazari, & dixerunt ei, Lazarus mortuus est: dixit eis: Quò posuistis eum? Dicūt ei, Veni, & uide. O noua & inopinata opera, paulo antea dixerat discipulis, Lazarus mortuus est, & nunc dicit: Vbi posuistis eum? Mortē prędixerat discipulis suis, & locū nescit. Sciebat, sed ,ppter Iudęos dicebat, quia rudes erāt. Et ita cū dicit: Vbi posuistis eū? nō ignorantiæ erat: sicut & quum in paradiso dicebat Adam, Adam ubi es? Ignorabátne ubi esset? nō est dicēdū: sed quia dicebat illis diabolus, quòd in die in qua comedetis ex ligno hoc, eritis ut dij: & suspicati sunt illi quòd futuri essent dij: ob hoc arguit ipsum deus, Adam ubi es? pro eo quod comedisti, & mansisti homo. Sic & apud Lazarum egit.

Matt. 19

Esaie 6

Iohn. 2

Ad Philem.

Iohn. 2

Ibid. 11

Gen. 3

Nã ut appropiauit monumẽto, dixit Iudæis: Tol
Ioan.11 lite lapidem de monumẽto, & tulerunt. Dicit ipsi
soror Lazari: Iam fœtet, nũc enim quatriduanus
est. Et ut clamauit uoce magna, dixit, Lazare, ue-
ni foras. Et prodijt uinctus institis. An nõ qui trãs
fert montes in cor maris, potuit uerbo lapidẽ mo
uere? qui stimulos mortis cõfregit, qui portas in-
ferni contriuit, nõ potuit uincula disrumpere? &
dicit ipsis, Soluite ipsum. Ad quid? ut si negẽt, ma
nus eorum & oculi ipsorum redarguãt ipsos. Ob
hoc dixit, Soluite ipsum. In primis aũt soror Laza
ri testimonium dedit, dicẽs: Iam fœtet. Idem & in
Ioan.2 nuptijs fecit, dicẽdo eis: Implete hydrias aqua. Et
impletis hydrijs aqua, fecit aquam uinum. Et pro
pterea undequaq; certos ipsos reddebat. Semper
enim increduli erant ludęi, & impudẽtes. Vultis
cognoscere quanta eis fecit deus, & permanserũt
semper ingrati? Discite, sed oro, accõmodate uos
mihi, & auscultate quæ dicuntur. Demonstrabo
eẽ uobis, quòd ab initio ingrati & increduli fue-
runt. Septuaginta & quinq; animæ Ægyptũ in-
gressæ sunt, & factę sunt sexcenta milia. Mortuus
est Ioseph, & surrexit aliꝰ rex, qui Ioseph memor
non fuit, afflixit igitur filios Israel ualde. Clamaue
Exod.1 runt ad deũ, dicentes: Domine tu iurasti patribus
& 2 nostris, daturũ te semini nostro terram fluentẽ la-
cte & melle: nunc domine memor esto testamẽti
quod posuisti patribus nostris, & erue nos de ma
nu Pharaonis regis Ægypti, & ex seruitute Æ-
gyptiorum. Audiuit igitur dominꝰ uocem eorũ,
& misit ad eos Mosen. Sed attendite uerba, dicit
Exod.12 Mosi deus: Accipe agnũ immaculatũ, anniculũ,
primogenitum, & immola, & sanguine eius unus
quisq; obliniat fores, ut cũ uenerit angelus habẽs
gladiũ extentũ, & uiderit q̃ sanguine sit linita do
mus, illam transeat: sin uiderit nõ oblitam, ingre-
dietur & omnia perdet. Fecit igitur Moses sic, &
tradidit populo, & illi accepto cruore ianuã linie
runt. Et uenit angelus, habens extẽtũ gladiũ suũ,
& uidit sanguinem in foribus, & transijt: ubi autẽ
non uidit, ingressus omnia perdidit. Hæc omnia
non absq; ratione facta sunt: sed quia per lignum
& sanguinẽ saluãdi eramus, propterea iussit deus
unumquẽq; sanguine fores signare. Et quare nõ
dixit deus: Lini muros sanguine? quia nõ eramus
saluandi per lapides, sed per lignum. Eduxit itaq;
Exod.16 eos Moses ex terra Ægypti, & tulit in desertũ, &
Num.16 dicunt Mosi: Eduxisti nos in desertũ, ut occideres
quasi non sint sepulchra in Ægypto? Nónne no-
bis melius erat cum essemus in Ægypto, dum co
mederemus melones & pepones, allia, & cepe?
Vidisti ingratitudinem, ipsi dicebant deo, & pre
cabantur ut educeret se ex terra Ægypti: at ubi in
desertũ uenerunt, fuerũt ingrati. Cognoscis ingra
titudinem? sed rem maiorem & singularem uide.
Quadraginta annis fuerũt in deserto, capillusq;
ipsorũ non creuit, neq; unguis: uestimentum ipso
rum nõ fuit sordidatũ, calceamentum ipsorũ non
fuit contritũ: non laborauerunt, non foderunt, bo
ues non iunxerunt, aratrũ non traxerunt, sulcos
non secuerunt, tribulos nõ euellerũt, semina non
sparserunt, imbres nõ expectauerunt, solis æstus
non tulerunt, tempus messis non exceperunt, fal
cem non acuere, neq; messuere, non colligarunt
aristas, non comportarunt, non conuexerunt in
aream, non extriuerunt, non repurgarunt, nõ pin
suerunt, non coxerunt panes, & nihil omnino il-
lorum fecerunt: sed panem è cœlo nullis manib9
elaboratum comederunt: apponebatur mensa
nullo pręparante, impassibilitate imitabantur an
gelos, natura suę imbecillitatis oblita erat: & post
tot beneficia dixerũt Aaroni, Da nobis deos, qui
Exod.32 nos præcedant: Mosi eẽ illi, qui nos eduxit è ter-
ra Ægypti, nescimus quid acciderit: feceruntq;
uim magnã Aaroni. Ille ut uidit eos duri cordis,
& incircũcisos, dicit ipsis: Tollite inaures uestras,
& mittite in ignem, & si quid ascẽdit, hoc deus sit:
& ascẽdit bubulum caput. Hic obserua hæreticũ
parasitum, ingratum Iudæum, dicentem: Si deus
genuit, igitur & fluxuram sustinuit, & corruptibi
lis est. O miser & perdite, hæc ne de filio dei suspi
caris? At nos, absit, ne sit. Sed genuit pater filium,
unus unicum, deus deum perfectum: ita sentiunt
Christiani. Quia autẽ licet teipsum nescias, super
na curiosius putas perquirẽda, dic: Putas ne te sci
re, quomodo inauribus in pyram cõiectis, bubu-
lum caput ascenderit? Nõ hoc chalcotypus ope-
ratus est, non erat cõflator, quomodo ergo egres
sum est bubulũ caput, audes dicere? Si nescis hæc
inferiora, q̃modo curiose superna inquiris? qui
nescis ꝓpria, quomodo curiose aliena inquiris?
Et afferunt nobis euangelicam uocem, q̃ Iesus di
Ioan.15 xerit discipulis: Ego sum uitis, uos palmites, pater
meus agricola est. Vides, dicit, q̃ fecit filium. Inu-
tilis enim uitis, nisi ab agricola colat. Et putauit
quòd magnum aliquid & egregiũ dicat. Sed au-
scultate obsecro. Dicebã de ingratis & reprobis
Iudæis, sinite dicam & aduersus impudentes hæ-
reticos. Potes mihi dicere ingrate, & impudẽs hæ
retice, agricolam non pasci à uite? Armis tuis te
capiã. Sicut agricola colit uitem, ita & pater ope-
ratur suũ filiũ. Videamus quis ab altero educet,
an uitis ab agricola, uel agricola à uite, ut dicis: Pa
ter à filio habet esse: nõ est igitur agricola, qui nõ
ex operibus suis pascitur. Quid ergo? filius pascit
patrem? Nõ, absit. Desine insipientissima hęc lo-
qui. Nã sicut agricola gaudet de uite, ita & pater
in filio: Non enim dixit, Pater meus operatus est
me: sed, pater meꝰ agricola est, Gauisus est eẽ pa
Matt.17 ter in filio. Non audisti ipsum dicentem: Ipse est fi
lius meus dilectus in q̃ mihi cõplacui, ipsum audi
te? Quando stetit in Iordanis fluentis, non dixit:
Matt.3 Ille est, quẽ creaui, quẽ feci: sed dixit, in quo mihi
beneplacitũ. Num & uocẽ illam reijcis? Et iterũ
Ioan.4 dicit: Descendi è cœlo, nõ ut uoluntatẽ meã face
rẽ, sed eius qui misit me patris. Quibus dicebat?
Matt.15 Omino Iudæis, qui dicebãt ipsum esse fabri filiũ:
& quasi inimico dei cõtrarij erãt, & ꝓpter hoc di
xit, descẽdi. Et quia deo cõtrariũ dicebãt, respõde
bat: Nõ ueni ut faciã uoluntatẽ meã, sed eius qui
misit me patris. Nam licet uidebantur colere pa-
trẽ, ipsum tamen negabant, & ob hoc infirmitati

eorum

eorum cõsuluit,sic loquẽdo. Alioquí quomodo is quí ubiq; est,uel quí omnia adimplet demittit, uel descendit? Vides ígitur q; propter Iudæos dixit,descendí de cœlo,non propter seipsum. Nullam habes excusationẽ. Afferunt aũt hic nobis & aliud testimoniũ apostoli dicentis: Vnus deus pa
1.Cor.8 ter,ex quo omnia:& unus domin9 Iesus Christ9, per quem omnia. Dicis q; alius deus præter patrẽ non sit:& ego dico q; præter filiũ alius talis domi nus non sit. Quid ígitur? cõtendemus? Mínime, absit. Scimus enim propter quos, & quibus hæc Paulus dixerit, sed audite diligenter sermonem.
Exod.32 Quía gentiles multos deos colebant, Iudæi uero unũ principatũ. Vt ergo & multitudinẽ deorũ,& principatũ unius simul auferret,dicebat: Siue eĩ sint dij multi & domini multi,siue in cœlo siue in terra:sed nobis unus deus pater. Et dicẽdo unus, sustulit deorũ multitudinẽ. Vbi enim un9, ibi nõ sunt multi:dicẽdo uero,pater: sustulit principatũ unius. Vbi eĩ pater, manifestũ q; ibi & filius. Et propterea dixit: Vnus deus pater,ex quo omnia, & unus dñs Iesus Christus,per quẽ omnia. Vides q; ad Gẽtiles & Iudæos sermonẽ uerterit Paulus, ob hoc dixit: Vnus dñs noster Iesus Christus, per quẽ oĩa. Quia omnia tam uisibília, quàm inuisi
Ioan.1 bília,de quo audi Ioannem dicẽtem: In principio erat uerbũ,& uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbũ,hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil q̃d factũ est. Vides q; ipse omniũ est opifex. Non audebis,inquit,mihi ostẽdere, q; filius cum patre
Ioan.15 numeretur. Incredulí quousq; non cessatis cõtra dicere,peruertentes scripturas,ut filium simplicẽ dicamus creaturam uel facturam? Vultis cognoscere q; cũ de filio uerbũ aliquod sublime & deo dignũ audiunt,insanire incipiunt, & putãt in ora sua amaritudinẽ immitti: eius rei uobis exemplũ dicam: Cũ quis morbis & febrib. laborat, & paululum relinquitur ab eis,si ordinant medici, ut os eius melle obliniatur, faciantq; id serui ut præcipitur: existimat infirmus q; amarũ sit mel, licet circumstantes infirmũ moneãt dulcissimũ esse mel, uidetur tamen infirmantis ori amarum, nõ quòd amarum sit mel (quid enim dulcius melle?) sed q; ille quí mel accipit,infirmus est. Sic & illis cõtingit,cum audiunt cõsubstantialem,opinantur offundí sibi amaritudinem,nõ quòd sermo eius naturæ sit,sed quòd infirmæ illorum sunt aures. Pa-
Matt.17 ter filium uocat,similiter apostoli: ipsi autem creaturam & facturã. Et quomodo filius creatura & factura? An idem est gignere,& creare? Si omnis
Matt.3 quí gignit,creat,& omnis quí creat,gignit: colligemus omnes creaturas filios & genitos esse dei: quía omnia per filium facta sunt. Igitur qui creauit,idem etiam genuit. Vides quòd nati sunt dei,
Ioan.4 sicut tu dicis? Quamdiu eritis increduli? Dicite mihi,quomodo colatur filius,quandoquidem filius dicit? Nónne & tu filius? sed quid,quòd deus
Matt.13 dicitur? nónne & tu? Sed potes mihi dicere: Ille re filius,tu nomine. Ergo filius? Ecce os tuum te redarguit. Ille enim nec factura,nec creatura. Ille re

A filius, tu appellatione. Ille à solo patre genitus est, tu autem ex præiacente materia formatus. Hæc contra Gentiles, Iudæos, & hæreticos dícta sint. Nos autem glorificemus patrem, & filíum,& spíritum sanctum,cuí gloría in secula seculorum,Amen.

REVERENDO IOANNI BELLAIO episcopo Parisiorum Germanus Brixius.

GO, antistes optime,quum me intellí
E gerem iampridem in ære tuo esse, cogitaremq;,quo potissimum munuscu lo,ex ijs opibus sumpto, quæ in censu meo in primis essent, possem tibí non dico contracta nomina dissoluere (quî enim id possim?) sed probatum saltem, ac testatum face-
B re quæ tu mihí olím beneficia largiter contulísses,ea te homini,si minus merito,at neq; ingrato, neq; immemorí contulisse,mihí commodũ Chrysostomus meus (meum hic appello,in cuius scilicet lectione studia nunc nostra omnia sunt) de immenso eloquentiæ ac doctrinæ suæ thesauro suppeditat, quod tibi maxime omnium conueniens munus offeram. Liber est ut breuis, ita certe elegans, ut sunt autoris illius scripta omnia,in quo quidem uerum monachum,eumq;, qui cum pietatis Christianę amore sacrarum literarum studia coniunxit,cum mundí huius príncipibus cõfert, ostendens interim illius felicitate principũ, diuitum, ac nobilium quorumuis felicitatem longe inferiorem. Quem ego libellum quum è Græco in Latinum uertissem, tibi non episcopo mo-
C do,& Parisiorum episcopo, sed & uarijs monachorum cœnobijs præfecto nuncupare, ac propter te in hominum manus emittere placuit: ut habeant,quí uerè monachí sunt (quos multos hodie esse non ambigimus,ex tot ordinis illius sodalitijs) grauissimum, non cuiuslibet, sed Chrysostomi,hoc est,autoris & eloquentissimi & sanctissimi testimonium,id se uitæ genus instituisse, q̃d non tantum non suppudendum, suppœnitendumq;, sed magnifaciendum, & uel summorum quorumq; regum amplitudini, ac splendorí ante ponendum sit: possintq; ijdem quasi ad trutinam quãdam,eamq; iustissimam digne felicitatem suam appendere,metiri,agnoscere. Te itaq;,pontifex dignissime,non modo hortor,ut libellum ip-
D sum per intermittentium istorum negotiorum interualla legendum in manus sumas,uerum etiam ad eos omneis, quí in illis tuis cœnobijs degunt, monasticam,quam dixí,uitã professi, multis exemplaribus mittendum cures. Sic enim intelligẽte,uel in maximis istis occupationibus,quibus tu diebus ac noctibus pro republica distringeris, à Francisco rege inter eos ꝓpaucos adlectus, quos ille in sanctioris secretiorisq; cõsilij sui album ad scriptos esse uoluit: sic,inquam,intelligent illi, te pastorem suum,per id etiam tempus,quo præsentia tua,per publicas istas curas, frui non possunt, sui curã,ac studiũ adeò non abiecisse,ut ipsos etiã summopere cupias, sic ad uirtutis ac religionis Christianę cultũ cõpositos esse,ut ad eam tãdem

aſpirare felicitatem poſſint, quam illis diuus Ioannes Chryſoſtomus, non in hac ſolum, ſed in ea quoque, quæ nos poſt obitum manet, uita, promiſſam eſſe elegantiſſimo hoc libello pronunciat. Vale, & hoc tibi ueluti animi erga te mei pignus, ac monumentum habe, donec maiori tecum munere agens, benignitatis tuæ erga me prolixitatem, ſi non aliqua, at aliqua tamen parte remunerer. Ex Bertocuriano noſtro, Calẽd. Ianuarijs. M. D. XXXIII.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI Libellus, in quo confert eũ, qui in ueriſſima ac Chriſtiana philoſophia uitam degit monaſticam, cum ſummo quoq; mundi huius principe, Germano Brixio Altiſſiodorenſi interprete.

GO quum intuear ex hominibus cõplures quæ bona eſſe uidentur, ea maiori & amore, & admiratione ſectari, quàm quæ natura ac ueriſſime bona ſunt: neceſſariũ eſſe reor, breui oratione de utriſq; hic agere, & cõponere inter ſe tũ quę uulgo neglectui ſunt, tũ quę magno mortales ſtudio ſequunt, ut utrorũq; differentiã edocti, illa quidem ut ſeria, ac ſalutaria magni faciamus, hęc aũt tanq; nihili æſtimanda contemnere diſcamus. Igitur magnopere expetuntur diuitiæ, principatus, imperiũ, gloria, ac beatos quidem uulgus eos ducit, qui gentiũ principes ſunt, qui ſplendidis uehiculis feruntur, qui præconũ clamorẽ, ac ſatellitiũ magnum aſſequuntur. Cõtrà, philoſophantium uita, & eorum qui ſolitariæ uitæ inſtitutum delegerũt, deſpicabilis eſt: atq; illi quidem dum foras prodeunt, ad ſeſe contuendos populũ ipſum conuertunt: hi aũt ſicubi apparuerint, nullius oculos, aut certe perpaucorũ ad ſui ſpectaculũ trahũt, & pręterea horũ null9 ſimilis eſſe cõcupiſcat: illorũ cõtrà, nemo non, quanq; principatũ quærere, gẽtis alicui9 imperio potiri, arduũ ſanè ac ſupra uulgarium hominũ uires, ac quorũ animis imperij amor inceſſit, ijs magna pecunia opus: ſolitariã uero uitam eligere, dei cultui uitam ſuã mancipare, æquè omnibus procliue ac facile. Adde q9 principatus poſſeſſio unà cũ uita hac deſinit, ſeu uerius dicam, uiuos etiã ſui amatores deſtituit: ut taceã hic multos olim extitiſſe, quos magnũ in periculum, uel certe magnam in ignominiã cõiecit. At ſolitudo iuſtos hac in uita bonis multis quũ repleuerit, à uitæ exitu hilares ac ludibundos ad dei & ſeruatoris tribunal ducit, quo potiſſimũ tempore eorum qui imperio fũcti fuerint, bonam partem magnas peccatorũ in uita admiſſorũ pœnas luere uideas. Age itaq; contẽdentes inter ſe tum philoſophiæ bona, tum ea quæ hac in uita principatus ac gloriæ bona eſſe uidentur, utrorunq; bonorũ diſcrepantiam perdiſcamus: ſic enim collata apertiora fient, quin potius, ſi placet, ipſum bonorũ faſtigium (regnum intelligo) cũ philoſophia cõparantes, utriuſq; poſſeſſionis fructus contemplemur, diligenter edocti, quibus rex, quibus rurſus philoſophus imperet. Rex igitur urbiũ, regionũ, tum multarũ gentium pręfecturã gerit, prętores, ꝓprætores, exercitus, populos, ſenatus ſuo uniꝰ nutu agens: at uero qui ſe ipſe totũ deo dedit, ſolitariamq; uitã elegit, iræ, inuidię, auaritiæ, uoluptati, cæteriſq; animi morbis imperat, aſſidue ſpeculans, ac meditans, quem nam in modũ non cõmittat, ut ſuum animũ obſcœnis affectibus non ſubijciat, neu amarę tyrãnidi ratio inſeruiat, ſed ſupra res humanas oĩeis cogitationẽ ſemper erectam habeat, dei timorẽ animi morbis præficiens. Huiuſmodi igitur imperiũ rex, huiuſmodi item principatum monachus adeptus eſt: ut iuſtius quidẽ hunc regem uoces, q9 eum, qui purpura indutus, ac corona ornatus ſplẽdeſcit, throno in aureo ſeſſitans. Nam is demũ uerè rex eſt, qui irã, qui inuidiã, qui uoluptatẽ cohibens, omnia ſub dei leges agit, mentẽ liberã ſeruans, neq; patiens uoluptatũ dominationẽ animo ſuo imperitare. Talẽ equidẽ regẽ libẽs uiderẽ & populis, & terrę, & mari, et ciuitatibus, & exercitibus iura dantẽ. Quiſquis enim animi affectibus rationem magiſtram præfecerit, is paruo admodũ negotio & hominib9 unà cum diuinis legibus præfici poſſit, ut eundem patris loco ſubditi habeant, cũ omni manſuetudine ciuitatibus conſuetudinis ſuę copiam facientem. Qui uero hominibus imperare quũ uideatur, iræ tamen, auaritiæ, uoluptatibus ſeruit: hic primum ſubditis ſuis ridiculus uideri poſſit, hoc ipſo, q9 coronam quidem geſtat gemmis auroq; intertextã, temperantiæ uero corona minime inſignis eſt: & purpureo quidem paludamẽto toto corpore fulget, animũ aũt inornatũ habet. Deinde idem hic ne adminiſtrandi quidem imperij ſcientiam habitur9 eſt. Qui eĩ ſibijpſe imperare neſcit, hic quotãdem modo alios legibus regere poterit? Quin ſi id belli genus, quod uterq; ſibi peculiariter gerendum ſumpſit, ſpectare uolueris, inuenies hũc cum dæmonibus depugnantẽ, eundemq; & ſuperantem, & uincentẽ, & à Chriſto coronam capiẽtem: utpote qui ad pugnam accedat diuino ſuſtẽtatus auxilio, cœleſtibus armis cõmunitus, ut neceſſe quidem ſit uictoriã ab ipſius partibus ſtare, quũ interim regem illũ cũ Barbaris bellantẽ cernas: quãto aũt hominibus dæmones terribiliores ſunt, tanto ſplẽdidior eſt, qui hos ſuperat, eo, qui illos uincit. Quòd ſi utriuſq; belli cauſam pdiſcere cupis, magnã profecto inæqualitatẽ reperies. Alter enim pro pietate ac dei cultu cum dæmonibus bellum gerit, uel urbes, uel uicos ab errore aſſerere deſiderans: alter uero cũ Barbaris digladiatur, pro locis, finibus, opibúsue raptis, illum auaritia, atq; adeò iniuſti principatus ambitione ad pugnã prouocãte: ubi certe plerisq; plerũq; reges maiora quũ appetiuiſſẽt, iam parta amiſere. Itaq; tum principatus, tum ipſa bellorũ genera arguũt, eouſq; inter ſe diſcrepare & regem, & eũ qui uitæ ſuæ ſtudiũ dei cultui addixit, ſed tamẽ eoſdẽ illos exacte utriq; pernoſcas, ſi ad utriuſq; uitã, q9tidianaq; geſta examinanda deſcenderis. Reuera eĩ hunc inuenias cũ prophetis uerſantem, Pauli ſapientia animũ exornantem, aſſiduè à Moſe ad Eſaiam, ab Eſaia ad Ioannem, à Ioanne ad alium quem-

quempiã trãſeuntẽ: At regẽ aſſidua centurionũ, proprætorũ, & ſpiculatorũ conſuetudine abutentẽ. Porro aũt natura cõparatũ eſſe uidemus, ut cũ quibus aſſiduè quis uerſaẽ, horũ mores ſimiles habeat. Itaq; qui ſolitarius uiuit, is animũ ſuũ ad apoſtolorũ, & pphetarũ mores cõformat. At rex ad mores ducũ, ſcutatorũ, ſatellitũ, hominũ uino ſeruientiũ, uoluptatibus indulgentiũ, bonã diei partẽ in potu conterentiũ, denicq; nullius rei neceſſariæ, aut honeſtæ ſcientiã, uino impediente, callentiũ. Hac ergo ratiõe monaſticã uitam cõuenit eabeatiorẽ dicere, quæ principatu, quæ regno, quæ ſceptris conſtat. Quòd ſi & noctis tempus examinare uoluerimus, monachũ quidẽ uidebimus dei optimi cultu, ac precibus inſignẽ multo ante gallinaceos tempore canentẽ, angelis conuictoribꝰ utẽtem, cum deo colloquentẽ, cœleſtibus bonis fruentẽ: Eũ uero qui multis gentibus, multis populis, atq; exercitibus præeſt, quicq; terra ac mari late imperat, in lecto diſtentũ ac ſtertentẽ. Ille qui dem cibis ijs alitur, qui altũ ab eo ſomnũ miniméexigant: hunc aũt deliciæ conſopiunt & potus, eundem in lectulo in ipſum uſq; diẽ detinens. Iam monacho & ueſtis & mẽſa moderata, & cõuictores eiuſdẽ uirtutis æmuli. At regẽ neceſſe eſt, & lapillis, & auro, ſuperbum eſſe, menſamq; extruere ſplendidã, tum conuictoribus uti, ſi quidẽ imprudens ille fuerit, ſua ſtoliditate dignis: ſin aũt mẽtẽ habeat, tẽperansq; ſit, probis fortaſſe & iuſtis, ſed tamẽ uirtute ijs, quos ante dixi, longe inferioribꝰ. ita rex ut philoſophiæ deditus ſit, tamen ne tantillum quidem ad monachi uirtutẽ propius accedere queat. Etenim in itineribus faciendis, ſubditis grauis eſt, præterea & urbẽ habitans, & pace fruens, & bello operam dans, tũ tributa exigẽs, tum exercitus conficiens, tum captiuos agens, & dum uictor, & dum uictus eſt, ſubditos propriis malis replet: uictor quidẽ intolerabilis eſt, uictoria ſeſe uenditans, ac ſibi placens, tum militibus præbẽs licentiam rapiendi, deprædandi, uiatores iniuriã afficiẽdi, urbes obſidione cingendi, pauperũ domos depopulãdi, ab ijs, à quibus excepti fuerint, ea quotidie exigẽdi, quæ nulla lex permittit, idq; per cauſam priſcæ alicuius conſuetudinis iniquæ & iniuſtæ. Quũ interim illũ neſcio quẽ per huiuſmodi mala rex minime lædit, ſed de paupertate tãtũ male meretur: perinde quaſi uerè ille diuites uereatur. At uero non ſic monachus, qui ſimul ut cõſpectus fuerit, ſtatim tam diuitibus quàm pauperibus donũ aliquod afferens, utriſq; æque munificũ ſe præſtat, uno tantũ amictu ad uitę ſuæ inſtitutũ cõformi utens, tum aquã libentius bibẽs, quàm uinũ, quamuis admirabile: ꝓ ſe quidẽ nullam neq; paruam, neq; magnã à diuitibꝰ gratiam poſtulans: pro indigentibus aũt tum multas, tum continuas, easq; utriſq; conducentes, hoc eſt, tã ijs qui largiũtur, quàm ijs, qui accepturi ſunt. Sic fit, ut cõmunem ille agat medicũ diuitũ iuxtà & inopũ, illos peccatis liberans per bonam admonitionẽ, hos ab indigentia eximens. At rex tributa dum minus grauia eſſe iubet, diuitibus magis, cq̃ pauperibus uſui eſt. Idem dum cõtrà facit, paucarum facultatũ dominos lædit: nam diuiti tenuem admodum iacturam attulerit, tributorum acerbitas: at eadem pauperũ domos tanq̃ torrens diſtrahit, fletu cõplẽs uicos: quũ interim neq; ſenectus ijs miſerabilis eſt, qui tributa exigunt, neq; mulierum uiduitas, neq; liberorũ orbitas, quinimò proteruiẽdi finẽ nullũ illi faciunt, cõmunes quidam regionis hoſtes, quæ tellus nequaq̃ tulit, ea ab agricolis exigentes. Age uero & illud inſuper examinemus, quanam in parte monachus, qua cõtrà in parte rex ſubditis beneficꝰ ſit. Igitur hic quidẽ aurũ largitur, ille uero ſpiritus gratiam: præterea idem hic dum bonus eſt, paupertatem ſoluit: ille autẽ animas dæmonũ tyrannide oppreſſas precibus liberat. ac ſi quis fortè huiuſmodi calamitate afflictetur, is regem tanq̃ ſtatuam pręterit, ad monachorũ uero habitaculũ confugit, quaſi qui conſpecti lupi timore ad uenatorẽ gladium manu geſtantẽ fuga contendit: etenim quod uenatori gladius, id preces ſunt monacho: neq; ſanè ſic lupos gladius, ut dæmonas iuſtorũ preces terrent. Itaq; non nos modo ad ſanctos monachos, dum rei uſus poſtulat, confugimus, ſed uel reges ipſi ad eoſdem in tẽporibus formidandis, haud aliter quàm famis tempore mendicantes ad diuitũ domos cõfugiunt. Nónne Achaab ludęorũ rex per famem, & annonæ caritatẽ, in Eliæ precibus ſpem poſuit ſuam? Nónne Ochozias illud idem imperium, illum eundem principatum obtinens, æger, ac iam iam moriturus, inſtantem ſibi mortem quũ uideret, ad eundem prophetam confugit, tanq̃ morte potẽtiorem, ac uitæ largitorẽ? Atqui bello erumpente, Palęſtinaq̃ in tantũ adducta periculum, ut funditus excidenda eſſet, ludæorum reges miſſo exercitu, miſſis peditibus, ſagittarijs, equitibus, ducibus, cẽturionibus, ad Eliſſei preces ſe recepe runt: exiſtimabat enim dei ſeruũ ſibi multarũ myriadũ inſtar fore. Itidẽ & Ezechias rex bello Perſico conflato, iamq̃ ciuibus ipſis pro aris ac focis in maximum pertractis periculum, ijſq; qui pro mœnibus ſtarent iam trementibus, metuentibus, ac perinde cõmotis ut cõmoueri homines ſolẽt, quoties uel tonitruum, uel terræmotũ omnia quatientem expectãt, Eſaiæ preces multis Perſarum milibus oppoſuit, neq; ſua illum ſpes fefellit. Nã ſimul ut propheta manus in cœlũ ſuſtulit, ſtatim deus ſagittis è cœlo miſſis Perſicũ bellũ confecit: reges erudiens, eo ſe loco ipſius miniſtros habere debere, ut eos cõmunes eſſe terræ ſeruatores exiſtiment, ut hac quidẽ ratione edoceantur per iuſtorũ exhortationes, ad omne bonũ atq; humanũ opus inuitati, tum cõſilia reuereri, tũ bonis admonitionibus locũ relinquere. Proinde non ex ijs ſolum, quę dixi, utriuſq; diſcrimẽ cognoſcere licet, ſed ſi uſu uenerit & hũc & illũ deturbari: hoc eſt, hunc quidẽ à uirtute deſtitui, illũ aũt regno priuari. nimirũ hic paruo admodũ negotio ad ſe redit: ac ſtatim per preces, per lachrymas, per mœrorẽ, per pauperum curam, peccatis abſterſis, deintegro facile ad priſtinum principatum recurrit. At

rex ſolio deiectus quũ fuerit, tũ demũ multis ſanè ſocijs indiget, multis itẽ armatis militibus, equis, pecunijs, periculis: deniq; ſalutis ſuæ ſpem in alijs ſitã habet. Monachus uero ſalutẽ celeriter uoluntati ſuæ, ſtudio, ac ſententiæ mutationi comitẽ habiturus eſt. Regnũ enim cœlorũ, inquit ille, in nobis. Iam mors regi terribilis eſt, eadẽ philoſopho minime moleſta. Eũ em̃ qui diuitias, uoluptatẽ, delicias (quorũ gratia uitam agitare multi concupiſcũt) deſpicit, neceſſe eſt migrationẽ ab hoc orbe haud ęgre ferre. Quod ſi & hunc & illũ iugulari cõtigerit, hic quidẽ pro pietate pericula ſibi acciſſet immortalẽ & cœleſtẽ uitã morte ſua cõparãs. At rex tyrannũ aliquem, & eum qui imperiũ affectat iugulatorẽ ſuũ habiturus eſt, miſerabile, idemq; horrendum poſt cædẽ ſpectaculũ. Adde his q; monachus bonorũ ſuorũ affectatores habiturus eſt ęmulatores ac diſcipulos, bona ex parte cõprecantes, ut ipſius ſimiles euadãt. At rex multos fruſtra in precibus ſermones inſumpſerit, deũ rogans, ut nemo exiſtat, qui regnũ affectet. Prẽterea illum interficere nullus audeat, niſi ſi quis exiſtimaturus eſt impiũ ſe in deũ futurũ, ſi eum ſuſtulerit. Huic uero multi iugulatores ingruũt, tyrannidis affectatores. Quamobrẽ alter milites adhibet corporis ſui cuſtodes, alter urbes precib. ſuis tanq; muro cõmunit, neminẽ timens, quũ rex perpetuo in timore, continua in cædis expectatione uiuat: ſecũ enim circunfert auaritiã periculoſam, pro qua monachus tutam prẽ ſe fert ſalutem. Proinde de rebus, quæ nos in præſenti uita circumſiſtunt, abunde mihi dixiſſe uideor. Quòd ſi & certamen futurũ examinare uelimus, monachũ quidem uidebimus ſplendidũ, ac conſpicuũ rapi inter nubes, ad occurſum Chriſti in aera exẽplo ducis & inſtitutoris huius uitæ ſalutaris, omniumq; uirtutũ. At rex, ſi quidem iuſte & humane imperium rexiſſe uiſus fuerit ſuũ (hoc aũt admodũ rarum eſt) minorẽ ſalutẽ, minorẽ honorẽ ſortietur: non enim idem, non, inquam, idem fuerit, bonus rex, & monachus ſummã in dei cultu curam ponens. ſin aũt malum & importunũ uixiſſe eum cõſtiterit, ac multis malis orbẽ repleuiſſe: quis tãdẽ enarrare poſſit calamitates eas, quas ſuſtinere eũ uidebis, igni exuſtũ, flagellatũ, cruciatũ, deniq; ea patientẽ, quę neq; uerbo exprimi, neq; reipſa tolerari poſſũt? Hæc omnia reputãtes, atq; ediſcentes, oportet non diuites admirari: etenim conſtat horũ dominiũ ne tãtillũ quidem ad monachi uirtutẽ propius accedere. Ergo ubi conſpexeris diuitem ueſte ornatũ, auro ſuperbũ, curru uectum, inceſſus magnificos incedentem, ne hominẽ beatũ dixeris. Temporariæ em̃ diuitiæ & quicquid bonum eſſe uidetur, unà cum uita hac corrumpitur. At monachum ubi uideris ſingularem, humilẽ, manſuetum, quietum, pacificum, hominẽ æmulare, fac uideare imitator philoſophiæ ipſius, fac preceris eſſe iuſti ſimilis. Petite enim, inquit, & dabitur uobis. Hæc enim uerè ſunt bona, ſalutaria, iuſta, ꝓpter Chriſti benignitatem ac prudentiã: cui gloria & imperiũ per ſecula ſeculorũ, Amen.

Luc. 17

Matt. 7

DOMINO AMANTISSIMO, AC MERITO uenerabili patri Matthæo, Frater Ambroſius S.

EGISTI à me iure tuo ſenex optime, atq; ſuauiſſime, ut exercitij cauſa aliquid ſacrarũ literarũ ex Græco cõuerterẽ. Aiebas enim fore optimi auſpicij, ſi huiuſmodi monumẽtis primitias ſtudiorum meorũ cõſecrarẽ, facturumq; rem conuenientiſſimam uoto, & inſtituto meo, ſi nõ minus ſtudij, operæ & diligentię in transferendis noſtratis philoſophiæ magiſtris oſtẽderem, q; feciſſent ætate noſtra, hodieq; facerent nõnulli clariſſimi, atq; doctiſſimi uiri familiares noſtri in cõuertendis externæ ſapientiæ autoribus. Ego itaq; etſi uiris illis ingenio, doctrina, ſtudio longe inferior ſim, nullaq; his ratione conferendus: nihil tamen mihi minus integrum exiſtimaui, quàm uotis tuis, tuęq; adeò rationabili deeſſe poſtulatiõi: negotiumq; iſtud transferendi, fretus iuſſione atque autoritate tua, utinam tam fauſte & feliciter, quàm promptè & obtemperãter aggreſſus ſum. Sed cum aliquid transferre cuperem, quod propoſito noſtro, & uitæ inſtituto maxime conduceret, opus egregium offendi beatiſſimi Ioãnis Cõſtantinopolitani epiſcopi, cui Chryſoſtomi cognomẽ oratio aurata dedit, tres in libros diſtinctũ. Quo in opere ſummus ille uir philoſophiam noſtrã contra uituperatores & derogatores omnes, ita magnifice, tantaq; uel orationis dignitate, uel argumentorum ui, uel ſententiarum ubertate tuetur, ut omnibus poſthac maledicis ora perpetuo ſilentio obſtruxiſſe uideatur. Id igitur eo libentiꝰ cõuertere inſtitui, quo noſtris ſummæ ſpei adoleſcẽtibus, atq; oĩbus ubiq; monachis ſummo & ſolatio, & uſui fore arbitratus ſum: cũ illi cauſam ſuam animaduerterint à prẽſtantiſſimo uiro ante mille annos, tanta uel cura ſuſceptam, uel elegantia, & ubertate defenſam. Præterea plurimorum qui uitæ præſentis cõmodis & uoluptatibus addicti, monaſticæ uitę inſtituta carpere non deſinũt, hoc ſtudio, & labore noſtro, uel reprimendam audaciam, uel inſtruendam ignorantiã putauimus. Eſt enim incredibile quãtum negotij, quid moleſtiarũ ab eiuſmodi hominibus perpeti cogamur: quantumq; illi nobis obſtrepant, ſi quando illorũ liberos, aut propinquos, aut alia aliqua ex parte neceſſarios, Chriſti ſe milites profiteri, atq; in eius ſacramenta iurare cupientes, in noſtrum cœtum admiſerimus. Quod item ferè monaſterijs omnibus, & religioſis congregationibus cõtingit. Quorum in manus libri iſti ſi inciderint, nõnihil de irrationabili furore, & incõſultiſſima indignatione remittent, & niſi fuerint penitus excordes, manus etiam fortaſſis dabũt, cum uiderint ſe tot, & tam uarijs doctiſſimi uiri rationibus cõcluſos & circũſcriptos. Tu itaq; mi ſenior optime & iucundiſſime, hos libros ita leges, ut ab ingenio parũ exercitato traductos memineris. In quibus ſi quid incõcinnius dictum offenderis, offendes autẽ plurima, imperitiæ interpretis imputes uelim.

Neq;

Neq; enim tantum mihi arrogo, ut putem me eloquentissimũ uirum pari orationis luce transferre potuisse: imò uero non ambigo, quin illũ sese longe inferiorẽ, in lingua nostra uideri fecerim, cũ in sua, hoc est in Græca incredibili facilitate & ubertate fluat. Quibus ego in rebus illũ, si ut erat optimi officiũ interpretis imitari non potui, tibi in primis pater optime imputare debebis, q̃ immemor uiriũ nostrarũ, easq; amore potius q̃ ratione metiens, rem doctissimorũ hominũ ab imperito requisisti. Ego em̃ cũ tuã istam iussionẽ mihi minime spernẽdam, seu detrectãdam arbitrarer, malui in me eloquẽtiã desiderari, quàm fidem. Esset enim profecto parũ grati, & miníme officiosi animi, huiusmodi abs te iniunctũ munus recusare, cũ Græcas ipsas, Latinasq; literas, tuo potissimũ beneficio & auxilio sim cõsecutus. Cordi uero est, si hoc exercitatiõis genus gratum tibi esse cognouero, sicq; tua fuero autoritate confirmatus, gratiusq; otio nostro cõsulueris: nonnulla etiam eiusdẽ uiri monumẽta (sunt autem ferè innumerabilia) simili studio, ac labore conuertere, tuoq; dicare nomini, ut hoc uel minimo officio incredibili in me amori tuo satisfaciam: ita tamen, ut pro isto qualicunq; labore meo, amplissimũ semper orationũ tuarum munus abs te reposci intelligas.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ADVERSVS VITVPERATORES VITAE monasticæ Liber primus, Ambrosio Camaldulense interprete.

VM templum illud peruetustũ & percelebre, quod Hierosolymis fuerat, multis annis euersum atq; solo adæquatũ, longissima captiuitate redeuntes erigere, atq; instaurare Hebræi cuperent: tũ uero feri quidã, ac Barbari, immanesq; homines, quos neq; tãtæ uirorũ cladis misericordia ulla subierat, ex qua fero se tandẽ, uixq; receperant, neq; diuinæ animaduersionis metus admonuerat, quæ solet eiusmodi audaces ac facinorosos euestigio subsequi: primũ quidẽ per seipsos nitebant, cœptæ eos ædificationis studijs arcere. Cũ uero nihil proficerẽt, datis ad regẽ suũ literis, in quibus ciuitatẽ illã defectionis, nouarumq; rerum studiosam, ac bellicis rebus assuetã appellabant, persuaserũt tandẽ, ut sibi eiusce impediendi ædificij facultas omnis permitteret. Hac igit̃ accepta potestate, cũ ingenti equitũ manu uiros adorsi interruperunt opus interim. Et elati, inquit, ea uictoria gloriabant̃: qui si quid sibi cordis fuisset, ingemiscere ac lugere debuerant, nihilq; post hac eiusmodi moliri: uerũ id erat profecto exordiũ quoddã, atq; principiũ eorũ quæ se protinus apprehẽsura erant malorũ. Opus enim illud, pficiebat indies, egregioq; successu, & præclaro fine claudebat̃. Tum interim illi didicerunt, ac per illos uniuersi, quòd nõ homines, pfecto oppugnare perrexerant, neq; Mithridates modo tũc, aut alius quispiã, sed quisquis omnino eis hominib9 aduersus infestusq; esse maluerit, q̃ boni aliquid agere instituunt, ipsum potissimum qui per illos honorat̃, deum oppugnare contendũt. Is aũt qui aduersus deum bellare instituit, clementiori fine desinere nunquã penitus ualebit: aut is qui eiusmodi est, initio quidẽ facinoris, nihil fortasse patietur mali, deo illum ad pœnitentiã uocãte, atq; admonente, ueluti ex quadam ebrietate resipiscere. Sin uero in hac amentiæ suæ temeritate perstiterit, nihilq; ex tanta clementia diuinæ patientiæ fuerit lucratus, certe uel alijs summa cõferet emolumẽta, pœna sua erudiẽs, atq; admonẽs, nunquã prorsus ulla ex ratione aduersus deũ pugnare instituere, quòd impossibile sit, excelsam illã inuictãq; effugere manũ: denicq; eiusmodi statim illos apprehẽsos inuoluerũt clades, quæ magnitudine sua tragœdias oms uincerẽt. Post em̃ ingentẽ illã stragẽ, atq; innumeras cædes, quas in illos eorũ qui tũc prohibebãtur exercuere manus, madescebat altissime cæsorũ sanguine infecta humus, lutiq; plurimũ ex eo cruore gignebat̃. Corporibus aũt equorũ, atq; hominũ simul mixtis, eorũq; uulneribus inuicẽ se tangẽtibus, atq; cõprimentib9, tãta uermiũ, tãq; incredibilis multitudo gignebatur, ut cũ terra multitudine cadauerũ operiretur, hæc eadẽ rursus uermib9 absconderent̃. Diceret pfecto qui tũc locũ illũ uidisset, non inferius subiecta mortuorũ corpora, uerũ fõtes esse quamplures, plurimis ex locis emanãtes gen9 illud animãtium: adeò omni inundatione uehemẽtius ex putredine illa exundabat ingens uermiũ uis. Atq; id nõ p dies decẽ, aut uiginti factũ est, sed p plurimũ tẽporis. Et ea quidẽ quę hic perpessi sunt, eiusmodi fuere: quę uero illos in futurũ manẽt, lõge hís acerbiora sunt & diriora. Neq; em̃ mille annis, aut decẽ milib. nõ bisterq; totidẽ, sed infinitis seculis, animata tũc corpora tormẽta illa cruciatusq; sempiternos sustinebunt. Quę quidẽ utraq;, tũ Esaias beatissimus, tum admirabilium uisionũ speculator Ezechiel nouit. Qui eiusmodi hominũ interse distribuẽtes cruciatũ, alter qdẽ prẽsentis tẽporis, alter uero futuri supplicia prosecuti sunt. Atq; ego horum non frustra, nec sine certa ratione modo mentionem feci. Nam profectus ad me quidam mihi admodum familiaris, nuncium attulit plenum amaritudinis, anxietatis, mœroris, atque

ingentis aduersus deum contumeliæ. Quosdam enim esse homines, qui hodieq; fere eadē, ac prorsus simillima barbaris illis facinora auderēt, quin multo quoq; immaniora. Eos enim qui ad philosophiam hortari pergūt, undiq; exagitare, expellere, exterminare, eisq; sub ingētibus minis interdicere, ne quid oīno tale unq; aut loqui, aut docere aliquem præsumāt. Hæc ego cum audissem, uehemēter cōmotus exclamaui protinus, eumq; qui ista prosecutus fuerat, solicite, ac iugi interrogatione compellebam, ludone, ut sæpe fit, an serio ista loquereꝰ? Minime uero, inquit ille. Nunquam enim ioco ista confingerem, aut loquerer, quæ plurimi redemissem, uotisq; oīmibus exoptauissem, ne nunc quidem quando facta sunt, uel sola aure percipere. Tum uero summo dolore affectus, atq; acrius ingemiscens: Ista, inquam, profecto tanto sceleratiora eis sunt, quæ Mithridates illiq; omnes peccauerūt, quāto templum hoc nostrum illo est purius, honestius, sanctius. Sed quinam isti, quæso te, aut unde sunt, qui talia præsumunt? Vt quid, quáue ex causa, uel ad quem finē respicientes, lapides in sublime iaciunt, telaq; in cœlum iaculantur, atq; aduersus deum pacis pugnare contendunt? Sameas enim, & Pharatei, Assyriorum principes, omnesq; reliqui & barbari erāt, quod ex ipsis nominibus manifestum est, & longe alijs quàm Iudæi moribus degebant: nolebantq; uicinos, adiunctosq; sibi homines multiplicari, quum fore ut illorum uires suam potentiam obscurarent atq; deijcerent, arbitrarētur. At uero isti quanā sibi adempta seu imminuta libertate, quanam sublata quiete ac tranquillitate, qui būsue principibus nixi tale facinus admittere ausi sunt? Illi enim Persarū reges habuere, quorū autoritate atq; consilio ista gerebant: at uero nostri contraria his penitus, ut mihi quidem ipse persuadeo, & cupiunt, & optant. Itaq; uehemens me tenet hæsitatio, quòd regibus sub pietate degentibus, hæc tu tam nepharia scelera medijs in ciuitatibus fieri asseris. Quid uero, inquit ille, si his quoque mirabiliora didiceris? Ipsi em̄ illi q ista peragunt, & pios se uideri uolunt, & Christianos appellari. Plurimi aūt ex his iam etiam initiati sunt. Audiui ego ex his quendam diabolico spiritu uehementer instinctum, qui lingua sua iniquissima atq; nepharia se à fide recessurū, & idolis immolaturum dicere auderet: dirumpi enim se, ac penè suffocari iracundia, intuentem homines, liberos, nobiles, copijs omnibus locupletes, uitamq; delicijs plenam degere ualentes, ad hanc seueritatem uitæ, duritiāq; propositi abduci, atq; nolētes pertrahi. Tum ego his auditis, acerbiori atq; diriori uulnere percussus sum, & ex hoc uno, mala iam omnia conijciens, orbē simul flebam uniuersum, atq; ad deum ipsum conuersus dicebā: Tolle animam meam à me, & de necessitatibus erue me, & ex hac uita morti obnoxia libera me: atq; ad illū locum transfer, ubi nec alius aliquis quicq; eiusmodi loquetur, neq; ipse loquentē audiam. Noui equidem, quòd hinc excedentem exteriores excipient tenebræ, ubi fletus ingēs erit, ac stridor dentium. Verum mihi longe iucūdius & gratius est, dentes audire stridentes, & ista uerba resonantes. Videns autem me ille uehemētissime lugentem, ac animi furore confectum, Nō inquit, hæc modo tempus poscit: neq; em̄ his lachrymis eos qui iam perierunt, & quotidie pereunt recuperare unquam poteris: nec enim reor perniciem istam finem habituram. Magis uero quod nostræ partis munus est, prouideamus diligenter, quatenus rogum istū extinguamus, finēq; pesti tam immani statuamus. Quòd si mihi morē gerere uolueris, his fletibus omissis, literis tuis eos oīes admonebis, qui eiusmodi sunt, quiq; cōtra suā cunctorūq; simul hominum salutem seditionis turbines excitāt. Atq; ego hoc assumpto libro medicaminis cuiusdam uice eiusmodi hominibus legendum tradam. Sunt enim mihi ex his plerique coniuncti amicitijs, qui patienter & semel, & bis, & sæpius perlegent: atq; celeriter, ut certus sum, hac libera buntur peste. Tu quidem, inquam, charitate tua uires etiā metiris nostras, mihi uero nulla ferè uis dicendi inest: & ea quæ inesse uidetur, in hac præsertim materia uti uehementer piget. Vereor enim cum cæteros, tum maxime gentiles omnes, quiq; modo sunt, & qui posthac futuri sunt: quorum ego non segnius uitæ, morūq; negligētiam, quàm doctrinę peruersitatem semper arguere & carpere solitus, timeo ne ipsi nostra per me modo doceantur mala. Nam si qui ex illis fortè persenserint, esse apud Christianos quoq; genus hominum adeo uirtuti ac philosophiæ inimicum, ut non modo eius gratia laborare negligant, uerum ne ullum quidem uerbum de his fieri sinant: nec isto saltem insaniæ furore contenti, si quis hæc cōsulere uel loqui perrexerit, hunc exagitent, hunc undiq; exturbent: Hæc, inquam, illi si compererint: uereor ne tandem ne homines quidē nos esse existiment, sed feras, beluas, ac portēta horrenda, humanæ formæ lineamentis adumbrata, dæmonesq; noxios, atq; naturæ cōmunis inimicos: nec de his modo qui rei sunt, uerum de uniuersa gente nostra hanc profecto sentētiam ferent. At ille ridēs, Ludis ipse planè, inquit, ista dicēs. Ego enim opportunè te ista cura leuabo: quid em̄ uereris, ne ex uerbis tuis id addiscant, quod dudum ex operibus ipsis uniuersi didicerūtꝰ? Nam uelut nequissimus aliquis spiritus omniū simul animos occuparit atq; expleuerit, per cunctorū ora hæ fabulæ sermonesq; uertuntur. Si enim uel in forum te contuleris, aspicies tum in tabernis medicorū, tum in qualibet urbis parte, ubi sedem habere solent hi, qui nihil operari uolunt, ingentem risum ab omnibus moueri: risus autem huius & comœdiæ materia omnis est eorum quæ aduersus sanctos uiros gesta sunt, iucunda ac festiua narratio. Vt enim generosi quidam, atq; insignes bellatores, qui multas pugnas confecerint, hostesq; sæpius fuderint, gesta sua fortia narrare gaudent: ita & isti in suis facinoribus gestiunt, hisq; ornari se putant. Deniq; audies hunc dicentē: Primus ego ma-

manus in illum monachũ inieci, eumq; uerberibus affeci. Alius uero refert: at ego ante alios illius cellulam inueni. Econtra alius: ego uero omnibus magis iudicem aduersus illum concitaui. Alius carcerem, carcerisq; supplicia prosequitur, quodq; per forum sanctos dei traxerit, laudis in parte constituit, alius item aliud: deinde simul omnes cachinno sublato super his gaudent, exultant, triumphant. Atque hæc quidem in confessi bus Christianorum fiunt. Gentiles uero & hos irrident: & qui ab his irridentur: hos quidem quòd inique egerint, illos autẽ quòd male affecti sunt, cunctaq; prorsus quasi intestino quodã bello cõpleta sunt: quin multò quoq; istud atrocius bellũ, quàm illud est. Nam qui bellũ illud bellauerint, quoties eius postmodum illis in mẽtem uenerit, eos qui id mouerunt, autoresq; fuerunt ciuilis discordiæ, maledictis omnibus insectantur, malaq; illis imprecantur omnia, dæmoni cuidam iniquissimo cuncta, quæ in illo gesta fuerint, acceptare ferũt. Et ibi quidem tanto ampliore quisq; suffunditur pudore, quanto maius, quàm cęteri facinus aliquod admiserit. Isti autẽ suo scelere atq; audacia se ornatos existimant. Neq; idcirco tantũ hoc bellũ illo sceleratius, atq; funestius est, quòd aduersus sanctos & innocentes uiros, & qui neminem penitus iniuria lacessierint, fit: uerum quod aduersus eos fit, qui nulli nocere, aut male facere nouerunt, pati uero tantummodo parati sunt. Tum ego cohibe, inquam, te quæso cohibe, satis iam eiusmodi narrationum, quibus nisi me eneca re mauis, saltem modicũ hoc uirium quod superest mihi relinquens, missum me facito. Equidem libenter mandatis tuis obsequar: tu tantum nihil nobis amplius eiusmodi narres, sed abiens precare, ut dissecta atque dissipata mœroris nebula mentẽ aliquid, atq; adminiculi accipiã ab illo q oppugnatur deo, in eorum qui se oppugnant medicinam atq; sanitatem. Dabit autem id penitus, quippe clementissimus cum sit, malitq; conuerti peccatores, ac uiuere, quàm emori. Sic itaq; illo à me dimisso, scribendi negotium hoc protinus arripui. Nempe eñ si hoc tantum malum esset, atq; in eo totius rei cardo uersaretur, quòd sancti illi, atque admirabiles uiri traherentur, affligerentur, excruciarentur, necarentur, abducti ad iudicia, atque cæsi, cæteraq; id genus perpessi, quæ modo enarraui: nullumq; ex his detrimentũ in eorũ conuerteretur caput, qui eiusmodi facinorosi sunt, in tantum abesset ut in his dolore aliquo, aut mœrore commouerer, ut etiam iucundissime atq; uberrim riderem. Nam & infantes pueri quoties quidem sine suo periculo feriũt matres, risum illis uel copiosissimum mouent: quantoq; uehemẽtiore cum iracundia percussérint, tanto maiore illas uoluptate afficiunt, ita ut effundantur sæpius, atque incuruentur, & penè disrumpantur risu: sin uero dum id iugiter infans, ac ualidius facit, uulneretur aliquãdo siue acu circa zonam tunicæ matris affixa, siue radio maternis pectoribus appẽso, ferientis manum excipiente: tunc uero tũc omisso risu mater, maiore, quàm is qui uulneratus fuerat atq; acriore dolore constringitur, & interim quidẽ curat, fouet, atq; alligat uulnus: ex hinc uero maximis minis, ne quid iam tale agat, interdicit, ne rursus patiatur eadem. Itaq; & nos idipsum fecissemus, si puerorum hanc esse iracundiam conspiceremus, aut esse hanc infantiũ plagã, nec summam illis perniciem inferentem: Quoniam uero post modicum, etsi ipsi modo non sentiant, furore scilicet, atq; amentia pręcipites, ingemiscẽt, flebunt & lamentabuntur: nec eiusmodi fletum flebũt, cuius infantes pueri, sed eum qui in exterioribus tenebris, igniq; inextinguibili agitur: paria item matribus faciamus, hoc tantum ab eis differentes, quòd nos nõ cum interminatione aut iniuria, uel contumelia, ut illæ faciunt, uerum blandissime, summaq; cum lenitate ac mansuetudine pueros istos alloquemur. Nempe quòd sancti illi uiri nihil ex huiusmodi lædantur, nihilq; omnino detrimenti patiantur, quinimo & merces illis copiosior, & fiducia maior augeatur. Si quidem futura bona adduxerimus in mediũ, atq; ex his trahere argumenta uoluerimus, affatim fortasse ridebitis: quippe qui eiusmodi risum semper ex instituto uestro ridere soleatis: his tamen quæ ante oculos sunt, quæ tenentur, profecto creditis, etiam si millies ridiculosi esse perstiteritis: neq; enim his fidem non habere poteritis, ne si uolueritis quidem, rebus ipsis ita esse clamantibus. Neronem prorsus ex fama nouistis: uir eñ impudicitia, sceleribusq; omnib. insignis fuit, primusq; ac solus in tanto imperij culmine, nouos quosdam lasciuię, flagitij, atq; turpitudinis modos excogitauit, exquisiuit, inuenit. Hicitaq; Paulo beatissimo (uno enim eodemq; tempore uitam istam agebãt) eiusmodi ac prorsus simillima crimina obijciens his, quæ uos modo sanctis uiris obijcitis. Pellicẽ enim eius, quam ille deperibat, atq; in delicijs habebat, cum induxisset fidei ac religionis sacramẽta suscipere, persuaserat unà incestũ illum impurumq; cõgressum declinare: hæc, inquam, ille crimina obiectãs, corruptoremq; nequam, flagitiosum atq; nebulonem, & his similia, quæ uos modo perstrepitis, Paulum uocitans, primum quidẽ coniecit in uincula: cũ uero ut puellę eiuscemodi monita atq; cõsilia dare desineret, illi persuadere nõ posset, necauit tandẽ. Quid igit ex hoc uel detrimenti ei contigit, qui passus est mortem, uel emolumenti ei qui intulit mortem? Imò uero quid nõ emolumẽti fuit, tũc necato Paulo? qd non detrimẽti necãti Neroni? Nónne ut prætentia tantum interim loquar, alter ex his ubiq; per orbem terrarum canitur, atq; laudatur: alterius uero tanquã reuera corruptoris, perditissimiq; ganeonis, dæmonisq; cuiusdam ferocissimi nomẽ carpitur, probrisq; omnibus apud oñes afficitur? ea uero quæ in futurum contingent, etsi uos miníme credatis, propter eos tamen, qui credunt, necesse est me dicere: quanq; ex his quæ coram sunt, quæ uidentur, illis etiã credere debueratis. Verum uos quoquo animo ista acceperitis, dicentur à nobis,

nec

nec occultabuntur. Quænam ergo illa erunt? Infelix quidem ille & miserrimus, squalore ac sordibus obsitus, confusionisq; caligine repletus, mœrens, tristis, demissus, anxius, eo abducet, ubi uermis immortalis est, ignisq; inextinguibilis. Paulus uero beatissimus ingenti cum gloria, atq; cõfidentia, ad ipsum adstabit Imperatoris soliũ, clarissimo fulgore radiãs, tãtaq; amictus, ac tam insigni hilaritate, ut angelis ipsis atq; archangelis in nullo inferior sit, tantãq; recipiet mercedẽ, quantam recipere par est hominem, qui pro deo, deiq; legibus, ac scitis, seipsum atq; animã suam deuouerit, exposuerit, dederit. Ita enim se res habet, parata quidem est his, qui se in recte factis exercẽt, ingens præmiorum retributio: maior tamẽ ea fit atq; auctior, quoties qui bona ista operantur, etiã pericula subierint, neq; fuerint ulla ignominia, ullo q; dedecore, quò minus id quod recte instituerãt, prosequantur, impediti. Nã etsi recte quodlibet factum nihilo deterius sit in eo qui sine labore id perfecerit, honores tamen & coronæ pares profecto nõ erunt. Nam & in bello coronat quidem qui signa cõtulerit, hostemq; fuderit: longe tamen illo glorioſius, qui & uulnera præ se fert, per quæ fusi hostes, victoriaq; parta est. Quid autem hoc de uiuentibus dico, quandoquidẽ & hi qui hoc tantum dederint uirtutis indicium, ut in bello præclare occumberẽt, nihilq; commodi, uel emolumenti ciuibus suis, aut patriæ morte sua pepererunt, tanq; rectores & conseruatores ciuitatum prædicantur ubiq; per omnẽ Græciã? Quanquam uos ista quoq; ignoratis, risui & delicijs dedití semper, & uoluptatibus addicti: sin aũt gẽtiles homines, nihilq; ferè sanũ sentientes, istud cõspicari potuerũt, summisq; honoribus eos prosecuti sunt, q pro se, pro patria, pro liberis suis mortem obierunt, nihilq; præstiterũt amplius præter indicia beneuolentiæ, egregiæq; in patriã suã uoluntatis: quanto magis Christus hoc faciet, eosq; ubiq; qui propter se periclitantur largissimis effusissimisq; munerum præmijs augebit? Non enim ille persecutionũ tantum, aut uerberũ, carcerisue, uel necis, aut cædis mercedem statuit: uerum nudæ quoq; contumeliæ, uerbisq; iniurioſis præmia
Matth.5 persoluit ingentia. Beati enim, inquit, eritis cum uos oderint homines, et cum separauerint uos, et exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrũ, tanq; malum propter filiũ hominis: gaudete in illa die, & exultate: ecce eẽ merces uestra copioſa est in cœlis. Si igitur & pati & audire, male patientibus atq; audiẽtibus præmiorũ incremẽta cumulosq; largit: quid obstat quo minus talia fiant, non istis sanè, sed eis qui male & faciũt, & dicũt, prospicit: his enim ferè etiam nocet, mercedis illis partẽ maximam abscindens, causamq; ac materiam gaudiorum, clarissimarumq; coronarũ auferẽs. Quo circa hæc etiam omittere satius fortasse fuerat, ne quid instituti cœlestis æmulis detrimenti afferremus, ex quibus profecto incredibile est quantas, & quàm ingentes bonorum copias, quantumq; confidentiæ consequantur. Verũ, quia sumus in-

A uicem membra, etsi isti etiam oblatam gratiã suscipere abnuant, minime conuenit ita affectis, ut nos sumus, unius membri curam habere, alterum negligere. Nãq; sanctis illis, & si modo minus affligantur, alia probitatis occasio suppetat, qua & eorum uirtus eluceat, & æternis præmijs afficiantur: istis uero nisi ab hac pugna destiterint, nulla iam salutis spes relinquitur. Itaq; nostris illis omissis, ad uos redeo, oroq; & obsecro precib. nostris obtemperetis, nec ultra contra uosmetipsos, atq; in ueſtram perniciem ferrũ impellatis, neu calcitretis aduersus stimulos, ne dum putatis mœrore homines afficere, spiritum sanctum contristetis. Scio equidẽ, & plane persuasum habeo, quia sententiam hanc nostram, atq; consiliũ, & si non mo
B do, certè paulo pòst probabitis atq; laudabitis. Cæterũ istud nũc malo uos facere, ne postmodũ id frustra faciatis. Nam diues ille quidem cũ hanc Luc.16 uitã degeret, prophetas & leges, legisq; monita fabulas esse, & deliramẽta quædam existimabat: cũ uero uita excessisset, adeo in admiratione, atq; honore ea habuit, quæ antea uelut inania et friuola irriserat, ut cum planè intelligeret, nihil se commodi ex eius laudibus consequi posse, patriarchã orauerit, ut aliquẽ ab inferis mitteret, qui ea quæ ibi gererentur, in terris annunciaret: id scilicet ueritus, ne & ipsi paterentur eadem, atq; scripturas interim sacras irridentes, tũc eas admirari incipe-
C rent, cum ex ea admiratione & honore nihil emolumenti consequi ualerent. Et certe nihil ille tale egit, quale uos. Ipse enim & si nihil ex suis cõmunicauit Lazaro: non tamen eos, qui id agere uellent, phibuit, aut afflixit, aut repulit, ut modo uos facitis. Neq; hinc modo illum crudelitate, atq; immanitate superatis, uerum aliũde quoq;. Sicut enim par ac simile facinus nõ est, nihil quempiam boni facere, & alios facere uolẽtes prohibere: ita profecto simile non est, cibum carni morituræ denegare, & eum qui philosophiæ uehementissimã patiatur esuriem, ne ab alijs quidem pasci ac recreari permittere. Itaq; duabus ex partibus sæuũ illum atq; immanem diuitem crudelitate uicistis, q; & alios prohibeatis famẽ extinguere: quodq; cum animam suffocari uideatis, tanta ostenditis
D immanitatis indicia, ut ne alijs quidem opem ferre uolẽtibus, libere id per uos fieri liceat. Eiusmodi scelus aliquando Iudæi quoque admittere ausi sunt, cum apostolos ne uiam salutis homines docerent, uehementer perterrere uellent: quos tamen & ipsos iniquitate transcenditis. Illi eẽ cum se palam profiterentur inimicos, uniuersa illa gerebant: uos amicorum personam quandã, atq; ad umbratam assumentes imaginem, inimicis omnibus deteriora molimini. Verberibus illis, atq; cõtumelijs tunc sanctos illos uiros afflixerunt, infamiaq; & probris affecerunt, magos eos atq; seductores appellantes: uerum illos eiusmodi continuo corripuere clades, ut nulla iam penitus calamitas sit, quæ possit eorũ casibus ulla ratione cõparari. Itaq; primi & soli ex omni hominum memoria ea passi sunt, quæ modo memorabimus.

Atq;

Atq; horum certissimus prænunciator ipse Chri- A
Matt.24 stus est, sic dicens: Erit uexatio magna, qualis ab
initio seculi non fuit, neq; post erit. Igitur ea qui-
dem omnia quæ illi passi sunt, prosequi, nõ huius
est temporis: pauca tamen ex multis strictim bre
uiterq; necessario dicẽda sunt. Verbis autem utar
non meis, sed Iosephi historiographi Iudæi homi
nis, qui eam historiam conscripsit diligẽter. Quid
De bello Iudai- ergo ait ille? Cum enarrasset incensum templum,
co lib. 7. cap. 7 communesq; illos casus enũciasset, ita intulit: Et
& 8 templum quidem hoc in statu erat, eorũ uero qui
per ciuitatem fame occũbebant, infinita penè ca-
debat multitudo, atq; inenarrabiles cõtinebat cla
des. Nam per unamquamq; domum, si cubi ciбo-
rum uestigium ullum fortè appareret, bellum ine
rat, atq; aduersum se inuicem manus cõserebant, B
qui hactenus erant amicissimi, ac infelix animæ
uiaticum eripiebant, ne moriẽtibus quidẽ, quòd
cibo indigerent, fides habebat: sed eos quoq; qui
animam efflabant, latrones perscrutabantur, ne
quis fortè simulata morte cibũ sinibus occuluis-
set. Alij uero fame hiantes, canum instar rabie fu-
rentium, spe omni destituti ferebantur, amentia
præcipites, atq; ostijs impingebant, ut ebrij. Præ
desperatione autem, & quòd aliquid semper inue
nire se posse existimarent, in eandem domũ una
hora bis terq; irrumpebant. Cuncta uero subige-
bat dentibus sæua necessitas, & ea quæ ne sordi-
dissimis quidem, & brutis animantibus usui fuis-
sent, legentes manducare sustinebant. Ne cingu-
lis quidem ipsis, atq; calciamẽtis postremo absti- C
nuerunt, scutisq; detracta coria mandebant. Esca
autem, inquit, erat fœni laceri, quod reliquũ inue
niri poterat. Purgamenta item cuiusq; rei nonnul
li colligentes, minimũ eorũ pondus Atticis qua-
tuor uendebãt. Et qd me necesse est famis impro
bitatẽ in rebus inanimis persequi? Opus unũ eius
enarrare pergo, quod neq; apud Græcos, neq; a-
pud Barbaros contigisse unq; memoratur, dictu
horrendum, atq; incredibile auditu. Atq; ego ne
uiderer portẽta confingere, calamitosissimũ hũc
casum libenter missum facerẽ, nisi plurimos eius
haberẽ testes. Prætereaq; patriæ friuolam, & pla-
nè leuem gratiam referrem, si quæ rebus illa passa
est, ea uerbis supprimere atq; subducere histo riæ
conarer. Mulier quædam fuit ex his, qui supra Ior D
danem incolebant, Maria nomine, patre Eleaza-
ro, castello Bethezo, quod significat interpreta-
tum, domum hyssopi, genere & diuitijs insignis.
Hæc unà cum reliqua multitudine Hierosolymã
cõfugerat, ac simul obsidebatur: cuius omnẽ sub-
stantiam tyranni diripuerant, quam secum domo
asportauerat, atq; in oppidum intulerat. Cæterũ
reliquias reconditorũ omnes, & si quid esculen-
tum præparasset, ingressi quotidie satellites diri-
piebant. Dira aũt atq; acerba indignatio subibat
mulierem, ac frequenter conuicijs & maledictis
omnibus raptores prosequens, cõtra seipsam ma
gis irritabat: cum uero nullus eam, neq; miserans,
neq; ira cõcitatus occideret, ciboscq; alios inueni-
re laboraret, essetq; iam penitꝰ difficile quicq; re-
perire, famesq; præterea per uiscera & medullas
serperet, ac fame ipsa uehementius ardens incita-
ret indignatio, iracundia simul & necessitate dic-
tante consilium, naturam ipsam uiolare profici-
scitur: filiumq; arripiens (erat autem illi paruulus,
& sugẽs ubera) infelix, inquit, puer, cuinam te in
bello, & fame, & seditione seruabo? Nempe eñ
à Romanis, etsi uixerimus, seruitus nos manet:
anticipat aũt seruitutẽ fames, instant sæuiores u-
trisq; grassatores. Perge igitur, mihi cibus esto,
grassatoribus furiarũ tæda, omnicq; mortalium ge
neri fabula, quod solũ Iudæorũ calamitatibus de-
est. Atq; hæc dicens, necat filium: indeq; illum co
quens, ipsa dimidiũ comedit, partẽ reliquam ope
riẽs seruabat. Adsunt cõtinuo grassatores, nepha
rio nidore attracti, cõminãturq;, ni quod parauе-
rat, in conspectũ daret, eã se statim necaturos. At
illa cũ partẽ illis bonã seruasse se diceret, nati reli-
quias aperuit: tũ illos protinus horror ingẽs cepe
rat, ac mentiũ stupor, atq; ad aspectũ ipsum diri-
guerãt, & uelut ænei defixi stabãt. Tũ illa, meus,
inquit, est natus, isq; charissimus, meũq; istud o-
pus est. Edite, quid cunctamini? nanq; & ipsa co-
medi: nolite fieri neq; muliere molliores, neq; ma
tre misericordiores. Quòd si uos reueremini, ho-
stiãq; meã auersamini, siue opus execramini, ego
quidẽ manducaui, quodq; reliquũ est, mihi mane
bit. Post hæc illi quidẽ trementes exierunt: hac u-
na tantũ in re timidiores, eamq; solam escã matri
cõcedentes. Tãti statim sceleris fama ciuitas tota
repleta est, eamq; cladem, adeoq; miserandũ faci-
nus sibi quisq; ante oculos ponebat, idq; non se-
cus, ac si ipse admisisset, abhorrescebat. His autẽ
qui fame cruciabant, mors uotis oñibus expete-
batur, eãq; sibi nonnulli cõsciscebant: beatiq; cun
ctorũ uoce dicebantur, hi qui priusq; eiusmodi fa
cinus audissent, aut uidissent, uita excesserãt. Nec
mora, Romanis quoq; ea calamitas annunciata
est. Ex his aũt partim nõ credebant, nõnulli rem
miserabantur, plurimi uero in odiũ ipsius gentis
etiã uehementius animati sunt. Hæc autẽ atq; his
multo quoq; atrociora illi passi sunt: non modo
quia Christum crucifixerunt, sed quia postmo
dum apostolos ea loqui prohibebãt, quæ ad salu
tem nostram pertinerent. Quod profecto beatus
Paulus illis crimini dans, hæc eis prænunciauit e-
uentura mala, dicẽs: Peruenit eñ super eos ira in 1.Thess.2
finem. Et quid hæc, inquit, ad nos? neq; eñ illos
à fide abducimus, neq; à prædicatione. Quid eñ,
quæso, fides conferet emolumenti, si uita syncе-
ra non fuerit & pura? Verum uos & ista fortassis
nescitis, quibus nostra ferè omnia & ignota sunt
& inaudita. Itaq; uobis necessario Christi senten-
tias summatim numerabo: uos autẽ caute & dili-
genter obseruate, utrúmne semper de fide ac do-
gmatibus disputet, proq; his tantum supplicia de
cernat, nisi integra seruẽtur: an uero uitam ipsam
quoq;, ac mores improbos castiget aliquãdo. Cũ
enim in montẽ conscẽdisset, uidens innumeram
circũfluentem, ac se circũstantem multitudinẽ, ta Matt.7
lia monita edebat. Non omnis qui dicit mihi, do-
mine

míne, dñe, íntrabít ín regnũ cœlorũ, ſed quí facit A uoluntatẽ patris mei. Itẽ: Multi dícent míhí ín illa díe: domine, nõne in nomine tuo prophetauim9 & ín nomine tuo dęmonia eiecímus, & ín tuo no mine uírtutes multas fecímus? Et tũc confitebor íllis: recedíte à me, quí operamíní íniquitatẽ, non nouí uos. Eum uero quí audít ſermones meos, & non facit, ſimilẽ eſſe díxit homíní fatuo, quí do-mum ſuam ſuper arenã cõſtruit, eam uentis & flu mínibus, & pluuijs labefactandam, ac díruẽdam parat. Item cũ alío in loco concionaretur: ſicut, in
Mar.9 quit, piſcatores cũ ſagenã traxerínt, malos piſces abijciũt: ita erít in illa díe, angelis eos omnes quí peccauerínt ín fornacẽ iactãtibus. De flagitioſis quoq;, & impuris hominibus cũ loqueret, aiebat: Et illuc abibũt, ubí nec uermis eorũ moritur, nec B
Matt.22 ignis extinguitur. Et rurſum: Rex, inquit, fecit nu ptias filio ſuo, & cum uidiſſet hominem índutum ueſtib9 ſordidis, aít ad eũ: Amice, quomodo huc intraſti, non habens ueſtẽ nuptialem? At ille ob-mutuit. Tunc dicit miníſtris ſuis: Ligatis eius ma nibus & pedibus, eijcite illũ in tenebras exterio-res. Impudicis iſta, ut dictũ eſt, & flagitioſis, atq; impuris cõminatur. Virgines quoq; quæ excluſę à ſponſi thalamo fuerũt, propter crudelitatẽ atq; immanitatem id paſſę ſunt: alijq; rurſus eadem ex cauſa eunt in ignem æternum, quí præparatus eſt díabolo & angelis eius. Et hi quoq; quí fruſtra, &
Ibid.12 ſine cauſa loquuntur, punientur. Ex uerbis enim, inquit, tuis iuſtificaberís, & ex uerbis tuis cõdem naberis. Ergõne tibí uidemur ínaniter, ac ſine ra- C tione uitæ noſtræ caute, timideq; rationem habe re, eiq; philoſophiæ parti, quæ mores inſtruit pro penſius ſtudere? Minime equidẽ id puto, niſi for tè Chriſtum hæc ſuperuacue dixiſſe uelis aſſere-re, atq; his plura etiam: neq; enim hic omnia inſe-rere uiſum eſt. Quod niſi uererer librũ prolixius extẽdere, & ex prophetis ipſis atq; ex beato Pau lo, alijſq; apoſtolis oſtẽderem profecto, quãtum ſtudij in hac parte emẽdandæ uitæ, morumq; cõ-ponendorum nos deus ponere uoluit. Sed enim hæc arbitror poſſe ſufficere, nec iſta modo omia, ſed eorum uel minimam partem. Cum enim de9 aliquid dicit, & ſi non id amplius, quàm ſemel di-cat, ea fide ac deuotione ſuſcipiendum eſt, ac ſi ſæ piſſime dixerit. Quid igit, inquis, hi qui domi re- D ſident, reiq; ſuæ curam gerunt, non ea poterunt perficere, quæ neglecta tantos cruciatus pariũt? Vellem equidem & ipſe, neq; ſegnius quàm uos, imò uero multo etiam ardentius, & frequenter optaui ac deprecatus ſum, tãtũ leges ac iura opti-ma in ciuitatib. ualere, ut nihil iam opus eſſet mo naſterijs, neq; ad eremũ confugere cuipiã neceſſi tas inſtaret. Quoniã uero quę ſuprà fuerunt, infrà iam facta ſunt, ipſæq; ciuitates in quibus & iudi-cia, & leges erant, omni iniquitate & ſcelere im-pletæ ſunt: ſolitudo uero philoſophiæ fructus u-berrimos germinat: ꝓfecto nõ illi in culpa ſunt, quí hac procella & turbine ſe eximere atq; ſeruа-re cupientes educunt, eiſq; ad quietis ac tranquil litatis portũ duces fiunt: non, inquam, iſti merito à uobis culpari debent, uerum hi qui ciuitates ſin gulas, adeo uirtuti inuias, & inacceſſas fecerunt, atq; ad philoſophiã penitus inutiles, ut qui ſalui eſſe cupiunt, nõ aliter id poſſint aſſequi, quàm ſi ſolitudines & deſerta perſequantur. Dic enim, quæſo te, ſi quis noctis medio aſſumpta face do-mum incendiſſet magnam ac multitudine homi-num refertam, eos qui intus obdormirẽt, inſidijs appetens: utrum eſſe díceremus malũ, atque ſup-plicijs omnibus afficiẽdum, eúmne qui excitaret dormiẽtes, & illis ædib. educeret, an eum qui ini-tio ignẽ illum ſuccendiſſet, adeoq; duram neceſſi tatẽ, & eis ipſis, & illi qui eos educeret impoſuiſ-ſet? Quid autem illud, ſi quis uel tyrãno uiolẽter oppreſſam ciuitatẽ, ſiue aliãs inteſtino bello, ciui libusq; diſcordijs ac ſeditionib. lãguentẽ intuẽs, hortaret quos poſſet, atq; ꝑſuaderet, ut relicta ci-uitate, reciperẽt ſe ad montiũ uertices, nec perſua deret ſolũ, uerũ ad eam fugã ipſe etiam, quæ poſ-ſet, adiumẽta conferret: quem ex his inſimulares, quem male de omnibus mereri díceres? eúmne quí ab his turbínibus & tẽpeſtatibus ad ſereniſſi-mum ac trãquilliſſimum portũ eos homines, qui in medio æſtu iactarentur, abduceret: an eos qui naufragia iſta ac pericula paraſſent? Non itaq; ue lím arbitreris meliore in ſtatu modo reshumanas eſſe, q̃ ciuitatem tyranno incubatam, uerum in longe deteriori. Neq; enim homo aliquis, ſed dæ mon quídam iniquiſſimus, tanq; tyrannus imma nis atq; atrox, cum uniuerſis ſuis copijs ac phalã-ge tota, uniuerſum ſimul orbẽ occupãs, in humа-nas animas graſſatur. Demũ inde ueluti ex arce quadã, impia & ſcelerata quotidíe edicta oĩbus proponit, nõ modo matrimonia dirimẽs, ſiue pe cunias aut mittens aut ferens, aut iniquas tantum exercens cædes, uerum longe his quoq; grauiora atq; diriora indicia tyrannidis præ ſe ferens. Con-iunctam enim ſemel deo humanã animam, eius familiari contubernio ſubducens, atq; flagitioſis immundiſq; ſatellitibus ſuis illudẽdam tradens, impuris illorum cõgreſſibus ſubſterni cogit: qui poſtquam eam ſemel aſſumpſerint, adeo illi turpi ter congrediuntur, tamq; cõtumelioſe, quantum credere par eſt nequiſſimos dæmones, uehemen ter atq; immaniſſime perditionem noſtram atq; turpitudinem deſiderantes. Exutam enim om-nibus uirtutum indumentis, uitiorumq; pannis obſitam, eisq; ſordidis, conſciſſis ac putridis, qui-bus profecto fœdior apparet, quàm ſi nuda eſſet, familiariq; ſibi impudicitia, & oĩ flagitio reſper gentes, ac penitus inficiẽtes, illi fœdiſſime omni contumelia illudere non deſinunt: neq; enim ul-lam ſatietatem nouerunt inceſti huius ſceleratiq; concubitus. Cæterum ut ebrij faciunt, qui cum ſe multo mero ingurgitauerint, tunc maxime exar-deſcunt, ac feruntur per uitia præcipites: ita & hi quoq; tunc maxime inſaniunt, eisq; & uehemen tius inſtant, & ferocius inſultant, cum illa ad om-nem turpitudinem abuti cœperint, compungen tes undiq; atq; mordẽtes, uenenaq; nequitiæ ſuæ in illam refundentes, nec prius deſinentes, quàm

in

in ſuum illam habitum, formāq; tranſtulerint, uel corpore abſolutam uiderint. Quænam ergo uiolēta dominatio, quæ captiuitas, quæ uaſtitas, quę ſeruitus, quænā in ſeruitutē abductio, q̄d bellū, quod naufragiū, quæ fames aut peſtis, quid horū deniq; his ulla ratione cōferri poſſit, quin uideat eſſe leuiſſimū? Quis adeo dirus, quis tam ferus ac ferreus, quis ita brutus atq; inhumanus, adeoq; ſi ne ullo miſericordiæ ac doloris ſenſu, quin malit eiuſmodi animam ſic affectam cōtumelijs, ſic undiq; probris laceſſitam, pro uirili parte, flagitioſa iniuria inſanaq; contumelia abducere, liberare, cōſeruare, quàm ſic deſtitutam negligere, prætere rire, relinquere? Quod ſi id eſſet, ut eſt profectò immanis animi, atq; lapidei: ubinam, quæſo, illos ſtatuemus, qui pręter id, q̄d eiuſmodi negligūt, aliud etiam, & quidem longe deterius ſcelus admittunt? Eos enim qui parati ſunt mediis ſe periculis cōſtanter obijcere, nec renuunt in ipſum feræ beluę guttur manus demittere: quinimo & fœtorem omnem, atq; pericula ſubire, ut abſorptas iam ac deuoratas animas ex ipſis dæmonum faucibus educant, atq; uiolenter extrahant, non tantum non laudant, neq; amplectuntur, ſed impellunt quoq; atq; perturbant undiq;. Quid ergo, inquit aliquis, cūctí ne periere, qui urbes habitāt, ac uitæ huius periculis iactant̄, ipſiſq; iam urbibus dimiſſis atq; deſolatis, ad ſolitudines confugiendum erit, atq; in ipſis montiū uerticibus ſedes nouæ collocandæ? tuq; iſta iubes, ac te legislatorem profiteris? Minime id quidē, ſed cōtrà penitus: ut enim ſuperius dixi, et uellē & uehemēter optarē, eo nos in ſtatu rerū, eaq; in pace degere, adeoq; tyrannidem malorum horum omniū deſtrui ac diſſipari, ut non modo eis, qui in ciuitatibus degūt, nulla neceſſitas incumberet occupandorum atq; inhabitandorum mōtium: uerum hi quoq; qui ſolitudines incolunt, ueluti fugitiui quidam longo poſtliminio ſecuri ac tuti, pacatis rebus ad ciuitates ſuas remeare poſſent. Sed quid ago? Vereor nimium, ne dum illos patriæ ac parentibus reddere ſtudeo, nequiſſimorū dæmonū manibus tradam, dumq; ſolitudine & fuga abducere & reuocare cupio, p me illi philoſophia omni, quietiſq; trāquillitate excidant. Quòd ſi tu mihi ciuitatum multitudines in mediū adducas, hiſq; putes exoratū iri; atq; in eam ſententiā traducendū, ut putē deum parciturum multitudini, nec paſſurū in orbem uniuerſum damnationis ferre ſententiā, ſumptis Chriſti uerbis, aduerſus obiectionē tuam ſtabo. Neq; enim tam audax factū, tam nefariū facinus admittes, ut etiā aduerſus eius ſententiā, qui nos tūc iudicaturus eſt aſſiſtas. Quid ergo ille inquit? Anguſta eſt ianua, atq; ardua uia, quæ ducit ad uitā, & pauci ſunt qui inueniūt eam. Sin uero pauci ſunt qui inueniunt, profecto longe pauciores erunt, qui ad ſummum eius peruenire poſſunt. Neq; em̄ omnes, quiq; illam initio apprehēderūt, ad finem etiā profecti ſunt: ſed alij quidem in ipſis ſtatim initijs, nonnulli itineris medio, plurimi uero in ipſum iam ferè portū inuecti, naufragiū fecerūt. Rurſus autē multos eſſe aiunt, qui uocati eſſent, paucos qui electi. Cumq; ita Chriſtus ampliorē quidem pereuntium partem eſſe aſſeueret, atq; in paucis ſalutē præfinitam dicat: quid tu pugnas aduerſus me? Prorſus em̄ idem facis, ac ſi de Noe & diluuio uerba nobis facientibus admirareris, & an id fieri potuerit, ut omnes perierint, duoq; tantū uel tres homines effugerint, interrogares: his tu rationibus ora noſtra obſtruere poſſe te putas, perinde ac iſtis perſuaſi, nō auſuri ſimus aduerſus multitudinem ferre ſententiam. Sed enim id nunquā penitus efficies, nec perſua debis, ut multitudinē ueritati in honore præferamus. Neq; enim his quæ tum cōtigiſſe memorantur, inferiora iſta ſunt, uerum multo funeſtiora etiam atq; ſceleratiora: atq; eo magis, quò gehēnæ iſtis intentatur ignis, & ne ſic quidem uitia arcentur, neq; excidūtur. Quis em̄, oro te, non fatuum appellat fratrem? leue id uidetur, at igni ſempiterno facit obnoxium. Quis nō intendit impudicis oculis in mulierem? hoc autem cōſummatum adulterium, pleniſſimumq; flagitium deputatur. Is uero qui adulter eſt, quod in gehennam ignis proijciendus ſit, omnibus profecto cōſtat. Quis non deierauit? Atqui iſtud penitus ex malo eſt: quod autem à malo eſt, id à deo ęternū parit cruciatum. Quis nunq; omnino amicis inuidit? Hoc uero publicanis ipſis, & gentilib. deteriores facit. Quòd autem eiuſmodi effugere ſupplicia ęterna non poſſint, ita omnibus liquet, ut non poſſit clarius. Quis furorem omnem, atq; iracundiā ex corde depulit atq; abiecit, peccataq; omniū in ſe delinquentiū remiſit? At is qui non dimiſerit, quòd æternis ſupplicijs adijciendus ſit, nemo qui Chriſtum audierit, refragabitur. Quis non ſeruiuit mā monæ? Sed qui eiuſmodi ſeruit, Chriſti ſeruitutē penitus abiecit: q̄ uero Chriſto ſeruire abnuit, ſalutem ſuam prorſus abnegauit. Quis occulte nulla in aliquem maledicta coniecit? Eos ſane qui ſunt eiuſmodi, uetus quoq; lex cōcidi atq; interfici iubet. Sed enim in tantis malis, tantisq; periculis, quæ nos conſolatio, quod ſolatium ſuſtentat ac recreat? Quod omnes, ueluti ex ſigno quodā & condicto, per uitiorum ac flagitiorum omnium abrupta feruntur. Miſera plane conſolatio, & eius quæ nunc obtinet peſtis ſingulare documentum, argumentumq; præcipuum, quando quidē id nobis malisq; noſtris ſolatium affert, quod ipſum maioris mœroris, & complorationis materia eſſe debuerat. Neq; enim multitudo in peccādo ſociorum criminibus nos ac pœnis liberabit. Sin aūt aliquis ex his, quæ modo diximus, adducitur, ut ſibi diffidat, ac penè deſperet, is pauliſper expectet, dum ea dicamus, quæ his multo diriora ſunt, & tunc id longe patietur amplius. Nam ſi iurare, diabolicum eſſe comprobatur, qui iuramēta etiam conculcant, nec periurare metuūt, qua tandem animaduerſione puniendi erunt? Si fatuum appellare fratrē, gehennæ flammas attrahit, quid hi patientur, qui eum probris & cōtumelijs innumeris, etiā innocentē, nullasq; iniurias irrogantē

Matth.7

Gen.6.& 7

Exod.21 Leuit.20 Num.12

affligere non metuunt? Si meminisse tantummodo iniurias, omni punitione dignum iudicatur: etiam ulcisci pergere, quantos cruciatus promeretur? Verũ hęc suo tempori & loco reseruabimus. Vt enim alia interim omittã, hoc ipsũ quod nos hęc scribere impulit, nónne uel solum sufficit præsentis, iamq; obtinentis morbi pestem indicare? Si enim peccata propria negligere, quinetiã sine doloris sensu quotidie peccare extremus malitiæ terminus esse pro confesso habetur: ubi tãdem istos nouos, nouæ huius atq; iniquissimæ ferendę legis autores statuemus, qui maiori cõstãtia atq; fiducia fugãt ac propulsant uirtutum magistros, quàm faciunt malitiæ ac uitiorũ alteri: eosq; multo amplius & uiolentius oppugnãt, qui peccata emendare pergunt, quàm qui ipsi peccauerunt? Immo uero cum illis non nisi iucunde ac libenter utantur, neq; criminentur aliquãdo, istos uix unquam lætius intueri possunt, quodãmodo & uerbis ipsis & operibus clamantes atq; suadentes in hærendum esse uitijs acerrimè, atq; ad uirtutẽ nũquam accedendum, quandoquidẽ nõ modo qui propensius ei operam dant, uerum si qui uel liberiori eam uoce tueri audeant, eos omnibus incõmodis afficiendos censent.

AD GENTILEM ATQVE INFIDELem patrem. Liber secundus.

Hier.21

STATIS quidem & ista esse poterant, quibus incuteretur stupor ingens, atque horror. Quòd si qui super his prophetæ illud nunc loquatur: Obstupuit cœlum super hoc, & exhorruit terra uehementer: Itemq;, Stupor atq; horrẽda facta sunt in terra: opportune et hæc, & huiusmodi cũcta prosequetur. Verum id longe grauius atq; acerbius est, quòd nõ modo alieni quidã, & nullo his quibus cõsulitur propinquitatis, nullo familiaritatis iure coniũcti, ita indignantur & fremunt, uerum ipsi quoq; propinqui ac parẽtes super his irasci didicerunt. Tametsi nõ sum ignarus complures esse, qui patribus quidem ita affectis facile ignoscendũ putant, nec propterea ualde admirari dicũt: suffocari autem se ac penè dirumpi iracũdia, cum uideant eos, qui neq; patres sũt, neq; amici, neq; propinqui, neq; ulla penitus alia ex parte necessarij, quin et frequenter ignoti, aduersus eos qui philosophari instituunt, hoc ipsum pati, atq; ipsis patribus magis angi & dolere, eosq; q illos hortati sũt, & ad eius uitę amorẽ traduxerunt oppugnare, insimulare, ac maledictis omnib. persequi. Mihi uero lõge alia mẽs est. Eos enim qui nullum paterni affectus priuilegiũ, nullum ius amicitiæ ac familiaritatis habent, alienis in bonis angi, nihil profecto nouum, aut mirum uideri debet, partim inuidiæ stimulis concitatos, partim malitiæ suæ, atq; uitijs aliorum perditionem solatio, & excusationi esse arbitrantes. Miseret id quidem & infeliciter, arbitrantes tamen. At uero qui genuerunt, qui educauerũt, qui diebus singulis natos suos proficere, sibiq; ipsis & ad uirtutem, & ad gloriam præcellere & cupiunt, & optant: qui propterea cuncta & patiuntur & faciunt, eos quadam ueluti ebrietate correptos repẽte mutari, angiq;, ac dolere uehementius, cum ab se liberi ad philosophiam abducuntur: hoc profecto est, quod unum omnium ego maxime admiror, quodq; omnia iam corrupta sint et perdita, satis firmum & ualidum argumentum esse duco. Hoc enim prioribus temporibus unquam contigisse, nemo qui possit dicere, ne tum quidẽ cum late dominaretur error: ac tum quidem semel memoratur in gẽtili & Græca ciuitate, sed quam tyranni incubabant. Neq; tamen tum parentum ali quis, ut nunc, sed hi qui arcem occupauerãt, ne hi quidem omnes, sed qui horum erat flagitiosissimus: Socratẽ irridẽs, iubebat philosophiam tueri, atque ad eam hortari desineret: uerum ille tyrannus perfidus, sæuus, atrox, & qui ad euertendam rempublicam cuncta moliebatur, alienisq; in malis acquiescebat & gloriabatur, cum sciret nihil æque, atq; talem iussionem optimum reipublicæ statum posse peruertere, id ausus est, quod ante illum nemo. At hi & fideles, & in bene institutis ciuitatibus, ac sub optimis legibus degentes, liberisq; suis consultum cupientes, ea de sanctis uiris loqui audent, quæ ne tyrannus quidem de his quib. dominaretur auderet, nec erubescũt. Itaq; horum gratia magis indignandum ac ferendum moleste erat, quam aliorum admirandum. Idcirco & ego illos missos faciens, istos qui in primis curam filiorum gerunt (loquar uerius, qui curam gerere debuerãt, non autem gerunt) leniter & summa cum moderatione alloquar: hoc ab illis primum bona uenia impetratum cupiens, uti ne moleste ferant, neu indignẽtur, si quid utile sit, quidue magis expediat illorum liberis nos melius scire dixerimus, quàm illosipsos. Neque enim quisq; qui procrearit filium, quid etiã illi conducat docere eum poterit, etsi eiusce instruendi uoluntas honesta nõ desit, quam elicit à natura insitus parentum singularis ad filios affectus. Ad id enim edocendũ diligenter quid utile sit, neq; procreando pater, neq; amando unquam sufficeret. Nã si istud cõcederetur, nemo hominũ certè patre melius nosse atq; cõspicari posset, quidnam esset filio utilius: sicuti ne in amando quidẽ filio nemo est qui patrẽ superet, uel etiã exæquet. Quinimmo ipsi quoq; patres ex his qui studiose agũt, hoc ipsum se ignorare confitentur, cum ad magistros ducunt, cũ pędagogis instruendos tradunt, cũ plurimos consiliarios assumunt, qui, quodnã uitæ propositum filio arripiendum sit, quiue delectus habendus, & amice & fideliter consulant. Id autem est item mirabilius, q; dum de filijs consultãt, dum familiari colloquio quid sentit quisq; in mediũ adducit, illi nõnunq; suam irritantes, aliorum sententiã ratam esse, atq; obtinere uoluerũt. Itaq; ne nobis quidẽ succenseãt, neq; indignent, si quod eorũ liberis utile futurũ sit, nos illis melius nosse dixerimus: uerũ nisi id certa ratione constiterit, tunc accusent, tũc afflígãt, tũc probris appetant

petãt,ueluti reuera perditos,flagitioſos, ac naturæ totius inimicos. Quonã ergo modo iſtud manifeſtũ erit,aut qua ratione ſcire certius poterimꝰ quiſnam ſit, qui quod utile ſit planè proſpiciat, quis ue qui proſpicere quidẽ ſibi uideatur,nequaquam uero proſpiciat? Si utrorumq; rationes pugnantium in morem ad examen iudicij deſcendere,atq; congredi cominus cogamus, permiſſa omni de hiſce iudicandi facultate incorruptis interrimiſq; iudicibus. Itaq; lex quidem certaminis noſtri Chriſtianum exui ad pugnam iubet,atque cum illo ſolummodo certare, qui ſit eiuſdem religiõis cultor, nihilq; amplius requirit à nobis. Quid enim ad me attinet eos etiam qui foris ſunt
1 Cor. 5 iudicare? ait beatus Paulus. Verum quia ſæpe cõtingit,ut plurimi ex his qui ad cœlum pertrahuntur, filij gentilibus atq; infidelibus patribus ſint, quanquam lex certaminis nos contra huiuſmodi dimicare non iubeat,ſponte tamen ipſi,ſummaq; alacritate aduerſus iſtos primum pugnare aggrediemur: Atq; utinam aduerſus iſtos tãtum nobis certamen indiceretur, quanquam ipſum quidem perdifficile eſt,plurimaq; habet capita. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, ſtultitia quippe illi eſt. Prorſus idem facimus,ac ſi aliquem hortari uellemus, ut cœleſte regnum appeteret,qui antea credere an id eſſet, aut quidnã eſſet, renuiſſet. Sed tamen cum tantis anguſtijs coarctatus ſim: ſic quoque aduerſus iſtos tantum hoc mihi certamen indici uehementer optarem. Nam ſi ad infidelem aliquem hic mihi ſermo inſtituatur,erunt mihi iura complura, bonitásque cauſæ adiuuabit plurimũ, etſi eam uictoriæ meæ uoluptatẽ obſcurat, & obruit magnitudo uerecundiæ. Suffundor enim uehementer, ſi aduerſus illum quoq; me pugnare neceſſe ſit, uereorq; ne hoc crimen tantũmodo gentilis mihi poſſit obij cere: nam in reliquis illum, & quidẽ facile ſuffragante gratia diuina capiemus: atq; ſi uoluerit eſſe non ingratus, cito illum non modo ad amorem huius uitę traducemus,uerũ ad ipſius quoque doctrinæ,ac religionis deſiderium,à qua uita illa initium & materiam ſumpſit. Tantum uero abeſt,ut certamen aduerſus illum ſubire metuam, ut cum id primum durius,atque difficilius mea oratione cõſtituero,tum demum pugnare aggredi inſtituam. Fingamus nempe patrem iſtiuſmodi nõ modo eſſe gentilem,ſed nobilem quoq;, & ultra omnes homines locupletem,inſignem, ſingulari potentia prædituꝰ,habeat agros plurimos,ædes permultas,auriq; innumera talenta: ſit præterea clariſſima patria & regia, illuſtriſſimo genere, neq; habeat alios liberos,neque habiturum ſperet: ſed huic ſoli innitatur,& ex hoc ſolo pẽdeat. Quin & ipſe ſit ſummæ ſpei, eoq; ingenio, natura, induſtria, ut ad imperia, & ad magiſtratus mature aſcenſurus expectẽ, patremq; ipſum & ſplẽdore, & gloria breui ſuperaturus, omnibusq; uitæ cõmodis longe anteiturus. Tũ uero in medio tantæ ſpei & expectationis accedat aliquis ad illũ, atq; de hac ei philoſophia uerba faciens, perſuadeat ut ſpretis illis omnibus, ueſtem ſe ruſticam induat,& relicta urbe ad montẽ confugiat,ibiq; plantet,inſerat,riget,aquas ferat, cæteraq; monachorum faciat opera,quæ & uilia, & indigna eſſe uideantur. Incedat præterea diſcalceatus, & humi iacens quieſcat, efficiaturq; pallidus, gracilis, ac macie confectus decorus ille adoleſcens, qui tantis antea in delicijs & honoribus degebat, tãtæq; ſpei ſigna præ ſe ferebat,uiliuſq; etiam quàm ſerui ſui ueſtiatur. Num ſatis multas accuſatori occaſiones dedimus, ſatisue aduerſariũ armauimus? Præbeamus illi alias quoq;, ſi ſatis adhuc inſtructus non eſt: præter iſta enim quæ dicta ſunt,omnia moueat pater,cunctaq; moliatur, ut diſſuadeat filio,atq; ab arrepto illum inſtituto reuocet: ſed in caſſum, utpote cum ille ſupra petram collocatus ſit, & fluminibus & pluuijs, & uentis cedere non norit. Lamentetur,& lugeat,atq; lachrymas emittat,& ut indignationem omnium aduerſum nos magis incendat,circumeat iugiter mœrens, afflictus,ſordidatus: omnésque prenſans, contra nos huiuſmodi accuſationẽ cõmoueat. Filium ego genui,& enutriui,ætatemq; omnem in erumnis contriui,cuncta ea & gerens & patiens quæ ex hac educatione liberorũ ſolẽt accidere. Spem de illo optimam habui,pædagogos accerſiui,magiſtros obſecraui,pecunias impendi,uigilaui ſæpiſſime,curam gerens ingentẽ,ut quàm ornatiſſimus atq; eruditiſſimus euaderet,ut in nullo maioribus ſuis eſſet deterior,ut omnibus appareret illuſtrior & clarior. Expectabã hunc ſenectuti meæ ſolatio & adiumẽto fore,proceſſuq; temporis de uxore,ſplendidiſſimoq; matrimonio tractabam, de imperio,de magiſtratibus,& inſigni poteſtate cogitare cœperam. Cum repente tãquam fulmẽ, aut procella ingens, neſcio qua parte irruens preciоſſimam nauem, multisq; oneribus refertam, quæ plurima pelagi ſpacia confecerat, ac ſecũdis uentis nauigabat,cũ iam ad portum propinquaret,parũ ante ipſum oſtium ſubmerſit: metumq; non modo extremæ paupertatis, uerum acerbiſſimæ mortis,ac perditionis eius capiti,qui iſta parauerat, tempeſtas illa ſæua circumdedit. Sic ſic profecto mihi nunc contingit. Nanque execrabiles illi, flagitioſi, perditi nebulones (dicat enim hæc,atq; huiuſmodi cætera, nihil illi ſuccenſebimus) tantæ ſpei filium,ſenectutis meæ cuſtodem & nutritorem, ueluti latrones quidam immaniſſimi mihi repente ſubductum in ſpeluncas ſuas abduxerunt: adeoq; illum ſuis carminibus excantauerũt, ut eligat magis aduerſus ferrum, ignem, beſtias,aduerſus omnia deniq; fortiter,ac ſumma conſtantia perſiſtere,quàm ad priorem proſperitatem prioresq; copias remeare. Quodq; his durius & grauius eſt,illi ipſi qui hæc perſuaſerunt,melius ſe quid ſit utile ſcire, atq; intueri profitentur, quàm nos. Deſertæ iam domus,deſolati agri, ipſiq; agricolæ,ac ſerui luctu ac mœrore pleni ſunt. Exultant in malis meis inimici,pudoreq; operiũtur amici. Apud me autem nulla ſententia obtinet,niſi ut iniecto igne cũcta ſimul exurã, ædes,

agros, armenta boum, greges pecorum. Quo enim mihi iam hæc utilia sunt, cum ille non adsit, cuius usibus parata erant, captiuus scilicet abductus, atq; apud Barbaros crudelissimos seruitutem seruiẽs, omni morte duriorem atque acerbiorem? Amictu nigro seruos omnes operui, cunctamq; familiam. Aspersi cinere capita mulierũ, choros instituí, iussiq; dirius atque amarius plangere, quàm si mortuum uidissem. Date ueniam hæc facienti mihi, hic mihi luctus longe illo maior, diuturnior, grauior. Iã mihi ferè lux ipsa molesta est, ipsosq; solis radios ingrate suspicio. Quoties enim in mentem uenerit infelicis illius habitus: quoties uilissimis illis rusticis inhonestius illum amictum uideo, atq; ad opera uiliora cõuersum: quoties inflexum eius immobileq; propositum, utq; nulli cedat desiderio, uror, disrumpor, distrahor. Hæc atq; eiusmodi dicẽs, prouoluatur etiam audientiũ pedibus, aspergat cinere caput, deturpeturq; puluere faciẽ, caniciem uellat, omnesq; prehendens oret, se ut adiuuent, ac porrigant manum. Satis puto diligenter accusatorem expressimus, atq; instruximus ad cõmouendam auditoribus omnibus uehementem iracundiam, & ad persuadendũ, ut eos qui horum causa sunt, per præcipitia deiectos exterminent: atqui nos id circo ad has supremas angustias oratione nostra prouecti sumus, ut cum is qui ita uenerit paratus diuina gratia superatus fuerit, iam nemo nobis obstrepat. Cum enim is, qui ista oĩa quæ prædixi, simul habet, cõuictus fuerit, atq; obmutuerit, & is quoq; qui non omnia simul habet (neq; eĩ facile cuncta ea conuenire possunt) nobis iam de uictoria concedet. Hic itaq; & ista, & his plura etiam loquaẽ. Ego in primis iudices orabo, ne statim misereantur senis huius, sed hanc misericordiam differant in extremum, cum illum ostenderimus lugentem filium, in nullo quidem uiolatum, nihilq; penitus perpessum mali, uerũ cõtra etiam maximis potitum bonis, eisq; tam insignibus, ut excellentiora nõ possint reperiri. Tunc eĩ profecto miseratione & lachrymis dignus iudicandus est, cum nati felicitatem, secundosq; successus, ne conspicari quidem possit: tantumq; abest, ut ea intueatur, ut sic in maximis profectibus tanquam in summis eius malis lamẽtetur. Quodnam ergo erit nostræ orationis exordium, aut unde potissimum inchoabimus? Ab ipsis planè opibus atq; pecunijs. Nam & ipse maxime omnium hoc unũ lamẽtis omnibus, omniq; cõploratione prosecutus est, idq; sibi uidetur esse acerbissimum, si diuites filij pertrahantur ad hanc duritiam uitæ atq; propositi. Dic ergo, quæso te, utrũ omnes beatũ dicimus atq; inuidiosum, & planè felicissimum: eũmne qui siti semper æstuat, quiq; anteq; priorem calicẽ sorbuerit, rursus alio indiget, atq; semper in hoc perseuerat statu: an eum qui superior ea necessitate constitutus, sine siti semper durat, nec ulla unquã potationis necessitate constringitur? Nónne alius quidem his, qui graui febrium ardore cruciãtur, simillimus uidetur, atq; uiolen-

A tissimæ necessitati addictus, etiamsi ex fontibus haurire purissimos atq; uberrimos latices possit: alius uero uera profecto libertate liber est, ueraq; sanitate sanus, ipsamq; naturã excedit humanã? Quid illud? Si quis adamaret mulierem, eiq; concederetur iugiter, uerum maiore post concubitum illum flagraret ardore: alius uero persisteret hac insania liber, & ne in somnijs quidẽ unquam hoc malo caperetur: uter rursus felix & beatissimus uideretur? nónne iste? Vter contra infelix & miserrimus, nónne is qui nouo hoc amore languet, qui nunquam possit prorsus extingui, quin imo excogitatis quoq; remedijs magis, magisque succenditur? Sin autem præter ista, quę dicta sunt, etiã ex ipso morbo suo se beatum dicat, nec
B curet ipse, nec uelit ea necessitate liberari: quin eos quoque lamentetur & lugeat, qui iam ea peste liberati sunt, ut iste nũc facit: nónne hic quoq; miserabilior erit, atq; infelicior, non tantum q̃ morbo illo & peste detinetur, uerũ quòd ne id ipsum quidẽ quòd langueat nouit, propterea q; nec ipse liberari ualet, & eos qui iam liberati sunt, luget? Reducamus igitur hãc orationem nostram ad pecuniarum possessionẽ, inspiciamusq; quis re uera miser, quis infelix sit. Illis nempe amoribus iste & uehementior, & insaniæ propior est: non idcirco tantũ quòd molestiores habet faces, uerum quòd ad excogitata quęq; solatia inflexus perdurat, duriórque ex illis atque acerbior efficitur. Citius quippe hi qui & potum, & corpora a-
C mant, postquam his potiti fuerint, satietatem sument, quàm qui diuitiarum insanis amoribus flagrant. Quocirca illos nostra oratiõe effingere necesse fuit, quòd non facile sit, neq; in prõptu illorum documentum: huius autem pestis multa possumus exempla afferre. Nam, quæso te, idcirco lamentaris, & luges filium tuum, quòd hac tanta uesania, tamq; desperato morbo liber euasit? q̃ hoc irremediabili insanoq; amore caruit? quòd bello hoc, & pugna mansit immunis? At id nunquam passus ille fuisset, inquies, neque plura concupisset: uerum his quæ haberet contentus, nihil inquisisset amplius. Rem quidẽ dicis impossibilem, ipsiq; (ut ita dixerim) naturæ contrariam. Verum si istud quoq; concedamus fieri potuisse,
D ut ea esset moderatione animi, ut his quę haberet nihil uellet adijcere, nec ullo unquam eiusmodi mœrore caperet: ego sic quoq; illum maiori modo in qete ac uoluptate cõmorari docebo. Quid enim leuius aut tranquillius esse censebimus, tantis ne, tantarumq; rerum curis implicari, eiusmodiq; custodiæ, ac seruituti obnoxiũ, & obstrictũ fieri, quotidieq; solicite metuere, ne quid rei familiaris pereat: an uero his curis, atq; uinculis omnino expediri? Nam etsi sarcinas alias nõ appetat, ut interim id concedamus: nónne multo melius, multóque prestantius est, iam imposita abijcere quàm ab eis ipsis opprimi? Deniq; si, ut concessum est, maximũ bonum elicitur, plurimis non indigere, minimisq; contentũ esse, necessitate oĩ celsiorẽ euadere, maioris profecto felicitatis erit.

Is enim

Is enim qui neq; sitit unquam, neq; amat(nihil enim me prohibet rursus ad eadem exempla redire) multo profecto beatior, multoq; glorioſior eſſe monſtratus eſt, non modo eis qui ſemper ſitiunt, ac ſemper amant: ſed eis quoque qui quantumlibet parum id paſſi ſunt, ſuæq; concupiſcentiæ ſatisfecerũt, cum ipſe nunquam eiuſmodi neceſſitati ſe ſubdiderit. Percontabor autem te rurſus, ſi diuitijs ultra omnes eminere, cunctisq; eis malis eximi, quæ ſolẽt illæ parere, liceret, ergone non incredibiliter optares ea pace ac tranquillita te frui, ut non inuidiam, non calumnias, non inſidias, non curas, nõ quicquam aliud eiuſmodi ab ullo prorſus hominũ patereris, aut pati formidares? Quòd ſi filium tuum hęc omnia habere monſtrauero, atq; longe etiã eſſe ditiorẽ: deſinésne tãdem te lamentis ac ſuſpirijs adeò amaris conficere, tamq; diris gemitibus abſtinebis? Nempe abſolutum eum curis illis, ac malis reliquis quæ ſolent opes è ueſtigio ſubſequi, ne tu quidẽ ipſe negabis. Idcirco nec nos ad te de ea re uerba facere neceſſe eſt. Studes autem id magis addiſcere, quonam modo ille diues ſit, ac te ipſo qui tam multa poſſides longe opulẽtior: hoc ego modo te docebo, oſtendamq; te ſi illi cõpateris, id pati, quod illum pati arbitraris, atque extrema in paupertate degere. Nec modo me cœleſtia bona perſecuturũ putes, quæ nobis poſt huius exceſſum uitę reddenda ſunt. Ex his quæ ſunt in manibus, quæ tenentur, te interim docebo. Nempe enim tu eorũ tantum, quæ poſſides, dominus es: ille uero omnium quę ſunt in toto orbe terrarum. Sin uero tu minus credis, age ad illum adducamus, ac perſuadeamus, ut de monte deſcendens, magis aũt illic reſidens, alicui ex his, qui & diuites ualde, & religioſi ſunt, mandet, ſibi mittat auri pondus quantum ipſe uis: ſiue quia iſtud non pateretur, illi uel illi indigenti dare iubeat: uidebis diuitem illum ſibi deuotius, alacrius, promptius obaudientẽ, q; faceret nutu tuo quiuis ex diſpenſatoribus tuis. Nam hic quidem cum aliquid iubetur impendere, mœrens, triſtis, demiſſus id facit: contrà ille cũ non impenderit, tunc demum maxime trepidat, atq; anxius eſt, ne forte in aliquo offenderit, q; ſibi eiuſmodi nihil imperetur. Atque ego plurimos tibi poſſem oſtendere, non modo ex eis qui excellentiores ſunt, uerũ ex humilioribus quoq;, qui tãta hac poteſtate ſunt prędíti. Atqui tu, ſi qui dem uillici tui ſibi credita male aſſumpſerint, alium nõ habes à quo petas, uerum illorũ peruerſita te ex diuite continuo pauper efficeris: at filius tus nil eiuſmodi metuit, Siue enim ille cui prius imperauerat diuitijs excidat, imperabit alteri: ſiue is quoq; aliquid tale paſſus fuerit, ad alterum ſe conuertet. Prius denicq; deficient fontium latices atq; ſiccabuntur, quàm qui nato tuo non obtemperet imperanti. Quòd ſi nobiſcum in religione cõcordares, enarraſſem tibi profecto multas ac longas, nouasq; & ueteres eiuſmodi hiſtorias. Verum quia te gentilem profiteris, gẽtiliũq; doctrinis acquieſcis, ne hinc quidẽ exempla de-

A erunt: audi denicq; apud Platonẽ quid ad Socratẽ loquatur Crito: Tibi quidem ſunt meæ pecuniæ, ut equidẽ reor, ſatis multæ: ſin uero tu quòd mei curam geras, idcirco re mea tibi abſtinendũ cenſes: at hi qui adſtant, ſuam quiſq; impendere parati ſunt. Intulit quippe in hoc ipſum pecuniam ingentẽ Simmias, paratus eſt Cebes quoq;, alij itẽ permulti: itaq; ut antea dicebam, noli ullo horum metu laſſeſcere, tuãq; ſalutem quin tuearis, negligere. Neq; uero id quod paulo ante in iudicio dicebas, moleſtiam tibi ullam, aut curam pariat, q; ſcilicet, pfectus à nobis, nõ haberes quatenus te ipſo uterere, quibũsue uſui eſſe poſſes. Multis enim & alijs in locis, quocunq; tu tandem proficiſcare, amabunt te, atq; obſeruabunt plurimi. Sin B autem uolueris & in Theſſaliam pergere, ſunt mihi pleriq; illic hoſpites, qui & te plurimi facient, & tutũ eſſe ab omni iniuria præſtabũt. Quid hac ſuppeditatione iucũdius dici poſſit, aut gratius? Verum iſta quidem, ut ad hominẽ ſeculo obnoxiũ ſunt dicta. Quòd ſi ſubtilius atq; diligentius nati tui opes diſcutere uelimus, tu quidem fortaſſe non aſſequeris intellectu quę dicimus, ea tamẽ ad iudices neceſſariò dicenda ſunt. Tantæ enim ſunt uirtutis opes atq; copię, adeoq; quàm ueſtrę dulciores atque amœniores: ut qui has habuerint, nunquam eas uelle poſſint cum uniuerſa terra commutare, ne ſi illa quidẽ aurum fiat cũ mari & fluminibus, & montibus: atq; ſi fieri id poſſet, didiciſſes profecto ex ipſo experimento, q; non C iactãtiæ, & leuitatis uerba loquimur: ſed maiores q; illi, copioſioresq; diuitias negligerent ac ſpernerent, ut eas poſſent adipiſci, nunquam prorſus iſtis illas commutarent. Et quid ego dico, cõmutarent? Ne cum illis quidem has habere uellent. Et certe ſi qui uobis unà cum pecunijs uirtutis conferret opes, obuijs eas ſupinisq; manibus ſuſciperetis. Adeo ipſi quoque eas diuitias & magnas & admirabiles eſſe confitemini. Contra, iſti ne cum ſuis quidem opes ueſtras habere dignabuntur, adeò rem eſſe cõtemptibilem ac penitus abiectam norũt: atq; hoc ipſum rurſus exemplis ueſtris perſpicuum faciam. Quantum enim pecuniarum Alexandrum Diogeni daturum putas, ſi quidem ille uoluiſſet accipere? Sed noluit. At D ille nixibus totis contendebat, cunctaq; molieba tur, ut huius uirtutibus propius accederet. Viſne aliũde quoq; & tuam inopiam, & nati tui copias cognoſcere? proficiſcere ad illum, eiusq; pallium quod ſolũ habet, illi aufer. Educ item ex cellula, atq; ipſum eius tuguriũ deſtrue, ne ſic quidẽ illũ indignantem, aut dolore aliquo cõmotum penitus uidebis: uerum aget tibi gratias, idq; tãto magis, quanto illum ad philoſophiam amplius impellis. Abs te uero ſi quis uel decem drachmas tulerit, ingemiſcere, flere, lamentariq; non deſinis. Vter ergo diues exiſtimandus eſt, uter beatus? is ne qui uel minimis mordet, an qui mortalia cuncta ſimul deſpicit? Neq; id tantũ facias q; d dixi, uerum omni quoque illum prouincia deturba, uidebis lætum, hilarem, atq; ita ridentem, ac ſi

ludens puſio ſe feriret. Te ſi quis uel ſola patria & genitali ſolo exturbet, acerbiſſima perpeſſum cõ quereris, neque eam calamitatem ferre poteris. Enimuero ille, quippe terræ marisq; dominus, ita facile, sicq; ſine mœrore & gemitu migrabit ad alia, ut facis tu cũ per agros tuos incedis, quin longe etiam facilius. Nam tibi etſi per tua licenter incedis, tamen per aliena quoq; neceſſario incedendum eſt. At uero terram ille omnẽ, ut propriam obambulat, eiq; potum undiq; largiſſimũ ſuppetunt ſtagna, fontes, amnes: cibum uero & olera, & uirentes herbæ, multisq; ex locis panes aduecti ſuppeditant. Nõdum enim id dico, quòd terram ipſam omnem aſpernatur, habens in cœlo ciuitatem. Sin autem ſibi moriendum fuerit, lætius atque iucundius feret obitum, quàm uos delicias ueſtras: atq; ita mori magis optabit peregre quàm uos in patria & lecto. Sicque ille erit plane uagus, fugitiuus, palabundus, qui urbem incolit, & domum habet, non qui his omnibus liber euaſit. Neq; enim illum unquam de patria poteris educere, niſi ex terra prius uniuerſa propuleris. Ita enim interim loquamur. Nam ut ueriſſima ratione conſtat, tunc eum maxime in patriam reduces cum terra penitus deduxeris: uerum id nondum ad te loquemur, neq; ſic agemus tecum, qui nihil eis quæ uidentur, amplius noſti. Neque uero nudum eum poteris oſtẽdere, donec amictus fuerit uirtutis indumentis: neque fame unquam perimes, quandiu qui ſit uerus cibus, agnouerit. Cæterum his omnibus diuites capiuntur facile, atq; perturbantur. Itaq; iſta quoq; ratione non peccabit, qui hos quidem pauperes, ac prorſus inopes dixerit: illos uero etiam ad omnem copiam locupletes. Nam cui cibus & potus, & domus, & requies ubique ſuppetit, nec modo in eiuſmodi nõ ingemiſcit, aut mœret, uerumetiam quàm uos in ueſtris iucundius degit: liquet prorſus eum uobis omnibus diuitibus eſſe ditiorem, qui iſta in ædibus ueſtris tantum inuenire poteſtis. Quocirca nec inopiam ille unquam lugebit. Neq; autẽ iſta uictus facilitate, & copia, & uoluptate, tantum diuitiæ iſtæ præſtãtiores ſunt, uerum ob hoc ipſum quoq;, quòd neq; capi aduerſis ullis poſſunt, neq; in paupertatem aliquãdo decidere, neq; ſubiectę ſunt incertis ullis caſibus, neq; curis anguntur, neque liuore capiuntur, ſed admirationem omnem & laudes ac famam præſtantiſſimam merentur. Atqui in uobis contraria his penitus aſpicimus. Non modo enim uos non laudant diuitiarũ gratia, uerũ hac maxime ex cauſa & oderunt, & execrantur, & inuident uobis atq; inſidiantur plurimi: hic uero quòd ueris diuitijs beatus ſit, idcirco ſummæ admirationi omnibus eſt, nec propterea inuidia, uel inſidijs ullis appetitur. Porrò ad ſanitatem uter aptior? nõne qui uirtuti ſtudet, eiusq; diuitijs beatus eſt, agreſtium inſtar animantium uiget, ac uegeto corpuſculo eſt: quippe qui & puriſſimo fruitur aere, & ſaluberrimis undis, & pratis, & floribus, & odore integerrimo atque gratiſſimo: hic uero ueluti in cœno iacens, & mollior eſt & imbecillior, & morbis omnibus magis obnoxius? Sin autem in ſanitate primas iſte partes tenet, liquet profecto quòd & in uoluptate. Vtrum enim tu magis exiſtimas in delicijs degere, eúmne qui ſuper uiridi accũbit atq; altiſſima herba ponẽ fontem limpidiſſimũ ſub umbra denſarum comantiumq; arborum, oculosq; paſcit obtutu, puriorem ipſo cœlo, nitidioremq; animum poſſidens, ab omniumq; rerum perturbatione ac tumultu lõgiſſime remotus: an uero eũ qui domi incluſus manet? Profecto emẽ nec nitenti aere puriora ſunt marmora, nec umbra tecti frõdeis umbris eſt gratior, nec lapilli ulli uel lateres ſolo uarijs ueſtito floribus amœniores: atq; horum omnium uos diuites teſtes eſtis, qui ſi fieri poſſet, in ipſis tectis habere arbores cupitis, & prata, & pẽſiles hortos, horumq; ſolatia profecto malletis, quàm aurea tecta, parietesq; mirabiles. Denique quoties ex laboribus in requiem relaxare animos cupitis, his omnibus omiſſis, ad illa properatis. Verum tu fortaſſe pro gloria quereris ingẽti illa atque ſingulari, quaſi nuſquam hic locum habere uideatur. Regiam enim ſolitudini conferens, atq; ſpem rei utriuſq; cõponens, è cœlo ipſo filium tuum decidiſſe arbitraris. Id igitur in primis oſtendendum & docendum, ut neq; ſolitudo faciat ignobilem, neque regia clarum & illuſtrem: atque anteq; ad rationes ueniamus, exemplis iſtis hac te ſuſpiciõe liberabo, exẽplisq; potiſſimum ueſtris. Dionyſium fortaſſis accepiſti Siciliæ tyrannũ, audiſti & Platonẽ Ariſtonis filiũ. Vter igitur inſignior fuit, aut clarior? uter ubique canitur, ac per cunctorum ora celebratur? Nónne philoſophus tyranno amplius? atqui ille quidem inſulæ totius potiebatur, atq; in delicijs degebat, ingentibus copijs, lictorum agminibus ſtipatus, reliquo quoq; cum apparatu regio diutius uixit: hic autem academiæ in hortis morabatur, plantans, inſerens, aquas irriguas ducens, oleasq; comedens, ac uiliſſimam apponens menſam, omníque ſplendore regij illius apparatus immunis. Quod cum ſit profecto mirabile, id oẽino mirabilius eſt, quòd ſeruus effectus, atq; ad tyrãni ſententiam uenditus, intantum abfuit ut illo propter ea aut abiectior appareret aut uilior, ut ipſi quoque tyrãno ex hoc & famam & claritudinem tradiderit. Adeo uirtus non ex his modo quæ geſſerit, ſed ex eis quoque quæ perpeſſa fuerit, non ſeipſam, non eos denicq; qui ſe affligũt permittit occultari, ac eſſe incelebres. Quid uero præceptor eius Socrates? Quanto is Archelao fuit illuſtrior, & glorioſior? at ille in plurimis opibus, ingentiq; gloria & ſplendore degebat: hic autem morabatur in Lycio, nihilq; præter unum pallium habebat, quo & hyberno & æſtiuo tẽpore, omnibúsq; horis anni utebatur, nudis ſemper pedibus incedens, ac ſine cibo toto die perſeuerans, panémq; tantummodo in cibum ſumens, atque is erat ei & pulmentum, & eſculentũ: ne iſtam quidem menſam ex rebus ſuis, ſuáq; ex domo apponebat, ſed ab alijs accipiebat. Sicq; cum ſumma paupertate

te uitam degens, adeo rege ipso fuit illustrior, ut cum eum ille frequenter ad se inuitaret, noluerit Lycio dimisso ad illius opes proficisci. Et ex ea quoq; quæ nunc obtinet existimatione quid poti us, quid excellentius sit, apparet. Nanque horum quidem nomina & celeberrima sunt, & plurimis nota: illorum uero obscura, & ferè omnibus igno ta. Diogenes uero rursus hic alius philosophus tanto & his, & eiusmodi alijs innumeris regibus opulentior fuit, semicinctijs amictus, ut cum Alexander Philippi filius exercitum in Persas duceret, omnibus dimissis ad illum pergeret uisendū, rogaretq; comínus per seipsum, ullane re indi geret, & an aliquid iuberet. Cui ille nihilo se egere respondit. Num iam exemplorum satis habes, an uis alia quoq; memoremus? Nēpe isti non mo B do his, qui in regia insignes sunt, sed ipsis quoq; regibus fuere clariores, quòd simplicem, quòd priuatā, quòd quietam uitam delegere, atq; nunquam ad rempublicā se conferre uoluerunt. Sed enim in ipsa quoq; reipublicæ administratione, si diligenter inspicias, non illi eminent aut excellunt, qui diuitijs ac delitijs, rerumq; omnium copia stipati degunt: uerum qui in paupertate, & ui litate uitam ab omni fastu alienam ducunt. Nam apud Athenienses Aristides ille, quem etiam mortuum sepeliuit ciuitas: Alcibiade, cum is opibus, delicijs, generis nobilitate, orationis ui & copia, corporis specie & robore, cæterisq; eiusmodi uin ceret, tanto fuit insignior, quāto uili aliquo pusio ne philosophus mirabilis. Apud Thebanos uero C Epaminondas, cum in concionem uocaretur, ac propterea proficisci non ualeret, q; uestē lauisset, nec aliam haberet qua operiri posset: cunctis, qui eò conuenerant, ducibus insignior ac spectatior fuit. Non ergo mihi solitudinē in medium adducas, aut regiam. Neq; enim in locis claritudo, splē dor & gloria, nō in uestibus, non in dignitate, nō in potentia, sed in uirtute tantū animi & philoso phiæ studijs consistit. Verum quia exempla fortassis apud te non usque adeo uim atq; autoritatē habent: age iam ex ipso filio tuo rem istam discutiamus diligenter. Inuenimus illum sanè non mo do clariorem esse nunc, quàm fuisset domi: uerū ex illis ipsis rebus eam claritatem assecutum, quibus illum tu & uilem esse, & ignobilē existimas. D Nam si uis, persuadebimus illi de monte descendere, atq; in forum irrumpere. Aspicies protinus totius ciuitatis in illum ora cōuerti, cunctosq; inuicem sibi eum demonstrātes, summa admiratione ac stupore, & gaudio repletos, uelut angelus aliquis de cœlo descenderit: an parum tibi gloriæ uidetur assecutus? Certe non eis modo qui in regia uersantur, sed ipso quoq; cui diadema circunligatū est, profecto erit illustrior, idq; assequetur ob indumenta illa uilissima, atque conscissa. Nun quam enim ita miraculo ac stupori omnibus fuisset, si uestibus operiretur auratis, si ipsam purpuram denique, ipsamq; gestaret capiti impositam coronam, si stratis insideret sericis, aureoq; curru mulorum officio inueheretur, aurata lictorū turba comitatus: ut modo est squalore ac sordib. obsitus, crasso q; amictus indumento, nullo à latere comitatus assecla, nudisq; pedibus incedens. Regij nanq; illi apparatus & solennes sunt, & consti tuti legib⁹ ac definiti, atq; adeo nemo regem admiratur, quòd uestem induat auratam. Non modo enim non miramur, uerum si quis id admirans dixerit, ridemus: quippe qui nihil nouum, nihil mirabile locutus sit. At si quis de filio tuo uerba faciat, utq; irriserit paternas opes, omnemq; seculi gloriam dederit pessum, omniq; mundana spe celsior euaserit, atq; ad solitudines commigrans tunica uili, conscissa ac putri se induerit: si hæc, in quam, ille de filio tuo prosequatur, prorsus conti nuo concurrent omnes, applaudentq;, atque laudabunt eius magnitudinem animi tantam & tam illustrem. Contra, cum reges innumeris quotidie maledictis impetantur, nihil auratæ uestes quó minus id fiat, terrori sunt: tātum abest, ut illæ eos uenerabiles reddant. Hic autem ex ipsis quoque indumentis plurimas occasiones habet admirationis & laudis. Iste igitur amictus multo magis ipsum spectatum illustremq; facit, quàm faceret regius. Siquidem ex illo nemo regem admiratur, ex hoc ita indutum omnes & uenerationi, & stupori habent. Dices, quid mihi emolumenti confert opinio multorum? quid tandem hæ laudes omnium præstant? Nempe gloria nihil aliud est. Sed huius, inquies, amore non teneor, honores magis & potentiā cupio. At hi qui laudant, prorsus honorabunt quoq;: sin uero tu & potentiā & regimen desideras, ea nihilominus, ut priora om nia apud istos reperiemus esse præstātius, quàm apud uos: atq; cum eam rem exemplis confirmare facile possemus, ad eum probationis modum, qui te maxime solari possit, uenire malumus, huiusq; rationis documēta ex ipso potissimum filio tuo inquiremus. Quod enim tu summæ potestatis argumētum esse asseris? Nónne ut possit quis & hostes, & omnes penitus, qui sibi infesti sint, ulciscí, cunctosq; qui se beneficijs affecerint, remunerari? Atqui hanc omnem, ne apud regem quidem inuenire poteris. Nanq; & plurimos habet infestantes inimicos, quibus uicem reddere non potest: & plurimos beneficos, quos facile nō possit munerari. Plerunq; enim & hostes, qui se bello lacessérint, malisq; innumeris affecerint, ulcisci cum uehementer cuperet non potuit: amicisq; item qui magna in bello ostenderunt fortitudinis ac probitatis indicia, non potuit paria rependere cum uellet, quòd illi præripti fuissent, atq; in bello ipso occubuissent. Quid si hac potentia, qua ut aperta ratione demonstratum est, ne reges quidē ipsi frui possunt, aliam quoq; lōge maiorem, atq; excellentiorem filium tuum habere monstrauero? Atq; nemo me bona cœlestia modo dicturū putet, qbus tu nō credis. Nō adeò, qd receperim, oblitus sum: uerùm ex his, quæ hac in uita fiunt, documenta afferam. Si enim ulcisci posse inimicos, ea demum suprema potentia censetur: multo plane erit excellentius, eiusmodi uitæ statum re-

perire,in quo nemo ſit,qui etſi uelit, nocere poſ-
ſit.Nam quòd hoc illo maius ſit, & excellentius,
tunc magis conſtabit, ſi ad exemplum aliud ora-
tionem reducamus.Dic enim quæſo, utrum eſſe
commodius cenſes,utrum præſtãtius:rei ne bel-
licæ ita quempiam peritum eſſe, ut nemo qui ſe
uulneret,inuulneratus effugiat: an eiuſmodi eſſe
corpore,quod quantalibet quiſque machinetur,
uulnerare non poſſit? Omnibus profecto con-
ſtat hoc illo & potius eſſe,& longe diuinius.Illud
quoq; pręterea adijciendum,quòd primo illo po
tentię genere ſuperius,& extremo inferius ac me
dium inter utrunq; eſt. Quodnam uero iſtud eſt?
Etiam medicamenta noſſe, quæ per uulnera dele
antur omnia. Tribus ergo iſtis potentiæ modis
conſtitutis,primo quidem,ut poſſit quis iniurias
ulciſci:Altero uero qui & ſuperior & dignior eſt,
ut uulnera propria curare norit:Tertio,ut à nullo
prorſus hominum lædi poſſit,quod naturam pe-
nitus excedit humanam,extremum hoc filium tu
um habere monſtrabimus.At ne hæc uerba ſtre-
pitus inanis eſſe uideantur,hac ipſa ſumma potẽ-
tia rurſus aliam maiorem inter quærendũ inueni-
mus. Non modo enim non reperiet, qui nocere
poſſit,ſed ne qui uelit quidẽ. Ita duabus ex parti-
bus ille tutus erit. Quid igitur hoc uitæ ſtatu ſin-
gularius,qd diuinius dici,aut fingi poſſit, in quo
nemo nocere uelit:nec ſi uelit poſſit? Cum potiſ-
ſimũ nolle nocere non ex impotẽtia ueniat, ut in
pleriſq; contingit: ſed ex eo quòd nocendi nulla
cauſa rationabilis exiſtat. Nã ſi nocere nõ poſſe,
id tãdem per ſe ſolum ſit, nihil erit cur ita admire
mur. Poterunt enim etiam uehemẽtius odiſſe hi,
qui cum uoluerint, nocere nõ poſſunt. Itaq; non
parum beatus iſte quoq; potentiæ modus eſt. Ip-
ſum ergo primum ſi uidet, intueamur diligenter.
Quiſnã eum rogo lædere, atq; iniurijs afficere ue
lit,qui nihil habet cõmune cũ hominibus, non ta
bularũ,aut chirographorũ gratia, non prædiorũ,
non pecuniarum,non negotiorũ,non alterius de
niq; rei alicuius? Pro quibus aduerſus eum uillis
corrixabitur,pro quibus ſeruis, pro qua gloria?
Quidnam metuens,quid inuidens? Aut enim in-
uidia, aut timore,aut ira cõmouemur,ut aliquem
lædamus. At iſte illuſtriſſimus, & planè regius,
his omnibus ſuperior euaſit. Quis enim illi inui-
deat,qui cuncta ea irrideat, quæ alij uehementer
amant,& plurimi exiſtimant? Quis illi iraſcatur,
à quo nulla fuerit laceſſitus iniuria? Quis eũ me-
tuat,quem nihil ſuſpectum habet? Conſtat igitur
ex his neminem eſſe,qui nocere uelit: quòd autẽ
non poſſit,ne ſi uelit quidem, & hoc ſimiliter ma
niſeſtum erit.Nullæ enim ſunt occaſiões, aut cau
ſæ,quibus eũ aliquis impedire poſſit:ſed ut aqui-
la ſublime uolans, minutarum auium laqueis nõ
capitur:ita & hic. Vnde enim,uel ex qua cauſa no
cere ei poſſit aliquis? Pecunias ille non habet, ut
damnum metuat:patriam non habet, ut exilium
ſibi aliquis intentet:gloriam non optat, ut dede-
cus timeat. Vnum reliquum eſt,mors ſcilicet, ſed
eam qui intulerit,non modo illum non lædet,aut
aliquo afficiet mœrore, uerum ſumma quoque
illi conferet emolumenta. Nanque eum ad aliam
tranſmittit uitam,quam ille ſummis ambit deſide
rijs,cuius gratia cuncta & agit & molitur. Itaque
laborum illa ſibi finis erit, non pœna,ſudorumq;
abſolutio, & requies. An cupis genus aliud ſuæ
potentiæ,ac uirtutis addiſcere, longe iſto excellẽ
tius,ac philoſophia dignius? Siue quis enim in-
numeris iniurijs afficiat, ſiue uerberibus atterat,
ſiue in uincula conijciat, corpus quidẽ natura in-
firmum uiolatur:cęterum animus q; philoſophię
intentus ſit,inuiolabilis durat:neq; enim iracũdia
capitur,non odio peruius eſt,non inimicitias ex-
ercet.Quæ cum ſint mirabilia, id profecto mira-
bilius ſit neceſſe eſt,quòd eos qui ſe ita uexãt, ſic
diligit,ſic amat,ut beneficos,& ſuorum profectu
um magiſtros,bonaq; illa cũcta imprecatur. At-
qui tu quid ei unquam tale præſtare potuiſſes,eti
amſi millies regem ipſum, ac totius orbis terrarũ
dominum conſtituiſſes, & decem milibus annis
imperium ei prorogaſſes? Quęnam purpuræ uis,
quæ claritudo,quæ gloria ſic affecto animo cõpa
rata,non uileſcat atq; euaneſcat? Quidnã aliquis
non libenter impenderet, ut eiuſmodi animũ ac
ciperet? Ego puto eos etiam qui corpori uehemẽ
ter ſtudent,huius uitæ deſiderio non ſegniter mo
ueri. Viſne aliunde quoq; uiri huius potentiã ad-
diſcere,& mirabilem & iucundiſſimam,humilio
ri quidem ex parte petitam, ſed tamẽ tibi ſummè
gratam atq; ſuauiſſimam? Cuncta ſanè ea quæ di
cta ſunt,nec capi illum,nec uiolari poſſe oſtẽdũt.
Verum tu fortaſſe quonã ille modo alios quoq;
moderabitur,& reget, atq; tutiſſimos præſtabit,
quæris addiſcere. Principio quidem ipſius in eo
apparet magiſterium,quod alios quoq; imitatio-
ne ſui ad idem propoſitum adducit,ſimiliq; forti-
tudine prædítos facit.Sin uero illi noluerint,eãq;
uitam,quæ & fragilior eſt, & terræ propior, ho-
minibúsque communior uiuere maluerint, in eo
quoq; delectu uitæ, maiore illum eſſe potẽtia qui
nihil habet,quàm te qui dives es, idq; idcirco ma
xime,quia nihil habet,docebo. Quis enim maio
re cum fiducia ac libertate regem alloquetur, &
ſi neceſſe ſit,increpabit? túne qui tanta poſſides,
& ppterea ſeruis quoq; illius obnoxius & obſtri-
ctus es,proq; omnibus tremis ac trepidas, occaſi
onesq; illi innumeras præſtas,quibus te quotidie
capiat iratus:an iſte,qui illius iras potẽtiamq; nõ
metuit? Huiuſmodi enim potiſſimum ingenti cũ
libertate regibus collocuti ſunt, quiq; ſe mundi
negotijs penitus alienos reddiderũt. Cui uero fa-
cilius cedet, promptiusq; obtẽperabit, is qui eſt
in poteſtate cõſtitutus,atq; in regia uerſatur? tibi
ne qui dives es, quem ille pecuniarum cauſa cre-
bro plurimà ſuſpicat facere:an ei, qui unam tan-
tummodo habet intẽtionem,cauſamq; iuſſionũ,
humanitatem ſcilicet in omnes, atq; clemẽtiam?
Quem,inquam,ille amplius amabit, obſeruabit,
admirabitur,eum de quo nihil humile, nihil abie
ctum ſuſpicari poteſt, an te quẽ ſeruis quoq; ſuis
humiliorem arbitratur atq; uiliorem? Sicut enim
in re

in re pecuniaria, quoties aliquid impendendum fuerit, illis obaudiunt magis, ita impendijs quoq; præesse iubent. Sin autem ita uis, nihil ille per alios transigat, sed per semetipsum omnia. Adducatur afflictus aliquis, insigni calamitate mœstus & ad illum & ad te, quin magis non ad te, sed ad regem ipsum, tum uideamus uter illum refouere & recreare magis sua prouidentia possit. Primusq; & ante alios ducatur, qui acerbissima omnium perpessus sit. Fingamus interim aliquē habere filium unicum, quem in ipso flore ætatis amittat: hunc neq; princeps ullus, neque rex, neq; alius quispiam solari mœrentē poterit, ne tu quidem: nihil enim eiusmodi sibi dare quale amisit, ualebis. At si ad filium tuum ille educatur, statim ex aspectu ipso, atq; habitu, itemq; ex ipso habita culo demissum, ora eriget, ac persuadebit facile nihil extimare res humanas, cùm oratione sua mœroris omnem nebulam fugabit & exterget. Tua uero ex domo luctum ille & quidem acerbiorem referet. Cum enim eam uiderit immunem, exortem malorum, omnibusq; secundis successibus repletam, & eum qui hęreditate potiturus sit, prę se ferentem, tum uero magis aduretur, atque ad luctum acrius inflammabitur. At uero inde mansuetior, & quietior redibit, philosophiæq; uicinior. Nam cum uiderit filium tuum tantas opes, tantas copias spreuisse, tantámque claritudinem & gloriam, minus dolebit sibi filium obijsse. Quî enim morderi, aut angi poterit, nullo sibi ex liberis hærede superstite, cum hunc prospexerit illa omnia ingenti magnitudine animi spreuisse? Audiet illum præterea facilius & gratius de philosophia uerba facientem, quòd operibus ille fidem uerbis faciat, dictisq; res ipsę adstipulentur. Tu si uel aperire os, atq; hiscere ausus fueris, eum mœrore incredibili replebis: quippe qui alienis in malis philosophari pergis. At ille rebus ipsis erudiens persuadebit facile, nihil aliud quàm soporem mortem esse: neque enim plurimos enumerabit patres perpessos eadem, sed seipsum ostendet diebus singulis in corpore mortem meditantem, ac se ad eam obeundam semper præparantem. Atque illum resurrectionis admonens, magna persuadendi ui, ita ab se dimittet maxima parte mœroris amputata: multoq; amplius ualebunt huius uerba rebus ipsis asserta ad leuandum animi dolorem, quàm cōtubernalium, sodalium ac sequestrium. Et istum quidem ita forsitan sanabit. Adducatur ad illum rursus alius, qui iugi ex morbo oculos amiserit: quis illius dolori medebit, quisue melius curare eum poterit? Nempe enim iste certa ratione mōstrabit, nihil mali illum esse passum, breui cellula incluſus, atque ad lucem aliam properans, præsentémque si illi comparetur, & breuem, & obtusam esse arbitrans: sicq; admonebit eum casum & constanter, & fortiter perferre. Sed num tu male aliquibus affectis, ut philosophari uelint, persuadere poteris? Minime uero, quin etiam magis iritabis, atq; perturbabis. Nanque tristia nostra in proximorum secundis rebus melius atque diligentius consueuimus inspicere. Tuus porrò filius hos quoq; facilius recreabit, & refouebit. Omitto precum suffragia longe his omnibus & grauiora, & maiora. Hæc autem ideo omitto, quoniam ad te mihi nunc sermo est. Sin autem honorari cupis ex filio, nec ullis esse contemptui (par enim est his quoque te moueri, atq; ea cupere:) nescio quo pacto id uberius cōsequi possis, quàm ut eum habeas filium, qui naturam excedat humanam, quiq; in toto terrarum orbe illustris & clarissimus habeat̃, cumq; sit tanta uirtute & potestate, neminem habeat inimicū. Nam si uestra hac potentia præditus fuisset, habuisset quidem plurimos qui uererētur, uerum nec pauciores qui odissent: at hic illum omnes & iucūde, & cum uoluptate honorant. Si enim nonnulli humili loco nati, agrestium q; ātq; operariorum filij, cum ad hanc se philosophiam contulissent, adeo cunctis fuere uenerabiles, ut ne hi quidem qui in summis dignitatibus agebant, erubescerent proficisci ad illorū tuguria, & cum eis colloqui, mensęq; participes fieri: quin ita fuere affecti, tanquā bonis maximis, id quod erat uerissimum, potiti fuissent: multo sane magis id facient, cum uiderint hunc illustrissimo ex genere, clarissimisq; diuitijs, summa illa ex spe ad eam se uirtutem contulisse. Itaque quod tu maxime quereris, ex his eum ad illa transisse, id in primis est quod illum maxime omnium & probatum, & spectatum facit, omnes ut in illum tueantur inducit, non planè quasi hominem, sed iam penitus ut angelum: Neque enim quæ de alijs opinari solent, ea de filio quoq; suspicabuntur tuo, quòd ille scilicet uel honoris ambitione captus, uel pecunias desiderās, uel insignis ex humili fieri cupiens, hanc elegit uiam, huicq; proposito se addixit. Quę profecto uerba, etsi cum de alijs dicuntur, mendacia simul & iniqua sunt: in ipso tamen tuo nato, ne obscuræ quidem suspicioni locum dare potuerūt. Et ne tu putes ista tantum contingere regibus pietatem colentibus, etiamsi imperium transferatur, & imperatores infideles fiant, tum quoq; nati tui uirtus illustrius clarescet. Neq; enim ut apud gentiles, ita fit apud nos: neq; principum edictis, & sententijs iniustis acquiescimus, neq; eas sequimur: uerum sua cuiq; uirtus immota inuiolabilisq; perdurat, tuncq; apparet maxime, cum maxime oppugnatur. Nam & is miles, qui in pace probatus fuerit, lōge erit spectatior, si belli terror increpuerit. Itaque & sub regibus gentilibus erit tibi æquus honor, imò uero maior quoq; atq; auctior. Nam qui filium tuum in pace uerentur, multo amplius id facient cum præliantem uiderint, summaq; confidentia & constantia utentem, & plurima probitatis insignia præ se ferentem. Vis ne illa etiam quæ pertinēt ad te, diligēter inquiramus? An id quoq; superfluum uidetur? Is enim qui cæteris ita blandus & mitis est, ut querelæ occasionem nulli præbeat, multo magis patrē reuerebitur, atq; in summo habebit honore, longeq; amplius fouebit ac tuebitur obsequio quàm nūc. Atqui si in summo fuisset

fuisset magistratu, incertū est an ipsum quoq; patrem contemptui habiturus esset: nunc uero eam elegit uitam, per quam cum rege ipso sit illustrior & clarior, cūctorum tamen uitæ humilitatem & officio superare perseueret: qppe eiusmodi apud nos obtinet philosophia, quæ ea quæ uidentur cōtraria, celsitudinem & humilitatem in unam animam cogat. Et tum quidem quippe pecuniarum cupidus, tuum etiā fortassis optasset occubitum: nunc uero ut quàm longissima tibi uita prorogetur orat, ut ex hoc etiam coronis clarioribus donetur. Nō enim exigua merces eis proposita est, qui parentes honorauerint, cum eos ex legis instituto uereri iubeamur ut dominos, uerboq; simul & operibus colere, dum tamen in nullo pietas ac religio lædatur. Quid enim tale, inquit, illi reddes, quale ipse tibi? Cōsidera denicq; quàm sit rationi consentaneum, eum qui in cæteris ad summum uirtutis uerticem prouectus sit, id officium quoq; summa intentione seruare. Nam etsi moriendum sibi fuerit pro tuo capite, non abnuet, nō recusabit: quippe qui nō tantum naturali te lege colit, obseruat, honorat: uerum multo magis, ut dei iussis obtemperet, propter quem cuncta simul penitus despexit & reliquit. Cum igitur ille nunc probatior sit, & opulentior, potentior & liberalior: cumq; hac tanta magnitudine animi seruus tuus sit longe amplius, quàm fuerit prius, cuius rei gratia quereris? quid ingemiscis? An quia quotidie non metuis, ne forte in bello moriatur, quòd nūquàm offensurus est regis animum, quia commilitonum inuidiæ non patet? Nónne & hæc, & his plura etiam probatis filijs metuunt patres? Vt enim qui infantem puerum in sublimi aliquo loco statuerint, ne tandē is decidat, metuere coguntur: ita & hi qui filios ad excelsum aliquem dignitatis gradū prouehendos curant, illis omnia timere solent. At habet aliquā uoluptatē baltheus, & paludamentum, & præconis uox. Et ista tandem quot dierum spatio tenduntur? Num triginta, aut centum, aut bis etiā totidem? Quid postea? Nónne transierunt illa omnia ut fumus, ut somniū, ut umbra, ut fabula? At nunc illi usque in finem honor iste permanet, imò uero post mortem quoque, & quidem tunc multo cumulatior: atq; hunc honorē, hoc imperiū, nemo unquā ab illo poterit auferre: quippe cū ista non ille ab homine acceperit, uerum à uirtute ipsa. Sed enim tu illum malles pretiosa amictū uestē procedentē, insigniq; uectum equo, clientum stipatum multitudine, parasitos parentesq; nutrientem uidere. Cuius tandem rei gratia id uelles? Num ut illi uoluptatem aliquam ex his omnibus parares? Atqui audies illum dicentē, ne nobis fortasse minus fidem habeas, tanto se uitam istam ea quam degunt, qui in delicijs uiuunt, qui formosis meretricibus utuntur, qui se musicæ, parasitis, assentatoribus, omniq; id genus lasciuiæ addixerunt, iucūdiorem ac dulciorē existimare, ut malit millies emori, quàm ijs obtemperare, qui iubēt hac illum omissa uoluptate ad illam se conferre. Quid ad A hæc dicturus es? Num ignoras quātum uoluptatis, quid iucunditatis ea uita pariat, quæ à strepitu negotiorum remota penitus quietem agit? Fortasse nec ullus id hominū nouit, quippe qui eam uitam nunquam perfecte gustauit. Cum itaque nec claritudo desit, atq; hæc quæ sibi misceri uix possunt, securitas & gloria in unum coeant: quid hac uita præstabilius dici aut fingi potest? Dices, quid tu ista mihi ingeris, qui sum à philosophia remotissimus? Cur ergo natū tuum quoq; ad eam propius accedere non sinis? Satis sit isto te incōmodo affectum esse. Nónne summum esse detrimentum arbitraris, quando ad extremam prouecti senectutem, ut qui in priori ætate nihil boni, nihil emolumenti fueritis lucrati, molestissime B eam ætatem fertis? At ideo, inquit, eam molestе ferimus, quòd magna nobis cōtulit iuuentus cōmoda. Quænam magna? Da senem, qui magna ista commoda habeat. Si enim illa habuisset, perseueraſſent utiq; cū illo, nec modo ut his orbatus atq; destitutus, ita lamentaretur: sin uero illa abuolauerunt, & marcida euanuerunt, quonam modo fuerunt magna quæ sic cito extincta sunt? Atqui filius tuus nunquam prorsus id patietur: sed si ad longissimam quoq; senectutem sibi protendantur anni, non illum uidebis indignantem, aut iniquo animo ferentem, ut uos facitis: uerum gaudentem, gestientem, exultantem, triumphantem. Tunc enim bona sua uigent amplius, & florent. Vestræ autem diuitiæ, etsi bona habeant innume C ra, in primo statim ætatis flore facient illa contractiora. Non autem ista ita faciunt, sed usq; ad senectutem durant, excedentesq; è uita comitantur: idcirco uos cum tantam diuitiarum copiam præparatam in senectutē habeatis, plurimæq; uobis deliciarum & gloriæ occasiones suppetant, irasci mini & indigne fertis, quòd ætas non sufficiat, ut eis frui ualeatis: idcirco mortem quoq; perhorrescitis, uosq; tunc potissimum miserabiliores omnibus esse confitemini, cum maxime floretis. Contra, ille tunc insigni requie fruetur cum senuerit, quippe qui ad portū uenire properat, habetq; eam iuuentutē quæ uiget semper ac uiret, nullūq; metuit senectutis occasum. Verum enim tu filiū tuum eis delicijs, eisq; hauriēdis uoluptatib. instare uoluisses, quarum illum millies pœnituisset, cum D ad senectutem peruenisset. Sed ab eiusmodi delicijs ipsos quoque inimicos nostros liberet deus. Verum ego quid senectutē memoro, quādoquidem die uno uoluptas illa omnis extinguit? imò ne die quidē integra illa perdurat: sed breuissimo temporis momento. Quid em̄ est uoluptas? Nón ne uētri se dedere, ciboſq; delicatos parare, & speciosis mulieribus congredi, porcorum instar se in cœno uolutantium? Sed ista post uidebimus. Interim uoluptatem ipsam quæ sit indagemus, atq; uideamus, si nō plane leuissima simul & uilissima sit: atq; illam, si placet, primum inspiciamus, quæ delicias omnes uidetur sua dulcedine longe antecedere. Dic oro, illius tempus, quātumq; nos illa continere possit: profecto partem temporis adeo breuem,

breuem,ut ne plenè quidem qualis sit uideri pos- A
sit.Nam simul ac quisq; impletus fuerit, uoluptatem etiam omnem extinxit. Atq; antequam illa impleat, fluenti unda citius pertransiens, ad ipsas fauces deficit & euanescit,nec tandiu durare potest, dum cibus ad interiora descendat: simul em atq; linguam pertransiit,uim etiam omnem amisit.Omitto mala illa, & incommoda, quæ solent ex eiusmodi delicijs gigni, quãtum illæ rixarum, quãtumq; tumultum excitent. Nõ modo autẽ iucũdior & lætior est,qui eas delicias spernit,quàm is qui saturitate distenditur: uerum leuior quoq;, facilior, gratior. Somnus enim sanitatis in uiscere moderato, inquit. Quid me dicere necesse est morbos,mœrores,clades,inanesq; sumptus:quę controuersiæ,quæ lites,quæ insidiæ,quę ex hisce B
commercijs odia, rixæ que pullulant? At habet quiddam dulcedinis ac suauitatis meretricibus mulieribus congredi.Et quę potest esse uoluptas in tanta turpitudine? Sed hæc interim indagare omittamus, nec armatorum pugnas prosequamur,nec bella inter se riualium, nec accusationes & crimina:uerum sit aliquis qui licenter,summáque cum libertate, obscœna illa libidine fruatur, neq; riualem ullum habeat, nec à specioſa illa muliere contemnatur: pecuniarũ præterea tanta illi sit copia,ut eas ueluti ex manãtibus fontibus hauriat,& largissime impendat,quanquam impossibile est hæc omnia simul conuenire. Cæterum ei qui riualem habiturus est, oẽ patrimonium exhauriendum erit,ut alios omnes largitate muneC
rum superet:rursumq; qui noluerit ad extremam inopiam deduci, is demũ à meretrice spernetur, abijcietur,respuetur. Cæterũ ut concedamus nihil horũ fore impedimẽto,quo minus sibi omnia superfluant, atq; ex sententia proueniant: quam tu tandem nobis uoluptatem hic potes ostendere? Num in ipso congressus tempore apparet? At quisq; simul ac impleuit coitus rem, uoluptatem etiam extinxit omnem:qui autem adhuc in congressu est,non sane in uoluptate agit,uerum in tumultu,& perturbatione ingenti, in ardentibus aculeis,in insania,in concussione & feruore uehementi. Atqui non eiusmodi nostra uoluptas est. Absit id penitus, uerum & quietum semper animum ab omni perturbatione seruat,& metũ nulD
lum,aut cõcussionẽ inducit,sed purissimã quandam præstat integerrimamq; lætitiam,eamq; glorioſissimam,& quæ fine nullo concludi possit: lõgeq; illa uehementior,quàm uestra, & potentior est. Atq; id ostẽdere quatenus nostra sit quàm uestra iucundior,securior, gratior,difficile non est. Vestrã enim uoluptatem metus comprimere ac fugare potest.Nam si rex mittat, qui minet mortem, complures ita affectos ea uoluptas deseret: eis uero qui nostra ista uoluptate potiunt, si qui millies mortem inferat, non modo non persuadebit ut eam negligant,uerum irridebitur magis: adeo nostra gratior, & dulcior, & uiolẽtior quàm uestra est, prorsusq; nulla est utriusq; cõparatio. Ne igitur inuideas filio, cũ à fluxis bonis, & quæ ne sunt quidem, ad ea quæ & sunt & inæternum perseuerant,confert:neq; lugeas eum qui beatissimus meretur dici:sed eum luge,qui non eiusmodi est,quiq; in præsenti uita, tanquam in concitatissimo circunfertur Euripo.Atq; ut iam ad summam ueniamus: tu em etsi gentilis atq; infidelis es,nostram tamen hanc perorationem suscipies. Audisti profecto Cocytos, & Pyriphlegethontas fluuios, & Stygis undam, & Tartarum tanto inferiorem terra,quantum hæc ipsa distat à cœlo, plurimosq; supplicioru modos.Etsi enim hæc illi explicare,prout erant,nõ potuerunt,quippe gentiles & cogitationibus ꝓprijs instincti, nostraq; longius odorati,futuri tamẽ iudicij umbrã quandam atq; imaginem expresserunt. Deniq; inueni es & poetas,& philosophos,& oratores, atq; omne scriptorum genus de dogmatibus huiusmodi philosophãtes.Audis enim & Elysium campum, & beatorum insulas,& prata uirentia, & myrtos, & auram tenuem, odoremq; suauissimum cuncta replentem,& choros ibi commorantes, amictos stola candida trípudiãtes, atq; hymnos quos dã cõcinẽtes,prorsusq; post uitæ excessum,& malis & bonis repositam pro meritis mercedẽ.Quonam ergo tu tandẽ in statu animi eos, siue bonos siue malos uiuere existimas,qui iugiter eiusmodi secum cogitationes uersant? Nónne alij quidem, etsi præsens eis uita per cuncta blandiatur, degantq; aliàs sine mœrore, summaq; cum uoluptate,quasi quodam conscientiæ flagello semper imC
pelluntur,& exagitantur, atq; perterrentur, furiarum tędis ardentibus,futurorumq; malorum expectatione cruciantur:boni uero etsi malis innumeris uexentur, iuxta Pindarum, spem habent, qua recreentur, quæ mala præsentia se nec sentire sinit.Itaq; in hoc quoq; maior uoluptas nostra, q̃ uestra est. Multo em profecto melius,multoq; præstantius est,à temporalibus & momentaneis laboribus incipere,atq; in infinitam requiem desinere,quàm his,quæ uidentur esse iucundissima, breuiter gustatis, in summa & grauissima incommoda decidere. Cum igitur id concessum sit, hic etiam uitam illam uirtuti deditam esse iucundissimam:non id quod initio dixi faciundum est, atque eos miserandum,qui in talibus tantisque bonis lachrymantur & gemunt? Non enim lamentationibus dignus est filius tuus,uerum plausibus coronisque clarissimis, qui ex tantis mundanorum fluctuum motibus, ad tranquillissimam uitam,portumq; serenissimum se recepit. At exprobrant tibi patres plurimi filios habẽtes seculo addictos,teq; digito denotant, ac sibi inuicem ostẽdunt alij cum uident, atque irrident alij.Cur non tu eos magis & irrides, & miseraris? Neq; em id intuendum est,an irrideant & obiurgent nos,sed an recte & iuste id faciant. Quòd si digni fuerimus qui irrideamur, etiamsi non illi rideant, nos tamen lugere merito debebimus. sin uero id iniuste & inique faciant, etiamsi omnes rideant, nos tamen beatos esse sentiamus:illorũ uicem doleamus,quippe qui cũctis infeliciores sunt,& nihilo

insanis

insanis meliores. Insanorum enim est, & eiusmodi morbo laborantium, eum qui plurimis & coronis & laudibus sit dignus, irridere. Dic enim oro, si quòd filius tuus saltatorum insaniæ, uel aurigarum se omnino addixisset, inde te laudarent atq; admirarentur uniuersi, beatissimumq; esse fate-
rentur: nónne irrisionem hanc, & quidem morda
cem esse existimares? Quid illud? Si quòd strenuum aliquid, ac forte, dignumq; laudibus egisset, propterea te omnes irriderent, obrisq; respergerent: nónne illos amentes, insanos, furiososq; proclamares? Atqui hoc nunc quoq; faciamus, neq; opinioni multitudinis acquiescamus: uerũ diligentissimo rationis examini de filio tuo feren
dam sententiam permittamus: uidebis profecto ridiculosos istos homines uilissimorũ potius mã
cipiorum, & liberorũ parẽtes esse filiorum, si filio tuo illi cõparati fuerint. Verum enimuero tu nec dum ista conspicari, aut perpendere uales: cum uero te modicum collegeris atq; requieueris, filiusq; tuus plurima de se uirtutis documenta dede rit, non iam tibi uerbis opus erit: & ipse enim hęc atq; his plura etiam ad alios loqueris. Quæ sanè ego omnia nõ tibi sine certa ratione prænuncio, sed loquor quæ expertus sum. Amico eñ quodã & sodali usus sum, qui patrẽ habebat infidelem, diuitem, spectatum, & undecunq; clarissimum. Is primum quidem concitauit principes, & intentauit carcerem, parauit uincula, ipsumq; omnib. exutum, & necessarijs etiam alimentis indigentẽ, in alienũ dimisit solum, hac illum arte sibi acquie turum putans, atq; ad seculi latiores uias redituturum: postquam uero illũ in nullo sibi cedere per uidit, neq; penitus moueri loco, uictus tandẽ manus dedit, & palinodiam cecinit: nunc in honore habet filium, illumq; amplius q̃ si pater esset, colit, obseruat, reueretur. Cumq; plures alios habeat liberos, spectatos in seculo uiros, eos ne dignos quidem, qui serui eius sint, arbitratur, atque ex eo ipso filio longe clarissimus est. Hæc eadem in tuo nato etiam perspiciemus, atque me uera prosecutum, ex rebus ipsis addisces diligenter: Idcirco ipse quoque iam loquendi finem faciam, id tantum orans atque obsecrans, ut annum unum expectes, aut minus etiam. Neque enim ea quæ apud nos in studio est uirtus, multis diebus ut perficiatur opus habet, quippe quæ diuina gratia germinat, & mature ad frugem peruenit. Inspicies' que ista omnia quæ dicta sunt, rebus ipsis impleta. Nec modo facta laudabis, uerum ipse quoque si te parum colligere uolueris, citius ipsius æmulus atque imitator eris, ducem & magistrum habens uirtutis atq; probitatis filium.

LIBER TERTIVS AD PATREM fidelem.

GE, iam fidelem quoq; patrem doceamus, quàm illi non expediat, utq; integrum non sit, eos oppugnare, qui filium suum, ut dei monita & consilia implere pergat, hortantur: Quanquam periculum est, ne iste quoq; sermo superfluo à nobis instituatur, contraq; ac superiori libro dixeramus, contingat. Tunc enim diximus, per legem certaminis nostri nos aduersus gentilem dimicare non cogi, eosq; tantum qui interius sunt, iudicare Apostolum iubere, omniq; aduersus eos, qui foris sunt, pugna immunes esse ac liberos sinere. Nunc autem, ut mihi quidem uidetur, ne istis quidem dimicationibus sumus obnoxij. Nam si priore libro Christiano de his uerba facere oportere turpe esse uidebat, multo id magis nunc. Quis enim non erubescet, is qui fidelis est, si de his admoneri opus habeat, in quibus ne infidelis quidem quicquam nobis contradicere aut reluctari possit? Quid igitur? Tacebimusne propterea, nihilq; loquemur? Minime uero. Nã si quidem esset aliquis, qui in futurum sponsor & fideiussor accederet, nobisq; perspicuum, & plane manifestũ faceret, fore posthac neminem qui eiusmodi facinora auderet: nos quoque ipsi quiete ageremus, eisq; qui præteriissent, silentio nostro ut latere possent, concederemns. Quoniam uero neminem eiusmodi tenemus idoneum fideiussorem, necessaria penitus uidetur uerborum admonitio. Si enim aliquos inuenerit hoc morbo laborantes, operabitur profecto quod suum est: sin uero nemo in hanc malam ualetudinem incidit, actum est ut uolumus, & uehementer optamus. Quippe & medici etiã posteaquàm infirmis medicamenta parauerint, maxime cupiũt nihil eis opus esse languenti: itaque & nos optamus quidem uotis omnibus, neminem esse ex fratribus nostris, cui ista admonitione opus sit: sin uero, quod tamen absit, fuerint aliqui eiusmodi, uel secundum nauigationis remedium non illos effugiet. Fingamus ergo iam fidelem quoque eius modi esse, cuius infidelis fuerat, eiq; per cuncta simillimum, præterquam in cultu dei & religione. Lamentetur & lugeat similiter, prouoluatur omnium pedibus, prætendat canos, & senectutem, & solitudinem, cunctáque illa prosequatur, quæ gentilis dixerat, & quantum uult iracundiæ iudicibus moueat: quanquam in hoc aduersus istum certamine, iudicium iam hominibus permittendum non est. Audiuit enim profecto quæcunque summi apud nos uiri, diuino spiritu repleti, de terribili horrendóque iudicio, quod post huius excessum uitæ sequitur, philosophati sunt. Atq; ante omnia admonẽdus est diei illius, ac pernicios issimi fluminis in morem decurrentis ignis, eiusq; flammæ quæ nunquam extinguitur, cum solis tollentur radij, lunæq; splendor occultabitur, cum stellis decidentibus cœlisq; conuolutis uirtutes commouebuntur, cum undique cõcussa, & liquescẽte humo, terribilis alternusq; sonitus tubarum concrepabit: cum percurrentibus orbem uniuersum angelis, assistentibusq; regi milibus, & milibus milium ministrantibus, ad uenientibusq; cum ipso iudice ad eius obsequiũ paratis exercitibus, ante castra ipsa cœleste signum elucebit: cum solium parabitur, & aperientur libri, maiestasq; illa reuelabitur inaccessa, atq;

ineffa-

ineffabilis: cum uox illa iudicantis audietur horribilis & metuenda, alios quidem in ignem paratum diabolo & angelis eius iræ præcipiētis: alios uero post ingentē illam exercitationem, uirginitatisq; labores ipsis thalami ianuis arcentis, ministrorumq; alijs zizania colligere, atq; in fornacē immittere iubentis: alijs item alios nonnullos cōpeditos, uinctosq; post terga manus in exteriores tenebras abducere, atq; horrifico dentium stridori addicere: cum hunc quòd impudice tantum aspexerit, illum quòd intempestiuo se risui dederit, alium quòd maledixerit duntaxat, uehementissima atq; grauissima animaduersione plectet. Nam quòd istos quoq; pœna acerbissima maneat, ipsum iudicem audias licet, qui & hæc, & eiusmodi supplicia intentat. Ad hunc nobis iudicem prorsus eundum est, atq; diem illum metuendum in quo nuda & patefacta erunt omnia, non tantum opera & uerba, uerum ipsæ quoq; cogitationes & intentiones animi. Nam eorum quoq; delictorum, quæ uidentur esse leuia & nulla, terribiles tunc pœnas expēdemus. Adeo iudex ipse pari, & eadem ferè diligentia & nostram, & proximorum nostrorū salutē requirit à nobis: idcirco Paulus quoque semper & ubiq; monet singulos, non quæ suæ sunt quærere, sed quæ proximorū: ideo in Corinthios uehementer inuehitur, quòd nullam prouidentiam, nullamq; curam habuerāt eius qui in grauissimum crimen fornicationis inciderat, sed magis eius uulnus tumidum obduratumq; contempserant. Galatis quoq; eadem scribens aiebat: Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, eiusmodi corrigite. Thessalonicensibus item eadem monita ædebat, dicens: Itaq; exhortamini inuicē sicut & facitis. Itemq; : Corripite indisciplinatos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos. Ne quis enim diceret, quid mea interest, etiam aliorū curare salutem? Qui perit, pereat: & qui seruatur, seruetur: nihil horum pertinet ad me, mei tantum ipsius curam habere mihi imperatū est. Ne quis, inquam, ista diceret, immanem hanc, & prorsus inhumanam cogitationem iugulās, legibus istis illam sepsit & circumclusit, quibus plurima iuberet nostrorum cōmodorum negligere, ut proximorum saluti consuleremus, atq; omnibus in locis uitæ eandem diligētiam habendam definiuit. Romanis quoq; cum scriberet, ingentem illis curam huiusmodi procuratiōis imposuit, multumq; in ea parte uoluit esse solicitos, fortes imbecillib. patrum loco esse iubēs, eorumq; salutē curæ illis esse admonens. Sed ista in eo loco hortantis atq; consulentis uoce magis quàm imperantis autoritate mandauit: alio uero in loco summa cum uehementia auditorum animos perterruit, eos qui fratrum salutem negligerent, in ipsum Christum peccare asseuerans, deiq; ædificium diruere. Quę quidem omnia, nō ut à se inuenta asserebat, uerū à magistro didicerat. Nanque unigenitus dei filius docere nos cupiens, quàm istud debitum necessarium sit, utq; hi qui illud reddere negligunt, summis afficiantur incōmodis, aiebat: Quicunq; scandalizauerit unum ex pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria circa collum eius, & demergatur in profundum maris. Atq; is qui talentum attulerat, non quòd aliquid ex suis contē pssisset, sed quòd proximi salutē neglexisset, & increpitus & supplicio affectus est. Itaq; etsi uitam omnem nostram diligentissime compositam & instructam egerimus, hac non euitata negligentia, nihil consequemur emolumenti, cum ea talis ac tanta sit, quæ sola in gehennæ profunda possit immergere. Si enim is, qui proximum in eis rebus quæ ad corpus pertinent, adiuuare noluerit, nulla ratione excusari poterit: uerum etsi uirginitatem ille seruauerit, extra sponsi thalamū proijcietur: is qui qđ multo maius est omiserit (quippe longe maximum est animarum gubernatio & regimen) cur non mala omnia perpeti merito dignissimus existimetur? Hominem enim non ut sibi ipsi tantum prodesset creauit deus, sed ut multis. Idcirco Paulus quoque fideles homines luminaria appellat, ex ipsa appellatione manifestans, oportere fideles cæteris quoq; usui esse. Luminare quippe quādiu seipsum tantūmodo illuminat, luminare profecto non est. Quocirca gentilibus quoq; ipsis deteriores esse ait, qui proximorum salutē negligerent, sic dicens: Si quis autem suorum, & maxime domesticorum prouidentiam nō gerit, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Quid enim hoc loco prouidentiæ nomine significari putas? An fortassis necessariorum largitionem? Equidem reor ipsum hoc nomine curam animæ significare uoluisse: sin uero tu contentiose sensum tuum afferre malueris, sic quoque sententia mea firmior ac ualidior manebit. Nā si de corpore hæc dixit, eumq; qui uilem hunc & quotidianū cibum non præbet, tantis cruciatibus addixit, gētilibusq; deteriorē esse ait: quo nam tandē in loco statuemus eum, qui id, quod longe maius & dignius est, magisq; necessariū, contēnit? Age itaq; colligamus peccati nostri magnitudinē, ac paulatim ascendentes ostendamus, quātum peccata omnia exuperat proximorū contemptus & neglectio, utq; ad summum malignitatis uerticē euadit. Est igit primus malitiæ & iniquitatis gradus, amicos aspernari: quin ut ad inferiora sermonē reducamus: (nescio em̄ quo pacto id me penè effugerat:) prior illa lex Iudæis tradita, ne iumēta quidē inimicorū despici permittit: sed siue illa deciderint, simul erigere: siue oberrauerint, reducere iubet. Est itaq; primus malitiæ & crudelitatis gradus ab infimis ascendendo, iumēta & pecora inimicorū uel errantia, uel lapsa negligere. Secūdus illo superior, inimicos ipsos negligentius curare. Quanto em̄ homo mutis animantib. ad honorē præstat, tanto peccatum istud maius quàm illud est. Tertius deinceps, fratres aspernari, si fuerint ignoti. Quartus, familiares quoq; despicere. Quintus, cū non solū corpore, uerū anima quoq; fratrum pereunte desidemus. Sextus, si non familiaribus modo, uerum ipsis quoq; liberis nostris

Gal.6

1.Thess.5

Rom.15

Matt.18

1.Tim.5

Exod.23 Deut.22

pereũtibus negligimus.Septimus, cum nec alios qbus illi curę esse possint prouidemus.Octauus, cum & eos,qui id à seipsis facere instituunt,arcemus atq; prohibemus.Nonus, cum non tantũ illos prohibemus,uerũ oppugnamus quoq;. Itaq; si primus & secundus, & tertius eiusce facinoris gradus tanto supplicio afficiendus est:quantos ille meretur ignes, qui cũctos eos gradus ascẽdit? Quod profecto modo uos facitis, qui nonum illum à primo gradum transcenditis: quinimo si quis eum non tantum nonum, uerum & decimũ & undecimũ dixerit,profecto non peccabit.Cur id? Quia non natura solum id peccatũ multo maius est,uerum ex ipsa quoq; ratione temporũ durius multo & grauius fit. Quid ita? Quia eadem modo peccantibus nobis,quę uetus lex damnat, non eadem supplicia debentur:uerum tãto acerbiora & diriora,quanto maiori gratia potiti, excellentiorisq; doctrinæ participes effecti,maioribus item honoribus affecti sumus.Cum igitur & natura,& tempore scelus hoc adeo immane sit & uehemens,considera iam quãtas flammas, quantosq; cruciatus in eorũ capita, qui id perpetrare non metuunt,exaggerabit. Verũ ne sine certa ratione cõputando hæc dixisse uidear,ex re ipsa documenta afferam,ut sciatis,quia etsi uitam nostrã omnem summa cum diligentia & cura disponamus,extrema animaduersione puniemur,si liberorum salutem neglexerimus.Rem autem uobis enarrabo,non à meipso inuentã,sed in diuinis literis traditã. Sacerdos quidam apud Iudæos fuit uir in primis moderatus atq; mansuetus: Heli nomine:huic duo cũ essent liberi, uideretq; illos uitijs deditos,non corripuit,aut coercuit:siue,ut uerius loquar,corripuit illos quidẽ,& cohibuit,uerum non omni cum studio & uehemẽtia id fecit: horum hæc autẽ fuere crimina, uẽtris ingluuies, & fornicatio.Edebant enim, inquit,antequã sanctificarentur sacræ carnes, priusquam offerretur deo sacrificium. Quibus cõpertis pater non illos pœna affecit,cæterum uerbis tãtum castigare,lenicq; admonitione ab hac eos peruersitate reuocare conatus est,atq; huiuscemodi uerba iugiter ad illos loq̃bat:Nolite filij,nolite sic facere, non em̃ bona fama est,quam ego audio de uobis,ut facia tis populũ nõ seruire domino.Si delinquens peccauerit uir in uirũ,orabunt pro illo dominum:sin autẽ domino peccauerit uir,quis pro illo orabit? Et certe plena sunt grauitatis,reuerentiæ, ac ponderis hęc uerba,& quę recuperare,atq; ad statum uitæ melioris reuocare possent eum qui penitus excors &amens non esset.Quippe sceleris immanitatem indicant, & quàm sit metuendum & cauendum admonent,& quæ illud pœna subsequebatur ostendunt,grauissima scilicet & intolerabilis. Verum quia non omnia,quæq; fuerant agenda,ut ea resecarẽtur uitia,molitus est, & ipse cum illis unà perijt.Nanq; & minas ille addere debuerat,& à suo eos conspectu amouere atque abdicare,etiam & uerberibus afficere,multoq; illis grauius & durius instare.Quia igitur nihil horum egit, uerborumq; tantum monitis contentus fuit, & illis & sibĩpsi deum aduersum,infestumq; constituit.Cumq; improbe & intempestiue filijs parceret, & suam simul & illorum salutem perdidit. Audi denicq; quid ad discipulũ de magistro locutus sit deus:quippe & discipulo, & prophetæ alteri,& cunctis penitus eius clades reuelare & loqui,quàm illi maluit,adeo illum auersabatur atq; oderat.Quid ergo inq̃t Samuel? Nouerat quòd maledicerent filij eius deo,&nõ corripiebat eos: certe corripuerat,sed hanc deus pro correptione non suscipit,adeo illam quod uehemẽtia & inuectione caruisset reprehendit. Itaq; etsi prouidentiam habeamus filiorum,non autem quãtum necesse id faciamus:profecto non ea prouidẽtia dicenda est, sicut nec fuit illa correctio Heli. Cum uero crimen prosecutus fuisset,tum demũ ingenti cum iracundia cruciatum adiecit: Iuraui enim, inquit,domui Heli,si peccatũ istud de domo Heli expiabitur,siue incenso,siue sacrificijs usque in æternum. Vidisti ne ingentem indignationẽ,cruciatumq; uehementissimum,& oñino spe ueniæ exclusum? Prorsus inquit illũ perire necesse esse,nec ipsum modo uel eius filios, uerum cum illo domum quoq; uniuersam: nullumq; medicamentum erit,quo uulnus istud curari possit: quãquam seni illi præter filiorum neglectionem, nihil quod crimini daret,habuit deus.Erat enim admirandus in cæteris:eiusq; philosophiam omnẽ, cũ ex alijs locis intueri licet,tũ ex ipsa quoq; calamitate casuum suorũ. Primũ enim cum ista omnia audisset,secq; ad supremum cruciatum peruenisse conspiceret,non acerbe, non grauiter, non indignanter tulit. Non dixit,quidnam istud est? ut fecissent plurimi:num enim ego dominus sum aliorum uoluntatis? Peccatorum meorũ pœnas persoluere habeo.Filij ætatem habent, ipsiq; soli merentur cruciari.Nihil omnino horum dixit,ne cogitauit quidem:cęterũ ut seruus fidelis & gratus,& qui unum tantum sibi obseruãdum nouit, ut quæq; dominus suus ei intulerit, æquanimiter & facile ferat,quãtumlibet illa tristia & acerba sint,ita plenissima philosophiæ uerba ædidit: Dominus,inquit, ipse: quod gratum est in cõspectu suo faciat.Non solum autem ex loco isto, uerum ex alio quoq; uirtus eius animaduerti potest:nã cum bello finitimorum lacesserentur Iudæi, profectusq; ad illum quidam belli clades enunciasset,utq; turpiter & miserabiliter illius liberi in eadimicatione corruissent, hactenus quidem agebat quietem:uerum cum ille tantæ huic cladi arcam dei direptam ab hostibus fuisse adiecisset, tũ uero præ mœroris magnitudine obtenebratus senior,cecidit de sella retro iuxta ianuam,& contritum est dorsum eius. Senex enim erat & grandæuus,& honorabilis,& ipse iudicauit Israel uiginti annis:q; sine querela genus Hebræorũ rexerat, qui eis temporibus conuersatus est, quæ non magnam uitæ diligentiã requirebant,nihil excusare potuit,quo minus qa illi cura nõ fuerat & diligẽtissima, & uehemẽs salutis liberorũ, & misere & infeli-

1.Reg.2

1.Reg.3

infeliciter periret: cõtemptuſq; illius ſcelus inſtar fluctus tetri & ingentis, uirtutes eius cũctas tranſiliuit, uniuerſaq; recte facta ſua magnitudine operuit: qua tandẽ nos animaduerſiõe puniemur, qui & eo tempore nati ſumus, quo longe maior à nobis philoſophiæ fructus poſtulatur, & ſenis huius uirtute non parum inferiores ſumus: quippe qui non tantum ipſi liberos noſtros non moderamur, neq; ad uirtutẽ dirigimus: uerum eos quoq; qui id facere uoluerint, & inſidijs appetimus, & hoſtium uice oppugnamus, barbarisq; omnibus immaniores erga natos noſtros ſumus? Illorum enim atrocitas & feritas uſq; ad ſeruitium duntaxat, & captiuitatem, & uaſtitatem patriæ, corporisq; incommoda, & mala ſęuit: uos autem ipſum animũ in ſeruitutem abducitis, & ueluti captiuũ quendam uincientes, ita demũ nequiſſimis & ferociſſimis dæmonibus traditis, eorumq; libidinibus & ludibrijs exponitis: cum enim neq; ipſi aliquid quod ad ſpiritũ pertineat monetis, neq; alios id facere permittitis, nihil ꝓfecto agitis. Nec id mihi modo aliquis obijciat, quòd plerique circa filiorum curam longe, cẽq; Heli negligentiores, nihil tale perpeſſi ſunt, quale Heli. Multi emẽ ſępe numero multa ob id facinus acerbiora paſſi ſunt, & diriora. Nam unde ergo acerbæ & intempeſtiuæ mortes, unde morbi perpetui, atq; grauiſſimi plerũq; nobis, liberis noſtris inferũtur? Vnde dãnis & incõmodis afficimur? Vnde caſus uarios, unde calũnias, unde mala innumera quotidie perpetimur? Nõne quòd filios noſtros malos aſpicimus, & eos emendare negligimus? Atq; ꝙ iſta inanis cõiectura nõ ſit, ſatis quidẽ ſenis huius caſus & euẽtus cõfirmare nos poterat: cęterũ ego dictum ex noſtris cuiuſdã ſapientis uiri de hac re loquar. Cum emẽ is de filijs diſſereret, ita fere inquit: Ne ļteris in filijs impijs, & niſi fuerit in illis dei timor, ne confidas illorũ uitæ: ingemiſces enim intempeſtiuo luctu, & confeſtim illorũ ſcies cõſummationẽ. Plurimi igitur, ut dixi, eiuſmodi multa perpeſſi ſunt. Sin uero aliqui effugere fortaſſe uiſi ſunt, iſti nõ in finẽ penitus, ſed in capitis ſui malum effugerunt: acerbiores emẽ ac longe diriores cum exceſſerint è uita, pœnas luent. Cur autem, inquies, non hic potiſſimũ omẽs qui ſunt eiuſmodi, ſupplicijs afficiũtur? Quia profecto deus diẽ ſtatuit, in qua iudicaturus eſt orbem uniuerſum, hæc aũt dies nondum adeſt. Præterea ſi iſtud fieret, iam diu abſumptum defeciſſet, ac præreptum fuiſſet oẽ mortalium genus. Cęterũ uti ne iſtud contingat, neu plurimi ex dilatiõe ac tarditate iudicij pigriores fiant, aſſumit quoſdã interim deus peccatis obnoxios, eosq; hic pœnis excrucians, per illos admonet reliquos, quænam ipſos, quantaq; ſupplicia maneant: utq; addiſcant, quòd etſi hac in uita nulla animaduerſione plectãtur, poſt eius tamen exceſſum punientur, & quidem lõge grauius ac durius. Neq; emẽ quòd prophetas nũc non mittit deus, per quos pœnã peccantibus denunciet, idcirco deſides eſſe & ſtolidi debemus. Non emẽ prophetarũ hoc tẽpus eſt, imò uero eos nunc quoq; mittere non deſinit. Vnde aũt id nobis cõſtat? Habent, inquit, Moſen & prophetas. Luc.16 Ea quippe quæ ad illius tẽporis uiros dicta ſunt, ad nos quoq; dici ſimiliter manifeſtũ eſt: nec modo Heli, ſed oẽibus prorſus eadem peccantibus, per illum perq; illius clades intentãs loquitur deus. Nec enim perſonas accipit, ut qui minora peccãtem cum domo tota funditus euertit & deleuit, is eos qui longe maiora & grauiora deliquerint, impunes eſſe permittat. Nec id quidẽ dicere poſſumus, quòd nõ illi ſumma ſit huius rei ratio & cura: ſummum enim optime educandorũ liberorũ ſtudium inducit, adeoq; ingens eius rei deſideriũ naturæ præterea inſeruit, ut ueluti neceſſitatem quandam ineuitabilem prouidentiæ & curæ habendę filiorum parentibus conſtituiſſe uideatur. Leges item poſtmodum intulit, de cura pro liberis gerenda. Nam cũ dies feſtos agi ſtatueret, filijs ſuis eiuſce celebrationis rationes & cauſas ut aperirent, imperauit. Deniq; cum de Paſcha loqueretur, adiecit: Et annunciabis filio tuo in die illa, dicẽs: Idcirco fecit deus mihi hæc, cum exirẽ de Ægypto. Exod.13 Quod itidem facit in eius legibus, quas de ſacrificijs tulit. Cũ emẽ de primogenitis præcepta ędiditſſet, rurſ9 adiecit: Si poſt hęc interrogauerit te filius tuus, dicens: Quid hoc eſt? dices ad eum: Quia in manu ualida eduxit nos dñs de Ægypto ex iugo ſeruitutis. Cum uero obdurareť Pharao, nec dimitteret nos, occidit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenitis hominũ uſq; ad primogenita iumentorũ: idcirco ego immolo domino omne maſculinum adaperiens uuluã. Atq; per omnia ut illos ad dei notitiam adducant, monet & iubet. Sed & ipſis quoque filijs plurima de his, qui ſe genuerunt officioſiſſime tractãdis imperat, eos quidem qui parentes foouerint, atq; omnibus beneuolentiæ officij proſecuti fuerint honorans: reliquos uero, quicq; fuerint ingrati, ſupplicijs afficiens. Hac autem rurſus ratione charios res illos ac iucundiores parentibus facit. Nam ſi qui cuiuſquã nos conſtitueret dominos, honore iſto ſummã nobis neceſſitatem uideretur imponere ne illum negligeremus: etſi emẽ nihil aliud, certe uel id nos exorare poſſet, quòd illi9 omnia noſtris in manibus cõſtituta eſſent, nec ita nobis creditis ſalutem facile prodere ſuſtineremus: Cũ uero præterea deus unà iraſcať, ampliusq; quàm hi, qui iniurijs, & cõtumelijs fuerint affecti indignetur, grauiſſimosq; cruciatus addat, hinc quoque uberiorem parẽtum ad filios amorem elicit. Tertium uero deinceps à natura ipſa neceſſitudinis & charitatis uinculum adiunxit: ſin autem ita mauis, primũ. nam ne illius de educandis liberis monita patres aſpernarenť, naturalẽ addidit neceſſitatem. Ne autẽ illa ipſa naturæ neceſſitudo filiorum tandem iniurijs offenſa imbecillior fieret, aut defluęret, aut rumperetur, inobedientes liberos & ipſe per ſeipſum punit, & patribus coercẽdos puniẽdosq; permiſit: ſicq; eos ſumma cura parentũ ditioni ſubijciẽs, prorſus ne ab illis negligerentur, effecit. Non autem hinc ſolum, uerũ a-

lia quoq; ex ratione ſumma nos illis cura diligen-
tiaq; cõiunxit. Nõ modo enim malos, atq; ingra-
tos erga parẽtes liberos pœna afficit, bonosq; ac
beneuolos ſuſcipit: uerum in ipſis quoq; parenti-
bus identidem facit, liberorum quidem neglige-
tes diriſſime puniẽs: eos uero, qui ſtudioſius illo-
rum curam gerunt, collaudans, ſummiſq; honori
bus afficiens. Nanq; ſenem iſtum, tametſi aliàs il-
luſtrem ac uirtute ſingulari præditum, ex huiuſ-
modi tamen negligẽtia puniuit. Patriarcham ue-
ro cũ ex uirtutibus reliquis, tum ex hac in primis
diligentia & cura laudauit atq; honorauit. Cum
eñ dona illa plurima & maxima proſequeretur,
quæ ſe illi daturũ pollicebatur, cauſam quoq; ad-
iecit, & dixit: Noui enim, inquit, quòd conſtituet
Gen.17 Abraham filijs ſuis, & domui ſuę poſt eum, & ob
ſeruabunt uias domini dei, ut faciant iuſtitiam &
iudicium. Iſta nunc à me ideo cõmemorata ſunt,
ut oſtenderem quàm nõ ſit æquanimiter laturus
deus, ſi eos negligentius tractemus, qui tantę ſibi
curæ ſunt. Neq; enim eiuſdem eſt, ut liberi ſalui
fiant, tanta moliri, atq; ſi illi negligantur, ira non
commoueri. Non itaq; filios negligi impune per
mittet, uerũ ut ex rebus ipſis declaratum eſt, in-
dignabitur, & uehementiſſimo furore concitabi
tur. Quocirca beatus Paulus iugiter admonet, di
Eph.6 cens: Patres, educate filios ueſtros in diſciplina,
& correctiõe domini. Si enim noſipſi quoq; uigi
lare iubemur, tanquam pro animabus illorum ra
tionem reddituri, id profecto multo magis pater,
qui genuit, qui educauit, qui cũ illo domi ſemper
conuerſatur. Vt eñ in ſuis proprijs delictis nõ ua
let quiſq; ſe ad excuſationis remedia conferre, ita
ne in his quidem, quę filij deliquerint. Idq; rurſus
beati Pauli probatur teſtimonio. Cum enim ille
ſanciret cuiuſmodi eſſe deberent, qui ad aliorum
magiſterium & regimen aſſumerẽtur, inter cæte-
ra quæ illis ineſſe neceſſario debere teſtatus eſt, e
tiam filiorum curam & diligentiam annumerat,
quaſi nulla iam reliqua ſit ueniæ ſpes, ſi peruerſi
illi fuerint. Et nimirum id quidem conuenienter.
Nam ſi à natura ipſa uitia homines haurirent &
acciperent, poſſet aliquis excuſationis ſe uelami-
ne obtegere: quoniam uero ſpõte atq; ex propo-
ſito & probi & improbi efficimur, quam tandem
ille probabilem excuſationem poterit obtẽdere,
qui quem omnium maxime diligit, & charum ha
bet, peruerti & nequiſſimum ac perditiſſimũ fie-
ri permittit? dũ liceat ſi uelit optimum ac proba-
tiſſimum facere, atq; hoc cũ ex naturali affectu iu
giter ad profectum liberorum auidiſſime expe-
tendum excitetur. An uero non poteſt? Nihil eſt
quod illi minus conceſſerim. Nam quòd eum te-
nerum acceperit, primusq; ac ſolus omnẽ eiuſce
inſtruẽdi facultatem nactus ſit, ſemperq; domi ſe
cum continuerit: & belliſſime illum, & facillime
imbuere ac moderari potuit. Itaq; nulla alia ex ra
tione peruerſi ut fiant liberi contingit, niſi quòd
eorum patres circa uitæ preſentis cõmoda æquo
amplius incumbunt, & ferè dixerim inſaniunt.
Cum enim illa ſolummodo inquirũt, nihilq; illis
præferendum cenſent, & ſuam pariter, & liberorum animã negligere coguntur. Hos ego patres (quod nemo tamẽ me cõmotius dicere quàm uerius exiſtimet) parricidis ipſis immaniores, ſceleratioresq; dixerim. Illi enim corpus ab anima diſſeparant, iſti & animã & corpus æternis ignibus tradunt. Atq; is quidẽ qui corpore occiditur, neceſſario naturali lege, etiãſi necatus non fuiſſet, moreretur: hic uero ſempiternam mortem uitare potuiſſet, niſi hanc illi conſciuiſſet paterna negligentia. Præterea corporis mortem ſuperueniens protinꝰ reſurrectiõis gloria delere poterit facilli me: animæ uero interitũ nihil ſolari poterit, cum ſibi nulla iam ſit reliqua ſalutis ſpes, uerũ immortales cruciatus luere cogatur. Itaq; non iniuria pa
rẽtes eiuſmodi deteriores parricidis eſſe diximꝰ. Non eñ ita crudele facinus uidetur, gladiũ acuere, & armare dexterã, atq; in ipſum filij guttur im mergere, ut animam perimere, atq; corrumpere: nihil enim huic ad honorem & dignitatem ſimile habemus. Quid igitur is, qui ciuitatem habitat, qui domum habet & uxorem, ſaluus eſſe non poterit? Primum quidem non una ſalutis uia, nec unus modus eſt, uerum permulti, ac differentes. Quod quidẽ Chriſtus indefinite dicit, cum mul- Ioan.14
tas eſſe apud patrem mãſiones aſſerit. Paulus uero ſub definitione quadam idem loquitur, ſic ſcri
bens: Alia claritas ſolis, alia lunæ, & alia ſtellarũ: 1.Cor.15
ſtellaq; item à ſtella differt in claritate. Quod aũt dicit, eiuſmodi eſt: Alij quidem fulgebunt ſicut ſol, alij ut luna, & alij ut ſtellæ. Nec iſta differentia contentus, maiorem longe uarietatem intulit, tãtamq; quantam in tanto ſtellarum numero contingere par eſt. Stella enim, inquit, à ſtella differt in claritate. Diligenter igitur perpende, per quot dignitatum, ac meritorum gradus deſcendes, ſi à ſolis magnitudine ad ultimam & minimam ſtellarum deuoluaris. Perquam igitur iniquum & indignum eſt, ſi filium tuum ad regiam & ad regem introducens, ut ipſum familiariſſimum regi chariſſimumq; conſtituas, omnia & facis & pateris, cũctaq; moliris, nihil penitus dum id aſſequaris, omittens aut ſubterfugiens, non ſumptus, nõ pericula, non ulla incommoda, non mortem ipſam deniq;: cœleſtis uero militię, cœleſtiumq; munerum optione propoſita, nõ doleas, neq; lamenteris, ſi extremum ſortiatur locum, ſitq; omniũ nouiſſimus? Verum hoc ipſum altius inſpiciamus, fieri ne poſſit, ut qui in mediis ſeculi curis ac negotijs uerſatur, uel extremus electorũ eſſe dignꝰ habeatur. Paulus quidem de huiuſmodi breuem ſententiam tulit, eosq; qui habent uxores, nõ ali-
ter ſaluos eſſe poſſe declarauit, quàm ſi eas ita ha- 1.Cor.7
berent, tanquam non habentes, mundoq; iſto nõ abuterentur. Nos autem ſi placet, id quoq; paulo altius ac diligentius intueamur. Potés ne ipſe gloriari, filium tuum uel te admonente didiciſſe, uel à ſeipſo fuiſſe conſpicatum, quòd is qui iurat, etſi nõ ſine ratione iuret, in deum peccare cõuincitur? Quid uero? Nũ illud didicit abs te, q; is qui memoriã iniuriarũ retinet, ſaluus eſſe nõ poteſt?

Viæ

Viæ enim, inquit, illorum qui non obliuiſcuntur iniurias, in mortẽ. An forte id abs te audiuit, q̃ maledicum ita dehoneſtauit deus, ut ipſa quoque ſcripturæ ſacrę lectione prohiberet? Quid uero? Nũquid hoc illi proteſtatus es, quòd ſuperbũ & iniurioſum de cœlis deiecit, ac gehennæ tradidit ignibus? Num illud tandem eum docuiſti, quòd Matt.5 qui impudicis tantum oculis aſpicit, tãquam qui conſummarit adulterium, ſit puniendus? An uero leue iſtud, ut uidetur, promptũq̃ delictum iudicare proximos, grauiſſimis cruciatibus afficiẽdum ut fugeret, eum aliquãdo monuiſti, Chriſtiq̃ de huiuſmodi, cõſtitutas leges illi unquã legiſti? Fortaſſe ne tu quidem, quænã iſta ſint noſti: quonam ergo modo poterit ea filius perficere, quorũ nec pater ipſe, qui illũ erudire debuerat, leges noB uit? Atq̃ utinam hoc tantum culpa eſſet, nihil uti le parentes liberis conſulere, poſſet id etſi ſit grauiſſimum, aliqua fortaſſe ratione tolerari: nũc uero illos ad ea quæ ſaluti ſuę ſunt aduerſiſſima omni ſtudio impellitis: deniq̃ audias patres, cũ liberos ſuos ad ſtudia literarum hortantur, huiuſmodi uerba illis iugiter inſuſurrare: Ille, inquit, humilis humiliq̃ loco natus, quia dicendi facultatẽ cõ Ioan.14 ſecutus eſt, ſummos magiſtratus, maxima imperia adminiſtrauit, opes acquiſiuit ingẽtes, uxorẽ accepit diuitẽ, cõſtruxit præclaras ædes, omnib. terrori eſt, ſummaq̃ in gloria uerſatur. Alius rurſus: Ille, inquit, latina lingua eruditus, in regia clariſſimus eſt, cũctaq̃ intus ipſe adminiſtrat. Alius 1.Cor.15 item alium in medium adducẽs proponit ad imiC tandum, cunctiq̃ penitus inſignes & claros in ſeculo uiros memorant: cœleſtis uero conuerſationis, cœleſtiumq̃ bonorum nulla omnino fit mẽtio. Cęterum ſi quis aliquid eiuſmodi memorare uoluerit, ut qui cũcta peruertat, ita reijcitur, exagitatur, affligit. Cũ ergo hac doctrina teneros illorũ animos imbuitis, atq̃ hiſce uerbis rudes adhuc aures excantatis, profecto nihil eos aliud, q̃ materiã malorũ omniũ docetis, duos iſtos illis uiolẽtiſſimos amores inſerẽtes, pecuniarũ ſcilicet, & qui lõge pernicioſior eſt, leuiſſimę atq̃ inaniſſimæ glorię: horũ uero cum ſeorſũ quilibet cuncta peruertere ui ſua ſufficiat, quid tãdem ambo facturi exiſtimantur, ſi ſimul coeant, ſicq̃ in iuuenis animum irruãt molliſſimum atq̃ tenerrimũ?D Nónne ueluti torrẽtes quidam coniuncti, bona ſimul omnia corrumpunt & perimunt, tantũ ſpinarum, tantum harenę numerum, tantamq̃ materiæ uim intus congerentes, ut animum illum ſterilem, bonorumq̃ omnium inferacem faciãt? Qua in re ipſi quoq̃ externæ philoſophiæ autores nobis teſtimonio ſunt. Alterum enim horum uitiorum non cõiunctum, ſed ſeparatum ac ſolum, unus quidem arcem: alius uero caput malorum appellauit. Sin uero ſeparatum arx malorum, & caput eſt: quid tandem erit, ſi alterum quoq̃ ſibi acceſſerit immanius longe, atq̃ potẽtius? glorię ſcilicet inſanus amor, atq̃ cum illo uiolenter irruẽs firmiſſimis radicibus nitat, iuuenisq̃ occupet animũ? Quis iam eiuſmodi impetũ poterit obtun-

dere, quis eam perniciem reſtringere, cum præcipue parentes cũcta ea & faciant & moliantur: nõ quibus hæc iniquiſſima germina uellantur, uerũ quibus firmiora & ſolidiora fiant? Quis adeo ſtultus, atq̃ amens ſit, quin ita imbuti & inſtructi deſperet ſalutem? Optãdum in primis fuerat ei animo, qui huiuſce uerbis indies incitaretur, eam peſtem euadere poſſe. Cum uero præterea undiq̃ illiciant pecuniarũ præmia, ubiq̃ ſcelerati homines ad imitandum proponantur: quęnam iam ſalutis ſpes relinquitur? Qui enim pecuniæ amore rapiũtur, inuidi quoq̃, nequã, detractores, periuri, temerarij, audaces, maledici, fures, inuerecũdi, impudẽtes, ingrati, mala deniq̃ omnia ſint neceſſe eſt. Atq̃ horũ omniũ teſtis fideliſſimus eſt beatus Paulus, qui radicem omnium uitæ malorum 1.Tim.6 pecunię immodicam cupiditatem eſſe ait. Quod idipſum Chriſtus antea manifeſtauerat, cum impoſſibile eſſe aſſereret, eum ſeruire deo, qui illi uiMar.6 tio eſſet obnoxius. Cum igitur initio iuuenis ad hanc ſtatim adducatur ſeruitutem, quãdo iam liber eſſe, quãdo undarum moles poterit euadere, cũctis impellẽtibus atq̃ mergẽtibus, extremoq̃ in ſubmerſionis periculo illũ ſtatuentibus? Nam ſi nullo perturbante, ſi plurimis porrigẽtibus manum, exurgere ille, atq̃ emergere potuerit, cunctamq̃ perturbationem ac uitiorum amaritudinem diluere: nónne cõgratulandum atq̃ cõgaudendum illi erit? Si, inquam, longo tempore diuinis excãtatus carminibus, inolitas paſſiones abijcere ualuerit: nónne & laudandus millies, & coronandus erit? Dura enim, dura ac penitus acuta & uiolenta res conſuetudo eſt, ad uincendam capiendamq̃ animam, cum in primis iſta uoluptatem adiutricẽ habeat: ea uero uirtus, ad quam feſtinamus, & ad quam transferri atq̃ applicari ſtudemus, ingentes nobis prębeat labores. Quo circa deus ipſe quoque, cum Hebręis, eorum quę in Num.11 Ægypto didicerant malorum uetus conſuetudo deponẽda eſſet, ſeorſum illos in ſolitudinem adduxit, atq̃ ita illorũ formabat animos, uiam omnem medicinæ, & curationis tentans aſperiorem atq̃ leniorẽ, nihilq̃ penitus omittẽs ex his quę uiderentur eorũ ſalubritati profutura. Et ne ſic quidem uitia illi effugerũt, ſed cum manna cœleſti cibo alerẽtur, cepas tamen & allia & cætera Aegypti mala præferebant, atq̃ requirebant. Adeo cõſuetudo ualet, tantumq̃ habet roboris. Si autẽ Iudæi cum tanta diuinę diligẽtiæ cura fruerẽtur, ducemq̃ præſtantiſſimũ, & oratorẽ adeo egregiũ, cui niterẽtur haberent, metuq̃ præterea & comminatione & beneficijs & cruciatibus, modis deniq̃ omnibus erudirentur, tãtaq̃ & tam illuſtria miracula uiderent, in nullo meliores euaſerũt: tu filium tuum iuuenẽ in Aegypto media, ſiue magis in media dimicatione uerſantẽ, nullumq̃ qui quod utile eſſe poſſit, conſulat audientẽ: cunctos uero ad ea quæ contraria ſaluti ſunt ſe exhortari inſpiciẽtem, atq̃ eos omnium maxime, qui ſe genuerũt & educauerunt, diaboli laqueos euadere poſſe arbitraris? Vnde quæſo? Num ex his, quæ

tu illum doces? Atqui tu ad ea quæ omnino con A
traria saluti sunt, hortaris, cũ philosophiæ ne per
somnium quidem permittis illum meminisse, cũ-
ctaq; seculi istius, infrà supraq; uoluens cõmoda,
maximis fluctibus iactari, summisq; in periculis
uitæ uersari, tuis adhortationibus inducis. Num
fortè à semetipso? Maxime quidem iuuenis sibi-
ipsi non sufficiet ad uirtutem cõquirendam atq;
exercẽdã: sed & si quid ex seipso strenuũ atq; illu
stre conceperit, priusquam id germinet, uerborũ
tuorum perpetuo imbre suffocabitur. Vt em̃ cor
pus si salubribus cibis nõ fruatur, insalubribusq;
nutriatur, longo tempore subsistere & durare nõ
potest: ita & anima quæ eiusmodi doctrinis fue-
rit imbuta, nihil unquam altum, nihil magnũ co-
gitare poterit, sed eiusmodi necesse est lãguidam B
& mollem, uitijsq; uelut peste quadam iugiter in
fectam, ita demũ in æternos ignes, atq; immorta-
les cruciatus proijci. Sin uero tu ista nõ ita se ha-
bere contenderis, essecq; possibile medijs in rerũ
perturbationibus uirtutem omnem assequi, affir
mare perrexeris, ne quæso pigeat nouã hanc atq;
inauditam nos docere disciplinam. Nolo enim si
ne causa, si fieri possit, tantũ mihi negotij assume-
re, nec frustra seculi læta respuere. Sed enim hoc
addicere non possum: neq; enim permittitis uos,
huic sententiæ & uerbis, & operibus cõtradicen
tes, atq; omnia contraria docẽtes: ueluti enim de
dita opera liberos uestros om̃i studio perdere cu
retis, ita uniuersa illos facere iubetis, quæ qui fa-
ciunt, salui esse non possunt. Id si placet aliquãto C
altius consideremus, Cœlestibus euangelium uo
cibus intonãs: Væ, inqt, ridentibus: uos illis quo-
tidie innumeras risus occasiones præbetis. Væ di
Luc.6 uitibus: uos contrà, ut illi pecuniosissimi fiant, u-
niuersa molimini. Væ cũ uobis benedixerint ho-
mines: uos autem & quidem sæpe, ut laudes, fauo
resq; populares consequamini, omne patrimo-
nium effunditis. Rursusq; qui fratrẽ contumelijs
affecerit, sempiternis ignib. obnoxius fit: uos au-
tem & imbecilles esse putatis, & timidos, qui taci
te sibi illatas contumelias ferũt. Imperat Christus
pugna & ultione abstinere uitę cœlestis æmulos:
at uos in eiusmodi pestib9 illos semper enutritis.
Matt.5 Oculum ille si noceat crebro eruendũ iubet: uos
eis maxime amicis utimini, quiq; pecunias dare D
amplissimas potuerint, etiam si supremum uitio-
rum omnium doceant. Dimittere ille uxorẽ non
permittit, præterquam in sola causa adulterij: uos
autẽ modo pecunias accipere ampliores liceat,
hoc etiam præceptũ ut illi aspernẽtur, imperatis.
Iusiurandum ille penitus prohibuit: uos si quẽ id
Ioan.12 seruare uideritis, etiam ridetis. Qui amat, inquit,
animã suam, perdet eam. Vos ad huiusmodi amo
rem semper illos hortamini. Si nõ remiseritis, in-
Matt.6 quit, homin9 peccata illorum, nec pater uester
cœlestis remittet uobis: nos quoties eos, qui nos
iniurijs lacessunt, ulcisci noluerimus, ignauiã no-
bis exprobratis, utq; filij uestri mature se ulcisci
possint, curã omnem adhibetis. Rursus gloriæ in
anis cupidos cuncta sine mercedis fructu gerere,
sentẽtia sua Christus docuit, siue illi ieiunauerint,
siue orauerint, siue miserti fuerint: uos contra, ut
hac frui ualeatis nihil omittitis. Et qd me necesse
est uniuersa psequi, cũ ista quoq; quæ dicta sunt,
gehennas innumeras inferre idonea sint, nõ mo-
do si cuncta simul coeant, uerum & seorsum sin-
gula? Cęterũ uos simul uniuersa congeritis, & im
ponentes peccatorum onus importabile, ita de-
mum in fluuium igneum immittitis. Quando ita
que seruari poterũt, quæ tanta ferũt igni nutrimẽ
ta? Neque istud solum iniquum & indignum est,
quòd Christi præceptis contraria docetis, uerum
quòd fauorabilibus appellatiõibus uitia obduci
tis. Quippe Circensibus ludis, & reliquis spectа-
culis interesse iugiter, urbanitatem & facetias uo
catis: diuitijs affluere, liberalitatem: gloriam ama
re, magnanimitatem: arrogantiam, cõfidentiam:
prodigalitatem, clementiam: iniustitiam, fortitu-
dinem esse asserentes. Tum uero quasi non hæc
sufficiat decipula, uirtutem quoq; cõtrarijs nomi
nibus obnubitis, rusticitatẽ quidem pudicitiam
uocantes: formidinem, modestiam: imbecillita-
temq;, iustitiam: contemptumq; fastus & gloriæ
seruilis esse animi existimantes, malorumq; tole-
rantiam, ignauiam & infirmitatem: tanquã pro-
fecto metuẽtes, ne si tandem ueram & propriam
harum rerum appellationem ab alijs audierint,
effugiant eiusmodi perniciem filij. Neque enim
parum confert ad euitationem mali, nudas ipsas
& proprias uitiorum proferre appellationes, ue-
rum tantum habet momẽti & roboris, ad eos qui
peccant feriendos, ut plurimi nonnunquam tur-
pissimis flagitijs insignes, cum id quod sint, se uo
cari audiunt, modeste ferre nõ possint: sed ut qui
acerbissima sint perpessi, ita sæuiunt atq; efferan-
tur. Deniq; si quis uel mulierem adulterã, uel stu-
pratum puerum ex actu ipso fœdissimo uocaue-
rit, ut qui maximis iniurijs affecerit, irrecõciliabi
lis efficitur repẽte inimicus. Nec istos solum, sed
& cupidum quenq;, & ebrium & elatum, ac tumi
dum, om̃esq; penitus qui graue aliquid peccaue
rint, uideas nõ tam opere ipso nefario, multitudi-
nisq; opinione morderi ac dolere, ut appellatio-
nibus proprijs operum suorum. Atq; ego cõplu-
res isto correptionis genere emendatos noui, fa-
ctosq; ipsis exprobrationib. moderatiores ac me
liores. Verum enim uos istud quoq; solatium, ac
remedium sustulistis: quodq; grauius est non uer
bis solum, sed operibus ipsis quoq; hęc illis moni
ta datis, dum ædes præclaras instruitis, dum emi-
tis pretiosissimas uillas, dum apparatus alios ma
gnificos quæritis, prorsusq; ueluti atra quadã ne-
bula illorũ animos obnubitis. Vnde igitur mihi
persuaderi poterit, eiusmodi posse saluos fieri, cũ
eos om̃i studio ad illa cõpelli cõspiciam, quę qui
faciunt, Christus perire om̃es apertis uocibus do
cuit? cum uideam uos illorum animas, ut uile ali-
quid, ac superfluum negligere: eorum aũt, quę &
superflua re uera & indigna sunt, ueluti ea neces-
saria sint & principalia, curã gerere ingentẽ? Nẽ-
pe em̃ ut seru9, ut equus optimus, uestisq; pretio
sissima

simma filio sit, omnia facitis: ut autem ipse bonus & probus fiat, ne cogitare quidem unquam uultis. Cęterum ad ligna usq; & lapides hoc studium perducitis: animam uero nec minima quidem huius diligentiæ parte dignam iudicatis. Cumq; ut in domo statua antiquo opere admiranda consistat, & tecta aurea rutilent, cuncta moliamini: pretiosissimam omnium statuarum animam, quatenus auream efficiatis, nullam curam gerere uultis. Atqui nondum supremum uerticem, & culmen malorum omnium dixi, necdum summã totius calamitatis reuelaui: quam cum sæpe dicere instituerem, uerecundię ac ruboris magnitudine superatus destiti. Quid uero istud est? Audẽdum enim iam, ac dicẽdum est. Nam esset profecto incredibilis ignauiæ & imperitiæ, si pestem aliquã resecare cupientes, ne mutire quidem aduersus illam auderemus, silentioq; nostro morbum illum accusare, & grauiorem cõstituere uellemus. Non itaq; silebo amplius, etiamsi millies & pudẽdum mihi & erubescendum fuerit. Neque enim medicus cum putredinem exprimere & extergere parat ex uulnere, ferrum manibus arripere deuitat, atq; in ipsum, ut ita dixerim, uulneris fundum digitos demittere. Et nos itaq;, etsi sit ista lõge grauior & molestior putredo, non tamen de hisce lo qui recusabimus. Quod ergo tandẽ istud malum est? Amor quidam nouus & nequissimus nostra ætate, atq; in nostrum genus irrupit, & late dominatur. Morbus irruit acerbus atq; insanabilis. Pestis teterrima, atque omni pernicie immanior & grauior inuecta est. Scelus quoddam nouum & intolerabile excogitatum est. Non enim scriptæ & constitutæ modo, uerũ ipsæ quoq; naturæ peruertuntur leges. Nihil iam ferè ad impudicitiæ rationem fornicatio esse existimatur. Cæterum ut in partus doloribus, cum passio incumbit uiolentior, prioris doloris sensum omnẽ sua magnitudine intercipit: sic huius quoq; magnitudo flagitij facit, ut quod suapte natura tolerabile nõ est, nõ iam uideat esse intolerabile, obscœna scilicet cũ mulieribus libido. Optandum emi iam uotis omnibus uidetur, posse huiusmodi retia effugere, periclitaturq; iam superfluo effectus esse sexus muliebris, adolescẽtibus uices eius omnes implentibus. Quod cum per se est acerbissimum: facit id profecto, ut deterius & tetrius sit, quòd tantum scelus, tam nefariũ facinus incredibili audacia, summaq; iam cum libertate admittitur, flagitiumq; lex factum est. Nemo iam metuit, nemo perhorrescit, nullus continetur uerecundia, nullus rubore suffunditur. Cæterũ ista impudentia se ornari putãt, & faceti uideri ex scelere uolunt. Insanire iam uidentur, qui pudicitiæ studeant: & esse dementissimi, qui leges contrà ferre audent. Qui si quidẽ imbecilliores fuerint, uerberibus quoq; cõcidũtur: sin uero potentiores, spernunt, irridentur, & probris respergunt innumeris. Nihil iam leges, nihil iudicia ualent. Non pædagogi, non parentes, nõ magistri, non assectæ obsistere iam ualent: alios enim pecunijs uoluere corrũpere, eos scilicet q; so lam ad mercedẽ spectant. Porrò si qui fuerint modestiores, eorumq; qui sibi crediti sunt, salutẽ curare perstiterint: alij quidem circumueniuntur facile, reliqui uero flagitiosorum potentia & metu perterriti succumbunt: facilius enim is qui tyrannidẽ sibi parare moliatur, si suspectus fuerit, seruabitur, quàm sceleſtorum illorũ, nequissimorũq; hominũ manus possit effugere, qui illis fuerit infensus: adeo medijs in ciuitatibus ueluti in solitudine ingenti masculi in masculos turpiter desæuiunt, horrẽdumq; flagitium in alterutrum committunt. Si qui tamen hos laqueos effugere potuerint, opinionẽ saltẽ quòd sint eiusmodi, difficile uitabunt. Primum quidem quòd sint ipsi admodum pauci, sicq; facillime operiũtur improborum multitudine. Secũdo, quòd flagitiosi illi atq; nequissimi dæmones, cum eos qui se spernunt, & execrãtur, nõ possint aliter ulcisci, uel hac in parte illos uiolare studeant. Quia enim letale illis uulnus infligere non ualent, ipsamq; animam uel penetrare uel polluere, exteriorem saltem ornatũ, quo illi amicti sunt, maculare nituntur, omnemq; illis honestatis gloriã eripere. Quocirca complures audiui, cum se mirari dicerent, quòd nondum hodieq; imber alius igneus eruperit, quòd non similia Sodomis urbs uestra passa sit: tãto sanè grauiore digna cruciatu, quãto ne aliorum quidem cladibus emẽdata corrigitur. Verum, quanquam ipsa quoq; regione, iam post duo annorum milia ipsa sua facie clarius clamãte quàm si uoce loqueretur, atq; orbem uniuersum admonẽte, ne quid eiusmodi præsumat, non modo timidiores aut segniores ad hoc audẽdum facinus facti non sunt, uerum longe impudentiores: tanquam profecto aduersus deum contendentes, atq; operibus ipsis ostendere studentes, tanto se cumulatius his malis adiecturos, quanto maiora ille intẽtauerit supplicia. Cur ergo nihil factũ est eiusmodi, sed cum admittantur Sodomorum scelera, non tamen cõtingunt Sodomorum clades? Quia manet istos ignis alius longe isto grauior: cruciatusq; finem nullum habens. Nam cum multo grauiora scelera, quàm hi qui diluuij aquis periere, plurimi post ea admiserint, nullus tamẽ imber eiusmodi postmodum factus est. Atq; in hoc facto eadem rursus controuersia est. Cur enim hi quidem qui initio seculi fuere, cum neq; iudicia essent, nec principum metus immineret, non legis comminatio terreret, non prophetarũ adesset chorus, qui moderaretur & regeret, non expectatio gehennæ, non cœlestis regni spes, nõ miracula ipsa deniq; lapides ipsos quoq; excitare ualentia, cur inquã, isti qui nullo horum potiti sunt, pro his quæ peccauerunt, tanta animaduersione puniti sunt: qui autem horum omnium participes fuere, atq; inter metum diuinorũ, humanorumq; iudiciorum degunt, hodieq; non eadem quæ illi patiuntur, cũ sint longe grauiori supplicio dignissimi? Nõne puero cuiuis constabit, quòd acerbiori atq; uehemẽtiori pœnæ reseruant? Nã si nosipsi quoq; super his & irascimur & indignamur, deus cui

omnium maxime totius mortaliũ generis cura in cumbit, qui uitia uehemẽter & auersatur & odit, quando ista impune admitti scelera passurus est? Sed ꝓfecto nõ ita se res habet, non adeò nos decipiamus. Immittet in illos penitus manũ illã ualidissimam, & plagam non ferendã, dolorẽq; cruciatuum sempiternorum adeò grauissimum, ut si Sodomorum clades illi conferatur, ludus puerorum esse existimetur. Quam enim Barbarorũ feritatem isti non sua improbitate transcenderunt? Quod beluarũ genus cõgressu suo impurissimo nõ superauerũt? Est in quibusdam mutarum animantium à natura insitus libidinis ardor incredibilis, cupidoq; intolerabilis, & nullo ab insania differẽs: quæ tamen amorẽ hunc nefarium nõ norunt, sed intra leges à natura præstitas permanserunt: neq; si millies libidine urantur, naturæ unq; præterlabuntur legem. At isti & rationales cõditi, diuinoq; magisterio potiti, quidue agẽdum sit, uel non, alijs quoq; annunciare iussi, non ita licẽtiose ac sine metu meretricibus ut adolescẽtibus congrediuntur. Et quasi homines non sint, nõ ꝓuidẽtia ulla res humanas agat, aut moderetur, & ea quæ fiunt, iudicet, ac tenebræ cũcta occupauerint, nullusq; sit qui ista uideat uel audiat, ita cuncta flagitia admittunt, insania ac furore incredibili. Liberorum uero qui eiusce contumelijs afficiũtur, patres hæc taciti ferunt, nec secũ unà filios terra obruũt, neq; tantæ cladi ullum remedium aut solatium inquirunt. Nam si ad externas gentes, si ad mare, si ad extremas insulas, si ad inaccessã teram, si ad eũ qui citra nos est orbẽ, filij ut hac peste liberi euaderent, adducẽdi atq; pertrahendi essent: nónne omnia & facere & pati debuerant, ne fierẽt huiusmodi flagitia? Certè si quidem insalubris esset locus aliquis, ac pestilens, nunquã eò filios adduceremus, etiã si lucra ingentia inde consecuturi uideremur, etiã si sani illi uiribusq; essent ualidissimi. Nũc uero quum tam immanis pestis cuncta compleuerit, nõ solũ ipsi liberos nostros ad hæc prærupta pertrahimus: uerũ si qui illos eripere ac liberare uoluerint, eos tãquã perditos & corruptores undiq; exagitamus. Quàm ista igit ingenti iracundia, quanto furore, quãtisq; fulminibus digna sunt? quando quidẽ ut illi linguę acumen ac nitorem habeant per exteriorẽ sapientiã omni studio curamus: animã uero in ipso cœno spurcitiæ iacentem, atq; indies putrescentem nõ modo despicimus, uerum exurgere quoq; cupiẽtem prohibemus. Et quisquam iam asserere audebit, possibile esse tãtis malis inuersãtes, saluos fieri? Quanam tãdem ratione? Nempe qui impudicorum effugere insaniam potuerint, pauci omnino sunt: illiq; ipsi nõ effugient amores illos uiolẽtos, qui cuncta perdiderunt, pecuniarũ scilicet & gloriæ. Complures uero & his ipsis, & unà impudicis amoribus uehementius oppressi detinẽtur. Deinde disertos illos & liberalibus studijs exultos fieri cum uolumus, non ea solũ quæ huic eruditioni impedimento esse possunt, resecamus, uerum cuncta quę ad eam assequendã conferre possunt, solicite paramꝰ, pædagogos ac magistros illis procurantes, sumptusq; suppeditãtes, atq; à rebus cæteris otium præstantes, eisq; intẽtius acclamãtes atq; studiosius quàm in Olympiacis certaminibus pędotribę faciunt, inopiam quam imperitia copiasq; quas parit eruditio cõmemorãtes, cunctaq; per nosipsos & per alios agẽtes, ac dicẽtes, quibus illos ad finem destinati studij perduci posse arbitramur. Et ne sic quidẽ crebro uoti cõpotes efficimur. Mores uero optimos & moderatos, conuersationisq; præclarę diligẽtiam ultrò illis prouenire arbitrabimur, quum tot ac tãta sint quę illa impediant & intercipiãt. Et quid hac absurditate dici deterius possit, si id quidẽ quod leuissimum est, maximo & honore & studio digne mur, quasi possibile nõ sit aliter illud adipisci: qd uero longe difficillimũ & grauissimũ est, id dormientibus contingere existimemus, ut unum aliquid minimum, ac nullius ęstimationis ac pretij? Philosophia nãq; animi literarum eruditione, studijsq; liberalibus tãto difficilior est & operosior, quanto facere quàm dicere difficilius, operaq; ꝙ uerba laboriosiora sunt. Et qd, inquit, liberis nostris philosophia diligẽtiori opꝰ est? Istud istud omnino est, qd uniuersos perdidit, quod rẽ adeò necessariam qua uita omnis nostra continetur, superfluã esse & otiosam iudicamus. Certè enim si qui corporis incõmodo laborare filium uiderit, nunquam dicturus est, Quid illi integra & diligẽtiori sanitate opus est? uerũ cũcta molietur & geret, quibus tam insignẽ ille, tamq; excellentẽ habitum acquirat, ut iam ad eũ ultra morbus ille redire non possit: animæ uero morbo quum illi grauissime laborẽt, nihil eis aiunt, curatione opus esse. Postq; ista oĩa patres se uocare audent. Quid igitur? Philosophabimúrne omnes, inquit aliqs, seculiq; omnia peribũt? Nõ ita prorsus uirorum optime. Nõ enim philosophiæ dare operã, id tãdem est quod uniuersa corrupit & perdidit, uerũ id non agere. Quinam enim, quæso te, præsenti hoc in rerum statu per scelera & flagitia ferũtur? Illíne qui moderate & quietè uiuũt, an qui nouos & iniquos excogitant deliciarũ modos? Qui res omnium diripere, sibiq; cõsciscere summo studio nituntur: an qui frugalitati studentes, suis & quidem modicis cõtẽti sunt? Qui seruorum cuneos & assentatorũ greges, exoletorumq; examina circunducunt: an qui seruum unum sibi satis esse arbitrantur? Nõdum enim summa de philosophia loquor, sed de ea quę & plana est, & peruia, & plurimis accessa. Illíne qui clemẽtes, & moderati, ac mãsueti sunt: an ij qui nihil æquè ac summos à cõtribulibus honores quęrunt, maximisq; calamitatibus afficiunt, si non ille sibi assurgat, si non saluter prior, si non suppliciter inclinet, cunctaq; seruorum obsequia prę se ferat? Qui alieno imperio regi, alijsq; obtemperare meditãtur: an qui potestates & magistratus auent, cunctaq; dum his potiantur, & facere & tolerare sustinent? Qui quòd se cunctis meliores esse arbitrẽtur, licere sibi & loqui, & agere omnia existimãt: an qui seipsos cum ultimis

ultimis & uilioribus annumerant, istamq; irratio
nabilem potentiam, ut uitiũ castigant & fugiũt?
Qui præclara ædificia cõstruunt, & magnifice in
structas apponũt mensas: an qui parco cibo habi
taculoq; quod necessitati satis sit, contẽti, nil am-
plius requirunt? Qui innumera soli sulcant iuge-
ra, an qui ne glebæ quidem unius possessionẽ si-
bi necessariam existimant? Qui fœnus fœnori ad
iiciunt, omniq; mercaturæ uiam iniustã licet ape
riunt & mouent: an qui huiuscemodi conuentio
num & chirographorum iniquitatẽ penitus ode
runt, atq; ex his quæ possident, egentibus subue-
niũt? Qui mortalis cõditionis imbecillitatem ui-
litatemq; considerant, an qui ne hanc quidem cõ
sideratione admittũt, ac ferè homines se præ ia
ctantię ac tumoris magnitudine existimare desie
runt? Qui scorta nutriunt, alienisq; matrimoniis
se inquinãt, an q uxore quoq; legitima abstinẽt?
Nónne illi quidem ueluti tumores corpori, uen-
tiq; sæui ac furentes mari: ita totius orbis terrarũ
euertendę reipublicæ exorti, eos quoq; qui serua
ri possent, per suam intemperantiam & improbi-
tatem immergere, ac prorsus extinguere conan-
tur: isti uero tanquã lumina clarissima in tenebris
micantia, eos qui in æstu medio iactantur, ad sum
mam inuitantes quietem & securitatem, ac philo
sophiæ faces de sublimi quodã & lõginquo pha
ro accẽsas præferentes: ita demum eos qui moni
tis suis obtẽperare non renuunt, ad quietem ac tu
tissimum portum perducũt? Nónne per illos qui
dem seditiones, bella, pugnę, euersiones urbium,
in seruitutẽ abductiones, seruitutes, captiuitates,
cædes, malaq; alia innumera quæ in seculo fiunt,
nec ea solum quæ inferunt ab hominibus, uerum
& quę de cœlo omnia, puta siccitates, imbres, ter
ræmotus, fames, pestes, aliaq; omnia quę cœlitus
nobis immittũtur? Nónne ergo isti qui & mores
totius humanitatis peruertũt, qui respublicas cor
rumpũt, hi aliis quoq; innumerabilium calamita
tum causa fiũt, qui uitæ quietiori studẽtes, eamq;
degere uolentes perturbant undiq; & pertrahũt,
uariisq; supplicijs affligunt? Horũ gratia profec-
tò & iudicia, & leges, & mulctæ, uariaq; tormẽ-
torum genera sunt instituta. Vt enim in ea domo
in qua plurimi morbis uariis laborant, pauciq; sa
nitate gaudent, uideas plurima & medicamento
rum genera, & medicos quãplures: ita in orbe to
to nulla gens est, nulla ciuitas, ubi nõ leges pluri
mæ, non multi magistratus, non innumeri pœna
rum modi ad perterrendos improbos sunt consti
tuti. Neq; enim sufficiunt medicamenta ipsa sola
languidos eripere, nisi adsint qui illa uulneribus im
ponãt: hi profecto iudices & magistratus sunt, q
illos, uelint nolint, medicinam admittere compel
lunt. Atq; ita etiã morbus obtinuit, adeò ut ipsam
ferè medicorum artem superauerit, ipsosq; iudi-
ces infecerit: prorsusq; idem contingit, ac si quis
& febre & morbo intercutis, aliisq; item ęgritudi
nibus innumeris & grauioribus oppressus, mala q-
dem propria curare negligeret, alios uero qui iis-
dem incõmodis laborarent, erigere studeret: nẽ-

A pe enim uitiorum inundatio & uis, quasi torrens
quidam, uniuersis obicibus ruptis, uehementi im
petu in animos mortaliũ effusa est. Et quid me di
cere necesse est morum optimorum omniũ per-
uersionẽ? Periculum iam ingens metusq; subijt,
ne pestis ista quæ à neq; istis improbissimisq; ho-
minibus inuecta est, ea etiam quæ de prouidẽtia
à pluribus in libris disputata sunt, refellat omnia.
Adeò indies procedit, augetur, insanit, oñiaq; oc
cupare festinat, adeò quæ suprà fuerãt, infrà iam
fecit, atq; aduersus cœlum bellare instituit, morta
lium linguas non iam aduersus homines conser-
uos, sed planè iam aduersus omnipotẽtem domi
num armãs. Vnde enim, quæso, fati nomen mul-
tum per ora oñium ubiq; uertitur? Vnde syderũ
B irrationabilib. motibus cũcta quæ accidunt, ple-
risque imputant? Vt quid fortunã, ut quid causam
quidam profitentur, & prædicant? Vnde sine ra-
tione, sine prouidentia, ac temere ferri cũcta arbi
trantur? Propter eos ne qui iuste & quiete & mo
derate uiuunt, an propter illos quos tu quidẽ con
tinere & conseruare respublicas dicebas? Ego ue
ro cõmunem totius humani generis pestem esse
monstraui, atq; istud ita manifestum est, ut nemo
inde dubitare possit. Nullus enim indignatur q
ille aut ille philosophari pergit, quòd mitis est, q
moderatus, quòd pudicus, q negligit humana
oñia & spernit: uerum quòd ille delicate uiuit, q
cupit, q rapit, quòd nequissimus cum sit, uitijsq;
omnib. repletus, clarissimus est, summaq; in rerũ
C copia & prosperitate uersatur. Ista queruli annun
ciant, hæc obijciũt, hæc accusant qui nõ credunt
deo, his offendũtur plurimi: adeò illorum gratia
qui iuste & moderate uiuunt, non modo nihil ho
rum uerborum loquerentur, sed illa quoq; repre-
henderent, quibus ut dei accusarent prouidentiã
fuissent inducti. Atq; utinam aut oñes, aut certè
pars maior uiuere ita uoluisset, nunq; ꝓfecto uer
ba ista aliquis excogitasset, nec summus malorũ
omniũ uertex irrepsisset, ut quæreret unde mala
essent. Cũ eñ illa non essent, neq; appareret, quis
inqrere pergeret malorũ causam? Ne innumeræ
quidẽ ab ista quęstiõe sectæ pullulassent. Manes
enim & Marcio & Valẽs & Gentilium plurimi,
hinc potissimum habuerũt principium. Sin uero
D omnes philosopharentur, quæstio sanè ista locũ
non inuenisset: sed si nullis aliis ex locis, uel ex i-
sto certè uiuẽdi optimo atq; lætissimo genere du
dũ uniuersi didicissent, sub deo nos rege degere,
resq; humanas ab illo & administrari et regi, secũ
dum suam inæstimabilẽ incõprehensibilemq; sa
pientiam. Quod quidẽ fit nũc quoq;, etsi nõ faci
le perspicĩ, ob ingentem illam & crassam nebu-
lam, quam isti toto terrarum orbe effuderũt. Quę
si auferretur, profectò ueluti in meridiana luce, et
sereno cãdidissimoq; cœlo cũctis mortalibus di-
uina perspiceret prouidentia. Deniq; si nõ essent
iudicia, non accusatores, non calumniatores, nõ
tormenta, non mulctæ, non carceres, non cru-
ciatus, non bonorum publicationes & damna,
non timores & pericula, non insidiæ & inimici-
tiæ, non

tiæ,non iurgia,non maledicta,non odia,nõ pesti lentię,non denięq; aliud aliquid eiusmodi,si quod à nobis in hac enumeratione prętermissũ est, sed omnes digna & conuenientissima cũ moderatio ne uiuerent, quis unquam mortaliũ de prouiden tia diuina dubitasset? Profectò nullus. Nũc uero ferè idem cotingit,ac si hyeme ingenti ac procel la imminẽte gubernator quidem faciat quod sui muneris est diligẽtissime,seruetq; inter undarum moles nauem.non autem appareat eiusce peritię & artis diligentia uectoribus,quòd hanc illis con sideratione & perturbatio & metus & solicitu do præsentium, iam iamq; impendentiũ malorũ eripiat. Deus enim nũc quoq; gubernat omnem hanc machinam, etsi nõ id à plurimis animaduer titur,ob rerum turbines & perturbationem uitæ: quam quidem perturbationem isti maxime om nium excitant. Itaq; nõ tantum morum rectitudi nem peruertũt, uerum ipsam quoq; pietatem reli gionis cõtaminãt.Nec sanè peccabit qui istos na turæ totius inimicos appellauerit,qui in aliorum perniciem cõiurant, et doctrinis sceleratis ac im puris moribus, eos qui secum hoc in uitę salo na uigant, demergũt. Atqui nihil horum penitus in monasterijs inuenies: uerum quãquam procella tanta,tantiq; fluctus desæuiunt,soli in tranquillo & portu et securitate summa residentes,ueluti ex cœlo ipso cæterorum naufragia prospectant.Nã que conuersationẽ planè cœlestem elegerunt, ni hilq; deterius angelis affecti sunt. Vt em illis nul la inest inęqualitas,nec alij succedentibus,secũdisq; rebus elati glorianť,alij extremis malis & incom modis oppressi gemũt,sed omnes pariter in gau dio & quiete, summaq; illa cœlesti gloria exul tant:ita fieri quoq; perspicias in monasterijs, nul lus ibi paupertatem exprobrat,nullus diuitijs ho nestior est. Inde id quod oĩa peruertit & pertur bat, Meum & Tuum penitus eliminatum est.Cũ cta quippe illis communia sunt,mẽsa,domus,in dumentũ,& quod sanè mirabilius est,unus etiam idemq; animus omnibus est. Omnes eadem sunt nobilitate nobiles, omnes eadem seruitute serui, eadem libertate liberi,unæ illic omnibus diuitię, quæ ueræ diuitiæ sunt:una gloria, quæ uere glo ria est.Nõ enim in appellationibus, sed in ipsis re bus bona eorum cõsistunt. Vna ibi uoluptas,una iucunditas,unæ delicię,unum desideriũ,una spes omnibus inest. Ibi ueluti quadam ex regula & li bra cuncta diligẽtissime sunt ordinata . Nulla ibi inæqualitas, cæterũ ordo summus & moderatio & conuenientia & ineffabilis concordiæ seruan dæ diligẽtia, iugisq; ac perpetua lætitiæ materia. Quocirca omnes omnia & patiuntur et faciũt,ut unà lætentur & gaudeãt. Illic enim solum uideas id perfecte contingere, nusquam alibi,nõ modo quòd præsentia omnia contemnãt, omnemq; ab se rixæ & discordiæ & pugnæ materiam abscide rint, clarissimaq; cœlestiũ bonorũ spe beati sint, sed quòd ea quoq; quę singulis contingunt & tri stia & læta, communia esse omnium existiment. Quippe & mœror facilius fugatur, quũ pro uiri A li sua omnes singulorum comportent onera, læti tiæq; occasiones habent innumeras, non in suis modo lætis,sed in aliorum quoq;,& quidem non minus quàm in suis quisq; gestientes.Quonam er go modo res humanæ quo minus pereant,cõser uabuntur? Si istos omnes imitemur.Nunc enim illæ planè propter eos perierũt & corruptæ sunt, qui longe ab his moribus atq; ab isto uitæ institu to exercentur. Tu uero dum his contraria decer nis,idem prorsus facis, ac siquis eam lyrã quæ di ligẽtissime aptata esset, musicæ diceret inutilem: eam uero quæ & dissona & discissa esset, nĩmiaq; uel intensione, uel remissione dissipata & corru pta,hanc & ad pulsus & ad uoluptatem spectato B rum esse diceret aptissimã: atqui nullum uel hæc dicẽtium absurditatis argumentũ certius, uel in uidiæ, & immanitatis ita decernentium documẽ tum clarius inuenire possemus. Quænã uero est modestiorum & clemẽtiorum patrum ratio? Di scant primum, inquiũt,literas, atq; ita quum uim discendi assecuti fuerint, tum demum ad philoso phiam istam adducantur.Tunc nemo qui prohi beat, nemo qui retrahat futurus.Et unde scire cer tius poterimus, qđ ad uiros illi euasuri sint? Pleri q; enim abierunt, immatura prærepti morte:ue rum cõcedamus id quoq; manifestum esse, finga musq; illos interim ad uiriles annos ,puehendos. Quis illud nobis pollicebitur, priorem omnẽ in medio ætatem illos bene acturos? Adeò enim ni hil contendendi studio loquor,ut si qui de his cer C tius cõfidere & sperare possit optime:eos ego ne tum quidẽ urbe educturus sim, cum hãc dicendi facultatem cõsecuti fuerint:uerum tunc maxime manere iubebo, quisq; illos fugare uoluerint non modo non laudabo,uerum ut communes hostes nostræ reipublicę reijciam & execrabor,quòd lu cernas occulẽtes,& lumina clarissima ex urbe ad solitudinẽ ducentes,ciuitatem nostram maximis incommodis afficiãt,ingentiq; gloria & honesta te nudent:sin uero nemo est qui ista polliceri pos sit,quid tandem commodi illi consecuturi sunt,si mittantur ad magistros, ubi uitia prius omnia,q; eloquentiam addiscẽt, dumq; quod minimũ est, accipere & assequi studeant,amittent id quod lon D ge maximũ est,uires animi scilicet,omnemq; pro bitatis indolẽ.Quid ergo? Scholas ne omnes di ruemus, inquiũt? Minime id quidem dico,sed ut ne uirtutis destruamus ædificium, uiuentemq; di ruamus animam, omni studio & prouidẽdum & cauendũ censeo. Quæ si quidem pudica fuerit & sobria, nullo ex loquendi imperitia afficiet detri mento:sin uero fuerit corrupta,damna consequę tur ingentia, etiamsi lingua uehementer & acuta fuerit et expolita,tantoq; maiora,quãto illi uis ea dicendi maior accesserit.Nequitia enim si cum di cendi facultate fuerit cõiuncta, multo deteriora, quàm imperitia,multoq; funestiora solet operari. Quid si autem illuc abeũtes,inquies,prętерquam quòd linguam rudẽ habeãt & imperitam, etiam uirtute illa excidãt? Respõdebo tibi tuis uerbis: Quid uero si domi manentes,prætерquàm quòd animum

animum noxijs fomitibus corrumpant,ne ad elo quentiam quidem consequendam unquam aspi rent:siue q̄ non otij quantū satis est,suppeditent, siue qđ ad ea studia minus idonei nati uideant̄? Mihi quippe, mihi prorsus ista dicere cōpetit, q̄ illa tibi.Cur id? Quia etsi utriusq; incertus euētus est,lōge tamē tuus incertior. Quonam id modo, & ut quid? Quia eloquentiam & eruditionē ut as sequamur, morū etiam ornatu & modestia opus est:mores autem probi non etiam eloquentiæ ad iectione opus habent.Quippe sobrietatem,pudi citiam,iustitiam,uirtutesq; reliquas, etiā sine ista eruditione licet acquirere:eruditionē uero ac di cendi uim,sine probitate morum nemo ferè unq̄ fuit qui assequeretur, cum tempus per flagitia cō sumeret.Quid ergo illa uerebare? hic quoq; ne cessariò est metuendum, & quidem tanto hic am plius,quanto & crebrius qui uoti non potirētur, inuēti sunt,& de maioribus rebus periculum im minet.Atq; illic quidem unius tātum rei exercita tio necessaria est: hic autem duarū rerum compo tes fieri propositum est, quòd alteram sine altera consequi possibile nō sit.Sin autem tu ita uis,im possibile etiā istud cōcedamus esse possibile: qd tandē boni,quid emolumēti nobis eiusmodi eru ditio conferet,adeò letalem circa ipsa uitalia acci pientibus plagam? Quid autem mali, quid incō modi paritura est locutiōis imperitia, si quæ sunt maxima fuerimus adepti? Atqui ista non solū a pud nos qui externam sapientiā ridemus, eamq; stultitiam esse arbitramur: sed apud ipsos philo sophos quoq; ita esse,p cōfesso habetur. Idcirco ex illis plurimi nō ualde ediscēdis literis operam dederunt,alij uero prorsus cōtempserunt, & esse perstiterunt imperiti,omnemq; ætatē in ea philo sophiæ parte,quę mores componit conterentes, clarissimi atq; celeberrimi fuerūt. Anacharsis em̄ & Crates,& Diogenes huius assequendæ peritiæ nullum studiū,nullam omnino curam habuerūt. Aiunt quidam, quòd ne Socrates quidē: atq; id attestari uidetur,qui in ea re longe cæteris excel luit,quiq; illius omnia diligētius quàm cæteri co gnouit.Cum enim illum aliquādo in iudicium in troduxisset,rationē pro se redditurū,in ea oratio ne quam ad iudices habuit, ita illum fecit loquen tem: Vos autem ex me audituri estis omnē uerita tem, & non tamen, per deos immortales, ô uiri Athenienses,orationem compositam electis uer bis & nominib.ut faciūt qui horum studiosi sunt, neq; aliquo ornamento fucatam,sed audietis uul garibus uilibusq; uerbis loquētem. Credo enim iusta esse quæ dico,nullusq; uestrum aliter expe ctet.Neq; enim profectò iudices huic ætati cōue nire uidetur,ueluti adulescentulo fictis ad uos in gredi uerbis. Hoc autem cum dicit, ostēdit se nō ob negligentiam quādam,ut fieri solet: sed quòd eam rē nō magnificaret,nec didicisse,nec illa un quam usum fuisse.Itaq; philosophis quidem elo quentia indigna est,& uiris prorsus:ludentiū ue ro adulescentulorum certamē & gloria: quod ip sis quoq; philosophis uidetur, nec philosophis q buslibet,sed illi qui oēs facile in ea arte superauit. Deniq; magistrum ea re ornari nō permittit, eiusmodi ornatum & turpem esse,& indignū philosopho existimans. Verum hæc ad infidelē quē piam meritò quis dixerit,imò uero ad fidelē quo que.Perquàm enim ineptum & iniquū est,si quidem hi qui gloriam à multis aucupantur,nec alio ex loco quam externa sapiētia clari & illustres es se possint,eam rem nihili existiment: nos eam ita admiremur,tantiq; æstimemus,ut ꝓpter illā asse quendam ea cōtemnamus,quæ necessaria in primis sunt atq; utilia.Sed hæc quidem ad infidelem dixisse satis sit.Ad fidelem uero prēter ista etiā ex nostris documenta afferēda sunt. Quænam uero illa erunt? Magni illi & sanctissimi uiri qui initio seculi fuerūt, quū literæ nō erāt, quiq; post illos fuerunt,quum erant quidem literæ, dicendi uero ars nōdum erat instituta:& qui post eos ipsos fue re,cum eloquētia iam apud omnes obtineret,ma ximoq; in honore esset: horū tū profectò singuli suo quiq; tempore erant imperiti, nō solum artis oratoriæ,uerum ipsarum quoq; literarum.Qui ta men omnes in eis ipsis rebus in quibus dicēdi uis uidē in primis esse necessaria, tāta facilitate eos qui in ea re sunt eminentissimi superauerunt,ut si illis isti comparētur, stultis pueris deteriores esse uideantur.Cū enim persuadēdi uis in facultate o ratoria maxime cōsistat,philosophiq; nullos hac arte tyrannos superauerint,hi uero imperiti & si ne literis orbem uniuersum incredibili facilitate conuerterint:constat profectò palmam sapiētiæ apud istos literarū rudes & imperitos esse, quàm apud illos qui & literas & oratoriam assecuti sunt diligētissime: adeò uera sapiētia & uera eruditio nihil aliud estq; dei timor.Porrò nemo me modo hanc legem statuere existimet, ut pueri esse persi stant imperiti.Nunquam enim prohibere perge rem,quin istud etiam ex abūdanti fieret, si de his quæ sunt necessaria, quisquam me securum face ret. Veluti enim si domus fundamenta quassa nu tarent,omnisq; fabrica ruinam minaretur, extre mæ dementiæ atq; socordiæ esset,non ad cæmen tarios & fabros, uerum ad tectorij operis peritos recurrere:ita rursus importunæ simul & improbę contentionis esset,parietibus inconcusse & firmi ter stantibus,eum qui tectorium addere ornandi causa uellet,prohibere. Atq; ut ista me ex animo loqui sciatis,quæ profectò si possem,reb. ipsis o stenderem,peropportune historiam quādam re ferre instituī.Adolescens quidam admodū locu ples aliquādo in urbe nostra demorato est, utriusq; que eruditionis acquirendę gratia,latinæ scilicet & græcæ.Hunc pædagogus sequebatur semper, cui ea una & sola cura erat, ut ipsius formaret ani mum.Eum igitur ego aliquando cōueniens(erat enim ex his qui montes & solitudines habitāt unus)causam addiscere studebam,cur omissa tam insigni philosophia in pędagogi ordinē seipsum deiecisset.Ille uero cum se parum cōtinuisset,cun ctū iam rei ordinē nobis enarrauit. Puer, inquit, iste patrem habet durum,immitem,asperū,mun-

dicq;

dicq negotijs uehementer intentũ:matrem econ-
trà pudicam,moderatã,piam,cœleſtiacq ſolum ſu
ſpirantẽ.Pater itacq ut qui in bellicis reb. plurima
de ſe fortitudinis ac probitatis indicia dederit,in-
ſignemcq ex militia gloriam fuerit adeptus, filiũ
quocq in ordinẽ ſuũ transferre cupit. Id uero ma-
ter omnino abhorret & uehemẽter execratur:op
tat enim illum clariſſimum in monachorũ cõuer-
ſatione perſpicere, uerum id quidem patri aperti
us dicere auſa non fuit:metuebat quippe ne ſi id
ille uel leuiter ſuſpicaretur, intẽpeſtiue iam ſeculi
uinculis illum obligaret, & hoc ſtudio abducens
ad baltheum adduceret,atq ad omnem quæ ex il
lo ſolet conſequi uitæ negligentiã, ac poſtmodũ
huius propoſiti & uitæ aditum omnẽ intercludere-
ret.Igitur huiuſmodi artem excogitat.Domũ me
accerſit ex eremo, mecũcq cõſilia ſua cuncta com
municans,apprehenſam pueri dexteram inſeruit
manibus meis.Cũ uero illam percõtarer, quid ſi-
bi hoc uellet:una,inqt,hæc nobis relíqua eſt ſpes
obtinendę filio ſalutis:ſi uolueris tu, & paſſus fue
ris in pædagogi ordinẽ deſcẽdere, ſumptoq; pue
ro à nobis proficiſci.Meum erit perſuadere patri,
quòd ſi militarem quoq; uitam ille uoluerit elige
re,perutilis erit dicendi uis,& copia per ſtudia li-
beralia quęſita.Hæc ego,inquã, ſi efficere potue
ro,iam illum tu ſeorſum,atque in alieno ſolo tecũ
habẽs,ubi nec pater, nec propinquorum aliquis
impedire ac perturbare poſſit, ſumma illũ cũ faci
litate formare poteris, moresq illius ad id cõpo-
nere,ut ueluti in monaſterio,ita tecum uiuat.Cę-
terum tu mihi hac in parte cõſenti, mecumcq ſalu
brem iſtam functionem ſimulaturũ pollicere: nõ
parua res agitur,non pro minimis deprecor, de fi
lij mei anima certamen eſt atq; periculum: nõ er-
go ſpernas cunctorum amantiſſimũ, mihicq luce
ipſa chariorem periclitantem:eripe illum laqueis
undicq iam paratis & poſitis, educ ex procella &
tempeſtate & turbine.Sin uero tu gratiam prę-
ſta re nolueris,deum iam medium noſtrum appello,
& teſtem uoco,me quidẽ nihil eorũ omiſiſſe quæ
ad huius pueri ſalutem pertinere uidebãtur, mun
dũcq me eſſe à ſanguine pueri iſtius.Quòd ſi quid
illum eiuſmodi contigerit pati, quale ut patiatur
fieri uehementer poteſt, quippe iuuenis,& in tan
tis delicijs degens,tantaq uitæ negligẽtia: abs te
& de tuis manibus requiret deus animam pueri i-
ſtius.his plura etiã adijciens, miſerabiliterq & ue
hemẽter illachrymans,perſuaſit tandẽ ut hoc ne-
gotium ſuſciperem, atq cum his mandatis à ſe di
miſit.Nec ſanè inanis fuit iſta machinatio,nec re-
ligioſo matris uoto diuina pietas defuit. Ita enim
puerũ illũ breui egregiꝰ ille pædagogꝰ exercuit,
tantamcq in eo flammam deſiderij cœleſtis accen
dit,ut cuncta ſimul repente abijceret,atq ad ſoli-
tudinem cõuolaret:alioq rurſus indigeret freno,
quod illum ab intẽpeſtiua illa & uehemẽti exer-
citatione ad moderatiorem poſſet cõmodiorẽcq
cõuertere.Nanq metuendũ ualde uidebatur, ne
repentino hoc & immaturo ſtudio rẽ ipſam totã
reuelaret,matriq & pædagogo,& omnib. ubiq

A monachis grauiſſimũ bellum excitaret.Si em̃ fu-
gam iſtam ſubitamcq mutationẽ præſenſiſſet pa-
ter,nũcq profectò deſtitiſſet omnia moliri & face
re,ut ſanctos illos fugaret atq afflígeret: nec eos
modo qui illũ recepiſſent, ſed alios quoq uniuer
ſos.Hũc ergo puerum inſignis ille inſtitutor aſſu
mens:hæcq & his plura illi allegans,cœleſtis qui
dem philoſophię deſiderium in eo durare permi-
ſit,& præterea ut cautus fieret,curauit:urbẽ tamẽ
ut habitaret,ſtudiacq liberalia uti cœperat, perſe-
queretur,induxit,ita eum coæuis quoq maximo
emolumento futurum perſuadens. Quod quidẽ
operępretiũ eſſe uidebatur, non modo ſanctorũ
illorũ,aut matris, aut pædagogi gratia, ſed pueri
ipſius quoq. Si enim initio ſtatim in illũ irruiſſet
B pater,timendum ſatis erat,ne philoſophiæ plãtas
cõmoueret,uel etiam penitus cõuelleret, quippe
teneras & recenter poſitas: ſin uero proceſſu tem
poris optimis ille,firmiſſimiscq radicib9 niteret,
uehementer confidebat,quãtalibet pater ageret,
nuncq illum mouendũ loco,neq ulla omnino ra-
tione ceſſurum:quod & factum eſt, nec illũ fefel-
lit ſpes.Pater enim lõgo poſt tẽpore illum ador-
ſus,uehemẽticq cum impetu irruens, nõ ſolum in
nullo ædificiũ inclinauit, aut læſit:uerum firmius
quoq ualidiuscq mõſtrauit. Cõdiſcipulorum ue-
ro plurimi tãtum ex illius contubernio familiari
profecerũt,ut eiuſdem inſtituti fierent æmuli:ha-
bebat qppe ille domi qui ſe perpetuo moderare-
tur,ac ueluti ſtatua iugiter ſub artificis manu con
ſtituta,ornatior indies euadebat,ingẽtémque ani
C mo decorẽ aſſidue adijciebat. Et quod eſt profe-
ctò mirabilius,exteriori quidem cultu nihil à cæ-
teris differre uidebatur.Non enim agreſtibus uel
incomptis erat moribus, non comæ negligentia,
non amictus uilitate nobilis:ſed erat cõmunis ha
bitu,uoce,aſpectu,& cæteris oñibus.Quibus ex
rebus factum eſt,ut facilius plurimos cõtuberna-
lium inter retia ſua includeret, cũ haberet intrin-
ſecus incredibilem latentem ſapiẽtiam. Denicq ſi
quis illũ domi uidiſſet, unũ ex eis eſſe putauiſſet,
qui mõtes & deſerta incolunt. Domus em̃ ita illi
diſpoſita & parata erat,ut in nullo monaſterij dili
gentiã deſideraret,nihilq neceſſarijs amplius ha
bebat.Tempus autem omne in diuinorum libro
D rum lectione conterebat.Erat enim ingenio cele
ri, atq ad pcipiẽdas diſciplinas acutiſſimo.Itaq
externæ illi eruditioni breuiſſimã diſtribuẽs diei
partẽ,reliquũ tempus omne perpetuis orationib.
diuinisque literis inſtabat, ac ſine cibo tota perſe
uerabat die.Imò uero non unũ,aut duos tantum,
ſed plurimos interdũ dies ſine cibo ullo tranſige-
bat.Noctes præterea totas in eiuſmodi conſume
bat ſtudijs, lachrymis,orationibus, ſacrisque le-
ctionibus uacãs.Hæc autem omnia pædagogus
ille nobis clàm annũtiabat. Indignabat em̃ puer
ille uehemẽter,ferréque uix poterat,ſi qd eiuſmo
di efferri cognouiſſet. Dicebat ergo ueſtem illũ
ſibi ex cilicio paraſſe,eáque noctib.ueſtiri ſolitũ,
eo ſcilicet conſilio,ut celerius euigilans ſurgeret:
aliáque prorſus oñia ad imitationẽ monachorũ

illi di-

illi diligentissime parata erāt, atq; egregius ille in
stitutor, deum iugiter ingēti cum lętitia benedice
bat, q; adeò leues huius philosophiæ pēnas pue-
ro largitus esset. Itaq; si quis mihi nunc quoq; eiusmodi animum ac pædagogum daret, aliaq; similiter se pollicer eī curaturū, incredibile est q; id fieri optarē etiam amplius longe q; parētes ipsi. Sic enim profecto copiosiori ex lucro magis gauderemus, cum possēt eiusmodi & per uitā, & per ętatem, & per iuge contuberniū coęuos etiam lucrari. Verū enim nullus est qui hæc se spondeat exhibiturū. Cum uero nullus sit, incredibilis sanè immanitatis esset, eū quinec sibi ipsi auxiliari posset, & iacens uulneribus innumeris confoderetur, aliosq; impeditiores faceret, in medio concidi permittere, quum deberet ex media dimicatiōe submoueri. Nanq; merito similiter in eum ducē animaduertendū esset, qui alacres & pugnare ualentes milites ex prælio abduceret, & qui eos qui sauciī iacerent, alīsq; perturbationi & impedimēto essent, sic semper iacere in medio iuberet. Verum quia plurimi parentum instant uehemētius, liberosq; suos et eruditos et disertos singuli uidere cupiūt, ueluti certum & planè exploratū habeant, ad summū illos eloquentię culmen prouehēdos: aduersus istos nolo equidē cōtendere, nec dicam illos spe sua destituendos, idq; interim cōcedam, & eminētissimos illos in ea re fore, & ad summū prouehendos. Sit aūt nobis duarum rerum optio proposita, ut uel ad magistros proficiscētes, eruditionem assequi contendant, uel abeūtes ad solitudines, uirtutes animi, salutemq; perpetuā conquirere decertent: utro igitur in studio obtinere præstat? Nam si quidem in utroq; ualeamus, et ego id uolo: sin uero alterum sit eligendū, satius erit qd præstabilius eligere. Ita sanè inquiunt, sed hoc ipsum unde nobis cōstare poterit, q; stabit ille, perseuerabit, neq; proposito decidet oīno? Multi enim exciderunt. Et ego tibi respōdebo: Vnde uero tibi constat, q; nō persistet, neq; perseuerabit? Multi enim sunt qui perseuerauerunt, & quidem longe plures q; qui exciderūt. Itaq; istorum gratia magis confidendum est, q; illorum metuendū. Cur autē in ipsis liberalib. studijs hoc ipsum non metuis, ubi maxime timendū est? Nāq; apud monachos quidem ex ingēti multitudine uix pauci lapsi sunt: in schola uero liberaliū disciplinarū ex plurimis uix pauci ad summam peritiam peruecti sunt. Nec solū istis rationib. uerū aliis quoq; plurimis merito id magis metuendū uideatur. Quippe & pueri obtusum ingenium, & magistrorū imperitia, & pædagogi negligētia, & patris occupatio, & sumptuū mercedumq; defectio, et dissimilitudo morū, cōtubernaliumq; atq; in discendo sociorū nequitia, & inuidia, & liuor, aliaq; plurima, quo minus ad finē destinati studij pertingat, nōnunq; impedimento sunt. Neq; ista solum quę diximus, uerum post ipsorum quoq; studiorum finem, alia etiam quæ impediant, imminēt. Quum enim illa omnia impedimēta præteruectus, ad ipsum eruditionis culmē euaserit, nec ullo eorum retardatus fuerit, aliæ rursus illic insidiæ sunt positę. Nanq; & principis ignauia & inuidia eiusdem artis sociorum & consortum, & difficultates temporū, & amicorum solitudo, & ipsa sæpenumero rei familiaris inopia, ab ipso fine nonnunq; excluserunt, atq; abiecerunt. Atqui in monachorū institutis nihil horum uideas: illic enim una tantum re opus est, nobili scilicet atq; eximia alacritate animi: hæc si adsit, nihil quo minus quisq; ad summā uirtutem perueniat, impedire poterit. Quam igitur iniquum simul & indignū est, ubi quidē sunt spei optimę pleraq; indicia manifesta & uiciniora, ibi desperare & tremere: ubi uero spes ipsa & lōginquior est & tantis impedimētis intercipit, illic nō desperare, imo uero rei difficillimæ spes sibi maximas proponere? Quòd sanè faciunt q; in ipsis eloquētiæ studijs, nō ea quæ sæpius contingūt tristia, sed quæ perraro læta cōsiderant. Cūq; in monachorum uita et instituto, ubi spes optima & certissima est, ad ea solū quæ tristiora sunt, inclinentur, in ipsis liberalibus studijs, ubi maximæ difficultates sunt, meliorum tantū spem in animo uersant. Quanquam illic nonnunquam cum ea simul omnia cōuenerint, quæ debēt necessario cōcurrere, ad ipsum iam finem immatura mors irruens, post innumeros labores illos, sudoresq; frequentissimos athletam ipsum sine coronis abripuit: quæ si in medio monastici certaminis cōtingat, tum uero bellator ipse hinc maxime illustris & coronatus proficiscīt. Itaq; si futuri uereris incertum, id inprimis in studijs humanitatis faciendum est, ubi ne ad extremum perueniatur, plurima sunt impedimento. Tu uero illic quidem resides, & tempora expectas lōgiora, nihil eorū quæ in medio sunt, cogitans, non sumptus, non erumnas, non incertum euentum, sed ad finem tantūmodo respiciens. Hic uero cum nec dum uestibulum ipsum filius ingressus sit, necdū decorā istam honestissimāq; philosophiā attigerit, iam metuis, iam trepidas, iam cogitando desperas: atqui ipse paulo antè dicebas: Quid enim? Is ne qui urbē habitat, qui domū habet & uxorem, seruari non potest? An uero si cū urbe & uxore & familia & domo seruari quis potest, non longe id facilius, aptius, melius poterit, si fuerit is liber? Neq; eī eiusdem est, nunc quidem saluti cuiuspiam cōfidere, quamlibet ille seculo obstrictus fuerit, quasi sic etiā acquiri salus possit: nunc uero quantūcunq; liber omnibus euaserit, uereri & metuere, quasi ne sic quidem ad uirtutem & probitatē aspirare possit. Nam si is qui urbē habitat, sic indubie seruari potest, ut tu modo dicebas: multo sanè magis poterit, si se ad solitudines contulerit. Quid est ergo, cur ibi salutē desperes, ubi minime debueras: ibiq; non metuas, ubi maxime pauere debuisti? At, inquies, eiusdē criminis nō est, eum qui seculo addictus sit peccare: et eū q; semel se ac penitus deo deuouerit, religiōis, ppositoexcidere. Neq; n. ambo eadē ex altitudine decidūt, ita nec eadē quidē uulnera suscipiūt. Fallis teipsum prorsus ac decipis, si putas aliud à secularib. uiris, aliud à monachis requiri

requiri. Hęc em̄ ferè ſola eſt in utroq; genere uitę differẽtia, q; illi quidẽ matrimonij ſe uinculis conſtringũt, hi uero his liberi perdurãt. In reliquis uero cõmunis, atq; eadẽ ab utriſq; uitæ totius ratio requiritur, eiſdẽ pro culpis pœna una omnibus debetur. Nam qui fratri ſuo iraſcitur ſine cauſa, ſiue ille ſecularis, ſiue monachus fuerit, deũ ſimiliter offendit. Atq; is, qui mulierẽ reſpicit, & concupiſcit eam, quolibet in uitæ ſtatu fuerit, eadem adulterij plectẽt pœna. Imo uero ut aliquid ex nobis addere, quod rationi conſentaneum uideatur audeamus, magis ſine ulla ſpe ueniæ peccabit, q; ex ſeculo id ſcelus admiſerit. Neq; enim par facinus admittere uidẽt, qui uxoris ſolatio ſubnixus, decore mulieris irretitur, atq; is qui eiuſmodi auxilio, & infirmitatis remedio deſtitutus hac interdũ peſte corripitur. Rurſus qui iurat, ſiue hoc, ſiue illud fuerit, pari omnino pœnę ſubiacebit. Neq; enim Chriſtus, cum de his monita æderet, legesq; ſtatueret, ita diſtinxit, ut diceret, Si quidem is qui iurat monachus ſit, à malo iuſiurandũ eſt: ſin uero monachus non fuerit, non iam à malo eſt: ſed abſolute oĩno dixit: Ego autem dico uobis, ne iuretis penitus. Rurſumq; cũ diceret, Væ ridẽtibus: nõ addidit, monachis, ſed abſolutiſſimam ſententiam de omnibus tulit. Atq; idẽ in cęteris mandatis ſuis maximis & admirandis facit. Cũ enim dicit, Beati pauperes ſpiritu, beati qui lugent, beati mites, beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, beati miſericordes, beati pacifici, beati q; perſecutionẽ patiunt̃ propter iuſtitiã, beati qui & fanda, & infanda propter me & meum nomẽ ab his qui ſunt foris, patiuntur: nec monachi, nec ſecularis nomẽ adiecit: cæterũ iſta diſtinctio ex hominũ extimatione introducta eſt. Sacræ uero literæ nihil horũ penitus nouerunt, ſed omnes monachorũ uita & inſtituto uiuere uolũt, etiã ſi uxoribus fuerint adiũcti. Audi deniq; quid Paulus moneat, quem cũ nomino, rurſus Chriſtũ prædico. Hic itaq; cũ ſcriberet uxoratis hominibus, filioſq; nutrientibus, omnẽ ab illis monaſticæ uitæ diligentiã requirit. Nanq; delicias oĩes penitus abſcindẽs, ſiue quæ ad cultũ ueſtiũ, ſiue quę ad cibos pertinẽt, his uerbis admonet: Mulieres, in habitu ornato, cum pudore & caſtitate ſemetipſas ornare, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueſte pretioſa. & rurſus, Quæ aũt in delicijs degit, uiuẽs mortua eſt: & rurſus, Habẽtes cibos & tegumẽta, his cõtenti ſimus. Quid amplius poſſet aliquis à monachis exigere? Rurſus uero cũ alius linguã cõtinere admoneret, ſeueriſſimas leges cõſtituit, et tales leges, quales monachis ipſis implere negotij non minimi eſt. Nõ em̄ turpitudinẽ tantũ, ac ſtultiloquiũ damnat, uerũ ipſam quoq; ſcurrilitatẽ ſeueriſſime caſtigat & iugulat. Neq; iracundiã ſolũ & furorẽ, & amaritudinẽ, ſed ipſum etiã clamorẽ ab ore fideliũ arcet & reſecat. Omnis enim, ait, iracundia, & furor, & conuiciũ tollat̃ à uobis cũ omni malitia. Num iſta tibi parua uident̃? Ergo paululũ expecta, dũ his longe maiora referamus, quę de tolerãtia malorũ omnib. præcipit. Sol, inquit, A nõ occidat ſuper iracũndiã ueſtrã: uidete ne quis malũ pro malo cuiq; reddat, ſed ſemper quod bonum eſt, perſequimini, & inuicẽ & in oĩes. Rurſumq;: Noli uinci à malo, ſed uince in bono malũ. Rom. 12
Vidiſti ne philoſophiæ, & lõganimitatis magnitudinẽ ad ipſum ſupremũ culmẽ aſcendentẽ? audi quid de charitate etiã loquatur, quæ caput bonorũ omniũ, & ſumma eſt. Cum em̄ illã uehemẽter extolleret, eiuſq; merita inſignia, pſequeret̃, eandẽ ſe à ſeculi hominibus exigere oſtẽdit, quã à diſcipulis Chriſtus. Vt em̄ ſaluator hunc tandẽ extremũ ait eſſe charitatis finẽ, ſi quis animã ſuã pro amicis ponat: ita Paulus quoq; idipſum ſignificauit cum diceret: Charitas nõ quærit quæ ſua ſunt. atq; eiuſmodi charitatẽ ſequi nos iubet. q; 1.Cor.13
B igitur hac philoſophia maius, aut dignius, inquirere poſſemus? Cum enim et furore, et iracundia, & clamore, & pecuniarũ cupiditate, & uẽtris ingluuie, & magnificentia ueſtium, & inani gloria, & alijs ſeculi rebus ſuperiores eſſe nos iubeat, nihilq; cõmune habere cum terra, cumq; mortificare membra noſtra præcipiat, conſtat profecto ipſum non minorem à nobis uitæ diligentiã requirere quàm reqrat à diſcipulis Chriſtus: uſq; adeo uero peccatis eſſe mortuos iubet, ac ſi iam et mortui, & ſepulti ſimus. Idcirco enim ait: Qui autem Rom. 6
mortuus eſt, iam iuſtificatus eſt à peccato. Nonnunq; uero ad ipſius quoq; Chriſti imitationem ſumma ui exhortationis inducit. Cum enim nos
C diligere admonet, inde potiſſimum ſumit exempla: ita cum ad malorum quoq; tolerantiã, atq; ad humilitatem hortatur. Cum itaq; non monachos tantum uel apoſtolos, ſed ipſum etiam Chriſtum imitari nos iubeat, eiſq; qui non imitantur, ſupplicia maxima intẽtet: qua tu tandem ratione illam dicis eſſe maiorem altitudinem? Eandem em̄ omnibus aſcẽdere propoſitum, et imperatum eſt. Sed hoc planè eſt quod euertit orbẽ uniuerſum, quòd ſumma uitæ bene agendæ diligentia monachis opus eſſe arbitramur, cæteris negligenter uiuere licere. Non ita ſanè, non ita eſt, ſed eadem ab omnibus philoſophiæ ratio requirit̃: atq; id equidem uehemẽter affirmauerim, imò uero nõ ego, ſed ipſe iudex omniũ Chriſtus. Sin uero tu adhuc hæres, & titubas: age rurſus tibi eiſdem uerbis aures repleamus, ut omnis abs te et malitia, et infidelitas fugetur. Faciam autem huius rei documentum ab ipſis cruciatibus diei illius horribilis, nimiumq; metuendę. Diues profecto ille, nõ quòd monachus crudelis fuerat, idcirco uehementius cruciabat̃: ſed ſi quid loqui ex nobis audeamus, quod tamen ueritati contrarium nõ ſit, ideo exurebatur maxime, quòd ſeculo deditus cum eſſet, & in diuitijs ac delicijs degeret, & purpura operiretur, Lazarũ ſuprema inopia uexatũ aſpernatus eſt. Virgines itẽ, quia clemẽtia & humanitate caruerũt, ideo cœleſti thalamo excluſę ſũt. et ut ipſe Matt. 25
aliquid adijciã, q; ueriſimile exiſtimo, non ſolũ cruciatus illis additi non ſunt uirginitatis gratia, ſed ob eandẽ ipſam mitiores q; pœnas excepерũt. Neq; em̄ illis dictũ eſt: Ite in ignem æternum,

diabolo

Tit. 2 — 1.Tim. 5 — 1.Theſſ. 5 — Matt. 5 — Luc. 6 — Matt. 5

diabolo & angelis eius prꝑparatũ:sed solum:Nõ A fiunt,quàm hi quibus id ineſt leuiſſimum, & ferè
nouí uos.Sin uero dícat aliqs, hoc idẽ esse quod nullũ:cõstat profecto longe eos facilius ea quoq;
illud est,neq; ego cõtẽdam: quod enim mihi nũc uitia superaturos,à quibus nihil ferè perturbatio
maxime incumbit,id profecto est,ut ostendã mo nis patiuntur.Nam & pecuniæ amor, & delicia-
Rom.12 nachorũ uitam grauiora non attrahere supplicia, rum ac potentiæ,cæterarumq; rerum desiderium
uerum ijsdem quoq; peccãtes seculi homines,ob facilius ab his,quàm à secularibus uinci, subigiq;
noxios fieri.Is etiã qui sordidis uestibus amictus consueuit.Vt igitur in prælio & pugna eam belli
fuit,quiq; centum numos summa improbitate re partem leuiorem esse dicimus, nõ ex qua alterni
quisiuit,non quòd monachi fuerũt, ea passi sunt, ac iuges mortui super inuicem cadũt, sed ex qua
quæ passi referuntur:sed alter ob fornicationem, pauciſſimi & rari:ita de his quoq; statuere &
alter quòd non donasset iniurias, perierunt. Sed decernere debemus.Quippe habendi immodicam
& alios quoq; qui tum punirẽtur, si quis inquirat cupiditatem,is longe facilius uincet,qui in mon-
diligẽtius,pro peccatorũ tantum meritis eos cru tium uerticib9 moratur,quàm qui medijs in rerũ
ciatus perpeti animaduertet. Neq; uero in inferẽ perturbationibus uersatur:nam iste quidem facil
dis solum cruciatibus,sed etiam in sanciẽdis legi- lime capitur.Eum uero qui captus cupiditate ista
bus id Christum fecisse reperies. Etenim cum di- B fuerit,in eorum numero qui uenerantur simula-
Matt.11 cit:Veníte ad me omnes qui laboratis,& onerati cra & colunt, numerari certum est & definitum:
estis,& ego reficiam uos: tollite iugum meum su atq; is quidem si pecunias habuerit,nunquã pro-
per uos,& discite à me,quia mitis sum,& humilis fecto proximos contemnet, sed ipsas omnes in il
corde,& inuenietis requiẽ animabus uestris:non lorum usus facillime impendet:hic autem nõ mo
monachos tantũ alloquitur,sed & omne prorsus do eos aspernabitur,uerum non secus eos atq; a-
hominũ genus. Itemq; cum iubet per angustam lienos tractabit,iniurijsq; & incommodis omni-
uiam ingredi:non istos modo,sed omnes oĩno bus afficiet.Quod profecto genus aliud est serui
homines hoc imperio cõuenit.Cumq; odisse ani endi idolis,& quidem priore illo deterius & gra-
mam suam in hoc mũdo,atq; cætera eiusmodi iu uius.Et quid me necesse est prosequi reliqua,quę
beret,nullum hominum genus excepit.Cum ue- monachis quidem facillima ad superãdum sunt,
ro non omnes alloquitur,neq; iura & leges omni seculi autem homines nullo negotio,ingentiq; fa
bus constituit,hoc ipse nobis insinuat aptius. De cilitate deijciunt:Cur ergo,nõ pauidus trepidas,
Matt.19 nicq; cum de uirginitate loqueretur, adiũxit: Qui cum ad eam uitam filium adducis,in qua uitijs o-
potest capere,capiat:neq; oĩs adijciens, neq; id mnibus capi facillime possit? An parũ tibi uide-
in præcepti ordine statuẽs.Ita Paulus quoq;:nam C tur seruire idolis,ipsisq; infidelib9 deteriorẽ esse,
omnibus locis magistrũ imitari deprehẽditur: cũ deiq; seruitiũ operibus ipsis abnegare? Quæ qui-
1.Cor.7 in hãc incidisset materiã,aiebat: De uirginib9 au dem omnia multo facilius hi, qui seculo addicti
tem præceptũ dñi non habeo.Itaq; & ad eandẽ ui sunt,patientur,quàm monachi. Vidésne ut calli-
tę diligentiam,supremũq; perfectionis fastigium da tergiuersatio metus iste sit? nam si metuẽdum
per diuinas leges pariter & secularis & monach9 fuisset,non utiq; esset illis metuẽdum,qui fluctus
cogãtur:quodq; ambo si ceciderint, æqualia sint & procellas fugerent atq; oĩ studio ad portum
excepturi uulnera, neminẽ iam quãtumlibet ille festinarent: sed eis qui hyeme ingenti & turbine
sit contentiosus,& impudens, contradicturũ exi inuoluti iactarẽtur.In uita enim seculari & plura
stimo.Hoc aũt apertissime ostẽso,age illud q̃que sunt & paratiora naufragia: quòd & plura sint
inquiramus: si tamen inquisitione opus est in re quæ perturbent,& qui eam uitam degunt,negli-
tã manifesta, utrius sit pronior ac facilior lapsus. gentiores atq; adeò inualidiores sint, quàm ut ad
Pudicitiam quidem is,qui uxorẽ habet, facile ser uersus ea stare possint.In monachorum autem ui
uare posse uidetur,quippe solatio nõ minimo suf ta profecto & fluctus tanti non sunt, sed cõtrà pe
fultus:cæterum in reliquis nulla cõparatio est: ue nitus serenitas summa & trãquillitas, & studium
rum sic quoq; plures longe uideas lapsos ex con- D longe excellentius aduersus eam fluctuũ rabiem
iugatorum,quàm ex monachorum ordine.Neq; pugnaturorum.Quocirca nos eiusmodi ad defer
eĩ tã multi ex monasterijs ad matrimonia acce- ta pertrahimus,nõ ut cilicio induant, torquésue
dunt, quàm ex iugali thoro se ad scorta recipiũt. ferreos sibi circumdent,aut cinerem substernant
Quòd si in eis certaminibus quæ facillima illis to solũ,sed ut in primis uitia effugiãt eligantq; uirtu
leratu sunt,quippe thoro legitimo subnixis,ita se tes.Quid igitur? Oĩes ne qui matrimonij uincu
superari facile permittunt: quid tandẽ in alijs per lis astricti sunt,peribunt? Nõ equidẽ id dico, sed
turbationibus acturi existimantur,quibus longe maioribus,ut seruari possint, laboribus eis opus
amplius quàm monachi pulsantur? Nam cõcupi esse cõfirmo,ob imminentẽ necessitatẽ. Nam eo
scentia quidem, ardorq; cõgressus muliebris his qui ligatus fuerit,is qui solutus est & facilius lon-
uehementius imminet,quippe uxorũ contuber- ge & expeditius curret.Nũ ergo maiore ille idcir
nio,& solatio carentibus:reliquæ uero perturba- comercede donabit,illustrioribusq; coronis? Mi
Matt.25 tiões cum his uicinius propinquare uix possint, nime uero.Sibi eĩ ille hãc necessitatẽ consciuit,
// illos per uim subijciunt,atq; in suum caput impel cũ liceret effugere,si uellet.Qm̃ igit ut apertis do
lũt.Sin uero in eis ipsis,in quibus bello uehemen cumẽtis declaratũ est,ñ sdẽ sumus obnoxij, q̃bus
tiore perturbantur,isti magis obtinẽt, uictoresq; & monachi:faciliorẽ percurramus uiã, liberosq;

noſtros ad eam pertrahamus,non illos demerga
mus,neq; ad uitiorum prærupta, hoſtium imma-
niumq; Barbarorũ uice pręcipitemus.Hęc enim
ſi quis alius facere tentaret,non eſſet adeo horrẽ-
dum & execrandum. Atuero cum parentes ipſi
qui ſecularium rerum omnium periculum fece-
runt, qui rebus ipſis quàm ſit friuola & nulla ui-
tę mortalis uoluptas didicerũt,adeò inſaniant,ut
alios quoq; ad eam ipſam trahere nitãtur, quia ip
ſi iam frui per ętatem prohibentur:cumq; ſeipſos
ex his quæ ante peccauerint,infelices & miſeros
agnoſcere & dicere haberent,alios in eaſdem mi
ſerias præcipitant:atq; iſta cum iã mors uicina eſt
& iudicium,horrendiq; illi cruciatus:quęnam ex
cuſatio relinquitur,quæ uenia,quę miſericordia?
Neq; enim ſuorũ tantũ peccatorũ pœnas dabũt,
ſed eorũ quoq; quę filij peccarũt,ſiue fallere illi fi
lios potuerint,ſiue nõ potuerint. At fortaſſe filio
rũ filios uidere cupitis. Quomodo id tandẽ,cũ ip
ſi tam improbi parentes ſitis? Neq; enim patrẽ fa
cit generatio. Qd ipſi quoq; patres teſtari ſolent,
qui filios cũ uiderint ad ſũmũ uitiorũ culmẽ per-
ueniſſe, quaſi non ſint illi ſui,ſic eos à ſe abijciunt
& abdicant:neq; generatio ipſa, neq; affectus na
turalis,neq; aliud aliquid eiuſmodi ipſos,quo mi
nus id faciant, cõtinere poteſt. Itaq; ne ipſi quidẽ
patres horũ digni eſſe iudicentur,quibus philoſo
phiæ ratione longe inferiores & deteriores ſunt.
Sed cum ipſos non minus ſpiritu quàm carne ge
nuerint, tunc etiam nepotes quærant. Nam tunc
ſolum etiam uidere eos poterunt. Sunt enim, ſũt
profecto illis filij,non ex ſanguinibus,neq; ex uo
luntate carnis, neq; ex uolũtate uiri,ſed ex deo ip
ſo generati:atq; hi filij, nõ pecuniarũ gratia luctũ
parentibus,aut mœſtitiã inducunt,non matrimo
nij,nõ alterius cuiuſq; rei, ſed omni illos hac cura
liberos immunesq; dimittẽtes, maioribus longe
illos,honeſtioribusq; uoluptatibus afficiunt,q; ſi
eſſent illi naturales patres. Neq; enim eſt eadẽ u-
triuſq; generationis ratio,neq; ut carnales filij,ita
ſpirituales quoq; nutriuntur:ſed longe iſti excel-
lẽtius & dignius, idcirco parẽtes quoq; copioſio
re lætitia afficiunt.Illud pręterea adijciendũ,q; hi
qui reſurrectionis fidem non ſuſcipiunt, mirũ nõ
eſt, ſi in eiuſmodi lugeant & lamentẽtur: quippe
quibus ſola hæc poſteritatis ſpes & conſolatio re
liqua eſſe uideatur. Nos uero qui cœlitus edocti,
mortem ſoporem eſſe exiſtimamus,quibus pręci
pitur præſentia omnia deſpicere:qua tandem ue-
nia digni erimꝰ,ſi in eiuſmodi lugeamus, filioſq;
uidere cupiamus, atque hîc relinquere, unde ipſi
trãſire feſtinamus, et ubi cũ ſimus ingemiſcimꝰ?
Verũ iſta ad eos qui capaciores rationis ſunt di-
xerimus. Si q uero fuerint ſtudioſi corporis, atq;
huic ſeculo penitus affixi, illud inprimis dicemꝰ,
quòd incertũ eſt, an ex matrimonio liberi ſint ſe-
cuturi:ſed etſi nati illi fuerint,maioris inde mœro
ris occaſio ſequetur. Neq; enim tantũ ex iſta libe
rorum procreatione lætitiæ, quantum ex aſſidua
cura & anxietate mœroris acquirimus, dum illis
omnia quotidie timere cogimur. Et cui,inquies,
A uillas,ædes,mancipia,aurũq; relinquemus? Nam
& iſta illos conquerentes audio. Ei profecto,qui
hęc antea hęreditario iure poſſeſſurus erat,nũcq;
tanto magis, quanto hæres ipſe & ſecurior & tu-
tior eſt.Hac em in uita plurima ſunt,quæ illa cor-
rumpant & demoliantur:nam & tineæ,& longi-
tudo tẽporis,& latrones,& calumniatores,& in-
uidi,& futuri incertũ,humanarumq; rerum uarie
tas,& mors tandẽ ipſa, & pecunijs, & prædijs,&
uillis filium profecto tuum ſpoliaſſent.Nũc uero
ęditiori atq; tutiori in loco diuitias repoſuit,locũ
inuiolabilem reperiens,ad quem nulli ex his quę
dicta ſunt aſpirare fas eſt. Is uero locus cœlũ eſt,
nullum impetũ metuens, nulliſq; inſidijs peruiũ,
omniq; ſoli fœcũditate feracius,atq; ingenti cum
B fœnore depoſitorũ fructus lætiſſimos his, qui ea
depoſuerint,decerpẽdos præbens.Non igit nũc
ea uerba dicenda ſunt, ſed ſi ſeculo ſe dedere mal
let filius tuus,tunc ingemiſcendum & lamentan-
dum eſſet, atq; talia dicendũ: Cui modo uillas re-
linquemus, cui aurũ, cui pecunias reliquas? Nũc
enim tãta proprietatis et dominationis eſt copia,
ut ne tum quidem cum uita exceſſerint, eo domi
nio fruſtrandi ſint, ſed tunc maxime rerũ ſuarum
lucris potituri. Quod ſi tu hac etiam in uita cupis
illum dominum uidere,demulcetq; te blanda do
minationis appellatio:id quoq; monacho,q̃ ſecu
lari uideas excellẽtius cõtingere. Quis enim oro
te,dominus dicendus eſt? Illene, qui ſumma cum
facilitate pecunias impẽdit & erogat, an is q̃ præ
C parcitate & auaritia eas cõtingere non audet,ſed
ſuffodit atq; humo abdit,ſuiſq; ita abſtinet tanq;
profecto illa nõ ſint ſua? Qui inaniter & abſq; ra-
tione impendit rem ſuam,an qui ſumma cum mo
deratione id facit? Qui in terra ſeminat,an qui in
cœlo? Qui non ſua omnia quibus uoluerit eroga
re permittit, an qui oĩbus eiuſmodi tributa exi
gentibus liber euaſit? Ei quippe qui prędia ſulcat
plurima,quiq; mũdi ſe negotijs addicit,compluꝝ
res plurimis ex locis imminebunt, uectigalia per
ſoluere cogentes, ſuasq; partes quiq; repetentes:
ei uero qui clementer in pauperes erogat, nemo
prorſus erit, qui obſtrepat,nemo qui minas ullas
intentet. Et hoc igitur ex loco inſigniori iſte po-
tioriq; dominatione beatus eſt.An uero tu illũ do
D minum dices rerum ſuarum, qui meretricibus &
gulę illecebris & aſſentatoribus & paraſitis patri
monium effundit,& gloriæ ſuæ maculã acquirit,
ſalutẽq; ſuam prodit, atq; ab oĩbus ridetur: qui
autem ad conquirendam ueram, ſempiternamq;
gloriam, atq; ad immortalia cõſequenda cõmo-
da, utq; diuinis monitis obtemperet, illud ſapien
tiſſime diſpenſat,eum non iam eſſe rei ſuæ domi-
num quereris? Nónne ergo idẽ facis, ac ſi perſpi-
ciẽs quempiam in ſubterraneos aliquos meatus
uel cuniculos rem ſuam proijcientẽ,diceres eum
uerè rei familiaris ſuæ dominum: ſin uero neceſ-
ſarijs uſibus diſpenſantem intuereris, ut qui re-
rum ſuarum non haberet poteſtatem, ita illum la
mentarere? Imò uero nõ eis qui rationabiliter pa
trimonia conſumunt, ſed eis qui in perniciem ſui

capitis

capitis id faciunt, isti conferendi sunt. Denique præclarũ hoc impendendi genus et illustriorem eum & ditiorem & potentiorẽ faciet: illud uero perlasciuũ & luxuriosum, nõ modo odiosum & execrabilem, sed extremæ quoq; damnationi obnoxium & obstrictum reddet. Quid ergo? Post matrimoniũ, inquies, & liberos non licebit hanc philosophiam apprehẽdere, cum ad senectutẽ filius peruenerit? Et quis tandẽ ille erit, qui polliceat̃ ad extremam nos prouehendos esse senectutem, quodq; cũ ad illam peruenerimus, hac in uolũtate & sentẽtia perseuerabimus? Neq; enim sumus domini præstituti ac definiti uitæ nostræ tẽporis, atq; hoc Paulus nos docuit cũ diceret, Dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Neq; rursus in eadẽ semper alacritate ꝓpositi cogitatiões nostrę perseuerant. Quocirca sapiens quidam admonet dicens: Ne moreris conuerti ad dominũ, neq; differas de die in diem, ne forte cum tu moram trahis, conteraris, atq; in tempore ultionis pereas. Nempe si nihil horũ qũoq; incertũ esset, ne sic quidem liberos nostros differre deberemus, ne tãta detrimẽta, quãta mox aperiemus, ex dilatione ista paterentur. Esset enim profecto incredibilis amẽtię & fatuitatis, imò uero summæ immanitatis, si cũ iuueni opus esset adiutorio, aduersariusq; uehemẽter immineret, tũc illum iuberemus quietum agere mundanisq; immisceri negotijs, ne capi facilius posset: cum uero uulneribus innumeris cõfossus iaceret, nullaq; ex parte esset integer, tũc illum ut se erigeret, atq; armaret hortaremur, iacentem iam & sauciũ, atq; oñino debilẽ? Ita sanè inquies. Tunc eñ & lucta leuior, & dimicatio facilior futura est, iã extinctis uoluptatibus. Quænã tũc dimicatio, quæ pugna erit, cũ nullus sit cõpar qui nos ꝓuocet, nullus qui prælio lacessat? Ita ꝓfecto, ne coronis quidẽ illustrioríb. donabimur. Beatus enim, inquit, qui tulit iugũ graue ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & tacebit. Hic plane, hic miraculis innumeris est dignus, hic & laudari, & beatissimus meretur dici, qui rebelles insanosq; naturales motus ratiõe frenare perrexerit, atq; in ipso impetu tẽpestatis & turbinis illæsam seruarit nauẽ: uerũ nihil inde quoq; cõtendamus. Sit etiã ista dimicatio si placet. Nẽpe si esset in potestate nostra certaminis tẽpus, recte forsitan senectutẽ expectare possemus. Sin uero per omnẽ uitã nobis dimicãdũ est, atq; à prima statim ætate inchoãdũ, cũ decẽ annorũ esse cœperimus, ex ea quippe ætate eorũ omniũ, quę peccauimus ratiõnẽ reddituri, pœnasq; daturi sumus: q̃d insinuant pueri illi, qui ꝙ Heliseũ irridere ausi sunt, ursis deuorãdi permissi memorant̃: & nũc ex eadẽ ætate iã in acie est standũ, quãdo bellũ aduersum nos acerbius & grauius imminet, qua tu ratione tẽpus illud certamínibus statuis? Si eñ ipsi diabolo potestatis iure imperare posses, ut atrocius immineret & pugnare desineret, uideretur esse nõ irrationabilis hæc tua admonitio. Nunc uero dum tu illũ, & pugnare, & ictibus me grauioribus pulsare permittas, si mihi contrà quiescendũ statuas, imò

Thren. 3

1. Thess. 5

Eccl. 5

A

B

C

D

spõte succumbendũ: quid hac iniquitate & absurditate posset esse deterius? Quis, oro, nisi inimicꝰ belli rabie dirius instante, pugnantẽ armis exuit, atq; ita hostiũ manibus tradit? Iuuenis est et imbecillus. Nónne idcirco maiore & cautione, & securitate illi opus est? Quã quidẽ ut possit consequi, summa cura & diligentia illi opus erit: atq; is qui eiusmodi est, in trãquillitate semp & quiete summa degere, nõ mundanis negotijs incũbere, neq; medijs fluctibus mersari debebit, ubi tumultus ingens & perturbatio est. Tu uero cõtra penitus quibus bellũ acrius imminet, & per ætatẽ, & per imbecillitatẽ, & per imperitiã, reiq; nouitatẽ, eos quasi iã perfecti bellatores sint reiq; militaris peritissimi, firmissimisq; uiribus subnixi, in mediũ certaminis pertrahis, nec permittis, ut prius ad solitudinẽ profecti uires sibi per exercitationẽ cõparẽt: ueluti si quis fortissimũ uirũ, & qui millies hostem fundere possit, iubeat quietẽ agere, bellicisq; rebus per meditationẽ assuescere: eum uero qui & rudis sit & imperitus, nec pugnã uncq; aspicere potuerit, ob hoc ipsũ in media pugna uersari debere statuat, difficillimęq; rei maiora impedimenta proponat. Ad hæc sciendũ illud quoq;, nõ licere post nuptias cuiq; suijpsius esse dñm, sed è duobus alterum necessario contingere, aut uxori semper, si ita uoluerit, coniungi: uel si continẽter uiuere uoluerit, ea dimissa, adulterij flagitio capi. Quid me ꝓsequi necesse est educandorũ liberorum summas necessitates, curasq; reliquas rei familiaris? quæ profecto tantæ sunt, ut omnem alacritatẽ propositi obtundere, summamq; segnitiẽ ac stuporẽ animis offundere sufficiãt. Quocirca satius omnino, ac melius cẽseo eum, dum adhuc liber ac sui domin9 est, ab ipso statim ętatis initio armare, nõ eorum tantum gratia quæ dicta sunt, uerum eius quoq; in primis quod dicendum est. Qui eñ ad finẽ uitæ philosophiæ huic dare operam aggreditur, in hoc tempus omne conterit, ut possit ea, quæ in priori ætate admisit, peccata diluere, cunctumq; illi studium in hac dũtaxat parte consumitur: & ne sic quidem sæpenumero illi quantum satis est temporis suppetit, sed ex hac uita proficiscitur, uulnerũ reliquias secũ ferens. At uero qui à prima statim ætate se exercuit, uiresq; sibi ad certandũ cõparare studuit, non in hoc tempus cõsumit, nec sedet curans uulnera, sed ab ipsis iam tyrocinij sui rudimentis meretur, atq; accipit palmas. Et illi quidẽ satis optandũ uidet̃, eas pugnas oñes in quibus uictus fuerat repetita dimicatione superare: hic uero ab ipso ferè dixerim pueritiæ aditu & limine tanq; è carcerib. emissus, atq; ad calcẽ cursu perpetuo properans fundit hostẽ, uictoriasq; uictorijs iũgit, & uelut Olympici certaminis uictor, à primæ ætatis flore per bucci natiões ad senectutẽ ꝓficiscit̃, innumeris coronis insignitus caput. Quorũ igit̃ in ordine cõstituere mauis filiũ tuũ? Eorũ ne qui obingentẽ fiduciam, summæq; uirtutis cõscientiã, in ipsos etiã archangelos defigere obtutus ualent: an eorũ qui cũ omnibus stãt, extremũq; ordinẽ obseruãt? Extremũ enim

enim ſortiẽtur penitus, eumq; ipſum tum demũ, cum potuerint cuncta ea impedimenta percurrere, quæ modo memoraui: cũ ſcilicet neq; mors immatura præripuerit, neq; poſtea fuerint uxore impediti, neq; tãta negotia ſubierint ut nõ poſſit ad curam priorum uulnerũ ſufficere ſenectutis tempus, eamq; ſententiã firmã ſemper, immobilemq; ſeruauerint. Cũ enim ſimul hæc omnia conuenerint, tunc quoq; uix inter extremã ſortẽ ſtatuent. Horũ igit ex numero uis eſſe filiũ tuũ, an eorũ q in phalãgis frõte eximia uirtute emicãt? Et quis, inquies, adeo miſer & infelix eſt, quin hæc magis optet filijs ſuis? Verũ cõſuetudinem, inquiunt, requirimus, nobiſcũq; eos eſſe cupimꝰ. Hoc ipſum ego quoq; & cupio & opto, nec minꝰ ſanè, quàm uoſipſi, ut illi ad paternã domũ redeant, educationiſq; & alimentorum uices parentibus referant: quibus, pfecto illi dulciores reperire nõ poſſent, uerũ hoc non modo ab illis exigimus. Quàm em̃ iniquũ eſt, ſi ut aſſequantur ſtudia liberalia, lõgo illos tempore patria arcemus, utq; artẽ aliquã uulgarẽ ac mechanicã addiſcant, domũ quoq; ne accedant interdicimus, in magiſtri domo & prãdere illos, & dormire iubentes: Cũ uero non ad humanã diſciplinã, ſed ad philoſophiã cœleſtẽ proficiſci parãt, anteq; id fiat, quod optamus, confeſtim trahere illos inſtituimus: atq; is quidem qui p extenſum funẽ currere doceẽ, ut eius rei peritꝰ fiat, non paruo tempore, & domo, & patria ſe abdicabit: nos aũt eos, qui ad cœlũ auolare diſcunt, domi cum parentib. claudemus? Et quid hac abſurditate poſſit eſſe deterius? Nónne agricolas uidetis, ut etiã cũ ſatis properant laborũ fructus carpere, acerbos tamẽ eos nunq; metere ſuſtineant? Ergo ne nos quidẽ intempeſtiue liberos noſtros ab deſerti cõmoratione reuocemus, uerum ſtudij cœleſtis diſciplinã in eis ſolidari permittamus, altisq; radicibus arbuſta firmari: & ſiue decẽ annos, ſiue etiam uiginti nutriẽdi illi ſint in monaſterio, non perturbemur, non mœrore ullo afficiamur. Quanto enim amplius fuerint in ſchola uirtutis exercitati, tanto ampliores uires adipiſcẽtur. Sin autẽ tu mauis atq; ita uidetur, tempus nullũ certũ ſtatuamus, ſed ille terminus ſit ſolus, qui ad maturam frugẽ perducat ſatos in illis boni operis fructus, tũcq; ſolum ex deſerto redeant. Prius autem nullo modo. Nihil em̃ ex hac celeritate noſtra cõſequi aliud poterimus, niſi ut illi nunq; ad maturitatem pertingant. Qui enim ante tempus radicis nutrimento deſtitutus fuerit, is profecto nec tempore adueniẽte iam utilis ulla ratione erit. Quod uti ne fiat, toleremus interim bono animo ſeparationem: nec ſolum illos non urgeamus ad reditũ, uerum prohibeamus quoq;, ſi uoluerint ante tempus atq; immature remeare. Nam ſi ad ſummã uirtutem profecerit filius tuus, cõmune lucrum erit & patri, & matri, & familiæ & ciuitati, & gẽtibus omnino omnibus: ſin uero minus perfectus fuerit, ridiculus erit, contemptus, abiectus, ſibiq; ipſi & alijs noxius. Nõ igitur tanti illis incõmodi, tantiq; detrimẽti cauſa ſimus. Nam quoties peregrè à nobis liberos dimittimus, tũc demũ illos uidere uolumus, cum ea conſecuti fuerint, quorũ gratia peregrinati ſunt. Quòd ſi antea redierint, non tãtum ex peregrinatione ipſa uoluptatis capimus, quantũ quòd fruſtra & intempeſtiue aduenerint, mœroris. An non extremæ dementię & iniquitatis eſt, non tantum ſtudij ac ſolicitudinis in rebus ſpiritualibus ponere, quantum circa temporalia & fluxa monſtramus? Cum enim illic adeò philoſophice feramus ſeparationem à nobis filiorũ, ut eam extendi cupiamus, & prolixiorẽ fieri, dũ aliqua ex ea gigni commoda conſtanter teneamus: hîc in tantũ animi mollicie frangimur, ut ex hac puſillanimitate noſtra, ſumma corrumpamus bona. Atq; id cũ plurima habeamus ſolatia, non tantum q illi ſe ad maiora ac digniora cõtulerint, & optato fine potituri ſint, nihilq; ſit penitus, quod eam ſpem infirmet aut frangat, uerum quod ipſe quoq; ſeparationis modus, & periucundus ſit, & facile poſſit tolerari. Nam cũ illi longinquius peregrinati fuerint, nõ eis cõgredi facile poſſumus, idq; cum ſemper contingit, tum in primis quãdo ſenuerimus. Hîc uero aſſiduè ad illos proficiſci poſſumus, atq; ex eorum cõgreſſione fructus uberrimos cõſequi. Ita ergo faciamus, cũq; illi nondum ad nos proficiſci poſſũt, ipſi illos adeamus, illis congrediamur, cũ eis familiariter loquamur. Maximum enim emolumentum ex hoc eorũ cõtubernio, ſummamq; uoluptatem conſequemur. Non enim ex aſpectu ſolum amantiſſimorũ filiorum exultabimus, uerum inſigni profectu melio res facti, ita domum remeabimus. Nonnunq; uero cum illis etiam unà permanebimus, eiuſdẽ philoſophiæ amore capti. Tunc ergo ſolum ipſos ad nos uocemus, cum uires ſummas fuerint adepti, atq; alijs etiam prodeſſe potuerint, tunc eos reuocemus tantum, & non aliter, ut clariſſima lux illa omnibus cõmunis fiat, ut lucerna ſuper candelabrum conſtituatur. Tunc demum, tunc apertius inſpicietis, quorum liberorum uos parẽtes eſtis, quorúmue ij, quos modo maxime beatos dicitis. Tũc philoſophiæ lucra cognoſcetis, cum illi eos homines curarint, qui morbis grauiſſimis laborant, cum ueluti benefici cõmunes & cõſeruatores & rectores prædicati fuerint, cum ueluti cœleſtes angeli cum hominibus in terra cõuerſati fuerint, cum illos intuebuntur omnes, cũ in illos atq; in illorum nomen ſe cunctorum ora conuertent. Imò uero quæcũq; dixerimus, nihil tale profecto dicturi ſumus, quale in ipſo experimento, & in rebus ipſis cognoſcetis. Iſta nobis ut dei leges facienda erant, ſi officijs humanitatis ſatisfacere uel aliqua ex parte curaremus. Non tum liberis noſtris timores intentandi erant, cũ ad uiriles annos peruenirent, ſed cũ pueritiæ ætatem agerent, moderandi illi & inſtituendi, formandiq; fuerãt, nec poſthac unq; opus habuiſſent minis & terroribꝰ. Nunc uero idẽ facimus, ac ſi medicus aliquis languenti ęgroto nihil dicat, nihilq; per quod curari poſſit ab ægritudine oſtẽdat: cũ uero corruptꝰ fuerit & pditus, atq; inſanabili morbo cõprehẽſus,

tunc

tũc iam innumeras remediorum leges cõstituat. Nam reliqui sanè legislatores tunc nos instituũt & monent, cum fuerimus peruersi: sed nõ ita Paulus facit, uerum ab initio statim, atq; à prima ætate, uirtutis magistras statuit leges, uitijs omnẽ penitus aditum adimens. Hæc est enim optimi atq; rectissimi magisterij norma, nõ prius uitia dominari sinere, postq; ut illa effugentur inquirere: uerũ cuncta facere, & uniuersa moliri, ut natura nostra uitijs inuiolabilis fiat, atq; inaccessa. Quocirca hortor & moneo, non modo alios qui hoc uolunt facere non prohibeamus, sed ipsi quoq; adiutores accedamus, atq; una seruantes inter undarũ moles nauẽ, nihil omittamus, ut felici illa cursu, auris secundis impulsa nauiget. Nempe em̃ si hãc sententiã omnes amplecteremur, alijsq; omnibꝰ posthabitis natos nostros ad uirtutem perducere institueremus, atq; hoc solum operæpretium, reliqua omnia & supflua & otiosa esse arbitraremur, tanta nobis inde bona, tanta prouenirent cõmoda, quãta si dicere uoluero, uereor ne iuueniliter gloriari uidear. Porrò si quis id certius addiscere uoluerit, ex rebus ipsis celerius agnoscet, ingentesq; nobis gratias habebit, deoq; lõge uberiores cum uiderit cœlestem in terris cõuersationẽ germine læto pullulantem, atq; inde in primis bonorum futurorum spem & resurrectionis fidem iam apud ipsos infideles quoq; obtinentem. Enimuero quòd ista iactantiæ uerba non sint, hinc perspicuum est. Quoties illis eorum qui ad solitudines se receperũt, uitam exponere incipimus, nihil habent quod refragari possint, aut contrà obijcere. Cæterũ huic tantũ rationi niti uidentur, atq; inde contentionis occasionem sumere, quòd pauci ad culmen perfectionis euadũt. Si uero in ciuitatib. uirtutum fructus sereremus, legemq; aliquam & initiũ disciplina cœlestis acciperet, liberosq; nostros ante oĩa admoneremus, deo amicos & familiarissimos fieri, spiritualesq; disciplinas aliarũ uice, atq; alias ante oĩes illos doceremus, iamdudum tristia cuncta desiissent, innumerisq; malis uita nostra caruisset: idq; quod de beatitudine futuræ uitæ dicitur, quòd inde ausugit dolor omnis & tristitia & gemitus, hic quoque omnes consecuti fuissemus. Nam si nec pecuniarum amor, nec inanis gloriæ cupido ulla incesserit, non mortem timeremus, non paupertatem, non iniurijs affici, læsionem ullam aut damnũ arbitraremur, sed maximum lucrum: si non hostiliter persequi, non odisse nouissemus, nũq; profecto perturbationib. propris, nunq; alienis iniurijs uicti cessissemus, sed angelis ipsis proximum ac simillimũ esset hominum genus. Et quis, inquies, mortaliũ ista impleuit? Minime uero mirum est, si tu non credis: quippe qui ciuitatem inhabitas, diuinorũq; librorum consuetudinem & familiaritatem nullam habes. Quòd si eos qui solitudines habitãt, quiq; diuinis literis olim assueti sunt, nosses, agnosceres profecto quòd & monachi, & ante hos apostoli, atq; ante illos ipsos ueteres iusti diligẽtissime philosophiæ huius documenta dederunt. Verum ut contentione interim omni abstineamus, concedamus sanè secundum aut tertium à summis illis uiris fore filium tuũ: num ideo paruis, aut negligendis bonis potietur? Nõ ad Petri uel Pauli merita cõscẽdit. Num igitur idcirco illum proximo etiam honore priuabimus? Idem enim facis, ac si ita loquereris: quãdoquidem ipse pretiosus lapis fieri non potest, ferrum esse perseueret, neq; argẽtum fiat, neq; aurum. Cur ergo in reliquis rebus non eandem habes rationem, sed penitus contraria? Nam cum filium tuum ad eloquentiæ assequendam disciplinam abs te dimittis, nõ summis illum oratoribus excellentem te uisurum speras: nec tamẽ idcirco eiusmodi illum studijs deducis: satis eum tibi existimans facturum, si quintum etiam uel decimũ ab his, qui in oratoria principes fuerunt, fieri cõtingat. Quodq; ad regiã militiam filios uestros adscribendos curatis, no ad ipsa penitus prefectorum tribunalia conscensuros expectatis, nec tamẽ ideo baltheum illos soluere iubetis, aut ne initio quidem regiam conscendere: sed omnia molimini, uti ne illi unquam regiæ cõmorationi decidant, sufficere existimãtes, si uel inter mediocres illos numerari perspexeritis. Cuius ergo rei gratia, illic quidem etsi maiora cõsequi nõ liceat, ne sic quidem desistitis: uerũ ut minora cõsequamini elaboratis, erumnasq; subitis, atq; ista facitis cum tamen spes nulla certa sit: hic autẽ desidetis, atq; torpore lassescitis. Cur? nisi quòd illa quidẽ uehementer cupitis, horũ uero ne breui quidẽ desiderio tãgimini. Cũq; istud cõfiteri erubescatis, figmẽta & occasiones excogitatis. Itaq; si quidẽ planè ac penitus uelletis, nihil uobis ad hæc assequenda impedimẽto esse potuisset. Ita enim se res habet, si quis aliquid ardẽter amet, etsi non illo aut primus fruatur, aut solus: uel medio in loco stare patietur, atq; etiam aliquãto inferiore, dum eo quod amat frui tandẽ ulla ratione possit. Quippe & is qui uino potatiõiq; addictus fuerit, etsi uinum suauissimum accipere non possit, ne id quidem quod deterius fuerit, unquam contẽnet. Rursus qui pecuniæ uesano amore flagrauerit, nõ solum si quis ei pretiosos lapides uel aurum dederit: uerum si argentum quoq;, maximas illi gratias habebit. Tanti nempe est concupiscẽtia, uiolentissima quidem res, & quæ eum quẽ semel ceperit, omnia sustinere & perpeti qualibet ex re, ui sua possit adigere. Itaq; nisi esset hæc uerborũ callida tergiuersatio, cooperandum illis fuerat & collaborandum. Neq; enim eius est, qui aliqd fieri desideret, id uti ne fiat impedimẽto esse, sed ut fiat omnia moliri. Nam & hi qui ad Olympiaca certamina descẽderint, cum probe norint, unum ex tanta multitudine uictorem fore, laborant tamen atq; fatigantur & in sudoribus, & in erumnis agunt. Etsi nihil ferè hic atq; illic simile esse uideatur, non solum ob certaminum dissimilimum finem, sed quod cum sit necesse ibi unũ solũmodo corona donari: hic non ea præmiorũ est ratio, ut alius sine coronis, alius coronatus abscedat: sed q̃ cũ alius maiore gloria clarioreq; lauda

tione potiatur, alius minore, omnes tamen beati & illustres sunt. Prorsus uero si uellemus in ipsis statim initijs effingere ac formare liberos nostros, atque eis erudiendos tradere, qui illos regere & moderari scirent, fieri satis posset, ut in primo castrorum starent ordine. Nunquã enim profectò sperneret deus tãtam deuotionem & alacritatem animi, tantumq; studium: sed ad hanc formãdam perficiendamq; statuam, manum quoq; suam adiecisset, qua operãte, possibile non esset quicq; ex his quę fierent, cadere: imò cõtrà, esset impossibile illã nõ ad summũ splendoris & gloriæ culmen peruenire, si modo quod nostrę partis munus est, nõ negligeremus. Nã si mulieres impetrare à deo ualuerunt, ut ad curam liberorum adiutor sibi & fautor accederet: longe id magis nos, si uoluerimus, consequi poterimus. Et alias quidẽ cõsulto omitto: sunt autem permultæ, ne liber qui iam claudẽdus est, prolixior fiat, unam tãtũ memorabo. Anna quædam fuit Hebræa mulier: hæc unum filiũ
1.Reg.1 cum partu edidisset, nec aliũ iam se speraret pari-
& 2 turam: (hũc enim uix tandem post multas lachrymas acceperat, erat emi sterilis) uideretq; propter ea æmulam suã sibi crebrò insultãtem, ne sic quidem quicq; tale passa est, quale uos: uerum cum filium illũ genuisset, id solum tempus eum apud se morari permisit, quo lacte nutriri opus habuit. Cũ uero non iam eiusmodi indigeret alimento, sumptum statim obtulit deo, nec iam ut paternam domum reuiseret, orauit, sed semper in dei templo ille morabatur, eumq; si quando illa uidere cupiuisset, quippe mater, nõ ad se cõuocabat filium, sed ad illum unà cum patre ascendebat, illo tãq; reuera donario deo iam cõsecrato abstinẽs. Adeò uero magnus & strenuus adolescẽs ipse factus est, ut deum quum illam Hebręorũ gentem ob effusam latè malitiã execraretur, nec iam illis uteretur, nec uisionem ullam eis reuelaret, rursus eximiæ uirtutis meritis attraxerit, persuaserit q; ea omnia quæ antea solebat exhibere, prophetiã quoq; quę diu abuolarat, restituere. Nec ista tũc modo ualuit, cum
Ibid.3 ad maturam ætatem peruenisset, sed etiam quum puer adhuc esset. Non enim erat, inquit, uisio cõprimens, & uerbũ pretiosum nõ erat. Cumq; ista talia ac tãta essent, illum deus iugiter alloquio familiari dignabatur, ac per illum frequẽs oracula ædebat: tantum confert emolumenti deo semper quæ possederimus concedere, cũctisq; ut illi placeamus, nos extraneos facere, non tantum pecuniijs & possessiõib. sed ipsis quoq; liberis nostris. Nam si hoc in nostra anima facere iubemur, multo magis in omnibus cęteris. Hoc enim & patriarcha fecit Abrahã: imò uero multo maius aliquid, idcirco longe etiam maiore cum gloria filium recepit. Tunc emi maxime & uerissime filios habemus nostros, quũ deo nostro illos tradiderimus. Lõge quippe ille eos melius & excellẽtius quàm nos moderabitur & reget, maioremq; illorum curam geret. Nõne id uides in diuitum quoq; domibus fieri? Nempe enim ibi eos qui domi cum parentibus morantur, non usque adeò illustres, insi-

A gnisq; potentia præditos uideas: quos autem à parẽtibus principes abduxerint, suoq; seruitio ac ministerio accommodauerint, ærariisq; custodię præfecerint, eos uideas & summa dominorum beneuolentia, & lõge maxima fiducia potiri, tãtumq; conseruis esse clariores, quantũ seruis domini excellunt. Sin autem homines ministerijs & officijs suis deditos tanta beneuolẽtia & benignitate prosequuntur, longe id profectò dignius & excellẽtius infinita illa bonitas, quæ deus est, faciet. Permittamus ergo illos ministerio cœlesti famulari, non in templum eos introducentes, ut Anna Samuelem, sed in ipsum cœlũ cum angelis diuino ministerio dicãdos. (Quòd enim cum angelis illi ministraturi sint, qui hãc philosophiam apprehẽ
B derint, omnibus profectò liquet.) Tũc sanè illi nõ tantum suę, sed nostrę quoq; maiore cum fiducia gloriæ felicitatiq; prospicient. Nam si quidam parentum gratia nonnulla cõsolatione potiti sunt, multo id magis filiorum causa parẽtes consequẽtur. illic enim naturæ tãtum prærogatiua erat, hic ius etiam educationis accedit, quod natura lõge maius & potẽtius est. Atq; ego uobis utrunq; scripturæ diuinæ exẽplis affirmabo: Ezechiam certè insigni uirtute & pietate uirum, minus tamẽ ex
4.Reg.20 uirtutum suarum conscientia fiduciæ habentem, quàm ut posset aduersus imminens periculũ consistere, paternæ uirtutis gratia se deus seruare testatus est. Protegã enim, inquit, ciuitatem istam, ut seruem eam propter me, & propter Dauid puerũ meum. Paulus item quum ad Timotheum de pa
C rentibus scriberet, aiebat: Quoniam salui fiẽt per 1.Tim.2 filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cũ castitate. Iob quoque sanctissimum uirum, quum ex uirtutib. reliquis scriptura collaudet, quòd fuerit iustus, quòd uerax, quòd religiosus, quòd pius, tum ex eo maxime quòd filiorum optime nutriẽdorum habuerit summam diligentiam. Nõ enim ea cura urebatur, ut aurum illis copiosissimum acquireret, non ut humana gloria uerendos & illustres cerneret: sed quid ille tãdẽ requirebat? audi quid scriptura dicat: Quum consummati, inquit, essent dies cõ- Iob 1
uiuij, mittebat Iob, & purificabat eos, cõsurgẽsq; diluculo offerebat pro eis sacrificia ad numerum
D ipsorum, uitulumq; unũ pro peccatis, pro animabus eorũ. Dicebat enim Iob in corde suo: Ne fortè filij mei in mente sua mala cogitauerint aduersus deũ. Vllánetiam nobis erit excusatio, eiusmodi scelus admittere audẽtibus, quãdo is qui ante gratiam, ante legem fuit, qui nullo sacrarũ litterarum magisterio instructus erat, tantam filiorum ostendit gessitq; prouidẽtiam, ut de incertis quoque eorũ & occultis tremeret paueretq; delictis? Quęnam nos iam excusabit ratio, qui cum simus sub gratia, cum tantis & tam insignibus magistris potiamur, quum eiusmodi exemplis abũdemus, totq; monitis erudiamur, non modo pro occultis incertisq; filiorum peccatis nõ metuimus, uerum aperta quoq; & manifesta cõtemnimus? Nec ista saltem pernicie contenti, si qui eos emendare uo-

lue-

luerint,eos undiq; reiicimus,exagitamus,affligimus.Abraham quoq; simul,ut dictũ est,cum cætera recte facta commẽdant, tum istud quoq; clarissimum facit.Igitur cum tanta summorum uirorũ teneamus exẽpla,paremus deo ministros idoneos & probatissimos famulos. Nam si is qui uel athletas ciuitatib. nutrit, uel exercet ad regis obsequium milites,maximis honorib.fruitur: quanta nos munera,quot coronas accepturi sumus, q tam magnos & eximios uiros,dicam uerius angelos,deo educamus? Omnia ergo faciamus, cunctaq; moliamur,ut eis insignes pietatis opes relinquamus,quæ solæ permanent nobiscum,excedẽtesq; è uita comitant, neq; hac in uita solũ, sed in illa etiam maximo nobis usui erunt, summaq; cõferent emolumenta. Nam seculi quidem diuitiæ, neq; excedentes è uita comitãtur, & hic nonnunquam nos deserũt,possessoresq; suos crebro perdiderunt.Istę autem diuitię & in uita & post mortem firmæ stabilesq; perdurãt,eosq; qui se possederũt,tutos inuiolatosq; seruabũt. Ita enim se res habet,ut is quidem qui terrena spiritualibus præfert,& illis decidat & istis:qui autẽ cœlestiũ desiderio tenetur, terrenis etiã oñino potiatur. Nec ista mea ratio est, sed eius q cũcta præbiturus est domini.Quærite enim,inquit,regnum cœlorum, & hæc omnia apponẽtur uobis.Quid huic honori par ulla ratione esse possit? Curam,inquit,gerere spiritualium rerum,mihi uero tua omnia permitte.Ac si pater aliquis indulgentissimus & domus curam & familiæ regimen, aliarumq; rerum omnium administrationẽ ipse sibi assumeret, filiũq; suum,ut philosophiæ solum operam daret,admoneret:ita profectò deus quoq;.Pareamus illi igit, inquiramusq; cœlorum regnum:sicq; & filios nostros probatissimos uidebimus,& ipsi unà ex illorum preclaris actibus illustriores erimus,bonisq; etiam præsentibus fruemur,si futura tãtum cœlestia diligamus.Ista uobis,si quidẽ obtẽperare uoluerítis,maxima præmia cõferent,summãq; mercedem:sin autẽ reluctari, atq; eis minime parere perstiteritis, grauiores cruciatus. Neq; em̃ ullus iam excusationi locus erit, ut tergiuersari & colligere figmẽta ualeatis, aut dicere neminem fuisse à quo ista discereris.Certè enim ante nostrã quoque admonitionem hęc omnis excusatio sublata erat,quum habeat natura ipsa diligẽtissimum bonorũ malorumq; iudiciũ, istaq; philosophia ubique proposita sit omnibus: tantaq; sint præterea uitæ præsentis incommoda & mala,ut eos quoq; qui illam uehemẽter amant, ab ea ad solitudines fugare sufficiãt.Igitur,ut dixi, etiam si ipsi tacere mus,omnis excusatio sublata esset: nũc uero multo id magis continget post istos adeò prolixos libros,tamq; longam admonitionem,quam ex rebus ipsis,& quæ etiam illustrior est,quam ex diuinis literis fecimus. Nẽpe enim etsi domi remorãtes,possibile esset nõ penitus corrumpi & perire, sed uel inter extremam electorũ sortem numerari,nec sic quidẽ supplicia euadere possemus:cum & his qui ad diligentioris delectum uitæ properarant,impedimento fuissemus,& eos mundanis rebus obligatos teneamus, qui ad cœlũ euolare cupiunt,atq; in auras uetæ libertatis emergere. Cũ uero istud possibile nõ sit, sed omnino pereundũ constet,& de extremis periculũ immineat:quam tandem ueniam,quam excusationem habituri sumus,qui non modo nostrorũ peccatorum,sed eorum etiam quæ postea filij peccauerint,pœnas in nosmetipsos acerbissimas attrahimus? Neq; em̃ eos ita punitum iri existimo pro his quæ delinquerint ad mũdanos fluctus uiolenter attracti,ut uos qui hanc inuitis illis & renitentibus necessitatem imposuistis. Nam si ei qui unum scandalizat, cũmola in mare præcipitari expedit:quę tãdem pœna,qui cruciatus illis satis erunt, qui sæuitiam tantam & immanitatẽ in liberos proprios ostendũt? Quocirca moneo,atq; obtestor,uelitis esse philosophorũ filiorũ patres.Neq; enim dicere debetis, qd audio plurimos tergiuersantes dicere. Quid nam uero istud est? Quum uideremus, inquiunt, eos ad finem peruenire non posse,istud prohibuimus.Etiãsi hoc apertissime nouisses,nec esset ista fallax cõiectura:plurimi quippe ex his qui lapsuri putabant̃,firmiter steterunt: si tu tamen id oñino præsciuisses,ne sic quidẽ illũ ab instituto retrahere debueras.Neq; enim si quem cadere incipiẽtem,anticipantes lapsum,ipsi præcipitaremus, id nobis ad excusationem satis esset, sed ipsum hoc nos in primis condemnaret:ut quid enim tu non permisisti illius magis negligentia ruinã illam cõtingere, sed præueniens alterius peccatum rapuisti,cunctaq; in tuum caput cõuertisti? Quinimò ne permittere quidem ut ea ruina cõtingeret,debebas.Cur enim non omnia feciſti, ut non rueret filius tuus? Itaq; idcirco maxime extrema animaduersione dignus es,quòd sciebas illum ruiturum. Qui enim ruinam pręsciebas,non illum deijcere, sed manum porrigere debueras, studiũq; maximum ostendere,ut is qui ruiturus uidebatur,fortiter persisteret, siue ille postea stare firmiter duraret, siue non. Nos enim cuncta partium nostrarum munera exequi atq; implere cõuenit, etiamsi illi nihil ex nostra diligentia & studio fuerint lucrati.Cuius rei gratia? & ut quid? Vt non iam aduersum nos deus sententiam ferat, sed aduersus illos.Quod & ipse eum qui talẽto accepto nihil operatus fuerat, criminans dicebat: oportebat enim,inquit,te pecuniam meam deponere ad numularios,& ego ueniens cũ fœnore exegissem illam.Obtemperemus igitur ista monita ędenti,ut cruciatus quoq; quos ille comminatus est,effugere possimus.Neq; enim sanè deum cum hominibus ludere poterimus, qui cordium scrutatur arcana,& omnia in lucem adducit: qui ubiq; etiam salutis filiorum reos parentes cõstituit. Nam si is qui pecuniam deponere neglexit,tanta seuerítate punitus est:quid ille patietur,qui deponere uolentibus impedimento fuit? Nõ solum enim si ad mundi strepitum filij uestro cõsilio deuoluti fuerint, sed etsi fortiter impetum tulerint, montesq; occuparint,eadẽ uobis supplicia sunt constituta:

Matt.6

Matt.25

4.Reg.20

1.Tim.2

Iob 1

Sicut

Sicut enim qui ad philosophiã hortari pergit, siue ille persuadeat, siue nõ, perfectam cõsequitur integerrimamq; mercedẽ: omne enim quod erat sui muneris impleuit: Ita & qui aliquẽ perdere uoluerit, siue illum læserit, siue non læserit, eadẽ animaduersione punietur: & hinc em̃ cũcta quę potuit, fecit. Itaq; etsi nihil ualueritis ad deiciẽdos ac peruertendos fortes filiorum animos, huius tamen iniquissimi conatus tantas pœnas dabitis, quantas si id quod cupiebatis, ex proposito illo deiecissetis. Hæc igitur uniuersa cogitantes, cunctisq; cauillationibus omissis, curemus effici nobilium fortiúmque filiorum patres, templorúmque Christiferorum fabri, pugilúmque cœlestium curatores, ungentes, erigentes, & undique commodis illorum consulentes, ut coronarum quoq; participes esse mereamur. Sin autem uos contenderitis, filij quidẽ si fuerint egregia uirtute prædíti, etiamsi nolueritis, ad hanc peruenient philosophiam, sempiternísque gaudijs fruentur: uos autem infinitos uobisipsis cruciatus congeretis, tũncque ea quæ à nobis dicta sunt, laudabitis, quum ex eiusce laudibus nihil commodi consequi poteritis.

EIVSDEM HOMILIA IN EVTROPIVM eunuchum patricium ac Consulem prę fectumq; cubiculi Arcadij Aug. cum offenso principe delitescéret sub altari ecclesiæ, cui ipse antea ius asyli abrogare conatus fuerat, Sigismundo Gelenio interprete.

Iunquam antea, nunc maxime licet dicere: Vanitas uanitatum, omnia uanitas. Vbi nunc inclytus ille consulatus splendor? ubi illustres illæ faces? ubi applausus illi ac choreæ, epulæq; & festi conuentus? ubi coronæ & aulæa? ubi stre pitus urbis, & illę circensium spectatorum faustę acclamationes atq; adulationes? Omnia illa perierunt: procella uehemens folia deiecit, arborem spoliatam reddidit, iam radicitus uacillantem: tantaq; uis uenti impacta est, ut cum neruos eius uniuersos concusserit, tũ ipsam funditus prosternere minetur: ubi nũc fucati illi amici? ubi cõpotationes & cœnę? ubi parasitorum examen, & merum per totam diem exhaustũ, uariæq; coquorum artes, & potentatus cultores illi, ad gratiam omnia dicere ac facere assueti? omia illa nihil nisi nocturnum somnium fuerunt, appetente die euanescens: flores fuerũt uerni, uere exacto emarcuerunt omnia. umbra erant, & prę terierũt: fumus erant, & soluta sunt: bullæ erãt, & dirupta sunt: araneæ erant, & lacerata sunt. quapropter spirituale hoc dictum occinimus, indesinenter dicẽtes: Vanitas uanitatum, omnia uanitas. hoc enim dictũ in parietib9, in uestibus, in foro, in ædibus, in uijs, in fenestris, in ianuis, sed potissimũ in ipsa cuiusque conscientia continenter inscriptũ esse oportet, omniq; tempore cogitationi obuersari: quando quidẽ negocia fraudulẽta & personata ac inimica ueritatis opinionẽ apud plerosq; sibi parauerũt. hoc dicto, in prandio, in cœna, in cœtu hominum, quẽq; proximum suum cõpellare oportebat, idemq; ab illo uicissim audire, nẽpe quòd uanitas uanitatum, omnia uanitas. an nõ assidue tibi dicebã fugitiuas esse diuitias? tu uero nos nõ ferebas: an nõ dícebam fugitiui serui naturã eas habere? tu uero credere nolebas. ecce experientia docuit, quòd nõ solum fugitiuę & ingratę, sed homicidæ etiam sunt, ut quæ in metũ nunc te cõiecerint: nónne dicebam tibi, quum me indesinẽter obiurgares uera monẽtem, quòd ego tibi potius amicus essem quàm adulatores, ego redargutor maiorẽ tui curam gererẽ quàm hi qui tibi per omnia obsequerentur? nónne & hoc addebam, si de digniora esse uulnera ab amicis, quàm ultrò ingerẽtia se oscula inimicorum? Si mea uulnera tulisses, haudquaquam tibi illorum oscula hoc exitium attulissent. mea enim uulnera sanitatẽ adferunt: illorum oscula morbum immedicabilem tibi conciliauerunt: ubi nunc pocillatores tui? ubi qui in foro populum de uia decedere cogebant, tuasq; laudes passim apud omnes deprędicabãt? transfugerunt, deseruerũt tuam amicitiam, suam securitatẽ tuis periculis quærunt. at nõ tales nos, sed & tunc quamuis ægre ferentem non destituimus, & nunc collapsum protegimus ac curamus. Ecclesia à te hostiliter habita expãso sinu te suscepit: theatra autẽ magnis obsequijs à te culta, quorum causa sępius nobis infensus fuisti, & prodiderunt te & perdiderunt. attamen nunquam destitimus his te uerbis alloqui: Cur ista facis? in ecclesiam debaccharis, & teipsum in exitium præcipitem agis. & tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas. Et circensis quidẽ multitudo exhaustis in se tuis facultatibus gladiũ in te acuit: ecclesia uero tuo furore exagitata ultro citroq; cursitat, si quo pacto te ex his cassib. implicitũ extricare queat. Et hæc nunc dico non quo prostrato insultem, sed quòd eos qui adhuc stant, tutiores reddere cupiam: nec ut plagas uulnerati refricẽ, sed ut nõdum uulneratos in sanitate cõseruem: non ut iactatum fluctibus demergam, sed ut eos q secũdis auris nauigant erudiam, ne fortè cum ipso nauigio in profundũ deferantur. Quo autem modo caueri possit? Nimirum si rerum humanarum mutabilitates consideremus. Si enim iste mutationem timuisset, nunc eam non pateretur. Sed quoniam iste nec domesticis nec alienis consilijs corrigi potuit, uos saltẽ qui diuitijs extollímini, huius calamitatem in uestrum profectum cõuertite. nihil enim est humanis rebus infirmius. quapropter quocunq; nomine earum uilitatem significaueris, minus quàm ꝓ rei ueritate dixeris: uel si fumum eas, uel fœnum, uel somnium, uel flores uernos, uel quidlibet aliud nominaueris: usque adeò sunt fragiles, & magis nihili quàm nihil ipsum. Quòd autem non solum nihili sint, sed & in præcipiti stent, uel hinc apparet. Quis hoc homine fuit excelsior? nónne in toto orbe diuitijs præcellebat? nónne ad ipsa fastigia honorum cõscendit?

Luc. 23

dit? nónne omnes eum formidabant ac uerebantur? Sed ecce factus est & uinctis miserior, & seruis miserabilior, & mendicis fame tabescentibus indigentior, per singulos dies gladios præ oculis habens in se exacutos, & præcipitia & carnifices, & uiam quæ ad supplicium ducit: ac neq; memoria præteritarum uoluptatum fruitur, imò ne luce quidem communi, sed meridie quoq; tãquam in densissima nocte angustijs parietũ inclusus oculorum usu priuatur. Et quorsum hæc commemorare attinet, cum quantumuis adnitar, nullis uerbis exprimere ualeam, quis illi animus sit, per singulas horas capitis supplicium expectanti? aut quid nostris uerbis opus est, quũ ipsius calamitatis imago ob oculos nostros uersetur? Nuper nãque missis ad eum à rege qui uel per uim hominẽ pertraherent, quum ad sacraria confugisset, buxo pallidior factus, nũc quoq; nihilo meliorẽ quàm mortui colorem obtinet. accedit huc dentiũ arietatio, tremor totiq; corporis, uox singultiẽs & lingua titubãs, in summa talis habitus, qualem oportebat habere animam quæ iam metu diriguisset. Hæc dico non exprobrandi causa, neq; insultans eius infortunio, sed ut uestrum animũ molliam, & ad commiserationem pertraham, eoq; inducã ut præsenti hominis pœna sit contentus. quoniã enim multi sunt è nostris adeò inhumani, ut nos etiam incusent, qui eum susceperimus, illorũ duriciem nostris sermonibus mollire uolens, miserias istius traduco. Quid enim est, quæso dilecte, quod indigne fers? dices: quia in ecclesiam confugit, qui eam indesinẽter impugnabat. Atqui hoc potissimũ nomine glorificãdus erat deus, quòd permisit eum in tãta cõstitui necessitate, ut & potentiam ecclesiæ & clementiam disceret: potentiam, eo quòd tantam inciderit mutationẽ ob simultatem quam cum illa habebat: clementiã uero, quòd infestatorem suum obiecto nunc scuto protegat, & alarum obtentu tueatur, præteritarumq; iniuriarum oblita sinus ei amantissime pãdat. hoc enim quouis tropheo splẽdidius, quauis uictoria illustriq;. hoc ethnicos, hoc Iudæos pudefacit, hoc placiditatem uultus eius ostentat, quòd hosti captiuo parcat, & ab omnibus desertum ac contemptum ut amantissima mater suis uelamẽtis occultet, regis simul iræ & intolerabili populi furori ac odio se opponẽs. hoc ipsum est eximiũ altaris ornamentũ. Dices: hoccine ornamentum, hominem scelestũ, auarum, rapacem, altaria contingere? caue talia dixeris: quandoquidem & meretrix pedes ipsius Christi contigit, incesta illa & impurata: nec tamen hoc in crimen domino Iesu cessit, sed in laudem magnam & admirationẽ. neque enim purum impura offendit, sed scelestam meretricem purus & inculpabilis suo cõtactu purificauit. Caue iniuriarũ memineris ô homo. Cru
Luc. 23 cifixi illius serui sumus dicentis: remitte illis, non enim sciunt quid faciant. Dices: at præclusit huius loci refugium, legibus scriptis quibus hoc irritum facere conatus est. At nũc reipsa didicit, quale sit quod fecit: & suomet facto legem suam primus abrogauit, factus orbis totius spectaculum: & sileat licet, omnes tamen admonet: nolite hæc facere, ne qualia ego patiamini. Sua calamitate alios docet: & altare hoc ipso illustrem ex se splendorem emittit, ac uenerationem sibi comparat, quòd leonem uinctum contineat. Quandoquidem & regiæ effigiei non tantum ornatus ex eo contingat, si solio rex sublimis sedeat purpuratus & diademate redimitus, quantum si sub pedibus quoque regijs barbari manibus post terga reuinctis proni iaceant. Et quòd hæc non uerba modo sint ad persuadendum parata, uosmet festinatione uestra ac concursu attestamini. Etenim præclarum hoc uobis spectaculum & hilaris conuentus contigit: nec minorem nunc uideo populi frequentiam, quàm in proxima sacrata paschæ celebritate: adeò excitati estis istius silentio, quod in præsentiarum quauis tuba clariorem sonum emittit. Et uirgines penetralibus, & mulieres gynæceis, & uiri foro uacuo relicto, uniuersi huc concurristis, ut humanam naturam traduci uideretis, & secularium negociorum momentaneam mutabilitatem detegi, illámque in republica uersantium speciem, heri ac nudius tertius præclarissime splendentem: talis enim est ex alienis iniurijs felicitas, quauis anicula rugosa deformior demonstrata, mutatione rei publicæ, ac si spongia, eius tectoria fucósque abolente: tanta nempe est huius infortunij uis, quæ uirum felicem ac conspicuum, nunc omnium abiectissimum reddidit. Introeat dives aliquis, & magnam utilitatem percipiet: uidens enim à tam celso fastigio delapsum eum qui totum orbem nutu concutiebat, ac formidine contractum, quauisq; rana aut lepore timidiorem, & absque uinculis columnę huic hærentem, & uice catenæ timore affixum tremẽtemq;, deprimet fastum suum: & consideratis quæ in humanis casibus cõsiderãda sunt, discedet re ipsa doctus, quæ uerbis scripturæ nos docent. Quale est illud: Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni: aruit fœnum, & flos eius decidit: item illud: Sicut fœnum citò arescent, & sicut olera uirentia citò decident, quoniam sicut fumus dies eorum sunt: & reliqua similia. Contrà pauper introgressus, & hoc spectaculum animaduertens, non displicet sibijpse, neq; fortẽ suam deplorat: sed gratias insuper paupertati habet, quæ sibi & asyli uice sit tutissimi, & portq; trãquillissimi, & arcis munitissimæ: & his uisis, si deẽ optio, mallet præsenti conditione cõtentus esse, quàm omnium facultatib. paulisper occupatis, mox in proprij sanguinis periculũ uenire. Vides quòd non parua utilitas diuitibus & pauperibus, celsis & humilibus, seruis & ingenuis, ex hoc istius refugio enata est? Vides ut cum remedio quisq; hinc abit, huius rei spectaculo affectus suos curaturus? Num igitur molliui uestros animos, aut indignationẽ expuli? num inhumanitatem extinxi? num ad commiserationem adduxi? equidem adduxisse me opinor; idq; ex uultibus uestris ac lachrymis colligo.

Esaie 4 & 40

Psal. 36 & 101

Quan-

Quãdoquidem igit̃ terra cordis uestri in pinguẽ & fertilem agrũ uersa est, age iam fructũ quoq; miserícordiæ proferentes, flauẽtesq; commiseratiõis spicas præ se ferẽtes, procumbamus regi ad genua: uel potiꝰ deprecemur benignissimũ deũ, ut molliat iram regis, & cor illi tenerũ dare digne tur, quo hanc gratiã integram ab ipso auferre possimus. iam enim ex illo die quo huc confugit iste, nõ parua est facta mutatio. postquã enim cognouit rex eum ad asylũ hoc se recepisse, affluẽte milite & concitato ob eius crimina, deposcẽteq; hominem ad supplicium, longam habuit orationẽ qua militarem indignationem cõpesceret, postulans ut non culparum modo, sed etiam recte factorum rationem haberent: ut qui pro illis gratiam haberet, & si quid humanum secus accidisset, ignoscendum duceret. quum autem illi de integro urgerent ad uindictam læsi regis, clamantes, exilientes, ad mortem deposcentes, hastas uibrantes: tum uero ne à lachrymis quidem clemẽtissimis suis oculis temperans, & sacrosanctæ mẽsæ ad quam perfugerat, religionem illis incutiens, ægre tandem iram eorum sedauit. Admoueamus igitur nos quoque quæ à nobis adhiberi par est. Qua enim ipsi uenia digni essetis, si rege propriam iniuriam condonante & oblito, uos nihil tale passi in ira obstinate pergatis: aut quomodo hoc cœtu soluto sacramenta contrectabitis, & precationem illam dicetis, qua rogare iubemur: Remitte nobis quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus nostris: si à debitore uestro pœnas exigatis: Iniurijs uos fortè magnis affecit ac contumelijs: ne nos quidem istud inficiabimus. Sed nõ tribunalis est præsens tempus, sed misericordiæ potius: non repetundarum, sed clementiæ: non examinationis, sed condonationis: non suffragiorum ac calculorum, sed miserationis ac gratiæ. Ne igitur quis uestrum accendatur, néue ægre ferat, sed potius mitissimum deum deprecemur, ut reo uitã proroget, eũq; ex impendente cæde eripiat, ut ipse errata sua corrigat: & communi opera interpellemus clemẽtissimũ regem pro ecclesia & altari, unum hominem sacrosanctę mensæ donari obsecrantes. Quod si fecerimus, & regi gratũ faciemus, & deus uel magis & rex factum nostrum approbabit, magnamq; nobis huius humanitatis mercedem retribuet. Sicut enim crudelem & inhumanum auersatur & odit: ita misericordem & humanum amplectitur & amat: eiq; siue iustus sit, splendidiores plectit coronas: siue peccator, peccata eius dissimulat, commiserationis erga conseruum talionem illi retribuens. Misericordiam uolo, inquit, & non sacrificium. Et per uniuersam scripturã uides eum semper hoc requirere, atq; hanc peccatorum medelã adhibere. Proinde nos quoq; ad hunc modum illum propitiemus: sic enim peccata nostra redimemus, sic ecclesiã ornabimus, sic & regem clementissimum, ut dixi, demerebimur: ita fiet ut uniuersus populus nobis applaudat, & usq; ad fines orbis terræ humanitatis & clementiæ nostræ rumor celebretur, mercedémque simus ubique terrarum laudem nostri facti recepturi. Vt igitur talibus bonis frui contingat, accidamus ad genua, obtestemur, deprecemur: eripiamus è periculis captiuum, profugum, supplicem, ut & ipsi futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Matt. 6

Osee 6

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI Sermo, quòd regulares fœminæ uiris cohabitent.

EVme ô anima. Ita & ego nunc cum Propheta tempestiue dico, & semel & iterum, ac sæpius: Heu me ô anima, quale negotium, & quanta refertum sermocinatione. Virgo iniuria est affecta, uelum quod eam à nuptijs coercebat, sublatum est, & ab impudentissimis porcis dilaceratum. Sancta sanctorum conculcata sunt, honesta & reuerentiæ plena prophanata, & omnibus peruia. Quæ honestior nuptijs, adeò deducta est & humiliata, ut nuptias magis dicere beatas liceat. Semper quidem uirginitas cum coniugio comparata, primas partes tenuit, & omnem dignitatem. Nunc autem neque in secundo ordine manere potuit, sed ualde procul, & plane in ultimum concessit ordinem: & quod multo grauius, non hostes, neque inimici, sed ipsæ potissimum quæ illas curare deberent, eam sic affecerunt, & propter quas aduersus infideles hactenus libere loquebamur, illæ ipsæ ora nostra maxime obturant, & multa ignominia confundunt. Inter Græcos sanè quidam licet pauci ita philosophati fuerunt, ut opum essent contemptores, & iram uicerunt: uirginitatis autem flos nullo modo apud illos floruit, in qua semper concesserunt nobis primam dignitatem, ingenue fatentes, rem supra naturam esse, & non humanam, & ea propter omnibus gentibus admirationi fuimus: sed nunc non item, quin potius deridentur, & sales in nos iactant, & propterea diabolus contra hanc turmam spirauit, quoniam uidit in hac potissimum phalange fulgidum Christi exercitum: sicq; attentauit ipsam confundere, ut posthac melius sit ne uirgines quidem esse, quæ ita præuaricari attentent. Causa malorum omnium, quòd perseuerant adhuc nomẽ & appellatio rei, & negotium totum in corpore sublatum est, quod scilicet nomẽ extrema uirginitatis pars est: quę autem plus necessaria, & ipsam magis demõstrant, neglecta sunt, & nulla ratio habetur uestiũ quæ uirginitatem decent, uel sermonis, uel silentij, uel compũctionis, uel alicuius id genus. Quin temere nugantur omnia, & rident intempestiue, & derídentur, & in delicijs magis uiuunt, quàm mulieres quæ in fornice undequaq; peccatores suis technis capiunt & cogũt, ut ipsæ in obscœnitatem mulierum quæ stuprãtur, impellantur, qua si aduersus seipsas certantes, & contendentes, ut

prior

prior dignitas in fœditatis gloriam tranſeat. Vnde enim dic mihi, poterimus poſtea talem uirginem ordine illarum & ſocietate eximere, quãdo & ipſa idem facit, quod illæ: quando ſcilicet, ut adoleſcentum corda auolent, ſuperba incedit, & intemperans eadem pharmaca terit, quando eoſdem letales ſuccos miſcet, eundemq; parat pulue rem? Sed non dicit, Heus adeſto, amore implicemur: nec dicit, Aſperſi accubitum meum myrrha, aloe & cinnamomo. Vtinam accubitũ & lectum, ueſtes & corpus. Illa enim domi eſcam occultãt, tu ubique laqueum circumfers, & expandis uoluptatis alas obambulans in foro. Sed nõ dixiſti, neque contuliſti uerba illa meretricia: Heus amore inuoluamur. Non loquuta es lingua, ſed loquuta es greſſu: non loquuta es uoce, ſed loquuta es oculis clarius quàm uoce. An ideo excuſatã te putas, quòd non uocaueris, non obtuleris teipſam? Neq; ſic à peccato liberaris. Eſt enim & hæc quædam fornicationis ſpecies. Pura manſiſti ab iniuria corporis quidẽ, ſed nõ animæ: & completum à te peccatum, etiamſi nõ per coitũ, ſed per aſpectum. Cuius enim gratia uocas prętereuntes? cur accendis ignem? Quomodo putas te purã à peccato, cum totum ipſum opus operata ſis? Etenim cum adulterum feceris perfectum eum quẽ tuo iſto habitu cepiſti, quomodo non potes eſſe adultera, cum opere tuo adulterium cõmittitur? Illius inſania tuum opus eſt. Profectò te quæ adulteros præparaſti, adulterij ſupplicium minime poſſe effugere, nulli nõ manifeſtum. Tu gladium acuiſti, tu dextram armaſti, tu armatam dextram in miſeram animã impuliſti: quomodo igitur poteris ab homicidij ſupplicio liberari? Dic enim, quos nos habemus odio, & auerſamur? Quos autem puniunt legiſlatores & iudices? num eos qui bibunt mortifera uenena, an miſcentes calicem, & prępa rantes ea, arteq; ſua perdentes alios? Non bibentes quidem, quorum, utpote iniuria affectorũ, miſeremur: Veneficos autem omnibus calculis condemnamus: nec ſufficit eis ad excuſationẽ, quòd. nõ ſeipſos offenderunt, ſed alios perdiderunt: ſed propter hoc tanto grauiorẽ luent pœnam. Tu autem miſera & calamitoſa, miſcuiſti calicem hunc pernicioſum, & prębuiſti & dediſti pharmacum: & poſtquam bibit & perditus eſt, defenſam te putas, quia non ipſa biberis, ſed alteri præbueris uenenoſa? Quamuis & uos tanto grauiorem luetis pœnam, quàm pharmacopolę illi, quãto & mors grauior. Non enim corpus ſolum, ſed & animam interimitis. Et illi quidem ſæpe uel furore, uel ira hoc faciunt, uel inopia: uos autem ad nullum talem confugere prætextum poteſtis. Neq; hoc facitis inimicis, uel eis qui nocuerunt, uel ob inopiam: ſed ob ſolam uanã gloriam in alienis ludentis animabus, & ex alienis animabus uoluptatem propriam conſtituitis. Sed neſcio unde, ut hæc dicerem, huc appulſus: propter quod redeundum ad id unde digreſſus ſum. Nam quaſi non ſufficerent hæc quæ dicta in totius fœminei generis cõfuſionem, & aliud quiddam maius excogitauerunt. Sed nemo hæc de omnibus dicta putet. Nõ enim tam miſer ſum & imprudens, ut ſimul omnia commiſceam & confundam. Nam de his quę culpis obnoxiæ & hæc dicta ſunt, & quæ poſtea dicentur. Quaſi igitur non ſatis damnoſa eſſent hæc, uiros ſibi minime conuenientes ſemper includunt, & omni tempore contubernales faciunt, quaſi demonſtraturæ & per hæc, & propter ea quæ dicentur, quòd inuitæ ad uirginitatem raptæ ſint, & extremam uim ſuſtinuerint, & hac ratione conſolantur uim & neceſſitatem. Et quur hæc non dicerem, quum uos longe deteriora his ubi hæc contingunt, dicitis apud omnes amicos & familiares? Permittendæ ne ſunt illæ uiuæ & reſpirantes, & non potius diſſecandæ mediæ, uel uiuæ cum illiſipſis tumulandæ? Etenim & hęc & his multo plura omnes dicunt. Cæterum & frequens, & quotidianus eſt curſus obſtetricum ad uirginum domus, quaſi ad parientes, non quòd obſtetricentur parienti, quamuis contigit in aliquibus etiam hoc, ſed quòd probentur & iudicentur ſicut emptæ ancillæ, quænam corruptæ, uel quæ intactæ: & illa quidem facile obedijt probationi: hæc uero contradixit, & hoc ipſo confuſa abijt, etiamſi non corrupta ſit: & hæc quidem uim paſſa, illa uero non uim paſſa: & hæc etiam non minus illa confunditur, quum non poſſit digna fide hoc more comprobari, ſed opus habet externo teſtimonio. Quantis lachrymis hæc non ſunt digna? quãtis non digna mortibus? quis autem ſic lapideus, & ſine compaſſione, ut non accendatur zelo ſicut Phinees? Et ille quidem, ſi per hoc tempus hanc turpitudinem uideret fieri, non ipſi placeret, ſed faceret idem quod in Madianitide olim fecit. Nos autem quum nobis non ſit permiſſum arripere gladium, neq; confodere pugione eos qui ita negligentes ſunt: affecti igitur ſimus ſicut ſanctus ille, non faciamus autem eadem, ſed dolori aliter ſuccurramus, ploratibus ſcilicet ac lamentis. Venite ergo, dolorum ac gemituum ſociæ eſtote, quotquot ab hac obſcœnitate eſtis alienæ: nam calamitoſæ & miſeræ illæ fortè in tanta ſunt miſeria, ut mali dolorem ullum non ſentiant. Sed uos quæ hanc ſuſcepiſtis uitam, dignæ factæ thalamo & ſponſo, lampades claras geſtatis, & honeſto uirginitatis ſerto magis ornatæ quàm corona regia, lachrymas fundite nobiſcum, & amarè ſimul eiulate: nam hoc nõ paruum eſt remedium ad curandos, & eos qui incurabiliter ægrotant, & ad conſolationem lugentium. Hoc ipſum aliquando & ſponſus noſter fecit. Nam quum uideret Hieruſalem in extremam perditionem inductam, ita ut non poſſet iam ab infirmitate reduci, lachrymas fudit, & in Bethſaida ſymbolis quidem non eſt uſus, item neque ſignis, miſerans autem ciuitates ſolum: Væ ſubinde inclamauit, ſicut & nos facimus in his qui animam iam efflant. Item beatus Paulus exemplo magiſtri ſui non ceſſauit per omnem uitam ſuam eos qui excíderãt, & qui in ruina ſua manſerant, & reſurgere poſtea noluerant, deplorare tam amarè,

marè, ut hac ualida determinatione ſignificaret, A
Rom.9 & ſcriberet Romanis dicens: Triſtitia mihi eſt magna, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui mihi cognati ſecundum carnem. Vides quantam habent uerba emphaſim, quantam anxietatem cordis proferant? Inſuper fide-
2.Cor.11 les ægrotantes, & tempeſtatibus depreſſos ſic deplorat, quaſi ipſe eadē mala experiretur. Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror? Et non dixit, triſtor: ſed uror, intolerabilem & incredibilem dolorem per incendium enunciare uolens. Imitemur igitur etiam nos & dominum noſtrum & conſeruum. Nam nobis horum ululatuum & lamentorum non parua erit merces: Sicut neque uulgariter reprehenduntur à deo, qui abſq; com- B
Ezech.9 paſſione ſuorum membrorum mala prætercurrunt & contemnunt. Quę tam apud fortiſſimum
† Amos Ezechielem, quàm apud beatum † Micheā uidere licet. Ille enim dicit, cum Iudæi in extremum malorum ueniſſent, & ſponte idolorum cultu ſe coinquinaſſent, imperaſſe deum dari ſignum ſuper facies uirorum gementium, & dolentium ſuper his quæ faciebant. Neq; enim ſimpliciter dolere oportet, quamuis nihil unquam dixerint uel fecerint illi ad correctionem eorum quæ fiebant: ſed quoniam ſua intulerant ſolum, tantum adepti ſunt honorem à miſericorde deo, ut & gloriam, & ſecuritatem multam aſſequerentur. Amos autem cum alijs reprehēſionibus, comeſſationis & ebrietatis, & inunctionis unguentorum, etiam C
adijcit reprehenſibilem contemptum compaſſio
Amos 6 nis, ſic dicens: Neque compatiebantur ſuper contritione Ioſeph, & eos qui habitabant ciuitatem Aenam propter hoc reprehendit, ſicut iterum dicit, q̄ non exiuit ut ploraret domum contiguam. Si autem ibi deus iraſcitur, & reprehendit eum qui non compatitur ei qui punitur iuſte: qua uenia dignus erit, qui non condolet cum eo, qui in peccatum prolapſus? Neque mireris, ſi oporteat nos ſimul dolere cum ijs qui puniuntur, quamuis deus puniat. Neque enim deus ipſe qui puniuit,
Ezech.33 uult hoc facere. Non enim uolo mortem peccatorum, dicit. Si igitur qui uindictam ſumit, non uult uindictam ſumere, multo magis nos ueniam concedere oportet his qui puniuntur: fortè hac uia il- D
los eripiemus, fortè reparabimus. Nam licet perierint, tamen curam quæ reliqua eſt geramus, admoneamus & lachrymemur, & ploremus, non circumſtantibus lamentatricum mulierum choris, ſed unuſquiſq; priuatim apud ſemetipſum pręſentibus illis. Si autem uultis, ipſe incipiā luctuoſum hoc canticum: neq; enim confundar cū Hieremia hoc facere, & Eſaia, & Paulo, & in primis cum domino noſtro. Incipiamus igitur ſicut Chriſtus incepit primum, & dicamus: Væ tibi anima: ad quam uocata es dignitatem per benignitatem & miſericordiam dei? qualem reliquiſti? qualem accipies regionem propter ignauiam tuam? Væ tibi, quia ipſe te ad thalamos traxit ſpirituales, tu autem teipſam ab hac gloria abrupiſti, & indu-

cta es in diaboli ignem, & ad incurabilia ſupplicia, ubi planctus & ſtridor dentium, ubi nullus qui conſolaturus eſt, quiue manum porrecturus: ſed tenebræ omnia, & perplexitas, & turbatio, & mala neq; conſolationem, neq; finē habētia: hæc tibi omnia mundi fecit amicitia, quia prætuliſti cœlo terram, & noluiſti audire uocem ſponſi cōtinuo admonentis. Nihil enim uobis & præſentis ſeculi rebus cōmune. Quis te miſeram & calamitoſam miſerari poteſt poſtea? Nam etſi ipſum uideas Noe, qui in cōmuni totius orbis diluuio totam domum ſaluauit, & in hac ira patrocinantem, etſi Iob, etſi Danielem, cumq; illis Moſen & Samuelem, etſi patriarcham Abraham, nullus tibi manum poſtea porriget. Etiamſi genere illum attingas, etiamſi filia ſis, etiamſi ſoror, etiamſi ſupplices multum, ſicut dives ille, omnia fruſtra & in uanum facies. Quomodo excidiſti è cœlo, quæ non ſicut Lucifer, neq; ſicut mane oriens, ſed ipſis ſolis fulgoribus plus radiare potuiſſes? Quomodo ſedes deſerta? Atq; adeò haud quis aberrarit, ſi in captiuam hanc animam & plura lamenta, quàm quæ in ciuitatem illam dicta ſunt transferat. Sed forte lamētorum ſatis, ſatis, inquam, quaſi in libello & anguſtè ſcripto, alioquin ad condignam deplorationem neq; omne tempus nobis ſufficeret. Quid enim quis deploraret primum? an quòd uenerabile & ſanctum, & manſuetum nomen dei per uos blaſphematur in gentibus, & gloria ſua prophanatur? an quòd tam uenerabilis & magna res ita abiecta eſt? an quòd tam multæ animæ per uos tot ſcandalis perduntur? An q̄ ſana pars chori noſtræ glorię, macula obſoleſcit? an q̄ inextinguibilis & uobis & cohabitantibus uobis accēditur ignis? Et quomodo neceſſarium eſt, ut hæc fiant, inquit, cū poſſimus oſtēdere corpus noſtrū non corruptū, neq; uitiatū? Verū hæc demonſtratio, nō nunc, ſed in die illo erit manifeſta & certa. Obſtetricis enim ars & ſapientia hoc ſolū poteſt uidere, an congreſſum uiri corpus tulerit: an liberū, & adulteriū ex oſculis & corruptionum amplexibus effugerit, dies illa tunc declarabit, quando uerus dei ſermo, qui occulta hominis in mediū adducit, & pręſens nūc his quę clam fiunt, omnia nuda & exuta ante omnium oculos ponet: tūc ſciemus bene an ab his ſit purū, & undequaq; incorruptū corpus. Atqui de his nō tam exacte loquemur, neq; cōtēdemus, ſed ponat (ſuperductis omnib. retibus) eſſe corpus undequaq; purū, ab omiq; dāno liberū, & maneat uirgo quæ uirgo. Quid hoc ad ea quę dicta ſūt à nobis? Etenim graue hoc omniū grauiſſimū eſt, & plurimis dignū lachrymis, q̄ tātū undequaq; ſuſtinuerit laborē, diligēter obſeruarit corpus, & omnē laborē inſumpſerit, & ſudorē effuderit, & nihilominus facta eſt blaſphema in Chriſtum. Cumq; pepercerit carni, nō pepercit glorię Chriſti, ſed ut intactum ipſi maneret corpus, omnia fecit: ut autē ille non afficeretur cōtumelia, nec blaſphemaretur apud multos, ne ullam quidem curam habuit. Vtinam non omnia feciſſet, & omnibus operā dediſſet, per

quæ

quę gloria dei infamaretur. Et quomodo hoc, ait? A
qa uiris tecũ in domo inclusis semper tu assides.
Nam si habere cohabitatores concupiscis, nõ o-
portebat uirginitatẽ eligere, sed ad nuptias trãse-
undũ erat: multo enim melius sic nupsisse, quàm
illo modo uirginẽ profiteri fuisset. Nam illas nu-
ptias, neq; deus condemnat, neq; homines repre
hendunt. Honesta enim res est neminẽ offendẽs,
neminẽ lædẽs. Virginitas aũt illa cũ uiris, plus ab
omnibus arguitur, q̃ stuprũ ipsum. Nam quę suũ
perdit ordinẽ, in profundius q̃ sit stupri barathrũ
eiecta est. Nõ enim aliquis feret cũ uirginibus nu
merari eam, quæ nõ curat quę sunt dñi, & multos
reddit adulteros: neq; cũ nuptis. Illa enim curã ha
bet, quomõ placeat uiro uni: tu aũt ut plurimis,
& his qui non lege cõiugij noti, sed alio quodam B
modo ab omnibus condemnato & reiecto: unde
uereor ne cum inhonestis mulieribus uidearis or
dinata. Etenim ab appellatiõe ipsa si quis rem di
iudicare uelit, contradicere nihil possemus. Nam
si quãdo in foro de his incidit mentio, uel aliàs ser
mo domi de ipsis fit apud eos, qui disputant de
absurdo coniugio, significare uolẽtes quandam
huius, uocant non matrem, neq; enim illum pepe
rit: neq; sororem, non enim ex eodem utero prog
natus est: neq; coniugem, non enim lege cõiugij
cohabitant: neq; aliud quoddam cognationis no
men, quod cõcessum, uel lege permissum, sed fœ-
dum & ridiculum. Non enim ego quidẽ tulerim
ipsũ nominare, sic exosam habeo & auersor hanc
appellationem, & proponitur mihi etiã cõtuber C
nij cognomen. Sed nõ peperisti, nulli dolores. Et
quid hac defensione fœdius? quid itẽ miserius, q̃
q; ab his uult apparere uirgo, ad quæ & multę for
nicatrices mulieres confugere possunt? Sed illę a
liunde manifestariæ publicè libidinãtur. Vnde a
liunde dic mihi? à uestitu, à uisu, à gressu? ab ama-
toribus quos capiũt? Bene quidẽ nobis depinxi-
sti scorti characterẽ. Sed uide ne his cõiecturis &
argumentis, antecq; illas, teipsam capias. Etenim
& tu tibij̃psi tales sæpe præparas amatores, atq; p
eadem retia. Quòd si non uocas in domicilium
prætereuntes, at habes intra conclusos semper.
Quod multo grauius ob nihil quidẽ aliud, quàm
ut absurdam uoluptatẽ impleas, & illius & tuam,
non cõgressum inquam. Sed quid hoc cõmemo- D
ras? quandoquidẽ oculos pascendo mutuis aspe
ctibus istuc ipsum cõtigit, alioqui neq; adulteriũ
hoc genus esset. Sed dic, quare ipsum habes do-
mi? Quam causam iustam & rationabilẽ nobis di
ces? Nupta enim nuptias dicet: scortũ libidinem:
tu aũt uirgo qualẽ nobis causam narrabis dignã
quę proferatur, & iustã? At cur curiose inquiris,
dicit, cum non simul dormiãt, neq; nobis cohabi
tẽt, ut illis mulieribus illi? imò hoc potissimũ pleri-
q; affirmãt. Verum quid hoc: dicit cõtra suũ ca-
put, & planè cõtrà suũ solius caput. Dictũ hoc po
stea inquiremus, & iam quidẽ manifeste disseruimus, cũ de uiris diceremus, q̃ non solum qui ma-
ledicunt, sed & qui occasiones temerè præbẽt, in
causa quæ agitur, rei sunt supplicij. Verumtamen

hoc ipsum denuo demonstrabimus: iam autem si
te rogauero causam huius contubernij, prætex-
tum aliquem dicere potes? Infirma sum mulier,
neque sola ualeo meo usui sufficere. Enimuero
cum hæc cohabitatoribus uestris obij̃cimus, ab
eis contraria audimus, nempe quòd propter ue-
strum ministerium uos teneant. Quomodo igi-
tur quæ ex substantia uestra etiam uiris suppedi-
tare potestis, uobisipsis mulieribus subsidio esse
non potestis, sed alijs indigetis? Nam sicut uir ui-
ro, ita mulier mulieri commodius & rectius utiq;
cohabitarit. Quando autem & uiris ad minister-
ium commodiores estis, multo magis uobisip-
sis. Ad quid enim, dic mihi, necessaria & utilis uiri
societas? aut quale ille mulieri exhibebit minist-
rium, quod non potest mulieri mulier? num teg-
men tecũ texere uel nere ille magis poterit quàm
mulier? An non contra se res habet? Ille enim e-
tiamsi uellet, nihil horũ attentare potest, nisi for-
te nunc id ipsos docueritis: quippe mulieris soli-
us hoc opus est. Sed uestem lauare, ignem accen-
dere, & legumina coquere. etiam hæc nõ minus,
sed melius quàm uir mulier efficere potest. Quo-
modo igitur utilis uir, dic mihi? An quãdo expo-
nere quiddam oportet, uel omnino comparare?
sed neq; hic mulier ualet minus quàm uir: & testa
bitur utiq; forum, & omnes quotquot uestimen-
ta emere uolunt, à mulieribus plura quàm ab his
emunt. Quòd si turpe uirginibus in foro stare in
commercijs, sicut & turpe est: at maxime cohabi
tare uiro, turpe est: uerumtamen & hoc minus
quàm illud effugere potest. Nam hæc uel puellæ
quæ ministrat, uel uetulæ quæ ad hæc idonea re-
ctius commiserim: unde manifestum, quòd præ-
textus illi & effugia sunt, & tegumenta infirmita
tis. Qualis infirmitatis uelamenta? Nam si concu
piscunt uirum & nuptias, & id genus conuersati-
onis appetentes sunt, quis prohibebat, & adime-
bat libertatem ne hoc facerent? quo neq; offen-
sus deus, neq; ipsę ab hominibus redargutæ fuis-
sent. Etenim & ego hoc dico, & non tã tua quàm
mea sunt uerba. Vel necesse dicere, ubi tibi uiri u-
sus tantopere necessarius? uel cũ mõstrare nõ po
tes, eijciatur male cohabitans. Nam ab hoc crimi
ne absolui aliter nõ potes. Nam hęc quę dicebas,
non tua magis sunt, quàm eorũ qui tuã turpitudi
nem dolẽt. Oportebat quidem, tametsi plurimũ
utile esset, uiri ministeriũ cũ tãto cõuicio non ad-
mittere. Nam quando dei gloria conuitijs cõtem
nitur, nullus tam necessarius sit prętextus, ut per-
suadeatur cõtemni tantũ malũ. Quin etiãsi infini
ties die uno moriendũ, ne hoc fiat, decretũ sit: &
cũ multa uoluptate hoc sustinere oportebat, ne
scilicet qetis uel mũdani usus gratia, tantũ præte-
reat malũ. Audi igitur quomodo idipsum timuit
Paulus, & tremuit, & q̃ uehementer. Bonũ enim 1.Cor.9
mihi est mori, ait, q̃ gloriã meam ut quis euacuet.
Deinde, ut ne euacuaret suam gloriã, mori elegit.
Nos autẽ ut scandala tollamus neq; paruam uo-
luptatem contemnimus: & quomodo poterimꝰ
unquam saluari, cum non sit par, neque alludat

propè,ſed multum diſſonet, laude priuari & inci
dere in ignominiã? Ille enim etſi hoc feciſſet,non
offendiſſet dominũ:ipſe enim ei cõſtituerat ex e-
uangelio uiuere,attamen maluit mori,quàm tam
bonũ opus relinquere.Nos aũt turbantes ea quæ
ubiq; ſunt ordinata,licet ſciamus q̃ maximã pro-
pterea luituri ſimus pœnam, neq; conſuetudinẽ
frigidam & intempeſtiuã deſpici patimur,& quę
tandem nobis uenia? Oportebat igitur, ſi & uirũ
unũ multi uſus requirerent,&,qd̃ ſcilicet dicebã,
tãta inde naſceretur cõtumelia,eligere mortẽ po
tius quàm hoc quod fit cõtemnere. Cum autẽ &
per mulierẽ cõmodius & facilius hæc oĩa perfi
ci poſſint,quę nobis erit uenia ſic delicate agenti
bus,& contra ſalutẽ noſtrã nos fœdantibus? Dic
item mihi,quãdo tibi hæc ille exhibet,exhibebis
ne etiã ipſa illi uiciſſim aliquod miniſteriũ? Nul-
li nõ manifeſtũ.Et quãto melius nõ retribuere ta
lia,neq; uiciſſim accipere,ſed tẽpus laborũ,quod
in illius quietem impendis,hoc in tuam ſalutẽ in-
ſumere,quàm grauiter laborantem tuam opinio
nem & gloriam confundere? Sed nullum ipſi ex
hibes miniſterium.Ergo ipſum ſibĩ ipſi omnia mi
niſtrare neceſſariũ,& ſternere lectos,& coquere,
& ignem accendere,& alia id genus facere. Hæc
neq; famulus ferret ita miniſtrans,& nihil cõmo-
di à dño accipiẽs.Sed hic fert omnia, ait, propter
timorẽ domini,& repoſitam huic miniſterio mer
cedem,& gratiam feret qui imperat,cum nihil illi
utilitatis ex nobis. Vnde igit̃ poſtea impudentiũ
obturabimus ora? Etenim tantã ipſa eius teſtaris
pietatem,& ſic tremit & ueretur dei mãdata,ut ſe
ipſum ac uiliſſimũ mancipiũ deſpiciat, oĩáque
tibi exhibeat,nullum inde capiẽs fructum. Ante
omnia oportebat ipſum rationem habere glorię,
& bonæ famæ in deo: nũc autem nõ eſt eiuſdem
animæ ſimul,& per idem tempus tantam abomi-
nationem ſimul & deſpectũ oſtendere circa man
data dei,& nunc quidem ipſa tremere,nunc uero
nullam rationẽ habere eius qui leges dedit, quẽ
cõtumelia afficis. Etem̃ ſi ita ſe purum ſeruat à uo
luptate,& nihil humani agit,ut ſeipſum humiliet,
affligat,& erumnis ſubĩciat,ſuiſq; laboribus alijs
quietẽ paret,uerè ualde ſapientis animę eſt & ſub
limis:ſed non item,ſi quis gloriam dei cõtumelia
afficiat,& neq; hęc faciat,,ppter quæ blaſphema-
tur à multis,& quę non ualde magni plures bene
& cum laude faciunt.Quomodo igitur tibi crede
mus, quòd hoc propter deũ facias, quod magnã
& generoſam animã requirit,quando illud quod
ſcilicet maius eſt, & uulgare, deſpicis? Nõ fers ut
abſiſtas ab his,à quib.deo facta eſt iniuria, & cor
pus & omnia exponis pro ipſo? Et cui hęc perſua
deri poterũt? Sed neſcio quomodo à uirginibus
ad earum cohabitatores ſimul tranſiuerim,prop-
terea utiq; ad eas nobis redeundum. Vnde igitur
illos qui ita eas accuſant, ut cõiecturas habeant,
docere poſſumus? Nõ perſuadeantur, ait. Et ubi
hæc pia fuerit anima? Tunc enim maledici deſpi-
ciendi ſunt,cum nos illis anſas nõ præbuerimus:
imò neq; tunc. Quãdo autem ipſorum obturare
ora poſſumus,totum ex nobis eſt, & in noſtrum
uertitur caput totus ignis. Sic enim,ait,peccãtes 1.Cor.8
in fratres,& infirmam ipſorum conſcientiam per
cutiẽtes,in Chriſtum peccatis.Sciebat enim, ſcie
bat manifeſte, quòd nõ ſufficeret ad defenſionẽ
noſtram,eorũ qui offendũtur infirmitas, ſed hoc
ipſum potiſſimum eſſet, quod condemnat nos.
Quanto enim puriores ſumus à cauſa quæ inten
tatur,tanto magis iuſti ſumus,parcendo infirmi-
tati eorum.Et nondum dico quòd hic à tenui cõ-
iectura offendãtur,ſed ponatur, quòd imprudẽ
ter hoc patiantur.Nam nec ſic deſpiciendi erant.
Quæ Romanis per epiſtolam ſcribens Paulus,e- Rom.14
ruditit nos ſic dicens:Ne per cibum deſtruatur o
pus dei:quamuis illi improuide erant offenſi,atta
men nõ eum qui offenditur,ſed offendentẽ increpat.Nam quod iam uidelicet dicebam, & nũc di-
co.Quãdo magnum aliquod lucrum, & damno,
& plaga maius, contemnendi ſunt qui ſcandalũ
patiuntur:quando autem nullum fuerit amplius,
quàm quod infirmi abijciuntur,etiamſi infinities
ex imprudentia hoc patiantur illi,parcendum eis
erit:quoniam & deus eos,qui impellunt,& deijci
unt in ſentẽtiam ſupplicij,puniet.Nam dum nul-
lum lucraris,& alium offendis, extremæ malitiæ
eſt. Nos autem quãdo uidemus aliquẽ pallidum
& deformem ob diuturnã ualetudinem, eos qui
illum exacerbent,domo abigimus, neq; multum
diſputamus,an iuſte uel iniuſte illi hoc faciãt,ſed
negata illis omni defenſione, & nulla data ob in-
firmitatem uenia, & quãuis iniuſte exacerbetur,
ueniam damus.Quòd ſi nos hac cura circa famu-
los & pueros utimur, & ſæpe filium ita peccantẽ
flagellamus,multo magis bonus deꝰ,& iuſtus,&
æquus hoc faciet. & quid dicis? Infirmus eſt qui
offenditur,igitur dignus eſt cui parcatur, non ut
lædatur: uulnera habet, ne igitur atteramus, ſed
curemus.Suſpicatur male & imprudenter, igitur
auferamus ſuſpicionem,non inferamus. In Chri-
ſtum enim peccat,qui de his contẽdit.An nõ au-
dis continuo in ueteri Moſen dicentem:Deus ze Exod.20
lotes eſt? & iterũ, Zelaui Hieruſalem? in noua ue Zach.1
ro Paulum clamantem, Zelo enim uos dei zelo? 2.Cor.11.
Hoc,ſi nihil aliud,ſufficere debebat, ne ſubuerte
retur anima,etiam non ualde infirma, ſed morbo
libera.Tam terribile enim eſt animam perire:ze-
lus dulce quiddam magis eſt,quàm terribile. Nũ
quam enim zelus eſt, non præeunte charitate ali
qua calida & tã feruente,ut ualde accendatur dei
amor.Argumentum q̃ hoc eſt: Nõ enim affectio
eſt zelus in deo,ſed uolens indicibilem eius amo
rẽ in nos interpretari, hoc ſæpe uſus eſt nomine.
Attamen nos qui ualde inſenſati ad humanas de
cidimus affectiones, & eum qui nos ualde amat,
contumelia afficimus:eos autem,qui nihil nobis
prodeſſe poſſunt,oĩbus modis curamus. Quid
enim tibi ô miſera, tantũ prodeſſe poteſt frigida
hęc cohabitatio, cũ tantũ theſaurũ eĩcias? Vide
quęſo,deducit te è cœlis,excludit te ſpirituali tha
lamo,ſeiũgit te à cœleſti ſpõſo,parat tibi immor-
talia ſupplicia,& tormenta finẽ nõ habentia. Pro

his

his si talenta infinita haberet cõturbernio, si prõptior esset mancipijs uenalitijs, si te in maiori honore & dignitate cõstitueret, quàm sit regina: an non ut damnosum & inimicũ, & plura auferentẽ, quàm dantem sic auersari, & odio habere oportebat? Paruáne tibi cura de bonis cœlestibus, de regno futuro, de uita immortali, de ineffabili gloria? Túne parua terrena cõmemoras? Et hunc ad illa utilem usum curas, quasi dñm, & nõ te occultas, neq; oras terrã ut te absorbeat, ut sic inde migres. Sed infirmitatẽ muliebris naturę mihi prętexis, & humanorũ usuũ dispẽsationẽ, & quietẽ domesticã, fingens & cõponens prætextus, qui non sunt. Sed neq; sic eos, qui cor habent fallis. Nõ est enim, non est quies, quæ ad tantã turpitudinẽ cogit. Mulier enim si uoluerit, nõ sibijpsi solum, sed & alijs sufficiet ad ministeriũ: quoniã & ab initio à uiro ciuilibus negotijs susceptis, mulier sortita est domesticã administrationẽ & curam. Igitur cuius quietis indigæ intus rapitis uiros? Sed quid, dicit mihi, stupri gratia & libidinis? ego quidem non sic dixerim, absit, sed non desino obiurgare eos, qui sic dicunt. Vtinam possibile esset persuadere. Quis ergo prętextus, quæ causa probas nos faciet? Dicet quis: Inanis gloriæ amor. Et quẽadmodũ uiris uoluptas friuola & misera, sic illis honoris concupiscentia hoc cõtubernium cõciliat. Nam uanè glorioſum oñe hominũ genus est, ut ita dicam, maxime autem muliebre. Nam cũ neq; opus habeãt quiete, sicut declaratũ est, neq; cũ ipsis rem habeãt, manifestũ q̃ hoc solum reliquum est suspicari. Quoniam igitur hanc mali radicem inuenimus, age cætera nõ reprehendamus: admoneamus autem & persuadeamus, q̃ sicut uiri, qui cohabitantes uidẽtur quidẽ uoluptate frui, maiori aũt tormento subduntur: etenim sola pura & sõlida uoluptas, quæ per sequestrationẽ: sic utiq; & causa mulierum habet: Videtur quidem, ut ipsę opinantur, gloria aliqua hinc & claritas nasci. Si autem diligẽter quis exquisierit, plena & referta est risu, confusione, opprobrijs, & extrema ignominia. Et de his dicta sunt in principio pauca, dicentur autem & nunc. Sit igitur qui cohabitat, si uult, non aliquis uilis neq; abiectus, sed qui multam in ecclesia dignitatẽ habeat, & generis claritudinẽ, & admirabilis sit omnibus ob eloquẽtiam & pietatem, sitq; undequaq; clarus. Neq; uel sic poterit illam facere claram ac probatã. Gloriam enim habiturus ex amicitia erga aliquẽ, illius gloriã prius custodire debet, qui præbet ut glorificetur: nã si hæc offendit, multo magis sua periclitatur: Nam sicut fonte corrupto, & quæ inde manant fluenta cœno cõmunicant: & radice corrupta, multo magis fructus corrumpent: sic & nunc. Facturus clam uirginẽ fit ridiculus ob cohabitationem, ipsa quoq; ante illũ, & cũ illo ridebitur: et si mulieri antea contigerit gloria bona apud multos, ea tamẽ statim ingressa illius domo decedit, tãtum abest, ut aliam secũ afferat, etiam ipse habeat talem opinionẽ. Nõ utiq; gloriã nobis bonam adducit hęc cõsuetudo, sed necesse sequatur eam ignominia,

A quæ & eam quæ nõ meruit fœdat, imò utriq; grauis est. Et quod de Iudæis ppheta dicit, opportunũ est etiã nunc dicere: Si mutabit Æthiops pellem suã, & pardus maculas suas, etiã quæ talibus cohabitant, maculã deponent aliquando hãc: sic quemadmodũ corpora inurẽs cauterio, amborũ opinionibus inuritur, & bona ipsorũ omnia obfuscat. Sed forte gloriam putant hoc ipsum, placere uiris: at hoc est mire ridiculum, & quod quærunt interim etiã gloriantes meretrices. Mulierũ utiq; liberarum & castarũ hoc non fuerit, in talibus retibus deliciari. Quoniã & hinc iterũ aliud ignominiæ argumentũ, & quanto magis imperant uiris, & grauiora iniungunt, tanto magis seipsas cõfundunt cũ ipsis. Nõ enim quæ seruire facit uiros mulier, sed quæ reueretur, omnibus est reuerenda & glorioſa. Si autẽ non sustinuerunt hæc nostra uerba, dei lex occludere ora earum potest, sic dicens: Ad uirum tuũ conuersio tua, & ipse tui dominabi- Gen.3
B tur. Caput omnino mulieris uir. Et aliunde è multis locis quis hoc inueniet sic legibus cautum, & hunc supernè datũ esse ordinẽ: atq; magna fœditas, si superiora fiant inferiora, & caput deorsum, & corpus sursum. In nuptijs aũt hoc turpe, multo aũt magis in cõiugijs, ubi non solũ hoc graue est, q̃ sit transgressio diuinæ legis, sed pessimã & mulieri & illi affert famam. Nam si cohabitare est turpe, multo magis cohabitando in seruitutẽ redigi. Non enim undequaq; imperare laudẽ habet, sed probatur nonnunq; nõ imperare, & turpe est imperare. Itaq; si uis in admiratione esse apud uiros,
C nihil tibi cõmune sit cum ipsis. Procul à cõgressu & aspectu & cohabitatione illorũ esto, tunc te & mulieres obstupescent, & uiri omnes simul admirabuntur, utpote uirginem sponso indiuulse assidentem, tunc nõ domestici solum, sed & Iudęi & Gẽtiles, & omne hominum probabit genus: atq; adeò si gloriam amas, hãc uade uiam non aliam, tunc te non iam illius uocabũt, sed Christi. Huius autem ornatus alius par à nullo tibi erit. Vel pauca hęc, dic mihi, quę toto die canuntur & in foro, & in domibus, & in alijs ciuitatibus. Puella quædam formosa ualde & adolescẽs, si uoluisset, multos præsides ad se attrahere potuisset, sed noluit, imò uoluit quęcunq; sustinere & pati quàm Chri-
D sti amorem relinquere, & castitatis florem obscurare, beata & bis & ter & sępius, & digna tãtis frui bonis: qualem accipiet coronam, quãtam mercedem accipiet, cum quibus immortalibus certabit uirtutibus? Hæc & talia de hac omnes dicunt, & ad æmulationem sui filiabus proponũt: et si quis admonere honeste uiuentẽ, et si quis corruptam ad modestiam reducere uoluerit, hæc illi iterum omnes encomia in medium ferent: nõ hic autem solũ, sed & quoties de uirginitate fit sermo: & sic omnes laudabunt, nõ solũ qui caste uiuunt, sed & illi qui studuere, & omnia fecerunt, ut ipsam procando obtineant: deinde ubi contempti & despecti fuerunt, ipsa quidem tanta, & multo maiore q̃ dicta est, fruetur gloria. Quæ autem cohabitantes habet, omnia secus reperit: & primo quidem,

quãdo ab aliquib⁹ pollutis accuſatur uirginitas. De utriſq; enim habetur memoria in talibus conuentibus, ſed illa quidem aperit ora defenſantiũ, iſta autẽ accuſantium. Poſtea quando corrigi aliquam & compoſitam reddi decet, hęc quidem ut pharmacon utile, & quod putredinẽ repellere poteſt in medium affert, & pręceptoris os ornat: illa autem cum confuſa ſteterit, tametſi non aſſit erubeſcens & cõfuſa. Neceſſe enim ut peccans in ſingulis accuſetur, & iterum confundatur: & ubi de re hac ſermo fit, ſicut illa beata, ita illa miſera & calamitoſa, & omnia talia audiuntur. Et ſicut illam non qui uident ſolum, ſed & qui ignorant, & nullo beneficio affecti, celebrant, & hymnis laudãt: ita & hanc quotquot ſciunt uel ignorãt, & qui nihil mali ab ea paſſi, affligunt & criminantur. Nã hi quidem recte uiuentes, non à notis ſolum, ſed & ignotis, ſed & ab ipſis inimicis laudãtur, & admirationi ſunt: qui autem corrupti & improbi, & ab amicis affliguntur. Et hoc diuinæ prouidentię opus eſt, quod tãtã nobis uirtutis familiaritatem & cognationem, & tãtam uitiorum abominationem indidit. Ita illa quidem (de uirtute loquor) omnium calculo probatur, etiam abſentium. Hæc uero, malitia ſcilicet, condemnatur, etiam ab his, qui uirtutem non curant, & auerſantur ac perſequuntur. Vnde clarum, quòd ignauas illas non ij ſolum qui uiderunt, ſed & qui neſcierũt, auerſantur: & maxime omniũ ij qui cohabitant. Nam etſi ualde dicant, q⁹ uos diligant, & admirent, etſi gratiam habeãt pro hac uoluptate, proq; his, quę donatis: attamẽ odio iterũ eritis cõſcientijs eorum, ubi parũ reſipuerint, & intellexerint quo laqueo fuerint capti. Tantũ malũ eſt hoc peccatum, ut hi quos maxime omnium curatis, uos potiſſimũ cõdemnaturi ſint, quoniã & maxime omniũ ueſtra ſciũt in penitiſſima admiſſi, & ſecreta ueſtra infãda probauerunt. & q⁹ oderunt, manifeſtũ inde: ſæpius uoluerunt ab hac ſcabie & hoc morbo graui liberari, & oderũt omnes qui ſciunt: ſciunt autem non minus qui ſunt domi ſuę, q⁹ qui non. Nam licet quis ualde miſer & calamitoſus ſit, non eſt tamen ita deſperatus, & ualde ſuam confundi cupiens gloriam, ut uelit in turpitudine uiuere, & eſſe in ore omniũ, accuſari, rideri, & opprobrari, & ſpectaculũ eſſe foro cõmune, & omniũ digitis monſtrari per ignominiã. Enimuero nõ parua his inſuauitas ab huiuſmodi ſuſpicione naſcitur, & inſidens conſcientia cõtinuo turbatur, & omni uermiculo ſolidius inhærendo mẽtem intus depaſcitur. Si aũt hęc ab hominibus ſequitur confuſio, & nihil manifeſte dicentibus, & domi quoq; ſeipſos reprehẽdentibus talis eſt dolor: quãdo ad ipſum abituri ſumus ſponſum iniuria affectũ, quãdo & quæ incerta in mediũ ducentur, quando & corda reuelabuntur, & ſermo, & figura, & uiſus, & cogitatio, tranſeo quę his turpiora: quando igitur omnia ſimpliciter in orbe toto nuda apparebunt, & exuta, quãtam ſuſtinebimus ignominiam, & ſupplicium, & uindictam? Tunc enim ſi non patrocinabitur fulgẽs uirtutibus anima, ut cõgruum eſt illi ſponſo, ſi nõ omni labe, macula, & ruga ſit pura, peribit, & extrema feret. Etenim non magna macula ſufficit ad eijciendã eam. Quòd ſi una macula eijcere ſufficit, quãdo multa ſordes eſt, & tantus fœtor, & pluríma ubiq; ulcera, quis eã eruet è ſupplicio & illa pœna? Nã ſi hic ita improba & inſuauis eius uita, & omnes eam auerſantur, & amici & inimici, quomodo poterit ad regia trãſcẽdere ueſtibula tanta luti uarietate oblita? Non uides, quòd neq; in domo uiri priuati & uilis ferret quis, porcũ luto uolutatum intus oſtẽdi, ſed iuſſu eius abigunt & inſequuntur omnes, & ianuas recludunt, & fugãt procul. Si aũt brutũ animal, præſertim in luto educatũ, non ferunt homines intus excipi cũ macula, quomodo in cœleſtia tabernacula ubi tanta claritas, ubi omnia fulgida, ubi lux inacceſſa, ubi fulgure omni fulgidiores occurrẽt fulgentes uirgines, poterit quis ſic coinquinatus ingredi? Quæ non habent oleũ, à thalamo excluſæ ſunt, & quomodo uos adyta illa ut ingrediamini expectatis? Etẽm multo hoc difficilius peccatum. Non enim eſt par corporea uoluptate coinquinari, & multas perdere animas. Illę quidẽ pauperes nulla in re affecerunt iniuria, ſed quia ſua illis non impartitæ ſunt, neq; eorũ inopiam leuauerunt, hæc paſſæ ſunt: tu aũt iniuria affeciſti, & expuliſti, & nõ ſolũ non profuiſti, ſed & maxime nocuiſti. Quòd ſi quæ nihil profuerunt, tãtam dederunt pœnã, præſertim uirginitate ſyncera manente: quæ aũt non ſolũ inutiles alijs, ſed & plurimũ ſeipſas nocuerunt, & cohabitantes, & ſcandalizatos, & præ omnibus nomẽ ſponſi contumelia affecerunt, qualem ſuſtinebunt cruciatũ? An neſcitis qualem rem aggreſſę? in quem agonem inſtructæ eſtis? quam pręlij partẽ ſortitę? cuius ordinis in exercitu hæredes & occupatrices eſtis? Apud ipſum belli ducẽ, imò apud ipſum habitatis regẽ, & militatis. Sicut igitur in bellis nõ unũ locũ exercitus omnis occupat, ſed alij cornua agminis, alij medium, alij poſtrema, alij frontem phalangis ornant, alij aũt ubiubi rex cõparet, ibi cũ ipſo apparẽt: ſic quoq; & uirginũ chorus nullũ aliũ, niſi hũc ordinẽ ſortitus eſt. Non ſic ij qui aureas togas induti, & equis auro ornatis uecti, & aurea ferentes ſceptra, & gemmata monilia, præſentes regi uideri debent, ut uirgo Chriſto. Nam illi quidem apud ipſum currum regium uerſantur: uirgo autem regius quoq; currus fit, ſicut Cherubin, ſi uult, et aſtat ipſi ſicut Seraphin. Igitur cum in publicum ſe recipit, oportet ut omnis philoſophiæ ſpecimen præ ſe ferat, & omnes in ſtuporem cõuertat, ſicut angelus ſi nunc è cœlo deſcenderet, & ſicut Cherubin aliquis ſi in terris appareret, omnes homines in ſtuporem cõuerteret: ſic & uirginẽ, omnes qui eam uident, adducere in admirationem & ſtuporẽ ſuæ ſanctimoniæ oportet. Nam dum uadit, quaſi per deſertũ eat: quãdo aũt ſedet in eccleſia, profundiſſimo ſilẽtio oculus nullum uideat prætereuntium, non mulierũ, nõ uirorum, ſed ſolum ſponſum, et præſentem et conſpicuũ. Concedens autem iterum in domũ, ei in precib⁹ loquatur, et

1.Cor.9

eius

eius solius uocẽ per scripturas audiat, & in domo eum quem desiderat & amat, solũ cogitet, ut peregrina & aduena omnia faciat, quasi res præsentes nihil ad eam pertineant: & nõ solum masculorum fugiat aspectus, sed & cõuentũ secularíũ mulierum: tantaq; corpori suppeditet, quãta necesse, & uniuersa in animæ salutem impendat: quis nõ admiretur, quis nõ obstupescat, in muliebri natura uitã talẽ angelicã intuens? Quis aũt homo existens, accedere, quis tangere audeat tam flagrantem animã? Eapropter omnes quidẽ ab ea abstinent, & sponte & inuiti. Omnes item in stuporem uertuntur, utpote aurũ fulgens & ignitum uidentes. Nam & auri natura habet per se multum fulgoris, cũ aũt & ignẽ in se tenet, maiori miraculo est & terribilior. Quòd si hoc in corpore: quando idem in anima contigit aurea, non tunc hominibꝰ solũ, sed & angelis desiderabile erit hoc spectaculũ. Quare ergo uestibus teipsam ornas, quæ à flamma tantũ habes ornatũ? Etenim uestes nõ sunt datæ, ut eis ornemur, sed ut nuditatis fœditatẽ occultemus, non ut talibus induamur, quę nos maiori turpitudini, quàm ipsa nuditas, exponãt. Idcirco & Adã induit deus uestes pelliceas, similiter & eius mulierẽ, quãuis si uoluisset, delicatis eum potuisset induere uestibus: sed nobis denuo & per illas ostendit, q̃ non sit præsens tempus delitiarũ, sed gemendi & plangendi. Quod si ignominiæ est & cõdemnationis, & ex peccato uenit hoc amictu indigere, quid reprehensionis materiam auges? An nõ satis casum nostrum indicat, q̃ uestium sumus indigi? Cur crimẽ exaggeras? cur usu ampliore accusationem auges? Oportebat eũ eiulare & gemere, & corpus ipsum castigare, iuxta Paulum: nos aũt sedemus, & uelamenta artificiose contexentes, sicut si quis tegmenta circa oculos dolentes habens, cogat̃ ea considerare, & adhuc ornet uelamẽta hęc. Propterea Helias, propterea Ioannes simplicẽ habẽtes amictũ, & pelliceas tunicas, & uestibus è pilis induti anhelabant & concupiscebant indumenta incorruptionis accipere. Tu aũt mulieres in fornice præcellis uestiũ curiositate, quibus insidias adulescentibus elegãtioribus pares. Nõ sic te indui & ornari uult sponsus, sed in anima tua omnẽ reponere gloriã iussit: tu aũt illã negligis, & lutũ ac cinerẽ uariè decoras, & amatores incontinentes illicis, & adulteros facis omnes, ut ita dicam, qui te uidẽt. Et cũ frequẽter ignẽ hinc cõflas, puto neq; te inficias ire, q̃ inde ignominia & probra sequantur, id quod & ab amatoribus tuis declarabo. Nam quę animam ornant, deum suę pulchritudinis habẽt amatorẽ: tu uero homines, imò neq; homines, sed porcos & canes, & illis brutiores. Quis sic insipiens, ut te ornatiorẽ illis putet, quarũ desiderio deus fertur ob internam formositatẽ? Atq; adeò, quanto curiosi tati plus uacas, tanto abominabilior facta es: & deum quidẽ à te auertis, hos aũt illicis: tantoq; magis fœda ac turpis appares. Nã quomodo nõ turpis, si deũ allicere non potes? Quòd si quæ se ornat, adeò ingrata: quæ cohabitantem habet, cogita quantũ conciliet sibi odium. Sed si uidetur, nõ cohabitationem dicamus solũ, sed ipsam aperiamus palam, ut magis fœda uideatur. Nã quoniã non timẽt oculum soporis nescių, sed oculi hominum timor eorũ, age & ipsas hac cõsolatione priuemus, quæ occulta & tecta in parietibus in medium afferẽtes, aperiemus ianuã his qui uidere ea uolunt, à lecto ipsas primum excitantes: imò si uidetur, primũ exquiramus quæ per domũ contingunt, & ponamus parietibus ipsas cohiberi, & cubiculis uarijs sedere. Nõ enim puto aliquem, etsi ualde fœditati sit obnoxius, ita seipsum traduci uelle, ut in uno cohabitet cubiculo. Sint igit̃ disiuncti parietibus, & quid hoc fuerit? Nõ eñ suffi cit, ut à suspicione liberentur. Verũ nunc de suspicione nihil. Nam licet ancillæ plurimæ ei cohabitent. Aliã autẽ turpitudinẽ iam exquiremus. Euenit enim cũ per idem tempus surgunt, non ob matutinas horas (nihil enim unq; pium ab his animabus fieri solet) ut transeãt ad se inuicem iacentes, & cõpellent nocte, quo quid fit turpius? Quòd si contingat repente & cohabitantẽ ægrotare, neq; parietum hic postea aliqua utilitas, sed exurgens præ alijs ad uirginem iacentẽ ingreditur, infirmitatẽ prætexens, & ancillis sæpe tardius paratis, & assidet, & alia curat, quæ mulierẽ quãdoq; solam uix ministrare fas est, & neque ob illa pudefit, sed gloriã putat, neq; ipse erubescit, sed magis gaudet, & tãto magis, quãto fœdiorẽ seruitutẽ subit, & apostolicũ illud uerbũ qd̃ dicit, Gloria in confusione ipsorum, re ipsa mõstratur. Vbi aũt & ancillę surrexerint, maior turpitudo: nam & intecto capite, & una tunica, & nudis manib. utpote turbatæ, et in nocte surgentes discurrunt illo præsente, imò in medio uersante et simul currẽte, omnia cogũtur implere: quo quid fieret fœdius? Quòd si et obstetrix adsit, neq; sic pudefit, sed & alijs uirginibus ingrediẽtibus officiũ suũ facit. Ad unum enim solum spectat, quomodo monstret ægrotãti suum ministerium, ignorãs, q̃ quo magis suam diligentiam monstrat, tanto magis & seipsum & illam confundat. Et quid mirum, si præsens non erubescat? sæpe enim mediis noctibus uilium ancillarum opus facturus, ad ipsam currere non grauatur. Quando autem adest, nunc quidem ipsum eiiciunt & inuitum, licet ualde impudens: nũc autem admonent, ut iterum ingrediatur, & assideat: quamuis cur quis etiã plurima studiose colligat, ut illũ cõfusibilẽ reddat, & talẽ qualẽ ipse se, dum multa talia parat sibi, efficit? Vbi aũt dies illuxerit & utroq; lecto fugere oportet, custodię & obseruatiões sunt, nequis ad exteriorẽ domunculã progrediatur, ne ipsa terreat̃. Sæpe aũt progressa & forte nudo corpore ad uirũ accedit: & ille hoc ipsum uidens parũ curat, nunc quidem misso nũcio ingreditur, nunc autem sine obseruatione, & multũ excitat risum. Nihil enim dicere uolo. Hęc autem quamuis parua, tamẽ magnę libidinis carbones accendere consueuerunt. Et hoc quidem domi, & maiora his: quando autem in publicum iuerit rediturus, iterum maior cõfusio. In domum

1.Cor.9

Phil.3

ſuam ingreſſus,& dum non cogitur prenunciare A
inuentis mulieribus aſſidentibus apud illam pu-
defacit,& ipſa ſæpe ita afficitur, turpeq; cenſet ſi
mulier mulierem excipiat,& uir uirum: mutuam
autem ſuam conſuetudinem non abhorrent, nec
uitant: cauẽt aũt ne cognatos hoſpitio excipiant.
Quo quid deterius ſit? Accidit interdũ, ut ipſum
mulieres inueniant aſſidentem extentæ & fuſum
habenti. Quis diceret iurgia, quotidianas lites, e-
tiamſi multa amicitia & pax ſit? ſed & hęc contin
gere ueriſimile. Audiui aũt & de aliquibus, quòd
zelotypi ſunt. Nã ubi non eſt dilectio ſpiritualis,
& hoc neceſſe eſt fieri, ibi & uarij caſus, ibi uirgi-
nes redduntur impudentes & ſeruiles, etſi corpo
re non corrumpantur, moribus tamen. Quando
eũ diſcit libere loqui uiro, conſidere, in eum ob- B
tueri,& ridere,& multa alia fœda agere, neq; hoc
graue aliqd eſſe putat: ſuſtollit uirginitatis uelũ,
& cõculcat florẽ: ibi nihil grauant, neq; deprecã
tur, ſed & internunciæ nuptiarũ fiunt, & inſtito-
riã ſcortorũ obeũt, multasq; uolentes eſſe uiduas
prohibẽt. Et putãtes ſe ſuorũ malorũ defenſionẽ
inueniſſe, ibi omnibus deſpicabiles ſunt, ibi & nu
ptæ ipſarũ nomine erubeſcunt, utpote in oĩbus
melius agentes. Multo enim melius & uno & al-
tero coniugio cõiungi, quàm hæc fœda agere, &
internunciorum,& paranymphorum ſuſpicione
ſugillari ab omnibus, quòd à ſuauitate nuptiarũ
ſe abſtrahãt,& onerib. nuptiarũ ſe ſubdant. Quid
enim oneroſius q̃ uirũ habere, & ſolicitũ eſſe de
his quæ illius? Exonerauit te ab hac moleſtia de- C
Gen.3 us. Ad uirũ tuum conuerſio tua, & ipſe tui domi-
nabitur. Soluta es per uirginitatẽ, quid iterum te
ſeruituti ſubijcis? Liberam te fecit deus, tu autem
tibijpſi plectis negotia. Nullus ſolicitã te fecit, tu
autem negotia plectis. Sed quoniã ſolicitudinis
mentio incidit, tempeſtiue hæc dicenti aduenit a
poſtolicũ illud. Nam ſi cohabitare uiris mulieres,
& mulieribus uiros curas tolleret, ad continentiã
adhortãdo Paulus nõ dixiſſet: Volo aũt uos ſine
1.Cor.7 ſolicitudine eſſe, ut & hac nos admoneat. Quid
eĩm uultis, ait, quietẽ & libertatẽ? Deinde non ui-
detis cõtrariũ euenire, ſeruitutẽ et labores & mi
ſerias multas, dũ uiris cohabitat? Multę igit ſępe
relictis uiris ob hoc non iterũ nubũt, ne ſub iugo
ſeruitutis ſint. Prorſus autẽ ſi in paupertate uiuis D
& omni tutore cares, uirtutẽ uitæ oſtendas, & cũ
uiro nihil habe cõmune. Cõiũge aũt te mulierib.
quæ honeſte uixerũt, & neq; tuam coronã diſper
des, & omni perfrueris ſatietate. Quod ſi hoc in-
ſufficiẽs eſſe putas, quære diligẽter, & omnino in
uenies, imò non neceſſariũ eſt quærere. Nam ſi-
cut ad lucẽ occurrimus oĩes, ſi refulgebũt radij
uitæ tuę, oẽs accurrẽt diligẽtes, unaquęq; tibi or-
dinẽ iniunget miniſtrę, & te domus ſuæ ſecurita-
tem putabit eſſe, & ornatum uitæ & coronam, ſe-
Matt.6 cundũ ſermonem Chriſti. Quærite enim, ait, reg-
num cœlorum, & omnia hæc adijcientur uobis.
Nunc autẽ & nos autores ſumus, ut ex hac ſecula
ri felicitate excidamus, & cœleſtia quoq; negliga
mus. Nos autem quando dico, non uiros ſolũ di-

co, ſed & uos, & uos magis quàm uiros. Quoniã
ab initio ob hoc grauiorem pœnam accepit mu-
lier, & deceptionẽ magis attulit: propter hoc &
decipientem magis quàm deceptũ puniuit deus:
quod & nunc erit, ſi non uolueritis corrigi, & ad
propriam redire nobilitatem: propter hoc enim
& mulier tunc reprehenſa, quòd uiro dedit de fru
ctu, non audebat dicere, quod oportebat, cum
uir non deberet perſuaderi neq; decipi: ſed hanc
quidem utpote frigidam defenſionẽ tacuit, ad a- Gen.3
liam autem uenit infirmã quidem & ipſam, atta-
men plus hac habentẽ rationis. Vnde manifeſtũ
quod qui prætexunt deceptores, rectius in ſe de-
ceptos quàm in deceptores culpam ingerere poſ
ſunt. Scortum accerſit contumelia afficientẽ ſu-
um corpus, & poſtquam cum illo dormierit, ite-
rum dimittit: tu autem ubi uocaris eum qui iniu-
ria afficit tuam animam, & corrumpit, ſemper ip
ſum includis, & non permittis exire, uinculáque
grauia injicis, adulatione, cura, & alijs operibus,
& putas te glorificari cum teipſam ita cõfundis?
Nõ cogitas tu, dic mihi, præſentem uitam quàm
breuis, ut ſomnijs aſſimiletur, & floſculis marce-
ſcẽtibus, & umbrę prętereunti? Cur uis deliciari
nunc in ſomnio, & puniri tunc in ueritate? Quan
uis neq; delicias hæc res habet. Quomodo enim,
ubi condemnatio, & reprehenſiones, & cõuicia,
& ſcandala? Verum ſi & deliciæ ſint, quid eſt par
ua aquæ gutta ad immenſum mare? Audi filia & Pſal.44
uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere popu-
lum, & domum patris tui, & cõcupiſcet rex deco
rem tuũ, ad orbem terræ aliquãdo male affectum
dicebat Dauid. Hoc igit nos tibi occinemus, bre
ue uerbum prophetæ ſubimmutãtes, & dicemus
cum propheta: Audi filia & uide, & inclina aurẽ
tuam, & obliuiſcere malæ conſuetudinis & eorũ
qui tibi male cohabitant, & concupiſcet rex pul-
chritudinem tuam. Quid tibi hoc maius? Quid
item par poterimus dicere, q̃ ut cœli & terræ, &
angelorũ, & archangelorũ, & ſupernarum uirtu-
tum dominũ amatorem ſortita, libereris à uilibus
conſeruis, tuam nobilitatẽ confundentibus? Pro
pter quod utiq; & hic finire ſermonem, bonũ. Ni
hil enim dicere poterimus, quod huic honori ſit
par. Nam ſi quæ ſponſum in terra acceperit regẽ,
oĩbus ſe putat eſſe beatiorem: Tu habes autem
non terrenum, nec cõſeruum, ſed eum qui in cœ-
lis, eum qui ſuper omnẽ principatũ & poteſtatẽ,
& uirtutẽ, & omne nomẽ quod nominatur: eum
qui ſuper Cherubin ſedet, concutientem terram,
extendentem cœlum, terribilem & reuerendum
Cherubin, inacceſſum Seraphin, nõ ſpõſum ſolũ,
ſed amatorẽ, et amatorẽ omniũ hominũ ardẽtiſſi
mũ: quomodo nõ omnia relinquis, quę hic ſunt,
etiamſi animam ipſam relinquere oportet? Quo
niam igitur ſufficit, hoc uerbum ſolum, & plum-
bo omni grauius ad corrigendum & promouen
dum ad ſupernam conuerſationẽ, & nos hic deſi
nimus, & te admonemus, et quaſi diuinũ aliquod
canticum accinimus, ut & in domo, & in foro, &
in die & in nocte, & in uia, et in thalamo, & uoce,
& men-

& mente continue loquaris animæ, dicens: Audi anima & uide, & inclina aurem tuã, & obliuiscere malæ consuetudinis, & cõcupiscet rex pulchritudinem tuam. Et si hoc continue uerbum dixeris, auro omni puriorem facies animam. Dictum enim hoc igne uehementius, & efficacius efflare tuas cogitationes, & omnes tuæ mentis maculas expurgare ualebit, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI aduersus eos, qui apud se fouent sorores adoptiuas, quas σωεισάκτους & subintroductas uocãt, & contra concubinarios, Sermo

M AIORIBVS nostris duæ tantũ cognitę fuerunt causę, propter quas mulierib. uiri cohabitent. Et una quidẽ uetus est ac iusta rationiq; cõsentanea, nẽpe matrimoniũ q̃d deo legislatore institutum. Propter hoc eñ, inquit, relinquet uir patrẽ suũ et matrẽ suã, & adhærebit uxori suæ, erũtq; duo in carnem unã. Altera uero posterior & ex confesso iniusta, & legi aduersa, nẽpe stuprũ, quod à malignis introductũ est dæmonibus. Atqui nostra hac ætate tertius quidã nouus & insolitus mos prodijt, cuius causam haud facile inuestigaueris. Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarũ inexpertas domũ ducant, & usq; in extremam senectam inclusas tenent, ac fouent, non procreandorũ puerorũ gratia, negant enim se cum illis rem habere: neq; libidinis causa: aiunt eñ quòd illas & integras & incorruptas seruẽt. Et si quis ab eis causam rogauerit, dicunt sibi multas esse: sed fingunt. Ego enim nullã eos habere crediderim, quę uel honesta uel idonea sit. Verũ de his nunc nõ dicemus. Afferemus aũt in mediũ, quã nos potissimũ causam suspicemur. & quænã illa? Omnino, si à scopo aberrauero, fas uobis esto ut me redarguatis. Et quænã causa? quis ille prætextus? Videt mihi mulieris conuictus, etiã absq; nuptijs ac cõgressu, uoluptatis habere nõnihil. Quod si non rectè sentio, nõ est q̃d dicã. Meã uobis sententiã narro, mox aũt non meã solũ, sed & illorũ dicam: nam & illis sic uidet. Quod inde colliquescit. Tantã eñ gloriam & tanta scandala neutiquã despicerent, nisi ingens quædam & uehemens cohabitandi uoluptas esset. Precor ut nobis uenia detur, desitq; indignatio. Neq; enim temere, & simpliciter inimicos uellem. Non sum tam miser ac erũnosus, qui temere oñes offendere uelim: sed ualde doleo ac crucior, & gloriam dei blasphemari, & multorũ salutẽ propter uoluptatẽ hãc paulatim perire. Et habet uoluptas hæc maiorẽ cohabitãdi amorẽ, q̃ legitimæ nuptię. Quod nunc fortè uobis mirũ uidet: sed ubi quod auditis declarabo, eritis & uos mihi testes. Etenim cũ legitima muliere cõgredi, quum non sit uetitũ, cõcupiscentiæ uehementiã demulcet, & sæpenumero satietatẽ affert, immo dicum restinguens ardorem. Præterea partus & partuum dolores, puerorumq; procreationes ac educationes, necnon & frequentes qui ex his se-

Gen. 2

A quunt morbi, corpus affligunt, florẽ ætatis marcidum reddunt, inualidumq; uoluptatis calcar faciunt: in uirgine autem cohabitatrice nihil horũ reperies. Abest enim coitus, qui naturæ impetũ deprimat, ac calcar obtũdat: neq; dolores partus, neq; puerorum educationes carnem languescere faciunt: sed iuuenilem uigorẽ diu cõseruat, utpote intacta manens. Vnde post partus & educatiõnes puerorũ, corpora uxorũ infirmiora fiunt: illa aũt usq; in quadragesimũ annum in sua permanet forma, & cum uirginib. iam elocãdis certat: hinc est quòd cohabitantes duplici igne accẽduntur: nam & ardor eorũ non restinguit coitu eis interdicto, & ardoris fomes redditur ualidior. Quã ergo huius cõtubernij causam suspicer? Sed ne ualB de succẽseamus eis, neq; difficiles simus & importuni. Nam qui ægrum uult restituere, nõ hoc agit ira & uerberibus, sed aptat magis pharmaca, magna cura & blanda adhortatione. Nobis, quãuis illos punire & eis indignari liceret, utpote in iudicium adscitis ordinem: non tamẽ hoc facimus, sed medicorum magis & eorũ qui curare solent, morem seq; lubet: unde obsecramus & adhortamur, & eorũ si opus est genua attingimus, si forte q̃d agendũ susceperimus, perficiamus. Igitur quemadmodũ medici, qui ægros à cibo uel potu nociuo abarcere cupiunt, licet illa mixtam habeant uoluptatẽ, ante oñia tamẽ persuadent, inesse illis præter nocumẽta etiam multũ insuauitatis: sic & nos faciemus, cõmonstrãdo illis quòd cohabitatio illa, quãuis suauis & iucunda uideat, pernicios sit, & nihilo melior, q̃ mortiferæ potiones. Et uidetC tur quidẽ multam habere lætitiã, latet tamen multum in ea amaritudinis, quã animæ quæ uoluptatibus oblectatur, infundit. Nam qui persuasus discedit, facile discedit. Sanè qui metu & necessitate à dilecta seiũgit, fortior amator fit, & fortassis iterum ad illã accedet: at si ut rem damnosam & amarã fugit, haudquaq; iterum reuertitur ob calculũ sententiæ suæ, quæ quauis necessitate uiolẽtius illi persuadet. Quocirca quomodo persuademus illis, q̃ hoc nõ solum noceat, sed & amarũ sit? & quomodo aliter, q̃ ex ipsa rerũ natura? Interrogamus ergo eos, si quis mẽsa sumptuosa apposita, uarijs dulcissimisq; plena edulijs, denunD ciet summis minis, ne quid propositorum cõtingatur: num uelint ad talem mensam considere, & seipsos cruciare? Ego utiq; non opinor: neq; eñ ex aspectu uoluptate fruentur, quantã tristitiã ex interdicto concipient. Quid aũt si quis sitienti & ardenti præ siti fontẽ limpidũ & purum demonstratum, non solũ non degustare, sed ne extremis quidẽ digitis contingere permitteret, an quid eo cruciatu acerbius? Neq; hic mihi cõtradixerit ullus. Tantũ enim hoc malum est, ut etiã exteri, qui plurimũ ualent in naturę uoluptate, & tristitia expendenda, uolentes effingere quosdã, qui ualde cruciantur, talem quandam fabulã in medio proferant. Introducitur in fabula extremo supplicio afficiendus, cui ostenditur omniũ ciborũ copia, & præterfluens aqua: nec conceditur, ut aliquo istorum

Tantalus

ístorum fruatur:& cum extendit ille manũ, ōnia quæ uidentur,à tactu fugiũt,fitq; hoc ſemper. Et hęc eſt externorum fabula. Et philoſophorũ qui dã, cũ uidiſſet ſodaliũ quẽdã oculũ formoſo puero dare,admirabũdus dixit: Cur tantũ intra ſe caminũ accendere, & in ignẽ ſe auſit cum periculo iniícere? Ego autẽ nõ idem dixerim de his qui co habitãtes amant & cõtrectant? At ſi qui ſunt qui hæc calumnientẽ, demonſtrare tentabo, quòd & hi illo uſq; perueniant,& durius ſibi q̃ ſit dictum ſupplíciũ accerſant. Nam ſi aſpectus ſolus tãtum infert dolorẽ: quanto maiorẽ & contactus accendit? ex quo ut eſt uoluptas multo craſſior, q̃ ex aſpectu:ita maiorẽ ſtruit flammam,& acerbiorem efficit dolorẽ, qui magis quàm fera exaſperatur. Quanto eñ magis concupiſcentias augemus,& plura eis fomenta ſuppeditamus, tanto & dolores noſtri magis intẽduntur. Et quemadmodum qui menſæ & fonti aſſident, non ſic uidendo dolent, ut cui permiſſum eſt attingere, & tamen ne deguſtet prohibetur: ſic utiq; qui ad contrectanda uirginum corpora admittuntur, grauius puniuntẽ, q̃ qui ex ſolius ſpectaculi refocillatione hauriũt cruciatũ.Et quid opus eſt philoſophari in his afferendo res externas? Dei enim ſentẽtia his omnibus potentior, ipſa nobis oſtendit rem ita ſeſe habere. Nam cũ uellet punire Adam, nõ procul à paradiſo ipſum habitare fecit, ſed prope paradiſum,ut continuã pœnam haberet è ſpectaculo loci quẽ deſiderabat,& eo quãuis ſemper illum ante ſe uideret, frui non permitteretur.Iam forte aliquis dixerit, Et quomodo ſi hoc natura tam amarũ,plericq; tanto ſtudio ſectantẽ? Ad quod ego dixerim, q̃ iſtuc ipſum extremæ ægritudinis maximũ eſt argumentũ. Nam hic mos eſt ægrotantiũ, ut quærãt frigidã quandã, breuiſq; tẽporis uoluptatẽ, unde prolixiorẽ ſibi conciliãt pœnã. Hoc & in febrientibus uidere quis poteſt,qui cũ pauliſper abſtinere nolunt à refocillatione momentanea uetitorũ uel eſculentorũ, uel poculentorũ,lõgum quendã & difficillimũ inuehũt ſibi morbũ. Oportet aũt ut hi qui bene ualent, non eorũ qui male habent ſententiã & mores ſequantur. Nam ſi illos ſequemur, & à medica arte, & à philoſophia condẽnabimur.Nõ aũt hoc ſolũ in febri cõtingit, uel mulierũ amore,ſed & in diuitijs & omnibus alijs qui ita ægrotant. Etenim qui in pecunias inſaniunt, licet ſciant quòd hi qui parua hæc indigis impartiantẽ,infinita bona inde capiãt:detinent tamen ea & defodiunt, & bonis omnibus excidere malunt, ob frigidam breuemq; hanc uoluptatulam, q̃ æterna pœna liberari,& immortalem uitã adipiſci,illas ad breue tẽpus deſpiciẽdo. Hoc utiq; & illis contingit ob paruã oculorũ concupiſcentiã:nam dum nõ ferũt ut ſeipſos aliquantiſper contineant,intolerabilem intra ſe ignẽ cogunt:& quanto ſcilicet ſe magis oblectari putãt, tãto magis malo implicantẽ, diabolo ſuis artibus hoc curante ad incrementũ & perſeuerantiã incẽdij,ut ardentes & delectentẽ,& doleãt,abſurdum quoddã temperamentũ in animabus ſuis plantãtes.Iam,quid ſi quis nos intẽperantiæ ob hæc uerba condemnet? Sanè ſtrenuos illos uiros,& cum mulieribus habitantes,qui nihil graue patiantur, beatos quidẽ dico,qui tales ſunt,et uellẽ etiã ipſe hoc robore donari:et ipſe quidẽ forte adducor ut credam,q̃ poſſibile ſit eſſe aliquos tales. Vellem tamen eos qui nos reprehẽdunt, poſſe hoc nobis perſuadere, quòd adoleſcẽs feruens,puellæq; uirgini cohabitãs, & ad latera eius aſſidens,& ſimul cœnans, & per diẽ totũ confabulãs,ut nihil aliud apponam, intempeſtiuos riſus & effuſos cachinnos, & mollia uerba, atq; alia quæ dictu inhoneſta audiens, & eadẽ habitãs domo,eademq; communicans menſa,ubi ultro citroq; eſt libertas uerborum,nulla humanarum affectionum capiatur, ſed purus à mala uoluptate & concupiſcẽtia permaneat. Vellem hæc ab his qui nos arguunt me doceri poſſe:ſed neq; ipſi uolunt doceri, & reclamant nobis,quaſi impudentibus & eodem morbo decũbentibus, ſuoq; uitio correptis ſi nos defendamus. Et quid hæc ad nos,inquit? Neq; nos ſumus obnoxij inſipiẽtiæ alienæ, neq; ſi quis ſtulte ſcãdalizetur, dignus ego ſum, qui pœnas dem ob illius inſipientiam. Sed Paulus non dixit hoc, Rom.14 ſed iuſſit,ut ſi iniuſte ſcandalizetẽ aliquis, eius infirmitati conſulatur. Tunc enim ſolum liberamur à pœna,quæ poſita eſt in eos qui ſcandalum dant alijs, ſi ex ſcãdalo aliud quoddam lucrum naſcatur maius damno,quod ex ſcandalo fit.Adeoq; ſi hoc non fuerit,& hoc ſolum obuenerit,ut ſcandalizentur alij,ſiue ob rationẽ aliquam,ſiue ob nullam, ſiue ut infirmi offendantur,ſanguis illorũ ſuper caput noſtrum,& ex manibus noſtris deus animas tales requiret. Et propter hoc ne per oñia curam nullam haberemus, uel abijceremus eorũ quibus offendiculo ſumus,terminos quoſdam et regulas tales nobis Chriſtus præſcripſit. Nam & hoc & illud fecit, nunc illos curans,nunc contemnẽs, prout tempus poſtulabat.Enimuero cum de natura ciborũ diſſereret & oſtẽderet eam eſſe purã,& à Iudaica obſeruatione liberaret, ubi ſcilicet Petro egreſſo & dicente,Scandalizati ſunt:di Matt.15 xit:Sinite ipſos,Et non ſolũ deſpexit, quin & accuſauit.Omnis enim plantatio,quam nõ plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Ita legẽ de ibid.17 cibis ſtatuit. Vbi aũt petebãt à Petro drachmam, tunc nõ idem egit ſicut antea, ſed rationẽ habuit ſcandali, & ait: Vt aũt non ſcandalizemus ipſos, mitte hamũ in mare, & piſcẽ qui primũ egreſſus fuerit,tolle,inueniesq; in ore eius ſtaterem: hunc acceptum da pro me & te. Vides ut ſcãdali & curam habet,& negligit? Nam hoc loco nihil ualde referebat etiã gloriã unigeniti obſcurari: aut quo modo, cũ & alibi ſtuduerit eam adumbrare, præceperitq; multis, ne cui dicerent quod ipſe eſſet Chriſtus? Et propterea nihil damni ex eo q̃ dependit didrachmũ:ſi autẽ non ſoluiſſet,nata fuiſſent mala.Nam ut tyrannũ & obluctantem & ciuitatis uniuerſæ inimicũ, & in extrema pericula inijcientẽ utiq; auerſati fuiſsẽt:et propterea ipſos qui uolebant rapere Chriſtum,& facere Regem, ion-

1.Cor.1

Rom.1.

1.Cor.1

longius fugit,eamq; opinionẽ à multis, qui circa ipsum erant,repulit.Alio autẽ loco opus erat, ut corrigeretur factum,propterea q; utiliter ac tempestiue,& ut in meliori opere contempsit scandalum.Etiam postea ualde tempori congruebat, ut ad excellentiorem philosophiã ascensuri, nõ prohiberẽt lege,quæ ad Iudæos pertinebat,sed abirent posthac ita uocante tempore ad animi puritatem,neq; remorarentẽ corporali obseruatione, sed permitterẽtur ab humilitate illa eximi. Sic & Paulus contempsit eos,qui scandalizabantẽ, magistrum sequẽs,& dixit:Per omnia omnibus placeo,non quærens quod mihi conducit, sed quod multis,ut saluentur. Si autẽ Paulus suam contemnit utilitatẽ,ut inueniat quod multis prosit:quãta nos digni erimus pœna, si neq; propriũ fugimus damnum,nec cogitamus quomodo inueniamus quod utile sit alijs:nos quoque cum alijs suauiter perdimus,cum oportebat & nosipsos & alios seruare. Atq; propter hoc cum uidet maius lucrum quàm damnũ quod oritur,cõtemnit eos qui scandalum patiuntur. Vbi aũt lucrum nullum, ipsum scandalizari solũ habet pro iusta causa, omnia & facere & pati paratus ne eueniat. Et non disputat talia more nostro.Non emẽ dicit: Quare sunt tam infirmi:quare tam stupidi:quare affectiões illas admittunt:Sed ea de causa ipsis potissimum parcit,quia ob rationis penuriam ita se habent,& ita infirmi sunt.Dic enim mihi, qualẽ ille rationabilem prętextũ dicere potest qui scãdalizatur in comedente carnem & bibente uinum:An nõ hanc nobis legem deus ipse permittit:Veruntamen in his si scãdalizetur aliquis,Paulus abstinet.Nunq; enim carnẽ comedam,inquit, ut ne scandalizem fratrem:& non dixit sicut nos: Subijciendúsne ego alienę insipientię:num quia alicui simplicio ri uidetur esse scandalũ,egóne dignus qui supplicium luam:Quamuis si etiã dixisset,multo tamẽ iustius dixisset q; nos.Nam qui in illis scandalizatur,insensatus est, & ualde insipiens. Verũ in his ipse multas iustas & dignas causas, quas diceret habet.At multo iustiores dixisset Paulus,si quidẽ dicere uoluisset:at nõ dixit, sed ad unum solũ spectauit,nempe salutem proximi. Et uide eminentiam.Non enim dixit semel,aut bis, uel tanto aut tanto tẽpore:sed,in æternũ,ait, non comedam,si scandalizetur alius.Et ut ne putes in his eum subsistere, & aliud quiddã adijcit hoc maius. Vt emẽ dixit, Bonũ est nõ comedere carnẽ & nõ bibere uinũ,coniunxit & illud:Neq; illud per quod frater tuus impingit,uel scandalizat,uel infirmatur. Et animaduerte sapientiam præceptoris.Relicto enim infirmo,fortẽ corrigit ante illum. Nã fortis autor est,q; ille infirmus est, eo quòd possit infirmitatẽ corrigere,& nõ facit.Et quid dico de infirmis fratribus:Etenim Iudæis & Gentibus iubet eandem curã impendi. Absq; offendiculo enim, ait,sitis & Iudæis & Gẽtibus,& ecclesię dei. Itaq; quãto fortiorem esse dicis,nihilq; ab hac cohabitatione incõmodi accipere, tanto magis teipsum debitorẽ cõstituas,ut uinculum hoc rũpas. Nam quanto fortior eras,tanto & iustior fuisses, infirmiorem gestando.Igitur si infirmus es,propter te ipsum desiste:sin robustior,propter alterius infirmitatẽ.Nõ enim sibijpsi duntaxat, sed & alijs fortem esse oportet eum qui fortis est.Quòd si te fortem esse dicis,& infirmitatẽ illius contemnis:duplam dabis pœnã,tum quòd non pepercisti, tum quòd multa tibi uis erat,ut illi parcere possis. Nã unusquisq; nostrum, debitor est salutis proximi. Propterea iussi sumus,ut nõ quæ nostra sunt, sed quæ proximi spectemus.Pretio enim magno empti sumus,& qui nos redemit,hoc præcepit in cõmunem animarũ nostrarum utilitatẽ. Non enim hoc solum nostrũ est lucrũ,quando propria salua mus membra, sed & quando alios in maiori securitate cõstituimus.Quãuis te perpetuo defendas, redargueris tamẽ per opera,damnũ ex hac cohabitatione accepturus nõ uulgare. Quando emẽ te uideo ita auelli non posse,& despicere milia quæ offendunt,& non cõuerti te tam multis reprehendentibus,sed & gloriã tuam cõculcare,ecclesię q; accusationẽ uulgo proterere,& infidelium ora laxare,& omnes mala opinione imbuere: & tanta quidẽ ex cohabitatione nobis nascuntẽ mala, nullum aũt prouenit bonũ:ex separatiõe uero, horũ omniũ malorum subleuationẽ, multorũ autem aliorũ bonorum possessionẽ adipisci licet.Cæterũ quũ non fers,ut à te transeat,quomodo persuadere potero alijs,q; affectionis sis expers,& à cõcupiscẽtia mala purus:propter hæc nihil cõtendo: sed esto quòd sis etiã cohabitando purus, quãuis ne Iob quidem ille beatus ausus fuit tantam uirtutem & sapientiã sibi adscribere,& de se ita testari. Sed qui omnẽ transcẽderet uirtutẽ, ex omnibus diaboli retibus extractus,& primus,& solus tantam fortitudinem demõstrauit, & omne ferrum, & adamantẽ sua cõtinentia prętergressus,subneruauit diaboli potestatẽ: sic ueritus erat talem pugnã,& putauit impossibile esse cohabitare uirgini sine damno & purũ,adeo ut non solũ à cohabitatiõe tali procul & longe seipsum, sed & ab aspectu prorsus & occursu subduxerit,legemq; posuerit oculis suis omnino in uirginẽ ne respicere quidem:sciebat emẽ manifestè,quòd nõ solum cohabitantẽ,sed & uidentẽ curiose in faciem uirginis, difficile,fortè aũt & impossibile sit effugere damnum quod inde oritur. Propter quod & dicebat, ne cogitẽ quidẽ de uirgine. At si paruus uidet uobis ad certamen Iob, quãuis reuera neq; stercore illius simus digni: ueruntamẽ licet minus tua magnanimitate esse putas exemplum, cogita uocalissimũ præconẽ ueritatis, q totũ orbẽ circuit,& dicere potuit uerba illa multa sapientia referta, quòd nõ iam ipse sit uiuens, sed Christus in ipso: & q; crucifixus sit mũdo,& mũdus sibi: &, quòd quotidie moriat:post tantã spiritus gratiã, & tanta certaminũ specimina, post tam innumera pericula,post tam eximiæ diligẽtiæ sapientiæ studiũ: declarat nobis & cõmonstrat,quòd donec spirauerimus,& hac carne fuerimus circundati, certaminibus nobis opus est & laboribus:neq; unquã otio

Rom.14 1.Cor.10 2.Cor.10 1.Cor.6.7 Gal.2 1.Cor.15

otio tẽperantia paratur,ſed multis ſudoribꝫ. & laboribus opus eſt. Ad hoc em̃ trophęũ parandum ſic dicebat: Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo: ne dum aliis prædicauero, ipſe reprobus fiam. Hęc aũt dicebat, declarans ſeditionẽ carnis & concupiſcentiæ rabiem, præliumq; continuũ, ac uitam ſemper in agone conſtitutã. Et idcirco etiã Chriſtus arduitatẽ rei declarans, neq; uel licite aſpicere permittit mulierũ facies: qm̃ & adulterorum pœna puniendos ſic ſpectãtes interminatus eſt. Et cum dixiſſet Petrus, nõ expedit uxorẽ ducere: non ſtatuit legem, ne ducant uxores, ſed naturã rei declarãs dicebat: Qui poteſt capere, capiat. Audimus aũt & hoc noſtro ſeculo, quòd nõ nulli ferro totum corpus obligantes, & ſacco ueſtientes, & ad uertices montiũ currentes, & in cõtinuis uigiliis ac inedia ſumma uiuentes, & omnem diſciplinæ ſeueritatẽ oſtendentes, ab omnibus mulieribus ſegregati, aſcendere in domunculam & tugurium, ut hac ratione ſeipſos caſtigantes concupiſcentiæ furorem cõprimant. At tu dicis, quòd licet uideas cohabitantẽ uirgini, & alligatum, & deliciantẽ, & animã potius amittentẽ quàm cohabitatricẽ, paratumq; omnia & facere & pati potius q̃ ſeparari à dilecta: ne ſuſpiceris aliquid mali, ne putes cõcupiſcentiæ negotiũ, ſed pietatis potius. Admirande uir, is affectus eſt his qui lapidibus cohabitãt, nõ hominibus. Et tu quidem forte nõ credis ob magnã tuam cõtinentiã. Ego aũt audiui multos dicẽtes, q̃ etiam multi apud lapides & ſtatuas aliquid paſſi ſint. Quòd ſi tantum ualuit dura effigies, quantã operabitur in ſaniã in effigie pulchra tenerũ corpus? Quomõ nõ credentur magis ueriſimilia dicere, qui nos accuſant, q̃ nos qui defendimus? Quid enim ueriſimile, dic mihi? An quòd uir mulierem concupiſcit, uel quòd non concupiſcit? Omnino dixerimus quòd concupiſcat. Rurſum quum innumeræ cauſæ impellunt ut egrediatur, & non fert q̃ egrediat, ſed uult ut intra domũ ſe cõtineat, haud in ullum bonum: quin potius multa ſunt probra, & damna tam à ſuis, quàm ab alienis. Quid hic ueriſimile? Ex bono ne hoc agatur propoſito, an ex malo? Opinor quis facile dixerit quòd ex malo. Veruntamen non de his ipſis diligenter ſcrutabimur: ſed ponatur, ut fingi poteſt, quòd ij qui ſcandalizantur, non ſcandalizentur iuſte, ſed temere & ſine cauſa. Sed dic mihi, cuius gratia uirgini cohabitas? Nulla enim alia cauſa cœpta eſt cohabitatio hæc, q̃ propter dilectionem & amorẽ. Sed circunſcribe hoc, & auferetur rei utilitas. Quis enim qui uir eſt, uellet ſine hac ferre neceſſitates, delicias, & iniurias mulierũ, & alias huius generis imperfectiones? Propterea & ab initio deus mulierẽ hoc robore armauit, bene ſciens q̃ ualde deſpicabilis eſſet, niſi hoc ſibi initio conferret, & q̃ nullus ei cohabiturus eſſet, cui purificãdarũ cõſcientiarũ eſt ſtudiũ: nam q̃ nũc tam neceſſarię & utiles ſunt, ideo eſt, quia & pueros procreãt, & domum cuſtodiunt, & alia multa his plura adminiſtrant. Si igitur, inquam, quæ uiris miniſtrant, ſæpe tamen contemptæ ſunt, ut & è domo eiiciant: quomodo abſq; cõcupiſcẽtia nobis eſſe poſſunt dilectæ, præſertim à quibus tot opprobria? Vel ergo cauſam cohabitationis dicite, uel nullam aliam ſuſpicari neceſſe, quàm malam concupiſcentiam, & ignominioſam uoluptatem. Quid igitur ſi poterimus, ait, cauſam iuſtam & rationabilẽ dicere? Fruſtra hæc apud nos dixeris, præſertim ſi nullam talẽ dices. Veruntamẽ & ipſam uellem dicere, ſi uel umbram aliquam iuſti prætextus dicere poſſes. Defenſore caret, ait, uirgo, neq; uirum habet, neq; tutorem, neq; patrem, ſæpe item nec fratrẽ, & indiget aliquo, qui ei manum præbeat, & ſolitariæ mœrorẽ conſoletur, & ubiq; ſe pro ea opponat aduerſariis, & ipſam in ſecuritate & portu conſtituat. Quam tu mihi, dic ſecuritatẽ, quem portum narras? Portum enim nõ arcentẽ fluctus ſed excitantem: & portum, non cõprimentẽ tempeſtates, ſed & proprias habentem & grauiores procellas. Non cõfundimini, nõ uultus ueſtros obtegitis ita uos defendentes? Nam hoc miniſterio neq; excuſatio, neq; damnũ, neq; ſcandalũ naſceret, ſed fama adhuc ſalua liceret iſtuc ipſum facere. Cur igitur nõ eſtis miſericordiores, & ut augeatis eius diuitias, & ſeculari ſtudio dediti, & negotiis uos immiſcentes, ac in mũdanis cõuerſantes curis, reditis in diſpenſatorũ, & exactorũ, & mercatorum ordinem? Non poteritis de paupertate diſſerere uel perſuadere, ut facultates cõtemnantur, qui om̃ia facitis ne quid ex ueſtris facultatibus uobis decedat, ut opibus opes accreſcant, propter uos, & iterum etiam propter illas inſtitores facti. Neq; em̃ ingenua & iucunda ſunt ueſtra officia. Qui iuſſi eſtis portare crucẽ & ſequi Chriſtũ, abieciſtis crucẽ, quaſi effœminati milites ſcuto ſublato ad fuſum & calathũ cõſidetis, propter aliũ turpiorẽ cõgreſſum aperta in preſentẽ uitam ianua. Nõ enim tam turpe eſt eos qui in matrimonio ſunt hæc adminiſtrare, ut uos qui ſimulatis uos reſilijſſe à præſentiũ rerũ curis, ob alterius perſonam iterũ eaſdem ſubire. Propterea helluonũ, & adulatorũ, & paraſitorũ, & mulieribus ſeruientiũ, ubiq; curã ſuſcipimus, quãdoquidẽ inhumanũ abiectam omnẽ generoſitatẽ nobis ſuperne datã, ſeruilitate & utilitate terrena cõmutamus. Et uiduarum quidem diſpenſare opes noluerunt generoſi olim illi uiri: nam quũ oriretur cõtentio, eò q̃ nullus eſſet qui adminiſtraret, exiſtimauerunt hoc inferius eſſe ſua philoſophia, unde alijs demandarunt. Nos aũt non erubeſcimus diuitias alienas augere, cũ damno earũ quas poſſidemus, nihilo meliores eunuchis illis in hoc potiſſimũ opus occupatis: qui ordinati ut quotidie ſanguinẽ & animã p uiduis exponamus, & hęc noſtra ſunt arma? Quid igit? oportebit ne om̃ia quæ uirgini ſunt ablata contẽnere, & quæ tolluntur & circunferuntur à cognatis, à familiaribus, & alienis & domeſticis? Non profecto: bonam reddemus uirgini retributionem, propter quæ neq; nuptias habuit, neq; preſentẽ mundum dilexit, ſed pro omnibus Chriſtũ rapuit. Sinemus illam iacere ante

eos

eos, qui eam facultatib. suis priuant? Et quãto satius erat nuptui esse traditã: usamq; cohabitatore cui incũberet harũ rerũ administratio, q̃ cum innupta manet, fœderaq; cum deo cõculcat, & iniuriam facit rei tam honestæ ac reuerendæ, & alios quoq; ad suffragia suorũ malorũ trahit? Quo pacto aũt hanc pro omnibus Christum delegisse dices, cum Christus dicat: Non potestis simul seruire deo & mammonæ? Quopacto item mundum Matt.6 & præsentia odio habere poterit, quæ cõcupiscẽtias huius mundi non aspernandas suadet? Quomodo autem eam, quæ uirum habet hortari potes, ut contemnat mundana, cum tu uirgini diuitias conquiris, hanc ipsam olim relicturus, ut continuo seruiat domino, & indiuulse omnem uitam & omne studium in id negotij expendat? Quomodo poterit uirgo philosophari, cũ te uirũ uideat, & habitũ in opinione aliqua, suis in opibus itanegotiosum? Quomodo discet damnum cõtemptui habere, cum te uideat omnia & facientem et patientem, ut illius opes accumules? Non sic nos deus à negotijs liberari uult, sed contemnere facultates, & omnibus quæ ad hanc uitam pertinẽt renũciare: at nõ sinitis uos, neq; cõceditis legem dei ualere. Quid ergo si aliorũ opus habeat præfectura & patrocinio, dicit, interim multa ferens indigna? An nõ indigna sunt hęc uirgine? Imò nihil tã indignũ uirgine, ut ditari & negotiorũ turba adobrui. Quid aũt si & alia cũ his iubeat, qualia sunt fœnerari aureos: deinde nobis uocatis ad cõpositiones, nihil persuadeamus: & cum persuasa nõ fuerit, nocuerit alijs: arguemúrne nos ut autores? Quid aũt, si negotiationes illas illiberales & seruiles instruat? Deinde cũ nos cooperari noluerimus, alijs quibusdã opus habet: digni ne erimus qui redarguamur? Nullo modo, quin potius digni qui laudemur. Itaq; si secus agitur, & accusationẽ meremur, q̃ earum cooperarij similia facimus. Vis nõ auferri bona illius? admone eam ut deponat, ubi neq; uiro op9 habeat ad custodiã, et perpetuo incõsumpta maneant: si aũt uoluerit opes habere, cuius gratia ludit in non ludicris? Nã si uirgo hæc agat, ludit ludũ nõ iucũdũ, sed mortiferum. Quãdoquidẽ debitricẽ horũ certaminum se cõstituit, omnino indigna sua pollicitatione facit. Maior pœna, grauior uindicta. Num audisti qualẽ ipsi legẽ posuit Paulus, imò Christus q̃ per 1.Cor.7 illum locutus est, q̃ diuisa est mulier, & uirgo? Et quæ innupta est, cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta & corpore, & spiritu? Sed uos non sinitis, ad omia earũ desideria auscultãtes magis q̃ emptitia mãcipia. Etiã dicit qs: Quid igit̃, si extrema inopia laboret? Nã de abundantib. bene à te dicta sunt. Quæ aũt in mẽdicitate & inopia multa neglectæ iacent, reprehẽdis nos, si iuuent̃? Vtinã nõ deiecissetis & depulissetis eas in alia perditionis barathra, & bonũ esset. Enimuero si hac satis abductus persuasione, qui iussit præesse pauperibus: habes multos fratres ibi, persuade & monstra, ut subeatur honestum illud opus ab eo, de quo nulla suboritur suspicio & scandalum, eò q̃

A hoc loco eleemosyna omni inhumanitate & crudelitate sit deterior. Quæ enim utilitas, dũ tu quidem corpus bene alis, animam autem expolias: quando uestem das, suspicione autem hac & nudis turpiorem facis: quando prodes in his quæ sunt corporis, omnia autem spiritualia disperdis: quando ei multa præparas super terram, eijcis autem è cœlis? Qualis autẽ hæc eleemosyna, quando gloria domini contemptui est, quando palam sunt opprobria & confusio, & conuicia, & scommata & eius cui misericordia fit, & aliorum multorum qui scandalizantur? Non à misericorde, sed inhumana anima hæc proficiscuntur. Nam si ex misericordia & humanitate essent, hæc circa uiros q̃q; declarare oportebat. At mulieres, inquis, maiore opus habẽt cura: uiri autem natura, B multa habet adiumenta. Quin & in uiris multi sunt mulieribus deterius habentes, & ob grandẽ senectam, & ob ualetudinẽ, & ob cæcitatẽ corporis, & ob morbos graues, aliasq; id genus causas. Veruntamẽ quia maxime uobis curę est mulierũ genus, utpote infirmius, et ad eas ualde misericordes & cõpatientes estis, neq; hic hoc prætextu destituamini: sed ostendemus hęc argumenta in his quibus nihil suspicionis, & mercedis plurimum. Sunt enim & mulieres quædã quæ præ senio cõfectæ, uel abscctis manibus, uel captæ oculis, uariisq; alijs morbis inualidæ, & difficiliore morbis paupertate. Siquidem inopia, cum prorsus nihil habetur, corporis morbos affert. Hæc autem pau C pertas à morbis quoq; grauior fit, & intolerabilior: has si inueneris, collige, imò in colligendis nullo opus erit labore, ita ante omnes iacent, paratæ omnibus qui porrigãt manũ. Si opes habes, his expende: si ualidus es, has corporis ministerio adiuua, multa & hic opera uidebis quæ indigent corporali ministerio, & sumptu opum & circuncursitatione. Nam opus habent ut illis assignentur domicilia, præparent̃ potiones, & lauentur ipsæ & uestes, & curẽtur cibi boni, aliaq; multa, etiamsi solum decem essent, quæ ita ægrotant: nunc aũt ciuitas nostra his tota impleta est, inueniesq; mille aut duo millia quibus cura opus foret. Istæ desolatæ sunt, istæ humi iacent. Hæc est D eleemosyna, hęc est humanitas, hoc in gloriã trãsit dei & in utilitatem eorũ qui uident, & qui accipiunt, & qui faciunt. Etem̃ iustius adiuuantur infirmiores, q̃ fortiores, & uetulæ, quàm iuniores: & hæ quibus neq; necessaria sunt, quàm illæ quæ mediocria possidẽt: & illæ quæ apud multos abominabiles, quàm quas multi adamant: & illæ quæ contemptæ diu fuerunt ob intolerabiles dolores, quàm quæ fauorem alijs cõciliare possunt. Ostende igit̃ quòd propter deũ hoc facias, et illis opitulare. Quòd si has neq; per somnũ uidere uis, sed formosas et adolescẽtes obambulãdo uenaris, & illiberalis huius uenatiõis causam quidẽ aliã habes nõ ferendã: prętexis autẽ aliã quę in speciem honesta & accepta est, nempe causam tutelæ: licet homines decipias, sed non item tribunal dei, quod muneribus corrumpi nequit. Nam ob

aliam quidem cauſam hæc facis, & aliam prætexis: nam dicitis, ꝙ propter deum faciatis omnia, facitis autem opera quæ ſunt inimicorũ dei. Ego autem & addo aliquid amplius. Ponamus enim quòd uera dicat, qui ſic dicit, & ab omni concupiſcentia purus ſit, neq; ex ullo alio, quàm ex ſola pietate hanc præfecturam ſuſcipiat: attamẽ neq; ſic ipſum à pœnis fore liberũ inueniemus. Nam ſi deeſſent occaſiones aliæ, in quibus etiam pietatem declarare facereq;, nullis animabus in eo impingẽtibus poſſet: nec ſic tamen hoc agere oporteret, ubi minus lucro damnum. Quomodo feres ut ob corporalia negotia unius aut duarum uirginum infinita multitudo animarum iacturam faciat? Veruntamẽ nec ſic grauiſſima eſt accuſatio: cum autem innumeras inuenias uias, & alienas ab accuſatione, & liberas à ſcandalis, & quæ maiorem habent abundantiam: cuius gratia tibiipſi nectis negotia fruſtra & incaſſum, & lucrum ſubtrahis, & periculoſe extruis, & ignominioſe? Et liceret ſine damno & cum gloria. An neſcis fulgidam Chriſtiani uitam uſquequaq; lucere debere, & eum qui ſuam gloriam fœdat, ubiq; poſtea inutilem, & nihil magnum lucrari poſſe, etiã ſi fortunatus ſit? Nam ſi ſal infatuatum fuerit, dicit, ad quid ualebit ultrà? Sal enim nos eſſe uult, et lumẽ & fermentum deus, ut et alij à nobis utilitatẽ accipiant. Quòd ſi homines irreprehenſibiliter uiuẽtes, uix conuertere ualent negligẽtes: quomodo ſi illis damno ſimus, non undequaq; rei erimus? Nam ſicut qui peruerſam agit uitam, nunquam ſaluat, ita neq; qui ſeipſum ignominia aſpergit, pœnam effugere poterit. Quòd ſi etiam admirabile quiddam dicendum, etiam ſi grauiter quis peccet, atq; clam hoc faciat, & neminem ſcandalizet, minorẽ dabit pœnam, quàm qui leuiter peccauit, idq; impudenter, & cum multorum ſcandalo. Et ne dictum admireris, neq; plus iuſto dictũ putes, ipſam tibi hanc è cœlo ſententiam afferemus, & hanc legem inde prolatam probabimus: nam beatum Moſen omnium qui ſuper terram hominũ mitiſſimum, dei amicum, prophetarum maximum (quãdoquidem deus aliis per ænigmata loquutus eſt, huic autem ſicut amicus amico) Hunc talem qui multas miſerias in deſerto tulit, tot annis, qui in extremis ſæpe periculis fuit apud Ægyptios propter Iudæos & apud Iudæos, pro ipſis ingratis: tamen hunc talem & tantum nihil aliud prohibuit poſt tot erumnas & labores multaq; pręclare geſta promiſſione potiri, quàm quòd ſcandalizati ſunt ij, qui cum ipſo erãt apud aquam. Et hoc eſt, quod inſinuabat deus dicẽdo, Quia non credidiſtis mihi ut ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, propter hoc non inducetis congregationem hãc in terram, quàm dedi eis. Quã uis autem ante hoc in nõnullis minus obediſſet, (cõtradixit enim deo ſemel ac iterum, cum mitteretur in Ægyptum, & poſtea in deſerto incredulus dicebat: Sexcenta millia ſunt peditum, & tu dixiſti, carnem dabo ipſis, & comedent menſem dierum: num oues & boues mactabunt, uel omnia edulia maris cõgregabunt & ſufficient ipſis? Et poſtea iterum difficilem ſe reddidit, & populi pręfecturam detrectabat) attamen nihil aliud potuit ipſum propoſitis præmijs priuare, quàm ſolum illud quod apud aquam contigit: quod natura quidem minus aliis erat, ſed quia cum damno aliorum fiebat, multo maius iudicatum. Illa enim priuatim & occulte accidebant, hoc autem manifeſte, & apud populum omnem committebat. Propterea & reprehendẽs deus hoc, inſinuabat dicens: Quia non ſanctificaſtis me coram filijs Iſrael. peccati eorũ naturam detegens, & unde factũ quod ueniam non mereat declarans. Si aũt talem uirũ hoc fecit impingere, nos uermiculos & nullius penſi, quõ non deſtruet & perdet? Nihil enim ita exacerbat deũ, ut quando nomen eius blaſphemat. Vnde ſurſum ac deorſum apud Iudæos hoc iactat, eos reprehendens, ꝙ nomen meum prophanaſtis: & iterum, Vos ꝓphanaſtis ipſum: &, Propter uos nomẽ meum blaſphemat in gẽtibus. & tãta ipſi cura ne eueniret quod euenit, ut & indignos ſæpe ſaluarit, ut ne hoc fieret. Feci enim, ait, ne nomẽ meum prophanet, & nõ propter uos ego facio domus Iſrael, ſed ut nomẽ meum nõ prophanet. Iam Paulus anathema eſſe optabat pro gloria dei: & ipſe Moſes quoq; è libro uitæ deleri orabat ꝓ gloria nominis dei: uos autem non ſolum nihil eligitis pati, atq; adeò in ipſam incidistis blaſphemiã, & omnia facitis per quæ illam augeatis, & quotidie intendatis. Quis igitur uos excuſaret? quis itẽ ignoſceret? Nullus eſt, & planè nullus. Tantã aũt curã & deus facit, ut nõ blaſphemet nomẽ ſuum: ſimiliter & ſancti, non quòd deus opus habeat, utà nobis glorificetur: Nullius enim indiget, & perfectus eſt, ſed ex ea re multũ damni hominibus. Quãdo eĩ apud nos male audit nomẽ dei, & gloria eius nobis nihil ultra prodeſt. Quòd ſi deus quum accuſatur, nihil prodeſt: multo minus uos. Omnia igitur faciamus, ut nulla ſit occaſio ſcandali, etiamſi iniuſte reprehendant: perſuaſionibus diluamus crimina, & imitemur ſanctos, quibus tantũ fuit ſtudiũ & glorię dei, & ſuę propter deum. Ne abiectis omnibus et cõculcatis, ſufficere arbitremur ad defenſionem ſi dixerimus: Veſtem emimus uirgini, & calceos, & alia quæ ad corporalẽ curã uirginis attinent, bene diſpoſuimus. Quis, ait, adminiſtraret ea quæ domi noſtræ? quis poſſeſſionib. intenderet? quis præeſſet domui nobis abſentibus? & cum intus nõ ſit mulier: quãdoquidẽ & hæc prioribus cõtraria, & turpiora. Et nullius ipſi curã habent, neq; erubeſcunt, ſicuti ebrij omne quod in búccã uenit loquẽtes: qua ꝓpter neq; nos defatigabimur, etiamſi talia ſunt quæ ab ijs dicunt, ut nullũ reſponſum mereant. Non grauabimur, inquam, & reſpondere, & manſuete cum eis agere, donec ab hac ebrietate illos liberemus, quantum ſcilicet ad nos attinet. confundor quidẽ & erubeſco cũ hæc euertere attẽto, quib. cõtradicere illi nõ erubeſcũt: ferenda tamẽ omnino erubeſcẽtia, propter eos qui erubeſcere neſciunt. Etenim abſurdum

Mar. 9

Num. 20

Exod. 32

Eſaie 52

surdum fuerit, redarguentē eos qui fratres quos scandalizant cōtemnunt, secꝫ ipsos confundunt, propter pudorem illorū curam abijcere. Dic em̄: quæ sunt illa, quæ domi agunt, propter quæ tantopere necessarius usus uirginis? Barbararum puellarum tibi examina sunt, & nuper empta, quæ oportet erudire & ad lanificiū & ad alia ministeria. Ad hæc dicis, promptuariū mihi est opū multarum, & oportet custodem intus semper sedere, & familiariū malitiam obseruare oculos uirginis, cœnam quoꝫ & conuiuia continue apparare, & oportet domum ornari, & coquos & mensę minist ros cura regi uirginis. Sūt item multi uarij sumptus, sunt & continui, & oportet aliquē semper præsidem esse, & superintendentē, ut custodiant cum diligentia, ut ne illa à domo sine utilitate elabātur. Nihil horum ait, sed quo pacto ipsam hanc arcam & uestem, & aliam aspiciat facultatulam? bene uerrat mensam, bene sternat lectum, & incendat ignem, & abluat pedes, & aliam quietem omnem præbeat. Deinde pro parua & frigida refocillatione hac tantam feremus accusationem? tanta sustinebimus opprobria? Et quanto melius frater & facilius administraret? Natura enim fortior est muliere uir. Vsu autem nobis magis familiaris, & nō tam sumptuosus. Mulier quippe utpote tenerior, & molliore indiget lectulo, & tenuiore uestitu, & fortassis puella altera, quæ ei ministret: & non tantum nobis ministerium præbebit, quāto ipsi opus erit apud nos: frater autē hic non tantis eget. Quòd si aliquo eget, eodē & nos indigemus, quod non paruæ cōmoditatis, si contubernales nō uarijs, sed ijsdem utantur: id quod certe in uirgine non est. Primum sanè siue lauari uelit, siue nudare corpus, neque frater ipsi ad hæc ministrabit, tametsi ualde impudens sit, neꝫ ipsa sibi sufficiens est. Si autem fratres sunt qui cohabitant, uicissim ministrare poterunt. Item quando dormire opus fuerit, uirgine quidem intus sedente, & lectos seiūctos duos esse oportet, & stratа duo, & lodices duos: si aūt castius agāt, & domicilia duo. At si fratres sint, iterū re familiari tanta nō est opus. Etenim domus una, ceruical unum, & lectus unus, & eadē tegmina utriseꝫ sufficiunt: & in summa, si quis omnium pertractet ministerium, hic multam inueniet facilitatem, alibi autem difficultatem. Et transeo domus turpitudinem. Quale enim est, si in domum uiri solitarij itur, uidere calceos muliebres suspensos, & cingula, & mitras, calathiscos & circulos, & pectines, & fusa, & alia quæ particulatim omnia numerare non datur? Sin aūt ulterius de his quæsieris, plurimus est risus. Primū quidē in puellarū tāta turba solus pascitur, quasi choraules in orchestra, qui in choro mulierum saltantiū concinit: quo quid turpius & inhonestius? Deinde disrumpit tota die familiaribus succēsens ob res quæ ad mulieres spectant. Nam ei necessarium omnino silere, & omnia negligere, & ab illa increpari, uel dicentē & increpantē cōfundi, & uide quid contingat. Nam qui iussus est, ne prope quidē ad tēporalia negotia accedere, non solū tēporalia, sed muliebria ipsissima tractat. Etenim uasa muliebria afferre nō detrectabit argentarijs, subinde rogans num speculum dominæ præparatū sit, num cadum, num lechytū, reddiderint: nam in eam corruptionem uenerunt omnia, ut pluribus uasis utantur, & seculares uirgines. Hinc iterum ad unguentariam officinam currit disputans de aromatibus dominæ, sępe etiam plus & mediocri studio. Nec detrectabit si & pauper criminandus sit. Vtuntur autē & uirgines unguentis, non modo uarijs, sed & sumptuosis. Deinde ab unguentaria ad uendentem lintea: & ab illo iterum, ad pellionē. Non em̄ uerentur imperare hæc parua, quia uidēt eos ualde obedientes, & gratiam habentes imperantibꝫ maiorē, & alij ministrantibus. Hinc iterū si quando aliquid apparādum quod ad circungestabile tabernaculum hoc pertinet, usqꝫ ad uesperam impransi perseuerant officinis affixi. Et de loco nō est miraculum, sed quòd & miseris famulis sunt molesti, & frequenti iniuria, & inclamatione & clamore hos urgent. Cogita quantæ hinc accusationes: ministet enim iniuria affectus & pro talibus rebus, quia eum qui iniuria affecit non alio modo ulcisci potest, lingua hoc facit, & occulta obtrectatione: nec parcit alicui eorum, quin furori suo satisfaciat, sed tam immodice ulciscitur quantum uerisimile est seruum ita exprobratum, & cui sola hæc est consolatio, è malis suis aduersus eum qui cōtristauit. At qui pauperi, inquit, co habitat, nec cū argentarijs negotia habet: non enim paupertas sinit assidere officinis unguentarijs, & cū sutoribus, & textoribus & uariegatoribus & tinctoribus multū cōuersari: & quid opus catalogo omniū sordiū, ut quando in domū induc unt cerussæ & croci uenditores, & deinde in foro talia iterum requirunt? Et hæc quidē in domo & foro cōtingunt, sed ferunt his multo magis ridicula. In ecclesia dici nō potest quāta sit cōfusio. Nam sicut nemo ignorat ipsorū locū cōtemptū, illiberalem seruitutē: sic & in loco hoc sancto, & terribili, omnib. suam intemperantiā prædicant: & quod utiqꝫ molestius & maioris ignominiæ, qꝫ & se fucant & ornant, de quo erubescere oportebat. Ante fores ipsas excipiunt, eunuchorū loco pompam habent, & præambulantes fastum spirant uidentibus omnibus, & non humiliter descendunt, sed cum exultatione assultant, idqꝫ in sancto & reuerendo sacramentorū tēpore, & ministrando multas ut illis placeant occasiones, his qui eas uident, præbentes. Illæ aūt miseræ & calamitosæ eos ab hac gratia prohibent, idqꝫ miris delicijs & fastu. Quanuis si quis uel his, uel illis maledicere uellet: qd maledicto hoc inueniret atrocius, quàm ut tam innumeris testibus intēperantia eorum arguatur, & in oculis omniū fœde agant? Quid opus est dicere quot in ecclesiis ob illarum gratiam subuertantur, quot diuina opera à multis negligantur, ut ne has irritēt? Et quid dico ne irritent? si quis tantum insuauiter & tristius eas uideat, omnia malunt ferre, quàm dissimulare

lare illam hoc passam,&non ulcisci.Hactenus & nos fœde agimus,illorum omnia enarrãtes.Non utiq; hoc proposuimus:nam si omnia tractare uelimus,multa & longa nobis oratione opus esset: imò si maxime prolixior esse uellem, nõ possent omnia dici:quãdoquidẽ dũ ex multis pauca colligimus,etiam sic prolixi sumus:sed non ad hoc ueni mus,uerum inuiti ad illorum memoriam rapti sumus,ut cordati auditores parumper admonerentur:reliquum operæpretium obsecratione & precatione.Oro igitur & supplico, & ante genua uestra me prouoluo,& omnibus preces affero,persuadeamini,& ab hac ebrietate redeamus, simus nostri ipsorum compotes,& agnoscamus honorem,quem dedit nobis Deus.Et Paulum claman
1.Cor.7 tem audiamus:Ne sitis serui hominum: & desina
B mus,ut seruiamus mulieribus ad communem omnium nostrorũ perniciẽ.Milites nos esse Christus uult,& strenuos & athletas.Nõ propter hoc nos armauit armis spiritualibus, ut puellarum tri obularium ministeria suscipiamus, ut circa lanas & stamina,& alia ministeria uersemur, ut assideamus ad mulierculas nentes & texentes, ut totum diem cõsumamus,uerbaq; & mores muliebres in animas demungamus: sed ut configamus inuisibiles uirtutes, quæ nobis aduersantur: ut diabolum percutiamus, qui contra nos militat,ut abigamus feroces dæmonum phalanges,ut subuertamus eorũ præsidia,ut potestates & mũdi dominos, rectores harũ tenebrarũ ligatos in seruitutẽ ducam9,ut spiritualia malitiæ in exiliũ effugem9, ut ignem spiremus,ut ad quotidianas mortes paC rati simus.Propter hoc induit nos thorace iustitiæ, propter hoc cinxit nos zona ueritatis, propter hoc imposuit galeã salutis, propter hoc calceauit præparatione euãgelij pacis,& tradidit gladium spiritus, propter hoc ignem accendit nostris animabus.Si igitur militẽ aliquem postq; induerit galeam, suralia, thoracem, postquam acceperit scutum,gladium,lanceam, tela, sagittas, pharetram, tuba iam clarum sonante, & omnes euocante, hostibus magno impetu sæuientibus, & ciuitatem à fundamentis euertere molientibus, uideres non in agmen foras currere, sed in domũ ingredi, & mulieri assidere cum armis: an non si modo liceret,gladio mediũ trãsfoderes,neD mo ne quidem eum dignatus? At si tu tanta ira impletus es,quomodo putas deum in multo turpioribus erga nos affici? Tanto enim turpiora & absurdiora sunt hæc quàm illa, quanto & grauius bellum, & hostes truculentiores, & præmia pro quibus bellat maiora, & in summa, omnia tantũ trãscendunt,quantũ umbrã ueritas. Itaq; ne effœminemus robur nostrum, ne succidamus neruos nostros istis cohabitationibus. Etenim indicibilem & infinitam animabus nostris instillat malitiam.Quid enim, etiamsi non sentiamus amore ebrij? Istuc enim ipsum omnium est longe grauissimum,quòd nescimus quomodo eneruemur,cęraq; omni molliores reddamur. Nã sicut,si quis leonem superbum & torue uidentem arripiat, & A iubas abradat,dentes excutiat, ungues amputet, turpemq; faciat & ridiculum, & terribilem illum & intolerabilem, & rugitu solo omnia concutientem,facile iam à puero uincibilem:Ita & hos omnes,quos capiunt,facile posse capi faciũt à diabolo,molliores,concitatiores,impudentes,incõsiderantes,iracundos,audaces,intẽpestiuos, humiles,abiectos,seruiles,illiberales, sordidos, nugaces,& in summa,omnino corruptos mulierum mores in animam illorum immittũt & inferunt. Etenim fieri non potest mulieri cohabitãtem cũ tanta compassione, & illarum conuersationibus emollitum non esse sordidum quendam,& forense mancipium:& si quid loquitur, de staminibus & lanis loquitur,lingua eius qualitate muliebriũ
B uerborum infecta.Et si quid facit, hoc magna seruilitate operatur,& seipsum procul à Christiana libertate seiungit,ad nihil eximium, & quod præclare fit,utilis.Nã cũ ad seculares & ciuiles res hominũ inutilis sit & nullius frugis,multo magis ad magnitudinẽ rerũ spiritualiũ, quæ tanto generosiores uires requirunt, ut ne attingi quidem possint,nisi ab his qui ad eas transituri angeli ex hominibus fiant:non ipsi aũt solum tanto malo afficiuntur, sed & illis morũ pessimorũ autores fiũt. Nam quemadmodũ illi qui istis impendio placere uolunt,officij sui rationem negligunt, ita ipsæ propter illos à sua uerecundia excidunt, malam & pernicioſam inuicẽ exhibentes retributionẽ. Etenim se ornant curiosius, delicatiorũ uestiũ & incessus multam curam habent, & quæ non licet
C quotidie nugantur:quandoquidẽ uident multos incõpositis moribus & uerbis oblectari, omnia instruunt per quæ ipsos in seruitute cõtineant. Iã si uoluerimus paulisper resipiscere, & nostri ipsorum esse,& illos lucrabimur, & nos ipsos & alios omnes: & sicut nunc perditionis multorũ rei facti sumus:sic & à multorũ salute mercedẽ accipiemus:& quibus nunc potimur turpiter, illis fruemur magno cũ honore. Cur enim uis honorari à mulieribus,dic mihi? Maxime indignũ hoc est uiro spirituali,amare talem honorẽ. Veruntamẽ & hic aderit,quãdo nõ quęrimus ipsum.Solet enim homo despicere eos,qui sibi ministrant, & in admiratiõe habere eos qui nõ adulãtur: cui rei muliebris natura magis obnoxia est. Nã si illis quis aduletur,intolerabilis est. Admirant autẽ multo maxime eos,qui cedere nesciunt, nec succũbunt intempestiuis suis concupiscentijs: & huius uos mihi testes eritis.Nã nunc non solũ externæ, sed & ipsæ quoq; uos irrident:etsi non manifeste,certe tamen in cõscientia, glorianturq; hac dura tyranride,tunc aũt omnino uos admirabuntur, & uestrã obstupescẽt libertatẽ. Quòd si nostris sermonibus nõ creditis,illasipsas interrogate, utros magis laudent & approbent,an eos qui sæuiunt, & qui dominantur:an subiectos, & qui omnia faciunt & patiunt ob ipsarũ gratiã, uel qui nihil horum ferunt, & duris suis præceptis eas erubescere faciunt? Et si uolent dicere uerũ, omnino illos dicent:imò neq; respõso opus, rebus istuc ipsum cla-

clamantibus. At uoluptatis gratia qui cohabitat, opibus inhiat, oculos pascēs uirginū aspectibus, maxime quidē si & hoc sic poterit. Verū propter hoc ipsum fugere oportebat: nūc aūt nobis satis demonstratū est, ꝙ suaue hoc nō sit, sed plane cōtrariū, si quis hac contēplatiōe nō fruat: & tu illis adijcito, etiā è bona conscientia lætitiā illis auferri. Nihil enim nos sic exhilarare soiet, ut conscientia pura & bona spes. Sed ꝙtis gratia hoc inquiris? Iam demonstratū est, ꝙ hoc facilius esset, si frater cohabitaret, at nūc penè nihil à seruo differs, & quærens requiē, seruitutē inueniſti multo grauissimā: extra hoc ministeriū stabas, erasq; inter eos qui imperabant, non quibus imperabat. Igit hic pro uoluptate mœror, & pro gloria confusio, & pro libertate seruitus, & pro requie labor. Ac cedunt ad hæc, ꝙ & deus blasphematur, & tanta perditio ac scandala, & immortalis pœna, & plurimorū bonorū amissio. Ibi aūt contraria omnia, gloria, honor, uoluptas, libertas & uitæ & sermonis, salus animarū, regni hæreditas, pœnæ effugium. Cuius ergo gratia non hæc illis cōmutamus, ego certe nescio. Veruntamē si quis seipsum perdere desiderat, nulla nobis posthac defensiōe opus erit, nec uenia. Si em̄ nihil horū esset, omnia tamē pro gloria dei ferre oportebat: cū & præsentia percipere, & futura assequi bona liceat. Nunquid cura de hoc ꝙ dei gloria contemnit & blasphematur, & nosipsos perdimus? quis eripiet & liberabit à supplicio ꝓpter hoc imminente? Nullus, nullus. Omnia igitur hæc nobiscum perpendētes, reparemus uel tarde animarū salutē. Quòd si quid difficultatis habet diuelli cōsuetudine lōga, uirtute rationis post dei gratiā hoc tantū subuertamus: & illud nobis ꝓsuadeamus, uel si principiū solū imponamꝰ operi, nō ultra uisuros nos difficultatē: sic aduersus cōsuetudinē prꝙualebis. Nam si decē dies te abstraxeris, facile feres uiginti: & iterum bis tantos, deindeq; uia progrediens neq; senties difficultatē, quā habuisti initio, uidebisq; facillimū factu, quod tot agones priꝰ exposcebat, & in aliā te mutabis cōsuetudinē, inueniens haud ita grauē translationē: neq; id per consuetudinē solū, sed & per bonā spem cōtingit. Sic te illę magis admirabuntur, & deus præ aljs acceptum habebit, & homines coronabunt, uiuesq; libere & iucunde. Quid enim fuerit suauius, q̄ à mala conscientia liberari, & perpetuū concupiscentię bellum dirimere, & multa facilitate bonā cōtinentiæ coronam plectere, & liberis oculis in cœlum respicere, puraq; uoce & corde dominum uniuersorum inuocare? Nullus catenis, pondere & aljs carcerū incōmodis exemptus, imò nullus qui cæcus erat apertis oculis, & uisa hac dulci luce sic exultat, gestit & tripudiat, ut cum ab hac seruitute liberari contigit. Longe enim dulcior hac luce est liberatio ab hac tyrannide, & omni caligine grauior seruitutis huius & incolarum miseria. Verū quid opus est hæc prolixius referre? & uitę illius indignitatem, tristitiam, damnum & corruptionem: & huius libertatem, uoluptatē, utilitatē

A & multifarias uirtutes nullus sermo satis cōmendare potest, sed sola rerū experientia. Et tunc scietis bene, à quibus malis liberati sitis, quam assecuti fueritis uitā, cum reipsa parere uolueritis. Parete igitur, ut opere ipsa quæ dicta sunt discatis. Quòd si adhuc respuitis, & nostris sermonib. nō creditis: dicite aliquē qui hāc seruitutē tulerit aliquando, & deinde liberatus ad libertatē bonam recurrerit, & scietis admonitionis huius lucrum. Etenim & Solomon cum secularium rerum concupiscentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multumq; in eis laboris & solicitudinis insumebat, magnificas ædificando domos, copiosum coaceruando aurum, congregādo cantorum choros, uaria genera ministrorū mēsæ & po
B pinæ, quærēdo animæ suæ uoluptatem ab hortorum & corporum formosorum gratia: & om̄em, ut ita dicā, oblectationis & refrigerij uiam sectando. At ubi inde ad se reuersus, & quasi ex umbrosa quadā abysso ad lumē ueræ sapientiæ respicere ualuit, tunc sublimem illam, & cœlis dignā emisit uocē: Vanitas uanitatū, dicens, & omnia uanitas. Eccl. 1
Hanc & uos & hac sublimiorē, si uolueritis efferetis sententiā de intēpestiua hac uoluptate, si aliquantisper à mala consuetudine uos sequestraueritis. Quamuis aūt à Solomone seculis superioribus non tam multa sapientiæ exigebatur diligentia: neq; enim delicias lex uetus prohibebat, neq; aljs frui superuacuis dicebat uanū: attamē & sic se habentibus rebus, in ipsis contueri licebit, q̄ uiles & uanitati obnoxiæ res sint. Nos uero ad maiorem uocati uitam, & ad excellentius fastigium ascēdimus, & in maioribus exercemur palæstris. Et quid aliud, quàm quòd sicut supernæ uirtutes,
C intellectuales & incorporeæ illæ uitam instituere iubemur? Igit, quo pacto non est turpe, extremoq; supplicio dignū, illis multo minores apparere: & nō solū cōcessis nō fieri sublimiores, ut illæ, sed & uetita aggredi, quāuis intolerabilē pœnam afferāt? Nam in anima malū amorem pascere, ex concupiscentia spectare mulierem, specularī alienam formositatē, cōfundere seipsum, nocere infirmioribus, ludæis & Gentilib. ansas nostrā fidem blasphemandi præbere, domesticos & alienos supplātare, seruili ministerio mācipatos esse,
D ad secularium negotiorū turbam nosipsos intrudere, donatā nobis libertatem diabolo offerre, & immanissima tyrannide cōmutare: ridiculū quidē amicis, opprobriosum uero inimicis esse, malam omni ecclesiæ opinionem inuehere, confundere honestam uirginitatis dignitatē, & luxurianti bus multas præbere occasiones, aliaq; his plura facere grauia: Neq; enim om̄ia scire licet, quę prohis rebus ferant, quę tamen ualde prohibita sunt, & cruciatum intolerabilem secum afferunt: atq; adeò si parua etiam uoluptas sit, & opponantur ei risus, confusio, multorū suspiciones, reprehensiones, conuicia, opprobrationes, uermis perpetuus, tenebræ exteriores, ignis inextinguibilis, tribulatio, angustia, stridor dentium, uincula insolubilia: Hęc sicut in tabula ꝓponamꝰ ante oculos,

resiliamusq́ uel sero à pernicioso grauissimôque hoc morbo, ut cum fulgentibus coronis hinc migremus, & possimus libero ore ad Christũ dicere: Propter te & gloriam tuam, & familiaritates contempsimus, & uoluptati imperauimus, & animã nostram affliximus, & electis amicis & suspectis, te amoremq́ tui rebus omnibus pręposuimus. Sic enim lucramur nosipsos, lucramur miseras illas, lucramur eos qui scandalizantur: & cum martyribus collocabimur, primoq́ in ordine erimus eorũ qui hoc maximo certamine uicerunt, & fortiter cruciatus tulerunt. Nõ enim minorem pono hominem, concupiscentia ueteri detentum, & in suauissima & antiqua consuetudine comprehensum: & deinde per timorem dei disrumpentẽ uincula, & ad id quod deo probatur, recurrentẽ. Est enim & hoc multo difficillimũ, compassionẽ & affectionẽ inueteratã eijcere, & multiplices occasiones auellere, & assumptis alis ad cœlestes apsides recurrere. Et sicut martyrum uelox labor, ita & horum prolixior dolor. Quapropter & pares coronæ, quoniã & certamina inter se respondent & similia. Et si qui educit & separat pretiosum à prophano, sicut os dei erit: qui & seipsum liberauerit, & multos alios à calumnijs exemerit, cogita quantam accipiet mercedẽ, & præmiorũ spe leuis & alacris, contemnet malam consuetudinẽ, ut iuxta dei uoluntatẽ transita uita hac, pura deum conscientia alibi uideat, sanctissimaq́ cõuersatione fruatur. Nam ut corporales affectiones solutę fuerint, & extinguet̃ tyrãnica cõcupiscentia: nullum exit obstaculũ simul ibi esse mulierẽ & uirũ, è medio sublatis omnib9 suspicionibus malis, & agere & seruare uitam, quã agunt angeli, & intellectuales illæ uirtutes, & omnes qui in regnum cœlorum introducuntur, Amen.

MISSA SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI, SVPRA COMPLVRES ANNOS, VT FERTVR, AB ERASMO ROTERODAMO in gratiam episcopi Roffensis, uersa.

Auctore damnato opus verò permissum.

ORATIO QVAM DICIT SACERDOS, PRIVSQVAM ingrediatur templum ubi sacrificat.

OMINE deus noster emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & corrobora me ad propositum ministerium tuum, ut citra condemnationem assistam metuendo altari, & immaculatum sacrificium peragam, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Oratio quam dicit sacerdos, cum ingreditur.

Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo domine, nũc & semper & in secula seculorum, Amen.

Hæc ubi dixit, osculatur mẽsam quater in figuram crucis, & accipit stecharion, id est, lineam uestem, dextera manu: & osculatur, ac benedicit eam.

Exultet anima mea in domino: induit enim me uestimentum salutis, & tunicam lætitiæ, circumposuit mihi mitram, & tanquam sponsum adornauit me decore nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In ceruicale.

Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus uirtutem, & circuncinctus est nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ.

In cingulum.

Accingere gladio tuo super femoribus tuis potens: specie & pulchritudine tua, & intende, & prosperare, & regna propter ueritatem & mãsuetudinem & iusticiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Oratio pallij.

Sacerdotes tui domine induẽtur iusticia, & sancti exultationem exultabunt nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ad primam sublationem.

Tanquam ouis ad mactationẽ ductus es Christe rex, & tanquam agnus coram eo qui totondit se mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate illius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit?

Sacrifica domine agnum: quoniam tollitur de terra uita illius.

Immolatur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Ad secundam sublationem.

Precibus domine eius quæ genuit te deiparæ & semper uirginis Mariæ, sanctarum omnium potestatum spiritualium, pretiosi prophetæ præcursoris ac Baptistę Ioannis, sanctorum gloriosorum apostolorum, & sancti Nicolai, cuius & memoriam celebramus, miserere & serua nos.

Benedictio tertiæ sublationis.

Memento domine augustissimorum & dei obseruantium regum nostrorum: Memento domine spiritualis nostri patris, & totius in Christo fraternitatis nostræ, & omnium qui pręmigrarunt è uita, patrum & fratrum nostrorum.

Ad infusionem uini.

Et unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis.

Et addens aquam dicit:

Et aqua

Et aqua: & qui uidit, testimonium perhibuit, & A uerum est testimonium eius.

Diaconus. Dominum obsecremus.

Oratio mystica.

Domine deus noster qui obtulisti teipsum agnum irreprehensibilem, pro mundi uita, respice ad nos, & ad panem hunc, & ad poculum hoc, & fac illum immaculatum & pretiosum tuum sanguinem in transsumptionem animarum & corporum: quoniam sanctificatum est & glorificatum pretiosissimum & augustum nomen tuum patris, & filij, & spiritus sancti.

Oratio thymiamatis.

Thymiama offerimus in conspectu tuo domine deus noster in odorem beneuolentiæ spiritualis, quam accipe domine in sanctum & supercœ- B leste & intellectuale sacrarium, ac uicissim mitte nobis diuites misericordias tuas bonas seruis tuis, qui inuocant nomen tuum sanctum: quoniam glorificatum & sanctificatum est pretiosissimum & augustum nomen tuum patris, & filij, & sancti spiritus.

Ad discum.

Operuit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena est terra.

Cum tetigit calicem.

Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Dum mittit nebulam.

Et nebula lucida obumbrauit eos. Verbo domini cœli stabiliti sunt, & spiritu oris eius omnis C uirtus eorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio ad oblationem, cum ponuntur sacra, prius quàm inferantur ad altare: qui locus est in sinistra altaris.

Deus deus noster, qui cœlestem panem alimoniam totius mundi dominum nostrum Iesum Christum & deum emisisti seruatorem, & redemptorem, & beneficum benedicentem ac sanctificantem nos, ipse benedic oblationem hanc, & accipe eam in supercœleste tuum sacrarium. Memento, quippe bonus & humanus, eorum qui intulerunt, & per quos intulerunt: Nosq; sine condemnatione serua in celebratione diuinorum tuD orum mysteriorum: quoniam benedictum est, & sanctificatum est, & glorificatum est pretiosissimum & augustum nomen tuum patris & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Deinde uenit Diaconus, & accipit benedictionem à sacerdote, & sacerdos dicit:

Angelus domini dirigit uiam tuam, & unà nobiscum sacra peraget.

Primum benedicit sacerdos populum.

Gratia sanctissimi, & boni, & uiuificantis spiritus sit uobiscum.

Sacerdos autem cum Diacono faciunt ascensiones tres in sanctum sacrarium, & accipit benedictionem sacerdotis diaconus, & sacerdos benedicit caput illius, dicens:

Angelus domini dirigit uiam tuam, & unà nobiscum sacra peraget.

Diaconus autem egressus sacrarium, dicit:

Benedic domine.

Et sacerdos. Ecphonesis.

Benedictum regnum patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tunc diaconus exclamat:

In pace dominum obsecremus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro superna pace, & salute animarum nostrarum, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro pace totius mundi, prosperitate sanctarum dei ecclesiarum, & omnium unione, dominum rogemus.

Populus, Domine miserere.

Diaconus.

Pro sancta hac domo, & cum fide, reuerentia, timore dei ingredientibus in eam, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro uniuerso episcopatu orthodoxorũ, honorabili presbyteratu, toto in Christo diaconatu, clero, & populo, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro augustissimis & deo deditis regibus nostris, toto palatio, & exercitu illorũ, dominũ rogemus. Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Vt illos in bello adiuuet, & subijciat pedibus illorum omnem hostem & inimicum, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro sancta hac sola ciuitate tota, & regione, & fide habitantium in eis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro temperie aeris, fertilitate, & temporibus pacificis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Pro nauigantibus, uiatoribus, ægrotantibus, laborantibus, captiuis, & pro salute illorum, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ & necessitatis, dominum rogemus.

Populus Domine miserere.

Dum diaconus pronuntiat rogationes, sacerdos dicit hanc orationem secrete.

Dominus deus noster, cuius robur inæstimabile, & gloria incomprehensibilis, cuius misericordia immensurabilis, & humanitas ineffabilis, ipse

domine secũdum clementiã tuam respice in nos & ad sanctam domum hanc: & fac nobiscũ, cũcp̃ his qui nobiscum uota faciunt, diuites misericordias tuas & miserationes tuas.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia. Sanctissimæ, incõtaminatæ, super oẽs benedictæ, glorioſæ dominę nostrę, deiparæ & semper uirginis Marię, cũ omnib. sanctis memoriam agentes, nosipsos & inuicẽ, & omnẽ uitã nostrã Christo deo nostro commendemus.

Populus. Domine miserere.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam decet te omnis gloria, honor, & adoratio, patrem & filium, & sanctum spiritum nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Antiphonum primum. Chorus unus canit:

Bonum confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.

Hoc idem in altera chori parte canitur:

Precibus sanctissimæ deiparæ, seruator, serua nos. Ad annuntiandũ mane misericordiam tuam & ueritatẽ tuam omnibus diebus nostris, precib. deiparæ, seruator serua nos.

Quoniã rectus dominus deus noster, & nunc est in iustitia uultus illius. Precibus deiparæ, seruator, serua nos. Oratio.

Domine deus serua populũ tuũ, & benedic hę reditati tuæ, plenitudinẽ ecclesiæ tuæ serua, sanctifica diligentes decorẽ domus tuæ. Tu eos uicissim glorifica diuina tua uirtute, & ne deseras nos sperantes in te. Diaconus.

Defende, serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia. Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Sanctissimæ, intemeratę, super oẽs benedictę, glorioſæ dominæ nostræ, deiparæ, & semper uirginis Mariæ, cũ omnib. sanctis memoriã agẽtes, nosipsos & inuicẽ, & omnem uitã nostrã Christo deo nostro commendemus.

Populus. Domine miserere.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam tua est potentia, & tuum est regnũ patris, & filij̃, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Antiphonũ II. Ex una parte chori canitur:

Dominus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Hoc idem in altera parte chori canitur:

Etem̃ firmauit orbẽ terræ, qui nõ cõmouebit̃.

Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis. Precibus sanctorum serua nos.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Oratio.

Vnigenitus filius, & uerbũ dei, qui est immortalis, quicp̃ ut nos saluos faceret, carnẽ assumpsit, ex sancta deipara, semperq̃ uirgine Maria, intrepide assumpto homine, & crucifixus deus mortẽ morte conculcans, ęqualis trinitate, conglorifica tus, cum patre, & spiritu sancto, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Diaconus.

Etiam atcp̃ etiam, in pace dominum rogemus.

Oratio.

Qui cõmunes has & cõcordes preces largitus es, quicp̃ quando duo aut tres cõcordant in nomine tuo, petitiones præstaturum te promisisti: ipse nunc quoq̃ domine seruorũ tuorũ postulationes ad eorum utilitatẽ imple, concedens nobis in prę senti seculo, cognitionẽ ueritatis, & in futuro uitam æternam largiaris.

Diaconus.

Etiam atcp̃ etiam, dominum rogemus. Defende, serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Populus. Domine miserere.

Sanctissimæ, incõtaminatæ, super oms̃ benedictæ, dominæ nostræ, deiparæ, & semper uirginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriã agentes, nosipsos, & inuicem, & omnẽ uitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam bonus & humanus deus es, & tibi gloriã referimus, patri, filio, & sancto spiritui, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Antiphonũ III. Ex una parte chori canitur:

Venite exultemus domino, iubilemus deo seruatori nostro.

Hoc idem in altera parte chori canitur:

Serua nos fili dei unigenite, qui in sanctis es mirabilis, canentes tibi, alleluia.

Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

Serua nos fili dei unigenite, &c.

Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnem terram.

Serua nos, ut suprà.

Quoniam in manu illius fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

Serua nos, ut suprà.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius.

Serua nos, ut suprà.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Canuntur hæc ab utroq̃ choro alternatim. Sacerdos autem egreditur è paruo ostio, portans euangelium, præcedẽte ministro cum lucerna. Et conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia inflexo capite, cum exclamatione dicit hanc orationem primum secrete.

Here domine deus noster, qui constituisti in cœlis ordines, & exercitus angelorum & archangelorum in ministerium tuæ gloriæ, fac ut cum nostro ingressu, fiat ingressus sanctorum angelorum nobiscum sacra celebrantium, & pariter glorificantium tuam bonitatem.

Tunc addit sacerdos.

Benedictus sit ingressus sanctorum tuorum, nunc

nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Et tollens in altum euangelium in imaginem crucis,magna uoce dicit:

Sapientia recta.

Chorus.

Venite adoremus,& prouoluamur Chriſto. Serua nos fili dei,&c.

Quoniã ſanctus tu deus noſter,& tibi ter ſanctum hymnum referimus,patri,& filio, & ſancto ſpiritui,Amen.

Cantor uero canit hæc:

Sanctus deus,ſanctus fortis, ſanctus immortalis,miſerere nobis.

Gloria patri,& filio, & ſancto ſpiritui,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Cantor uero canit hæc magna uoce:

Sanctus deus, ſanctus immortalis, miſerere nobis.

Dum hæc canuntur,ſacerdos dicit tacite hanc orationem:

Deus ſancte,qui in ſanctis requieſcis: qui ter ſancta uoce à Seraphim laudaris, & à Cherubim glorificaris,& ab omni ſupercœleſti poteſtate adoraris:qui à non ente ad eſſe producis uniuerſa: qui hominem cõdidiſti iuxta imaginem tuam & ſimilitudinem, eumq; omni tua gratia coronaſti, dans poſtulanti ſapientiam & intellectum, non deſpiciens errantem,ſed ponens ad ſalutem pœnitentiam:qui dignatus es nos humiles & indignos ſeruos tuos, etiam in hoc tempore conſtituere in cõſpectu gloriæ ſancti ſacrarij tui, ut prouoluantur tuis miſerationibus & debitam tibi adorationem,& glorificationem offerant: ipſe domine ſuſcipe ex ore noſtro peccatorum ter ſanctum hymnũ,& reſpice nos in bonitate tua. Condona nobis omne delictum,& uoluntarium & in uolũtarium, & ſanctifica noſtras animas & corpora.Et da nobis in pietate ſeruire tibi omnibus diebus uitæ noſtræ, precibus ſanctæ deiparæ, & omnium ſanctorum, qui à ſeculo tibi placuerũt.

Sacerdos.

Attendamus. Pax omnibus.

Sapientia recta.

Cantor. Pſalmus Dauid.

Diaconus. Attendamus.

Cantor. Quod proponitur.

Et poſt hoc quod proponitur,ſacerdos dicit:

Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignis flammam.

Verſus.

Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.

Tunc dicit epiſtolam ad Hebræos.

Epiſtola Pauli. Lectio.

Fratres:Si enim per angelos dictus ſermo fuit firmus,&c.

Poſt epiſtolam ſacerdos dicit:

Pax omnibus.

Cantor. Sapientia recta.

Pſalmus Dauid,& Alleluia.

Tunc uenit diaconus ad ſacerdotem flexo capite,ſacerdos autem orat ſuper eum.

Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa,per preces dominæ noſtræ, deiparæ,& ſemper uirginis Mariæ,ſancti & glorioſi apoſtoli & euangeliſtæ huius.

Et ſacerdos.

Sapientia recta.

Audiamus ſanctum euangelium.

Diaconus.

Ex Lucæ euangelio.

Et populus.

Gloria tibi domine.

Et ſacerdos.

Attendamus.

Diaconus.

Dixit dominus diſcipulis ſuis:Qui uos audit, me audit:& qui ſpernit uos,me ſpernit,&c.

Poſt euangelium,Diaconus.

Dicamus omnes ex tota anima,& ex tota mente dicamus.

Sacerdotis exclamatio.

Domine omnipotens deus patrum noſtrorum,dines in miſericordia,& bonus in miſerationibus,qui non uis mortem peccatoris, ſed expectas conuerſionem & pœnitentiam, ut conuertatur & uiuat.

Diaconus.

Pro ſancta domo hac,& ijs qui cum fide, pietate,& timore dei ingrediuntur eam,rogemus.

Populus, Domine miſerere.

Diaconus.

Vt liberet nos ab omni tribulatione,iræ & neceſſitatis,dominum rogemus.

Oratio ſecreta.

Domine deus noſter prolixam hanc ſupplicationem accipe à tuis ſeruis, & miſerere noſtri ſecundum multitudinem miſericordię tuæ,& miſerationes tuas dimitte ſuper nos, & ſuper omnem populum tuum expectãtem abs te diuitem miſericordiam.

Diaconus.

Vt propitius,beneuolus & placabilis fiat, dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Vt exaudiat dominus deus uocem deprecationis noſtræ peccatorum,dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Pro ſpirituali noſtro patre,ſacræ legis adminiſtratore, & omni in Chriſto miniſterio, dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Pro omnibus qui ante nos laborauerunt, & ſacris initiarunt,dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Pro circunſtante populo, & expectante abs tẽ diuitem miſericordiam,dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Exclamatio ſacerdotis:

Quoniã miſericors,& amans hominũ eſt deus, & tibi gloriã referimus,patri,& filio,& ſancto ſpiritui,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Diaconus.

Precamini catechumeni dominum.

Fideles,pro catechumenis rogemus,ut dominus eorum miſereatur.

Populus. Domine miſerere.

Catechiſabit eos uerbo ueritatis.

Populus. Domine miſerere.

Aperiet illis euangelium iuſtitiæ.

Populus. Domine miſerere.

Aduniet eos ſanctæ ſuæ catholicæ,& apoſtolicæ eccleſiæ.

Populus. Domine miſerere.

Sacerdos.

Serua,miſerere, & cuſtodi eos deus tua gratia.

Diaconus.

Catechumeni capita ueſtra domino flectite.

Oratio ſacerdotis ſuper catechumenos.

Domine deus noſter qui in altis habitas,& humilia reſpicis,qui ſalutem hominum generi emiſiſti unigenitum tuum filium, & deum & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, reſpice ſuper ſeruos tuos catechumenos, quiq; tibi ſuas ceruices inclinarunt, ac dignos eos facito in tempore opportuno,lotione renaſcentiæ,remiſſione peccatorum,& indumento incorruptionis. Aduni eos ſanctæ tuæ catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ, & annumera eos electo tuo ouili.

Exclamatio ſacerdotis.

Vt & ipſi nobiſcum glorificẽt pretioſiſſimũ,& auguſtũ nomen tuum,patris,& filij & ſancti ſpiritus,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorũ, Amen.

Diaconus.

Quotquot eſtis catechumeni accedite.Catechumeni accedite. Quotquot eſtis catechumeni accedite. Ne quis catechumenorũ: quotquot eſtis fideles, etiã atq; etiam in pace dominũ rogemus.

Oratio fidelium prima.

Gratias agimus tibi domine deus uirtutum, qui dignatus es nos,ut aſſiſtamus & nunc tuo ſancto ſacrario,& ut prouoluamur tuis miſerationibus,pro noſtris peccatis,& populi ignorantijs,ſuſcipe deus deprecationẽ noſtrã: fac nos dignos, ut offeramus tibi deprecatiões & ſupplicationes, & ſacrificia immaculata pro populo tuo: & idoneos nos redde, quos poſuiſti in miniſterio tuo hoc,in uirtute ſpiritus tui ſancti, ſine condemnatione, & offenſa,in puro teſtimonio conſcientiæ noſtræ,ut inuocemus te in omni tempore, & loco,ut exaudiens nos propitius nobis ſis in multitudine bonitatis tuæ.

+ In exẽplari quodã Græco deſunt, & cuſtodi nos deus. Et poſt Sapientia ponitur ἐκφώνησις τοῦ ἱερέως.

Diaconus.

Defende,ſerua,miſerere, cuſtodi nos deus tua gratia.

Populus.

Domine miſerere,& cuſtodi nos deus.+

Sapientia.

Quoniam te decet omnis gloria,honor,& adoratio,patrem & filium,& ſanctum ſpiritũ, nũc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Diaconus.

Etiam atq; etiam dominum rogemus.

Diaconus autem dicit litanias.

Oratio fidelium ſecunda.

Iterum & ſæpius tibi prouoluimur, & te rogamus bone & humane,ut reſpicias ad deprecationem noſtram.Purifica noſtras animas, & corpora ab omni inquinamento,carnisq; & ſpiritus: & da nobis,ut innoxij,& ſine condemnatione aſſiſtamus ſancto tuo ſacrario: da uero deus etiã his, qui nobiſcum rogant,profectum uitæ,& fidei,& intelligentiæ ſpiritualis. Da ipſis ſemper cum timore & dilectione ſeruiẽtibus tibi, citra noxam, & abſq; condemnatione participes eſſe ſanctorum tuorum myſteriorum, & ſupercœleſti tuo regno digni habeantur.

Diaconus.

Defende,ſerua,miſerere noſtri deus tua gratia.

Populus. Domine miſerere.

Sapientia. Exclamatio ſacerdotis.

Vt à tua uirtute ſemper ſeruati tibi gloriam referamus,patri, & filio, & ſancto ſpiritui nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Oratio cherubici,à ſacerdote prolata.

Nullus dignus eſt implicitus carnalibus deſideriis & uoluptatibus,accedere,aut appropinquare,aut miniſtrare tibi rex gloriæ. Siquidem miniſtrare tibi magnũ ac formidandũ etiam ſupercœleſtibus uirtutibus. Attamẽ propter ineffabilem & immenſam tuam humanitatem intrepide & irreuocabiliter factus es homo, & ſummus pontifex noſter.Sacrificiorũ ritum inſtituiſti, ac ſolennis huiꝰ & immaculati ſacrificij celebrationẽ nobis tradidiſti,tanq; dominus omnium. Tu eñ ſolus domine deus noſter dominaris ſupercœleſtibus,& terreſtribus, qui ſuper thronum Cherubicũ ueheris,qui Seraphin dominus rex Iſrael, qui ſolus ſanctus es,& in ſanctis requieſcis. Te igitur exoro ſolum bonũ & placabilem, reſpice ad me peccatorem,& + antiquum ſeruũ tuum,ac purga animam meam,& cor à conſcientia mala, & idoneum me redde, uirtute tui ſancti ſpiritus indutum,tui ſacerdotij gratia: ut aſſiſtam ſanctæ tuæ huic menſæ, conſecrem ſanctum & immaculatum tuũ corpus, & pretioſum ſanguinem. Ad te enim accedo inflexa mea ceruice,& precor te, ne auertas faciẽ tuã à me, neq; reprobes me à pueris tuis:ſed patiaris, ut offeranẽ tibi à me peccatore, & indigno ſeruo tuo dona hæc. Tu eñ es qui offers,& offerris, & accipiẽs, & dans Chriſte deus noſter. Ac tibi gloriã referimus, cũ patre tuo initio carẽte,& ſanctiſſimo,ac bono, ac uiuificante tuo ſpũ,nũc & ſemp & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Legiſſe uidetur interpres ἀχρεῖον pro ἀχρεῖον, id eſt inutilem.

Et cum ſacerdos dicit hanc orationem,

cantores canunt hæc:

Qui Cherubin myſtice repræſentamus, & uiuificæ trinitati ter ſanctum hymnum canimus, & omnem uitæ deponimus ſolicitudinem, tanq; regem omnium ſuſcipientes, & angelicis inuiſibiliter

biliter ſtipati agminibus, Alleluia.

Sacerdos uero poſt orationem ſequitur diaconum, & uadit ad oblationem. & inclinatis capitibus ter in terram, ſumunt, diaconus quidem corpus, ſacerdos uero ſanguinem, & exeunt ex paruo oſtio, dicente ſacerdote paululum egreſſo:

Meminerit tui dominus deus in regno ſuo, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et ſi quis eſt epiſcopus, dicit:

Sancte ſacerdos, memento mei.

Sacerdos autem dicit:

Meminerit tui dñs deus noſter in regno ſuo.

Et iterum ac tertio dicit:

Memento mei, dum ueneris in regnum tuum.

Poſt hæc ingreſſi alterum oſtium, ponũt ſacra dona in magno altari. Et dicit ſacerdos hæc:

Decorus ille Ioſeph à ligno deponẽs immaculatum corpus tuũ, ſindone pura inuoluit, & aromatibus, impoſuit monumento nouo.

Diaconus egrediens dicit:

Impleamus deprecationem noſtram domino.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Pro appoſitis & ſanctificatis pretioſis donis, dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Pro ſancta domo hac, & cum fide, pietate ac timore dei ingredientibus in eam, dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Diaconus.

Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & neceſſitatis, dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Oratio poſt depoſitionem ſanctorum donorum à ſacerdote.

Domine deus noſter qui omnipotẽs es, qui ſolus ſanctus, qui accipis ſacrificiũ laudis ab ijs, qui inuocant te in toto corde, accipe & noſtram peccatorum deprecationẽ, & adducito in ſanctũ tuum ſacrarium. Et idoneos nos redde ad inferẽda tibi dona & ſacrificia ſpiritualia pro noſtris peccatis, & populi ignorantijs, & dignos nos fac, ut inueniamus gratiam in cõſpectu tuo, ut acceptabile fiat ſacrificium noſtrum, & ut obumbret ſpiritus gratiæ tuæ bonus ſuper nos, & ſuper propoſita dona hæc, & omnẽ populum tuum.

Populus. Præſta domine.

Subueni, ſerua, miſerere, & cuſtodi nos deus tua gratia.

Populus. Præſta domine.

Diem omnem perfectum, ſanctum, pacificum, peccati expertem, à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Veniam & remiſſionem peccatorũ, & delictorum noſtrorum à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Honeſta & conducibilia animabus noſtris, & pacem mundo à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Reliquum tempus uitæ noſtræ in pace & pœnitentia noſtra, à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Chriſtianum finem uitæ noſtræ, doloris, ac turpitudinis expertem, pacatam, & honeſtam defenſionem, à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Sanctiſſimæ, immaculatæ, ſuper omnes benedictæ, dominæ noſtræ deiparæ, & ſemper uirginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriã facientes, noſipſos, & inuicem, & omnẽ uitam noſtram Chriſto deo noſtro commendemus.

Exclamatio.

Propter miſerationes unigeniti tui filij, cum quo benedictus es, cum ſanctiſſimo, & bono, & uiuificante tuo ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Sacerdos, Pax omnibus.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus.

Diligamus inuicẽ, ut in cõcordia cõfiteamur.

Populus.

Patrem, & filium, & ſanctum ſpiritum, trinitatem unius eſſentiæ, & inſeparabilem.

Tunc oſculatur ſacerdos operculum quater. & dicit:

Hoſtia hoſtia, in ſapientia attendamus.

Lector autem dicit:

Credo in unum deum, patrem omnipotẽtem, creatorem cœli & terræ, uiſibilium ꝙ omnium & inuiſibilium, & in unum dominum, & reliqua.

Poſt ſymbolum autem dicit ſacerdos:

Stemus honeſtè. Stemus cũ timore dei. Attendamus ſacram ſublationem in pace offerre.

Chorus.

Miſericordiam pacis. Laudis hymnum.

Exclamatio ſacerdotis:

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & dilectio dei patris, & communio ſancti ſpiritus cum omnibus uobis.

Populus. Amen.

Diaconus. Surſum habeamus corda.

Populus. Habemus ad dominum.

Diaconus. Gratias agamus domino.

Populus. Dignum & iuſtum.

Sacerdos ſecretè.

Dignum & iuſtum te canere, te benedicere, te laudare, tibi gratias agere, te adorare in omni loco dominationis. Tu enim es deus ineffabilis, incogitabilis, inuiſibilis, incõprehenſibilis, ſemper exiſtens, eodem modo exiſtens, tu & unigenitus tuus filius & ſpiritus tuus ſanctus. Tu à nihilo ad eſſe nos produxiſti, prolapſos reſtituiſti rurſum, neq; deſtitiſti omnia facere, donec nos in cœlum ſubduceres, & regnum largireris futurum. Gratias agimus tibi, & unigenito tuo filio, & ſpiritui tuo ſancto, ꝓ omnibus quæ ſcimus & quæ nõ ſcimus, manifeſtis & occultis beneficijs tuis in nos collatis. Gratias agimus tibi & ꝓ hoc miniſterio, quod è manibus noſtris accipere dignatus es. Et qdẽ tibi aſſiſtũt milia archãgelorũ, & multa milia ange-

angelorum, Cherubin ac Seraphin, ſenis alis, plu A
ribus oculis, ſublimia pennata.

Exclamatio ſacerdotis.

Victorialem hymnum canentia, uociferantia, clamantia, & dicentia:

Populus.

Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus ſabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: oſanna in excelſiſſimis. Benedictꝰ qui uenit in nomine domini.

Sacerdos autem inclinato capite dicit:

Cum his & nos beatis poteſtatibus domine hominum amator clamamus, & dicimus: Sanctus es, & totus ſanctus: tu & unigenitus filius tuus ac ſpiritus ſanctus, ſanctus es, & totus ſanctus, & ma
Ioan.3 gnifica gloria tua, qui mundum tuum ſic dilexiſti, ut filium tuum unigenitum dares, ut oẽis cre- B
dens in illum non pereat, ſed habeat uitam æternam: qui ueniens & omnẽ pro nobis diſpenſatiõnẽ adimplẽs, nocte qua traditus eſt, magis autem ſeipſum tradidit pro mundi uita, accipiẽs panem in ſanctis ſuis & immaculatis, & incontaminatis manibus, gratias agens, benedicens, ſanctificãs,
Matt.25 frangens dedit ſanctis ſuis diſcipulis & apoſtolis,
Mar.14 dicens: Accipite, comedite: Hoc eſt corpus me-
Luc.22 um, quod pro uobis frangitur in remiſſionẽ peccatorum: Amen. Similiter poſtquam cœnatum eſt, accipiens calicem, & benedicẽs, dicit: Bibite ex eo oẽes. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro uobis & multis effunditur in remiſſionem peccatorum.

Secreta oratio.

Memoriã igitur agentes ſalutaris huius mãdati, & omniũ pro nobis factorũ, crucis, ſepulchri, triduanæ reſurrectionis, in cœlos aſcenſionis, ad dexterã conſeſſus, ſecundi & glorioſi rurſum aduentus. Exclamatio ſacerdotis.

Tua ex tuis tibi offerẽtes, & oẽia, & per oẽia.

Chorus.

Te laudamus, tibi benedicimus, tibi gratias agimus. Rurſum inclinato capite dicit ſacerdos.

Propter hoc tibi offerimus rationalẽ hũc, & immaculatum cultum, & inuocamus, & rogamus, & ſupplicamus. Emitte ſpiritũ tuum ſanctũ ſuper nos, & ſuper propoſita dona hæc, Amen.

Et ſurgens, obſignat ſacra dona, & dicit:

Et fac panem quidem hunc pretioſum corpus Chriſti tui, Amen.

Et in calice dicit:

In calice uero hoc pretioſum ſanguinem Chriſti tui, tranſmutans ſpiritu tuo ſancto.

Sacerdos orat.

Vt fiat aſſumentibus in lotionem animarum, in remiſſionem peccatorum, in communionem ſancti ſpiritus, in regni cœlorũ impletionem, in fiduciam apud te, non in iudicium, non in condemnationem. Præterea offerimus tibi rationalem hunc cultum, pro in fide requieſcentibus maioribus, patribus, patriarchis, prophetis, & apoſtolis, præconibus & euangeliſtis, martyribus, confeſſoribus, continentibus, & omni ſpiritu in fide initiato: præcipue pro ſanctiſſima, immaculata, ſuper omnes benedicta, domina noſtra deipara, & ſemper uirgine Maria.

Vt uere dignum & iuſtum eſt, glorificare te deiparam & ſemper beatiſſimam, & penitus incõtaminatam matrem dei noſtri, honoratiorem Cherubin, & glorioſiorem incõparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionem deum peperit: uere deiparam te magnificamus.

Hæc canente choro ſacerdos dicit:

Aue gratia plena Maria, dominus tecum, bene Luc.1
dicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui: quoniam ſaluatorem animarum peperiſti noſtrarum.

Oratio.

Honorabilium, incorporalium, ſupercœleſtium, ſancti Ioannis prophetæ præcurſoris & Baptiſtæ, ſanctorum glorioſornm & omnino celebrium apoſtolorum, ſancti huius cuius & memoriam agimus, & omnium ſanctorum tuorũ, quorum ſupplicatiõibus reſpice nos deus, & memento omnium qui dormierunt in ſpe reſurrectionis & uitæ æternæ, & requieſcere eos facito, ubi uidetur lumen uultus tui.

Adhuc te inuocamus. In primis memẽto domine oẽis epiſcopatus orthodoxorũ recte interpretantium uerbum tuæ ueritatis, totius ſacerdotij, in Chriſto diaconatus & omnis ſacerdotalis ordinis. Etiã offerimus tibi rationale hoc obſequium pro orbe terrarũ, pro ſancta catholica & apoſtolica eccleſia, pro ijs quoq; qui in pura & caſta uita
C degunt. Pro fideliſſimis & Chriſtum amantibus noſtris regibus, oẽi palatio & exercitu illorum. Da illis domine pacificũ robur, ut & nos in tranquillitate illorum pacatam & quietam uitam agamus in omni pietate & religione.

Exclamatio.

In primis memento domine omnis epiſcopatus orthodoxorum & recte interpretantium uerbum tuæ ueritatis.

Chorus. Et quos quiſq; in animo cogitat.

Diaconus.

Et da nobis uno ore & uno corde glorificare & celebrare pretioſum & auguſtum nomẽ tuum patris, & filij, & ſancti ſpiritus, nunc & ſemper, &
D in ſecula ſeculorum.

Et ſint miſericordię magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus nobis.

Populus. Amen.

Omnium ſanctorum memoriam agentes, etiã atq; etiam in pace dominum rogemus.

Super adductis, & ſanctificatis pretioſis donis, dominum rogemus.

Populus, Domine miſerere.

Quoniam humanus deus noſter, qui ſuſcepit hæc in ſanctum & ſupercœleſte & intellectuale ſacrarium ſuum.

Populus. Domine miſerere.

Vt uiciſſim dimittat & nobis diuinam gratiam & communionem ſancti ſpiritus, dominum rogemus.

Populus. Domine miſerere.

Vt

Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ & neceſſitatis, dominum rogemus.

Populus, Domine miſerere.

Oratio.

Memẽto domine gregis noſtri huius in quo habitamus, & totius ciuitatis & regiõis, & in fide habitantium in ipſis, Memento domine nauigantium uirorum, ægrotantium, laborantium, captiuorum, & ſalutis ipſorum. Memento domine fructificantium & laborantium in ſanctis tuis eccleſiis, & qui pauperum meminerunt, & ſuper omnes nos miſericordias tuas emitte.

Sacerdos inclinans orat:

Tibi commendamus uitã noſtram omnem & ſpem domine amator hominũ, & inuocamus te, & rogamus, & ſupplicamus. Dignos nos facito, ut participes ſimus ſupercœleſtiũ tuorum & tremendorum myſteriorum huius ſacræ & ſpiritualis menſæ cum pura conſcientia in remiſſionem peccatorum, in condonationem delictorum, in ſpiritus ſancti communionem, in regni cœleſtis hæreditatem, in fiduciam erga te, nõ in iudicium aut condemnationem.

Diaconus.

Defende, ſerua, miſerere, & cuſtodi nos deus tua gratia.

Diem omnem perfectum, ſanctum, pacificum, & ſine peccatis à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Nuntium pacis, fidelẽ ducem, cuſtodẽ animarũ & corporum noſtrorũ, à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Veniam & remiſſionem peccatorum & delictorum noſtrorum à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Honeſta & conducibilia animabus noſtris, & pacem mundo, à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Vt reliquũ tẽpus uitæ noſtrę in pace finiamus, & pœnitentia noſtra, à domino poſtulemus.

Populus. Præſta domine.

Chriſtianũ finẽ uitæ noſtræ, doloris & turpitudinis expertem, pacatum, & honeſtam purgationem, à domino poſtulemus.

Exclamatio ſacerdotis:

Et dignos fac nos domine, ut cũ fiducia & ſine condemnatione audeamus inuocare te ſupercœleſtem deum, & dicere: Populus.

Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: & reliqua.

Exclamatio.

Quoniã tuum eſt regnũ, & poteſtas & gloria, patris, & filij, & ſancti ſpiritus, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Sacerdos, Pax omnibus.

Diaconus, Capita ueſtra deo inclinate.

Sacerdos dicit orationem hanc:

Gratias agimus tibi rex inuiſibilis, qui immẽſa tua uirtute omnia condidiſti, & multitudine miſericordiæ tuæ à nihilo ad eſſe uniuerſa produxiſti, ipſe domine cœlitus reſpice ad ſeruos tuos inclinantes tibi ſua capita. Non enim inclinarunt carni & ſanguini, ſed tibi metuẽdo & humano deo. Tu igitur domine propoſita dona omnibus nobis in bonum exęques iuxta propriã cuiuſq; indigentiam, cum nauigantibus nauiga, cum uiatoribus uiam ambula, ægrotos ſana, medicus animarum & corporũ. Gratia & miſerationibus, & humanitate unigeniti tui filij, cũ quo benedictus es, cum ſanctiſſimo, & bono, & uiuificante tuo ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Sacerdos orat:

Attẽde domine Ieſu Chriſte deus noſter, de ſancto habitaculo tuo, & de throno glorię regni tui, & ueni ad ſanctificãdum nos, qui in excelſis unà cum patre ſedes, & hîc nobiſcũ inuiſibiliter ades, & dignos nos redde potente manu tua, ut participes ſimus immaculati tui corporis, & pretioſi tui ſanguinis, & per nos omnis populus.

Sacerdos autem ſpargit fumũ incenſi ſacris.

Exclamatio Attendamus.

Sacerdos eleuans ſanctum panem, dicit:

Sancta ſanctis

Chorus dicit:

Vnus ſanctus, unus dominus Ieſus Chriſtus in gloria dei patris.

Sacerdos autem eleuat panem, dicens:

Super cœlos deus, & ſuper omnem terram gloria eius effuſa eſt.

Diuiſurus ſacerdos panem, dicit:

Diuiditur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Et accipiẽs ſacerdos ex pane particulam mittit in calicem, dicens:

Plenitudo ſpiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et tũc ſacerdos aſſumit, & populus canit, & ſacerdos potitus particula diuini corporis, dicit:

Conuiuij tui myſtici hodie fili dei cõmunionẽ aſſumpſi, non tamen hoſtibus tuis dixi myſteriũ. Nec oſculum tibi dabo quemadmodum Iudas, ſed ueluti latro ille confitebor tibi, Memẽto mei domine, cum ueneris in regnum tuum.

Hanc orationem dicunt duo priuſquam aſſumant diuina.

Deus remitte, dimitte, ignoſcẽ mihi peccatori peccata mea & uolũtaria, & inuoluntaria, ſiue in cognitiõe, ſiue in ignorãtia, ſiue in uerbo, ſiue in opere, ſiue in cõcupiſcẽtia feci, oẽia ignoſce: qm̃ bonꝰ & humanus, lõganimis, & multę miſericordiæ. Et interceſſione immaculatę dominę noſtrę deiparę, & ſemper uirginis Mariæ dignũ me fac, ut ſine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remiſſionem peccatorum in uitam æternam, in purgationẽ malarum mearũ cogitationum, in illuſtrationem mandatorum tuorum: quoniam te decet gloria, honor, & adoratio, patrem, & filium, & ſanctũ ſpiritum, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio.

Fiat mihi domine Ieſu Chriſte corpus tuum ſanctum in remiſſionẽ peccatorum meorum, & ſanguis tuus precioſus in uitã æternam. Et in ſecũdo

tuo

tuo aduentu annumera me iuſtis tuis, & electis A
ouibus. Oratio.
Gratias agimus tibi domine humane benefactor animarum noſtrarum, quoniam & hodierno die dignato es nos ſupercœleſtibus tuis & immortalibus myſterijs: dirige noſtram uiam, & confirma nos in timore tuo omnes, cuſtodi uitã noſtram, ſtabili noſtros greſſus, precibus & ſupplicationibus ſanctæ deiparæ, & ſemper uirginis Mariæ, & omnium ſanctorum.
Tunc aperitur magnũ oſtium ſuſpenſis lucernis.
Et ſacerdos oſtendit calicem populo, dicens:
Cum timore dei, & fide, & dilectione accedite.
Chorus dicit:
Benedictus, qui uenit in nomine domini.
Sacerdos dicit: B
Benedictus deus noſter, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Diaconus egreſſus è ſancto altari, dicit poſt depoſitionem ſanctorum donorum:
Recti qui participes fuimus diuinorũ, immaculatorũ, immortalium, ſupercœleſtiũ, uiuificãtium, tremendorum myſteriorũ digne in omnibus gratias agamus domino.
Diaconus addit:
Defende, ſerua, miſerere, cuſtodi nos deus tua gratia. Omnem diem perfectum, ſanctum, pacatum, & peccati expertem poſtulantes, noſipſos, & inuicem, &c.
Exclamatio.
Quoniam tu ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam referimus, patri, & filio & ſpiritui ſancto.

Diaconus. In pace accedite.
Populus. In nomine domini.
Diaconus. Dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Oratio poſt ambonem. ἄμβων locus editus, aſcenſus.
Qui benedicis benedicentibus tibi domine, & ſanctificas in te confidentibus, ſalua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ. Plenitudinem eccleſiæ tuæ cuſtodi, ſanctifica dilígentes decorem domus tuę. Tu ipſos uiciſſim glorifica diuina tua uirtute, & ne deſeras nos ſperantes in te. pacem mundo tuo da, eccleſiis tuis, ſacerdotibus, regibus noſtris, exercitui, & omni populo tuo: quoniam omne donum bonum, & omne datum perfectum deſurſum eſt deſcendens ex te patre luminum. Et tibi gloriam, & gratiarumactionem, & adorationem offerimus, patri, & filio, & ſancto ſpiritui, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen. Iac. 1
Tunc populus dicit:
Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & uſq; in ſeculum. Pſal. 71
Benedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo: & reliqua.
Sacerdos autem benedicit ſancta, & exuit.
Qui ipſe es impletio legis & prophetarum Chriſte deus noſter, qui impleſti omnem paternam diſpenſationem, imple gaudio & exultatione corda noſtra, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Deo gratia.

Tomi quinti, & ultimi finis.

SERIES CHARTARVM

abcdefghiklmnopqrstuxyz ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
AaBbCcDdEeFfGgHhIiKkLl Omnes ſunt terniones, præter Ll. quaternionem.

In hoc tomo legito ſic:

num. pag. 742. 743. 744. a 2 57 De eadem, et de iudicio 380 ibid. 74 Vtilem &c. Tomo 1. col. 599 in homil. v. De fide Annæ col. 778 Eodem pacto non quan col. 823 Hanc itaq; & ipſe col. 1130 b illum in te prouoces, col. 1151 d & fumigant. col. 1337 a efficacius afflare

BASILEAE
PER HIERONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM, ANNO M. D. LVIII.

ἄμβων locus
editus, ascensus.

Luc. 1

Psal. 71


FRO
BEN.

